UNIVERSITÄTS BIBLIOTHEK WUPPERTAL
BERGISCHE UNIVERSITÄT WUPPERTAL

Universitätsbibliothek Wuppertal

C. Cornelii Taciti Opera Qvæ Exstant

Tacitus, Cornelius

Antverpiae, 1668

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.
Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

urn:nbn:de:hbz:468-1-1742

Visual Library

C.

T

QV

A I

POST

EIVSQVE

COMM

C. VEL

CVM

AV



EX O

C. CORNELII

TACITI

OPERA

QVÆ EXSTANT,

A IVSTO LIPSIO

POSTREMVM RECENSITA,

EIVSQVE AVCTIS EMENDATISQVE

COMMENTARIIS ILLVSTRATA:

ITEM

C. VELLEIVS PATERCVLVS

CVM EIVSDEM IVSTI LIPSI

AVCTIORIBVS NOTIS.



TUNII ELBERTI

ANTVERPIÆ,

EX OFFICINA PLANTINIANA

BALTHASARIS MORETI.

M. DC. LXVIII.

ANNALIVM, *ab excesſu Auguſti, Libri* XVI.

HISTORIARVM, *ab excessu Neronis, Libri* V.

DE MORIBVS *Germanorum, Liber* I.

DE VITA *Iulij Agricolæ, Liber* I.

DIALOGVS, *De cauſsis corruptæ eloquentiæ, ambigui ſcriptoris.*

SERENISSMO ET POTENTISSMO

ALBERTO

ARCHIDVCI AVSTRIÆ,

BVRGVNDIÆ DVCI,

PRINCIPI AC DOMINO BELGARVM.

SVPREMÆ induſtriæ & vltimæ tandem curæ CORNELIVM ſuum, SERME, inter viuos adhuc LIPSIVS tuus, vti dare cœperat, ita voto pariter ac voce SERENITATI TVÆ conſecrabat. meritiſſimò. MAXIMO ET OPT. SVO PRINCIPI, magnum, æternúmque auctorem. Talem enim omnes hunc iudicant, & quem ſolum Maieſtati ſuæ parem Romana vetuſtas habuit; quem omnia proculcantium barbarorum adhuc mitis ſæuities, ideò pænè ſeruaſſe videtur, vt quantum bonum tot ſupra nos ſæculis negauerit, æmulâ apud poſteros teſtatione profiteretur. Nec alia profectò quàm ſe vrgentis fati inuidia, lacerum, ægrum, inualidúmque TACITVM protuliſſet, & nulli magis rei quàm medicinæ obnoxium; vt dum multis ſimul remediis interficeretur, adiuuantium iniuriâ periiſſe potiùs, quàm tenebrarum exitio, exiſtimaretur. Parum itaque interfuiſſet, hunc Hiſtoricum principem poſtliminiâ natiuitate in lucem non prodiiſſe, aut LIPSIVM non vixiſſe, cùm

vtriuſque ſortis ſic ratio conſtet, alterum alteri in ſe ipſo ad ſanitatem, ad æternitatem profuiſſe. Maiorum igitur æuo, ſed totius humani generis BONO, è tenebris ſcriptor iſte emerſerat: verùm in iſtam quam vides, DOMINE, valetudinem ſplendorémque, accuratâ LIPSIANI ingenij curatione refloruit. Nec ſemel, vnâque operâ ſummum virum hoc elaboraſſe ſcimus, & niſi per gradus in iſtud humanæ prudentiæ culmen euaſiſſe, omnibus conſtat. Sic ij ſolent qui ad alta & ardua eunt, retractuum ordines moderatè ſequi, non curſu fatigari; iam feſſum & anhelantem ſpiritum morâ recipere, ſeſſione recuperare. Niſi multo labore maxima perficiuntur;& qui triſtiſſimi ſæculi ſuccurrere fortunæ, qui totius poſteritatis perficere prudentiam ſcriptor poterat, hunc niſi vitæ ſuæ annis, & iugi procedentis ætatis ſollicitudine, producere LIPSIVS & hominibus aſſignare debuit. Fecit & perfecit, SER^ME; maximúmque imperij & magnitudinis tuæ momentum, talis, tantúſque TACITVS ſemper cenſebitur. Cui gloriæ, ſanè non inferiori gratiâ, per omnem futuri temporis memoriam, monumentum tale ſubſcribetur:

ALBERTO ET ISABELLA OPTT. ET MAXX. BELGARVM PRINCIPIBVS,
IVSTVS LIPSIVS
OMNI DOCTRINA SAPIENTIAQ. VIR EMINENTISSIMVS,
ADVERSISSIMIS LICET TEMPORIBVS,
GRATIA VALVIT, DIGNITATE EFFVLSIT:
NEC SINE MAXIMORVM ETIAM DOMINORVM LACRYMIS,
TOTIVSQ. EVROPÆ CVM GEMITV SVSPIRIISQ.
VIVERE INTER MORTALES VITAM DESIIT.

Non

Non ceteris virtutibus tuis, O MAXIME PRINCEPS, inuidiam facio. Pietas, Iuſtitia, Magnanimitas, Clementia, aliæque cæleſtes dotes, cælo iterùm debentur. tantùm inter mortales, immortalitatem prouehere, & narrare poſteris ingenia poſſunt. Foue, faue

O PATER, ô PRINCEPS, ô SANGVEN DIS ORIVNDVM.

IVSTI LIPSI mentem & manum,
pari tantùm pietate, expreſsi

SERTI VESTRÆ

æternùm deuotus

Ioannes VVouerius Antuerpienſis.

IMPER. CÆSARI
MAXIMILIANO II.
AVG. GERMANICO
P. P. PIO FELICI B. R. N.
IVSTVS LIPSIVS
D. N. M. Q. EIVS.

HISTORIAM aptè ſcribere, Imperator, maiorum temporibus non ſolùm magna, ſed etiam rara laus fuit. Vtriuſque cauſſa à difficultate eſt: difficultas ex eo, quòd quæ alijs ſcientijs ferè ſingula proponuntur, ea hiſtoriæ legitimæ vniuerſa. Poëta ſi adpoſitè ad delectationem; orator ad fidem; philoſophus ad vitam dicat: impleſſe munus ſuum videntur. Hiſtoriæ ſcriptor niſi hæc tria ſimul miſceat ac temperet, fruſtrà ſe iactet in ſingulis, neque adlegi aliter inter meliores illos & quaſi patricios hiſtoricos à prudenti Cenſore poteſt. Sed primum de tribus omnis hiſtoria habet, quia animos noſtros nuda narratio, cuicuimodi illa, natura delectat: alterum deſideramus non rarò in Græcis: tertium etiam in noſtris. Vt abſtineam iudicare de antiquis illis Fabio Pictore, L. Cincio, M. Catone, Valerio Antiate, Gellio, Licinio Macro, alijſque quorum ſcripta vixerunt: ex ijs qui ſuperant, C. Cæſar laudatur in primis. Si vt diſertus narrator; libens aſſentio. eſt enim eius viri pura oratio, ſine fuco ac calamiſtris ornata, vel Romanis vel Atticis Muſis digniſſima. ſin vt perfectus hiſtoricus; dubitare me dicam, cùm & nonnulli fidem eius in hiſtoriâ ciuili requirant, & tertium illud ἠθικὸν καὶ πολιτικὸν totum ei deſit. Itaque ipſe Cæſar, ceteroqui minimè ſui contemtor, Commentarios inſcripſit non Hiſtorias: & hoc ipſo laudem veram meruit, quòd falſam adfectare contempſit. Iam verò princeps hiſtoricorum audit Liuius. ſi magnitudinem operis, & varietatem rerum

ſpecta-

ſpectamus, rectè : ſed tamen (quod more maiorum liceat) à Liuij lectione ſemper commotior ſurrexi, non ſemper melior aut ad vitæ caſus inſtructior. Salluſtius vnus ex III. viris illis eſt qui feliciter conſecutus videtur hæc omnia, & quem, ſi mei arbitrij res ſit, in hoc luſtro principem Senatus hiſtorici legere non dubitem. Nam ceteri deinceps minorum quaſi gentium hiſtorici quantum à ſuperiorum ætate, tantum & à laude afuerunt. niſi quod admirabile eſt, quantum inter iſtos vnus excellat, imitator Salluſtij Corn. Tacitus, omni virtute antiquis proximus, longo quidem interuallo, ſed tamen proximus: & ſi linguæ Latinæ eſſet eadem puritas, cetera ſic perfectus, vt vocare illos ipſos antiquos in certamen poſſit dignitatis. Acer ſcriptor, Dij boni, & prudens: & quem ſi vnquam in manibus hominum verſari vtile fuit, his certè temporibus & hac ſcenâ rerum expediat. Non ille Annibalis funeſtas Rom. victorias, non ſpecioſam Lucretiæ necem, non vatum prodigia aut Etruſca portenta recenſet, & quæ alia ſunt oblectandi magis quàm inſtruendi lectoris: hîc mihi quiſque principum aulas, principum interiorem vitam, conſilia, iuſſa, facta conſideret, & obuiâ in pleriſque noſtrorum temporum ſimilitudine, ab ijſdem cauſſis pares exitus animo præcipiat. Inuenies ſub Tyrannide adulationes, delationes, non ignota huic ſæculo mala; nihil ſincerum, nihil ſimplex, & nec apud amicos tutam fidem; frequentatas accuſationes maieſtatis, vnicum crimen eorum qui crimine vacabant; cumulatas illuſtrium virorum neces, & pacem quouis bello ſæuiorem. Triſtia ex ijs pleraque, fateor, & legentibus mæſta: ſed ſingulis noſtrûm à Thraſeâ iam moriente dictum putemus, *Specta iuuenis, & omen quidem Dî prohibeant, ceterùm in ea tempora natus es, vt firmare animum expediat conſtantibus exemplis.* Accedit genus ipſum ſermonis minimè ſordidum aut vulgare, diſtinctum crebris & neſcio vnde ex abdito erutis ſententijs, quas vel veritate vel breuitate vicem oraculi poſſis accipere. Hunc igitur talem tantumque ſcriptorem, Imp. meis laboribus quà meliorem quà illuſtriorem redditum Auguſto nomini tuo inſcripſi, & quæ antiqua formula votorum eſt, libens meritò donaui dedicaui. Libens inquam, propter memoriam delati mihi nuper à M. tuâ beneficij: meritiſſimò autem, propter diuinas in omni genere virtutes tuas. Omitto illam heroicam fortitudinem in periculis, iuſtitiam in cogni-

tionibus, conſtantiam in dubijs, prudentiam in conſilijs: tantam & tam admirabilem clementiam, quantam experimur, quis vnquam in Principe vidit, legit, audiuit? Nouem iam circiter anni ſunt cùm te imperio orbis terræ, publica Felicitas admouit: toto hoc tempore gladium, niſi in hoſtem, ſtrictum non vidimus. Nec defuerunt irritamenta ſeueritatis tuæ, aut ſemina ciuilis motus: ſed videlicet prudenti moderatione quæ vulnerata erant ſanaſti potiùs quàm recidiſti, & quædam diſſimulans nec in omnia anxiè anquirens maluiſti videri inueniſſe bonos quàm feciſſe. Turpis illa Tyrannorum vox, & quam vtinam hodie nemo æmularetur, *Oderint dum metuant:* at tua, quam factis cottidie promis, quàm præclara!

Ne metuant dum diligant. Et

Malo vereri quàm timeri me à meis.

Præclarè. Non eſt enim, Cæſar, maieſtas timeri, ſed immanitas; neque vllum contra vim munimentum tutius eſt quàm munimento non egere. Iam verò quanta illa tua eſt in ſubditos comitas dicam? an humanitas? an nouæ atque inauditæ virtuti quærendum nouum nomen ſit? Nihil gratiæ cauſsâ loquar: ſed, Deus bone, quæ vidi ipſe Viennæ! Admittebantur ad ſacros ſermones tuos priuati cum principibus, pagani cum militibus, viri cum feminis, ſenes pænè dicam cum pueris intermixtis. Querelas aut deſideria ſua promebant, non ſolùm patienter audiente te, ſed interdum manu & vultu ipſo, ſi quos fortè inſolitus ille ſplendor percuſſerat, vt auderent, inuitante. Et iam audebant: finemque ſermoni ſuus cuiuſque pudor, non faſtidium tuum faciebat. O virtutem magnam & iam demum cælo delapſam! hoc eſt verè Principem eſſe, hoc patriæ patrem: & Principem curis publicis præferre, patrem priuatis. Itaque, Cæſar, his nouis virtutibus hoc nouum conſecutus es, vt cùm alios Cæſares à morte demum cælum receperit, te iam nunc omnes habeant tamquam præſens & ſalutare numen; & inauditâ quadam felicitate, virtuti tuæ non comitetur immortalitas gloriæ, ſed præcurrat. Atque hæ quidem virtutes quamquam à cæleſti naturâ tuâ ſunt, tamen vel augeri vel ornari aliquam partem videntur à ſtudijs doctrinæ. quæ quanti æſtimes hinc diſcimus, quòd vna Viennenſis aula tua plures eruditos habeat, quàm aliorum tota regna. Quibus & Bibliothecam iam inſtruxiſti ſic adfluentem omni genere monumentorum, vt certamine cum Philadelpho & Pergamenis

menis regibus inſtituto vel ſuperare eos poſſe videaris vel certè æquare. in quâ tantâ magnificentiâ neſcio magis mirari animum Maieſtatis tuæ an Fortunam debeam: animum excelſum, quòd colligere tam multa voluerit; Fortunam, quòd potuerit. In quorum tam felicium monumentorum numero ſi erit vt hic Tacitus meus cenſeatur: næ ille multò beatior, meo iudicio, fuerit, quàm olim cùm eum Imp. M. Claudius Tacitus deſcribi & collocari in omnibus bibliothecis iuſſit. ſiquidem ille vitam ad exiguum tempus dare potuit, quæ nunc pænè eum defecerat: tuæ Maieſtatis iudicio probatus Tacitus, vt poëta vetus loquitur,

Caneſcet ſæclis innumerabilibus.

AD LECTOREM.

HABES *Commentarium meum, Lector, opinione tuâ, & promisso meo fortasse tardiùs. nec mirum: quia seriò opus adgressus, eiusmodi comperi, vt properandum in eo mihi fuerit, non festinandum. Multa in Annalium libris rara, recondita, & paucitate scriptorum eius aui obscura: multa etiam ex non vulgatis vitibus & vetustißimo iure haurienda. Nec dux mihi alius ad hoc iter. Primi, inquam, hanc viam ingredimur, Ferreto, Alciato, Vertranio visam potiùs quàm tritam. Denique scripsi hos Commentarios, non exscripsi: & meo remigio, vt ille ait, rem gessi. Correctiones aliquot veteres firmaui, nouas addidi. neutrum ambitiosè: quia certè peccamus iam nos Critici in hanc partem; & vt olim vitijs, sic nunc remedijs laboratur. Quædam etiam in alijs scriptoribus passim animaduersa: non quia adfectarim, sed quia dabant se sub manum. Vt in segete flores quidam internascuntur suâ sponte: sic in his scriptis alieni generis notæ. Historiæ & moribus, cùm opus fuit, prætuli facem: sed non nisi cùm opus. Nam vulgata quædam, & è Dione Suetonióque in loco prompta adspergere, cui rei? Fanaticorum est & eorum qui exierunt è potestate, mero meridie accendere lucernam. Et tamen, scio, facilia quædam mihi visa, quæ obscura alijs. sed quid? iamantè testor me nec pueris ista elaborasse: (quid enim ijs cum Tacito?) nec detortis quibusdam varísque iudicijs, quibus nusquam liquet aut lucet. Inueni tam fatuum, qui rectißimos Taciti locos inuerteret, & optimum quemque eius sensum. Breuitas etiam mea fortasse quibusdam non ad gustum. quid faciam? ita natura mea & iudicium est: & tractari malo, quàm semel adspici & tangi. Aquam maris dulciorem in imo esse aiunt, quàm in summo: sic fortasse suauiora tibi ista cùm penetraueris. Aut si magis protrita tibi sapiunt & vulgata: abi mi homo, non ego cymbalum ad tuas aures. A te serie & erudite Lector peto, vt sicubi lapsus sum, aut siquid mihi elapsum; corrigas, non culpes. quia reuerâ in tanto opere nec vnus omnia peruidi, & in quibusdam alludo potiùs ad sententiam fortasse, quàm tango. Politica non attigi. Siue enim peritis, siue imperitis; frustrà. Illi sponte eligere possunt: hi nec electis rectè vti. Et audio iam esse, quibus propriè ea cura. Ego quod potui, id feci: nec impedio, siquis in eodem Circo curret ad palmam. Vale, &, si merui, faue Lector. Lugduni Batauorum, Kal. Augustis,* ∞. IↃ. LXXX.

ALLO-

ALLOCVTIO ITERATA

ET NOVISSIMA.

SCRIPTOR *hic est, Lector, quem ego me produxisse tuo bono & lator, & panè iacto: certè neque notum satis anteà, neque luce aut medicinâ dignâ (egebat autem) donatum. Magnus scriptor est, & qui propriè facit magnis: id est, ijs qui tractant reipublicæ clauum, aut à consilijs monitisq; tractanti adsunt. Quæ pars prudentiæ est, militaris siue ciuilis; quis affectus hominum, etsi occultus; qui casus aut euentus rerum, quos iste non palàm aperit, aut sub velo ostendit? Audeo & debeo asserere, hunc hominem videri in altâ quâdam speculâ rerum humanarum fuisse: & illinc gnarum scientémque proclamare, Hoc caue, hoc facito: Iuuabit, aut lædet: Ille & ille effectus erit. Sicut nautæ in apicem mali submittere exploratorem solent, contra aduentores subitos, contra scopulos, vada, terram: sic istum habere licet, aduersus pericula, eumdem ad felicia incepta & inoffensum rerum cursum. Non est in Græcis aut Latinis, & fidenter dicam non erit, qui prudentiæ omnigenæ laude huic se comparet: adeò non veremur, nequis anteponat. Singulæ paginæ, quid paginæ? singulæ lineæ dogmata, consilia, monita sunt: sed breuia sæpè aut occulta, & opus sagace quadam mente ad odorandum & assequendum. Sicut non omnes canes feram; non item lectores virtutes huius dotésque aut indagent, aut captent. Viris opus est, & cum ingenij quadam subtilitate, iudicij rectitudine: & vt verbo dicam, naturæ bonitate. Qui non habet, me audiat, & res alias agat. Sed de auctore omitto: (& satis ille se laudat:) de operâ meâ dicam. Iam anni triginta sex sunt, cùm adolescens Romæ animum huc intendi, & libros veteres comparaui, vt melior illustriórque per me prodiret. Grande opus, in illâ ætate: sed animus vel Deus impulit: & idem dedit, etsi gradatim, perfeciſſe. Nam primùm* Notis *illustraui, Colonienſi secessu à nostris turbis: largius deinde, & pleno* Commentario, *Lugduni in Batauis; iterùm secessu. Nam dicere, si non queri, liceat: ætas mea in hoc aui patriæq; turbidum incidit, vt pacem & quietem nomine magis, quàm re nouerim: & inter assiduos fluctus aut pericula, ab adolescente peruenerim ad senectutem. In Batauis igitur Commentarium dedi, & non displicuisse passim in Europâ vidi,* *ἵνα μηδὲν ἐπαχθὲς λέγω. *Non, inquam, displicuisse: & multos deinde, quasi muscas, ad odorem bonæ famæ conuolasse, & in eodem mustaceo, quod dicitur, lauream quæsiuisse. Quosdam ex ijs modestos, bonæ frugis, & qui pro parte symbolam contulerunt: quosdam alios,*

* vt nihil odiosum dicam.

alios, & qui illudere aut inequitare ſtudium haberent, & aliena fama
* maculam inurere, * amentiam & inſcitiam. * μῶμον, vt ille ait, ἄνάψαι. Illos amaui, hos tuli: & multorum* ἀνοιαν καὶ ἄγνοιαν ſilentio & patientiâ diſſmulaui. Stringere gladium ſi libuiſſet; quàm multos procliue mihi fuit abijcere aut repellere, qui etiamnunc modeſtiam meam victoriam ſuam ducunt? Sed illi viderint: aut potiùs meliores mentes viderint, quorum iudicij & cenſuræ libenter facimus hæc & alia noſtra ſcripta. Ego ſine iactantiâ ſcio & effero, pauca eſſe quæ excuſem, pleraque in quibus poſſim gloriari. Neque tamen omnia licuit aut libuit
* exactè inquirere & exſequi: * ſunt inſanabilia. * ἀκριβολογεῖσθαι καὶ διεξέρχεσθαι: & loca quædam, ſine aliorum ope codicum, * ἔχουσι ἀνιάτως. Sed & quædam in re aut hiſtoriâ tenebras habent, huius aui face vix illuſtrandas. Quid tamen refert? plurima aut præcipua cùm ſana
* acquieſcere ſiue illuſtria ſunt, * ςέργειν oportet, & ad fructus in hac & ſimili lectione, non ad folia ire. Vtinam faciant! vtinam non perſeueret iſta * ἐν τοῖς
* in Criticis non iudicandalis, & turbatio. κριτικοῖς ἀκριτός τις ἔρις & ταραχή! in quâ ego rideam magis neſcio, an indigner. De monito, de prudentiâ, pauci quærunt aut ſatagunt: vbi verbi aut
* verba ducere & triumphare. ſcriptiunculæ res eſt, hîc lubet * λόγους πλάθειν καὶ πομπεύειν. Dij boni, quàm inquietum & vanum eſt homo, cui ſcientiæ opinio lenocinatur & applaudit! Itaque hi tales velut è tripode profantur:

* Fatidici audite hæc præſaga oracula Phœbi. * Κέκλυτε μαντιπόλοι τόδε θέσφατον Ἀπόλλωνος.

Ijdem in alios incurrunt, morbo non cauſſâ: & citiùs in naui lignum deſideres, quàm conuicium in eorum ſcriptis. Gaudent pugnâ: & ſicut Symplegades olim aſſiduè colliſæ, ſic inter ſe iſti. Non enim mecum hercules. non: caui ſedulò, & magis hoc ſtudui, induſtriâ in ſcribendo, modeſtiâ in tractando, extra ambitum, nec extra gloriam eſſe. Quòd ſiquis non dicam meliora, ſed paria aut probabilia ſaltem attulit: ego ille fui, qui libens ſuſtuli, qui oſtentaui, & ſcripta mea hæc ipſa dicent. Neque enim negamus, alios vtiliter allaboraſſe, & quamquam nos primi aut præcipui viam muniuimus, illos etiam adiuuiſſe ad complanandum, aut emuniendum. Hoc in paucis, ſed bonis Notis, è Galliâ Ioſias Mercerus fecit; hoc Curtius Pichena ab Italiâ, ſed & è Britanniâ contulit Sauillus. Pichena tamen ſuper omnes, adiutus à Florentino bonæ notæ codice, qui in Medicæâ bibliothecâ aſſeruatur, & qui ꝑntenis circiter locis coniecturas noſtras (quod gaudeam) confirmauit. His talibus, & pluribus à me adiumentis, nunc poſtremam hanc Taciti editionem damus: nec aliam à me exſpecta, ſiue quia animus aliò vocat, ſiue quia valetudo ab omni tali operâ remouet, & ad extremas quaſdam * curas * μελετὰς ducit. Ego pareo: tu ſcito me hîc & Textum longè meliorem, ſcitiúſque diſtinctum dediſſe, & ipſis Commentarijs multa addidiſſe, coniecturas aut ſcholia; atque etiam in Hiſtorias Notis. Quædam tamen & ſubduxiſſe, aut certè ſepoſuiſſe in finem Commentarij, quò interdum remitteris ſub EXCVRSVVM voce. Quid ij ſunt? vberiores notæ

aut

aut dissertatiuncula, olim inserta, super ritu aliquo veteri, aut facto: quæ etsi ad Tacitum, tamen turbatura nunc instituti nostri ordinem videbantur, neque Textui aptè sic innecti aut subiungi. Igitur abiungere, & ad ea remittere Lectorem, satis nobis visum: præsertim cùm inuenire ac legere, promptum volenti esset. In istis aut aliis, ADDITIO *interdum adiicitur: quæ significat è* CVRIS SECVNDIS *hoc esse, quas olim dedimus seorsim. Sed & bonâ fide quædam eiecimus, id est correximus, aut sententiam mutauimus: neque id puditum est, quia, vt ille ait,* qui sæpè nauigat, aliquando patitur tempestates: *& in multiplici aut longâ scriptione, opus interuenire aberrationes, siue* * ἀποτυχίας. *Humanum est, ignosce: turpe perseuerare, aut defendere. quod non fecimus, & aliena iudicia non libenter audire tantùm solemus, sed & sæpè auscultare. Tantum est. te vti frui cupio, Lector: sed inprimis Tacito ipso, & altius aliquid firmiúsque, quàm Criticorum siue & Grammaticorum has curas, spirare. Non enim ad ista, sed per ista, imus. Louanij,* XV. *Kal. Septembr. anno Christiano* ∞.IↃC.V. *ætatis meæ quinquagesimooctauo, minus mensibus duobus.*

* frustrationes.

C. COR-

C. CORNELII TACITI
VITA, HONORES
ET SCRIPTA.

CAIVS CORNELIVS Tacitus, cui vulgò P. prænomen faciunt, non illâ patriciâ Cornelîâ gente, sed aliâ minùs illustri natus est, extremis, vt opinio mea fert, Ti. Claudij Imp. temporibus. Pater auusque honores gesserint, & ad remp. accesserint, nécne, vt re vetustâ & incertâ nihil adfirmem: propius à vero abest, ipsum primum ius imaginis & honores in familiam non nimis illustrem intulisse. initium dignitatis illi sub Vespasiano fuit, à quo, Plinio auctore, procurator datus Galliæ Belgicæ, rationes Principis administrauit. quæ dignitas equestri ordini diu peculiaris fuit. Reuersus, à Tito, vt opinor, Quæsturam accepit: certè dignitatem suam quam Vespasianus inchoauerat, auctam & adiutam esse à Tito, ipse in Historiis profitetur: nec aliud suspicari est quàm Quæsturam aut si fortè Ædilitatem, quia Præturâ XIV. demum consulatu Domitiani auctus est. In quo erroris manifestus est eruditus vir, qui Domitiano IX. & Verginio Rufo II. COSS. Prætorem Tacitum constituit. Nam Tacitus quidem ipse in Annali XI. disertè ait se XV. virum S. F. ac tum Prætorem ludis sæcularibus Domitiani cum curâ adfuisse. Atqui ludos sæculares à Domitiano editos A. V. C. DCCCXLI. id est quinquennio ipso posterius quàm Vertranio placuit, ex monumentis antiquis liquidæ veritatis est. Exstant nummi non pauci cum his notis, IMP. CÆS. F. LAV. DOMITIANVS. AVG. GERM. PONT. MAX. TR. POTEST. VIII. COS. XIV. LVD. SÆC. FEC. Ad consulatum deinde satis longo interuallo imperante Neruâ peruenit A. V. C. DCCCL. suffectus in locum demortui T. Verginij Rufi, illius qui delatum à Germanicis legionibus imperium constanter spreuerat. quem & defunctum pro rostris Tacitus laudauit. Exsulasse eum sub Domitiano quidam tradiderunt; magis tamen, vt opinor, pro more vulgi, qui magnis viris insignes casus adfingere amat, quàm quòd eius rei certus auctor sit. Ego legendo non aliud comperio, quàm afuisse eum aliquot annis ab vrbe, idque eo ipso tempore quo Iulius Agricola socer eius mortem obierit COSS. Pompeio Conlegâ, & Cor. Prisco, non tam exsilij necessitate, vt arbitror, quàm tædio temporum & cupidine otij. Nam quòd iidem, vt omni ex parte tam anxia diligentia constet, decennium in exsilio egisse scribunt, ac demum exorato Domitiano restitutum; Latinè vt loquar, inanis fabula est. ac credo eos homines cùm hoc scriberent, indormiisse bello Troiano, & illinc decennia sua sumsisse. Constat enim apud vigilantes & sobrios, Domitianum à ludis suis sæcularibus, quibus certè Tacitus Prætor Romæ adfuit, VII. dumtaxat annos vixisse, octauo conspiratione suorum occisum.

occiſum. Hæc ferè in Rep. In priuatâ eius vitâ iſta ſunt. Vxorem duxit A.V.C. DCCCXXX. Veſpaſiano IIX. & C. Iulio Agricolâ coss. Agricolæ filiam, idque illi ad extremam ætatem concors & tranquillum matrimonium fuit. Liberos haud dubiè reliquit, & ex ijs, niſi coniecturâ fallor, longo interuallo nepotem M. Claudium Tacitum, qui poſteà Imp. appellatus eſt (ſic enim eum Imperatorem nummi appellant, non vt vulgus, P. Annium Tacitum) qui, vt Fl. Vopiſcus refert, parentem ſuum appellare hunc Tacitum ſolet. Hiſtoriæ ſcribendæ ſenex demum vacauit, cùm reliquum ætatis in foro & cauſſis orandis egiſſet. Ex Plinij epiſtolis & Tacitum in principibus oratoribus fuiſſe, & orationes aliquot edidiſſe, intelligimus. Æquales habuit, Fabium Quinctilianum, vtrumque Plinium, Iulium Florum, Secundum, Maternum, M. Aprum, Eprium Marcellum, Vipſanium Meſſallam. Scripſit primùm omnium, vti pòſt docebo, Hiſtoriarum libros ab exceſſu Neronis ad imperium Neruæ. Deinde Annales ab Auguſti exceſſu ad finem Neronis; quorum omnium quanta iactura & quibus locis facta ſit in tempore memorabo. Nominantur & eius facetiarum libri à Fulgentio, cum hoc fragmento, *Cæſi itaque morum eclogio in filijs relicto.* Mortis eius tempus non exprimo: natalem tamen annum propemodum inuêni. Odoratus ſum ex Plinij nepotis epiſtolâ, quæ libro VII. Nam ait diſertè propemodum ætate æqualem ſe Tacito. At Plinius incendio Veſuuini montis, quo auunculus perijt, agebat, vt ipſe ait, duodeuiceſimum annum. Natus ergo Plinius (nam incendium illud ſecundo anno Titi) non dubiè anno vrbis conditæ DCCCXVI. Memmio Regulo & Verginio Rufo COSS. At Tacitus paullò maior natu, quod eâdem illâ epiſtolâ teſtatum reliquit Plinius. Ergo natus extremo imperio Claudij, vel potiùs, initio Neronis: vixeritque, opinor, vel ad imperium Hadriani. Hiſtoriam quidem exorſus eſt ſcribere poſt mortem Neruæ. clarum, quoniam principio I. Hiſtor. vocat Diuum Neruam. qui honos non habetur, niſi principi mortuo.

VETERVM SCRIPTORVM
DE TACITO TESTIMONIA
VEL EIVSDEM FRAGMENTA.

Plin. lib. VII. Nat. hiſt. cap. XVI.

Ipſi nos pridem vidimus eadem omnia in filio Corn. Taciti equitis R. Galliæ Belgicæ rationes procurantis.

Plinius Nepos lib. II. Epiſt. I.

Laudatus eſt Verginius à conſule Cornelio Tacito. Nam hic felicitati eius ſupremus cumulus acceſſit, laudator eloquentiſſimus.

Eodem Libro, Epiſtol. XI.

Reſpondit Cornelius Tacitus eloquentiſſimè, & quod eximium orationi eius ineſt, σεμνῶς.

Libro

Libro IV. Epist. XV.

Idem Cornelium Tacitum, scis quem virum, arctâ familiaritate complexus est.

Libro VI. Epist. XVI.

Petis auunculi mei exitum tibi scribam, quo veriùs tradere posteris possis. Gratias ago. nam video morti eius, si celebretur à te, immortalem gloriam esse propositam.

Libro VII. ad Tacitum.

Erit rarum & insigne duos homines ætate propemodum æquales, nonnullius in litteris nominis, alterum alterius studia fouisse. Equidem adolescentulus, cùm iam tua fama gloriaque floreret, te sequi, tibi longo, sed proximus, interuallo, & esse & haberi concupiscebam.

Libro IX.

Nec ipse tibi plaudis; & ego nihil magis ex fide, quàm de te scribo. Posteris an aliqua cura, nescio: nos certè meremur, vt sit aliqua. non dico ingenio (id enim superbum) sed studio, sed labore, & reuerentiâ posterûm.

Orosius de Domit. loquens.

Nam quanta fuerint Diurpanei Dacorum regis cum Fusco duce prælia, quantæque Rom. clades, longo contextu euoluerem, nisi Corn. Tacitus, qui hanc historiam diligentissimè contexuit, de reticendo interfectorum numero, & Sallustium Crispum, & alios auctores quamplurimos sanxisse, & seipsum idem potissimùm elegisse dixisset.

Idem.

Dein vt verbis Corn. Taciti vtar, Sene Augusto Ianus patefactus, dum apud extremos terrarum terminos nouæ gentes sæpè ex vsu & aliquando cum damno quæruntur, vsque ad Vespasiani durauit imperium.

Flauius Vopiscus in Probo.

Et mihi quidem id animi fuit, non vt Sallustios, Liuios, Tacitos, Trogos atque omnes disertissimos imitarer viros, sed Marium Maximum, Suetonium Tranquillum, &c.

Idem in Tacito.

Corn. Tacitum scriptorem historiæ Augustæ, quòd parentem suum eumdem diceret, in omnibus bibliothecis collocari iussit.

Sidonius Epist. lib. IV. ad Polemium.

Caius Tacitus è maioribus vnus tuis Vlpianorum temporum consularis, sub verbis cuiusdam Germanici ducis in historiâ suâ rettulit, &c.

Idem in Panegyrico ad Anthemium.

Quâ Crispus breuitate placet, quo pondere Varro,
Quo genio Plautus, quo flumine Quinctilianus;
Quâ pompâ Tacitus numquam sine laude loquendus.

Idem in Epigram.

Et te qui breuitate Crispe polles,
Et qui pro ingenio fluente nulli
Corneli Tacite es tacendus ori.

Illa Quinctiliani lib. x. * fortasse ad Tacitum referantur.

Superest adhuc & exornat ætatis suæ gloriam vir sæculorum memoriâ dignus, qui olim nominabitur, nunc intelligitur. Habet amatores, nec immeritò, vt libertas, quamquam circumcisis quæ dixisset, ei nocuerit. Sed elatum abundè spiritum, & audaces sententias deprehendas etiam in ijs quæ manent.

* Ambigo ideò, quia hæc viuo Domitiano Fabius scripsisse videtur. Atqui noster tunc, vt opinor, nil vulgauerat.

C. COR-

A[1] # C. CORNELII TACITI

AB EXCESSV DIVI AVGVSTI

[2]ANNALIVM LIBER I.

BREVIARIVM LIBRI.

B AVGVSTVS *Nolæ mortem obit. Tiberius succedit, tardè, & cupidinem dissimulans. Pannonicas legiones tres grauis seditio incessit. ea, misso Druso Tib. F. ægrè componitur. Idem in Germaniâ inferiore motus. qui consedit, non sine sanguine & cæde. Germanicus Cæsar in hostem ducit: eaque expeditione Marsi, Tubantes, Bructeri, Vsipetes vastati aut cæsi. Iulia Augusti F. Rhegij vitam finijt. Sodales in honorem Augusti, & ludi Augustalia instituti. Germanicus iterùm Rhenum transmittit, in Cattos ducit. agros, domos, homines, vastat, vrit, cædit. Segestes obsidione Arminij liberatur. Ob hæc Imperator consalutatus. Bellum deinde in Cheruscos gestum. reliquiæ Vari & militum lectæ: iisque suprema soluta. Romani in reditu, sub Cæcinâ duce, periclitati. tamen hostes prosperâ eruptione fusi, fugati. Maiestatis lex reducta & asperè exercita. Tiberis inundat. Theatralis tumultus est: & per eam caussam decreta Patrum expressa ad coërcendos histriones. Postremò actum de subducendis Tiberi aquis. eoque nomine querelæ ciuitatum Italiæ & legationes. Hæc biennio ferè gesta.*

SEX. POMPEIO, ET SEX. APVLEIO COSS.

NERONE CLAVDIO DRVSO CÆSARE, ET C. NORBANO COSS.

C VRBEM ROMAM à principio reges habuere. Libertatem, & Consulatum L. Brutus instituit. [3] Dictaturæ ad tempus sumebantur: neque Decemuiralis potestas [4] vltra biennium, neque Tribunorum militum consulare ius diu valuit. Non Cinnæ, non Sullæ longa dominatio. & Pompeij Crassiique potentia, citò in Cæsarem; Lepidi, atque Antonij arma, in Augustum cessêre. qui cuncta discordiis ciuilibus *Rei Rom. status:* *Ad Augustum.*

COMMENTARIVS.

1. CAII CORNELII TACITI.] *Id verum huic scriptori prænomen adserui. Sidonius lib.* IV. *ad Polemium epistolâ:* Caius Tacitus è maioribus vnus tuis, Vlpianorum D temporum consularis. *Et ad Leonem:* Namque & antiquitùs cùm Caius Cornelius Tacitus Caio Plinio Secundo paria suasisset. *Sed & epigraphe Farnesiani libri,* C. Cornelij Taciti Romanas historias scribentis ex his qui reperiuntur liber primus. *Publium prænomen quod in libris tritis, à casu aut à vulgo est. Mihi autem in ipso aditu testari placet,* Odi profanum vulgus & arceo.

2. ANNALIVM LIBER.] *Benè Rhenanus, qui hanc inscriptionem adserit, etiam contra libros. In quibus plerisque est,* Actorum diurnalium, *vel, vt in Veneto,* Actionum diurnalium. *Qui tamen titulus non accepto referendus alicui imperito. Vnde enim illi in mentem fuissent Acta, vel Diurna? sed cuipiam antiquioris æui, qui Taciti Annales non ineptissimè comparauit cum Actis vrbis. Quem tamen refellit ipse Tacitus libro* XIII. Nerone II. L. Pisone Coss. pauca memoria digna euenere, nisi cui lubeat laudandis fundamentis & trabibus volumina implere: cùm ex dignitate Populi Rom. repertum sit, res illustres Annalibus, talia diurnis vrbis Actis mandare. *Alibi:* Nemo Annales nostros cum scriptura eorum contenderit. *Itemq.:* Ni destinatum mihi foret suum quæque in annum referre. *Etiam Iornandes in rebus Gothicis Cornelium hunc citat,* Annalium scriptorem.

3. DICTATVRÆ AD TEMPVS.] *Quas diuturnas primus Sulla fecit, Cæsar perpetuas. Et hic gradus ad Principatum: quò Præfatio ista ducit.*

4. VLTRA BIENNIVM.] *Ita accipio, quasi dicat, haud multo vltra biennium Nam exactè si putas, reuerà vltra biennium Decemuiri imperium tenuere. Liuium & Fastos vide. Nec tamen Vertranio adsentior,* vltra triennium *sufficienti.*

Qui primus princeps dictus

Materia huic scriptioni: A Tiberio ad Galbam.

Artes & via Augusti ad imperium.

libus fessa, [5] nomine Principis sub imperium accepit. Sed [6] veteris * reip. prospera vel aduersa, claris scriptoribus memorata sunt: temporibusque Augusti dicendis non defuêre decora ingenia, donec glisscente adulatione [7] detererentur. [8] Tiberij, Caiique, & Claudij, ac Neronis res, [9] florentibus ipsis, ob metum falsæ; postquam occiderant, recentibus odiis compositæ sunt. Inde consilium mihi pauca de Augusto, & extrema tradere: mox Tiberij Principatum, & cetera: sine irâ, & studio, quorum causas procul habeo. Postquam Bruto & Cassio cæsis, nulla iam [10] publica arma; Pompeius [11] apud Siciliam oppressus, [12] exutoque Lepido, interfecto Antonio, ne Iulianis quidem partibus, nisi Cæsar dux reliquus: posito Triumuiri nomine, Consulem se ferens, & ad tuendam plebem Tribunicio iure contentum; [13] vbi militem donis, populum annonâ, cunctos dulcedine otij pellexit; insurgere paullatim, munia senatus, magistratuum, legum in se trahere, nullo aduersante: cùm ferociſſimi per acies, aut proscriptione cecidissent. ceteri nobilium, quanto quis seruitio promptior, opibus & honoribus extollerentur: ac nouis ex rebus aucti, tuta & præsentia, quàm vetera & periculosa mallent. Neque Prouinciæ illum rerum statum abnuebant, suspecto Senatus populique imperio ob [14] certamina potentium, & [15] auaritiam magistratuum: inualido legum auxilio, quæ vi, ambitu, postremò pecuniâ turbabantur. Ceterùm Augustus subsidia dominationi [16] Claudium Marcellum, sororis filium admodum adolescentem, Pontificatu & curuli

A

B

Varij, quos successores destinauit Marcellus:

ficienti. Nam id includat triennium eos imperasse. quod contrà est, & non nisi supra biennium aliquot menses.

5. NOMINE PRINCIPIS.] *Non ergo tam celebre tunc* Imperatoris *nomen, eâ quidem notatione. Et Augusto visum istud* Principis, *minuendæ inuidiæ: quia etiam olim Princeps Senatus. Quod exemplum non dubiè secutus. Noster infrà*: Non regno tamen neque dictaturâ, sed Principis nomine constitutam rempublicam. *Ouidius de Augusto ad Romulum:*

Tu domini nomen, Principis ille tenet.

Dio de Tiberio: Πρόκριτός τε τῆ γερουσίας καὶ τὸ ἀρχαῖον, ὠνομάζετο. Καὶ πολλάκις γε ἔλεγεν ὅτι δεσπότης μὲν τῶν δούλων, αὐτοκράτωρ δὲ τῶν στρατιωτῶν, τῶν δὲ δὴ λοιπῶν πρόκριτός εἰμι: Princeps autem Senatus, ritu prisco, dicebatur. & ipse sæpè aiebat, Dominum se seruorum esse, Imperatorem militum, Principem ceterorum. *nec temerè aliter Tacitus appellat. Inde Principatus, & Principium etiam pro imperio, Suetonij cap.* XXXI. Augusti Principium, clade Varianâ; Tiberij, ruinâ spectaculorum memorabile factum. *Ita opt. liber, & puto sincerè. Tertullianus quidem receptam eam significationem fuisse ostendit, aduersus Hermogenem*: Possunt & aliter, *inquit*, principium interpretari, non abs re tamen. Nam & in Græco principij vocabulum, quod est ἀρχὴ, non tantùm ordinatiuum, sed & potestatiuum capit principatum. Vnde & ἄρχοντες dicuntur Principes. Ergo secundùm hanc quoque significationem, Principium pro potestate & principatu sumetur. *Sed & Glossæ Græcæ distinctè* ἀρχὴ τὸ προοίμιον, exordium. *& deinde* Ἀρχὴ, imperium, magisterium, præsidatus, principium.

* Florus I. IV c. VIII. Dio XLIX.

6. VETERIS REIP.] *Ita Vertranio placitum, traiectis notis, quæ vulgo,* p. r.

7. DETERERENTVR.] *Ita rectè. non* deterrerentur. *Tacitus lib.* II. *Histor.* Siquid ardoris ac ferociæ miles habuit, popinis & comessationibus & principis imitatione deteritur. *Horatius pari metaphorâ*: —— Culpâ deterit ingenI.

8. TIBERII, CAIIQVE.] *Fines designat intra quos hi libri, qui attingunt quattuor dumtaxat principes. Vt vel hinc liqueat Historias seorsum scriptas, finemq; Annalium fuisse in fine Neronis.*

9. FLORENTIBVS IPSIS.] *Itaque verissima scriptio de Principibus, cùm iam esse desierunt. Quod Arrianus in rebus Alexandri pro argumento habet, fideliter eas à Ptolomæo & Aristobulo traditas,* Ὅτι τελευτηκότος ἤδη Ἀλεξάνδρου συγγράφουσιν, ὅτε ἐπὶ τοῖς ἤτε ἀνάγκη καὶ ὁ μισθὸς τῶν ἄλλως τι, ἢ ὡς συνηνέχθη, συγγράψαι, ἀπῆν: quòd mortuo iam Alexandro scripserint, cùm necessitas aut præmium aliter aliquid scribendi abesset.

C

10. PVBLICA ARMA.] *Senatus populiq;, pro republicâ & à republicâ. Tantùm priuata nunc arma, & in propriam potentiam.*

11. APVD SICILIAM OPPRESSVS.] *Non mehercules apud Siciliam. In Asiâ oppressum eum iugulatumq; consentiunt scriptores. de vrbe tamen ambigitur. Dio cæsum vult* ἐν Μιδαείῳ τῆς Φρυγίας, *in Phrygiæ oppido Midaio.* * *Florus & Appianus Mileti, quæ Cariæ adscripta. Sed noster victum eum saltem intelligit, & copias eius apud Siciliam oppressas. Ita & Florus de eodem:* In Siculo freto iuuenis oppressus est.

12 EXVTOQVE LEPIDO.] *Eleganter, id est, exarmato, & exercitu spoliato. Nam* XX. *legiones ei ademit.*

D

13. VBI MILITEM DONIS.] *Respexit huc Victor cùm de eodem Augusto scripsit:* Illectis per dona militibus, atque annonę curandę specie vulgo, ceteros haud difficulter subegit.

14. CERTAMINA POTENTIVM.] *Factiones in vrbe, & tum bella: quæ miseras prouincias affligebant.*

15. AVARITIAM.] *Rapinas & extorsiones Præsidum, in populi imperio dissimulatas, aut inuicem donatas.*

16. CLAVDIVM MARCELLVM.] *Magnam illam Romæ & libertatis spem. De cuius laudibus plenâ manu Seneca ad Martiam:* Octauia Marcellum amisit,

A curuli Ædilitate: M. Agrippam [17] ignobilem loco, bonum militiâ, & victoriæ ſociũm, [18] geminatis conſulatibus extulit. mox [19] defuncto Marcello, generum ſumpſit: Tiberium Neronem, & Claudium Druſum priuignos, [20] imperatoriis nominibus auxit, integrâ etiamdum domo ſuâ. Nam genitos Agrippâ Caiũm ac Lucium, [21] in familiam Cæſarum induxerat: nec dum poſitâ puerili prætextâ, [22] Principes iuuentutis appellari, [23] deſti- *Agrippa.* *C. & L. Cæſares.*

amiſit, cui & auunculus & ſocer incumbere cœperat, in quem onus imperij reclinaret: (*malo*, reclinare) adoleſcentem animo alacrem, ingenio potentem, ſed & frugalitatis continentiæque in illis aut annis aut opibus non mediocriter admirandæ: patientem laboris, voluptatibus alienum, & quantumcumque imponere illi auunculus, &, vt ita dicam, inædificare voluiſſet, laturum.

17. IGNOBILEM LOCO.] *Adeò vt ipſum generis ſui nominiſq; pæniteret. Narrat comiter Seneca pater Controuerſ. lib.* II. Tantâ autem Mæcenas ſub diuo Auguſto libertate fuit (*corrigo*, Tanta autem ſub diuo Auguſto libertas fuit. *nihil hic de Mæcenate, & exculcanda vox malè inculcata*) vt præpotenti tunc M. Agrippæ non defuerint qui ignobilitatem obijcerent. Vipſanius Agrippa fuerat. Vipſanij nomen quaſi argumentum paternæ humilitatis ſuſtulerat, & M. Agrippa dicebatur. Cùm defenderet reum, fuit accuſator qui diceret Agrippam & quod in medium eſt (*iterùm reſcribo*, Agrippa M. & quod in medio eſt. *ea enim verba ioci, & gentis nomen medium inter cognomen prænomenq;*) volebat Vipſanium intellegi. Fuit qui diceret * Concurrite Agrippa malum habebis reſponde diis. Eâ in arte (*potiùs* parte) vtique mihi videtur admiratione dignus Auguſtus: ſed horum non poſſum non miſereri, qui tanti putant caput potiùs quàm digitum perdere. *Scribendum*, dictum.

18. GEMINATIS CONSVLATIBVS.] *Ideóne geminatus, quia bis conſul? Caue cenſeas. tertiùm enim fuiſſe Dio docet & Faſti. itemq; Velleius.* Agrippa, *inquiens*, quem vſque in tertium conſulatum & mox collegium Tribuniciæ poteſtatis, amicitia Principis euexerat. *Sed ideò id dixit, quia poſtremi duo conſulatus Agrippæ coniuncti continentesq;. Qui ſanè honos erat: & rarò cuiquam eâ ætate tributus; præter principes re aut deſtinatione.*

19. DEFVNCTO MARCELLO.] *Qui Baÿs obÿt, vt clarè teſtatum reliquit, Elegiâ huic rei propriâ, poëta Vmber. Nec ſcio cur vir doctus tanto opere pertendat mortuum eum potiùs in * Stabiano. Quid? Propertius qui vixit id æui, locum neſciuit funeſtum iuueni tam illuſtri? Sciuit. ſed dedit hoc, inquit, Liuiæ, quæ ſuſpicione laborabat Marcelli interempti. Nec hercle immeritò. Num ergo venenum dari Baÿs minùs potuit, ac in Stabiano? Scilicet ſoluta omni crimine illa aulica Medea, ſi Marcellus obÿt Baÿs. Ego verò, vir maximè, cauſſam nullam video huius tuæ tam ſeriæ adſertionis: placetq; cum Propertio & vulgatis Seruÿ libris mortuum eum in Baiano. Suſpicionem quidem de Liuiâ Dio huiuſmodi inſeruit:* Αἰτίαν μὲν ἡ Λιβία τῷ θανάτῳ Μαρκέλλου εἶχεν, ὅτι τῶν γέων αὐτῆς προετετίμητο: Cauſſam mortis Marcelli Liuia habuit, quòd is eius filiis anteponeretur. *At Tacitus Pliniuſq; eâ culpâ non liberant etiam Auguſtum. Annal.* II. Sed ſuberat occulta formido reputantibus, haud proſperum in Druſo patre eius fauorem vulgi: auunculum eiuſdem Marcellum flagrantibus plebis ſtudijs ereptum, breues & infauſtos populi Romani amores. *Plinius lib.* VII. *inter Auguſti infortunia:* Suſpecta Marcelli vota, pudenda Agrippæ ablegatio. *Quaſi conceperit aliquid cupiueritq; contra Auguſtum, amore priſtini ſtatus & libertatis.*

20. IMPERATORIIS NOMINIBVS AVXIT.] *Non eo more quo rei Romanæ domini, Imperatores dicti: ſed quo olim, qui rempub. militiæ feliciter geſſiſſent. Vulgatus olim honos: non item ſub Imp. qui rei proſperè geſtæ lauream & laudem ſibi adſcribi volebant auſpicijsq; ſuis. Turbat in ſententiâ huius loci vir doctus, & miror. Tu vide Dionem Caſſium l.* LIV. *&* LV. *& Velleium, itemq; ea quæ ſcribo ad extremum librum quartum.*

21. IN FAMILIAM CÆSARVM INDVXERAT.] *Emptos domi à patre per æs & libram. Ita loquebantur, non per aſſem, vt perperàm inoleuit Suetonij capite* LXIV. *Quamquam reuerà in eâ formulâ Æs non aliud notat quàm aſſem. Varro lib.* VIII. Pro aſſibus nonnumquam æs dicebant antiqui, à quo dicimus aſſem tenentes. Hoc ab ære æneaque librâ. *Ritum hunc (vt omittam notata alÿs) notat explicatq; eleganter Clemens Alexandrinus Strom. quinto:* Καὶ τὰ παρὰ Ῥωμαίοις ὅτι τῆς δεξιωσεως γινόμενα τάξιν εἴληχε δεξιᾶ δικαιοσύνην, ἐκεῖνα ζυγὰ καὶ ἀσσάρια, καρπισμοί τε καὶ αἱ τῶν ὤτων ὑπτάυσεις. Τὰ μὲν δὴ ἵνα δικαίως γένηται, τὰ δὲ εἰς τὸ τῆς πίστεως μεσιτὸν, τὰ δ' ὅπως ὁ παρατυχὼν, ὡς βάρος τινὸς αὐτοῦ ὑπιδεμένου, ἕξως ἀκούσῃ, καὶ τάξιν μεσίτου λάβῃ. *Triplex antiquitatis ritus, interpreti non intellectus. Æs & libra in teſtamentis, vindiciæ, & Anteſtatio. Nam* καρπισμοὺς *ad vindicias adſertionemq; refero:* τὰς τῶν ὤτων ὑπτάυσεις *aurium tactiones, ad Anteſtationem. Omnia enim hæc ad familiæ mutationem pertinent, quæ per teſtamentum, de quâ Quinctilianus declamat.* CCCVII. Non dixerim teſtamentum, cui libripens deeſt & familiæ emptor, & cetera iuri neceſſaria. * *Agellius & Iuriſconſulti.*

22. PRINCIPES IVVENTVTIS APPELLARI.] *Quod ſanè ridiculum, vt principes iuuentutis ſint, cui etiamnum in pueris. Natus autem Caius anno vrbis* DCCXXXIV. *Sex Apuleio, P. Silio Coſſ. At Lucius biennio toto minor, ex Dione* LV. *in actis eius anni. Princeps iuuentutis (*πρόκειτον τὸ νεότητος *Zonaras hic reddidit) ab Auguſto inualuit, ad futurum imperium titulus & omen. Sunt nummi cum inſcriptione:* C.L. CÆSARES. AVGVSTI. F. COS. DES. PRINC. IVVENT. *adpoſitæ effigies Caÿ Luciÿq;, cum clypeis & haſtis. quæ Tirocinij die equites dederant, honoris Auguſti cauſſâ. Dio:* Καὶ αἱ πέλται τότε δόρατα, ἃ πρὸ τῆς ἱππέων εἰς τοὺς ἐφήβους ἐσίοντες χρυσᾶ εἰλήφεσαν, εἰς τὸ βαλλυτήριον ἀνετήθη. *Obſerua Dionem aureas haſtas dicere, quas lapis Ancyranus (magnæ apud me fidei, vt quem viuus conceperit Auguſtus ipſe) argenteas. Verba ſunt, vti ad me miſſa* be ne-

* Mutila iſta. Videtur verſus fuiſſe. *Concurrite omnes augures aruſpices*

* Lib. IV. cap. XXVII.

* Tamen concilies non difficulter, quia Stabiæ haud procul Baiis.

[23] destinare consules, specie recusantis flagrantissimè cupiuerat. Vt Agrippa vitâ concessit; L. Cæsarem euntem ad Hispanienses exercitus, [24] Caium remeantem Armeniâ, & vulnere inualidum, mors fato propera, vel [25] Nouercæ Liuiæ dolus abstulit; [26] Drusoque pridem extincto, Nero solus è priuignis erat: illuc cuncta vergere. filius, collega imperij, consors Tribuniciæ potestatis adsumitur, omnisque per exercitus ostentatur: non obscuris, vt anteà, matris artibus, sed palàm hortatu. Nam senem Augustum deuinxerat adeò, vti nepotem vnicum, Agrippam Postumum, in [27] insulam Planasiam proiiceret: rudem sanè bonarum artium, & robore corporis stolidè ferocem, [28] nullius tamen flagitij compertum. At herculè Germanicum Druso ortum, octo apud Rhenum legionibus imposuit, adscirique per adoptionem à Tiberio iussit, quamquam esset in domo Tiberij filius iuuenis, sed [29] quo pluribus munimentis insisteret. Bellum eâ tempestate nullum, nisi aduersus Germanos supererat: abolendæ magis infamiæ, ob amissum cum Quinctilio Varo exercitum, quàm cupidine proferendi imperij, aut dignum ob præmium. Domi res tranquillæ. eadem magistratuum [30] vocabula. iuniores

Denique Tiberius Nero.

Et id gratiâ matris Liuiæ.

Germanicus Drusi filius Galliæ præfectus.

Status rerum, & affectus ciuium sub Augusto.

A

B

C

D

* *pro* Agentes, & Consules, *antiqua scriptura.*

beneficio viri illustris Augerij Busbequij: EQVITES. AVTEM. ROMANI. VNIVERSI. PRINCIPEM..... ...HASTIS. ARGENTEIS. DONATVM. APPELLAVERVNT. *quam lacunam ritè expleueris*: Principem iuuent. Caium.

23. DESTINARE CONSVLES.] *Et verò perfecerat. Romæ marmor, de Caio:* QVEM. POPVLVS. COS. CREAVIT. ANNOS. NATVM. XIV. *Ait annos natum quattuordecim: & addicit Dionis ratio, qui consulem facit designatum anno vrbis* DCCXLVIII. *Tamen Augustus in iam dicto lapide* XV. *illi annum circumdat, sed nempe quem ingressus erat, & iam agebat. Verba sunt:* Honoris mei caussâ Senatus populusque Romanus annum quintum & decimum * agentis Consulis designauit, vt eum magistratum inirent post quinquennium ex eo die quo deducti in forum.

24. CAIVM REMEANTEM ARMENIA.] *In Lyciâ mortuum eum voluit Suetonius cum Velleio. Ille his verbis:* Caium & Lucium in duodeuiginti mensium spatio amisit ambos: Caio in Lyciâ, Lucio Massiliæ defunctis. *Iste his:* Deinde reluctatus inuitusque reuertens in Italiam, in vrbe Lyciæ, limyram vocant, morbo obijt. *Etiam Florus:* Massiliæ Lucius morbo soluitur: in Lyciâ Caius ex vulnere. *Fugerit ergo ratio memoriosum illum senem necesse est, qui in Syriâ tradidit defunctum. Dico Senecam patrem in Controuersijs:* Itaque cùm mortuo in Syriâ C. Cæsare codicillo questus esset Augustus, quòd in tam magno & recenti luctu suo cœnasset. *Sed erit fortasse, qui culpam eam in exscriptorem conferet, rescribetq;*, Lyciâ. *Addi velim Suetonij locum, Tib. cap.* XV. Caio & Lucio intra triennium defunctis, adoptatur ab Augusto. *nec addi solùm, sed & corrigi. Nam hoc de triennio, nónne nimis laxum? apparet è Velleio:* Caius, *inquit*, in vrbe Lyciæ morbo obijt, cùm ante annum fermè L. Cæsar Massiliæ morbo decessisset. *En, dumtaxat interuallum fecit paullò plus anni. Et ipse Suetonius* duodeuiginti *modò* menses *interponit, verbis quæ suprà. Non ergo ambiges, quin scribend.* intra biennium: *si hunc putamus sensum. Nam in alium me duxit P. Iohannes Deckerius è Societate Iesu, qui refert ad* triennium *Tiberiani reditus, & vult vtrumque perijsse intra tres primos annos, ex quo ille Rhodo reuersus. Historia approbat.*

25. NOVERCÆ LIVIÆ.] *Nata exitio reip. hæc mulier, & suæ domus. Sed benè quod Tacitus nusquam dissimulat fraudem eius & scelus. Plinius cautior, qui suspicionem hanc tangens, cauit sibi obscuritate sermonis:* Incusatæ filiorum mortes, luctusque non tantùm orbitate tristes. *Nec enim aliò traxeris ea verba, non me quidem interprete.*

26. DRVSO PRIDEM EXTINCTO.] *Nempe ante annos circiter* XII. *priusquam Caius moreretur. Quippe Drusus obijt ex lapsu equi, in Germaniâ, anno vrbis* DCCXLV. *ex Dione libro* LV. *initio: & Caius anno* DCCLVI. *Imposuerat mihi Dion olim, in cuius libro hiatus est, & anni aliquot omissi. atque ita narratur mors Caij, quasi biennio post illam Drusi. Sed, vt dixi, defectio & hiatus est, atque anni plures medij desunt: quod in Notis ad Velleium obseruamus.*

27. INSVLAM PLANASIAM.] *Atqui Siciliam vocat Scholiastes Iuuenalis vetus.* Agrippa, *inquit*, in Siciliâ propter morum feritatem ab Augusto relegatus est. *Errat. nam de Planasiâ adfirmat cum nostro etiam Dio, & ait vicinam Corsicæ esse, libro extremo* LV. *In quâ narratiunculâ quod legitur,* Καὶ τὴν Ἰταλίαν ὡς μητρῴαν διέβαλλεν: & Iuliam vt nouercam aspernabatur: *meo iudicio* τὴν Λιουίαν *faciendum est. Non enim matrem suam Agrippa insectabatur (& illa verò iam relegata aberat) sed Liuiam, vt probabile est, Augustæ stirpi numquam æquam.*

28. NVLLIVS TAMEN FLAGITII.] *Imitatione Liuij, si fortè, qui de T. Manlio:* Filium iuuenem, nullius probri compertum, extorrem vrbe egit.

29. QVO PLVRIBVS MVNIMENTIS.] *Verè emendaui. Filij enim heredesq;, passim dicuntur subsidia & firmamenta regni. Tacitus* V. *Histor.* Non legiones, non classes, proinde firma imperij munimenta quàm numerum liberorum. *Euripides:*

Φῦναι τυράννοις, παῖδας ἕρυμα δώμασι.

Sic subsidia aulæ, *Suetonio;* Adminicula Augusti, *Senecæ; heredes imperij dicuntur: & verè. Siculus illemomar (exprimit quod verum est à me indignatio) cum suâ coniecturâ,* sed qui pluribus morum vitiis insisteret, *abeat Morboniam.*

30. VOCABVLA.] *Sed non vis aut potestas. Cæsar in se traxerat.*

31. ÆGRO

A tes poſt Actiacam victoriam, etiam ſenes plerique inter bella ciuium nati: quotuſquiſque reliquus, qui remp. vidiſſet? Igitur verſo ciuitatis ſtatu, nihil vſquam priſci & integri moris: omnis, exutâ æqualitate, iuſſa principis aſpectare: nullâ in præſens formidine, dum Auguſtus ætate validus, ſeque & domum & pacem ſuſtentauit. Poſtquam prouecta iam ſenectus, [31] ægro & corpore fatigabatur, aderatque finis & ſpes nouæ: pauci bona libertatis incaſſum differere, plures bellum paueſcere, alij cupere; pars multò maxima [32] imminentes dominos varijs rumoribus differebant. Trucem Agrippam, & ignominiâ accenſum, non ætate, neque rerum experientiâ tantæ moli parem. Tiberium Neronem maturum annis, ſpectatum bello: ſed vetere atque inſitâ Claudiæ familiæ ſuperbiâ; multaque indicia ſæuitiæ, quamquam premantur, erumpere. Hunc & primâ ab infantiâ eductum in domo regnatrice: congeſtos iuueni conſulatus, triumphos: ne iis quidem annis, quibus Rhodi ſpecie receſſus [33] exſulem egerit, aliquid quàm iram, & ſimulationem, & ſecretas libidines meditatum. accedere matrem muliebri impotentiâ: ſeruiendum feminæ, duobuſque inſuper adoleſcentibus, qui remp. interim [34] pre-
B mant, quandoque diſtrahant. Hæc atque talia agitantibus, graueſcere valetudo Auguſti: & quidam [35] ſcelus vxoris ſuſpectabant. Quippe rumor inceſſerat, paucos ante menſes, Auguſtum electis conſciis, & comite vno Fabio Maximo, Planaſiam vectum, ad viſendum Agrippam. multas illic vtrimque lacrymas, & ſigna caritatis, ſpemque ex eo, fore vt iuuenis penatibus aui redderetur. Quod [36] Maximum vxori Martiæ apertuiſſe: illam Liuiæ. [37] C. Nauum id Cæſari. neque multo pòſt, exſtincto Maximo (dubium

Indicia de ſucceſſoribus: Nec bona de Tiberio.

Morbus Auguſti, quem à fraude Liuiæ cenſebant.

Quia reconciliandus Agrippa videbatur.

31. ÆGRO ET CORPORE.] *Velim traïci,* & ægro corpore.

32. IMMINENTES DOMINOS VARIIS RVMORIBVS DIFFERERANT.] *Notabis ingenium plebis,*

——— cui mos humili læſiſſe veneno
Summa, nec impoſitos, vmquam ceruice volenti
C Ferre duces.

33. EXSVLEM EGERIT.] *Ita Principem agere, & agere ſe paullò minùs quàm priuatum, in Suetonio aliisq; lego. Et in noſtro lib.* III. *Hiſtor.* Quanto ferociùs paullò antè ſe egerint, tanto cupidiùs voluptates hauſiſſe. *M. Antonio tamen Mureto, cuius ſcripta Venus inhabitat pariter cum Muſis, leg. videtur,* exſul egerit.

34. PREMANT, QVANDOQVE DISTRAHANT.] *Dixi corruptum olim locum mutilumq;. Redeo in viam admonitu amici qui explicat: Druſus & Germanicus nunc quidem coniuncti prement rempub. at olim orto, fors fuit, diſſidio, eamdem diſtrahent per bellum ciuile diſſipabuntq;. Conſule Muretum lib.* XI. *cap.* I.

D 35. SCELVS VXORIS.] *Hæc eſt tertia venenariæ huius palma, & iure lemniſcata. Tangit verò ſuſpicionem illam de ficubus, quæ nota ex Dione.*

36. MAXIMVM VXORI MARTIÆ.] *Habes eleganter hiſtoriam totam in Plutarchi* περὶ ἀδολεσχίας. *quem locum pretium puto vt conuertam pænè verbatim.* Fuluius verò Cæſaris Auguſti amicus, cùm iam ſenem eum ſæpiùs querentem audiret de ſolitudine ſuæ domus; quodque duobus nepotibus fato functis, Poſtumo, qui ſolus reliquus, ex calumniâ neſcio quâ exſulante, cogeretur vxoris ſuæ filium ad ſucceſſionem imperij vocare, quamquam miſerans & conſilium captans reuocandi ab exſilio nepotis: cùm, inquam, hæc audiret Fuluius, enuntiauit ſuæ vxori, illa Liuiæ. Liuia autem acerbè cum Cæſare egit, cur, quoniam iampridem id decreuiſſet, non accerſeret nepotem; ſed ſe odio inuidiæque ſucceſſoris obijceret? Venientem igitur, de more, manè Fuluium & ſolitum illud dicentem Aue, Cæſar reſalutauit, * Vale, inquit, Fului. Atque ille id intellegens, domum ſe illicò ſubduxit, & vocatâ vxore: Reſciit, inquit, Cæſar, non ſiluiſſe me arcana. ideò mori mihi decretum eſt. Vxor autem: Iure, ait, quoniam tamdiu mecum habitans viuenſque nec noueris nec caueris intemperantiam meæ linguæ. Sed præcedam tamen ego. & accepto gladio; ſeipſa viro coram interemit. *Hæc Plutarchus: nec alibi tam liquidè narrata res. Hoc tantùm malè, quòd* Φάλβιον *vbique vocat, qui Fabius eſt. Fabius ille Maximus, qui conſul fuit anno vrbis* DCCXLII. *Item quòd Martiam interfectam vult ante maritum. cùm noſter clarè vixiſſe eam dicat, & auditos gemitus eius in funere mariti. Atque hæc homini vera cauſſa mortis: ne innocuum poëtam oneremus, aut potiùs ipſe ſe, de Ponto,*

Occidis ante preces, cauſſamque ego Maxime mortis,
Nec fueram tanti, me reor eſſe tuæ.

Eſt enim hic Maximus, quem Naſo coluit, & ad quem Elegia non vna. Sed & vxor Naſonis, propinqua Maximi ſeu coniugis eius Martiæ, ex his verſibus:

Ille ego de veſtrâ cui data nupta domo eſt.
Hanc probat, & primis dilectam ſemper ab annis
Eſt inter comites Martia cenſa ſuas.

Eſt cenſa, *pro cenſuit, ſatis nouè, imò antiquè. Sic Adfectatus eſt regnum, pro Adfectauit:* Spectatus eſt ſuem, *in Varrone lego, retineoq;:* Communicati ſunt, *pro Communicauerunt, in Liuio;* Peragratus eſt regionem, *in Velleio, & plura. Tangit hanc de Fabio tragœdiam etiam Plinius:* Iuxta hæc abdicatio Poſtumi Agrippæ poſt adoptionem. deſiderium poſt relegationem. inde ſuſpicio in Fabium, arcanorumque proditiones.

* Quod ſolet morituris dici abituriſque, ὑγιαίνειν.

37. C. NAVVM ID.] *Pridem emendaui firmauiq;,* Gnarum id Cæſari. *Gaij Naui nulla perſona*

(dubium an [38] quæsitâ morte) audita in funere eius Martiæ gemitus semet incusantis, A
quòd caussa exitij marito fuisset. Vtcumque se ea res habuit, vixdum ingressus Illyri-
Tiberius subitò reuocatur. cum Tiberius, properis matris litteris accitur: neque satis compertum est, spirantem ad-
Liuiana & aulica artes in celandâ morte Principis. huc Augustum apud vrbem Nolam, an exanimem repererit. Acribus namq; custodijs
domum, & vias sepserat Liuia: lætique interdum nuntij vulgabantur, donec prouisis
quæ tempus monebat, simul excessisse Augustum, & rerum potiri Neronem fama ea-
Agrippæ cædes. dem tulit. Primum facinus noui principatus fuit, Postumi Agrippæ cædes: quam
ignarum inermumque, quamuis firmatus animo, [39] Centurio ægrè confecit. nihil de
Quam Tiberius frustrà à se reijcit. eâ re Tiberius apud Senatum disseruit. patris iussa simulabat, quibus præscripsisset
Tribuno custodiæ adposito, ne contaretur Agrippam morte adficere, quandocum-
que ipse supremum diem expleuisset. Multa sine dubio sæuaque Augustus de moribus
adolescentis questus, vt exsilium eius Senatusconsulto sanciretur, perfecerat: ceterùm
in nullius vmquam suorum necem durauit: neque mortem nepoti pro securitate pri-
uigni inlatam, credibile erat. propius verò, Tiberium ac Liuiam, illum metu, hanc B
nouercalibus odijs, suspecti & inuisi iuuenis cædem festinauisse. Nuntianti centurioni,
Sallustij pro tempore, sed in omnia tempora verum effatum [40] vt mos militiæ, factum esse quod imperasset: neque imperasse sese, & rationem facti
reddendam apud Senatum, respondit. Quod postquam [41] Sallustius Crispus particeps
secretorum (is ad tribunum [42] miserat codicillos) comperit: metuens ne reus subderetur,
iuxta periculoso [43] ficta seu vera promeret, monuit Liuiam, ne arcana domus, ne consi-
lia amicorum, ministeria militum vulgarentur: néve Tiberius vim principatus resol-
ueret; cuncta ad Senatum vocando. eam conditionem esse imperandi, [44] vt non aliter
ratio

est in hoc actu. Sic lib. v. Gnarum id Cæsari. eoque dubitauit de tradendâ repub. *Alibi*: Gnarum id duci, incessitque itineri & prælio. *Sed ecce hanc mihi quasi desponsam coniecturam, est qui sine vllo deuortio velit abducere. Ego verò non dimitto. nec enim soli Atridæ vxores suas amant, ait ille.*

38. QVÆSITA MORTE.] *Illatâ & violentâ, machinatione Augusti.*

39. CENTVRIO ÆGRE CONFECIT.] *A Tribuno interfectum Suetonius voluit*: Hunc, *ait*, Tribunus custos adpositus occidit, lectis codicillis quibus id facere iubebatur. *Sed Dio pariter vt noster, à Centurione*: Ὁ ἑκατόνταρχος ὁ τὴν φυλακὴν αὐτῷ ἔχων καινοτομοῦντα τι ἀπέσφαξεν: Centurio, qui custodiam eius habebat, res nouas molientem, interfecit. *Credo verum esse vt à Centurione occisus sit, at iussu Tribuni.*

40. VT MOS MILITIÆ.] *Sollennia militiæ verba, factum quod imperasti. Suetonius*: Renuncianti Tribuno factum esse quod imperasset. *Et in Claudio*: De nece consularis viri renuntiante Centurione factum esse quod imperasset.

41. SALLVSTIVS CRISPVS.] *Est ille, cuius vitam mortemq; infrà memorat lib.* III. *Sallustij historiarum regis ex sorore nepos. Nominat eum Seneca inter intimos Augusti, lib.* I. *de Clementiâ*: Ignouit abauus tuus victis. Nam si non ignouisset, quibus imperasset? Sallustium, & Cocceios, & Duillios, & totam cohortem interioris admissionis ex aduersariorum castris conscripsit. *Sed cedo, quis in Senecâ Duillius? falsus, scribendumq;*, Deillios, *siue* Dellios. *Deillius à Senecâ patre dicitur, in Suasoriâ*: Bellissimam tamen rem Deillius dixit, quem Messallà Coruinus desertorem bellorum ciuilium vocat: quia à Dolabellâ ad Cassium, à Cassio deinde transiuit ad Antonium, nouissimè ab Antonio transfugit ad Cæsarem. Hic est Deillius cuius epistolæ lasciuæ ad Cleopatram feruntur. *Græcus tamen est Dellius, Plutarcho Dioniq;. Item Horatio, inscriptione Odes tertiæ lib.* II. *vbi temerè interpretes* Gellium *sufficiunt. Plutarchus eum historias quoque scripsisse ostendit*: Πολλὰς, *inquit*, καὶ τῶν ἄλλων φίλων οἱ Κλεοπάτρας κόλακες, ἐξέβαλον, τὰς παῤῥησίας καὶ βωμολοχίας ἐκ ὑπομένοντας, ὧν καὶ Μάρκος ἦν Σίλανος, καὶ Δέλλιος ὁ ἱστορικός: Multos & alios Antonij amicos, Cleopatræ assecla & adulatores exegerunt, quòd petulantia ista & scurrilia non ferrent: inter quos fuit M. Silanus, & Dellius historicus. *Eadem Dio, quinquagesimo libro. Ad Sallustium autem istum facit, quod Plinius libro* XXXIV, Metallum quoddam Sallustianum appellatum, *scribit*, ab amico diui Augusti.

42. MISERAT CODICILLOS.] *Ita enim receptum, quo magis cautum militibus esset, cædem mandari per libellum. scilicet ne Imperator auctoritatem posset defugere. Pulchrè Herodianus lib.* III. *de Saturnino & Plautiano*: Ὁ δὲ Σατορνῖνος γραμματεῖον ἤτησε τὸν φόνου φέρον τὰς ἐντολάς. ἔθος γὰρ τοῦτο τυραννικὸν, εἴτινα ἐκπέμποιεν ὅτι φόνον ἄκριτον, ἐντέλλεσθαι τοῦτο διὰ γραμμάτων, ἵνα μὴ γιγνόμενον ἢ ἀνατασήμαντον: At Saturninus codicillos siue libellum petijt, qui cædis mandata haberet. Mos enim ille regius, vt cùm mittunt ad cædem alicuius, sine sententiâ aut iudicio, patrandam; tunc id per scriptum iubeant, ne cùm factum fuerit, sine tesserâ aut notâ sit. *Ad quem vsum Duplices adhibitos, *alibi lectum.* D

43. FICTA SEV VERA.] *Ficta, si à Tiberio crimen amoliretur; ne ipse eius damnaretur à Senatu. Vera, si Tiberium auctorem ederet, ab eo puniendus aut tollendus.*

44. VT NON ALITER RATIO CONSTET.] *Scitum dictum, nec quidquam mutemus. A mensularijs dictum est, quibus constant rationes cùm pares sunt.*

* Herodiano lib. VII de Quæstore misso ad cædem Vitaliani.

A ratio conſtet, quàm ſi vni reddatur. At Romæ ruere in ſeruitium Conſules, Patres, eques. quanto quis illuſtrior, tanto magis falſi ac feſtinantes, vultuque compoſito, ne læti exceſſu principis, neu triſtiores primordio, [45] lacrimas, gaudium, queſtus, adulationes miſcebant. Sex. Pompeius & Sex. Apuleius Coss. primi in verba Tiberij Cæſaris iurauere: apudque eos Seius Strabo, & [46] C. Turranius: ille prætoriarum Cohortium præfectus, hic annonæ. mox ſenatus, milesque & populus. Nam Tiberius cuncta per Conſules incipiebat, tamquam vetere Rep. & ambiguus imperandi. ne edictum quidem quo patres in curiam vocabat, niſi Tribuniciæ poteſtatis præſcriptione poſuit, ſub Auguſto acceptæ. Verba edicti fuere pauca, & ſenſu permodeſto. de honoribus parentis conſulturum: [47] neque abſcedere à corpore: idque vnum ex publicis muneribus vſurpare. Sed defuncto Auguſto, ſignum prætoriis cohortibus, vt Imperator dederat. [48] excubiæ, arma, [49] cetera aulæ. miles in forum, miles in curiam comitabatur: litteras ad exercitus, tamquam adepto principatu, miſit: nuſquam contabundus, niſi cùm in
B ſenatu loqueretur. Cauſſa præcipua [50] ex formidine, ne Germanicus, in cuius manu [51] tot legiones, immenſa ſociorum auxilia, mirus apud populum fauor, habere imperium, quàm exſpectare mallet. Dabat & famæ, vt vocatus electusque potiùs à Rep. videretur, quàm per [52] vxorium ambitum, & ſenili adoptione inrepſiſſe. Poſteà cognitum eſt, ad introſpiciendas etiam procerum voluntates, inductam dubitationem. nam verba, vultus, in crimen detorquens recondebat. Nihil primo ſenatus die agi paſſus, niſi de ſupremis Auguſti. cuius teſtamentum inlatum per [53] virgines Veſtæ, Tiberium

Roma quàm ſeruituti obnoxia! A. V. C. D. CCLXVII.

Iuratum in nouum principem.

Tiberij callida tergiuerſatio.

Et ea, quo fine.

Teſtamentum Auguſti.

ſunt. Plin. lib. 1. Epiſt. Mirum eſt, quàm ſingulis diebus in vrbe ratio aut conſtet, aut conſtare videatur, cunctiſque non conſtet. *Idem Panegyrico:* Augeo principis munus, cùm oſtendo liberalitati eius ineſſe rationem. Ambitio enim & iactantia, & effuſio, & quiduis potiùs quàm liberalitas eſt, cui ratio
C non conſtat. *Vſi & auctores priſci iuris l. 1. de obſeq. parent. l. pænult. De re militari. Adde Valentis dictum apud Trebellium Pollionem.* Non ſibi apud deos inferos conſtare rationem, quòd quamuis hoſtem ſuum, Piſonem tamen iuſſiſſet occidi, virum cuius ſimilem Rom. reſp. non haberet.

45. LACRIMAS, GAVDIVM.] *Acutè Muretus:* lacrymas gaudio, queſtus adulatione miſcebant. *Placet rei hominisque cauſſa.*

46. C. TVRRANIVS.] *Et quidem primus in eo munere, ab Auguſto. Nam Auguſtus acceptam à populo Præfecturam, niſi fallor, tenuit dum vixit: aut certè paullo ante mortem ſubſtituit ſibi Turranium iſtum. Adſero id ex Cornelij noſtri verbis Annalium* XI. Tum potiſſimum amicorum vocat, primumque rei frumentariæ Præfectum Turranium: *niſi tamen aliter accipis, vt in loco videbo. Turranij etiam mentio*
D *Senecæ, ad Paulinum cap. extremo: neſcio an huius, quia procurationem illi tribuit, non præfecturam. Nominat & Ouidius in poëtarum albo:*

Muſaque Turrani tragicis ſubnixa cothurnis.

& in doctorum, Plinij index. Sed quæras, cùm præf. prætorio & Annonæ in verba Tiberij iurarint, cur omiſſus præfectus vrbis? cuius auctoritas non minor, (maior imò illo Annonario) & cui proprius in vrbe miles. Credo equidem omiſſum, quia nemo fuit. Taurus Statilius defunctus erat, cui Piſo ſuffectus poſt aliquot annos à Tiberio, vti doceo clarè lib VI.

47. NEQVE ABSCEDERE A CORPORE.] *Non reip. corpore, ne inducat te Maurus, ſed Auguſti. Datum enim honori defuncti Auguſti à Tiberio, quòd ab eo olim Druſo Lib.* III. Ipſum quippe Auguſtum aſperrimo hiemis Ticinum vſque progreſſum, neque abſcedentem à corpore vrbem ſimul intrauiſſe. *Sed cur id è publicis muneribus? Viſum ita Tiberio loqui, ad honorem Auguſti, quaſi magiſtratuum præcipuè eſſet, & eorum qui reip. primi, curare funus ſemonis illius, & viri ſupra viros.*

48. EXCVBIÆ, ARMA.] *Præcipua hæc ſigna tunc Principis. Noſter de Muciano: Nec deerat ipſe ſtipatus armatis,* apparatu, inceſſu, excubijs, vim Principis amplecti, nomen remittere.

49. CETERA AVLÆ.] *Quæ hæc cetera? puto lictores, faſces laureati, & ſiquid præterea tunc receptum principi diſtinguendo. Neque enim adhuc illa principatus inſignia, Ignis, Diadema, Purpura: quæ reperta ſequenti ævo, & ad exemplum regum. Vide* EXCVRS. *in litterâ* A.

50. EX FORMIDINE.] *Cunctandi nempe cauſſa, formido ex Germanico: ne ſi ille tantis viribus & gratiâ imperium vellet, ipſe turpiter abijceretur. Melius ergo cenſebat non agnoſcere, donec noſſet eius mentem.*

51. TOT LEGIONES.] *Octo ad Rhenum, in ripâ Gallicâ: præcipuum, vno loco, imperij robur. Atque eæ cum ſuis auxilijs & equitatu, facilè ad* C. M. *militum accedebant.*

52. VXORIVM AMBITVM.] *Matris Liuiæ, quæ à marito id exambierat.*

53. VIRGINES VESTÆ.] *More ſcilicet Romano, qui pactiones, fœdera, teſtamenta, pecunias etiam deponebant in templis: & ſæpiſſimè in iſto Veſtæ, quod religione primum. Dio* XLVIII. *de pace inter Triumuiros & Sextum initâ:* Ταῦτά τε ὧν συνθέμενοι, καὶ συγγραψάμενοι, τά τε γράμματεῖα ταῖς ἱερείαις, ταῖς ἀειπαρθένοις ὠνόμασαν: Hæc ita pacti, & ſcriptis conſignantes, tabellas apud Veſtales depoſuerunt. *Eadem in re Appianus:* Καὶ ταῦτα συνθέμενοι καὶ ἐπομόσαντο καὶ ταῖς ἱεραῖς παρθένοις, φυλάσσειν ἔπεμψαν ἐς Ῥώμην. *Sed & Iulianum teſtamentum virgini Maximæ traditum, Suetonius ait:*

rium & Liuiam heredes habuit. [54] Liuia in familiam Iuliam, nomenque Augustæ adsumebatur. In spem secundam nepotes pronepotesque : tertio gradu primores ciuitatis scripserat : plerosque inuisos sibi, [55] sed iactantiâ gloriaque ad posteros. Legata non vltra [56] ciuilem modum, nisi quòd [57] populo & plebi CCCCXXXV. prætoriarum cohortium militibus singula nummûm millia; [58] legionarijs autem cohortibus ciuium Romanorum, trecenos nummos viritim dedit. Tum consultatum de honoribus. ex quîs maximè insignes visi : vt [59] portâ triumphali duceretur funus, Gallus Asinius ; vt legum latarum tituli, victarum ab eo Gentium vocabula anteferrentur, L. Arruntius censuere. addebat Messalla Valerius; [60] renouandum per annos sacramentum in nomen Tiberij. inter-

Honores eximij in funere eius.

A

B

C

D

* L. III. de tabulis exhib.

*M. Antonij, depositum apud Vestales, Plutarchus. Et generatim de templis, * Vlpianus :* Si custodiam testamenti ædituus suscepit. *Dixi & pecunias in templis deponi solere. quod verum adeò, vt quidam omnes fortunas in ijs haberent, quasi custodiâ certâ. Herodianus lib.* I. *de templo Pacis, quod exustum sub Commodo :* Πλουσιώτατον δὲ ἦν πάντων ἱερῶν, δι' ἀσφάλειαν. ἕκαστος δὲ ἃ εἶχεν, ἐκεῖσε ἐθησαυρίζετο. Ἀλλὰ τὸ πῦρ ἐκ τῆς νυκτὸς πολλὰς ἐκ πλουσίων πένητας ἐποίησεν. *Nec mirum quia milite hæc templa custodiebantur. Tertullianus de Coronâ, vbi non vult Christianum militem scribi :* Et excubabit pro templis, quibus renuntiabit ? & cœnabit illic, vbi Apostolo non placet ? & quos interdiu exorcismis fugauit, noctibus defensabit, incumbens & requiescens super luncho, quo perfossum est latus Christi ? *Et in Apologetico:* Ædes suas dij tuerentur & imagines: quæ, vt opinor, Cæsarum milites excubijs salua præstant. *Ideò Iuuenalis Castora vigilem dixit:*

——& ad vigilem ponendi Castora nummi.

54. LIVIA IN FAMILIAM IVLIAM.] *Ideò in nummis & lapidibus exhinc ferè Iulia scripta aut sculpta, non Liuia: quod item in Notis ad Valerium obseruamus. Sed nomen Augustæ an recepit ? Negat ecce Suetonius Claudio, cap.* XI. Auiæ Liuiæ diuinos honores, & Circensi pompâ currum elephantorum Augustęo similem decernendum curauit. Patri Circenses annuos natali die, matri carpentum quod per circum duceretur, & cognomen Augustæ, ab auiâ recusatum. *Dicit ab Auiâ id recusatum: quæ non alia quàm Liuia est. Mirum. Liuiam enim Augustam faciunt scribuntq; alij omnes. & herclè si ambitionem feminæ noui, non recusauit. Tacitus lib.* IV. Decretum quotiens Augusta theatrum introisset. *Alibi* : Augustæ valetudo atrox. *Et* : Iulia Augusta mortem obiit : *Plinius* : Liuia Drusilla, quæ posteà Augustæ matrimonij nomen accepit. *Idem lapides sexcenti testantur & nummi. Quid ergo Suetonio visum dissentire ? Non ipsi quidem, sed librario qui peruertit. Liquet enim nobis corruptum locum, scribendumq; ab viuâ recusatum : vel,* ab eâ viuâ. *Ad matrem Antoniam hæc referuntur, non ad Auiam: vti docet vel ἀκολουθία sermonis. Quæ viua donata Augustæ nomine à Caligulâ (*ταύτην τε γὰρ Αὐγούσταν εὐθὺς καὶ ἱέρειαν τῆ Αὐγούστῳ ἀπέδειξε, *ait Dio) id spreuit : & mortua nunc per Claudium recepit. Itaque in lapidibus Claudiani æui:* ANTONIAI. AVG. DRVSI *sculptum hodieq;. Hoc verum. at interpretes in Suetoniano loco quàm natant ? qui licet ad portum se recipiant, me duce.*

55. SED IACTANTIA GLORIAQVE.] *Quare iactantiâ ? quasi sine affectu scilicet, optimos vtilissimosq; patriæ legisset.*

56. CIVILEM MODVM.] *Id est, nihil præcipuum nouumq; in legatis, nihil regium, aut præter ciuium modum moremq;. Nam de Falcidiæ modo accipere, (ignoscent viri magni) prauum acumen est.*

57. POPVLO ET PLEBI CCCCXXXV.] *Video placere viro docto, emendari è Suetonio :* populo & plebi CCCC. tribubus XXXV. *vt intellegamus, ait, præter quadringenties legatum populo, etiam in singulas tribus centena millia relicta esse. Hæreo : & è vulgatis Taciti verbis eruo bonum sanè sensum. Coniunctim scilicet extulit noster, quæ magis distinctè Tranquillus. Ea tamen eius mens, vt populo legatum sit quadringenties, tribubus siue plebi* XXXV. *Ni esset; non iunxisset duas eas voces,* populo & plebi. *Sed populus ergo alius à tribubus ? Alius hac quidem in parte. Populo legauit quadringenties viritim distribuendum, &, καθ' ἕνα : tribubus tricies quinquies. id est, corpori tribuum vniuerso. veluti si collegio legem, & collegis singulis seorsum. Discrimen hoc summamq; exactam neglexit Dio, qui satis habet dicere legatum populo* CCCC. *neglexi vereor & ego, dum in Electis motus hæsitatione aliorum tentaui corrigere in Suetonij verbis,* tribubus XXXV.

58. LEGIONARIIS COHORTIBVS CIVIVM.] *Benè additum, ne accipiamus etiam cohortes sociales. Ideò & Dio vertit,* τῷ τε λοιπῷ τῷ πολιτικῷ πλήθει πέντε καὶ ἑβδομήκοντα δραχμάς : reliquis militibus è ciuibus septuagintaquinque drachmas. *Itaque ille idem legiones* πολιτικὰ στρατόπεδα *non semel appellat : quia scripta ex ciuibus tantùm. Fuit tamen cùm in Dione placeret,* τῷ ὁπλιτικῷ πλήθει. *malè. Suetonius :* Legionariis trecenos nummos : quam summam repræsentari iussit. nam & confiscatam semper, repositamque habuerat. *Vbi* confiscatam, *in fiscis adseruatam : vti Tertullianus eleganti metaphorâ, de Fugâ,* Felices itaque pauperes, qui animam totam in confiscato habent.

59. PORTA TRIVMPHALI.] *Suetonius cap.* C. *in August.* Inter alia complura censuerunt quidam, funus portâ triumphali ducendum, præcedente Victoriâ. *Neque dicit id factum : quod tamen viri docti ex Dione asserunt, me mirante. qui video Dionem nihil tale, imò contra scribere,* funus eius ab equitibus noctu vrbi illatum. *Si noctu, quid refert per quam portam ? Hoc tamen Dio,* imaginem eius è Palatio ceream, habitu triumphali, ductam; itemque alteram in curru triumphali.

60. RENOVANDVM PER ANNOS.] *De eo ritu dico ad lib.* XVI. *Valuit autem hæc sententia & voluit,*

A interrogatuſque à Tiberio, num ſe mandante eam ſententiam promſiſſet? ſponte dixiſſe, reſpondit: neque in ijs quæ ad Remp. pertinerent conſilio niſi ſuo vſurum, vel cum periculo offenſionis. ea ſola ſpecies adulandi ſupererat. Conclamant Patres, [61] corpus ad rogum humeris Senatorum ferendum. [62] Remiſit Cæſar adroganti moderatione: populumque edicto monuit, ne, vt quondam nimijs ſtudijs funus diui Iulij turbaſſent; ita Auguſtum in foro, potiuſquam [63] in campo Martis, ſede deſtinatâ, cremari vellent. Die funeris, milites velut præſidio ſtetere. multum irridentibus, qui ipſi viderant; quique à parentibus acceperant, diem illum crudi adhuc ſeruitij, & libertatis improſperè repetitæ, cùm occiſus dictator Cæſar, alijs peſſimum, alijs pulcherrimum, facinus videretur: nunc ſenem principem longâ potentiâ, prouiſis etiam heredum in Remp. opibus, auxilio ſcilicet militari tuendum, vt ſepultura eius quieta foret. Multus hinc ipſo de Auguſto ſermo. pleriſque vana mirantibus: [64] quod idem dies accepti quondam imperij princeps, & vitæ ſupremus: quòd Nolæ in domo & cubiculo, in quo B pater eius Octauius, vitam finiuiſſet. numerus etiam conſulatuum celebrabatur, quo Valerium Coruinum & C. Marium [65] ſimul æquauerat. continuata per ſeptem & triginta annos Tribunicia poteſtas: nomen Imperatoris ſemel atque vicies partum: aliaque honorum multiplicata, aut noua. At apud prudentes vita eius variè extollebatur, arguebatúrve. Hi *pietate erga parentem, & [66] neceſſitudine Reip. in quâ nullus tunc legibus locus, ad arma ciuilia actum, quæ neque parari poßent, neque haberi per bonas artes. multa Antonio, vt interfectores patris vlciſceretur, multa Lepido conceßiße poſtquam hic ſecordiâ ſenuerit, ille per libidines peſſum datus ſit: non aliud diſcordantis patriæ remedium fuiſſe, quàm vt ab vno* rege-

Iudicia in vtramque partem de eo:

Vulgi primum:

Inde prudentium.

Qui eum partim laudabant.

luit, Tiberium iam Principem eſſe: neque enim alij iuratur. Eoq; velut offenſus, rogat, quo auctore dixiſſet?

61. CORPVS HVMERIS.] *Qui honor, niſi fallor, Sullæ habitus primo Romanorum. Appianum lege.* 1. *Ciuil.*

C 62. REMISIT CÆSAR.] *Quid? non ergo elatum corpus humeris Senatorum? Eſt verò. Suetonius:* Senatorum humeris delatus in campum, crematuſque. *Idem Dio. At Remittendi verbum eò valet, vt non ſit factum. lib.* IV. Remiſſa Ædilibus talis cura. *Lib.* XI. Hortantibus dehinc inediam & leuem exitum. remittere beneficium Aſiaticus ait. *Scribo ergo*, permiſit Cæſar. *Sed eam ipſam permißionem arrogantem eſſe vult Tacitus: quia per ſpeciem modeſtiæ, & quaſi pugnare cum Senatu nollet, habuit ampliſſimum ordinem inter veſpillones. Simile illud libri* VI. *de Aſinio Gallo:* Conſultuſque Cæſar an ſepeliri ſineret, non erubuit permittere.

ADD. *De correctione nunc ambigo, quia docuit me vir ille qui omnes, (Cuiacium dico, quem nemo ſatis vmquam miratus eſt qui cepit) eamdem vim ineſſe verbo Remittendi. Exempla apud ipſum in poſtremis Obſeruationibus. Et ſanè in Irenæo etiam legi:* Remittite D mortuos ſepelire mortuos ſuos.

63. IN CAMPO MARTIS.] *Primum Sullam in campo Martio, per honorem, ſepultum tradit Appianus, nam alij etiam illuſtres viri, extra vrbem. At poſteà Iuliæ ibi tumulus, & mox ipſius Iulij: nunc Auguſti,* ſede deſtinatâ: *id eſt, in Mauſoleo, quod ſibi ſtruxit.*

64. QVOD IDEM DIES.] *Erit fortaſſe qui hic adhæreat, cui adiutorium ego. Triplex enim ratio numerandi imperij Auguſtæi. Alij, plurimiq;, ab Actiacâ pugnâ numerant, cùm victo Antonio potens fuit imperij ſolus. Ea pugna pugnata* IV. *Nonas Septembres. Quidam à ſexto eius conſulatu, cùm imperium illi à Senatu firmatum, datumq; cognomen Auguſti. quaſi is legitimi principatus primus dies. Id fuit,* VII. *eidus Ianuar. Atque ea ratio numerandi prouincijs ferè familiaris. ita in lapide, qui Narbone:* VII. QVOQVE. IDVS. IANVARIAS. QVA. DIE. PRIMVM. IMPERIVM. ORBIS. TERRARVM. AVSPICATVS. EST. THVRE. VINO. SVPPLICENT. *Oroſius paullùm à lapide diſſentiens,* VIII. *nominat Idus.* Cæſar, *inquit*, victor ab Oriente rediens, octauum Idus Ianuar. vrbem triplici triumpho ingreſſus eſt. Hoc die primùm Auguſtus conſalutatus eſt. atque ex eâ die ſumma rerum ac poteſtatum penes vnum eſſe cœpit & manſit, quod Græci μοναρχίαν vocant. *Longiùs recedit Cenſorinus, qui reijcit in* XVI. *Kal. Febr.* Ante diem, *inquit*, XVI. Kal. Febr. C. Iulius Cæſar diui filius Imp. Auguſtus ſententiâ Munatij Planci dictus eſt. *Ouidius Idus dumtaxat nominat:*

Idibus in magni cuſtos Iouis æde ſacerdos
Semimaris flammis viſcera libat ouis.
Redditaq; eſt omnis *populo prouincia noſtro:
Et tuus Auguſto nomine dictus auus.

* Prouinciarum enim diuiſio facta eodem illo die.

Sed lapidem ego credo verum dicere. Tertij denique numerabant à primo eius conſulatu: ſcilicet quia is gradus & aditus ad reliquos honores. Is fuit XIV. *Kal. Septembres. Eam rationem ſecutus eſt quicumque ille ſcriptor de cauſſis corruptæ eloquentiæ, qui imperitaſſe Auguſtum ait annis* LVI. *fallente numero, niſi ad hanc rationem. Quam ipſam ſecuti curioſi iſti, qui initium imperij & finem Auguſti vitæ in eumdem diem, miraculi cauſſâ, conferebant. Satis dixi: tu abi liber & expeditus.*

65. SIMVL ÆQVAVERAT.] *Nam Valerius ſextùm, Marius ſeptimùm conſul. At*

Ter Latio deciesque tulit labentibus annis
Auguſtus faſces.

vt ait Statius in Siluis.

66. NECESSITVDINE REIP.] *Id eſt, neceſſitate quia*

rèqeretur. Non regno tamen, neque dictaturâ, sed Principis nomine constitutam Remp.[67] mari Oceano, aut amnibus longinquis septum imperium : regiones, prouincias, classes, cuncta inter se connexa: ius apud ciues, modestiam apud socios: vrbem ipsam magnifico ornatu: pauca admodum vi tractata, quò ceteris quies esset.[68] Dicebatur contra, pietatem erga parentem, & tempora Reipublicæ, obtentui sumta. ceterùm cupidine dominandi concítos per largitiones veteranos, paratum ab adolescente priuato exercitum, corruptas[69] consulis legiones, simulatam Pompeianarum gratiam partium. mox vbi decreto patrum, fasces & ius prætoris inuaserit : cæsis Hircio & Pansâ (siue hostis illos; seu Pansam venenum vulneri adfusum; sui milites Hircium, & machinator doli Cæsar abstulerant :) vtriusque copias occupauisse. extortum inuito senatu consulatum, armáque quæ in Antonium acceperit, contra Remp. versa proscriptionem ciuium, diuisiones agrorum, ne ipsis quidem qui fecêre laudatas. Sanè Cassij, & Brutorum exitus paternis inimicitijs datos (quamquam fas sit priuata odia publicis vtilitatibus remittere) sed Pompeium imagine pacis, sed Lepidum specie amicitiæ deceptos : pòst, Antonium[70] Tarentino Brundisinoque fœdere, &[71] nuptijs sororis illectum, subdolæ adfinitatis pœnas morte exsoluisse. Pacem sine dubio post hæc, verùm cruentam.[72] Lollianas,[73] Varianasque clades : interfectos Romæ[74] Varrones,[75] Egnatios,[76] Iulos. Nec domesticis abstinebatur. abducta Neroni vxor : & consulti

Plures damnabant.

A

B

C

D

quia, vt mox loquitur, tempora reip. id poscebant, & asperum hoc remedij.

67. MARI OCEANO, AVT.] Hoc verum, & docui in Admirandis. Tamen addendum hîc ex Herodiano, de Augusto: Ποταμῶν τε μεγέθει, καὶ τάφρων, ἢ ὀρῶν προβλήμασιν, ἐρήμῳ τε γῇ καὶ δυσβάτῳ, ἔφραξε τὴν ἀρχήν: Fluminum magnitudine, & fossarum vel montium supercilijs, terrâ item desertâ & ægrè peruiâ, muniuit imperium. Illic distincte pleraque: noster vniuersè, & præcipua dixit. Sed fuere alibi Fossæ, Castra, Stipites: quæ talia Limites appellat Spartianus in Hadriano. In plurimis, inquit, locis, in quibus Barbari non fluminibus, sed limitibus diuidûtur, stipitibus magnis, in modum muralis sepis, funditus iactis atque connexis, Barbaros separauit. Fuit instar valli castrensis, aut potiùs Sudeti. Hîc passim limitanei milites, quos Zosimus narrat à Constantino sublatos, magno rei Romanæ malo.

68. DICEBATVR CONTRA.] Vberiùs hanc partem exsequitur : an quia ipse in eâ? non ambigo.

69. CONSVLIT LEGIONES.] D. Iunij Bruti, quas in Mutinensi obsidio ad se traxit.

70. TARENTINO BRVNDISINOQVE FOEDERE.] Ὑστερολογία est. Nam Brundisinum fœdus aliquot annis prius Tarentino. vtrumque aut à loco, vbi ictum. Brundisinum, quod Cæsar cum Antonio coijt, Perusiâ captâ : cum morte opportuna Fuluiæ, sublatum esset non dubium bellum, anno vrbis DCC. XIV. Octauia tunc Antonio data, & prouinciæ Orientis. At Tarentinum triennio posterius est : cùm iterùm simultate exortâ, Ὁ μὲν Ἀντώνιος (verba Appiani sunt ciuilium quinto) ἐξ Ἀθηνῶν ἐς Τάραντα διὰ πλειναῦσι τριακοσίαις: Antonius ex vrbe Athenarum nauigauit Tarentum cum trecentis nauibus. sed prudentiâ Octauiæ, adnitente item Agrippâ & Mæcenate, iterùm compositæ res. Antonius Cæsari centum naues ad bellum Siculum, ipse illi duas legiones ad bellum Parthicum attribuit. Adi, si libido est, Plutarchum Antonio, Dionem XLIX.

71. NVPTIIS SORORIS ILLECTVM.] Octauiæ ex Anchariâ, de quo instabili coniugio mirè fœdatus Senecæ patris locus Suasoriâ primâ. Vide EXCVRS. in B.

72. LOLLIANAS.] Non impleo paginas istis, quæ alibi exposita & prompta. In hac Lolliana clade Iulium obsequentem emendo de prodigijs: Insidijs Romanorum Germani circumuenti, sub M. Lollio Legato, grauiter vexati. Nam contrà scribo, insidijs Germanorum Romani circumuenti. Vide prætereà Suetonium in Aug. Dionem LIV. Eusebium Chronicis, olympiad. CXC.

73. VARIANASQVE CLADES.] Clades ea nota. sed Senecæ de illâ locus non sine labe, etiam in emendatis nuper libris. Epist. XLVII. Marianâ clade quàm multos splendidissimè natos, Senatorium per militiam auspicantes gradum, fortuna depressit? alium ex illis pastorem, alium custodem casulæ fecit. Cladéne Marianâ? vbi ista, aut quando? Nam Cille Marius victor vbique, si memini, & fecit seruos, non dedit. Quod de eâ accipias, quam Germanis intulit : nugæ. An Germani Senatorium per militiam auspicantur gradum? Certissimè rescribendum : Varianâ. Hanc enim nostram intellegit : & opportuno recentiq; exemplo admonet, posse è summâ fortunâ labi ad imam.

74. VARRONES.] Fuit Licinius Varro Murena, de cuius insidijs, præter alios, Strabo libro XIV. Εἶτ' ἐμπεσὼν εἰς τὴν Μυρήνα φιλίαν, ἐκείνῳ συνεπάλῳ φεύγων, φωραθείσης δὲ καὶ Καίσαρος τοῦ Σεβαστοῦ ὀπιθεμένης.

75. EGNATIOS.] M. Egnatius Rufus Ædilis. de quo Dio LIII. Suet. cap. XIX. Mox M. Egnatij, exin Plautij Rufi. ita ibi scrib. non Genutij. Vide Senecam de Clementiâ I. cap. IX.

76. INTERFECTOS IVLOS.] Dicere videtur iussu Augusti occisum Iulum : idq; & Dio prodidit, lib. LV. At Velleius suâ manu cecidisse eum dat intellegi : Iulus Antonius, inquit, singulare exemplum clementiæ Cæsaris, violator eius domus, ipse sceleris à se commissi vltor fuit. Quid tum? nihil hæc pugnant. præcesserit scilicet iussus Augusti : quem ille exsecutus suâ manu. Iulum autem Antonium intellegit Triumuiri filium, ad quem Horatij Oda. Cognomen ei Africanus : quod malè adhæsit Fabio, cum quo consul fuit, apud Suet. in Claudio cap. II. Paullo enim Fabio cognomen Maximi fuit. & sunt duæ ex ordine Horatianæ Odæ, libri quarti prima & secunda, ad hos non dubiè consules, perq; eam occasionem coniunctim

A *sulti per ludibrium pontifices, an concepto, nec dum edito partu ritè nuberet:* [77] *qui Tedij & Vedij Pollionis luxus: postremò Liuia grauis in Remp. mater, grauior domui Cæsarum nouerca. nihil deorum honoribus relictum, cùm se* [78] *templis & effigie numinum, per flamines & sacerdotes coli vellet. ne Tiberium quidem caritate, aut Reip. curâ successorem adscitum: sed quoniam adrogantiam sæuitiamque introspexerit,* [79] *comparatione deterrimâ sibi gloriam quæsiuisse.* Etenim Augustus, paucis antè annis, cùm Tiberio Tribuniciam potestatem à patribus rursum postularet, quamquam honorâ oratione, quædam de [80] habitu cultuque & institutis eius iecerat, quæ velut excusando exprobraret. Ceterùm sepulturâ more perfectâ, [81] templum & cælestes religiones decernuntur. Versæ inde ad Tiberium preces. & ille variè differebat, *de magnitudine imperij, suâ* [82] *modestiâ. solam diui Augusti mentem tantæ molis capacem: se in partem curarum ab illo vocatum, experiendo didicisse, quàm arduum, quàm subiectum fortunæ, regendi cuncta onus. proinde in ciuitate tot illustribus viris subnixâ, non ad vnum omnia deferrent. plures faciliùs munia Reip. sociatis laboribus executuros.* Plus in oratione tali dignitatis, quàm fidei erat: Tiberioq; etiam in rebus quas non occuleret, seu naturâ, siue adsuetudine, suspensa semper & obscura verba: tunc verò, nitenti vt sensus suos penitus abderet, in incertum & ambiguum magis implicabantur. At patres quibus vnus

Tiberius reiicit à se imperium.

Perplexâ & obscurâ, vt mos eius, oratione.

B

C

D

ctim scriptæ. De eo Iulo Seneca in De breuitate vitæ: Filia & tot nobiles iuuenes, adulterio velut sacramento adacti, infractam ætatem territabant. postquam (*melius*, postque) iterum timenda cum Antonio mulier. *Apparet enim hunc Iulum arcanum aliquod scelus (cui proximus ab adulterio gradus est) cum Iulia in Augustum concepisse: vti olim cum Cleopatrâ eius pater.*

77. QVI TEDII ET VEDII POLLIONIS LVXVS.] *Non extrico quis hic Tedius. Vtrúmne Atedius scribendum? vt sit ille qui* Ciceroni dictus inter Cæsaris amicos. An Sex. Tedium Afrum capimus, qui Consul designatus se præcipitauit, apud Suetonium? Leuiter placet. magis est: vt geminata ab hæsitante librario vox sit, scribamusq;:* Qui Vedij Pollionis luxus. *In Senecâ sanè simile mendum succreuerat, tertio de Irâ, cap.* XL. Diuus Augustus cùm cœnaret apud Vedium Pollionem. *ita restituit Pincianus, cùm anteà,* Atedium, *legeretur. Pincianus, selectus mihi censor, & verbis modicus, re iudicioq; ingens. Mentio huius Vedij luxuriæq; eius apud multos, Dionem* LIV. *Plinium lib.* IX. *Tertullianum de pallio. Hic est ille Pollio qui testamento Cæsari Pausilypum legauit: & è cuius diruta domo, facta Romæ porticus quæ Liuiæ dicta.*

78. TEMPLIS ET EFFIGIE NVMINVM.] *Magna & insana ambitio. quam exemplo Herculis & Liberi patris excusare tamen videtur libro* IV. *noster. Sed Augustus adhuc viuus & hominem fungens, in prouincijs esse coliq; voluit pro Deo. in prouincijs, non in Italiâ, aut Romæ. Suetonius:* Templa quamuis sciret etiam proconsulibus decerni solere: nulla tamen in prouinciâ recepit, nisi communi suo Romæque nomine. Nam in vrbe quidem pertinacissimè abstinuit hoc honore. *De vrbe ait; Dio etiam de Italiâ lib.* LIV. *Quod Tacitus scribit effigie numinum: valet in eam mentem, vt signa adposita Augusti statuis sint, quæ solent deorum. puta, radius, hasta, fulmen. Lucanus:*

Fulminibus manes, radijsque ornabit & astris.

Itáque Nummi etiam hodie, in quibus Augusti caput radiatum.

At de Flaminibus & sacerdotibus Augusti, plena omnia monumenta. & putidum sit referre. Vide plusculà in EXCVRS. *in* C.

79. COMPARATIONE DETERRIMA.] *Siue placet,* teterrimâ. *De re Suetonius, Tib. cap.* XXI. Augustum ambitione tractum, vt tali successore desiderabilior ipse quandoque fieret.

80. HABITV CVLTVQVE EIVS.] *Ad habitum spectant hæc Suetonij, Tib. cap.* LXVIII. Incedebat ceruice rigidâ & obstipâ, adducto ferè vultu, plerumque tacitus: nullo aut rarissimo, cum proximis etiam sermone, eoque tardissimo, nec sine molli quadam digitorum gesticulatione. *Addit pro Tacito etiam:* Quæ omnia ingrata, & arrogantiæ plena, animaduertit Augustus, & excusare tentauit sæpè apud Senatum & populum. *Atque hæc ad* habitum: *in* cultu *eius quid notabile aut arrogans, haud nunc memini legere.*

* Epistolis ad Atticum.

81. TEMPLVM ET CÆLESTES.] *Templum in Palatio ipso, ex decreto Senatus. Dio:* Καὶ αὐτῷ (Αὐγούστῳ) ἔν τε τῇ Ῥώμῃ ἡρῷον ψηφισθὲν μὲν ὑπὸ τῆς γερουσίας, οἰκοδομηθὲν δὲ ὑπό τε τῆς Λιβίας καὶ ὑπὸ τοῦ Τιβερίου ἐποιήθη, καὶ ἄλλοθι πολλαχόθι: Ipsi Augusto templum Romæ decretum quidem à Senatu, sed à Liuia & Tiberio structum est: idque alibi, & pluribus locis. *Liuiæ tamen soli id opus attribuit (præter Dionis & Suetonij mentem cap.* XLVII.) *Plinius l.* XII. Radicem eius magni ponderis vidimus in Palatij templo, quod fecerat diuo Augusto coniux Augusta, aureæ pateræ impositam. *Huc respicientem credo Senecam scribere, Consolatione ad Polybium:* Fortuna ibit violentior per omnia, sicut est solita, eas quoque domos ausa iniuriæ caussâ intrare, in quas non nisi per templa aditur, & atram laureatis foribus inducere vestem. *Puto enim id templum in palatij vestibulo fuisse. etsi referre fortean possis ad templum Apollinis Palatini. Ceterùm* ἀποθέωσιν *hanc Augusti, quam Tacitus commemorat, carmine singularis libri complexus videtur Ouidius, vt ipse quidem indicat, de Ponto:*

Quale tamen potui de cælite, Brute, recenti
Vestra procul positus carmen in ora dedi.

& alibi.

82. MODESTIA.] *Id est moderatione: animo minimè ambitioso, atque sic alibi vsurpat. Mureto notatum.*

83. AD

At Senatus vrget. vnus metus, si intelligere viderentur, in questus, lacrymas, vota effundi: ad deos, [83] ad effigiem Augusti, ad genua ipsius manus tendere: [84] cùm proferri libellum recitariqúe iussit. Opes publicæ continebantur. quantum ciuium, sociorumque in armis: quot classes, regna, prouinciæ, tributa, & vectigalia, & [85] necessitates ac largitiones. quæ cuncta sua manu perscripserat Augustus: [86] addideratque consilium, coërcendi intra terminos imperij. incertum [87] metu, an per inuidiam. Inter quæ senatu ad infimas obtestationes procumbente, dixit fortè Tiberius, se, vt non toti Reip. parem, ita quæcumque pars sibi mandaretur, eius tutelam suscepturum. Tum Asinius Gallus, *Interrogo*, inquit, *Cæsar,* [88] *quam partem Reip. mandari tibi velis?* Perculsus improuisâ interrogatione, paullùm reticuit, dein collecto animo respondit: *Nequaquam decorum pudori suo, legere aliquid aut euitare ex eo, cui in vniuersum excusari mallet.* Rursus Gallus (etenim vultu offensionem coniectauerat) *non idcircò interrogatum* ait, *vt diuideret quæ separari nequirent: sed vt sua confessione argueretur, vnum esse Reip. corpus, atque vnius animo regendum.* addidit laudem de Augusto, Tiberiumque ipsum victoriarum suarum, quæque in togâ per tot annos egregiè fecisset, admonuit. Nec ideò iram eius leniuit, pridem inuisus, tamquam ductâ in matrimonium Vipsaniâ M. Agrippæ filiâ, quæ quondam Tiberij vxor fuerat, [89] plusquam ciuilia agitaret, Pollionisque Asinij Patris ferociam retineret. Post quæ L. Arruntius, haud multum discrepans à Galli oratione, perinde offendit. quamquam Tiberio nulla vetus in [90] Arruntium ira. sed diuitem, promptum, artibus egregijs

Asinij improuisum telum in Tiberium. Sed id deijcit.

Qui tamen offensus Asinio, etiam alijs de caussis. Item Arruntio: qui vir magnus, & eò magnæ spei suspectus.

A

B

C

D

83. AD EFFIGIEM AVGVSTI.] *Quæ in ipsâ curiâ. Apparet enim ex illis, quæ de Hortensio infrà.* Modò Hortensij inter oratores sitam imaginem, modò Augusti intuens.

84. CVM PROFERRI LIBELLVM.] *Libellum eumse, quem Suetonius Rationarium imperij non incommodè appellat. scilicet quia rationes eo publicæ continebantur. Videbatur autem prolatione libelli flexus paullùm Tiberius, & imperium accepturus, cùm curas susciperet. Vocat idem auctor etiam Breuiarium imperij cap. vltimo:* De tribus voluminibus, vno mandato de funere suo complexus est: altero, indicem rerum à se gestarum, quem vellet incidi in æneis tabulis, quæ ante Mausoleum statuerentur: tertio, breuiarium totius imperij, quantum militum sub signis vbique esset, quantum pecuniæ in ærario & fiscis, & vectigaliorum residuis. *Vbi nota mihi etiam, Indicem hunc rerum Augusti, certò illum esse cuius exemplar Ancyræ positum, & curante nobilissimo Busbequio exscriptum. Nam titulus in eâ ipsâ tabulâ iste:* Rerum gestarum diui Augusti, quibus orbem terrarum imperio Populi Romani subiecit, & impensarum, quas in rempublicam populumque Romanum fecit, incisarum in duabus aheneis pilis, quæ sunt Romæ positæ, exemplar subiectum. *Ex quo haud temerè collegerim dixerimq., in Suetonio scribendum,* in æneis pilis, *non tabulis. De eâdem re loqui vtrumque, id quidem clarum est.*

85. NECESSITATES AC LARGITIONES.] *Necessitates vocat onera publica, quæq., necessariò in milites, in populum, aliasq., imperij res erogandas. Liuius eâdem sententiâ lib.* XXIV. Prodeundum in concionem Fuluio prætori esse, indicandasque populo publicas necessitates. *Lampridius in Alexandro:* Quartarios iam formatos in monetâ detinuit, expectans, vt si vectigal contrahere potuisset, eosdem ederet. Sed cùm non potuisset per publicas necessitates, conflari eos iussit. *Capitolinus paullò aliter in Gordianis:* Familiæ Gordiani hoc Senatus decreuit, vt à tutelis atque legationibus, & à publicis necessitatibus semper vacarent. *Tacitus lib.* II. *pro onere vel angore, ex ære alieno: siue & pauperie.* Hortaturque ad luxum & æs alienum, socius libidinum & necessitatum, quò pluribus indiciis illigaret.

86. ADDIDERAT CONSILIVM.] *Quod consilium suum plenè extollit Augustus ipse apud Iulianum in Menippæâ de Cæsaribus:* Ὑπὸ δὲ τῷ ἐμφυλίων σάσεων τὴν Ῥώμην ὁρῶν εἰς ἔσχατον ἐλαύνουσαν πολλάκις κίνδυνον, ἔτω διεθέμην τὰ περὶ αὐτὴν, ὥστε εἴ δι' ἡμᾶς, ὦ θεοὶ, τὸ λοιπὸν ἀδαμαντίνην. Οὐ γὰρ ταῖς ἀμέτροις ὑπεθυμίαις εἶκων, ὑπακτὰς πάντως αὐτῇ διενοήθην, ὅρια δὲ δίττα ὥσπερ ὑπὸ φύσεως ὑποδεδομένα, Ἴστρον καὶ Εὐφράτην ποταμοὺς ἐθέμην. *Sed qui termini siue limites Rom. imperij sub Augusto? Duos nominat Iulianus, Istrum & Euphratem: quibus adde Rhenum, & Oceanum, & quæ suprà dixi.*

87. METV, AN PER INVIDIAM.] *Metu, quem pro ipsis habebat,* ne studio plura quærendi, antè parta amitterent. *Atque hanc rationem ab ipso Augusto in libello datam, Dio est auctor.*

88. QVAM PARTEM REIP.] *Explicat Dio. Tiberius, inquit, tres fecerat reip. partes. prima Romam & Italiam complectebatur: altera, exercitus: tertia, prouincias. Vni ex istis parem se aiebat, non omnibus. At bono histrioni detracta propemodum persona est, improuisâ interrogatione Galli.*

89. PLVSQVAM CIVILIA.] *Calpurnius Flaccus declamatione* VI. Sceleratis ingenijs & plusquam ciuilia cupientibus non dominari, instar seruitutis est.

90. ARRVNTIVM DIVITEM.] *Est is qui consul anno vrbis* DCCXXXII. *Artes in eo doctrinamq. suspicit. non vanè, quoniam ex Plinij Indice lib.* III. *& V. inter scriptores censitus illustres fuit. & scripsit, nisi fallor, Geographica. Diuitias etiam commemorat. quas Seneca non fuisse ostendit à bonâ arte, si de eo quidem sensit lib.* VI. *De Benef.* An tu Arruntium & Haterium & ceteros qui captandorum testamento-

A egregijs, & pari famâ publicè, ſuſpectabat. Quippe Auguſtus ſupremis ſermonibus cùm tractaret, quinam adipiſci principem locum ſuffecturi abnuerent, aut impares vellent, vel ijdem poſſent cuperentque: MD. Lepidum dixerat capacem, ſed aſpernantem; Gallum Aſinium, auidum, & minorem; L. Arruntium, non indignum, & ſi caſus daretur, auſurum. De prioribus conſentitur, pro Arruntio quidam Cn. Piſonem tradidêre: omneſque præter Lepidum, varijs mox criminibus, ſtruente Tiberio, circumuenti ſunt. Etiam Q. Haterius, & Mamercus Scaurus, ſuſpicacem animum perſtrinxêre. Haterius cùm dixiſſet, *Quouſque patieris Cæſar* [91] *non adeſſe caput Reip.?* Scaurus quia dixerat, ſpem eſſe ex eo non inritas fore Senatus preces, quòd relationi conſulum iure Tribuniciæ poteſtatis non interceſſiſſet. In Haterium ſtatim inuectus eſt; Scaurum, cui implacabiliùs iraſcebatur, ſilentio tramiſit. feſſuſque clamore omnium, expoſtulatione ſingulorum, flexit paulatim, non vt fateretur ſuſcipi à ſe imperium, ſed vt negare & rogari deſineret. Conſtat Haterium, cùm deprecandi cauſsâ palatium introiſſet, ambulantiſque Tiberij genua aduolueretur, propè à militibus interfectum, quia Tiberius caſu, an manibus eius impeditus, prociderat. Neque tamen periculo talis viri mitigatus eſt, donec Haterius Auguſtam oraret, [92] eiuſque curatiſſimis precibus protegeretur. Multa patrum & in Auguſtam adulatio. alij *Parentem*, alij *Matrem patriæ* appellandam, plerique vt nomini Cæſaris adſcriberetur, *Iuliæ filius*, cenſebant. Ille moderandos feminarum honores dictitans, eademque ſe temperantiâ vſurum in his quæ ſibi tribuerentur, ceterùm anxius inuidia, & muliebre faſtigium in diminutionem ſui accipiens, [93] ne lictorem quidem ei decerni paſſus eſt: [94] aramque adoptionis, & alia huiuſcemodi prohibuit. At Germanico Cæſari [95] proconſulare imperium petiuit, miſſique legati qui deferrent,

Auguſti iudicium de his qui imperio digni.

Haterij commiſſum in Tiberium:

Et Scauri.

Illius periculum à milite.

Senatus ſolida adulatio in Liuiam:

Quam Tiberius temperat.

B

C

D

mentorum artem profeſſi ſunt, non putas eadem habere, quæ deſignatores & libitinarios vota? *Sed alium ab iſto, opinor, intellegit Seneca: qui ſub Caio magnus, & qui antè præco. Ioſephum vide* XIX. *Antiq. cap.* I. *ſub finem.*

91. NON ADESSE CAPVT REIP.] *Sententiam potiùs in hoc loco expedimus, quàm verba. Lectio quam poſui, à Ferreto eſt, qui adſeuerat in Medicæo codice ſic ſcriptum. Et cur ambigimus? ſententia herclè percommoda eſt: offenſum Tiberium, pro reliquâ ſuâ modeſtiâ, quòd* caput Reip. *nominaretur, qui tamquam veteri libertate vnus vellet eſſe è multis. Nec abſurdè legeris è vulgatis,* non eſſe caput te Reip.

92. EIVSQVE CVRATISSIMIS.] *Ita correxi: vulgò,* & vſque.

93. NE LICTOREM QVIDEM.] *Quo tamen vulgò feminæ principes vſæ, Veſtalium exemplo. Claudij quidem Agrippina, etiam duobus. Tacitus,* Decreti & à Senatu lictores duo, Flaminium Claudiale.

94. ARAMQVE ADOPTIONIS.] *Ludos hîc facit vir doctus, equite non plaudente. Damnat lectionem veterem, & multis verbis ſuadet hanc nouam,* æraque adoptionis. *quaſi Tiberius, inquit, in æs incidi adoptionem publiceq; proponi vetuerit. Mi homo, hodie nihil credo tibi. Nam notus mihi mos Romanus, quo receptum vt propagandæ memoriæ cauſsâ, ara aut templum ſtatueretur virtuti reiq;, quam cuperent laudatam. Noſter l.* III. Præceperant animis orationem patres: quò quæſitior adulatio fuit. nec tamen repertum, niſi vt effigies principum, aras deûm, templa & arcus, aliaque ſolita cenſerent. *Ita apud eumdem, cùm Tiberius publico iudicio vltus eſſet Germanici mortem:* Cæcina Seuerus cenſuit aram vltioni. *Et ob amicitiam cum Seiano, l.* IV. *Patres* aram Clementiæ, aram Amicitiæ, effigieſque circum Cæſaris, & Seiani cenſuêre. *Et lib.* XV. *poſt natam ex Poppæâ prolem,* Supplicationes à Senatu decretæ, & templum Fecunditati. *Eôdem traho Suetonij illud in Caligulâ, cap.* VIII. *præter interpretum mentem:* Addit etiam pro argumento, aras ibi oſtendi inſcriptas, ob Agrippinæ puerperium. *Errat idem ille dum cenſet, de Tiberij adoptione hîc agi: cùm Tacitus intellegat de Liuiæ. Nam Liuia teſtamento adoptata in familiam Iuliam nomenq; Auguſtæ: & nouo exemplo, coniux facta filia mariti. Ideò dum Liuiæ adulantur, decreta ara Adoptioni. Paſsim in lapidibus & Nummis,* Diui filia *lego. vt in marmore Hiſpanienſi:*

IVLIÆ. AVG.
DIVI. F. MATRI
TI. CÆSARIS. AVG. PRIN
CIPIS. ET. CONSERVATORIS
ET. DRVSI. GERMANICI
M. CORNELIVS. PROCVLVS
PONTIFEX. CÆSARVM.

Nummo æreo. S. P. Q. R. DIVÆ. IVLIÆ. AVGVSTI. FIL. *carpenti formâ tracti à duobus mulis.*

95. PROCONSVLARE IMPERIVM.] *Quódne antè habebat? Nam Dio diſertè proconſulare imperium illi tribuit, anno* DCCLXIV. *id eſt, triennio antè. Lib.* LV. Τιβέριος μὲν καὶ Γερμανικὸς ἀντὶ ὑπάτων ἄρχων ἐς τὴν Κελτικὴν ἐσέβαλον. Tiberius, & Germanicus Proconſul, in Celticam inuaſiones fecerunt. *Sed intellegit, credo, proconſulare imperium perpetuum: quod inter titulos principatus. In oratione Alexandri apud Lampridium:* Gratias vobis P. C. de Cæſareo nomine, de pontificatu max. de Trib. poteſtate, & proconſulari imperio. quæ omnia nouo exemplo vno die in me contuliſtis. *Ab eâdem mente Nero lib.* XII. *curante Agrippinâ,* Proconſulare imperium extra vrbem habet, &

ferrent ſimul mœſtitiam eius ob exceſſum Auguſti ſolarentur. quò minus idem pro- A
Druſo poſtularetur, ea cauſſa, quod deſignatus conſul Druſus, præſenſque erat.[96] Candidatos prætoræ duodecim nominauit,[97] numerum ab Auguſto traditum : & hortante
Ratio comitiorum. ſenatu vt augeret, iureiurando obſtrinxit, ſe non exceſſurum.[98] Tum primùm è campo comitia ad patres tranſlata ſunt. nam ad eam diem, & ſi potiſſima arbitrio Principis, quædam tamen ſtudijs tribuum fiebant. neque populus ademtum ius queſtus eſt, niſi inani rumore : & ſenatus largitionibus ac precibus ſordidis exſolutus, libens tenuit, moderante Tiberio, ne plures quàm quattuor candidatos commendaret, ſine repulsâ & [99] ambitu deſignandos. Inter quæ Tribuni plebeij petiuere, vt proprio ſumtu
Ludi Auguſtales. ederent [100] ludos, qui de nomine Auguſti Faſtis additi, Auguſtales vocarentur. ſed decreta pecunia ex ærario,[101] vtque per Circum triumphali veſte vterentur :[102] curru vehi haud permiſſum. mox celebratio annua ad Prætorem tranſlata, cui inter ciues & per-
Seditio in Pannoniâ: egrinos iuriſdictio eueniſſet. Hic rerum vrbanarum ſtatus erat, cùm Pannonicas legiones ſeditio inceſſit : nullis nouis cauſſis, niſi quòd mutatus princeps licentiam B
turbarum, & ex ciuili bello ſpem præmiorum oſtendebat. Caſtris æſtiuis tres ſimul legiones habebantur, præſidente Iunio Blæſo : qui fine Auguſti, & initijs Tiberij auditis,
ob

Princeps iuuentutis appellatur. *Exemplum ab Auguſto, cui decretum perpetuum Proconſulare imperium Dio tradit lib.* LIII.

96. CANDIDATOS PRÆTVRÆ XII.] *Prætorum origo, progreſſus, augmentum, ſatis ambiguè tradita: etiam ab ijs, quibus hæc vna cura fuit. Ego breuiter rem expediui, & ad hiſtoriæ fidem; quæ vide, ſi vis, in* EXCVRS. *in* D.

97. NVMERVM AB AVGVSTO.] *Diffusè magis Velleius :* Poſt redditum cælo patrem, & corpus eius humanis honoribus, nomen diuinis honoratum: primum Principalium eius operum fuit ordinatio comitiorum, quam manu ſuâ ſcriptam D. Auguſtus reliquerat. quo tempore mihi fratríque meo candidatis Cæſaris deſtinari Prætoribus contigit. Conſecutis, vt neque poſt nos quemquam D. Auguſtus, neque ante nos Cæſar commendaret.

98. TVM PRIMVM COMITIA.] *Comitiorum res, amiſsâ libertate, variè habita : ac vide omnino in* EXCVRS. *quæ huc faciunt, litterâ* E.

99. AMBITV DESIG.] *Id eſt, vt nec opus quidem haberent in Senatu ambire : ſufficeretq́, ſola Principis commendatio.*

100. LVDOS, QVI DE NOMINE AVGVSTI.] *Verum eſt. nam & in Kalend. veteri hodieq́, legimus,* IV. *eid. Octob.* AVGVST. *id eſt, Auguſtalia. Eorum ludorum originem reperio, anno* DCCXXXV. *cùm ex Græcienſi & Siculâ peregrinatione redux Auguſtus, paſſus eſt inter alios honores,* Τύχη τε ἐπαναγώλῳ βωμὸν ἱδρυθῆναι, καὶ τὴν ἡμέραν ἣν ἀφίξοιτο, ἔν τε ταῖς ἐορτηνίαις ἀριθμεῖσθαι, καὶ Αὐγουσάλια ὀνομάζεσθαι: Fortunæ reduci aram ſacrari, & diem quâ redierat, in Faſtis ſcribi, & Auguſtalia dici. *Ludiq́, eo die ex decreto Senatus inſtituti, octennio poſteriùs, Ælio Tuberone, Paullo Fabio Coſſ. Idem ſcriptor:* Τὰ δὲ δὴ Αὐγουσάλια, ἃ καὶ νῦν ἄγεται, τότε πρῶτον ἐκ δόγματος ἐτελέσθη: Auguſtalia, quæ & nunc celebrantur, tunc primùm ex Sc^to acta ſunt. *At Suidæ Auguſtale etiam locus eſt, in quo præfecti regionum & cultores Auguſti ſaltabant, Idibus Octobris. Video hominem alludere velle ad hos ludos: ſed ita, vt eum planè non capiam.* Αὐγουσεῖον, *inquit,* ἐκλήθη διότι τῇ ἰέ τῦ Ὀκτωβρίου μηνὸς οἱ βεγεωνάρχαι καὶ σεβασοφόροι ἐχόρευον ἐν τῷ αὐγυσείῳ, οἷον ἐν τῷ ὀψοπωλίῳ, εἰς τιμὴν Τιβερίου. *Scies tamen & alios ludos fuiſſe, die natali Auguſti, qui pariter celebrabantur in Circo, notatos Faſtis,* IX. *Kal. Octob.* H. D. AVGVSTI. NATALIS. LVD. CIRC. *Quorum mentio eſt Dioni in actis anni* DCCXLIII. *& Suetonio, niſi fallor, cap.* LVII. Equites Romani natalem eius ſponte atque conſenſu biduo ſemper celebrarunt. *Quos intellegit & Ouidius lib.* IV. *De Ponto:*

Pontica me tellus, quantis hac poſſumus orâ
Natalem ludis, ſcit celebrare dei.

Sed eos caue cum Auguſtalibus confundas.

101. VTQVE PER CIRCVM.] *Tribuni, mortuo Auguſto, præfecti his ludis, ait Dio, quaſi ſacri : vt id quoque cederet honori Auguſti. Ludi autem ipſi, Circenſes, id eſt curules, & ſi fortè Venatio. Quod veſtem triumphalem petunt Tribuni : faciunt ad exemplum Conſulum & Prætorum, quibus in Circo ludos præbentibus ius togæ pictæ. Iuuenalis:* C

——— ſimiliſque triumpho
Prædo caballorum Prætor ſedet.

Quo verſu hæſi aliquando, num leg. præda : *quia magna ſcilicet pecuniæ vis effundenda prætori in aurigas & equos, ijſq́, ipſe quaſi præda. Idem alibi,*

——— & medio ſublimem in puluere Circi
In tunicâ Iouis, & pictæ Sarrana ferentem
Ex humeris aulæa togæ.

Nec alius ſententiæ illud Cornelij noſtri l. XII. Ludicro Circenſium Britannicus in prætextâ, Nero triumphalium veſte, tranſuecti ſunt. *vt dicam in loco.* D

102. CVRRV VEHI HAVD PERMISSVM.] *Ne prorſus æquarentur poteſtati maiori. De curru Prætorum in Circo, Iuuenalis:*

Quid ſi vidiſſet prætorem in curribus altis
Exſtantem ?

Plinius : Non vetus & bigarum celebratio in his qui præturâ functi, curru vecti eſſent per Circum. *De Conſulum, Plinius alter in Laudatione Traiani:* Nos ſub tuis oculis auguſtior ſolito currus accipiet : nos inter ſecunda omina & vota certantia vehemur alacres, & incerti vtrâ ex parte maior auribus noſtris clamor accidat. *Scripſiq́, de his vberiùs peculiari De ſpectaculis libro, cui Saturnalia Index.*

A ob [103] iuſtitium aut gaudium, intermiſerat ſolita munia. Eo principio laſciuire miles, diſcordare, peſſimi cuiuſque ſermonibus præbere aures, denique luxum & otium cupere, diſciplinam & laborem aſpernari. Erat in caſtris Percennius quidam, [104] dux olim theatralium operarum, dein gregarius miles, procax linguâ, & miſcere cœtus hiſtrionali ſtudio doctus. Is imperitos animos, & quænam poſt Auguſtum militiæ conditio ambigentes impellere paullatim nocturnis colloquijs, aut flexo in veſperam die, & dilapſis melioribus, deterrimum quemque congregare. Poſtremò, promptis iam & alijs ſeditionis miniſtris, velut concionabundus interrogabat, *Cur paucis centurionibus, paucioribus tribunis, in modum ſeruorum obedirent? quando auſuros expoſcere remedia, niſi nouum & nutantem adhuc principem, precibus vel armis adirent? ſatis per tot annos ignauiâ peccatum, quòd* [105] *tricena aut quadragena ſtipendia ſenes, & plerique truncato ex vulneribus corpore, tolerent. ne demiſſis quidem finem eſſe militiæ, ſed* [106] *apud vexillum retentos,* [107] *alio vocabulo, eoſdem labores perferre.* [108] *ac ſi quis tot caſus vitâ ſuperauerit; trahi adhuc diuerſas in terras,*
B *vbi per nomen agrorum,* [109] *vligines paludum, vel inculta montium accipiant. Enimuerò militiam*

Cui otium, cauſſa:

Et fax, quiſpiam Percennius.

Cap. 17.

Eius ſeditioſa oratio ad milites.

Diuturnitatem militiæ culpat:

103. IVSTITIVM AVT GAVDIVM.] *Iuſtitium, ob mortem Auguſti indictum, & publicus dolor & ceſſatio: gaudium, ob initia Tiberij. & tunc quoque feriæ in Natali imperij.*

104. DVX OLIM THEATRALIVM OPERARVM.] *In theatro, ſicut in Circo, ſuæ partes & factiones: diſtracto videlicet fauore plebis in hunc hiſtrionem, in illum. Eæ non rarò in tumultum exibant, imò pugnam, imò cædem. Dux his factionibus & ſignifer, leuiſſimus quiſque è plebe: cui lingua manuſq; ad iniurias & contumelias promptæ. Ab vno Exemplo diſce rem totam, apud Suetonium Nerone cap.* XXVI. Interdiu quoque clàm geſtatoriâ ſellâ delatus in
C Theatrum, ſeditionibus Pantomimorum ex parte proſcenij ſuperiore, ſignifer ſimul ac ſpectator aderat. & cùm ad manus ventum eſſet, lapidibuſque & ſubſelliorum fragminibus decerneretur, multa & ipſe iecit in populum, atque etiam prætoris caput conſauciauit. *Operæ autem theatrales Tacito: vt Ciceroni, operæ Clodianæ: & in lapide priſco* OPERÆ. VETERES. A. SCENA. *Plinio etiam operæ in Circo; ſed à me correcto: l.* IIX. *cap.* VI. L. Piſo inductos dumtaxat (*Elephantos intellegit*) in Circum, atque vt contemptus eorum increſceret, ab operariis haſtas præpilatas habentibus per circum totum actos. *vbi*, ab operis *ſcribendum eſſe confirmo.*

105. TRICENA AVT QVADRAGENA.] *Atqui vicena, ex lege, debebant tantùm: & tunc* Veterani
D *dicebantur. Suidas:* Βετεράνος ὠνομάσθη Ῥωμαίοις ὁ ἀπολυθεὶς τῆς στρατείας. Ἐπὶ εἰκοσαετίαν δὲ ἦσαν οἱ ἐδούλευον: Veteranus Romanis dicitur, qui ſolutus eſt militiâ. in vigeſimum autem annum ſolent merere. *Quod verum eſt: ſed ſub Principibus, vt hîc dicitur, parùm ſeruatum.*

106. APVD VEXILLVM RETENTOS.] *Attende qui hiſtoriam principum legis. Apud antiquos ſimplex & vna honeſta miſſio: ab Auguſti æuo facta duplex: Exauctoratio & miſſio. Tacitus auctor ſic diſtinguendi, infrà:* Placitum vt epiſtolæ nomine principis ſcriberentur, miſſionem dari vicena ſtipendia meritis; exauctorari qui ſenadena feciſſent, ac retineri ſub vexillo, ceterorum immunes niſi propulſandi hoſtis. *Exauctorationis ea vis, vt (exempli cauſſa) legio aliqua ſacramento ſolueretur, ſignis aquilaq; ademptis: non tamen dimitteretur protinus, ſed ſeorſum in exercitu ageret ſub vno aliquo* * *vexillo donec præmia ſoluerentur & agri. Intereà immunis à labore, excubijs, vigilijs, & munere omni caſtrenſi eſſet: exceptâ pugnâ in hoſtem. At plenè miſſionis effectus, vt ſtatim ab exercitu caſtriſq; domum aut in colonias irent, præmijs acceptis. Cui bono hoc inuentum? inquies. Bono fiſci. Suetonius in Tiberio, cap.* XLVIII. Atque etiam miſſiones veteranorum rariſſimas fecit, ex ſenio mortem, & morte compendium captans. *Præmia enim, de quibus mox dicam, mortuis non debebantur: ſicut nec cum cauſſâ miſſis, ante ſtipendia completa. Ideò Caligula (Suetonio narrante, cap.* XLIV.) in exercitu recenſendo, pleriſque Centurionum maturis iam, & nonnullis ante pauciſſimos quàm conſummaturi eſſent dies, primos pilos ademit, cauſſatus ſenium cuiuſque & imbecillitatem. *Capis ergo nunc, cur hîc de tricenis quadrageniſq; ſtipendijs querela: & infrà totiens mentio retentionis apud vexillum, fons Pannonicæ & Germanicæ ſeditionis.*

* Addit Appian. lib. II. Ciuil. & vno deducenda colonia Principe. quem omnino vide.

107. ALIO VOCABVLO.] *Quomodo? Veterani enim propriè dicebantur, non legionarij. Ita lib.* III. Vexillum veteranorum, non plus quingenti. *Hiſtor. lib.* III. Ipſum Othonem comitabantur ſpeculatorum lecta corpora, cum ceteris prætorijs cohortibus, veterani è prętorio, claſſicorum ingens numerus. *Nam & Prætoriani poſt* XVI. *annos habebantur ſub vexillo. Dicti etiam emeriti. Gloſſæ priſcæ,* Emeritus ἀπολειτουργήτας ἢ ἀποστρατευσάμενος. *iterumq;* Emeritus, ἔντιμος καὶ στρατιωτικὸς καμάτους. *Significat* Immunes *eos fuiſſe, & operum vacuos. Dicti ſæpè item Vexillarij. vt mox,* Vexillarij diſcordium legionum: *in Hiſtoriarum libris.* Vexillarij XIII^æ. XV^æ: *legionum, &c. De ijſdem laboribus, quod addunt: mentiuntur.*

108. AC SI QVIS TOT CASVS.] *Nónne melius?* ſiqui tot caſus vitæ ſuperauerint.

109. VLIGINES PALVDVM, VEL INCVLTA.] *Id quidem contra leges militares. Nam in Flacco Siculo lego,* Siluas & loca aſpera in aſſignationem non veniſſe. ſiquid amari vel incerti ſoli eſſet, id aſſignatione non datum: ſed militi veteranoque, culturam aſſignatam. *Querela autem conſimilis apud Salluſtianum Lepidum:* Egregiâ ſcilicet mercede, cùm relegati in paludes ac ſiluas, contumeliam atque inuidiam ſuam, præmia penes alios intel-

Et paupertatem, Et duriiiem. *tiam ipſam grauem, infructuoſam:*[110] *denis in diem aſſibus animam & corpus æſtimari:*[111] *hinc* A *veſtem, arma, tentoria, hinc ſæuitiam centurionum, &* [112] *vacationes munerum redimi. At hercle verbera, & vulnera, duram hiemem, exercitas æſtates, bellum atrox, aut ſterilem pacem, ſempiterna. nec aliud leuamentum, quàm ſi certis ſub legibus militia iniretur. vt ſingulos denarios mererent; ſextuſdecimus ſtipendij annus finem adferret; ne vltrà ſub vexillis tenerentur, ſed ijſdem in caſtris* [113] *præmium pecuniâ ſolueretur. An prætorias cohortes,* [114] *quæ binos denarios * acceperint,* [115] *quæ poſt ſexdecim annos penatibus ſuis reddantur, plus periculorum ſuſcipere? Non obtrectari à ſe vrbanas excubias, ſibi tamen apud horridas gentes è contuberniis hoſtem aſpici.* Adſtrepebat vulgus diuerſis incitamentis. hi verberum notas, illi caniciem, plurimi detrita tegmina & nudum corpus exprobrantes. Poſtremò eò furoris venêre, vt tres legiones miſcere in vnam agitauerint. depulſi æmulatione, quia ſuæ quiſque legioni eum honorem quærebant, aliò vertunt, atque vnà tres aquilas & ſigna cohortium locant:[116] ſimul congerunt ceſpites, exſtruunt tribunal, quò magis conſpicua ſedes foret. Properantibus Blæſus aduênit. increpabatque, ac retinebat ſingulos,[117] clamitans, *Meâ potiùs cæde imbuite manus. leuiore flagitio legatum interficietis, quàm ab* B *impe-*

Cap. 18. Furere incipit miles. Contrà, præmia aliorum oſtendit. * acciperent. Moderari & ſiſtere Blæſus conatur.

legent. *Illudit enim atque imminuit Sullanas agrorum diuiſiones, quod pleraque paluſtria adſignata militibus aut inculta.*

110. DENIS IN DIEM ASSIBVS.] *Gordius, vt multis viſum, hîc nodus: nec ego tamen Alexander. ſolui enim, non abrupi: &* EXCVRS. *noſtros adi in* F.

111. HINC VESTEM, ARMA.] *Vides ergo, aucto à Iulio vel ab Auguſto ſtipendio, abrogatam illam Gracchi legem, quâ militi è publico veſtem dari iußit, ſine vllâ ſtipendij detractione. Quod fugerat me admonere in electis, cap. de ſtipendio. Ambigas tamen an ſecuti principes iterùm non reduxerint Gracchi hac parte legem. Lampridius certè in Alexandro:* Donauit, *inquit*, & ocreas, & braccas, & calciamenta inter veſtimenta militaria. *& pòſt in perſonâ Principis:* Qui acceptam à prouincialibus annonam, qui veſtem, qui ſtipendia vobis attribuit.

112. VACATIONES MVNERVM.] *Scripſi eâ de re ad libros hiſtoriarum.*

113. PRÆMIVM PECVNIA.] *Quale iſtud pecuniarium præmium? Pete ab* EXCVRS. *noſtris, in* G.

114. QVÆ BINOS DENARIOS.] *Bini denarij decreti à Senatu Prætorianis, in honorem Auguſti: vt ſcilicet fidelem gererent eius curam, in ſalute cuius ſalus publica nixa. Id accidit in* VII. *eius Conſulatu. Si tamen Dionis verba vera, non binos denarios meriti Prætoriani: ſed tantùm,* XX. *aſſes. Nam ait,* Τοῖς δορυφορήσασιν αὐτὸν διπλάσιον τὸν μισθὸν τῶν τοῖς ἄλλοις στρατιώταις διδομένων ψηφισθῆναι διεπράξατο. *Si, inquam, duplum quod ceteris militibus, datum Prætorianis: conſtat inuidioſam orationem eſſe nebulonis Percennij de duobus denarijs, & augendæ rei. Quantum enim interſit, docui antè. At exemplum hoc ſtipendij Prætorianis augendi, ſumptum à militiâ veteri: apud quos Prætoria cohors ſeſquiplum accipiebat, honoris cauſſâ. Vide Feſtum in Prætoria cohors.*

ADD. *Vir doctus, in re nummariâ, nuper emendari cenſuit,* quæ bis denos acciperent. *Nam conſtat ex Dione, inquit, accepiſſe eos ſaltem duplum quàm alij milites: nec id plus fecerit, quàm vicenos nummos. Denarium autem duorum æſtimatio amplior. Intellego. vellem & ipſe ea, quæ in hanc rem ſatis ſcripſi. Quis noſtrûm exigit iſta rigidè ad veri lancem? Binos denarios? ſic nempe, quomodo legionarij vnum denarium. Is enim eis definitus, ſed ſolutus numquam niſi æſtimatione infimâ & priſcâ. Eâdem igitur fide & pretio duos denarios cepere Prætoriani. Quos quòd diſertè tamen exprimit Percennius: quis miretur? in ſeditione id facit, & ad animos ſcilicet vero an falſo inflammandos.*

115. QVÆ POST SEXDECIM ANNOS.] *Lapſus ergo Dio, qui lib.* LIV. *diſertè tradit, Auguſtum definiſſe annos Prætorijs cohortibus duodecim, alijs ſedecim. Niſi tamen id decretum mutatum poſteà, anno* DCCLVIII. *Quod apparet ex eodem Dione, libro* LV. *vbi de præmijs militaribus, quem adi.*

116. SIMVL CONGERVNT CESPITES.] *Nota morem antiquum. Tribunal Imperatorium ecce in caſtris, etiam illâ ætate ceſpiticium. Plinius in laudatione Traiani:* Decora facies conſulis: multa poſt ſæcula tribunal viridi ceſpite exſtructum, nec faſcium tantùm, ſed pilorum ſignorumque honore (*malim* horrore) circumdatum. *Xiphilinus de Boodiciâ reginâ Britanniæ:* Συνήγαγε δὲ τὸ στράτευμα ἀμφὶ δώδεκα μυριάδας ὄν, καὶ ἀνέβη ὅπι βῆμα ἐκ γῆς ἐλώδους ἐς τὸν Ῥωμαϊκὸν τρόπον πεποιημένον. *Eleganter.* Et aſcendit, *inquit*, tribunal è terrâ paluſtri more Romano confectum. *Statius in Siluis:*

Hic ſuetus dare iura parens, hoc ceſpite turmas
Adfari.

Ammianus l. XXIII. Ipſe aggere glebali aſſiſtens, coronaque celſarum circumdatus poteſtatum, talia ore ſereno differuit. *Lucanus lib.* V. *de Cæſare concionante:*

——— ſtetit aggere fulti
Ceſpitis, intrepidus vultu; meruitque timeri
Non metuens.

Plutarchus in Pompeio: Βήματος δὲ ἐκ ὄντος, ἐπεὶ τῶν στρατιωτικῶν γενέσθαι φθάσαντος, ὃ ποιοῦσιν αὐτοί, τῆς γῆς ἐκτομὰς βαθείας λαμβάνοντες, καὶ καταλλήλων συνθέντες, &c. *Claudianus de bello Getico:*

Dictis antè tamen princeps confirmat ituros,
Aggere conſpicuus. ſtat circumfuſa iuuentus
Nixa haſtis, pronaſq; ferox accommodat aures.

117 CLAMITANS, MEA POTIVS CÆDE.] *Mirum videri poſſit, & quid cauſſæ, cur ob tribunal ceſpiticium adeò inclamet Blæſus? Nam ſubiungit:* Leuiore flagitio legatum interficietis, quàm ab imperatore

A *Imperatore deſciſcitis. aut incolumis fidem legionum retinebo, aut iugulatus pœnitentiam adcelerabo.* Aggerebatur nihilominus ceſpes, iamque pectori vſque adcreuerat, cùm tandem Cap. 19.
[118] peruicaciâ victi inceptum omisêre. Blæſus multâ dicendi arte, *Non per ſeditionem & turbas deſideria militum ad Cæſarem ferenda, ait: neque veteres ab imperatoribus priſcis, neque ipſos à diuo Auguſto tam noua petiuiſſe: & parùm in tempore, incipientes principis curas onerari. Si tamen tenderent in pace tentare, quæ ne ciuilium quidem bellorum victores expoſtulauerint: cur contra moram obſequij, contra fas diſciplinæ, vim meditentur? decernerent legatos, ſeque coram mandata darent.* Adclamauere, vt filius Blæſi tribunus legatione eâ fungeretur, peteretque militibus miſſionem ab ſexdecim annis, cetera mandaturos, vbi prima proueniſſent. Profecto iuuene, modicum otium: ſed ſuperbire miles, quòd filius Legati orator publicæ cauſſæ, ſatis oſtenderet, neceſſitate expreſſa, quæ per modeſtiam non obtinuiſſent. Intereà manipuli ante cœptam ſeditionem Nauportum miſſi, [119] ob iti- Cap. 20.
nera, & pontes, & alios vſus, poſtquam turbatum in caſtris accepêre, vexilla conuellunt: direptiſque proximis vicis, ipſoque [120] Nauporto, quod municipij inſtar erat, retinen-
B tis centuriones in riſu & contumelijs, poſtremò verberibus inſectantur: præcipuâ in Auſidienum Rufum [121] præfectum caſtrorum irâ. quem dereptum [122] vehiculo, ſarcinis grauant, aguntque primo in agmine, per ludibrium rogitantes, an tam immenſa onera, tam longa itinera libenter ferret? Quippe Rufus diu manipularis, dein centurio, mox caſtris præfectus, antiquam duramque militiam reuocabat, [123] inuictus operis ac laboris, & eò immitior quia tolerauerat. Horum aduentu redintegratur ſeditio, & vagi Cap. 21.
circumiecta populabantur. Blæſus paucos maximè prædâ onuſtos, ad terrorem ceterorum, adfici verberibus, [124] claudi carcere iubet. nam etiam tum legato à centurionibus, & optimo quoque manipularium, parebatur. Illi obniti trahentibus, prenſare circumſtantium genua, ciere modò nomina ſingulorum, modò centuriam quiſque cuius manipularis erat, cohortem, legionem, eadem omnibus imminere clamitantes: ſimul probra in Legatum cumulant, cælum ac deos obteſtantur: nihil reliqui faciunt, quò minùs inuidiam, miſericordiam, metum, & iras permouerent. Adcurritur ab vniuerſis, &
C carcere effracto, ſoluunt vincula: deſertoreſque ac rerum capitalium damnatos, ſibi iam miſcent. Flagrantior inde vis, plures ſeditione duces. & Vibulenus quidam gregarius miles, ante tribunal Blæſi adleuatus circumſtantium humeris, apud turbatos, & Cap. 22.
quid pararet intentos, *Vos quidem*, inquit, *his innocentibus, & miſerrimis lucem & ſpiritum reddidiſtis, ſed quis fratri meo vitam, quis fratrem mihi reddit? quem miſſum ad vos à Germanico exercitu de communibus commodis, nocte proximâ iugulauit* [125] *per gladiatores ſuos, quos in exitium militum habet atque armat. Reſponde Blæſe, vbi cadauer abieceris? ne hoſtes quidem*

Quiſuadet Legationem ad principem.
Id factum: & filius eius miſſus.
Sed recruduit ſeditio, manipulorum aliquot ſuperuentu.
A quis præfectus caſtrorum violatur.
Blæſus coërcere conatur:
Fruſtrà, nam carcerem frangunt.
Vibuleni fallax facinus.

peratore deſciſcitis. *Capitale ergo adeò facinus illud? capitale prorſus. Nam tribunalis exſtructio, aſcenſioq; ſignum proprium Imperatoris, quod allocuturus milites conſcenderet. Simile apud Vopiſcum in*
D *Probo.* Vndique ab omnibus adclamatum eſt, Probe Auguſte dij te ſeruent. Deinde concurſus, & ceſpiticium tribunal, appellatuſque Imperator. *Sed & allocutio ipſa ſoli Imperatori ſeruata poſteà. Ammianus de Iuliano nondum Principe, l.* XVI. Et cùm alloqui pariter omnes nec longitudo ſpatiorum extenta, nec in vnum coactæ multitudinis permitteret crebritas, (& alioqui vitabat grauioris inuidiæ pondus, ne videretur id adfectaſſe quod ſibi ſoli deberi Auguſtus exiſtimabat) cautior ſui, *&c.*

118. PERVICACIA VICTI.] *Ipſius Blæſi, & ſiqui alij fortiter obſiſterent.*

119. OB ITINERA.] *Expeditionem ergo meditabantur, eoq; hæc præcurabant: neque alio fine ſimul in Æſtiuis erant.*

120. NAVPORTO.] *Meminit & Velleius. Strabo collocat in Tauriſcis, ſitu ab Aquileiâ ſtadijs* CCCL. *ſed vocat* Ναύπορτον, *corruptè, vt opinor.*

121. PRÆFECTVM CASTRORVM.] *Munus fuit, neſcio an antiquum. mentionem quidem eius ante Principes nondum inuêni: poſteà, ſæpiùs. Vide* EXCVRS. *in* H.

122. VEHICVLO.] *Honeſtiores ergo militum etiam tunc in vehiculo aut equo.*

123. INVICTVS OPERIS.] *Medicea ſcriptura*, intus operis. *Verum cenſeo*, vetus operis. *In Tacito* vetus militiæ, *& in Silio ipſa hæc verba:*

——— gnaros belli, vetereſque laborum.

124. CLAVDI CARCERE.] *In caſtris ſtatiuis ergo carcer. & cùm exercitus moueret, eoſdem catenâ trahebant, more militari, vt alibi dicam. Iuuenalis, Satyrâ* VI.

Inde fides arti, ſonuit ſi dextera ferro
Læuaque, ſi longo caſtrorum in carcere manſit.

125. PER GLADIATORES SVOS.] *Refer ad ſolutum ſæculi eius morem, quo Præſides, Præfecti prouinciarum, familias gladiatorum alebant, ad ſpecta-*

quidem ſepulturam inuident, cùm oſculis cùm lacrimis dolorem meum impleuero: me quoque truci- A
* hi. *dari iube. dum interfectos nullum ob ſcelus, ſed quia vtilitati legionum conſulebamus,* * *ij ſe-*
Cap. 23. *peliant.* Incendebat hæc fletu, & pectus atque os manibus verberans: mox diſiectis
Quod inuidiam & mortem paenè Blaſo attulit. quorum per humeros ſuſtinebatur, præceps & ſingulorum pedibus aduolutus, tantum conſternationis inuidiæque conciuit, vt pars militum, gladiatores qui è ſeruitio Blæſi erant, pars ceteram eiuſdem familiam vincirent, alij ad quærendum corpus effunderentur. ac ni properè neque corpus vllum reperiri, & ſeruos adhibitis cruciatibus abnuere cædem, neque illi fuiſſe vmquam fratrem pernotuiſſet, haut multum ab exitio Legati aberant. Tribunos tamen, ac præfectum caſtrorum extruſere: ſarcinæ fugientium di-
Tribuni militum pulſi. Lucilius caſus. reptæ. & centurio Lucillius interficitur, [126] cui militaribus facetijs vocabulum, *Cedò alteram*, indiderant: quia fractâ vite in tergo militis, alteram clarâ voce, ac rurſus aliam poſcebat. ceteros latebræ texêre, vno retento Clemente Iulio, qui perferendis militum mandatis habebatur idoneus, ob promtum ingenium. Quin ipſæ inter ſe legiones
Turbatores inter ſe turbant. Octaua & Quintadecima ferrum parabant: dum centurionem [127] cognomento Sirpi- B
Cap. 24. cum, illa morti depoſcit. Quintadecumani tuentur: ni miles Nonanus preces, & ad-
Druſus à Tiberio mittitur ſeditioni ſedandæ. uerſum aſpernantis, minas interiecisſet. Hæc audita, quamquam abſtruſum, & triſtiſſima quæque maximè occultantem Tiberium perpulerê, vt Druſum filium cum primoribus ciuitatis, duabuſque prætorijs cohortibus mitteret, nullis ſatis certis mandatis, ex re conſulturum. & cohortes dilecto milite ſupra ſolitum firmatæ. additur magna pars prætoriani equitis, & robora Germanorum, [128] qui tum cuſtodes imperatori
Ei comes & conſultor Seianus datus. aderant: ſimul prætorij præfectus Ælius Seianus, collega Straboni patri ſuo datus, ma-
Excipitur à legionibus parùm comiter. gnâ apud Tiberium auctoritate, rector iuueni, & ceteris periculorum præmiorumque oſtentator. Druſo propinquanti, quaſi per officium obuiæ fuere legiones: non lætæ, vt adſolet, [129] neque inſignibus fulgentes, ſed inluuie deformi, & vultu, quamquam mœ-
Cap. 25. ſtitiam imitarentur, contumaciæ propiores. Poſtquam vallum introijt: portas ſtatio-
nibus firmant, globos armatorum certis caſtrorum locis opperiri iubent: ceteri tribunal ingenti agmine circumueniunt. Stabat Druſus ſilentium manu poſcens. [130] illi quoties oculos ad multitudinem retulerant, vocibus truculentis ſtrepere; rurſum viſo Cæ- C
Litteras Tiberij recitat. ſare, trepidare. Murmur incertum, [131] atrox clamor, & repentè quies. diuerſis animorum motibus, pauebant terrebantque. Tandem interrupto tumultu, litteras patris recitat, in quîs perſcriptum erat, *præcipuam ipſi fortiſſimarum legionum curam, quibuſcum plurima bella toleraſſet. vbi primùm à luctu requieſſet animus, acturum apud patres de poſtulatis*
Cap. 26. *eorum. miſiſſe interim filium, vt ſine contatione concederet, quæ ſtatim tribui poſſent: cetera*
Miles diſtinctè quædam poſtulat. *Senatui ſeruanda quem neque gratiæ, neque ſeueritatis expertem haberipa reſſet.* Reſponſum
* perferret. eſt à concione, mandata Clementi centurioni quæ * præferret. Is orditur de miſſione à ſexdecim annis: de præmijs finitæ militiæ: vt denarius diurnum ſtipendium foret:

ne ve-

cula exhibenda. Non enim inter milites lecti, ne erres.

126. CVI MILITARIBVS FACETIIS.] *Mores huius militaris exemplum item in Aureliani vitâ:* Huic ſignum exercitus appoſuerat, manu ad ferrum: vt ſi fortè quæreretur quis Aurelianus aliquid feciſſet vel geſſiſſet, ſuggereretur, Aurelianus manu ad ferrum. *De vite autem Centurionum, protrita iam res & conculcata.*

127. COGNOMENTO SIRPICVM.] *Cauſſa huius cognomenti me fugit. An fortè Sirpicus, à ſirpando? quod eſt ligare, nodoq; conſtringere, priſcâ quidem voce. Vnde Sirpi, ænigmata ſiue nodi. Quiáne verberauit obſoleto illo verbo militum aures? an quia aſperior in conſtringendis militibus duriorq;?*

128. QVI TVM CVSTODES IMPERATORI.] *Recepit ergo iterùm Germanos cuſtodes Tiberius, deſtitutos poſt cladem Varianam ab Auguſto. Suetonius Aug. cap. XLIX. De cuſtodibus iſtis, alibi abundè.*

129. NEQVE INSIGNIBVS FVLGENTES.] *De cultu & incultu inſignium notanda quædam obſeruo, & promo in* EXCVRS. *in* I.

130. ILLI QVOTIES OCVLOS.] *Is quidem mos & affectus vulgi, in turbâ ſuâ audacis. Lucanus pariter in ſeditione:* D

——quippe ipſa metus exſoluerat audax
Turba ſuos. quidquid multis peccatur, inultum eſt.

Et Velleius: Subita deinde exercitus ſeditio, qui plerumque contemplatus frequentiam ſuam à diſciplinâ deſciſcit.

131. ATROX CLAMOR, REPENTE QVIES.] *Video expulſam priſcam vocem*, repens quies. *Porrò huic ſententiæ Silianum illud planè geminum eſt:*

Clamor ſæpè repens, & ſæpè ſilentia fixis
In tellurem oculis.

Clamor autem, cùm terrerent, vt ſequitur; quies, cùm timerent.

132. NVM-

A ne veterani ſub vexillo haberentur. Ad ea Druſus cùm arbitrium ſenatus & patris obtenderet, clamore turbatur. *Cur veniſſet, neque augendis militum ſtipendijs, neque adleuandis laboribus, denique nullâ benefaciendi licentiâ? at herculè verbera, & necem cunctis permitti: Tiberium olim nomine Auguſti deſideria legionum fruſtrari ſolitum: eaſdem artes Druſum retuliſſe.*[132] *Numquámne* * *niſi ad ſe filios familiarem venturos? nouum id planè, quòd Imperator ſola militis commoda ad ſenatum reijciat. eumdem ergo ſenatum conſulendum, quoties ſupplicia aut prælia indicantur. an præmia ſub dominis, pœnas ſine arbitro eſſe?* Poſtremò deſerunt tribunal, vt quis prætorianorum militum, amicorúmve Cæſaris occurreret, manus intentantes, cauſſam diſcordiæ, & initium armorum. maximè infenſi Cn. Lentulo, quòd is ante alios ætate & gloriâ belli, firmare Druſum credebatur, & illa militiæ flagitia primus aſpernari. nec multò pòſt digredientem cum Cæſare, ac prouiſu periculi hiberna caſtra repetentem, circumſiſtunt, rogitantes, *quò pergeret? ad imperatorem, an ad patres? vt illic quoque commodis legionum aduerſaretur?* ſimul ingruunt, ſaxa iaciunt. iamque

B lapidis ictu cruentus & exitij certus, adcurſu multitudinis, quæ cum Druſo aduenerat, protectus eſt. Noctem minacem, & in ſcelus erupturam, fors leniuit. nam[133] Luna clariore pænè cælo viſa langueſcere. Id miles, rationis ignarus, omen præſentium accepit, ac ſuis laboribus defectionem ſideris adſimilans, proſpereque ceſſura quæ pergerent, ſi fulgor & claritudo deæ redderetur.[134] Igitur æris ſono, tubarum cornuumque concentu ſtrepere: prout ſplendidior, obſcuriórve, lætari, aut mœrere. & poſtquam ortæ nubes offecêre viſui, creditumque conditam tenebris: (vt ſunt mobiles ad ſuperſtitionem perculſæ ſemel mentes) ſibi æternum laborem portendi, ſua facinora auerſari deos lamentantur. Vtendum inclinatione eâ Cæſar, & quæ caſus obtulerat in ſapientiam vertenda ratus, circumiri tentoria iubet. Accitur centurio Clemens, & ſi qui alij bonis artibus grati in vulgus: * in vigilijs,[135] ſtationibus, cuſtodijs portarum ſe inſerunt, ſpem offerunt, metum intendunt. *Quouſque filium imperatoris obſidebimus? quis certaminum finis? Percennióne, & Vibuleno ſacramentum dicturi ſumus? Percennius & Vibulenus ſtipendia militibus, agros emeritis largientur? Denique pro Neronibus & Druſis,*

C *imperium populi Rom. capeßent? quin potiùs*[136] *vt nouiſſimi in culpam, ita primi ad pœnitentiam ſumus? Tarda ſunt quæ in commune expoſtulantur: priuatam gratiam ſtatim mereare, ſtatim recipias.* Commotis per hæc mentibus, & inter ſe ſuſpectis,[137] tironem à veterano, legionem à legione diſſociant. Tum redire paullatim amor obſequij: omittunt portas, ſigna vnum in locum principio ſeditionis congregata, ſuas in ſedes referunt. Druſus orto die, & vocatâ concione; quamquam rudis dicendi,[138] nobilitate ingenitâ, incuſat priora, probat præſentia. negat ſe terrore & minis vinci: flexos ad modeſtiam ſi videat, ſi ſuppli-

Ea Druſus differt. *Hinc tumultus.*

* Ad ſe niſi

Cap. 27.

Et Cn. Lentulo periculum.

Cap. 28.

Tandem caſu ſeditio componitur.

Quo velut omnino ſo vulgus territum.

Nec deeſt occaſioni Druſus.

* ij.

Ergo flectuntur, & obnoxios ſe oſtendunt.

Cap. 29.

132. NVMQVAMNE NISI.] *Verior lectio è verborum traiectu:* numquámne ad ſe niſi filios f.

133. LVNA CLARIORE PÆNE CÆLO.] *Quid hoc, clariore pænè cælo? caſſa palearum, ſi examinas. A Beroaldo ea lectio eſt, quam ſperne: & ſubſtitue,* Luna claro repentè cælo. *Facit ſententia, & priſca ſcriptura,* clamore pena cælo. *Claro autem cælo is Lunæ languor: & ideò ſequitur,* poſtquam ortæ nubes offecêre viſui.

134. IGITVR ÆRIS SONO.] *Clarum exemplum vanæ religionis, ad leuandos Lunæ labores. Ita enim opinio erat. Iuuenalis, nimis facetè de ſexu tinniente:*

Vna laboranti poterit ſuccurrere Lunæ.

Liuius l. XXVI. Diſpoſita in muris Campanorum imbellis multitudo cum æris crepitu, qualis in defectu Lunæ ſilenti nocte cieri ſolet. *Quem morem nec Chriſtianos deſijſſe, diſcas è Diuo Maximo Taurinenſi Epiſcopo: qui nimis id indignatur & culpat Homiliâ propriâ,* De defectu Lunæ. *Ait inter alia hic apta:* Cùm requirerem quid ſibi clamor hic vellet, dixerunt mihi quòd laboranti Lunæ veſtra vociferatio ſubueniret, & defectum eius ſuis clamoribus adiuuaret.

135. STATIONIBVS.] *Quæ ante portas quidem, ſed paullò longiùs: atqui & in ipſis* Cuſtodiæ *fuerunt, & has adiungit. Nos in Militiâ, lib.* V. *Dialog.* VIII.

136. VT NOVISSIMI IN CVLPAM.] *Hoc accipiendum, quaſi ad meliores militum dictum. Etſi enim omnes rebellauerant; non æquè promptè, & quidam ſecuti magis, quàm ducentes. Hos nunc excitat.*

137. TIRONEM.] *Intellegit qui ſtipendia nondum compleſſent, abiunctos ab ijs qui ſub vexillo veterani.*

138. NOBILITATE INGENITA.] *Culpaui; nec nunc omnino capio. niſi quod videtur ſimile illi dicto apud Lucanum:* ——— quos Lentulus omnes

Virtutis ſtimulis, & nobilitate dolendi

Præceſſit.

Huic apud Claudianum: ——— miſtâ ſed nobilis irâ. *In quibus plus ſcilicet aliquid intellegitur, quàm dicitur.*

supplices audiat, scripturum patri, vt placatus legionum preces exciperet. orantibus, A
rursum idem Blæsus & L. Apronius eques Romanus è cohorte Drusi, [139] Iustusque
Sententia tamen diuersa de motu prorsus sedando. Catonius primi ordinis centurio, ad Tiberium mittuntur. Certatum inde sententijs,
cùm alij *opperiendos legatos, atque interim comitate permulcendum militem censerent;* alij *fortioribus remedijs agendum. nihil in vulgo modicum: terrere, ni paueant: vbi pertimuerint, impune contemni. dum superstitio vrgeat, adijciendos* [140] *ex duce metus, sublatis seditionis auctoribus* Promtum ad asperiora ingenium Druso erat. vocatos Vibulenum & Percen-
Vicitq; apud asperum Drusum asperior nium interfici iubet. Tradunt plerique intra tabernaculum ducis obrutos, alij [141] cor-
Cap. 30. *Capita tumultus cæsa.* pora extra vallum abiecta ostentui. Tum, vt quisque præcipuus turbator, conquisiti.
& pars extra castra palantes, à centurionibus, aut prætoriarum cohortium militibus cæsi:
quosdam ipsi manipuli, documentum fidei, tradidere. Auxerat militum curas præ-
matura hiems, imbribus continuis adeoque sæuis, vt non egredi tentoria, congregari
inter se, [142] vix tutari signa possent, quæ turbine atque vndâ raptabantur. durabat & B
formido cælestis iræ, nec frustrà aduersus impios hebescere sidera, ruere tempestates.
non aliud malorum leuamentum, quàm si linquerent castra infaustá temerataque,
Denique legiones castris suis reddita. & soluti piaculo, suis quisque hibernis redderentur. Primùm octaua, dein quintade-
cuma legio, rediere. Nonanus opperiendas Tiberij epistolas clamitauerat: mox [143] de-
solatus aliorum discessione, imminentem necessitatem sponte præuenit. & Drusus non
exspectato legatorum regressu, quia præsentia satis confederant, in vrbem redijt.

Cap. 31. *Seditio eadem, sed acrior, in Galliâ.* Ij sdem fermè diebus, ijsdem caussis Germanicæ legiones turbatæ, quanto plures, tan-
to violentiùs: & magnâ spe fore vt Germanicus Cæsar imperium alterius pati nequiret,
daretque se legionibus, vi suâ cuncta * tracturus. Duo apud ripam Rheni exercitus
erant. cui nomen superiori, sub C. Silio legato; inferiorem A. Cæcina curabat. Regi-
men summæ rei penes Germanicum, [144] agendo Galliarum censui tum intentum. Sed
quibus Silius moderabatur, mente ambiguâ, fortunam seditionis alienæ speculaban-
tur. inferioris exercitus miles in rabiem prolapsus est, orto [145] ab * vndeuicesimanis
** Tracturis. In quâ duo exercitus, superior, inferior* *Initium motus ab inferiore.* quintanisque initio, & tractis primâ quoque ac vicesimâ legionibus. nam ijsdem C
** Vna & vicesim.* æstiuis, in finibus Vbiorum habebantur, per otium, aut leuia munia. Igitur audito fine
Augusti, [146] vernacula multitudo, nuper acto in vrbe dilectu, lasciuiæ sueta, labo-
rum intolerans, implere ceterorum rudes animos: *Venisse tempus quo veterani maturam missionem, iuuenes largiora stipendia, cuncti modum miseriarum exposcerent, sæuitiamque centurionum*

139. IVSTVSQVE CATONIVS PRIMI ORDINIS CENTVRIO.] *Credo eum esse, qui posteà Prætorij præfectus imperante Claudio, & Messalinæ fraude interfectus. Suadeo legas Dionem,* LX. *De primo ordine, ego in Milit. lib.* II.

140. EX DVCE METVS.] *Ne mutemus. dictio est quam amat Tacitus. Ita lib.* II. Languescet industria, si nullus ex se metus aut spes. *Vitâ Agricolæ:* Tenentibus arma plerisque, quos conscientia defectionis, & proprius ex Legato timor agitabat. *A Sallustio sumpsit de Rep. ad Cæs.* Neque quemquam à multis metuendum esse, quin ad eum formido ex multis recidat.

141. CORPORA EXTRA VALLVM.] *Vt in opidis animaduersiones extra muros; sic & in castris extra vallum. Ideò corpora hîc abiecta in eum locum, qui fuit extra portam Decumanam, à castrorum tergo, vti ex Vegetio discas lib.* I. *cap.* XXIII. *Seneca* I. *De irâ cap.* XVI. Damnatus extra vallum deductus est, & iam ceruicem porrigebat, cùm subitò apparuit commilito ille. *Hirtius de bello Africano:* Sic extra vallum deducti sunt, & cruciabiliter interfecti. *Calpurnius Declamatione* VII. *in ipso argumento:* Imperator corpora eorum extra vallum proijci iussit. *Eiusdem sententiæ, quod idem Tacitus statim:* Conuulsos laniatosque, & partim exanimos ante vallum, aut in amnem Rhenum proijciunt.

142. VIX TVTARI SIGNA.] *Id est, recta habere & seruare in principijs, vbi defixa.*

143. DESOLATVS.] *Solus relictus,* μονωθεὶς, *vt Glossæ veteres.*

144. AGENDO GALLIARTM CENSVI.] *Censum accipies, non qualis Romæ, vt notæ saltem essent Gallorum facultates: sed vt ex modo census tributum penderent & vectigal. Quod cùm in alijs prouincijs seruabatur (apud Iurisconsultos titulo toto de censibus:) tum in Galliâ potissimùm, ditissimâ prouinciarum. Adde sis nostra in* EXCVRS. K. D

145. AB VNDEVICESIMANIS.] *In Germaniâ inferiori, hac ætate vbique* XXI. *legionem reperio, non decimamnonam. Itaque hîc & sæpiùs, repone,* Vnaetuicesimanis. *Quæ vox remotior ab vsu hodie, imposuit scriptorum vulgo. Adi, si placet, ad lib.* I. *Histor. Notas.*

146. VERNACVLA MVLTITVDO.] *Ante quinque circiter annos, nuntiatâ in vrbe clade Varianâ. cùm quidem Romæ subitum militem Augustus conscripsit, ad tutelam ripæ Rheni; & plerosque è libertinis. Sueton. cap.* XXV. *& Dio* LVI.

147. IN

turionum vlciſcerentur. Non vnus hæc, vt Pannonicas inter legiones, Percennius, nec apud trepidas militum aures alios validiores exercitus reſpicientium, ſed multa ſeditionis ora voceſque. *ſuâ in manu ſitam rem Romanam, ſuis victorijs augeri Remp.*[147] *in ſuum cognomentum adſciſci imperatores.* Nec Legatus obuiam ibat: quippe plurium vecordia conſtantiam exemerat. repentè lymphati, diſtrictis gladijs, in centuriones inuadunt. ea vetuſtiſſima militaribus odijs materies, & ſæuiendi principium: proſtratos[148] verberibus mulctant,[149] ſexageni ſingulos, vt numerum centurionum adæquarent. Tum conuulſos laniatoſque, & partim exanimos, ante vallum, aut in amnem Rhenum proijciunt. Septimus cùm perfugiſſet ad tribunal, pedibuſque Cæcinæ aduolueretur, eò vſque flagitatus eſt, donec ad exitium dederetur. Caſſius Chærea, mox cæde C. Cæſaris memoriam apud poſteros adeptus, tum adoleſcens & animi ferox, inter obſtantes & armatos ferro viam patefecit. Non tribunus vltrà, non caſtrorum præfectus ius obtinuit: vigilias, ſtationes, & ſi qua alia præſens vſus indixerat, ipſi partiebantur. Id militares animos altiùs coniectantibus præcipuum indicium magni atque implacabilis motus, quòd neque diſiecti,[150]* nil paucorum inſtinctu, ſed pariter ardeſcerent, pariter ſilerent: tantâ æqualitate & conſtantiâ, vt regi crederes. Intereà Germanico per Gallias, vt diximus,[151] cenſus accipienti, exceſſiſſe Auguſtum adfertur. Neptem eius Agrippinam in matrimonio, pluresque ex eâ liberos habebat. Ipſe Druſo fratre Tiberij genitus, Auguſtæ nepos: ſed anxius occultis in ſe patrui auiæque odijs, quorum cauſſæ acriores,[152] quia iniquæ. quippe Druſi magna apud populum R. memoria,[153] credebaturque, ſi rerum potitus foret, libertatem redditurus. vnde in Germanicum fauor, & ſpes eadem. Nam iuueni ciuile ingenium, mira comitas, & diuerſa à Tiberij ſermone, vultu, adrogantibus & obſcuris. Accedebant muliebres offenſiones, nouercalibus Liuiæ in Agrippinam ſtimulis: atque ipſa Agrippina paullò commotior, niſi quod caſtitate, & mariti amore, quamuis indomitum animum in bonum vertebat. Sed Germanicus quantò ſummæ ſpei propior, tantò impenſiùs pro Tiberio niti: Sequanos proximos, & Belgarum ciuitates in verba eius adigit. Dehinc, audito legionum tumultu, raptim profectus, obuias extra caſtra habuit, directis in terram oculis velut pœnitentiâ. Poſtquam vallum inijt, diſſoni queſtus audiri cœpere. & quidam prehensâ manu eius, per ſpeciem oſculandi, inſeruerunt digitos, vt vacua dentibus ora contingeret: alij curuata ſenio membra oſtendebant. Adſiſtentem concionem, quia permixta videbatur, diſcedere in manipulos iubet: ſic meliùs audituros reſponſum: vexilla præferri, vt id ſaltem diſcerneret cohortes. tardè obtemperauere. Tunc à veneratione Auguſti orſus, flexit ad victorias triumphoſque Tiberij, præcipuis laudibus celebrans, quæ apud Germanias illis cum legionibus pulcherrima feciſſet. Italiæ inde conſenſum, Galliarum fidem extollit, nil vſquam turbidum

Voces ſeditiosorum, vota, & minæ.

Cap. 32.

Sæuitia in centuriones.

Caſſij Chereæ animoſum factum.

* vel

Cap. 33.

Germanicus Cæſar tunc in Galliâ.

Magnâ laude & gratiâ iuuenis.

Cap. 34.

Et Tiberio, præter meritum, nunc fidiſſimus. Is ſtatim ad legiones proficiſcitur.

Verbis increpat, & ad fidem hortatur.

147. IN SVVM COGNOMENTVM.] *Si ad ſua tempora Tacitus reſpexit, clara res: omnes enim poſt Tiberium ferè Imperatores cognomen ſumpſerunt à pugnaciſſimâ gente. At quid eſt, quòd hîc milites in eo glorientur, niſi ſi diuini & præſcij futurorum? Nam ad hoc æui ſolus Druſus & Germanicus, cognomine illo vſi, ex decreto quod apud Dionem habes* LV. *& ſi quiſquam ex Imperatoribus, ſolus certè Tiberius. Sed correctione explico me, & omnino ſcrib. cenſeo,* adſciſci imperaturos. *idq; verum, cognomento illo inſignitos eos, qui in ſpe Principatus. Præter dictos, ecce Vitellius Imp.* filium ſinu retinens Germanicum appellauit, cinxitque cunctis fortunæ principalis inſignibus.

148. VERBERIBVS MVLCTANT.] *Malim,* mulcant, *in hac ſignificatione. Cicero pro Milone:* Quâ in turbâ C. Viuienus ſenator ita eſt mulcatus, vt vitam amiſerit. *Liuius l.* XXIX. In legatum, lictoribus priùs indignum in modum mulcatis, impetum faciunt. *Idem l.* VIII. Sperare ſe, corpore regio mulcato, virum & ſuos redempturam. *& alibi,* Mulcare virgis. *Quibus locis omnibus,* Multare. *non æquè placet.*

149. SEXAGENI SINGVLOS.] *In legione plenâ, ſexaginta centuriones. Dionyſius Halicarnaſſeus, libro* IX. *& Vegetius: ego plenè in Militiâ.*

150. NIL PAVCORVM INSTINCTV.] *Rhenano placet,* vel paucorum. *nec ſperno.*

151. CENSVS ACCIPIENTI.] *Eâ formâ ſermonis Iuriſconſulto dicta* legatio ad cenſus accipiendos. C.I.D. *De munerib. & honoribus.*

152. QVIA INIQVÆ.] *A virtutibus eius ortæ. Inuidebant, & erectum ingenium timebant.*

153. CREDEBATVRQVE, SI RERVM.] *Imò prodita à Tiberio eius epiſtola eſt, quâ de cogendo ad reſtituendam libertatem Auguſto agebat. Quæ vna cauſſa necis pio in patriam iuueni, ſed infelici. Sueton. in Tiberio, cap.* L.

154. ME-

Cap. 35. dum aut discors. silentio hæc, vel murmure modico audita sunt. Vt seditionem attigit, A
vbi modestia militaris? vbi veteris disciplinæ decus? quónam tribunos? quò centuriones exegissent?
rogitans: nudant vniuersi corpora, cicatrices ex vulneribus, verberum notas exprobrant:
Illi desideria sua & querelas promunt: mox indiscretis vocibus, pretia vacationum, angustias stipendij, duritiam operum, ac proprijs nominibus incusant, vallum, fossas, pabuli, materiæ, lignorum adgestus, & si-
qua alia ex necessitate, aut aduersus otium castrorum quæruntur. Atrocissimus veteranorum clamor oriebatur, qui tricena aut supra stipendia numerantes, [154] mederetur fessis, neu mortem in ijsdem laboribus, sed finem tam exercitæ militiæ, neque inopem requiem, orabant. Fuêre etiam qui legatam à diuo Augusto pecuniam reposcerent,
Pars imperium offerunt [155] faustis in Germanicum ominibus: [156] &, si vellet imperium, promtos ostentauêre.
Tum verò quasi scelere contaminaretur, præceps tribunali desiluit. oppositi abeunti arma minitantes, ni regrederetur. At ille moriturum potiùs quàm fidem exueret clamitans, [157] ferrum à latere diripuit, elatumque deferebat in pectus, ni proximi prehensam dextram vi attinuissent. extrema & conglobata inter se pars concionis, ac vix credibile dictu, quidam singuli propiùs incedentes, feriret, hortabantur: & miles, nomine Ca-
Acriter renuit, & mori elegit. B
Cui rei gladium quispiam petulanter offert. lusidius, strictum obtulit gladium, addito, *Acutiorem esse.* Sæuum id, malique moris, etiam furentibus visum: ac spatium fuit, quo Cæsar ab amicis in tabernaculum raperetur. Consultatum ibi de remedio. etenim nuntiabatur parari legatos, qui superiorem
Cap. 36. exercitum ad caussam eamdem traherent: destinatum excidio Vbiorum opidum: im-
Sed amici Germanicũ abripiunt. butasque prædâ manus, in direptionem Galliarum erupturas. Augebat metum gnarus
De medicinâ ancipitis mali consultant. Romanæ seditionis, &, si omitteretur ripa, inuasurus hostis. at si auxilia & socij aduersum abscedentis legiones armarentur, ciuile bellum susci pi. periculosa seueritas, flagitiosa largitio: seu nihil militi, seu omnia concederentur, in ancipiti Rep. Igitur volutatis
Ea visa optima, induigere. inter se rationibus placitum, vt epistolæ nomine principis scriberentur, missionem dari vicena stipendia meritis, exauctorari qui senadena fecissent, ac retineri sub vexillo, ceterorum immunes, nisi propulsandi hostis. [158] legata quæ petiuerant, exsolui duplicariique. Sensit miles in tempus conficta, statimque flagitauit. missio per tribunos ma- C
Cap. 37. turatur, largitio differebatur. [159] in hiberna cuiusquam non abscessere quintani * vnde-
Igitur capiunt, quæ petierant. uigesimaniique, donec ijsdem in æstiuis, contractâ ex viatico amicorum ipsiusque Cæsa-
* vna & vic. *Missionem & pecuniam* ris pecuniâ, persolueretur. Primam ac vicesimam legiones Cæcina legatus in ciuitatem
Vbio-

145. MEDERETVR FESSIS.] *Similia Iuliani milites in seditione apud Lucanum:*

——— iam respice canos,
Inualidasque manus, & inanes cerne lacertos.
Vsus abit vitæ. bellis consumpsimus æuum;
Ad mortem dimitte senes.

155. FAVSTIS IN GERMANICVM OMINIBVS.] *An verò*, nominibus? *Sic quidem Suetonius de Caligulâ:* Densissimo & lætissimo obuiorum agmine incessit, super fausta nomina, sidus & pullum & pupum appellantium. *Fausta nomina sunt, Dî te seruent Auguste, Imperator, Princeps, Felix, Victor, aliaq; ab adulatione vulgi nata. Dio quidem ab hac lectione est:* Τόν τε Τιβέριον, *inquit*, ἐκακηγόρησαν, καὶ τὸν Γερμανικὸν αὐτοκράτορα ἐπεκάλεσαν.

156. ET, SI VELLET IMPERIVM.] *Id Velleius ita exprimit:* Defuitque qui contra remp. duceret, non qui ducerentur. *Nec alio fine legata petunt: tamquam illum scilicet habeant pro herede.*

157. FERRVM A LATERE.] *Rectè* à latere. *Nam mos priscus gladium ex humero suspendere, & dimittere ad latus. Homer. Iliad.* β.

Ἀμφὶ δ' ἄρ' ὤμοισιν βάλετο ξίφος ἀργυρόηλον.
Circum humeros iecit clauis gladium argentatis. *Odyss.* β.

——— Περὶ δὲ ξίφος ὀξὺ θέτ' ὤμῳ.
——— Gladium circumdedit armo.

Virgilius:

Tum lateri atque humeris Tegeæum subigat ensem.

Idem:

——— atque ensem collo suspendit eburnum.

Nec id Heroum modò sæculo, sed obtinuit posteà. atque adeò apud Romanos. Claudian.

Gestatosque patri scapulis radiantibus enses. D

Et Germanos. VVindichindus: Subnixi stabant (*Saxones*) paruis scutis, habentes ad renes cultellos magnos. *Ad renes enim (vt eiusmodi scriptorum Atticismus est) valet Ad latera.*

158. LEGATA QVÆ PETIVERANT.] *Rectè ergo in Suetonij Tiberio scriptum:* Militi post duplicata ex Augusti testamento legata, nihil vmquam largitus est. *Vbi malè Beroaldus*, publicata.

159. IN HIBERNA CVIVSQVAM NON ABSCESSERE.] *Malebam:* in hiberna vsquam: *sed Iosiæ Merceri, amici olim nostri, verissima lectio & distinctio:* Largitio differebatur in hiberna cuiusque. *Nam in castris æstiuis iunctim legiones habebantur, in hibernis singulæ seorsim. Volebant ergo differri, & interim diuelli: sed miles fraudem suspicatus abnuit.*

160. CVM

A Vbiorum reduxit, turpi agmine,[160] cùm fiſci de imperatore rapti inter ſigna interque aquilas veherentur. Germanicus ſuperiorem ad exercitum profectus, ſecundam & tertiamdecumam & ſextamdecumam[161] legiones nihil * contatus ſacramento adigit. Quartadecumani paullùm dubitauerunt. pecunia & miſſio, quamuis non flagitantibus, oblata eſt. At in Chaucis cœptauere ſeditionem, præſidium agitantes vexillarij diſcordium legionum, & præſenti duorum militum ſupplicio paullùm repreſſi ſunt. Iuſſerat id Menius caſtrorum præfectus,[162] bono magis exemplo, quàm conceſſo iure. deinde intumeſcente motu, profugus repertuſque, poſtquam intutæ latebræ, præſidium ab audaciâ mutuatur: *Non præfectum ab ijs, ſed Germanicum ducem, ſed Tiberium imperatorem violari.* ſimul exterritis qui obſtiterant, raptum vexillum ad ripam vertit, & ſi quis agmine deceſſiſſet, pro deſertore fore, clamitans, reduxit in hiberna turbidos, & nihil auſos. Intereà legati[163] ab Senatu egreſſi, iam apud aram Vbiorum Germanicum adeunt. Duæ ibi legiones, prima atque viceſima, veteranique nuper miſſi ſub vexillo hie-

B mabant. Pauidos & conſcientiâ vecordes intrat metus, veniſſe patrum iuſſu, qui irrita facerent, quæ per ſeditionem expreſſerant. vtque mos vulgo, quamuis falſis reum ſubdere, Munatium Plancum[164] conſulatu functum, principem legationis, auctorem ſenatuſconſulti incuſant: &[165] nocte concubiâ vexillum in domo Germanici ſitum flagitare occipiunt: concurſuque ad ianuam facto, moliuntur fores: extractum cubili Cæſarem, tradere vexillum intento mortis metu ſubigunt, mox vagi per vias, obuios habuere legatos, auditâ conſternatione ad Germanicum tendentes. ingerunt contumelias, cædem

At ſuperior exercitus in fide manſit.
* contatas.

Niſi quòd vexillarij quibuſdam turbauere.

Quos fortiter reprimit & componit Menius.

Sed iterùm duæ legiones inſaniunt.

Cæſari vim intentant:

160. CVM FISCI DE IMPERATORE.] *Tangit non dubiè morem priſcum, quo pecunias ſolitum deponere ad ſigna. ij enim militares dij, id templum. Vegetius lib.*II.*cap.*XX. *Suet. Domit. cap.* VII.

161. LEGIONES NIHIL CONTATVS.] *Imò*, contatas. *vti ad legiones ipſas referas.*

C 162. BONO MAGIS EXEMPLO, QVAM CONCESSO IVRE.] *Soli enim illi ius plectendi militis, qui exercitus rector. Et Auguſti quidem inſtituto (quod apud Dionem libro* LIII.*) ſolis Prætoribus, ſiue legatis Auguſti, quos gladio ſuccinxerat, id ius fuit: poſteà etiam proconſulibus, vniuerſiſq; prouinciarum rectoribus, ex lege* VI. *De off. præſid. Saltem vt punirent milites gregarios. leg.* IX. *De cuſtod. reorum:* Qui exercitum accipit, ius animaduertendi in milites caligatos habet.

163. AB SENATV EGRESSI.] *Siue placet*, digreſſi. *Vulgo eſt*, regreſſi: *ſed falsò, nequedum vlli miſsi. Intellegit legatos, vel qui à Senatu decreti ad ferendum proconſulare imperium, de quibus ſuprà: vel qui à Tiberio miſsi ad turbas ſedandas, de quibus iam audierat. Hoc Dio ſentire videtur. Res ſic vide-*

D *tur: ſed vt apertè fabuler*, ab Senatu digreſſi *vel* egreſſi, *haud ſatis placet: magis lectio Florentini codicis*, legati ab Senatu, regreſſum iam. *vt à ſuperiore exercitu regreſſum iterùm ad Aram Vbiorum velit, ibiq; conuentum. Ac plurimum fortaſſe ibi, aut Coloniæ Agrippinæ, agebat: quidni, vel in vxoris patriſq; eius gratiam?*

164. CONSVLATV FVNCTVM.] *Et quidem nuper. Conſul enim fuit anno antè, cum C. Silio. Munatium illum eſſe, qui Cenſor fuit anno* DCCXXXII. *fuge credere. Non facilè ætas fert, non Taciti verba. Dixiſſet enim potiùs à præcipuo honore*, Cenſura functum. *Filius, credo, eius.*

165. NOCTE CONCVBIA VEXILLVM.] *Quod vexillum? illúdne ſub quo veterani habebantur? non videtur. Non enim illi ſolùm, ſed duæ legiones in eâdem culpâ. quarum ſigna aquilæq; in caſtris, non in tabernaculo ducis. Refer ergo ad aliud vexillum, & obſerua ritum antiquum. Signum futuræ pugnæ, vexillum purpureum fuit, quod obſeruabatur meritò in tabernaculo ducis, quia illi ſoli ius & arbitrium proponendi. Hoc inſignitè & κατ' ἐξοχὴν, Vexillum dictum. Doctè Gloſſæ veteres:* Πέτασον φάρος, vexillum. *At de more, Cæſar belli Gallici l.* II. Cæſari omnia vno tempore erant agenda. vexillum proponendum, quod erat inſigne cùm ad arma concurri oporteret. *De bello ciuili:* Sequenti die cùm iter facere Cæſar vellet, renunciatum eſt à ſpeculatoribus, Pompeium de tertiâ vigiliâ in acie ſtetiſſe. Hoc nuncio allato, vexillum propoſuit. *Plutarchus formam eius ſatis deſcribit in Fabio:* Τὸ τῆς μάχης σημεῖον ἐξέθηκεν. Ἦν δὲ χιτὼν κόκκινος ὑπὲρ τῆς στρατηγικῆς σκηνῆς διατεινόμενος: Signum pugnæ propoſuit. Eſt autem tunica coccinea, ſuper prætorium extenſa. *Quod Plutarchus χιτῶνα dicit, Tunicam etiam Iſidorus:* Ruſſata, quam pœniceam vocant, nos coccineam. Hac ſub conſulibus Romani vſi ſunt milites, vnde etiam Ruſſati vocabantur. Solebat enim pridie quàm dimicandum eſſet, ante principia poni (*vellem dixiſſet*, ante prætorium poni, *vel*, ſupra prætorium; *id enim verius*) quaſi admonitio & indicium futuræ pugnæ. *Plutarchus iterùm in Bruto:* Ἅμα δὲ ἡμέρα πρόκειτο μὲν τῷ Βρούτῳ χάραξι καὶ τῷ Κασσίῳ σύμβολον ἀγῶνος, φοινικοῦς χιτών: Vnà cum luce, propoſitum fuit in Bruti & Caſſij caſtris ſignum pugnæ, tunica punicea. *Non ergo ſimpliciter velum fuit, ſed tunicæ formâ. Manſit is mos ad tempora imperij labentis. Ammianus l.* XXVII. Signis ilicò fixis ex more, cùm vndique ad arma conclamaretur, imperio principis & ductorum ſtetit regibilis miles: vexillum operiens extollendum, quod erat opportunè ſubeundæ indicium pugnæ. *Hoc illud vexillum eſt quod lymphati milites poſtulant, & cum eo ius ſcilicet cædis & armorum.*

166. QVAM

Planco mortem.

dem parant: Planco maximè, quem dignitas fugâ impediuerat. neque aliud periclitanti subsidium, [166] quàm castra primæ legionis. illic signa & aquilam amplexus, religione sese tutabatur: ac ni aquilifer Calpurnius vim extremam arcuisset, rarum etiam inter hostes, legatus populi Romani, Romanis in castris, sanguine suo [167] altaria deûm commaculauisset. Luce demum, postquam dux, & miles, & facta noscebantur, ingressus castra Germanicus, perduci ad se Plancum imperat, recipitque in tribunal. Tum

Concionem Germanicus habet.

fatalem increpans rabiem, neque militum, sed Deûm irâ resurgere, cur venerint legati aperit: ius legationis, atque ipsius Planci grauem & immeritum casum, simul quantum dedecoris adierit legio, facundè miseratur. attonitaque magis quàm quietâ concione, legatos præsidio auxiliarium equitum dimittit. Eo in * metu arguêre Germanicum omnes, quòd non ad superiorem exercitum pergeret, vbi obsequia, & contra rebellis auxilium. *Satis superque missione & pecuniâ & mollibus consultis peccatum: vel si vilis ipsi salus; cur filium paruulum, cur grauidam coniugem inter furentes, & omnis humani iuris violatores haberet? Illos saltem auo, & Reip. redderet.* Diu contatus, [168] aspernantem vxorem, cùm se diuo Augusto ortam, neque degenerem ad pericula testaretur, postremò vterum eius, & communem filium multo cum fletu complexus, vt abiret perpulit. Incedebat muliebre & miserabile agmen, profuga ducis vxor paruulum sinu filium gerens, lamentantes circùm amicorum coniuges, quæ simul trahebantur: [169] nec minùs tristes * qui manebant. Non florentis Cæsaris, neque suis in castris, sed velut in vrbe victâ facies gemitusque ac planctus, etiam militum aures oraque aduertêre. Progrediuntur contubernijs. *quis ille flebilis sonus? quod tam triste? feminas inlustres, non centurionem ad tutelam, non militem, nihil imperatoriæ vxoris, aut comitatus soliti, pergere ad Treueros.* [170] *& externæ fidei.* Pudor inde & miseratio, & patris Agrippæ, Augusti aui memoria, socer Drusus: ipsa insigni fecunditate, præclarâ pudicitiâ. [171] iam infans in castris genitus, in contubernio legionum eductus, quem militari vocabulo Caligulam appellabant, quia plerumque [172] ad concilianda vulgi studia eo tegmine pedum induebatur. Sed nihil æquè flexit, quam inuidia in Treueros. orant, obsistunt, rediret, maneret: pars Agrippinæ occurrantes, plurimi ad Germanicum regressi. isque vt erat recens dolore & irâ,

Mouetq; non placat.

* motu.

Ea res militem in pœnitentiam dedit.

* quæ

Filium & vxorem à se dimittit.

* Quasi paruam caligam.

166. QVAM CASTRA PRIMÆ LEGIONIS. ILLIC SIGNA ET AQVILAM AMPLEXVS.] *Hæreo an distinguendum sit*, quàm castra primæ legionis illîc signa. *Videntur enim duæ hæ legiones vnis in hibernis fuisse: si tamen, vt ritu Romano, quæque legio cum signis seorsum locaretur. Idcò ait Plancum confugisse ad aquilam, & signa primæ legionis. Suprà, tres legiones Pannonicæ castris æstiuis simul habebantur: separatæ tamen aquilæ, donec per furorem,* vnà tres aquilas & signa cohortium locarent, *ait Tacitus. Receptam tamen interpunctionem tueri videtur, quod sequitur*, Quantum dedecoris adierit legio, facundè miseratur. *vt videantur hæc in vnius legionis castris gesta.*

167. ALTARIA DEVM.] *Sunt aræ, vt opinor, quæ in principijs honori Aquilarum & castrensium Deorum erant: itemq; Principum, quorum effigies in signis. Vide Militiam nostram. lib.* V. *Dial.* IV.

168. ASPERNANTEM VXOREM.] *Puto verius*, aspernante vxore.

169. NEC MINVS TRISTES QVI.] *Lego*, quæ. *de feminis enim sermo, coniugibusq; amicorum.*

170. ET EXTERNÆ FIDEI.] *Non ergo Colonia tunc Treuiri fuisse videntur: etsi in Hist. l.* IV. *bis sic appellat, putemq; sub Claudio hoc iure demum donatos.*

171. IAM INFANS IN CASTRIS.] *Caium Caligulam in castris natum versiculi prisci adfirmabant:*

In castris genitus, patrijs nutritus in armis,
Iam designati Principis omen erat.

Etiam Plinius in Germanicâ Historiâ, apud Treueros vico Ambitarino, id est, apud hiberna legionum. Et clarè hîc noster. Alij aliter: vide EXCVRS. *in* L.

172. AD CONCILIANDA STVDIA VVLGI.] *Ait, studia vulgi: militaris scilicet. Nam Tribuni & centuriones dignioresq; militum, veste & habitu erant à gregarijs distincti, vt alibi dicam accuratè. At caliga tegmen vulgi. Infrà:* Tamquam parum ambitiosè filium gregali habitu circumferat, * Caligulamque appellari velit. *Non ita plenè Dio expressit, qui vertit,* Ὅτι ἐν τῷ στρατοπέδῳ τὸ πλεῖστον τραφεὶς τοῖς στρατιωτικοῖς ὑποδήμασιν ἀντὶ τῆς ἀσπιδῶν ἐχρῆτο. *Melius Suetonius*, Caligulæ cognomen castrensi ioco traxit, quia manipulario habitu inter milites educabatur. *Caligatus igitur, manipularis, gregarius, eadem sunt: pro militum plebe, id est qui honorem aut gradum in castris nondum ceperunt. Suet. in Augusto, cap.* XXV. Dona militaria aliquanto faciliùs phaleras & torques, quidquid auro argentoque constaret, quàm vallares ac murales coronas quæ honore præcellerent, dabat: has quàm parcissimè & sine ambitione, ac sæpè etiam caligatis tribuit. *Iurisconsultus, l.* IX. *De custod. reorum*: Qui exercitum accipit, ius animaduertendi in milites caligatos habet. *cum exceptione dixit, quia in digniores non habet. Legi in lapide vetusto,*

C. OPPIO. C. F. VEL.
OMNIBVS. OFFICIIS.
IN. CALIGA. FVNCTO.

Et ab

irâ, apud circumfusos ita cœpit. *Non mihi vxor, aut filius, patre & Rep. cariores sunt: sed illum quidem sua maiestas, imperium Romanum ceteri exercitus defendent: coniugem, & liberos meos, quos pro gloriâ vestrâ libens ad exitium offerrem, nunc procul à furentibus submoueo: vt quidquid istuc sceleris imminet, meo tantùm sanguine pietur: néve occisus Augusti pronepos, interfecta Tiberij nurus, nocentiores vos faciat. Quid enim per hos dies inausum, intemeratúm ve vobis?* [173] *quod nomen huic cœtui dabo? militésne appellem? qui filium Imperatoris vestri, vallo & armis circumsedistis An ciues? quibus tam proiecta senatus auctoritas. hostium quoque ius, & sacra legationis, & fas gentium rupistis. Diuus Iulius seditionem exercitus* [174] *verbo vno compescuit, Quirites vocando, qui sacramentum eius detractabant. Diuus Augustus, vultu & aspectu Actiacas legiones exterruit. nos vt nondum eosdem, ita ex illis ortos, si Hispaniæ Syriæve miles aspernaretur, tamen mirum & indignum erat: primáne, & vicesima legiones,* [175] *illa signis à Tiberio acceptis, tu tot præliorum socia, tot præmijs aucta, egregiam duci vestro gratiam refertis? Hunc ego nuntium patri, læta omnia alijs è prouincijs audienti, feram? ipsius tirones, ipsius veteranos, non missione, non pecuniâ satiatos? hic tantùm interfici centuriones, eijci tribunos, includi legatos? infecta sanguine castra, flumina? méque precariam animam inter infensos trahere? Cur enim primo concionis die, ferrum illud quod pectori meo infigere parabam, detraxistis? O improuidi amici! meliùs & amantiùs ille, qui gladium offerebat cecidissem certè, nondum tot flagitiorum exercitui meo conscius. legisetis ducem, qui meam quidem mortem impunitam sineret. Vari tamen & trium legionum vlcisceretur. Neque enim dij sinant,* [176] *vt Belgarum, quamquam offerentium, decus istud & claritudo sit, subuenisse Romano nomini, compressisse Germaniæ populos. Tua diue Auguste cælo recepta mens,* [177] *tua pater Druse imago, tui memoria, ijsdem istis cum militibus, quos iam pudor & gloria intrat, eluant hanc maculam, irasque ciuiles in exitium hostibus vertant. Vos quoque quorum alia nunc ora, alia pectora contueor, si legatos Senatui, obsequium imperatori, si mihi coniugem ac filium redditis, discedite à contactu ac diuidite turbidos. id stabile ad pœnitentiam, id fidei vinculum erit.* Supplices ad hæc, & vera exprobrari fatentes, orabant, puniret noxios, ignosceret lapsis, & duceret in hostem: reuocaretur coniunx, rediret legionum alumnus, néve obses Gallis traderetur. Reditum Agrippinæ excusauit ob imminentem partum, & hiemem. venturum filium: cetera ipsi exsequerentur. Discurrunt mutati, & seditiosissimum quemque vinctos trahunt ad legatum legionis primæ, C. Cetronium: qui iudicium & pœnas de singulis, in hunc modum exercuit.[178] Stabant pro concione legiones, districtis gladijs: reus in suggestu per tribunum ostendebatur. si nocentem adclamauerant, præceps datus trucidabatur. & gaudebat cædibus miles, tamquam semet absolueret: nec Cæsar arce-

Cap. 42. *Quæ in facundâ oratione Cæsar alloquitur.*

Cap. 43.

Cap. 44. *Mutati, pœnas vltrò in se poscunt.*

Ipsi seditiosos puniunt.

Et ab eâdem sententiâ Seneca quinto De Beneficijs scripsit, Marium à caligâ ad consulatum peruenisse: *id est ab infimis ordinibus. Item Plinius lib.* VII. *Ventidium* inopem iuuentam in militari caligâ toleraſſe. *Quamquam non abnuam, quin caligæ dignioribus etiam militum: sed cum discrimine, puta aureis argenteísve clauis distinctæ. Vnde cum additione* Speculatoria caliga, *apud Sueton. & Tertullianum.*

173. QVOD NOMEN HVIC COETVI DABO?] *Imitatum videtur ex oratione Scipionis apud Liuium, pariter in seditione militari. lib.* XXVIII. Quos nec quo nomine quidem appellare debeam, scio. ciues? qui à patriâ vestrâ descistis. milites? qui imperium auspiciumque abnuistis, sacramenti religionem rupistis.

174. VERBO VNO COMPESCVIT.] *Plutarchus, Dio, Suetonius, & Lucanus,*

——— discedite castris,
Tradite nostra viris ignaui signa Quirites.

175. ILLA SIGNIS A TIB.] *Appâret religionem aliquam fuisse in militiâ ordiendâ. Credo autem hanc primam legionem conscriptam, post cladem Vari.*

176. VT BELGARVM ISTVD DECVS SIT.] *Gloriemur Belgæ. Nos iam olim Cæsaris testimonio,* omnium Gallorum fortissimi: *nos nunc Germanici, idonei & validi* subuenire Romano nomini, comprimere Germaniæ populos. *Nos* **Ciuilis voce,* Gallorum robur. *Præclara ista, at non illud.*

Πάλιν ποτ' ἦσαν ἄλκιμοι Μιλήσιοι.
Olim fuere strenui Milesij.

* Verba Taciti vide IV. Hist.

177. TVA PATER DRVSE IMAGO.] *Cur imaginis mentio? Suspicor huius Drusi inter signa imaginem cultam: quia eo duce res pulcherrimæ gestæ. Nec enim solæ Impp. imagines habebantur innixæ signis, sed & aliorum quos Imperator sibi velut æquabat. Sueton. Tiberio:* Quædam munera Syriacis legionibus dedit, quod solæ nullam Seiani imaginem inter signa coluissent. *Hanc igitur præsentem intuens, ista pronuntiat filius.*

178. STABANT PRO CONCIONE.] *Exemplum, nisi fallor, primum animaduersionis à milite ipso vsurpatæ, quod hodie in nostrâ militiâ vulgò obtinet. Ammianus tamen id recensuit, quasi ex more prisco, lib.* XXIX. Cùm inuenissent eos exercitu circum-

Cæsar inde per artem eos seiungit:

arcebat, quando nullo ipsius iussu, penes eosdem sæuitia facti & inuidia erat. Secuti exemplum veterani, haut multò post in Rætiam mittuntur, specie defendendæ prouinciæ, ob imminentis Sueuos: ceterùm vt auellerentur castris, trucibus adhuc non minùs asperitate remedij, quàm sceleris memoriâ. [179] Centurionatum inde egit. citatus ab imperatore, nomen, [180] ordinem, patriam, numerum stipendiorum, quæ strenuè in prælijs fecisset, & cui erant [181] donaria militaria, edebat. si tribuni, si legio, industriam innocentiamque adprobauerant, retinebat ordines: vbi auaritiam, aut crudelitatem consensu obiectauissent, soluebatur militiâ. Sic compositis præsentibus, haut minor moles supererat, ob ferociam quintæ & vnaetvicesimæ legionum, sexagesimum apud lapidem, (loco Vetera nomen est) hibernantium. nam primi seditionem cœptauerant, atrocissimum quodque facinus horum manibus patratum. nec pœnâ commilitonum exterriti, nec pœnitentiâ conuersi, iras retinebant. Igitur Cæsar arma, classem, socios demittere Rheno, parat: si imperium detrectetur, bello certaturus. At Romæ nondum cognito, qui fuisset exitus in Illyrico, & legionum Germanicarum motu audito; trepida ciuitas incusare Tiberium, quòd dum patres, & plebem, inualida & inermia, contatione fictâ ludificetur, dissideat interim miles, neque duorum adolescentium nondum adultâ auctoritate comprimi queat. ire ipsum, & opponere maiestatem imperatoriam debuisse; cessuris, vbi principem longâ experientiâ, eumdemque seueritatis & munificentiæ summum vidissent. An Augustum fessâ ætate, toties in Germanias commeare potuisse; Tiberium vigentem annis, sedere in senatu verba patrum cauillantem? satis prospectum vrbanæ seruituti: militaribus animis adhibenda fomenta, vt ferre pacem velint. * Immotum aduersus eos sermones, fixumq; Tiberio fuit, non omittere caput rerum, neque se remque publicam in casum dare. Multa quippe & diuersa angebant: *validior per Germaniam exercitus; propior apud Pannoniam: ille Galliarum opibus subnixus, hic Italiæ imminens. quos igitur anteferret? ac ne postpositi, contumeliâ incenderentur. At per filios pariter adiri,* [182] *maiestate saluâ, cui maior è longinquo reuerentia. simul adolescentibus excusatum, quædam ad patrem reijcere: resistentisque Germanico, aut Druso, posse à se mitigari vel infringi: quod aliud subsidium si imperatorem spreuissent?* Ceterùm vt iam iamque iturus legit comites, conquisiuit impedimenta, adornauit [183] naues. mox hiemem, aut negotia variè caussatus, primò prudentes, dein vulgum, diutissimè prouincias fefellit. At Germanicus quamquam contracto exercitu, & paratâ in defectores vltione, dandum adhuc spatium ratus, si recenti exemplo sibi ipsi consulerent, præmittit litteras ad Cæcinam, venire se validâ manu, ac ni supplicium in malos præsumant, vsurum promiscuâ cæde. Eas Cæcina aquiliferis signiferisque, &, quod maximè castrorum sincerum erat, occultè recitat: vtque cunctos infamiæ, seipsos morti eximant hortatur. nam in pace caussas & merita spectari; vbi bellum ingruat, innocentes ac noxios iuxtà

Nouos q. Centuriones sufficit

Cap. 45.

Sed duæ adhuc legiones turbida apud Vetera.

In eas vis paratur.

Cap. 46.

Romani consternati his nuntijs:

Tiberium culpant, qui ipse non occurrat.

Sed illa vulpes sedè imperij premit.

Cap. 47.

* Immotus.

Et iter simulat, non somniat.

Cap. 48.

Interea Germanicus minis & terrore rem consicit.

cumseptos; Quid de istis nefarijs, inquit, proditoribus fieri oportere contubernales deuoti censetis? Secutusque adclamationem rogantium sanguine vindicari, eos qui inter Constantianos merebant, prisco more militibus dedit occidendos.

179 CENTVRIONATVM INDE EGIT.] *Nescio an*, legit, *quâ formâ Senatum legere dicimus. Satis autem ambitiosa hæc lectio, militibus adhibitis quasi arbitris: cùm solius id Imperatoris aliàs, & ex more, esset. Tale notat noster in Cæcinâ*; Vtque licentiâ militem imbueret, interfectorum Centurionum ordines legionibus offerebat, eo suffragio turbidissimus quisque dilecti. III. *Hist. Etsi Germanicus tamen plenam totamq; electionem militi non largitus.*

180. ORDINEM.] *Id est, quotæ Centuriæ ductor esset. nam in eo discrimen, & dignitas: primæ, secundæ, tertiæ. Benè autem* Ordinem: *quia appellabant*, primi aut secundi Ordinis *Centurionem. Nos explicatè in Milit.* II. *Dial.* VIII.

181. DONARIA MILITARIA.] *Scilicet, torques, phaleræ, hastæ, coronæ. ex quibus promoueri ad ordines altiores milites solere, indicat etiam Lucanus, lib.* I.

——— summi tum munera pelli
Lælius, emeritique gerens insignia doni
Seruati ciuis referentem præmia quercum.

Inter omnia autem quæ noster enumerat, cur siluit censum? cuius rationem habitam in declamatione quapiam ostendit Portius Iatro: Census Senatorium gradum ascendit, census in castris ordinem promouet, census iudices in foro legit.

182. MAIESTATE SALVA.] *Vera & callida gnome. A Thucydide videri potest, lib.* VI. Τὰ δέ, *inquit*, διὰ πλείστου φάντες ἴσμεν θαυμαζόμενα, καὶ τὰ πεῖραν ἥκιστα δόξης ὄντα.

183. NAVES.] *Quorsum naues, si in Galliam aut Germaniam iturus? An hæc simulatio ad Pannoniam spectat? quò etsi terrâ, tamen & supero mari licebat trajicere.*

184. ELE-

iuxtà cadere. Illi, tentatis quos idoneos rebantur, poſtquam maiorum legionum partem in officio vident; de ſententiâ legati, ſtatuunt tempus, quo fœdiſſimum quemque & ſeditioni promtum ferro inuadant. Tunc ſigno inter ſe dato, irrumpunt contubernia, trucidant ignaros: nullo, niſi conſcijs, noſcente quod cædis initium, quis finis. Diuerſa omnium, quæ vmquam accidêre, ciuilium armorum facies. non prœlio, non aduerſis è caſtris, ſed ijſdem è cubilibus, quos ſimul veſcentis dies, ſimul quietos nox habuerat, diſcedunt in partes, ingerunt tela. clamor, vulnera, ſanguis palàm: cauſſa in occulto. cetera fors regit: & quidam bonorum cæſi. poſtquam intellecto in quos ſæuiretur, peſſimi quoque arma rapuerant. Neque legatus, aut tribunus moderator adfuit: permiſſa vulgo licentia atque vltio & ſatietas. Mox ingreſſus caſtra Germanicus, non medicinam illud plurimis cum lacrimis, ſed cladem adpellans, cremari corpora iubet. Truces etiam tum animos cupido inuolat eundi in hoſtem, piaculum furoris: nec aliter poſſe placari commilitonum manes, quàm ſi pectoribus impijs honeſta vulnera accepiſſent. Sequitur ardorem militum Cæſar, iunctoque ponte tramittit duodecim millia [184] è legionibus ſex, & viginti ſocias cohortes, octo equitum alas, quarum eâ ſeditione intemerata modeſtia fuit. Læti neque procul Germani agitabant, dum iuſtitio ob amiſſum Auguſtum, pòſt diſcordijs attinemur. At Romanus agmine propero ſiluam Cæſiam limitemque à [185] Tiberio cœptum ſcindit. caſtra in limite locat, frontem ac tergum vallo; [186] latera, concædibus munitur. Inde ſaltus obſcuros permeat, conſultatque ex duobus itineribus, breue & ſolitum ſequatur: an impeditius & intentatum, eoque hoſtibus incautum. Dilectâ longiore viâ, cetera adcelerantur. etenim attulerant exploratores feſtam eam Germanis noctem, ac ſolennibus epulis ludicram. Cæcina cum expeditis cohortibus præire, & obſtantia ſiluarum amoliri iubetur: legiones modico interuallo ſequuntur. Iuuit nox ſideribus inluſtris. ventumque ad vicos Marſorum, & circumdatæ ſtationes, ſtratis etiam tum per cubilia, propterque menſas, nullo metu, non antepoſitis vigilijs. adeò cuncta incuriâ diſiecta erant, neque belli timor: ac ne pax quidem niſi languida, & ſoluta inter temulentos. Cæſar auidas legiones, quò latior populatio foret, quatuor in cuneos diſpertit. quinquaginta millium ſpatium, ferro flammisque peruaſtat. non ſexus, non ætas miſerationem attulit. profana ſimul & ſacra, & celeberrimum illis gentibus [187] templum, quod Tanfanæ vocabant, ſolo æquantur. ſine vulnere milites, qui ſemiſomnos, inermos, aut palantis ceciderant. Exciuit ea ſedes Bructeros, Tubantes, Vſipetes: ſaltuſque, per quos exercitui regreſſus, inſedêre. quod gnarum duci: inceſſitque itineri & prœlio. pars equitum, & auxiliariæ cohortes ducebant: mox prima legio, & medijs impedimentis, ſiniſtrum latus * vndeuiceſimani, dextrum quintani clauſere: viceſima legio terga firmauit, pòſt ceteri ſociorum. Sed hoſtes, donec agmen per ſaltus porrigeretur, immoti; dein latera, & frontem modicè adſultantes, totâ vi nouiſſimos incurrêre. turbabanturque denſis Germanorum cateruis leues cohortes, cùm Cæſar aduectus ad viceſimanos voce magnâ, *hoc illud tempus oblitterandæ ſeditionis* clamitabat, *pergerent, properarent culpam in decus vertere.* Exarſere animis, vnoque impe-

Ipſi turbidi, turbatores ſuos cadunt. Cap. 49.

Sed parùm compoſitè:

Et dolet Cæſar.

Mox ducit in hoſtem, vt auocet & oblitteret. Rhenum tranſit. Cap. 50.

Ad Marſos venit.

Cap. 51. *Quos ſecuros & incuſtoditos cædit.*

Tanfanæ templum diruit. Redeunti inſidiæ à finitimis parantur.

* vna &

Sed virtutè eas irritas facit.

184. E LEGIONIBVS SEX, ET VIGINTI.] *Diſtinctio præter hiſtoriam. Interpunge,* è legionibus, ſex & viginti ſoc. *Quattuor enim dumtaxat legionum miles, in id bellum ductus: nec plures in Germaniâ inferiori erant. Clarum ex ſequentibus, vbi legiones enumerat:* Mox prima legio: ſiniſtrum latus vnaetviceſimani clauſere, dextrum quintani: viceſima legio terga firmauit.

185 TIBERIO COEPTVM SCINDIT.] *Fortè,* ſcandit. *Vtrùm autem limes hic à Tiberio ſtructus ad ſecernendos diſcriminandoſque Germanos? an potiùs agger & via?* Cæſia *etiam* ſilua, *dubites an* Heſia *ſcribenda: quo nomine etiamnunc eo tractu manet, in Cliuenſi inquam Ducatu* Heſerwaldt. *Quæ vox non abeſt, quin à Deo* Heſo *nomen habeat, quem Galli Germaniq.* Martem *colebant.*

186. LATERA, CONCÆDIBVS MVNITVR.] *Alij,* munit: *ego,* munitus, *malo. muniendi hic mos à Germanis Gallisq.: Ammianus lib.* XVI. Difficiles vias & ſuapte naturâ cliuoſas concædibus clauſere ſollerter, arboribus immenſi roboris cæſis. *Vſus eâ voce & Cæſar. At* Conciſa *vocare videtur P. Diaconus:* Factis etiam conciſis, *inquit,* per deuia ſiluarum irruit ſuper eos.

187. TEMPLVM, QVOD TANFANÆ.] *Quis deus, quæ dea? Quidam* ἐτυμολογίζουσι *quaſi eſſet,* Taenfanck / *quod lingua noſtra principium rerum. At Britanni priſci, ſuâ lingua Tan, ignem vocant.*

impetu perruptum hostem, redigunt in aperta, cæduntque: simul primi agminis co- A
piæ euasere siluas, castraque communiuere. Quietum inde iter. fidensque recenti-
Cap. 52. *Tiberius laudat Germanicum, & inuidet.* bus, ac priorum oblîtus miles, in hibernis locatur. Nunciata ea, Tiberium lætitiâ cu-
raque adfecere. gaudebat oppressam seditionem: sed quòd largiendis pecunijs, & mis-
sione festinatâ fauorem militum quæsiuisset, bellica quoque Germanici gloriâ, ange-
batur. Rettulit tamen ad Senatum de rebus gestis, multaque de virtute eius memora-
uit: magis in speciem verbis adornata, quàm vt penitus sentire crederetur. Paucioribus
Drusum, & finem Illyrici motus laudauit; sed intentior, & fidâ oratione. cunctaque
Cap. 53. *Iulia Augusti F elit, alimentis subtractis.* quæ Germanicus indulserat, seruauit etiam apud Pannonicos exercitus. Eodem anno,
[188] Iulia supremum diem obijt, ob impudicitiam olim à Patre Augusto Pandateriâ in-
sulâ, mox opido Rheginorum, qui Siculum fretum accolunt, clausa. Fuerat in matri- B
monio Tiberij, florentibus Caio & Lucio Cæsaribus, spreueratque [189] vt imparem:
nec alia tam intima Tiberio caussa, cur Rhodum abscederet. imperium adeptus, extor-
rem, infamem, & post interfectum Postumum Agrippam, omnis spei egenam, inopiâ
ac tabe longâ peremit, obscuram fore necem [190] longinquitate exsilij ratus. Par caussa
Caditur & Gracchus adulter in eâ. sæuitiæ in [191] Sempronium Gracchum, qui familiâ nobili, sollers ingenio, & prauè fa-
cundus, eamdem Iuliam in matrimonio M. Agrippæ temerauerat. nec is libidini finis.
Traditam Tiberio, peruicax adulter contumaciâ & odijs in maritum accendebat. litte-
ræque, quas Iulia patri Augusto cum insectatione Tiberij scripsit, à Graccho composita
credebantur. Igitur amotus Cercinam, Africi maris insulam, quatuordecim annis ex-
silium tolerauit. Tunc milites ad cædem missi, inuenêre in prominenti littoris nihil
lætum opperientem. quorum aduentu breue tempus petiuit, vt suprema mandata
vxori Alliariæ per litteras daret: ceruicemque percussoribus obtulit. constantiâ mortis,
haut indignus Sempronio nomine; vitâ degenerauerat. quidam non Româ eos milites,
sed [192] ab L. Asprenate proconsule Africæ missos tradidere, auctore Tiberio, qui fa- C
mam cædis posse in Asprenatem verti, frustrà sperauerat. Idem annus nouas cærimo-
Cap. 54. *Sodales Augustales instituti.* nias accepit, addito [193] sodalium Augustalium sacerdotio, [194] vt quondam T. Tatius
retinendis Sabinorum sacris, sodales Titios instituerat. sorte ducti è primoribus ciui-
tatis

188. IVLIA OB IMPVDICITIAM.] *Qui feminam hanc impudicitiæ arguant, multi testes. Seneca de Benef. lib.* VI. *cap.* XXXII. Augustus flagitia principalis domus in publicum emisit, admissos gregatim adulteros, pererratam nocturnis comessationibus vrbem, forum ipsum ac rostra, ex quibus pater legem de adulterijs tulerat, filiæ in stupra placuisse, cotidianum ad Marsyam concursum, cùm ex adulterâ in quæstuariam versa ius omnis licentiæ sub ignoto adultero peteret. *Plinius*, Apud nos huius licentię exemplum non est aliud, quàm filia D. Augusti, cuius luxuria noctibus coronatum Marsyam litteræ illius dei gemunt. *vel, vt clarissimus Torrentius emendat*, illius describunt. *etsi ego malim*, degemunt. *De hoc Marsyâ, præter ea quæ dixi antiquis, Sidonius,*

* *Emendo, tridentem.* Marsyæque timet manum ac * rudentem,

id est tribunal metuit & forum. Arnobius lib. II. Quia fornicem Lucilianum & Marsyam Pomponij obsignatum memoriâ continetis. *Vide Dionem lib.* LV.

189. VT IMPAREM.] *Taurum non ad illud iugum.*

190. LONGINQVITATE EXSILII RATVS.] *Id est, diuturnitate. Nam relegata Iulia, anno* DCCXLVIII. *ex quo ad hunc diem anni ferè viginti.*

191. SEMPRONIVM GRACCHVM.] *Velleius lib. posteriore:* Quinctius Crispinus singularem nequitiam supercilio truci protegens, & App. Claudius & Sempronius Gracchus ac Scipio, alijque minoris nominis vtriusque ordinis viri, quasi cuiuslibet vxore violatâ, pœnas pependêre: cùm Cæsaris filiam, & Neronis violassent coniugem. *Vidimus & nummos huius Gracchi,* TI. SEMPRONIVS. GRACCVS. IIII. VIR. Q. DESIG. *id est, quatuoruir, quæstor designatus. in parte alterâ,* DIVI. IVLII. F.

192. AB L. ASPRENATE.] *Credo cognomen esse gentis Noniæ. De Asprenatum claritudine & familiâ consulari Plinius lib.* XXX. *cap.* VII. *Suetonius in Aug. cap.* XLIII.

193. SODALIVM AVGVSTALIVM SACERDOTIO.] *Idq; exemplum placuit deinceps in omnibus Imperatoribus, qui facti Diui. Ita Sodales Flauij, Hadrianales, Aeliani, Antonini, passim in historiâ memorati. Lapis priscus:* D

NERONI. CÆSARI. GERMANICI. F.
TI. AVGVSTI. N. DIVI. AVGVS. PRON.
FLAM. AVGVSTALI. SODALI. AVGVSTALI. Q. Q. NOVANIVS. Q. L. SÆVIVS.

194. VT QVONDAM T. TATIVS.] *Pugnat aperto Marte secum Tacitus. lib.* II. *Historiarum: vbi vult sodales Titios (ita enim scrib. non Tatios, ex lapid. & libris, dictiq; à pronomine Tatij) institutos non retinendis sacris, sed memoriæ Tatij sacrandæ. Quæ caussa hoc quidem loco aptior erat; fortasse & verior.*

A tatis vnus & viginti. Tiberius, Druſuſque, & Claudius, & Germanicus adijciuntur. Ludos Auguſtales, [195] tunc primùm * cœptos, turbauit diſcordia, ex certamine hiſtrionum. [196] Indulſerat ei ludicro Auguſtus, dum Mæcenati obtemperat effuſo in amorem Bathylli. neque ipſe abhorrebat talibus ſtudijs, & ciuile rebatur miſceri voluptatibus vulgi. alia Tiberio morum via: ſed populum per tot annos molliter habitum, nondum audebat ad duriora vertere. Druſo Cæſare, C. Norbano Coss. decernitur Germanico triumphus manente bello; quod quamquam in æſtatem ſummâ ope parabat, initio veris & repentino in Cattos excurſu, præcepit. nam ſpes inceſſerat diſſidere hoſtem in Arminium ac Segeſtem, inſignem vtrumque perfidiâ in nos, aut fide. Arminius, turbator Germaniæ: Segeſtes, parari rebellionem ſæpè aliàs, & ſupremo conuiuio, poſt quod in arma itum, aperuit: ſuaſitque Varo, vt ſe, & Arminium, & ceteros proceres vinciret: nihil auſuram plebem principibus amotis; atque ipſi tempus fore quo crimina, & innoxios diſcerneret. ſed Varus fato, & vi Arminij cecidit. Segeſtes quamB quam conſenſu gentis in bellum tractus, diſcors manebat, auctis priuatim odijs, quòd Arminius filiam eius alij pactam rapuerat, gener inuiſus, inimici ſoceri, quæque apud concordes vincula caritatis, incitamenta irarum apud infenſos erant. Igitur Germanicus quatuor legiones, quinque auxiliarium millia, & tumultuarias cateruas Germanorum [197] cis Rhenum colentium, Cæcinæ tradit: totidem legiones duplicem ſociorum numerum ipſe ducit: poſitoq; caſtello ſuper veſtigia paterni præſidij [198] in monte Tauno, expeditum exercitum in Cattos rapit, L. Apronio ad munitiones viarum & fluminum relicto. Nam, rarum illi cælo, ſiccitate, & amnibus modicis inoffenſum iter properauerat: imbresque & fluminum auctus regredienti metuebantur. ſed Cattis adeò improuiſus aduênit, vt quod imbecillum ætate ac ſexu, ſtatim captum, aut trucidatum ſit: iuuentus [199] flumen Adranam nando tramiſerit: Romanosque pontem cœC ptantis arcebant, dum tormentis ſagittisque pulſi, tentatis fruſtrà conditionibus pacis cùm quidam ad Germanicum perfugiſſent, reliqui omiſſis pagis vicisque in ſiluas diC ſperguntur. Cæſar incenſo [200] Mattio (id genti caput) aperta populatus, vertit ad Rhenum:

Hiſtrionia turba. * cœpta.

Cap. 55. A. V. C. DCCLXIIX. Germanicus Cattos irrumpit. Arminius: Segeſtes.

Cap. 56. Copia diuiſio, & itinera Germanici.

Cattos improuiſus opprimit.

Mattium incendit.

verior. Faces Auguſtales ſubdidere, quod ſacerdotium vt Romulus Tatio Regi, ita Cæſar Tiberius Juliæ genti ſacrauit. *Dionyſius hanc rem non attigit, contentus dixiſſe, honeſtè ſepultum Tatium, & quotannis ei publicas inferias factas.*

195. TVNC PRIMVM COEPTOS.] *Quomodo id verum? ſiquidem ludi Auguſtales iampridem inſtituti celebratiq;, Q. Ælio Tuberone, Paullo Fabio Coſſ. vt dixi ſuprà. Reſcribe igitur*, Tunc primùm cœpta, *idq; Tacito ipſo auctore, infrà:* Theatri licentia proximo priore anno cœpta grauiùs tum erupit.

D 196. INDVLSERAT EI LVDICRO AVGVSTVS.] *Imò verò, quod cenſeo me primum aduertiſſe, Auguſtus id ludicrum inuênit. Suidas*: Ὄρχησις, παντόμιος. ταύτην ὁ Αὔγεστος Καῖσαρ ἐφεῦρε, Πυλάδε καὶ Βαχυλίδε πρῶτον ἀυτὴν μετελθόντων. *Emenda*, ὄρχησις, παντόμιμος. *Et verè Suidas. Ante Auguſtum ſanè liberaq; rep. Pantomimorum nullum veſtigium. Zoſimus lib.* I. *inter cauſſas labefactati imperij non vanè refert, quod* Octauiani temporibus Pantomimorum ſaltatio priùs incognita in vſu eſſe cœperit, Pylade ac Bathyllo primis eius auctoribus. *Quod Suidas notat, in* Ἀθηνοδώρος: *caue ad Tiberij tempora referas, ſed Auguſti.* καὶ δὲ τὰς καιροὺς ἐκείνους καὶ ἡ παντόμιμος ὄρχησις εἰσήχθη, ὅπω πρότερον ἦσα. *Emenda etiam ſuprà in Suidâ*, Βαθύλλε. *Duo Pantomimi ſiue hiſtriones (vulgò enim in hiſtoriâ, vt hic Tacito, miſcentur eæ voces) eximij, Pylades & Bathyllus. Poſterior, ignis & delicium Mæce-*

natis. Dionem non capiunt vulgò, qui hunc amorem honeſtè tetigit, lib. LIIII. Ὅθεν περ καὶ νυν σοφῶς ὁ Πυλαδὴς ὑπὸτιμώμενος ὑπ' αυτῦ (Αὐγέστε) ἐπεὶ Βαθύλλῳ ὁμοτέχνῳ τε οἱ ὄντι καὶ τῷ Μαικήνᾳ προσήκοντι διεφασίαζεν, &c. *vbi tamen intellegi etiam poteſt, hunc* * *Bathyllum ſeruum Mæcenatis fuiſſe. Seneca pater*, Recitabat reſcriptum Labieni pro Bathyllo Mæcenate (*corrige*, Mæcenatis) in quo ſuſpicietis adoleſcentis animum, illos dentes ad mordendum prouocantis. *Corruptum id nomen, apud eumdem Senecam, Præfat. lib.* III. Si Thrax eſſem, Fuſius eſſem: ſi Pantomimus eſſem, Pantillus eſſem: ſi eques, Meliſon. *Lege*, Bathyllus eſſem.

* Alexandrinus fuiſſe videtur, ex Athenæo lib. 1.

197. CIS RHENVM COLENTIVM.] *Vt erant Vangiones, Triboci, Nemetes, Treueri, Neruij. ſed & pars aliqua Batauorum.*

198. IN MONTE TAVNO.] *Alij*, Tauro *ſcribunt. Vbi is, mecum alij ignorant.*

199. FLVMEN ADRANAM.] *Quod Iunius noſter* Ederam *accipit in Haſſis: qui Fuldam amnem illabitur.*

200. MATTIO.] Ματτιακὸν *Germaniæ vrbs eſt Ptolemæo. Marſpurgum Haſſiæ eſſe, non abhorret à vero. Adfirmare enim hæc talia, in tantâ mutatione temporum, ſtultum: & tamen ſuauis hodie ingeniorum luſus. Ab hoc autem Mattio, Mattiacos noſtros quidni deducam? Vt non ſolùm contermini iam & ſocij, ſed etiam conſanguinei ſint Batauorum.*

mum: non auſo hoſte terga abeuntium laceſſere, quod illi moris, quoties aſtu magis, A
quàm per formidinem ceſſit. Fuerat animus Cheruſcis iuuare Cattos, ſed exterruit Cæ-
Cap. 57. cina huc illuc ferens arma: & Marſos congredi auſos, proſpero prœlio cohibuit. Ne-
Legati à Segeſte auxilium petunt. que multò pòſt legati à Segeſte venerunt, auxilium orantes aduerſus vim popularium,
à quîs circumſidebatur; validiore apud eos Arminio, quando bellum ſuadebat. Nam
barbaris, quanto quis audaciâ promtus, tanto magis fidus, [201] rebus commotis potior
habetur. Addiderat Segeſtes legatis filium, [202] nomine Segimundum. ſed iuuenis con-
ſcientiâ contabatur. quippe anno quo Germaniæ deſciuere, ſacerdos [203] apud Aram
Vbiorum creatus ruperat vittas, profugus ad rebelles. Adductus tamen in ſpem cle-
mentiæ Romanæ, pertulit patris mandata, benigneque exceptus, cum præſidio Gallicam
Tulit ipſe Germanicus. in ripam miſſus eſt. Germanico pretium fuit, conuertere agmen: pugnatumque in ob-
Vxor Arminij capta. ſidentis, & ereptus Segeſtes magna cum propinquorum & clientium manu. Inerant
feminæ nobiles, inter quas vxor Arminij, eademque filia Segeſtis, mariti magis quàm
parentis animo, neque victa in lacrimas, neque voce ſupplex, [204] compreſſis intra ſinum
manibus grauidum uterum intuens. Ferebantur & ſpolia Varianæ cladis, pleriſque eo- B
rum qui tum in deditionem veniebant prædæ data. Simul Segeſtes ipſe ingens viſu, &
Cap. 58. memoriâ bonæ ſocietatis impauidus. Verba eius in hunc modum fuere. *Non hic mihi*
Segeſtis oratio, quidquid velet, ſeruilis. *primus erga populum Rom. fidei & conſtantiæ dies. ex quo à diuo Auguſto ciuitate donatus ſum, amicos inimicosque ex veſtris vtilitatibus dilegi: neque odio patriæ, (quippe proditores, etiam ijs, quos anteponunt, inuiſi ſunt) verùm quia Romanis Germanisque idem conducere: & pacem, quàm bellum probabam. Ergo raptorem filiæ meæ, violatorem fœderis veſtri Arminium, apud Varum, qui tum exercitui præſidebat, reum feci. dilatus ſegnitiâ ducis, quia parum præſidij in legibus erat, vt me & Arminium, & conſcios vinciret, flagitaui. Teſtis illa nox, mihi vtinam potiùs nouiſſima! quæ ſecuta ſunt, defleri magis, quàm defendi poſſunt. ceterùm & inieci catenas Arminio, & à factione eius iniectas perpeſsus ſum. Atque vbi primùm tui copia; vetera nouis, & quieta turbidis antehabeo; neque ob præmium, ſed vt me perfidiâ exſoluam: ſimul genti Germanorum idoneus conciliator, ſi pœnitentiam quàm perniciem maluerit. Pro iu-* C
Ipſe & comites benignè habiti. *uentâ & errore filij veniam precor. filiam neceſſitate huc adductam, fateor: tuum erit conſultare* [205] *vtrùm præualeat, quod ex Arminio concepit, an quòd ex me genita eſt.* Cæſar, clementi reſponſo, liberis propinquiſque eius incolumitatem, ipſi ſedem [206] veterem in prouinciâ pollicetur. Exercitum reduxit, nomenque Imperatoris auctore Tiberio accepit.
Filius Arminij Rauennæ educatur. Arminij vxor, virilis ſexus ſtirpem edidit: educatus Rauennæ [207] puer, quo mox ludibrio
Cap. 59. conflictatus ſit, in tempore memorabo. Fama dediti benigneque excepti Segeſtis vulga-

† De quâ & de eius ſacerdote, Epitoma Liuij CXXXVII.

201. REBVS COMMOTIS.] *Imò ſcribo*, rebusque motis. *ex ſententiâ, & Taciti exemplo, lib.* XIIII. Ducem tantum defuiſſe, qui rebus motis facilè reperiretur.

* Hodie Sigiſmundus.

202. NOMINE * SEGIMVNDVM.] *Horum & plurium ducum mentio apud Strabonem, l.* VII. Ἔτισαν δὲ δίκας ἅπαντες, καὶ παρέσχον τῷ νεωτέρῳ Γερμανικῷ λαμπρότατον θρίαμβον, ἐν ᾧ ἐθριαμβεύθη τῶν ὀπφανεσάτων ἀνδρῶν σώματα καὶ γυναικῶν, Σεμιγῆντός τε καὶ Σεγέστου υἱός, (*corrige* Σεγιμῆντός τε Σεγέστου υἱός, *copulâ item deletâ*) Χηρούσκων ἡγεμὼν, καὶ ἀδελφὴ αὐτῆ, γυνὴ δ' Ἀρμυΐου τοῦ πολεμαρχήσαντος ἐν τοῖς Χηρούσκοις ἐν τῇ πρὸς Οὔαρον διαπολέμησει: Pœnas dederunt omnes, & triumphum pulcherrimum Germanico Cæſari, in quo ducta illuſtrium captiuorum captiuarumque corpora, vt Segimuntus Segeſtis filius, Cheruſcorum dux, eiuſque ſoror, vxor Arminij, qui bello præfuerat apud Cheruſcos in expeditione contra Varum.

* Vide Epiſt. Iac. Campij, in Nouo Ant. Modij.

203. APVD ARAM VBIORVM.] *Frequens huius aræ mentio. Vidi qui vellet* * *Bonnam nunc eſſe. ego vereor vt propiùs abfuerit ob opido Vbiorum. Quidquid hodie ſit, puto originem ei loco à veneratione Auguſti, cui nouo cœliti ara illîc, receptâ adulatione, exſtructa, vti* † *ara Lugduni: & ad eam ſacerdotes ex primoribus gentis. inter quos hic Segimundus.*

204. COMPRESSIS INTRA.] *Qui habitus etiam-nunc Germanicis matronis (videre videor) per modeſtiam & decorum aſſumptus.* D

205. VTRVM PRÆVALEAT.] *Vter plus iuris in eam habeat, & vtri parêre magis debeat, patri an marito mox patri.*

206. VETEREM IN PROVINCIA.] *Neſcio an verius*, vetere in prouinciâ. *id enim ad ſecuritatem Segeſtis, ne ſedem acciperet in prouinciâ nouâ obnoxiâ hoſti. Per veterem autem prouinciam, ceperim Galliam. infrà*, Coleret Segeſtes victam ripam; redderet filio ſacerdotium. *Tamen fieri poteſt vt ſedem iam ante defectionem in Galliâ habuerit: atque ita*, veterem. *An* vberem *placet? an aliud è veteri ſcripto elicis, qui habet*, væra?

207. PVER, QVO MOX LVDIBRIO.] *Apud alios nihil repperi. Tacitus hæc narrauerit, in rebus Caij aut Claudij, libris qui perierunt.*

208. NVM-

vulgatâ, vt quibuſque bellum inuitis aut cupientibus erat, ſpe vel dolore accipitur. Arminium, ſuper inſitam violentiam, rapta vxor, ſubiectus ſeruitio vxoris vterus, vecordem agebant: volitabatque per Cheruſcos, arma in Segeſtem, arma in Cæſarem poſcens. neque probris temperabat. *Egregium patrem, magnum imperatorem, fortem exercitum, quorum tot manus vnam mulierculam auexerint! ſibi tres legiones, totidem legatos procubuiſſe. Non enim ſe proditione, neque aduerſus feminas grauidas, ſed palàm aduerſus armatos bellum tractare. cerni adhuc Germanorum in lucis ſigna Romana, quæ dijs patrijs ſuſpenderit. coleret Segeſtes victam ripam; redderet filio ſacerdotium: hominem Germanos* [208] *numquam ſatis excuſaturos, quòd inter Albim & Rhenum virgas, & ſecures, & togam viderint. Alijs gentibus,* [209] *ignorantiâ imperij Romani, inexperta eſſe ſupplicia, neſcia tributa: quæ quando exuerint, inritusque diſceſſerit ille inter numina dicatus Auguſtus, ille dilectus Tiberius, ne imperitum adoleſcentulum, ne ſeditioſum exercitum paueſcerent. Si patriam, parentes, antiqua mallent, quàm dominos, & colonias nouas; Arminium potiùs gloriæ ac libertatis, quàm Segeſtem flagitioſæ ſeruitutis ducem ſequerentur.* Concîti per hæc, non modò Cheruſci, ſed conterminæ gentes: tractusque in partis Inguiomerus Arminij patruus, veteri apud Romanos auctoritate. vnde maior Cæſari metus: & ne bellum mole vnâ ingrueret, Cæcinam cum quadraginta cohortibus Romanis, diſtrahendo hoſti, per Bructeros ad flumen Amiſiam mittit. [210] Equitem Pedo præfectus, finibus Friſiorum ducit. ipſe impoſitas nauibus quatuor legiones per lacus vexit: ſimulque pedes, eques, claſſis, apud prædictum amnem conuenêre. Chauci cùm auxilia pollicerentur, in commilitium adſciti ſunt. Bructeros ſua vrenteis, expeditâ cum manu L. Stertinius, miſſu Germanici fudit, interque cædem & prædam, reperit vndeuiceſimæ legionis aquilam, cum Varo amiſſam. Ductum inde agmen ad vltimos Bructerorum: quantumque Amiſiam & Luppiam amnes inter, vaſtatum: haut procul [211] Teutoburgienſi ſaltu, in quo reliquiæ Vari legionumque inſepultæ dicebantur. Igitur cupido Cæſarem inuadit ſoluendi ſuprema militibus, ducique: permoto ad miſerationem omni qui aderat exercitu, ob propinquos amicos, denique ob caſus bellorum & ſortem hominum. præmiſſo Cæcinâ, vt occulta ſaltuum ſcrutaretur, pontesq; & aggeres humido paludum & fallacibus campis imponeret, incedunt mæſtos locos, viſuque ac memoriâ deformes. Prima Vari caſtra, lato ambitu, & dimenſis principijs, [212] trium legionum manus oſtentabant: dein [213] ſemiruto vallo, humili foſsâ, acciſæ iam reliquiæ conſediſſe intellegebantur. Medio campi albentia oſſa, vt fugerant, vt reſtiterant, diſiecta vel aggerata. adiacebant fragmina telorum, equorumque artus, ſimul truncis arborum antefixa ora: lucis propinquis barbaræ aræ, apud quas tribunos, ac primorum ordinum centuriones mactauerant. & cladis eius ſuperſtites pugnam aut vincula elapſi, referebant, hîc cecidiſſe legatos, illic raptas aquilas; primum vbi vulnus Varo adactum; vbi infelici dextrâ, & ſuo ictu mortem inuenerit: quo tribunali concionatus Arminius: quot patibula captiuis, [214] quæ ſcrobes: vtque ſignis & aquilis per ſuperbiam inluſerit. Igitur Romanus

Cuius pater arma & vltionem parat

Inuectio eius in Segeſtem & Romanos.

Cap. 60.

Cheruſci & finitimi, tracti in Romanos. Eriam Inguiomerus.

Copiæ Romanæ ad Amiſiam.

Bructeri fuſi.

Ventum ad Teutoburgienſem ſaltum:

Cap. 61.

Vbi infelix Vari pugna.

Facies eius calamitatis.

Cap. 62.

208. NVMQVAM SATIS EXCVSATVROS.] *Fortè*, accuſaturos. *& ſtatim*, ignorantiam imperij Rom.

209. IGNORANTIA IMPERII ROM.] *Quaſi dicat, longinquiores gentes tutæ ſunt à ſuperbiâ & imperio Romano, ipſo ſitu, & Romanos nec norunt: nos in limite, virtute nos liberauimus, & porrò liberemus.*

210. EQVITEM PEDO.] *Credo Albinouanus Pedo, cuius fragmentum exſtat de nauigatione Oceani. Eſt tamen & alius Pedo Pompeius vir illuſtris, quem nominat Seneca in Ludo de morte Claudij.*

211. TEVTOBVRGIENSI SALTV.] *Nomen etiamnum retinet inclytus Romanâ clade ſaltus*, Teuteberg: *& victoriæ cognomine inſignis campus*, Winfeldt, *ad opidulum Hornam, in VVeſtfaliâ.*

212. TRIVM LEGIONVM MANVS.] *Quo argumento ex principijs colligebatur manus trium legionum? Quia quotiens plures legiones vnis caſtris, principia ſuæ cuique legioni deſcripta: in quibus aquila & ſigna. Item, Principia maiora. Vide Milit. Rom. lib. V.*

213. SEMIRVTO VALLO.] *Videtur bina caſtra deſignare. vna ante cladem, iuſta, magna: altera in clade, quæ ſecundo die in monte quodam feciſſe eos Dio tradit; at tertio, occidione occiſos. Hæc ſecunda igitur deſcribere mihi nunc videtur, ſemiperfecta, & vbi reliquiæ ſe collegerint.*

214. QVÆ SCROBES.] *Obſeruo ſcrobium mentionem aliquotiens in ſupplicijs. ſiue quia ſoliti puniendum in ſcrobe collocare, quo ſecurius ferirent: ſiue, quia depoſituri in eâ* * *cadauer. Vix enim eſt, vt eiuſmo-*

* Tale aliquid è Suetonij Nerone, c. XLIX.

Reliquiæ lectæ & humatæ:

manus qui aderat exercitus, sextum post cladis annum, trium legionum ossa, nullo no- A
scente alienas reliquias an suorum humo tegeret, omnes vt coniunctos, vt consangui-

Ipso Cæsare ad pietatem eam præeunte.

neos, auctâ in hostem irâ, mœsti simul & infensi condebant. Primum extruendo tu-
mulo cespitem Cæsar posuit, gratissimo munere in defunctos, & præsentibus doloris
socius. Quod Tiberio haut probatum. seu cuncta Germanici in deterius trahenti; si-
ue exercitum imagine cæsorum insepultorumque, tardatum ad prœlia, & formidolo-
siorem hostium credebat. neque imperatorem auguratu & [215] vetustissimis cerimonijs

Cap. 63.
Inde pugna cum Armi-nio:

præditum, [216] adtrectare feralia debuisse. Sed Germanicus cedentem in auia Armi-
nium secutus, vbi primùm copia fuit, euehi equites, campumq; quem hostis insederat,
eripi iubet. Arminius colligi suos, & propinquare siluis monitos, vertit repentè: mox

Nec Roma-nis satis prospera.

signum prorumpendi dedit iis, quos per saltus occultauerat. Tunc nouâ acie turbatus
eques, missæque subsidiariæ cohortes, & fugientium agmine impulsæ, auxerant con-
sternationem: trudebanturque in paludem gnaram vincentibus, iniquam nesciis, ni
Cæsar productas legiones instruxisset. inde hostibus terror, fiducia militi: & manibus B
æquis abscessum. Mox reducto ad Amisiam exercitu, legiones classe vt aduexerat, re-
portat. Pars equitum, litore Oceani, petere Rhenum iussa. Cæcina, qui suum militem
ducebat, monitus, quamquam notis itineribus regrederetur, Pontes longos quàm ma-
turrimè superare. [217] Angustus is trames, vastas inter paludes, & [218] quondam à L. Do-
mitio aggeratus: cetera limosa, tenacia graui cœno, aut riuis incerta erant: circùm siluæ
paulla-

eiusmodi damnati, combusti fuerint, aut iusta eis facta. Tacitus lib. XV. Pœna Flauij Veianio Nigro Tribu-
no mandatur. Is proximo in agro scrobem effodi
iussit: quem Flauius vt humilem & angustum in-
crepans, Ne hoc quidem, inquit, ex disciplinâ.
Philo Iudæus, εἰς Φλάκκον: *apparatum supplicij eius*
describens: οἱδὲ ἀπνοῦς διώκοντες καταλαμβάνουσι,
καὶ οἱ μὲν εὐθὺς ὤρυττον βόθρον, οἱ δὲ πρὸς βίαν εἵλκον
ἀφνιάζοντα καὶ κεκραγότα: Illi (milites) vno spiritu
persequentes eum comprehendunt: & pars statim
foueam fodiunt, pars per vim clamantem relu-
ctantemque trahunt.

ADD. DE *Scrobe, verissimè notasse me censeo, iacta in eam corpora damnatorum. Id, qui tunc mores, pro ignominiâ. nec enim terrâ corpora condebant, sed igne absumebant. Iuuat in arcano ritu Polybius, de Carthaginiensibus supplicio affectis*: Κολοβώσαντες
δὲ καὶ συνθλάψαντες τὰ σκέλη, ἔτι ζῶντας ἔρριψαν εἰς
τινα τάφρον: Admutilantes eos & crura frangen-
tes, etiam viuos adhuc proiecerunt in quamdam
scrobem. *lib.* I.

215. VETVSTISSIMIS CERIMONIIS.] *Quæ ad-hærent Auguratui, nec violandæ erant. Exstat in-scriptio Romæ, sed mutila: in quâ* Germanicus Cæ-
sar, *scribitur*, Ti. Augusti F. Diui Augusti N. Diui
Iulij PRON. AVGVR. FLAMEN. AVG. *Infrà etiam, lib.* II. Nequis augur aut flamen in locum Ger-
manici, nisi gentis Iuliæ, crearetur.

216. ADTRECTARE FERALIA.] *Non augures solùm, sed Pontifices, &, opinor, omnes sacerdotes ar-cebantur à Funestis. Apparet ex facto Augusti & Ti-berij, qui velo interposito, mortuos laudarent. Item ex Plutarcho, in Sullâ. qui scribit*, Metellam vxo-
rem eius obiisse. *additq;*, καὶ τῆς ἱερέων τὸν Σύλλαν
οὐκ ἐώντων αὐτῇ προσελθεῖν, ὁδὲ οἰκίαν τῇ κήδει
μιαν θῆναι, γεγραμμένος διάλυσιν τῷ γάμῳ ὁ Σύλλας,
ἔτι ζῶσαν ἐκέλευσεν εἰς ἑτέραν οἰκίαν μετακομισθῆναι:
Cùm Pontifices non sinerent Sullam ad eam vi-
sere, neque domum eius funere pollui; Sullam
scripsisse libellum diuortij, eamque adhuc viuam
in aliam domum iussisse transferri. *Notabilis ritus, aut cerimonia: & credo pluries aut solenniter v-surpatam. Sulla autem inter sacerdotes: neque scio an & Augures. certè lituus comparet in quibusdam eius nummis. Sed de offensâ Tiberij, credo & occultam caussam Tiberio fuisse; quod hoc factum nimis popu-lare, & conciliando militi videbatur. Quâ consimili* C
Philippus Macedonum rex, cui bellum cum Romanis fuit, alienus ab Antiocho rege Syriæ factus. qui Mace-donas cæsos ad Cynoscephalas sepelierat: humaniter, sed quasi cum tacitâ Philippi redargutione. Vide Appianum in Syriaco.

217. ANGVSTVS IS TRAMES.] *Vbi is hodie? & an est? ex Taciti totâ descriptione (considera seriò) in-ducor illum esse, qui hodieq; exstat & vsui est, inter paludes aut vligines, haud procul Amisiâ flumine, inter* Lingam, Weddam, & Coeuordam. *Aliquot mil-liarium spatium occupant: itq; per medias solus hic li-mes manu fictus, arenis magno opere congestis, & pa-lis trabibusq; ad marginandum defixus. Extrema pa-lorum æuo detrita sunt, sed sub terrâ vel aquis repe-riuntur: & Batani nunc tam opportuno loco vsi, quâ aditus in Frisiam datur, valido propugnaculo, in ipso limite illo, munierunt. Vocant* Bretaniæ vligines D
(Bretansche-heyde) *nostra lingua: & discis iam, vbi & vnde* Britannica herba *reperta aut dicta, Plinio frustrà inquisitum. Est ab istâ* Britanniâ, *siue magis* Bretanniâ: *& tu, sodes, Plinium vide, in Frisiis her-bam hanc mirè celebrantem, libro* XXV. *cap.* III. *Porrò isti Limites siue Aggeres*, Kaij *etiam Latinis olim di-cti: quæ vox & Batauis manet.*

218. QVONDAM A L. DOMITIO.] *Neronis principis auo. Tacitus, libro* IIII. Pòst exercitu
flumen Albim transgressus est, longiùs penetratâ
Germaniâ quàm quisquam priorum. easque ob
res insignia triumphi adeptus est. *Sueton. Nerone, cap.* IIII. Non minùs aurigandi arte in adolescen-
tiâ clarus quàm deinde triumphalibus ornamen-
tis ex Germanico bello. *In alium sanè Domitium ista non cadunt.*

219. QVA-

A paullatim adcliues. quas tum Arminius impleuit, compendijs viarum, & cito agmine, onuſtum ſarcinis armisque militem cùm anteueniſſet. Cæcinæ dubitanti quonam modo ruptos vetuſtate pontes reponeret, ſimulque propulſaret hoſtem, caſtrametari in loco placuit; vt opus, & alij prœlium inciperent. Barbari perfringere ſtationes, ſeque inferre munitoribus niſi, laceſſunt, circumgrediuntur, occurſant. miſcetur operantium bellantiumq; clamor, & cuncta pariter Romanis aduerſa. locus vligine profundâ, idem ad gradum inſtabilis, procedentibus lubricus, corpora grauia loricis, neque librare pila inter vndas poterant. Contrà Cheruſcis ſueta apud paludes prœlia, procera membra, haſtæ ingentes ad vulnera faeienda, quamuis procul. nox demum inclinantis tum legiones aduerſæ pugnæ exemit. Germani ob proſpera indefeſſi, ne tum quidem ſumtâ quiete, quantum aquarum circumſurgentibns iugis oritur, vertêre in ſubiecta. merſaque
B humo, & obruto quod effectum operis, duplicatus militi labor. [219] Quadrageſimum id ſtipendium Cæcina parendi, aut imperitandi habebat: ſecundarum ambiguarumque rerum ſciens, eoque interritus. Igitur futura voluens, non aliud repperit, quàm vt hoſtem ſiluis coërceret, donec faucij, quantumque grauioris agminis, anteirent. nam medio montium & paludum, porrigebatur planicies, quæ tenuem aciem pateretur. Deliguntur legiones, quinta dextro lateri, * vndeuiceſima in læuum, primani ducendum ad agmen, viceſimanus aduerſum ſecuturos. Nox per diuerſa inquies, cùm barbari feſtis epulis, læto cantu, aut truci ſonore ſubiecta vallium ac reſultantis ſaltus complerent: apud Romanos [220] inualidi ignes, [221] interruptæ voces, atque ipſi paſſim adiacerent vallo, oberrarent tentorijs, inſomnes magis quàm peruigiles. ducemq; terruit dira quies. nam Quinctilium Varum ſanguine oblitum, & paludibus emerſum, cernere & audire viſus eſt, velut vocantem, non tamen obſecutus, & manum intendentis reppuliſſe. Cœptâ luce, miſſæ in latera legiones, metu, an contumaciâ, locum deſeruêre: capto
C properè campo, humentia vltrà. Neque tamen Arminius, quamquam libero incurſu, ſtatim prorupit: ſed vt hæſere cœno foſſiſque impedimenta, turbati circum milites, incertus ſignorum ordo, vtque tali in tempore ſibi quiſque properus, & lentæ aduerſum imperia aures, irrumpere Germanos iubet, clamitans, *En Varus, & eodem iterùm fato victæ legiones.* Simul hæc: & cum dilectis ſcindit agmen, equisque maximè vulnera ingerit. illi ſanguine ſuo, & lubrico paludum lapſantes, excuſſis rectoribus diſiicere obuios, proterere iacentes. plurimus circa aquilas labor, quæ neque aduersùm ferri ingruentia tela, neque figi limosâ humo poterant. Cæcina dum ſuſtentat aciem, ſuffoſſo equo delapſus circumueniebatur, ni prima legio ſeſe oppoſuiſſet. iuuit hoſtium auiditas; omiſsâ cæde, prædam ſectantium: eniſæque legiones; veſperaſcente die, in aperta & ſolida. neque is miſeriarum finis. ſtruendum vallum, petendus agger: amiſſa magnâ ex parte, per quæ

Cæcinam in reditu Arminius aggreditur:

Cap. 64.

Tantùm non fundit.

Cæcina tamen vetus dux aduerſa tolerat:

Et ratione otuiam it.

* vna &

Cap. 65.

Sed miles conſternatur.

Ipſi etiam duci malum præſagium.

Et captus ipſe dux.

victi & cæſi pœnè Romani.

D

219. QVADRAGESIMVM ID STIPENDIVM.] *Eſt ergo idem ille, de quo lib.* III. Inter quæ Seuerus Cæcina cenſuit, ne quem magiſtratum, cui prouincia eueniſſet, vxor comitaretur. multum antè repetito concordem ſibi coniugem, & ſex partus enixam. ſeque, quæ in publicum ſtatueret, domi ſeruauiſſe, cohibita intra Italiam, quamquam ipſe pluris per prouincias quadraginta ſtipendia expleuiſſet.

220. INVALIDI IGNES.] *Similis prorſus deſcriptio Xenophontæa, in deſperatione pari;* περὶ Κύρου ἀναβάσεως γ. Ταῦτα ἐνοὰ μὲν οἱ καὶ ἀθύμως ἔχοντες, ὀλίγοι μὲν αὐτῶν εἰς τὴν ἑσπέραν σίτου ἐγεύσαντο, ὀλίγοι δὲ πυρὰν ἔκαυσαν, ὅτι δὲ τὰ ὅπλα πολλοὶ οὐκ ἦλθον ταύτῃ τῇ νυκτί. ἀνέπαυέ τε δὲ ὅπου ἐτύγχανεν ἕκαστος, ὃ δυνάμενοι καθεύδειν ὑπὸ λύπης, καὶ πόθου παρέδων, γονέων, γυναικῶν, παιδῶν, ὃς ἄποτε ἐνόμιζον ἔτι ὄψεσθαι: Hac cogitatione mæſti & deſperantes, pauci ſub veſperam cibum ſumpſerunt, pauci ignem accenderunt, ad arma non multi eâ nocte ibant. Iacuit quiſque vbi caſus eum poſuit, cùm dormire non poſſent, triſtitiâ & deſiderio patriæ, parentum, vxorum, liberorum: quos videre vltrà ſpes non erat. *Porrò de Caſtrorum his ignibus, in* Militiâ *nobis ſcriptum.*

221. INTERRVPTÆ VOCES.] *Quæ, aut quorum? Vigilum. Ita capiendi auctor ipſe Tacitus* V. *Hiſt.* Vigiles flagitium ſuum ducis dedecore excuſabant, tamquam iuſſi ſilere, ne quietem eius turbarent. Ita intermiſſo ſigno & vocibus, ſe quoque in ſomnum lapſos. *Duo igitur ſolennia Romanis vigilibus, Signum & Voces. Signum, capio Buccinam: Voces, iſtas quas interpoſuiſſe videntur munere ſuo functi, ad vigiles alios excitandos. Colligo ex Ambroſio Hexaëm. lib.* V. *cap.* XV. *vbi militari more de vigilijs gruum:* Ceteris quieſcentibus, aliæ circumeunt. poſt vbi vigiliarum tempus fuerit impletum, perfuncta munere in ſomnum ſe præmiſſo clangore componit, vt excitet dormientem, cui vicem muneris traditura eſt.

222. EGE-

quæ [222] egeritur humus, aut exciditur cespes. non tentoria manipulis, non fomenta sau- A
cijs. infectos cœno aut cruore cibos diuidentes, funestas tenebras, & tot hominum mil-
Cap. 66. libus vnum iam reliquum diem lamentabantur. Fortè equus abruptis vinculis vagus,
Noctis lymphatus apud eos terror. & clamore territus, quosdam occurrentium obturbauit. tanta inde constermatio irrupis-
se Germanos credentium, vt cuncti ruerent ad portas; quarum [223] Decumana maximè
Quos à fugâ dux agrè sistit. petebatur, auersa hosti, & fugientibus tutior. Cæcina comperto vanam esse formidi-
nem, cùm tamen neque auctoritate, neque precibus, ne manu quidem obsistere, aut
retinere militem quiret, [224] proiectus in limite portæ, miseratione demum, quia per
corpus legati eundum erat, clausit viam. simul tribuni & centuriones falsum pauorem
Cap. 67. docuerunt. Tunc contractos in principia, iussosque dicta cum silentio accipere, tem-
poris ac necessitatis monet. *Vnam in armis salutem, sed ea consilio temperanda: manendum-
que intra vallum, donec expugnandi hostes spe, propiùs succederent: mox vndique erumpendum.
illâ eruptione ad Rhenum perueniri. quòd si fugerent, pluris siluas, profundas magis paludes,
sæuitiam hostium superesse: at victoribus decus, gloriam, quæ domi cara, quæ*[225] *in castris honesta,* B
Consilium eius probum. *memorat*: reticuit de aduersis. Equos dehinc, [226] orsus à suis, legatorum tribunorum-
Cap. 68. que, nullâ ambitione, fortissimo cuique bellatori tradit: vt hi, mox pedes, in hostem
inuaderent. Haut minùs inquies Germanus, spe, cupidine, & diuersis ducum senten-
tiis agebat: Arminio, sinerent egredi, egressosque rursum per humida & impedita cir-
Quod successit. cumuenirent, suadente: attrociora Inguiomero, & læta barbaris, vt vallum armis ambi-
rent. promtam expugnationem, plures captiuos, incorruptam prædam fore. Igitur or-
tâ die, proruunt fossas, [227] iniiciunt crates, summa valli prensant, raro super milite, &
quasi ob metum defixo. Postquam hæsere munimentis, datur cohortibus signum, cor-
Et hostes cupidine victoriæ, victoriam amittunt. nuaque ac tubæ concinuere. exin clamore & impetu tergis Germanorum circumfun-
duntur, exprobrantes, non hîc siluas, nec paludes, sed æquis locis æquos deos. Hosti fa-
cile excidium, & paucos & semermos cogitanti, sonus tubarum, fulgor armorum, quan-
tò inopinâ, tantò maiora offunduntur: cadebantque, vt rebus secundis auidi, ita aduersis
incauti. Arminius integer, Inguiomerus post graue vulnus, pugnam deseruêre. vulgus C
trucidatum est, donec ira & dies permansit. nocte demum reuersæ legiones, quamuis
Cap. 49. plus vulnerum, eadem ciborum egestas fatigaret, vim, sanitatem, copias, cuncta in vi-
Agrippina in his casibus virilis animus. ctoriâ habuêre. Peruaserat interim circumuenti exercitus fama, & infesto Germano-
rum agmine Gallias peti. ac ni Agrippina [228] impositum Rheno pontem solui prohi-
buisset, erant qui id flagitium formidine auderent. sed femina ingens animi munia du-
cis per eos dies induit, militibusque vt quis inops, aut saucius, vestem [229] & fomenta
dilargita est. Tradit C. Plinius, Germanicorum bellorum scriptor, stetisse apud princi-
Qui Tiberium offendit. pium pontis, laudes & grates reuersis legionibus habentem. Id Tiberij animum altiùs
penetrauit. *Non enim simplices eas curas: nec aduersus externos militem quæri. nihil relictum*
impe-

222. EGERITVR HVMVS.] *Corbulæ & sportæ. De cratibus, etiam Galli apud Cæsarem vsurpant, lib.* VII. Proximam fossam cratibus integunt atque aggere explent. *Vbi etiam de* Aggere. *quem & Romani huic rei vsurpabant, è fascibus scilicet & leui materie.* D

223. DECVMANA MAXIME.] *Ea opposita Prætoriæ ex aduerso, & plurimùm remota ab hoste erat, & ab eo ibat. Vide Militiam nostram lib.* V.

224. CÆCINA PROIECTVS.] *Habes idem prorsus factum in Plutarchi Pompeio, sub initium. Vide.*

225. IN CASTRIS HONESTA.] *Olim aut nuper in militiâ feliciter ab ijs gesta.*

226. ORSVS A SVIS.] *Ferri potest intelligique, quòd plures suos equos distribuerit: præoptem tamen,* à suo. *Vt Commentario Cæsaris primo:* Cæsar primùm suo, deinde omnium, è conspectu remotis equis. *Statim etiam,* hostis facile excidium, *sententia desiderat, non* Hosti, *quod inoleuit.*

227. INIICIVNT CRATES.] *Duplex hîc ratio transeundi fossas, vt aut prorutâ à labris terrâ complerent; aut cratibus iniectis, velut ponte transirent. Vtramque tangit. neque enim Turnebo assentiar legenti,* ortâ die proruunt, fossis iniiciunt crates.

228. IMPOSITVM RHENO PONTEM.] *Quâ parte Rheni iste pons? Ne trahant ad se Agrippinenses: falluntur. apud* * *Treueros fuit. Nam Agrippina discedens à marito, tumultu militari, in Treueros ijt, vt suprà lectum nobis, ibique mansit. Pons ergo eopse in loco. Strabo lib.* IV. Μετὰ δὲ τὰς Μεδιομαθρικὰς καὶ Τευβόχους παρῳκῆσι τὸ Ῥῆνον Τευτάγοι (puto Τευκτοὶ) καθ' ὃς περοίκη τὸ ζεῦγμα ὑπὸ τῆς Ῥωμαίων νυνὶ τῆς στρατηγάντων τὸ Γερμανικὸν πόλεμον.

* Tamen & alii duo Rheni pontes, Bonnæ & Geldubæ; ex Floro.

229. ET FOMENTA.] *Nempe vulneribus. Solent enim hoc Imperatores conciliandis militibus. fecitque Traianus. Vide Suidam, in* Λαμπάδιον, *& me in Plinij Panegyricum.*

230 RE-

imperatoribus, vbi femina manipulos interuisat, signa adeat, largitionem tentet: tamquam parùm ambitiosè filium ducis gregali habitu circumferat, Cæsaremque Caligulam appellari velit. Potiorem iam apud exercitus Agrippinam, quàm legatos, quàm duces: compressam à muliere seditionem, cui nomen principis obsistere non quiuerit. Accendebat hæc onerabatque Seianus, peritiâ morum Tiberij, odia in longum iaciens, quæ reconderet, auctaque promeret. At Germanicus legionum, quas nauibus vexerat, secundam & quartamdecimam itinere terrestri P. Vitellio ducendas tradit, quo leuior classis vadoso mari innaret, vel [230] reciproco sideret. Vitellius primum iter sicca humo, aut modicè adlabente æstu, quietum habuit. mox impulsu aquilonis, simul [231] sidere æquinoctij, quo maximè tumescit Oceanus, rapi agique agmen: & opplebantur terræ. [232] eadem freto, litori, campis facies: neque discerni poterant incerta ab solidis, breuia à profundis. Sternuntur fluctibus, hauriuntur gurgitibus: iumenta, sarcinæ, corpora exanima, interfluunt, occurrant: permiscentur inter se manipuli, modò pectore, modò ore tenus exstantes, aliquando subtracto solo disiecti aut obruti. non vox, & mutui hortatus iuuabant, aduersante vndâ. nihil strenuus ab ignauo, [233] sapiens à prudenti, consilia à casu differre: cuncta pari violentiâ inuoluebantur. Tandem Vitellius in editiora enisus, eôdem agmen subduxit. Pernoctauere sine vtensilibus, sine igni; magna pars nudo aut mulcato corpore, haut minùs miserabiles, quàm quos hostis circumsidet. quippe illis etiam honestæ mortis vsus: his inglorium exitium. lux reddidit terram: [234] penetratumque ad agmen Visurgim, quo Cæsar classe contenderat. Impositæ deinde legiones, vagante famâ submersas: nec fides salutis, antequam Cæsarem exercitumque reducem vidêre. Iam Stertinius ad accipiendum in deditionem Segimerum fratrem Segestis præmissus, [235] ipsum & filium eius in ciuitatem Vbiorum perduxerat. data vtrique venia, facilè Segimero, cunctatiùs filio: quia Quinctilij Vari corpus inlusisse dicebatur. Ceterùm ad supplenda exercitus damna certauêre Galliæ, Hispaniæ, Italiæ: quod cuique promtum, arma, equos, aurum offerentes. quorum laudato studio Germanicus, armis modò & equis ad bellum sumtis, propriâ pecuniâ militem iuuit. Vtque cladis memoriam etiam comitate leniret, circumire saucios; facta singulorum extollere; vulnera intuens, alium spe, alium gloriâ, cunctos alloquio & curâ, sibique & prœlio firmabat. Decreta eo anno triumphalia insignia A. Cæcinæ, L. Apronio, C. Silio, ob res cum Germanico gestas. Nomen patris patriæ Tiberius à populo sæpiùs ingestum, repudiauit: neque in acta sua iurari, quamquàm censente senatu, permisit: cuncta mortalium incerta, quantoque plus adeptus foret, tanto se magis in lubrico dictans.

Cap. 70. *Periclitata legiones qua litore reducta:*

Effusione in plana Oceani.

Sed emersere unt ad alta

Cap. 71. *Segimerus in deditionem acceptus. cum filio:*

Cap. 72. *Tiberij simulata modestia.*

Non

230. RECIPROCO SIDERET.] *Est hoc in eo litore Chaucorum & Frisiorum: vt mare longissimè à terris recedat, & in sicco naues destituat. Ipsi nauigauimus, atque experti sumus.*

231. SIDERE ÆQVINOCTII.] *Idem Cæsar sensit, scripsitque, nauigatione Britannicâ, in Commentarijs suis. Et vide Posidonij non abhorrentem ab vsu hodierno disputationem super totâ re, apud Strabonem, libro tertio extremo. quem tamen ipse haud iustè refellit.*

232. EADEM FRETO, LITORI.] *Ex his pluribusque locis clarum, non fuisse loco litoris olim arenarias illas moles verius quàm montes, quæ Oceanum hodie arcent: succreuitque maiorum æuo illa arenarum vis, satione caricis, non sine monitore deo.*

233. SAPIENS A PRVDENTI.] *Clarum est scribi debere,* sapiens ab imprudenti.

234. PENETRATVMQVE AD AMNEM VISVRGIM.] *Ego verò hîc obhæreo. Suprà scriptum:* Reducto ad Amisiam exercitu, legiones vt aduexerat, reportat. *Si ad Amisiam Germanicus classem conscendit, Rhenum & Galliam petiturus: quo casu nunc ad Visurgim? Tempestate, inquies. Benè. sed quomodo Vitellius, qui & ipse paullò antè ad Amisiam, & (ne tempestatem iterùm suspicêre) terrâ ijt, nunc quoque ad Visurgim? Hæc, si probè narrantur, Germaniam profectò petière: non Galliam repetière: aut fallunt me locorum omnes situs.*

ADD. *Meritò hîc hæsimus: at nunc me (animo herclè meo) expediui. Nam scribendum,* ad amnem Vidrum. *quem Ptolomæus in hoc tractu nouit, & ille ipse est quem* Vechtam *hodie vocant, & ad* Gelmudam *in sinum Australem, mox Oceanum, influit. Sanè Taciti narratio euincit, pensitata. Ecce ad Amisiam dimisit Vitellium, ipse naues conscendit: vterque progressus, ille terrâ, hic mari: & vbi conuenire ad amnem, nisi hîc potuêre? Enimuerò & portus ibi à Ptolomæo locatur,* μαναρμανὶς λιμὴν, Manarmanis; *neque abhorret* Stauriam *esse.*

235. IPSVM ET FILIVM EIVS.] *Segimeri filium Sesithacum nomine. Strabo lib.* VII. Ἔτι δὲ Σεσίθακος Αἰγιμήρου υἱὸς τῆς Χηρύσκων ἡγεμόνος. *Sed corrige in Strabone,* Σιγιμήρου. *Nam taciti scriptura ad etymon apta eius linguæ.*

236. CAS-

Qui tamen legem maiestatis reduxit

Numquam prouocatam probis.

Non tamen ideò faciebat fidem ciuilis animi. nam legem maiestatis reduxerat, cui nomen apud veteres idem, sed alia in iudicium veniebant, si quis proditione exercitum, aut plebem seditionibus, denique malè gestâ Rep. maiestatem populi Romani minuisset. facta arguebantur, dicta impunè erant. Primus Augustus cognitionem de famosis libellis, specie legis eius tractauit, commotus [236] Cassij Seueri libidine, quâ viros feminasque inlustres procacibus scriptis diffamauerat. mox Tiberius, consultante Pompeio Macro prætore, an iudicia maiestatis redderentur, exercendas leges esse respondit. Hunc quoque asperauere [237] carmina, incertis auctoribus vulgata in sæuitiam superbiamque eius, & discordem cum matre animum. Haut pigebit referre, in Falanio & Rubrio, modicis equitibus Romanis, prætentata crimina: vt quibus initijs, quantâ Tiberij arte, [238] grauissimum exitium irrepserit, [239] dein repressum sit, postremò arserit, cunctaque corripuerit, noscatur. Falanio obijciebat accusator, quòd inter cultores Augusti, qui [240] per omnes domos in modum collegiorum habebantur, Cassium quemdam mimum corpore infamem adsciuisset: quodque venditis hortis, [241] statuam Augusti simul mancipasset. Rubrio crimini dabatur, [242] violatum periurio nomen Augusti. Quæ vbi Tiberio notuere, [243] scripsit consulibus, *Non ideò decretum patri suo cælum, vt in perniciem ciuium is honor verteretur. Cassium histrionem solitum inter alios eiusdem artis interesse* [244] *ludis, quos mater sua in memoriam Augusti sacrasset. Nec contra religiones fieri, quòd effigies eius, vt alia numinum simulacra, venditionibus hortorum & domuum accedant. Iusiurandum perinde æstimandum, quàm si Iouem fefellisset.* [245] *deorum iniurias dijs curæ.* Nec multò

A

B

Cap. 73. *Correcta ea etiam ad minima crimina: Imò ridicula.*

Cap. 74

* Lib. VII.

* L. Non contrahit. D. ad L. Iuliam Mai. & l. Qui statuas.

Iurandasque tuum per nomen ponimus aras.

Sapiens ille Claudius, iusiurandum, neque sanctius sibi neque crebrius instituit, quàm per Augustum: *ait Sueton. cap.* 11. *Tertullianus:* Maiore formidine & callidiore timiditate Cęsarem obseruatis, quàm ipsum de Olympo Iouem: citiùs denique apud vos per omnes deos, quàm per vnum genium Cęsaris peieratur. *Minutius Felix*: Et est eis tutius per Iouis Genium peierare, quàm regis. *Nec mentiuntur nostri scriptores, ex ijs quæ legibus firmata video De iureiurando, l.* XIII. *sub finem.* * *Lucanus inter vltiones sanguinis ciuilis hanc posuit, vt mihi videtur, facundè:*

——— cladis tamen huius habemus
Vindictam, quantam terris dare numina fas est.
Bella pares superis facient ciuilia diuos.
Fulminibus Maneis radiisque ornabit & astris,
Inque deûm templis iurabit Roma per vmbras.

Formulæ autem iurandi erant, per Genium, per Fortunam, per Salutem Principis.

C

D

236. CASSII SEVERI LIBIDINE.] *Scribam infrà, ad librum* IIII.

237. CARMINA, INCERTIS AVCTORIBVS.] *Intellegit ea ipsa carmina quæ exstant Suetonio, cap.* LIX.

238. GRAVISSIMVM EXITIVM.] *Seneca de Benef.* Sub Tiberio fuit accusandi frequens ac pænè publica rabies, quæ omni ciuili bello grauiùs remp. afflixit.

239. DEIN REPRESSVM SIT.] *Quando? sub Vespasiano & Tito, opinor. nam eousq; calumnijs ex lege istâ locus: illi minuerunt, aut sustulerunt. Iterumq; arsit, inquit,* & cuncta corripuit, *haud dubiè sub Domitiano, qui telo eo passim vsus ad sæuiendum.*

240. PER OMNES DOMOS.] *Hoc est quod Ouidius de pietate suâ gloriatur,*

Nec pietas ignota mea est. videt hospita tellus
In nostrâ sacrum Cæsaris esse domo.

Non tamen vt singulæ domus *collegia sua habuerint (id non videtur, neque is sensus his verbis) sed quòd circuibant domesticatim collegæ, & sacrum alibi atque alibi faciebant. Sparsi igitur per omnes domos, sed statis temporibus conueniebant.*

241. STATVAM AVGVSTI SIMVL MANCIPASSET.] *Rideamus. & eò magis, quòd Iurisconsultis etiam discrimen aliquod repertum hac in re. qui tradunt,* * Non videri contra maiestatem fieri ob imagines Cæsaris nondum consecratas, venditas. *Ergo consecratas vendi. commissum fuit. Iure exagitat purpuratos illos stipites Tertullianus:* Publicos æquè deos fœdatis, quos in hastario vectigales habetis. Si capitolium, si olitorium forum petitur, sub eâdem voce præconis, sub eâdem hastâ, sub eâdem annotatione Quæstoris diuinitas addicta conducitur.

242. VIOLATVM PERIVRIO.] *Vulgatum, vt sanctissimum iuramentum esset per nomen & numen Augusti. Horatius id accidisse testatur eo etiam viuo:*

Præsenti tibi maturos largimur honores,

243. SCRIPSIT CONSVLIBVS.] *Errat igitur Dio fine libri* LVII. *qui ait Tiberium voluisse damnari eum qui statuam cum hortis vendidisset: sed obstitisse pudorem. quia primus à consule sententiam rogatus esset. Nam Tiberius, vt vides, non interfuit.*

244. LVDIS, QVOS MATER.] *Credo eos esse, qui Palatini postea à loco dicti, alij ab Augustalibus. Videnturq; non equestres aut currules fuisse, vt illi; sed scenici. Dio* LVI. Χωρὶς δὲ τούτων καὶ ἡ Διόυϊα ἰδίαν δή τινα πανήγυριν αὐτῷ ὅτι ζεὺς ἡμέρας ἐν τῷ παλατίῳ ἐποίησεν. ἣ καὶ δευτέρα αεὶ ὑπ' αὐτοῦ τοῦ ἀεὶ αὐτοκρατόρων τελεῖ]: Præter hæc etiam Liuia proprios quosdam ludos Augusto per triduum in Palatio fecit. qui ad hoc æuum celebrantur ab ijs qui rerum potiuntur. *Suetonius Caligulâ*: Cumque placuisset Palatinis ludis spectaculo egressum meridie aggredi.

245. DEORVM INIVRIAS.] *Expressit eam sententiam & Iurisconsultus l.* II. *De reb. cred.* Iurisiu-

A multò pòst Granium Marcellum, [246] prætorem Bithyniæ, Quæstor ipsius Cæpio Crispinus maiestatis postulauit, subscribente [247] Romano Hispone. qui formam vitæ iniit, quam posteà celebrem miseriæ temporum, & audaciæ hominum fecerunt. nam egens, ignotus, inquies, dum occultis libellis sæuitiæ principis adrepit, mox clarissimo cuique periculum facessit, potentiam apud vnum, odium apud omnes adeptus, dedit exemplum, quod secuti [248] ex pauperibus diuites, ex contemtis metuendi, perniciem alijs ac postremùm sibi inuenêre. Sed Marcellum insimulabat, sinistros de Tiberio sermones habuisse. ineuitabile crimen, cùm ex moribus principis fœdissima quæque diligeret accusator, obiectaretque reo. nam quia vera erant, etiam dicta credebantur. Addidit Hispo, statuam Marcelli altiùs quàm Cæsarum sitam: & aliâ in statuâ, [249] amputato capite Augusti, effigiem Tiberij inditam. ad quod exarsit adeò, vt ruptâ taciturnitate proclamaret, *se quoque in eâ caussâ laturum sententiam palàm & iuratum*, [250] quò ceteris eadem necessitas fieret. Manebant etiam tum vestigia morientis libertatis. Igitur Cn.

B Piso, *Quo*, inquit, *loco censebis Cæsar? si primus, habebo quod sequar: si post omnes, vereor ne imprudens dissentiam.* permotus his, quantoque incautiùs efferbuerat, pœnitentia patiens, tulit [251] absolui reum criminibus maiestatis: de pecunijs repetundis, [252] ad reciperatores itum est. Nec patrum cognitionibus satiatus, iudicijs adsidebat in cornu tribunalis, ne prætorem curuli depelleret: multaque eo coram, aduersus ambitum & [253] potentium preces constituta. sed dum veritati consulitur, libertas corrumpebatur. Inter quæ [254] Pius Aurelius senator, questus mole publicæ viæ, ductuque aquarum, labefactas ædis suas, auxilium patrum inuocabat. resistentibus ærarij prætoribus, subuênit Cæsar, pretiumque ædium Aurelio tribuit, erogandæ per honesta pecuniæ cupiens, quam virtutem diu retinuit, cùm ceteras exueret. Propertio Celeri prætorio, veniam ordinis ob paupertatem petenti, decies sestertium largitus est, satis comperto, paternas ei angustias esse. [255] tentantis eadem alios, probare caussam senatui iussit: cupidine seueritatis, in his etiam quæ ritè faceret, acerbus. Vnde ceteri silentium & paupertatem confessioni & beneficio præposuere. Eodem anno continuis imbribus auctus

C Tibe-

Calumniatores sub tyrannis magni.

Ab his Marcellus accusatur, vt maledicus in Cæsarem.

Qui iram voce etiam vulgauit:

Pisone acutè & liberè carpente.

Tiberij in iudicijs seueritas, an sæuitia.

Liberalitas eius in aliquot senatores.

Iurisiurandi contempta religio satis deum vltorem habet.

246. PRÆTOREM BITHYNIÆ.] *De scripturâ ambigit sidus exoriens suæ Galliæ Ios. Mercerus. nec de nihilo. Prætorem Bithyniæ ait: nónne debuisset* Proconsulem? *Ex re quidem & ex vero. Nam Bithynia, diuisione Augusti inter eas prouincias quæ Senatui & populo relictæ: id est, proconsulares. Dio, & Strabo. Quid dicam? Vulgatam haud tuear, nisi si quid post Augustum in eâ re mutatum, quod obserues haud semel.*

247. ROMANO HISPONE] *Cuius declamationum Electa in Senecæ controuersijs non vno loco.*

D 248. EX PAVPERIBVS DIVITES.] *Videri possit à Demosthene, Philip.* IV. Καὶ γὰρ τούτων μὲν ὀλίγοι ταχὺ πλούσιοι γεγόνασι, καὶ ἀδόξων ἔνδοξοι καὶ γνώριμοι: Nam horum quidam ex pauperibus statim diuites facti, & ex ignobilibu sglorioſi ac nobiles.

249. AMPVTATO CAPITE.] *Quod nunc crimini datur, id receptum fuisse suo æuo Plinius indicat:* Surdo, *inquit*, figurarum discrimine capita permutantur. *Et Caligula, simulachra numinum è totâ Græciâ conquisiuit, quibus capite dempto suum imponeretur. Suetonius. Cur tamen Tiberius ita hîc exarsit? caussa aliqua est. Nam solebant Tyrannos eâ ignominiâ afficere: videbaturq; occultè quasi talem Marcellus damnasse Augustum. Hieronymus in prophetam Abacuc. cap.* III. Cùm Tyrannus detruncatur, imagines quoque eius deponuntur & statuæ, & vultu tantummodò commutato ablatoque capite, eius facies qui vicerit superponitur.

250. QVO CETERIS.] *Vix opinor hæc inter verba Tiberij fuisse. Nimis hoc superbum, aut sæuum: sed interpretatione suâ, & verâ, addit noster. Et sequentia Pisonis argutiùs ad priora referuntur.*

251. ABSOLVI REVM.] *Absoluíne? atqui damnatum eum Suetonius ait*: Statuæ quidam Augusti caput dempserat, vt alterius imponeret. acta res est in Senatu, & quia ambigebatur, per tormenta quæsita est. Damnato reo, paullatim genus calumniæ eò processit, *&c. Ego non concilio: nisi si repetundarum damnatus fuit, non maiestatis. quod tamen omnino Suetonius voluisse videtur.*

252. AD RECIPERATORES ITVM.] *Ergo damnatus repetundarum fuit, & tum Iudices dati ad æstimandum. Vide sodes, quæ scribo in* XIV. *Annal. super criminis huius pœna.*

253. POTENTIVM PRECES.] *In iudicijs. solent enim aduocatos aut Deprecatores adducere potentissimos ciuitatis. Ex Cicerone & Asconio notum: repressitq; Tiberius, quia iustitiam corrumpebat. At ipse, adiungit noster*, libertatem. *nam quomodo? quia scilicet in iudicijs assiduus, ea velut regebat ac temperabat, & sententiæ obnoxiæ illi erant.*

254. PIVS AVRELIVS.] *Fortasse hic inter maiores optimi principis Antonini: etsi nulla mentio Capitolino.*

255. TENTANTIS EADEM.] *Adi Senecam de Beneficijs lib* II. *cap.* VII.

D 256. ACHA-

Tiberis inundat, tum insigni vrbis detrimento.

Tiberis, plana vrbis ſtagnauerat: relabentem ſecuta eſt ædificiorum & hominum ſtrages. Igitur cenſuit Aſinius Gallus, vt libri Sibyllini adirentur. renuit Tiberius, perinde diuina humanaque obtegens: ſed remedium coërcendi fluminis Ateio Capitoni, & L. Arruntio mandatum. [256] Achaiam ac Macedoniam onera deprecantis, [257] leuari in præſens proconſulari imperio, [258] tradique Cæſari placuit. Edendis gladiatoribus, quos Germanici fratris, ac ſuo nomine obtulerat, Druſus præſedit, quamquam vili ſanguine nimis gaudens: [259] quod vulgus formidoloſum, & pater arguiſſe dicebatur. cur abſtinuerit ſpectaculo ipſe, variè trahebant; alij tædio cœtus, quidam triſtitiâ ingenij, & metu comparationis, quia Auguſtus comiter interfuiſſet. Non crediderim ad oſtentandam ſæuitiam, mouendasque populi offenſiones, conceſſam filio materiem: quamquam id quoque dictum eſt. At theatri licentia proximo priore anno cœpta, grauiùs tum erupit, occiſis non modò è plebe, ſed [260] militibus & centurione, vulnerato tribuno prætoriæ cohortis, dum probra in magiſtratus & diſſenſionem vulgi prohibent. Actum de eâ ſeditione apud patres, dicebanturque ſententiæ, vt prætoribus ius virgarum in hiſtriones eſſet. interceſſit Haterius Agrippa tribunus plebei, increpituſque eſt Aſinij Galli oratione, ſilente Tiberio, qui ea ſimulacra libertatis ſenatui præbebat. valuit tamen interceſſio, [261] quia diuus Auguſtus immunes verberum hiſtriones quondam reſponderat, neque fas Tiberio infringere dicta eius. [262] De modo lucaris, & aduerſus laſciuiam fautorum, multa decernuntur; ex quîs maximè inſignia: [263] *Ne domos Panto-*

Druſus gladiatores dat, ſed cruento munere.

Hiſtrionum cauſſa, tumultus & cædes.

Decreta patrum ad coërcendum.

A

B

C

D

256. ACHAIAM AC MACEDONIAM.] *Achaiam quod ait, capies Græciam totam. nec enim aliter tunc appellabant Romani. Scriptor quiſpiam apud Suidam:* Μόμμιος τὴν Κόρινθον εἷλεν ἀυτοβοεὶ, πρωτεύσαν πάντως, καὶ τοῦτο, τῶ Ἑλληνικῶ. Ὅθεν δοκοῦσι καὶ νῦν Ἀχαΐαν ὀνομάζειν τὴ Ἑλλάδα Ῥωμαῖοι, ἐς τὸ χειρωθὲν ἔθνος ὁ πρῶτος ἦν τότε τὴ Ἑλλάδος τὸ ὅλην μεταβαλόντες τὴ χώρας ἐπωνυμίαν: Mommius Corinthum ſtatim & primo impetu cepit, tunc principem totius Græciæ. Ex quo Romani & nunc videntur Achaiam nominare, totam Græciam: à gente deuictâ, quæ tunc Græciæ præerat, vniuerſam appellationem ſumentes. *Pauſanias libro* VII. Porrò redactâ vniuersâ Græciâ in prouinciæ formam, mittitur ad eam obtinendam ex vrbe Prætor, quem Achaiæ non Græciæ appellant, quòd ſcilicet Græci ſubacti ſunt, obtinentibus principatum Achæis.

* Lib. IV.

* Lib. XIII.

257. LEVARI PROCONSVLARI IMPERIO] *Durius ergo Proconſulare imperium Præſidiali: nec cauſſam ſatis ſcio. Inquiro, & dico aliquid in* EXCVRS. *littera* M. *vide.*

258. TRADIQVE CÆSARI.] *Quod etiam factum. ideóque Strabo, qui vixit medio Tiberij principatu, libro extremo, Achaiam & Macedoniam Cæſarianis Prouincijs accenſuit: aliter quàm Dio, qui populi. Sed mutauit iterùm Claudius, qui populo reſtituit. Habes in Suetonij cap.* XXV. *& Dionis* LX.

259. QVOD VVLGVS.] *Confirmo ſcrib.* quod in vulgus. *Ita priſci ſcriptores, & ipſe Tacitus:* Multaque in vulgus grata vſurpauit, incedere ſine milite, pedibus intectis, & pari cum Græcis amictu.

260. MILITIBVS ET CENTVRIONE.] *Refer ad cohortem, quæ adſidere ludis ſolita: itemq; nota cruentas iſtas ſeditiones, & quid niſi pugnas? vt non iniuriâ Valerius* Theatra *dixerit* Vrbana caſtra: quoniam hæc quoque, *inquit*, ſæpenumerò voluptatem & religionem ciuili ſanguine, ſcenicorum portentorum gratiâ macularunt. *lib.* II. *cap.* IIII.

261. QVIA DIVVS AVGVSTVS.] *Auguſtus ad frangendos rigidos illos animos, non dubiè rei ludicræ fautor. Ideò* Coërcitionem in hiſtriones magiſtratibus, omni loco & tempore, lege vetere permiſſam, ademit: præterquam ludos & ſcenam. *ait Suet. cap.* XLV. *Vbi emendo,* ludis & ſcenâ. *veriſſima optimaq; ſententia. Mos vetus puniri hiſtriones ab Ædilibus, Prætoribus, Conſulibus, quouis tempore & quouis loco permittebat: artauit Auguſtus, & non niſi per tempus ludorum permiſit, & in loco ipſo vbi peccarant, id eſt, in ſcenâ. Ademit etiam ius virgarum. Quod tamen redditum eſſe magiſtratibus videtur lege Iuliâ de vi publicâ: non quidem nominatim, ſed prudentum interpretatione. Vide Paullum lib.* V. *Sentent. tit.* XXVI. *Quæ tamen coërcitio relicta ab Auguſto? Exſilium, & carcer. Ideò * infrà in Tiberij principatu legis,* Pulſi tum hiſtriones Italiâ: *& * alibi,* in vincla ductos fautores hiſtrionum. *idem ergo iuris in hiſtriones ipſos.*

262. DE MODO LVCARIS.] *Lucar, merces hiſtrionum. à lucis, qui multi circa vrbem, quorum reditus deſtinati ad ludos. Plutarchus in cauſſis, & Feſtus: ibiq; magni patris magna proles. Pluſcula adde ex* EXCVRS. *in* N.

263 NE DOMOS PANTOMIMORVM.] *Magnum ſtudium, vt video, Romanorum in has nugas hominum, imò furor. Veſtibula eorum, quaſi principum, frequentabantur: adhærebant egreſſibus, non vulgus modò, ſed Eques Senatuſq;. Plinius l.* XXIX. Nullius hiſtrionis equorúmve trigarij comitatior egreſſus in publico erat: cùm Crinas Maſſalienſis, *&c. Seneca Epiſtolâ* XLVII. Oſtendam nobiliſſimos iuuenes mancipia Pantomimorum. *Idem fine libri* I. *Quæſt. natural.* Stat per ſucceſſores Pyladis & Bathylli domus, harum artium multi diſcipuli ſunt multique Doctores. priuatim vrbe totâ ſonat pulpitum: in hoc viri, in hoc feminæ tripudiant. mares inter ſe vxoresque contendunt, vter det latus illis. *Dare latus, explico, vter latero ſit*

A *Pantomimorum Senator introiret: ne egredientis in publicum, equites Romani cingerent:*[264] *aut alibi quàm in theatro ſpectarentur. & ſpectantium immodeſtiam*[265] *exſilio mulctandi poteſtas prætoribus fieret.* [266] Templum vt in coloniâ Tarraconenſi ſtrueretur Auguſto, petentibus Hiſpanis permiſſum; datumque in omnes prouincias exemplum.[267] Centeſimam rerum venalium poſt bella ciuilia inſtitutam deprecante populo, edixit Tiberius [268] militare ærarium eo ſubſidio niti. ſimul [269] imparem oneri Remp. niſi viceſimo militiæ anno veterani dimitterentur. ita proximæ ſeditionis malè conſulta, quibus ſexdecim ſtipendiorum finem expreſſerant, abolita in poſterum. [270] Actum deinde in Senatu ab Aruntio & Ateio, an ob moderandas Tiberis exundationes verterentur flumina & lacus, per quos augeſcit. Auditæque municipiorum & coloniarum legationes, orantibus Florentinis, ne Clanis ſolito alueo demotus in amnem Arnum transferretur, idque ipſis perniciem adferret. Congruentia his Interamnates diſſeruere, peſſum ituros fœcundiſſimos Italiæ campos, ſi amnis Nar (id enim parabatur) in riuos diductus, ſuperſtagnauiſſet. Nec Reatini ſilebant, Velinum lacum, quà in Narem effunditur, obſtrui recuB ſantes. quippe in adiacentia erupturum. optimè rebus mortalium conſuluiſſe naturam, quæ ſua ora fluminibus, ſuos curſus, vtque originem ita fines dederit. Spectandas etiam religiones ſociorum, qui [271] ſacra, & lucos, & aras patrijs amnibus dicauerint. quin ipſum Tiberim nolle prorſus accolis fluuijs orbatum, minore gloriâ fluere. Seu preces coloniarum, ſeu difficultas operum, ſiue ſuperſtitio valuit, [272] vt in ſententiam Piſonis concederetur, qui nil mutandum cenſuerat. Prorogatur Poppæo Sabino prouincia

Cap. 78. *Templum Auguſto in Hiſpaniâ. Centeſima rerum venalium.*

Cap. 79. *Reuocata, qua ſeditioſi milites expreſſerant: Agitatum, qui Tiberis coërceri poſſet.*

Cap. 80.

ſit illis: vt hîc Tacitus; Ne egredientes, Equites Rom. cingerent: *vt Martialis*,

Eutychus ille tuum, Caſtrice, dulce latus.

Hanc inſaniam quàm benè notat damnatq; Tertullianus! Etenim ipſi actores (*ait, libello De ſpectaculis*) & adminiſtratores ſpectaculorum, quadrigaC rios, ſcenicos, xyſticos, arenarios illos amentiſſimos, quibus viris animas, feminis aut illis etiam corpora ſua ſubſternunt, propter quos in ea committunt quæ reprehendunt, quàm magnificiunt? deponunt & diminuunt ignominiâ & capitis minutione. *quem libens adduxi, vt eruam correctione elegantem ſenſum*: quibus viri animas, feminæ autem illis etiam corpora ſua ſubſternunt. *idq; veriſimum. Vir magnus qui conatus eſt ante me, non attigit.*

264. AVT ALIBI.] *Puto, ne domi, ne in hortis.*

265. EXSILIO MVLCTANDI.] *Etiam vinculis. Infrà, lib.* XIII. Inter Vibullium prætorem & Tribunum Antiſtium ortum certamen, quòd immodeſtos fautores hiſtrionum à Prætore in vincla ductos omitti iuſſiſſet. comprobauere patres, incuſatâ Antiſtij licentiâ. *Ex hoc decreto patrum*D *nata lex, quæ Pandectis inſita, De pœnis, l.* XXVIII. Solent quidam qui vulgò ſe iuuenes appellant, in quibuſdam ciuitatibus, turbulentibus ſe adclamationibus popularium (*ita vocat locum ipſum, vbi ſpectabat populi plebs*) accommodare. qui ſi ampliùs nihil admiſerint, fuſtibus cæſi dimittuntur, aut etiam ſpectaculis eis interdicitur, quòd ſi correcti in eiſdem deprehenduntur, exſilio putiendi ſunt. *Ait ecce diſertè, Exſilio; vt hîc, noſter.*

266. TEMPLVM VT IN COLONIA TARRACONENSI.] *Manſit id templum ad æuum Hadriani. In eius vitâ*, Tarracone hiemauit, vbi ſumptu ſuo ædem Auguſti reſtituit. *Item in Seueri vitâ: Somniauit ſibi dici*, vt templum Tarraconenſe Auguſti, quod iam habebatur, reſtitueret. *Anteà iam viuus aram illîc habuerat: de quâ, & palmâ ibi enatâ, iocus eius in Fabio. Quod ſequitur*, Datumque in omnes prouincias exemplum, *caue acceperis, quaſi litterarum exemplaria diffuſa & tranſſcripta ad omnes prouincias, cum Vertranio: ſed hoc ait, exemplo Tarraconenſium monitos alios, vt peterent impetrarentq; idem.*

267. CENTESIMAM.] *Dico libro* II.

268. MILITARE ÆRARIVM.] *Cuius inuentor Auguſtus. Suetonius, cap.* XLIX. Vtque perpetuò ac ſine difficultate ſumptus ad tuendos milites proſequendoſque ſuppeteret, ærarium militare cum vectigalibus nouis inſtituit. *Id factum anno* DCCLIX *ex Dionis* LV. *Zonaras Agrippæ Poſtumi damnati bona in ærarium militare relata ait. Proprijq; huic ærario Præfecti. Tacitus lib.* V. *de P. Vitellio:* clauſtra ærarij cui Præfectus erat, & militarem pecuniam rebus nouis obtuliſſe. *Lapis in Samnio*,

L. NERATIO. C. F.
VOL. PROCVLO
PRÆF. ÆRARI. MILITARIS.

269. IMPAREM ONERI REMP.] *Quo enim citiùs dimittebantur (expreſſerant autem vt decimoſexto anno) eo plura & ſtatim repræſentanda præmia. Ideò id indultum, reuocatum.*

270. ACTVM IN SENATV.] *Tacitus hîc & ſuprà duobus modò commiſſam eam curam ſcripſit. at Dio auctor quinqueuiros à Tiberio conſtitutos, qui Tiberis inundationes arcerent verterentq;. Vide eius verba, lib.* LVII. *actis anni* DCCLXVIII. *Cur opus fuerit nouâ electione neſcio: quia præfecerat pridem Auguſtus. Sueton. cap.* XXXVII. *In monumentis frequenter*, CVRATOR. RIPARVM. ET. ALVEI. TIBERIS.

271. SACRA, ET LVCOS.] *Nam fluuij priſcis inter deos: & res notior, quàm vt exemplis firmetur.*

272. VT IN SENTENTIAM PISONIS.] *Ita omiſſa nunc res. Nerua tamen poſteà, ſiue Traianus*

Tiberius Præsides rarò mutare solitus.

uincia Mœsia, additis Achaiâ & Macedoniâ. Id quoque morum Tiberij fuit, cõtinuare imperia, ac plerosque ad finem vitæ in ijsdem exercitibus,[273] aut iurisdictionibus habere. Caussæ variæ traduntur. alij tædio nouæ curæ, semel placita pro æternis seruasse: quidam inuidiâ, ne plures fruerentur. sunt qui existiment, vt callidum eius ingenium, ita anxium iudicium. neque enim eminentis virtutes sectabatur, & rursum vitia oderat. ex optimis, periculum sibi, à pessimis, dedecus publicum metuebat. quâ hæsitatione postremò eò prouectus est, vt mandauerit quibusdam prouincias, quos egredi vrbe non erat passurus. De comitijs consularibus, quæ tum primùm illo principe, ac deinceps fuêre, vix quidquam firmare ausim. adeò diuersa, non modò apud auctores, sed in ipsius orationibus reperiuntur. Modò subtractis candidatorum nominibus, originem cuiusque & vitam, & stipendia descripsit, vt qui forent intelligeretur. aliquândo, eâ quoque significatione subtractâ, candidatos hortatus, ne ambitu comitia turbarent, suam ad id curam pollicitus est. plerumque, eos tantùm apud se professos disseruit, quorum nomina consulibus edidisset: posse & alios profiteri, si gratiæ, aut meritis confiderent, specioſa verbis, re inania, aut subdola: quantoque maiore libertatis imagine tegebantur, tanto eruptura ad infensius seruitium.

Cap. 81. *Comitiorum confusa tunc ratio.*

ad arcendos fatales huius fluuij & non sine omine auctus, fossam duxit. De quâ Plinius sensit lib. VIII. *Epistol.* Tiberis alueum excessit, & quamquam fossâ, quam prouidentissimus Imperator fecit, exhaustus, premit valles, innatat campis, quaque planum solum, pro solo cernitur. *Legerim,* quaque planum, solus pro solo cernitur.

273. AVT IVRISDICTIONIBVS.] *Prouincias inermes sic appellat, à præcipuo in ijs Præsidum munere, quod solâ ferè iurisdictione implebatur.*

C. COR-

C. CORNELII TACITI
AB EXCESSV DIVI AVGVSTI
ANNALIVM LIBER II.
BREVIARIVM LIBRI.

MOTVS *aliqui in Oriente. Vonones Parthorum rex ſolio & ſolo ſuo ab Artabano pellitur : & ad Armenios profugus, ab his in regnum accipitur. Quo eodem mox demouetur à Silano Præſide Syriæ, ob metum & Artabani minas. At Tiberius, ſpecie moti Orientis, Germanicum à legionibus ſuetis abſtrahit. cui paret ille, ſed lentè. Priùs enim Germaniam ingreditur, & fabricatâ ingenti claſſe, exercitum Oceano ad Amiſiam flumen vehit. Illic Angriuarios Stertinio duce populatur & ſternit mox Cheruſcos & Arminium ingenti prælio vincit. multumque gloriæ partum, niſi in regreſſu fortuita clades eam obliteraſſet. Nauium enim hominumque maximam partem in Oceano amiſit, vi tempeſtatis & imperitiâ eius maris. Intereà Romæ vir nobilis Libo Druſus ſtudij rerum nouarum defertur. accuſatur in Senatu, & parte aliquâ conuincitur. Tiberium infenſum expertus, & veniæ nullâ ſpe, gladio incubuit. M. Hortali preces (nepos is Hortenſij) in manifeſtâ paupertate, ſpretæ à Principe. Clemens Poſtumi Agrippæ ſeruus, domino interfecto, faciem & nomen eius mentitur. res Romanas turbat. occultè conſcios & adiutores multos habet. operâ tamen & ingenio Salluſtij Criſpi ſine motu capitur, & Romam perducitur. Sub id tempus Germanicus de Cattis, Cheruſcis, alijſque gentibus triumphat. Archelaus Cappadocum rex in vrbem accitus, & indignè habitus, fato moritur. Regnum eius in prouinciam redactum. Germanico Oriens permiſſus, cum maiore, quoquo adiſſet, imperio : Cn. Piſoni Syria, cum occultis (vt creditur) in Germanicum mandatis. Druſus in Illyricum it, dux contra Germanos. qui tamen inter ſe diſcordes, otium & ſecuritatem Romanis fecêre. Cheruſci duce Arminio, potentem & veterem regem Maroboduum, magno nec incruento prælio vincunt. In Aſiâ duodecim celebres vrbes terræ motu collapſæ, aut hauſtæ ſunt. Tacfarinas in Africâ bellum ſiue latrocinium exercet. idque à Furio Proconſule ſtatim repreſſum. Germanicus in Armeniam venit : regem Zenonem volentibus ijs imponit. Druſus Germanos ad diſcordias inlicit. Maroboduus vi Catualdæ regno pulſus in Italiam venit, & Rauennæ per duodeuiginti annos egit. Idem Catualdæ mox caſus, qui Forum Iulium miſſus. Rheſcuporis Thracum rex, operâ Pomponij Flacci in vincla datur : Romam perducitur. Germanicus Ægyptum luſtrat. reuerſus inimicitias cum Piſone exercet, & denunciat. ſed paullò pòſt morbo correptus, cum ingenti gentium omnium luctu, Antiochiæ extinguitur. Veneni à Piſone dati ſuſpicio erat. qui conatus armis Syriam repetere, à Sentio alijſque Germanici amicis impeditur. Honores multi Germanico mortuo Romæ decreti. Sanctiones contra muliebrem impudicitiam. Virgo Veſtalis capta. Arminius in Germaniâ dolo cæſus. Hæc geſta annis quattuor,*

COSS. T. STATILIO SISENNA TAVRO, ET L. SCRIBONIO LIBONE.
C. CÆCILIO RVFO, ET L. POMPONIO FLACCO.
TIBERIO CÆSARE AVG. III. ET GERMANICO CÆSARE II.
M. IVNIO SILANO, ET C. NORBANO FLACCO.

Cap. 1. *Cauſſa & initia belli Parthici.*

A. V. C. DCCLXIX. *Phraates rex, Auguſto amicus*

Cap. 2.

Eius filius Vonones à Tiberio in regnum miſſus. Qui non diu gratus.

ISENNA Statilio Tauro, L. Libone Coss. mota Orientis regna, A
prouinciæque Romanæ; initio apud Parthos orto, qui petitum
Româ, acceptumque regem, quamuis gentis Arſacidarum, vt
externum aſpernabantur. Is fuit Vonones, obſes Auguſto datus
à Phrahate. Nam Phrahates quamquam depuliſſet exercitus, du-
ceſque Romanos, cuncta venerantium officia ad Auguſtum ver-
terat: [1] partemque prolis, firmandæ amicitiæ, miſerat: haut per-
inde noſtri metu, quàm [2] fidei popularium diffiſus. Poſt finem
Phrahatis & [3] ſequentium Regum, ob internas cædes, venêre in vrbem legati à primo-
ribus Parthis, qui Vononem [4] vetuſtiſſimum liberorum eius accirent. Magnificum
id ſibi credidit Cæſar, [5] auxitque opibus: & accepere barbari lætantes, vt fermè ad no-
ua imperia. Mox ſubit pudor, degenerauiſſe Parthos, petitum alio ex orbe regem, ho-
ſtium artibus infectum. iam inter prouincias Romanas [6] ſolium Arſacidarum haberi,
darique. *Vbi illam gloriam trucidantium Craßum, exturbantium Antonium, ſi mancipium Cæ-* B
ſaris, tot per annos ſeruitutem perpeſſum, Parthis imperitet? Accendebat dedignantes &
ipſe, diuerſus à maiorum inſtitutis, [7] raro venatu, ſegni equorum curâ, quoties per vr-
bes incederet lecticæ geſtamine, faſtuque erga patrias epulas. irridebantur & Græci co-
mites, ac viliſſima vtenſilium [8] anulo clauſa. ſed promti aditus, obuia comitas, ignotæ
Parthis virtutes, [9] noua vitia; & quia ipſorum maioribus aliena, perinde odium pra-
uis

COMMENTARIVS.

1. PARTEMQVE PROLIS.] *Quattuor filios, ſi Straboni credimus, & eorum vxores duas cum filijs item quattuor miſit Romam. Verba eius ſententiaque gemina ſunt huic loco, lib.* XVI. Ὁ Φραάτης καλέσας εἰς σύλλογον Τίτιον, τὸν ὕπαρχον τότε τῆς Συρίας, τέτταρας παῖδας γνησίους ἐνεχείρισεν ὅμηρα αὐτῷ, Σαράσπαδην, καὶ Κεροσπάδην, καὶ Φραάτην, καὶ Βωνώνην, καὶ γυναῖκας τέτων δύο, καὶ υἱεῖς τέτταρας, δεδιὼς τὰς ἁσεις καὶ τὸς ὑπὲρ τὸ θρόνον αὐτῷ: Phraates vocato ad colloquium Titio, qui tunc Syriæ præerat, quattuor legitimos filios ei tradidit obſides, Saraſpadem, Ceroſpadem, Phraatem, & Vononem, & vxores horum duas, & quattuor liberos, veritus domeſticas ſeditiones & inſidias. *Tantum in ijs emendauerim,* Φραάτην καὶ Βονώνην. *Fuerunt enim inter obſides, Phraates & Vonones. Vide eumdem ſcriptorem, libro* VI. *Hac ipſâ de re Iuſtinus lib.* XLII. Sed & filij nepoteſque Phrahatis obſides Auguſto dati.

2. FIDEI POPVLARIVM.] *Eadem cauſſa in Strabone. nec iniuriâ etiam liberis ſuis diffiſus, ne ſuo exemplo ſe tollerent. Ipſe enim Orodem patrem ſuſtulerat, itemque fratres vigintinouem. Ioſephus miſſionem hanc obſidum ad Thermuſæ vxoris artes refert, vt illis abſentibus filio ſuo Phraataci regnum conficeret: quod euênit.*

3. SEQVENTIVM REGVM.] *Adeò ergo multi interiecti inter Phraatem, & filium eius hunc Vononem? Ego ſanè duos reperio, Phraatacem, & Orodem. Sed quia confuſum hoc totum ſtemma, & multa eius in Tacito mentio: dedi in* EXCVRS. *ſuper eo, quod opus, litterâ* A.

4. VETVSTISSIMVM LIBERORVM.] *Atqui in Strabone quartus ordine, minimusque ponitur.*

5. AVXITQVE OPIBVS.] *Comitatu, pecuniâ, aliâ pompâ inſtruxit, regium in morem.*

6. SOLIVM ARSACIDARVM.] *Quod & ſæpiùs eſt factum. eoque velut de more, ſcribit Hegeſippus, in oratione Agrippæ regis:* Perſarum ſuperba audimus imperia, ſed eorum quoque obſides vidimus; & cùm ipſi pluribus nationibus imperent, C
offerunt liberos ſuos, & nobilitatem ſuam. ſeruire Romanis gaudent pro fide pacis: ſimul vt ſeruiendo diſcant ſuis imperare. Offerunt veſtes, monilia, elephantos quoque Romanis, vnum tributum reges imponere. *Poſtrema huc faciunt, & emendem:* elephantos: quodque Romanis vnum (*vel*, ſummum) tributum.

7. RARO VENATV, SEGNI EQVORVM CVRA.] *Quæ tamen vnica ſtudia procerum regisque. Xenophon lib.* VIII. *Pædias.* Τῆς πολεμικῆς δ' ἕνεκα ἀσκησέως, ὅτι θήρᾳ ἐξῆγεν, ὥσπερ ἀσκεῖν ταῦτα ᾤετο χρῆναι, ταυτὴν ἡγεμόνος καὶ ὅλως ἀρίστην ἄσκησιν πολεμικῶν εἶ), καὶ ἱππικῆς δὲ ἀληθεςάτην. Καὶ νῦν δὲ Βασιλεὺς, καὶ οἱ ἄλλοι περὶ βασιλέα, ταῦτα ποιοῦντες διατελοῦσιν: Militaris exercitij gratiâ ad venationem eduxit, quos ad eam idoneos rebatur. hanc exiſtimans & vniuersè optimam exercitationem D
ad militiam eſſe, & maximè ad equeſtrem. Itaque & nunc Rex Perſarum, atque alij circa regem, aſſidui ſunt in venatu.

8. ANVLO CLAVSA.] *Signatorium anulum intellegit, ſiue, vt alij appellant, ſigillaricium, qui habeat* χαρακτῆρα. *De quo Vopiſcus in Aureliano:* Vxori & filiæ anulum ſigillaricium quaſi priuatus inſtituit. *Moris autem Romani, vt domi ſupellex penuſque omnis eo ſignaretur: nequid negligentiâ aut furto periret. Exempla in* EXCVRS. *vide in* B.

9. NOVA VITIA.] *Vúltne ipſas virtutes ignotas, habitas pro vitijs? poſſit ſic accipi: vt comitas illa, pro vilitate fuerit: ſed potiùs eſt, duo dici. vt & ignotas quaſdam virtutes intulerit; & noua etiam vitia, luxum*

A uis & honeſtis. Igitur Artabanus Arſacidarum è ſanguine, apud Dahas adultus excitur; primoque congreſſu fuſus,[10] reparat vires, regnoque potitur. Victo Vononi[11] perfugium Armenia fuit, vacua tunc, interque Parthorum & Romanas opes infida,[12] ob ſcelus Antonij: qui Artauaſden regem Armeniorum ſpecie amicitiæ inlectum, dein catenis oneratum, poſtremò interfecerat. Eius filius Artaxias, memoriâ patris nobis infenſus, Arſacidarum vi ſeque regnumque tutatus eſt.[13] occiſo Artaxiâ per dolum propinquorum datus à Cæſare Armenijs Tigranes, deductuſque in regnum à Tiberio Nerone. Nec Tigrani diuturnum imperium fuit, neque liberis eius, quamquam ſociatis[14] more externo in matrimonium regnumque. dein iuſſu Auguſti impoſitus Artauaſdes, & non ſine clade noſtrâ deiectus. Tum C. Cæſar componendæ Armeniæ diligitur. Is Ariobarzanem origine Medum, ob inſignem corporis formam, & præclarum animum, volentibus Armenijs perfecit. Ariobarzane morte fortuitâ abſumto, ſtirpem eius haut talerauere: tentatoque feminæ imperio, cui nomen Erato, eaque breui pulsâ, in-

B certi ſolutique, & [15] magis ſine domino, quàm in libertate, profugum Vononem in regnum accipiunt. Sed vbi minitari[16] Artabanus, & parum ſubſidij in Armenijs, vel ſi noſtrâ vi defenderetur, bellum aduerſus Parthos ſumendum erat: rector Syriæ Creticus Silanus excitum cuſtodiâ circumdat, manente luxu & regio nomine. quod ludibrium vt effugere agitauerit Vonones,[17] in loco reddemus. Ceterùm Tiberio haut ingratum accidit, turbari res Orientis, vt eâ ſpecie Germanicum ſuetis legionibus abſtraheret, nouiſque prouincijs impoſitum,[18] dolo ſimul & caſibus obiectaret. At ille quanto acriora in eum ſtudia militum, & auerſa patrui voluntas, celerandæ victoriæ intentior, tractare præliorum vias, &[19] quæ ſibi tertium iam annum belligeranti[20] ſæua vel proſpera eueniſſent. fundi Germanos[21] acie & iuſtis locis; iuuari ſiluis, paludibus, breui æſtate, & præmaturâ hieme. ſuum militem, haut perinde vulneribus, quàm ſpatijs itinerum, damno armorum adfici: feſſas Gallias miniſtrandis equis: longum impedimentorum agmen, opportunum ad inſidias, defenſantibus iniquum. At ſi mare intretur,[22] promtam ipſis poſſeſſionem, & hoſtibus ignotam: ſimul bellum[23] ma-

C turiùs

Cap. 3. *Et ab Artabano mox deijcitur. Profugus in Armeniam abit. In quâ varia mutatiò regum: Tigranes imponitur:*

Cap. 4. *Iam Vonones: Sed metu Parthorum remouetur.*

Cap. 5. *His cauſſis in Orientem Germanicus deſtinatur. Sed ille in Germanos bellum malet.*

luxum videlicet, delicias, aliaq;. Romana. Mox, ipſorum maioribus: *haud malè etiam*, moribus.

10. REPARAT VIRES.] *Fugâ captâ ad montes Mediæ, ait Ioſephus.*

11. PERFVGIVM ARMENIA.] *Primò Seleucia. Vide eumdem Scriptorem libro* XVIII.

12. OB SCELVS ANTONII.] *Verè ſcelus. nec enim cenſori Tacito, ludus & iocus, vt hodie, fallere fidem. Artauaſdes autem Antonium expeditione Parthicâ deſeruiſſe viſus, fallacibus ab eo litteris excitus, in vincla habitus, & in triumpho Alexandriam ductus eſt. Vide Dionem, & Plutarchum.*

13. OCCISO ARTAXIA.] *Ioſephus hunc Artaxiam filium facit Artabazis. ita enim appellat pro Artauaſde, vt alibi etiam Plutarchus. occiſum eum à propinquis non dicit, dicit à Tiberio & Archelao pulſum. Horatius gloriam tribuere Tiberio videtur non pulſi ſolùm, ſed etiam occiſi. Ad Itium,*

D ——ClaudI virtute Neronis
Armenius cecidit.

Suetonius, *Ducto ad Orientem exercitu regnum Armeniæ Tigrani reſtituit, ac pro Tribunali diadema impoſuit. *Dio hiſtoriam confundit, & Artabazem nominat pro Artaxiâ; Tigranem facit eius fratrem, lib.* LIV. *Res autem ita habet. Artauaſdes, ſiue Artabazes, duûm filiorum pater, Artaxiæ & Tigranis. ille maior natu. Adi Ioſephum, lib.* XV. *cap.* IV.

14. MORE EXTERNO.] *Qui mos etiam Ægyptijs, aliiſq; barbaris ad Orientem.*

15. MAGIS SINE DOMINO.] *Nam libertas legibus & magiſtratibus ſuis conſtat, & imperij certâ formâ. Itaque ſine domino eſſe poſſunt, nec tamen liberi propriè dicendi.*

16. ARTABANVS.] *Qui Orodem ſiue Herodem filium ſuum regem ijs dedit. Ioſephus lib.* XVIII. *c.* IV. *qui etiam hanc rem fuſiùs exſequitur, paullùm tamen à Tacito diuerſus.*

17. IN LOCO REDDEMVS.] *Reddidit, hoc ipſo libro ſub finem.*

18. DOLO SIMVL.] *Dolo, quem ipſe meditabatur, & in longinquis locis veneno tollere, obſcuriore ſic famâ.*

19. QVÆ SIBI TERTIVM IAM ANNVM BELLIGERANTI.] *Imò plures. Nam continenter in Germanos bellum geſſit, à clade Vari: excepto anno Conſulatus. Sed Tacitus à poſtremâ eius miſſione annos numerat. quæ fuit exacto conſulatu eius, ſub Auguſti mortem.*

20. SÆVA VEL PROSPERA.] *Veriùs hîc eſſet*, ſcæua, *id eſt, ſiniſtra.*

21. ACIE ET IVSTIS LOCIS.] *Nouè dictum, pro æquis locis.*

22. PROMTAM IPSIS POSS. [*Nam triremes & claſſem in Rheno, & ad Oceanum, ordinariam Romani habebant. At eo æuo Germani nauigiorum rudes: mox quàm didicerunt? Saxones, Normanni, & piratarum illa agmina dicant: qui Europam per ſæcula aliquot magnis claſsibus cladibuſq; infeſtarunt.*

23. MATVRIVS INCIPI.] *Quare? nam & triremibus æſtas exſpectanda erat. Sed cauſſam credo in commea-*

* Facit huc Epigramma l. l. IV. Florilegij Græci εἰς εἰκόνας βασιλέων.

turiùs incipi, legioneſque & commeatus pariter vehi: integrum equitem, equoſque, per ora & alueos fluminum mediâ in Germaniâ fore. Igitur huc intendit, miſſis ad cenſus Galliarum, P. Vitellio & * Cantio. Silius, & Anteius, & Cæcina fabricandæ claſſi proponuntur. Mille naues ſufficere viſæ, properatæque. aliæ [24] breues, anguſtâ puppi proraque, & lato vtero, quo faciliùs fluctus tolerarent: quædam, planæ carinis, vt ſine noxâ ſiderent: plures, [25] appoſitis vtrimque gubernaculis, conuerſo vt repentè remigio, hinc vel illinc adpellerent: multæ pontibus ſtratæ, ſuper quas tormenta veherentur, ſimul aptæ ferendis equis aut commeatui, velis habiles, citæ remis, augebantur alacritate militum in ſpeciem ac terrorem. Inſula Batauorum in quam conuenirent prædicta, ob faciles adpulſus, [26] accipiendiſque copijs, & tranſmittendum ad bellum opportuna. Nam Rhenus vno alueo continuus, aut modicas inſulas circumueniens, apud principium agri Bataui, velut in duos amnes diuiditur, ſeruatque nomen & violentiam curſus, quà Germaniam præuehitur, donec Oceano miſceatur: ad Gallicam ripam latior & placidior adfluens, verſo cognomento Vahalem accolæ dicunt: mox id quoque vocabulum mutat Mosâ flumine, eiuſque immenſo ore eumdem in Oceanum effunditur. Sed Cæſar, dum adiguntur naues, Silium legatum cum expeditâ manu inruptionem in Cattos facere iubet. ipſe, audito caſtellum Lupiæ flumini adpoſitum obſideri, ſex legiones eò duxit. neque Silio ob ſubitos imbres aliud actum, quàm vt modicam prædam, & Arpi principis Cattorum coniugem, filiamque raperet. Neque Cæſari copiam pugnæ obſeſſores fecere, ad famam aduentus eius dilapſi. [27] tumulum tamen nuper Varianis legionibus ſtructum, & [28] veterem aram Druſo ſitam diſiecerant. Reſtituit aram, honorique patris princeps ipſe [29] cum legionibus decucurrit. Tumulum

Cap. 6. *Igitur nouâ ratione, & mari eos aggreditur:* * Scantio. *Claſſe mille nauium.*

Quæ in portuoſâ Batauiâ conuenerunt.

Cap. 7. *Interea prouidit quædam belli, in Cattos.*

Ara Druſi.

A

B

C

D

* Idque ex Eutropio ſumunt, l. VII.

commeatibus, de quibus adiungit. Quia enim tarda æſtas & meſis in Germaniâ, hæc exſpectanda erat, ob frumenta & pabula: aut magnâ mole & morâ, identidem iſta ſubuehenda.

24. BREVES, ANGVSTA PVPPI.] *Breues opponit* Longis *nauibus, id eſt triremibus: & deſcribit lato alueo, anguſtâ prorâ & puppi, vno verbo naues hodie maris noſtri.*

25. APPOSITIS VTRIMQVE GVBERNACVLIS.] *Id quidem genus nauigij binis gubernaculis, hodie inuiſum. At noſter iterùm deſcribit, lib.* III. *Hiſtor. vocatq; Cameras:* Sic inter vndas voluuntur pari vtrimque prorâ, & mutabili remigio, quando hinc vel illinc appellere indiſcretum & innoxium eſt. *Item de moribus Germanorum*: Forma nauium eo differt, quòd vtrimque prora paratam ſemper appulſui frontem gerit. *Reperio & apud Suidam priſci ſcriptoris verba, neſcio an hanc ipſam rem narrantis:* Πλοία μονήρη, ἔστιν ἃ καὶ δίκροτα κατεσκεύασαντο. Τινὰ δὲ καὶ ἐκ τῆς πρύμνης καὶ ἐκ τῆς πρώρας ἑκατέρωθεν πηδαλίοις ἤρκηντο, ὅπως αὐτοί τε μὴ μεταστρεφόμενοι καὶ διαπλέωσι καὶ ἀναχωρῶσι, καὶ τοὺς ἐναντίους ἐν τῷ ἐμβάπλῳ καὶ ἀποπλῳ αὐτῶν σφάλλωσιν: Naues ſimplices vniuſque ordinis, interdum & biremes faciunt. quaſdam verò & ex puppe & ex prorâ gubernaculis inſtruunt; vt ipſi nihil conuerſi & accedant & recedant; hoſteſque & adnauigantes & abnauigantes fallant ac circumueniant.

26. ACCIPIENDISQVE COPIIS.] *Siqua alia inſula in hac mundi pilâ.*

27. TVMVLVM NVPER.] *De quo ſuprà libro* I. Primùm exſtruendo tumulo ceſpitem Cæſar poſuit, gratiſſimo munere in defunctos. *Tumulus ille, non aliud quàm* κενοτάφιον *fuit. habeſq; huius ritus illuſtre apud Xenophontem exemplum, l.* VI. *expeditionis Cyri. vbi inane ſepulchrum conſtituitur militibus defunctis, quorum reliquiæ non faciles repertu.* Ἑνίους δὲ τοὺς ἐκ τῆς ὁδοῦ συνενεγκόντες ἔθαψαν, ἐκ τῆς ὑπαρχόντων ὡς ἐδύναντο κάλλιστα. Οὓς δὲ μὴ εὕρισκον, κενοτάφιον αὐτοῖς ἐποίησαν μέγα, καὶ πυρὰν μεγάλην, καὶ στεφάνους ἐπέθεσαν. *Et apud Virgilium libro* III.

——— maneſque vocabat
Hectoreum ad tumulum, viridi quem ceſpite inanem,
Et geminas, cauſſam lacrimis, ſacrauerat aras.

28. VETEREM ARAM DRVSO.] *Druſo mortuo cenotaphium decretum ad Rhenum ipſum. Dio* LV. *& Suetonius:* Exercitus honorarium ei tumulum excitauit, circa quem ſtato die, quotannis decurreret, & Galliarum ciuitates publicè ſupplicarent. *Neſcio an huic tumulo adiuncta ara: apparet, quia Suetonius ait, ſupplicarent. Volunt id cenotaphium ad * Moguntiacum fuiſſe. Repugnat hic locus, qui conſtituit inter Lupiam & Rhenum. Sed & Rauennæ ſepulcrum Druſus habuit, à Claudióne eius F. an ab Auguſto ipſo exſtructum? cuius memoria in lapide priſco, ibi:*

TI. CLAVDIVS. DRVSI. F. CÆS. AVG. GERM. PONT. MAX. TRIB. POT. II. COS. DESIG. III. IMP. III. P. P. DEDIT. OB. MEMORIAM. PATRIS. SVI. DEC. VII. COLLEGII. FABR. M. R. HS. ∞ · N. LIBERALITATE. DONAVIT. SVB. HAC. CONDICIONE. VT. QVOTANNIS. ROSAS. AD. MONVMENTVM. EIVS. DEFERANT. ET. IBI. EPVLENTVR. DVMTAXAT. IN. V. ID. IVLIAS. QVOD. SI. NEGLEXERINT. TVNC. AD. VIII. EIVSDEM. COLLEGII. PERTINERE. DEBEBIT. CONDICIONE. SVPRADICTA.

29. CVM LEGIONIBVS DECVCVRRIT.] *Antiquiſſimi inuenti Decurſio in funere illuſtrium virorum*

A lum iterare haut visum. & cuncta [30] inter castellum, Alisonem, ac Rhenum nouis limitibus, aggeribusque permunita. Iamque classis aduenerat, cùm præmisso commeatu, & distributis in legiones ac socios nauibus, fossam, cui Drusianæ nomen, ingressus, precatusque Drusum patrem, vt se [31] eadem ausum, libens placatusque exemplo ac memoriâ consiliorum atque operum iuuaret: [32] lacus inde & Oceanum vsque ad Amisiam flumen secundâ nauigatione peruehitur. [33] classis Amisiæ relicta, læuo amne, erratumque in eo, quòd non subuexit. transposuit militem dextras in terras iturum: ita plures dies efficiendis pontibus absumti. Et eques quidem ac legiones prima æstuaria, nondum adcrescente vndâ, intrepidi transiêre: postremum auxiliorum agmen, Batauique in parte eâ, dum insultant aquis, artemque nandi ostentant, turbati, & quidam hausti sunt. Metanti castra Cæsari Angriuariorum defectio à tergo nunciatur. Missus illicò Stertinius cum equite & armaturâ leui, igne & cædibus perfidiam vltus est: [34] flumen Visurgis Romanos Cheruscosque interfluebat. eius in ripâ cum ceteris primoribus Armi-

Cap. 8. *Fossâ Drusianâ copiæ transjectæ.*

Ad Amisiam ventum.

Batani natatores.

Cap. 9. *Angriuarij deficiunt, sed reuocantur.*

B

rum. Homerus in funere Patrocli, Virgilius Pallantis descripsit.

Ter circum accensos cincti fulgentibus armis
Decurrêre rogos.

Liuius Pœnus etiam vsitatam ostendit lib. XXV. *in morte Gracchi.* Alij ab Hannibale, & ea vulgarior fama est, * in vestibulo primorum castrorum rogum exstructum esse: armatum exercitum decurrisse cum tripudijs Hispanorum, motibusque armorum & corporum suæ cuique genti assuetis. *Lucanus lib.* VIII.

——— totus vt ignem
Proiectis mœrens exercitus ambiat armis.

C *Statius lib.* VI. *optimè.*

Tunc septem numero turmas (centenus vbique
Surgit eques) versis ducunt insignibus ipsi
Graiugenæ reges: lustrantque, ex more, siniſtro
Orbe rogum, & stantes inclinant puluere flammas.
Ter curuos egêre sinus, illisaque telis
Tela sonant: quater horrendum pepulêre fragorem
Arma, quater mollem famularem brachia planctum.

30. INTER CASTELLVM, ALISONEM.] *Distinguendum videri*, castellum, Alisonem, ac Rhenum, *pronuntiauit Vertranius. & rectè, ad mentem Dionis, lib.* LIV. *Nam scribit à Druso castellum exstructum ad Lupiæ & Alisonis confluuia. quod opinor ipsum esse, quod dixit noster obsessum fuisse. Velleio tamen loci nomen Aliso est, & Ptolomæo* Ἄλεισον *inter Germaniæ vrbes.* Vesaliam *hodiernam faciunt.*

D 31. EADEM AVSVM.] *Ita est. Nam & Drusus classe Oceanum tentauit; imò & pugnam nauibus conseruit in Amasiâ fluuio, vicitq; Bructeros. Strabo lib.* VII. Εἶσι δὲ μεταξὺ καὶ ἄλλοι ποταμοὶ πλωτοὶ, ὧν ἐν τῷ Ἀμασίᾳ Δροῦσος Βρουκτέρους κατεναυμάχησε: Sunt & alij interiecti nauigabiles fluuij, in quorum vno Amasiâ, Drusus Bructeros nauali prœlio vicit. *Sed & Petrarcha auctor, arcum triumphalem Romæ sibi visum Druso Neroni huic inscriptum: è quo fracto hos dumtaxat versus à se lectos.*

——— ad diuortia Rheni
Peruasi hostiles depopulatus agros.
Dum tibi Roma decus æternaque sudo trophæa,
Ister pacatis lenior ibit aquis.

32. LACVS INDE.] *Lacus nominat semper plures, vt libro* I. *suprà*: Ipse impositas nauibus quattuor legiones per lacus vexit. *At hodie vnus, quod mare Meridionale appellant. Apparet autem clarè, gentes ibi terrasq; fuisse pluribus lacubus interstinctas.*

33. CLASSIS AMISIÆ RELICTA.] *Locus mihi ambiguæ sententiæ & perplexæ. Vidi qui sic vellet. Classem relictam in ripâ citeriore (aspectu Galliæ dico:) & in hoc culpari Germanicum, quòd non in ripâ vlteriore. Pontibus enim tunc nihil opus fuisset, quibus nunc iunxit amnem, & dies plures absumpsit. Simplex hæc sententia, fateor, & ex primo verborum aspectu. At qui scrutetur; valdè, vereor, repugnet. Primùm si classis in citimâ ripâ positâ: quomodo aptè annectitur, militem transpositum in terras dextras? Sanè eo positu, si quid ego capio, vti amnis classi læuus fuit, ita & terræ trans amnem. Deinde, quis hîc (malum) Germanici & Romanorum stupor, classem non appellere ad vlteriorem ripam, in flumine iam noto: & vanam illam operam sumere in extruendo ponte? præsertim re nullâ aut hoste impediente. Tertiò, si ea res, cur Pontes multitudinis numero nominat? potuit enim & debuit transmitti ponte vno. Cur* Subuehendi *verbo vtitur, cùm veriùs* Transuehendi? *Nescio an hæc diluent. Mea de Taciti mente mens est: Classem relictam in vlteriore ripâ fluminis, vti debuit: sed tamen in imâ, & mari proximâ, quod non debuit. Quomodo igitur tunc, inquies, amnis illi læuus? ex positurâ nempe nauium, quas verisimile est quiescentes eas & in statione habuisse. Nempe proras in Oceanum verterunt, tamquam redituræ, nec vltrà scilicet progressuræ. Pone autem milites in ijs & vectores vt solet, facie ad proram versâ: nónne sic læuus ijs amnis, & terræ in quas transponuntur dextræ? Peccatum tamen à Germanico, quòd humilibus & humentibus illis locis militem exposuerit (debuisset longiùs subuehere:) in quibus transeundis, opus pontium structurâ. Ad mare enim æstuaria: non sic suprà.*

* *Legerim*, in vestibulo primore.

34. FLVMEN VISVRGIS.] *Mutuâ Romanorum Germanorumq; clade nobilis amnis. cui famam præcipuè Tacitus dedit: & ipse Tacito (mirum fatum) vitam. Nam quinque hi primores libri inuenti Corbeiæ. quod monasterium ad Visurgim est. atque illinc depromptum verè hunc thesaurum Quæstor quidam Pontificius ad magnum Leonem detulit, donatus ab eo aureis quingentis.*

35. PE-

Arminius adstitit, quæsitoque an Cæsar veniisset, postquam adesse responsum est, vt li- A
ceret cum fratre conloqui orauit. Erat is in exercitu cognomento Flauius, insignis fide,
& amisso per vulnus oculo paucis antè annis, duce Tiberio. tum permissum. pro-
Arminij colloquium cum fratre Flauio. gressusque salutatur ab Arminio: qui amotis stipatoribus, vt sagittarij nostrâ pro ripâ
dispositi abscederent, postulat; & postquam digressi, vnde ea deformitas oris interro-
gat fratrem. illo locum, & prœlium referente, quodnam præmium recepisset, exqui-
rit. Flauius aucta stipendia, torquem, & coronam, aliaque militaria dona memorat,
Cap.10. inridente Arminio vilia seruitij pretia. Exin diuersi ordiuntur: hic *magnitudinem Ro-*
manam, opes Cæsaris, & victis graues pœnas, in deditionem venienti paratam clementiam;
neque coniugem & filium eius hostiliter haberi. Ille *fas patriæ, libertatem auitam,* [35] *penetralis*
Germaniæ deos, matrem precum sociam; ne propinquorum & adfinium, denique gentis suæ
Quodin iurgia & panè pugnam aessit. *desertor & proditor, quàm imperator esse mallet.* Paullatim inde ad iurgia prolapsi, quo
minùs pugnam consererent, ne flumine quidem interiecto cohibebantur: ni Stertinius
adcurrens, plenum iræ, armaque & equum poscentem Flauium attinuisset. Cernebatur
Arminius latinè sciens. contrà minitabundus Arminius, prœliumque denuntians. nam pleraque Latino ser- B
Cap.11. mone interiaciebat, vt qui Romanis in castris ductor popularium meruisset. Postero
Flumen Romani transeunt. die, Germanorum acies trans Visurgim stetit. Cæsar, nisi pontibus præsidijsque impo-
sitis, dare in discrimen legiones haut imperatorium ratus, equitem vado tramittit. præ-
fuêre Stertinius, & è numero primipilarium Æmilius, distantibus locis inuecti, vt
Cum ijs Batauis strenuè, sed parùm feliciter. hostem diducerent: quà celerrimus amnis, Cariovalda dux Batauorum erupit. eum
Cheruisci fugam simulantes, in planitiem saltibus circumiectam traxêre: dein coorti,
& vndique effusi trudunt aduersos, instant cedentibus, collectosque in orbem, pars
Cariovalda dux eorum alyqs cæsi. congressi, quidam eminus proturbant. Cariovalda, diu sustentatâ hostium sæuitiâ,
hortatus suos vt ingruentes cateruas globo frangerent, atque ipse in densissimos irrum-
pens, congestis telis & suffossio equo labitur, ac multi nobilium circà. ceteros vis sua,
Cap.12. aut equites cum Stertinio Æmilioque subuenientes, periculo exemêre. Cæsar trans-
gressus Visurgim, indicio perfugæ cognoscit, dilectum ab Arminio locum pugnæ,
Silua Herculis. conuenisse & alias nationes in siluam Herculi sacram, auurosque nocturnam castro- C
rum oppugnationem. habita indici fides, & cernebantur ignes, suggressique propiùs
speculatores audiri fremitum equorum, immensique & inconditi agminis murmur at-
tulêre. Igitur propinquo summæ rei discrimine, explorandos militum animos ratus,
quonam id modo incorruptum foret, secum agitabat. Tribunos & centuriones læta
sæpiùs, quam comperta nunciare; libertorum seruilia ingenia; amicis inesse adulatio-
nem; si concio vocetur, illîc quoque, quæ pauci incipiant, reliquos adstrepere. peni-
tus noscendas mentes, cùm secreti & incustoditi; inter militaris cibos, spem aut me-
Cap.13. tum proferrent. Nocte cœptâ, [36] egressus augurali, per occulta & vigilibus ignara,
Germanicus animos militum callidè tentat. comite vno, contectus humeros [37] ferinâ pelle, adit castrorum vias, adsistit taberna-
culis, fruiturque famâ sui: cùm hic nobilitatem ducis, decorem alius, plurimi patien-
Repperit volentes in se & in pugnam. tiam, comitatem, per seria per iocos eumdem animum, laudibus ferrent: redden-
damque gratiam in acie faterentur: simul perfidos & ruptores pacis, vltioni & gloriæ
mactandos. Inter quæ vnus hostium Latinæ linguæ sciens, acto ad vallum equo, voce D
magnâ, coniuges, & agros, & stipendij indies, donec bellaretur, sestertios centenos, si
quis

* *Lege*, felici auspicio.

35. PENETRALIS GERMANIÆ DEOS.] *Valet*, penetrales, *prisco scribendi more: id est*, penates. *Et tamen vis quædam in verbo est, quasi intimos penates.*

36. EGRESSVS AVGVRALI.] *Nihil muto. in castris Romanis ad dextram Prætorij Auguraculum fuit, vbi duces auspicarentur & ex pullis auguria captarent. quod Græcis* οἰωνιστήριον *est. Hyginus manuss. verbis tamen corruptis*, Auguratorium parte dextrâ prætoriatur à principalem agnouimus, vt dixi, ne & augurium rectè capere potest. parte læuâ tribunal statuitur, vt augurio accepto insuper ascendat ad exercitium *felicia hospitio adloquatur. *Ita Tacito Auguralis ara commemoratur in castris Corbulonis, lib.* XV. *Erudito tamen viro*, egressus Augustali, *legend. videtur: quia in Quinctiliano scriptum lib.* VIII. Carmen funebre, propriè Næ-nia; & tabernaculum ducis, Augustale. *Non idem mihi videbatur.*

37. FERINA PELLE.] *Quare ferinâ pelle? vt habitum mentiretur Germani, credo; qui plerumque pelliti. Germani autem multi non in castris solùm, sed, vt opinor, inter eius custodes.*

38. VI-

A quis transfugisset, Arminij nomine pollicetur. Incendit ea contumelia legionum iras. veniret dies, daretur pugna: sumturum militem Germanorum agros, tracturum coniuges: accipere omen, & matrimonia ac pecunias hostium prædæ destinare. Tertiâ fermè vigiliâ, adsultatum est castris, sine coniectu teli: postquam crebras pro munimentis cohortes, & nihil remissum sensêre. Nox eadem lætam Germanico quietem tulit, [38] viditque se operatum, & sanguine sacro respersâ prætextâ, pulchriorem aliam manibus Auiæ Augustæ accepisse. Auctus omine, addicentibus auspicijs, vocat concionem, & quæ sapientiâ præuisa aptaque imminenti pugnæ, differit. *Non campos modò militi Romano ad prœlium bonos, sed si ratio adsit, siluas & saltus. nec enim* [39] *immensa barbarorum scuta, enormis hastas, inter truncos arborum, & enata humo virgulta, perinde haberi quàm pila & gladios, & hærentia corpori tegmina. densarent ictus, ora mucronibus quærerent: non loricam Germano, non galeam: ne scuta quidem ferro neruóve firmata, sed viminum textus, vel tenuis & fucatas colore tabulas.* [40] *primam vtcumque aciem hastatam; ceteris, præusta aut breuia tela. Iam corpus, vt visu toruum, & ad breuem impetum validum;* B *sic* [41] *nulla vulnerum patientia. sine pudore flagitij, sine curâ ducum, abire, fugere: pauidos aduersis; inter secunda, non diuini, non humani iuris memores. Si tædio viarum ac maris finem cupiant; hac acie parari. propiorem iam Albim, quàm Rhenum: neque bellum vltrà, modò se* [42] *patris patruique vestigia prementem, iisdem in terris victorem sisterent.* Orationem ducis secutus militum ardor, signumque pugnæ datum. Nec Arminius, aut ceteri Germanorum proceres omittebant suos quisque testari. *Hos esse Romanos Variani exercitus fugacissimos, qui ne bellum tolerarent, seditionem induerint: quorum pars onusta vulneribus tergum, pars fluctibus & procellis fractos artus, infensis rursum hostibus,* [43] *aduersis diis obijciant, nullâ boni spe. Classem quippe & auia Oceani quæsita, ne quis venientibus occurreret, ne pulsos premeret: sed vbi miscuerint manus, inane victis ventorum remorumq; subsidium. meminissent modò auaritiæ, crudelitatis, superbiæ:* * *aliud sibi reliquum quàm tenere libertatem, aut mori ante seruitium?* Sic accensos & prœlium poscentes in campum, cui [44] Idistauiso nomen, deducunt. is medius inter Visurgim & colles, vt ripæ fluminis cedunt, C aut prominentia montium resistunt, inæqualiter sinuatur. ponè tergum insurgebat silua editis in altum ramis, & purâ humo inter arborum truncos. campum & prima siluarum, barbara acies tenuit: soli Cherusci iuga insedêre, vt prœliantibus Romanis desuper incurrerent. Noster exercitus sic incessit. auxiliares Galli, Germanique in fronte: post quos pedites sagittarij: dein quattuor legiones, & cum duabus prætorijs cohor-

Arminius præmium defectionis pronunciat militi.

Castra etiam nocte tentat: vtrumque frustrà.

In somno felix omen Germanico.

Consilium & ratio exponitur futuræ pugnæ.

Germanorũ arma parùm firma:

Ipsi ferociores, quam fortiores.

Arminius & suos animat.

Romanos deprimit:

In ipsâ audaciâ metus incusat.

* an aliud.

Loci descriptio, vbi pugna.

Ordo & dispositio vtrimque aciei.

38. VIDITQVE SE OPERATVM.] *Operandi verbum, ad sacra, Tibullus,* Tunc pubes operata deo. *Curtius:* Per dies decem Libero patri operatum habuit exercitum. *Restitue apud Liuium, libro* x. Dum hostes operati superstitionibus, concilia secreta agunt, Amiternum opidum de Samnitibus vi cepit. *ita meus codex. vulgò*, superati. D *Quod ait, respersam prætextam: scire licet pontifices, imò sacerdotes omnes, cùm dijs facerent, prætextâ vsos: Germanicus autem Augur. Lampridius in Alexandro*, Accepit prætextam etiam cùm sacra faceret, sed loco Pontificis maximi, non Imperatoris. *Appianus* Ἐμφυλ. α. Οὕτως μὲν Ἀσελλίων στρατηγὸν τε καὶ στεφανῶν, καὶ ἱερὰν καὶ ἐπίχρυσον ἐδῆτα ὡς ἐν θυσίᾳ περιχειμένους, ἀμφὶ δὲ τετάρων ὥρων ἐσφάζετο ἐν ἀγορᾷ μέσῃ πολλὰ ἱερεῖα. *Quinctilianus declamat.*CCCXL. Ego vobis allego etiam ipsum illud sacrum prætextarum, quo sacerdotes velantur, quo magistratus: quo infirmitatem pueritiæ sacram facimus ac venerabilem. *Spartianus in Hadriano:* Natali suo vltimo cùm Antoninum commendaret, prætexta sponte delapsa caput ei operuit. *vbi corrigo*, aperuit: *quia sacrificabant capite velato. Adi & Zosimum lib.* IV. *vbi delata ad Gratianum Christianum Principem prætexta pontificia, & spreta. ab hac mente Plinius placari purpurâ deos scripsit, respiciens scilicet ad prætextam libro* IX. Distinguit ab equite Curiam, dis aduocatur placandis, omnemque vestem illuminat.

39. IMMENSA BARB. SCVTA.] *Dicimus in Germaniâ, infrà.*

40. PRIMAM VTCVMQVE.] *Ibidem vide.*

41. NVLLA VVLNERVM PATIENTIA.] *Videntur adumbrata è Thucydide, qui Brasidam inducit hortantem suos contra Illurios: eosq; iisdem moribus fingit lib.* IV. *vbi inter cetera:* Οὔτε γὰρ τάξιν ἔχοντες, ἀισχυνθεῖεν ἄν λιπεῖν τινα χώραν βιαζόμενοι, ἥτε φυγὴ καὶ ἡ ἔφοδος αὐτῷ, ἴσην ἔχουσα δόξαν τὸ καλῶς, ἀνεξέλεγκτον καὶ τὸ ἀνδρεῖον ἔχει.

42. PATRIS PATRVIQVE.] *Drusi, & Tiberij.*

43. ADVERSIS DIIS.] *Ita correxi: vulgò*, odijs.

44. IDISTAVISO NOMEN.] *Ea loca in peregrinatione vidi, & vel scriptoris huius causâ curiosiùs lustraui. Animus autem mihi dicit, hunc ipsum campum esse, qui infra Bremam, mare versus, pulchrè*

Pugna committitur: * adſtitêre.

cohortibus, ac dilecto equite Cæſar: exin totidem aliæ legiones, & leuis armatura cum equite ſagittario, ceteræque ſociorum cohortes. Intentus paratuſque miles, vt ordo agminis in aciem * adſiſteret. Viſis Cheruſcorum cateruis, quæ per ferociam proruperant; validiſſimos equitum incurrere latus, Stertinium cum ceteris turmis circumgredi, tergaque inuadere iubet, ipſe in tempore adfuturus. Intereà pulcherrimum augurium, octo aquilæ petere ſiluas, & intrare viſæ, [45] Imperatorem aduertêre. exclamat, *Irent,* [46] *ſequerentur Romanas aues, propria* [47] *legionum numina.* Simul pedeſtris acies infertur, & præmiſſus eques, poſtremos ac latera impulit. mirumque dictu, duo hoſtium agmina diuersâ fugâ, qui ſiluam tenuerant in aperta, qui campis adſtiterant, in ſiluam ruebant: medij inter hos Cheruſci, collibus detrudebantur. inter quos inſignis Arminius manu, voce, vulnere, ſuſtentabat pugnam. Incubueratque ſagittarijs, illâ rupturus, ni Rætorum, Vindelicorumque, & Gallicæ cohortes ſigna obieciſſent: niſu tamen corporis, & impetu equi peruaſit, oblitus faciem ſuo cruore ne noſceretur. quidam agnitum à Chaucis inter auxilia Romana agentibus, emiſſumque tradiderunt. Virtus ſeu fraus eadem, Inguiomero effugium dedit: ceteri paſſim trucidati. & pleroſque tranare Viſurgim conantes, iniecta tela aut vis fluminis, poſtremò moles ruentium, & incidentes ripæ, operuêre. quidam turpi fugâ in ſumma arborum niſi, ramisque ſe occultantes, admotis ſagittarijs per ludibrium figebantur: alios prorutæ arbores adflixêre. Magna ea victoria, neque cruenta nobis fuit. Quintâ ab horâ diei ad noctem cæſi hoſtes, decem millia paſſuum cadaueribus atque armis oppleuêre: [48] repertis inter ſpolia eorum cathenis quas in Romanos, vt non dubio euentu, portauerant. Miles in loco prælij, [49] Tiberium Imperatorem ſalutauit, ſtruxitque aggerem, & in modum trophæorum arma, ſubſcriptis victarum gentium nominibus, impoſuit. Haut perinde Germanos vulnera, luctus, excidia, quàm ea ſpecies dolore & irâ adfêcit. qui modò abire ſedibus, trans Albim concedere parabant, pugnam volunt, arma rapiunt: plebes, primores, iuuentus, ſenes, agmen Romanum repentè incurſant, turbant. Poſtremò diligunt locum, flumine & ſiluis clauſum, artâ intus planitie, & humidâ: ſiluas quoque profunda palus ambibat, niſi quòd latus vnum Angriuarij lato aggere extulerant, quo à Cheruſcis dirimerentur. hîc pedes adſtitit, equitem propinquis lucis texêre, vt ingreſſis

Idem Inguiomero.

Tropheum Romani in loco excitant.

Quâ contumeliâ Germani accenſi.

Quam felicem Romanis Aquila prodicunt.

Vincunturque Germani:

Nec virtus Arminii, niſi ad effugium profuit.

chrè lateque ſe pandit, inter flumen & colles ſaltuſque circumiectos. Non poteſt aptior pugnæ magnæ planicies, & pro Taciti hîc deſcriptione. Diſtat ab opido Bremâ duobus circiter Germanicis milliaribus, circa pagum qui Vegeſackus *dicitur.*

45 IMPERATOREM ADVERTERE.] *Sic lib.* IV. *Hiſt.* Aduertit ea res Veſpaſianum. *& Liuius lib.* I. *emendante me:* Aduerteratque ea res etiam Sabinos tanti periculo viri. *Nam hactenus* auerteratque *ſcriptum reperias, ignorantiâ hiſtoricæ dictionis. Ceterùm, illud mirum vnde hic aquilæ noſtris terris haud temerè viſæ. Ac ſubuereor vt falſa ſpecies obiecta Germanico, aliæque alites fuerint.*

46. SEQVERENTVR ROMANAS AVES.] *Aquilas intellegit, quæ à C. Marij æuo propriæ Romanis. De quibus in* EXCVRS. C.

47. LEGIONVM NVMINA.] *Ita alibi:* Mox conuerſus ad ſigna & bellorum deos. *Dionyſius, de ijſdem:* Τιμιώτατα γὰρ Ῥωμαίοις ταῦτα ὅπλα ἐστίν, καὶ ὥσπερ ἱδρύματα θεῶν ἱερὰ νομίζουσι. *Adeò autem ſigna pro dijs, vti per ea miles iuraret. Liuius tib.* VI. Obſtringere periurio non ſe ſolùm ſuumque caput, ſed ſigna militaria & aquilas, ſacramentique religionem. *Tertullianus:* Religio Romanorum tota caſtrenſis ſigna veneratur, ſigna iurat, omnibus diis præponit. *Exemplum eius ſacramenti egregium apud Lucanum lib.* I. *vbi Lælius Cæſari:* —— per ſigna decem felicia caſtris,

Perque tuos iuro quocumque ex hoſte triumphos.

Imò & adorata ea. Diſce è Sozomeno Eccleſ. Hiſt. l. I. *cap.* IV. *vbi de Labaro.* Σημεῖον δὲ τοῦτο τιμιώτατον, καθότι ἀεὶ τῷ βασιλέως ἡγεῖται, καὶ προσκυνεῖται νενόμισται παρὰ στρατιωτῶν: Hoc ſignum venerabile maximè, quia & principem antecedere, & adorari etiam à militibus ſolebat.

48. REPERTIS CATHENIS.] *Fecit idem M. Antonius apud Florum lib.* III. *qui* Cretam inuaſit cum ingenti quidem victoriæ ſpe atque fiduciâ, adeò vt plures cathenas in nauibus quàm arma portaret. *Fecit Flaminius, in Polybio lib.* III. *qui ſuos ita vanitatis impleuit,* vt plures eſſent qui ἁλύσεις καὶ πέδας καὶ τοιαύτην παρασκευὴν ferrent quàm qui arma. *Sed vtriuſque quis exitus? qui nunc Germanorum. Nec aliter ſolet magnus ille deus, qui deijcit quidquid vanè ſe attollit.*

49. TIBERIVM IMP. SALVTAVIT.] *Oportuerat Germanicum ipſum, qui dux & auctor facti. Sed Auguſtus vt auſpicia ſeruauit ſibi; ſic honorem omnem rei à ducibus ſuis legatiſve geſtæ. Nam qui ductu quidem ſuo, alienis tamen auſpicijs vicerat: ne antiquitus quidem Imp. ſalutabatur, aut triumphabat. Hoc adulans ſuo Principi Horatius voluit:*

Te copias, te conſilium, & tuos
Præbente diuos.

Et

A sis siluam legionibus à tergo foret. Nihil ex ijs Cæsari incognitum : consilia, locos, promta, occulta nouerat, astusque hostium in perniciem ipsis vertebat. Seio Tuberoni legato tradit equitem, campumque. peditum aciem ita instruxit, vt pars æquo in siluam aditu incederet, pars obiectum aggerem eniteretur. quod arduum, sibi; cetera legatis permisit. Quibus plana euenerant, facilè inrupêre : quîs impugnandus agger, vt si murum succederent, grauibus supernè ictibus conflictabantur. Sensit dux imparem cominus pugnam, remotisque paullùm legionibus, funditores [50] libratoresque excutere tela, & proturbare hostem iubet. missæ è tormentis hastæ, quantoque conspicui magis propugnatores, tantò pluribus vulneribus deiecti. Primus Cæsar cum prætorijs cohortibus, capto vallo, dedit impetum in siluas. conlato illîc gradu certatum. hostem à tergo palus, Romanos flumen aut montes claudebant : vtrisque necessitas in loco, spes in virtute, salus ex victoriâ. Nec minor Germanis animus, sed genere pugnæ & armorum superabantur : cùm ingens multitudo, artis locis, prælongas hastas non protenderet, non B colligeret, neque adsultibus & velocitate corporum vteretur, coacta stabile ad prœlium. Contrà miles, cui [51] scutum pectori adpressum, & [52] insidens capulo manus, latos barbarorum artus, [53] nuda ora foderet, viamque strage hostium aperiret : inpromto iam Arminio, ob continua pericula, siue illum recèns acceptum vulnus tardauerat. Quin & Inguiomerum totâ volitantem acie, fortuna magis quàm virtus deserebat. & Germanicus quò magis adgnosceretur, [54] detraxerat tegimen capiti, orabatque insisterent cædibus, nil opus captiuis, solam internicionem gentis finem bello fore. Iamque sero diei subducit ex acie legionem, faciendis castris : ceteræ ad noctem cruore hostium satiatæ sunt. equites ambiguè certauêre. Laudatis pro concione victoribus Cæsar, congeriem armorum struxit, superbo cum titulo, DEBELLATIS INTER RHENVM ALBIMQVE NATIONIBVS EXERCITVM TIBERII CÆSARIS EA MONIMENTA MARTI ET IOVI ET AVGVSTO SACRAVISSE. de se nihil addidit, metu inuidiæ, an ratus conscientiam * facti satis esse. Mox bellum in Angriuarios Stertinio mandat, ni deditionem properauissent : atque illi supplices, nihil abnuendo veniam C omnium accepêre. [55] Sed æstate iam adultâ, legionum aliæ itinere terrestri in hibernacula remissæ, plures Cæsar classi impositas per flumen Amisiam Oceano inuexit. Ac primò placidum æquor mille nauium remis strepere, aut velis impelli : mox atro nubium globo [56] effusa grando : simul varijs vndique procellis, incerti fluctus prospectum adimere, regimen impedire : milesque pauidus, & casuum maris ignarus, dum turbat nautas, vel intempestiuè iuuat, officia prudentium corrumpebat. omne dehinc cælum & [57] mare omne in Austrum cessit, qui tumidis Germaniæ terris, profundis amnibus, immenso

Cap. 20. *Iterumq; ad pugnam ventum.*

Quæ acris & ambigua.

Cap. 21.

Romani tamen pro victoribus.

Cap. 22. *Monumentum & titulus rerum magnificus.*

* *Vel*, factis

Cap. 23.

Miles pleruſque classe reducitur:

Cum clade, & panè extitio:

Ita Oceanus intumuit.

Et ab hac re statim, in trophæi inscriptione legis, Exercitum Tiberij Imperatoris ea monumenta consecrauisse; *non, Germanici, qui ducebat.*

50. LIBRATORESQVE.] *Sunt qui tormentis hastas aut lapides excutiunt : quia librant scilicet, & iactus arte expendunt. Sic* III. *Histor.* vincla ac libramenta tormentorum *appellat. Hoc verius, quàm referri ad* libralia *: quod suspicabar* I V. *Poliorcet. Dialog.* III.

51. SCVTVM PECTORI.] *Diuersum à Germanico. Illud planum, non sic tegebat : hoc incuruum, corpori adhærebat, & circumfundebatur.*

52. INSIDENS CAPVLO.] *Pulchrè & significanter dictum, in minoribus gladijs. In oblongis, quibus ritu Gallorum Germani vtebantur, non eadem manus habitudo: neque firmiter aut tenet gladios, aut regit.*

53. NVDA ORA.] *Nam, ait noster in Germaniâ,* vix vni alterive cassis aut galea.

54. DETRAXERAT TEGIMEN.] *Idem video Cyrum minorem fecisse in pugnâ illâ sibi extremâ : cuius caussam tamen Xenophon ambiguè refert ad morem Persarum, qui nudis capitibus pugnam inibant.*

55. SED ÆSTATE IAM ADVLTA.] *Sæpè ita loquitur noster, imitatione apertâ Sallustij. quam phrasim operæ est semel à iuuentute intellegi, ex Seruianis notis, ad illud* Vere nouo. Id est, *ait,* primo mense Martio. Nam veteres per singula tempora anni, quæ in tres menses diuiduntur, obseruant, vt sic dicant : Primum mensem, Nouum ver : secundum, Adultum : tertium, Præceps. Ita de Hieme, Æstate, Autumno. sic semper Sallustius. *Simile, quod Græci annum partiuntur :* Ἰσαμῶς τὸ ἔτος, μεσοῦντος, ἢ λήγοντος.

56. EFFVSA GRANDO.] *Sub quam, occultâ caussâ, semper, vt aiunt, Oceanus intumescit.*

57. MARE OMNE IN AVSTRVM.] *Non abnuo de vero Austro. nam ille à terrâ naues in mare interius rapiat : quod ostendit factum, cùm subdit,* difiecitque naues in aperta Oceani. *Procul igitur à litore : cui Notus impegisset. Facit eodem, quod de* insulis longiùs sitis *adiungit : & potest* Orcadas *intelle-*

immenſo nubium tractu validus, & rigore vicini Septemtrionis horridior, rapuit diſiecitque naues in aperta Oceani, aut inſulas ſaxis abruptas, vel per occulta vada infeſtas. A

Eius tempeſtatis pulchra ſpecies.

quibus paullùm ægreque vitatis poſtquam mutabat æſtus, [58] eódem quò ventus ferebat; non adhærere anchoris, non exhaurire inrumpentis vndas poterant. equi, iumenta, ſarcinæ, etiam arma præcipitantur, quo leuarentur [59] aluei * manantes per latera, & fluctu ſuper vrgente. Quanto violentior cetero mari Oceanus, & truculentiâ cæli præſtat Germania, tantum illa clades nouitate & magnitudine exceſſit, hoſtilibus circùm litoribus, aut ita vaſto & profundo, vt credatur nouiſſimum ac ſine terris mare. pars nauium hauſtæ ſunt, plures, apud inſulas longiùs ſitas eiectæ: mileſque nullo illîc hominum cultu, fame abſumptus, niſi quos corpora equorum eodem eliſa toleraue-

* nantes

Cap. 24.

Germanicus in Chaucos reijcitur:

rant. Sola Germanici triremis Chaucorum terram adpulit, quem per omnes illos dies nocteſque, apud [60] ſcopulos & prominentis oras; cùm ſe tanti exitij reum clamitaret, vix cohibuêre amici, quo minùs eodem mari oppeteret. Tandem relabente æſtu, & ſecundante vento, claudæ naues, raro remigio, aut intentis veſtibus, & quædam à validioribus tractæ, reuertêre: quas raptim refectas miſit, vt ſcrutarentur inſulas. & collecti eâ curâ plerique: multos Angriuarij nuper in fidem accepti, redemtos ab interioribus reddidere. quidam in Britanniam rapti, & remiſſi à regulis. Vt quis ex longinquo reuenerat, miracula narrabant, vim turbinum, & [61] inauditas volucres, monſtra maris, ambiguas hominum & beluarum formas: viſa, ſiue ex metu credita.

Seruati & alij quidam, ſed pauci.

B

Cap. 25.

Hæc clades Germanos erigit: Quos contra Cæſar it.

Sed fama claſſis amiſſæ, vt Germanos ad ſpem belli, ita Cæſarem ad coërcendum erexit. C. Silio cum triginta peditum, tribus equitum millibus, ire in Cattos imperat: ipſe maioribus copijs Marſos irrumpit. quorum dux Malouendus nuper in deditionem acceptus, [62] propinquo loco defoſſam Varianæ legionis aquilam modico præſidio ſeruari indicat. Miſſa extemplò manus, quæ hoſtem à fronte eliceret, alij qui terga circumgreſſi recluderent humum: & vtriſque adfuit fortuna. Eò promtior Cæſar pergit introrſus, populatur, exſcindit, [63] non auſum congredi hoſtem: aut ſicubi reſtiterat, ſtatim pulſum, nec vmquam magis, vt ex captiuis cognitum eſt, pauentem. Quippe inuictos & nullis caſibus ſuperabiles Romanos prædicabant, qui perditâ claſſe, amiſſis armis, poſt conſtrata equorum virorumque corporibus litora, eâdem virtute, pari ferociâ, & veluti aucti numero inrupiſſent. Reductus inde [64] in * Hiona miles lætus animi, quòd aduerſa maris, expeditione proſperâ penſauiſſet. addidit munificentiam Cæſar, quantum quis damni profeſſus erat exſoluendo. Nec dubium habebatur, labare hoſtes, petendæque pacis conſilia ſumere, & ſi proxima æſtas adijceretur, poſſe bellum patrari: ſed crebris epiſtolis Tiberius monebat, *rediret ad decretum triumphum. ſatis iam euentuum, ſatis caſuum: proſpera illi & magna prælia: eorum quoque meminißet, quæ venti & fluctus, nullâ ducis culpâ, grauia tamen & ſæua damna intuliſſent.* [65] *Se nouies à diuo Auguſto*

C

Cap. 26.

* hiberna

Germani ad pacem iam flectebant: Sed Cæſarem maior Cæſar auocat.

gere, aut potiùs eas, quæ haud procul litore Friſico hodieque exſtant. Nam quòd longinquas *facit; fama & redeuntes hæc auxerunt, ac timidis inſolitiſque maris ita viſæ.*

58. EÓDEM QVÒ VENTVS FEREBAT.] *Non malè etiam,* eodemque quò ventus: *atque ita iam didici in Florentino eſſe. Liuius libro* XXVI. Acer etiam Septemtrio ortus inclinatum ſtagnum eódem quò æſtus ferebat.

59. ALVEI MANANTES.] *Nec diſpliceret ſcribi,* nantes.

60. SCOPVLOS ET PROM.] *Quantum ego vidi vel audiui, non ſunt in eo tractu litorales ſcopuli. Eſt mollis aut arenoſa terra, nec niſi arte aut opere elata.*

61. INAVDITAS VOLVCRES.] *Nec eæ quidem ſunt. Libuit iſtis apud ignaras aures, in his & ſequentibus,* παγῳδεῖν, *& narrare quæ noſter meritò ambigit,* viſa, ſiue ex metu credita. *Imò nec viſa, nec credita, ſed vanitate efficta.*

62. PROPINQVO LOCO.] *Malim,* luco. *Hîc autem inuenta aquilarum vna, & ſupra lib.* I. *altera. ergo receptæ nunc omnes, quia tertia ſeruata militis aſtu. Florus tamen ſcripſit,* Signa, & aquilas duas adhuc Barbari poſſident: tertiam ſignifer, *&c. Parùm conſideratè. niſi ex Liuij perſonâ & ætate loqui hominem placet.*

63. NON AVSVM CONGREDI HOSTEM.] *Legerim hæc & ſequentia,* Non auſo c. hoſte, pulſo, pauente.

64. IN HIONA MILES.] *Vera correctio Beroaldi,* in hiberna miles, *ex Taciti verbis ipſis. Rhenanus qui,* Iuhiona, *legit: & ego qui ſeriò olim refelli, digni ambo qui piemur.*

65. SE NOVIES IN GERMANIAM.] *Non toties in propriè Germaniam: quære in Hiſtoriis; & examina:*

D

Cui cauta & lenta consilia quàm ferocia magis cordi.

Honoribus etiam Germanicum emollit.

A *Augusto in Germaniam missum, plura consilio quàm vi perfeciße.*[66] *Sic Sugambros in deditionem acceptos, sic Sueuos, regemque Maroboduum pace obstrictum posse & Cheruscos, ceterasque rebellium gentes, quando Romanæ vltioni consultum est, internis discordijs relinqui.* Precante Germanico annum efficiendis cœptis, acriùs modestiam eius adgreditur, alterum consulatum offerendo, cuius munia præsens obiret. simul adnectebat, si foret adhuc bellandum, relinqueret materiem Drusi fratris gloriæ, qui nullo tum alio hoste, nonnisi apud Germanias adsequi nomen imperatorium, & [67] deportare lauream posset. Haud contatus est vltrà Germanicus; quamquam fingi ea, seque per inuidiam parto iam decori abstrahi intelligeret. Sub idem tempus, è familiâ Scriboniorum Libo Drusus

Cap. 27. *Libo Drusus maiestatis accusatur:*

defertur moliri res nouas. Eius negotij initium, ordinem, finem curatiùs differam; quia tum primùm reperta sunt, quæ per tot annos Remp. exedêre. Firmius Catus Senator, ex intimâ Libonis amicitiâ, iuuenem improuidum & facilem inanibus, ad Chaldæorum promissa, Magorum sacra, somniorum etiam interpretes impulit: [68] dum

Qui temerè Chaldæos consuluit.

B proauum Pompeium, [69] amitam Scriboniam, quæ quondam Augusti coniunx fuerat, consobrinos Cæsares, plenam imaginibus domum ostentat: hortaturque ad luxum & æs alienum, socius libidinum & necessitatum, quo pluribus indicijs inligaret. Vt satis

Cap. 28. *Delatus ab ijsipsis, qui impulerant.*

testium, & qui serui eadem noscerent, reperit: aditum ad principem postulat, demonstrato crimine & reo [70] per Flaccum Vesculanium equitem Romanum, cui propior cum Tiberio vsus erat. Cæsar indicium haut aspernatus, congressus abnuit: posse enim, eodem Flacco internuntio, sermones commeare. atque interim Libonem ornat præturâ, conuictibus adhibet, non vultu alienatus, non verbis commotior (adeò iram condiderat) cunctaque eius dicta factaque cùm prohibere posset, scire malebat. donec Iunius quidam tentatus vt infernas vmbras carminibus eliceret, ad Fulcinium Trionem indicium detulit. Celebre inter accusatores Trionis ingenium erat, auidumque famæ malæ. statim corripit reum, adit consules; senatus cognitionem poscit: & vocantur patres, addito, consultandum super re magnâ & atroci. Libo interim veste mutatâ,

Tiberius dissimulat, & ruere eum patitur.

Cap. 29. *Ad extremum in senatu accusatur.*

cum primoribus feminis, circumire domos, orare adfines, vocem aduersum pericula

C poscere: abnuentibus cunctis; cùm diuersa prætenderent, [71] eâdem formidine. Die senatus

mina: sed intellegit sumitq; vnà missiones, opinor, in Pannoniam, & Illyricum.

66. SIC SVGAMBROS.] *Id accidit Tiberio ipso duce. Vide Dionem libro* LV. *in cuius verbis menda, Cantabriq; appellantur in Germaniâ, qui reuerà Sugambri: vt monui olim antiquar. lect. lib.* I. *cap.* VI. *Suetonius*: Sueuos & Sugambros dedentes se in Galliam traduxit, & in proximis Rheno agris collocauit. *Eutropius lib.* VII. Tiberius CCCC. M. captiuorum ex Germaniâ transtulit, & supra ripam rheni in Galliâ collocauit. *Isidorus non obscurè indicat hosipsos esse, qui Burgundiones postea appellati, largiter potuerunt.* Burgundiones, *inquit*, quon-

D dam à Romanis subactâ *interiore Germaniâ per castrorum limites positi à Tiberio Cæsare, in magnam coaluerunt gentem. atque ita nomen ex locis sumpserunt, quia crebra per limites habitacula constituta, Burgos vulgò vocant. Hi posteà rebelles effecti Romanis, plusquam LXXX. ∞ armatorum ripas Rheni fluminis insedêrunt & nomen gentis obtinuerunt. *A quo tamen diuersus it Ammianus, qui originem eorum à Romanis trahit:* Gratanter ratione geminâ Principis acceptæ sunt litteræ. prima, quod iam inde temporibus priscis sobolem se esse Romanam Burgundij sciunt: dein, quòd salinarum, finiumque caussa Alemanis sæpè iurgabant.

67. DEPORTARE LAVREAM POSSET.] *Id est, triumphare. Triumphantes enim ascendere Capitolium soliti, & laurum quam manu tenebant, quæq; in fascibus lictorum, deponere in gremio Iouis: arbitri scilicet victoriæ & auctoris. Plura in* EXCVRS. D.

68. DVM PROAVVM POMPEIVM.] *Ante lucem quærere occepi hoc stemma; & vereor vt concubium noctis sit priusquam pertingam. Cur Liboni huic proauus Pompeius, scio: cur Cæsares consobrini. In scriboniâ amitâ hæreo, quæ ex historijs quidem adstruitur saltem matertera maior. nisi placet amitæ nomine abusum Tacitum esse. Si non est: sequitur vt paternum genus etiam (nam de materno constat) huic adolescenti è Scribonijs sit. Et suadet herclè nomen: quia Tacito dicitur, Scribonius. Libo Drusus. Censeo L. Scribonio Liboni, qui consul cum M. Antonio fuit, fratrem fuisse alium Scribonium, cuius nepos iste. ita, inquam, vt maritus Pompeiæ Scribonius aliquis fuerit. Liquere res nisi ex Genesi non potest: quam in* EXCVRS. *vide* E.

*Fortè, vlteriore Germ.

69. AMITAM SCRIBONIAM.] *Digna lectu de totâ hac re apud Senec. epist.* LXXI.

70. PER FLACCVM VESCVLARIVM.] *Qui tamen infrà lib. V. est, Vesculanius Atticus insidiarum in Libonem internuncius.*

71. EADEM FORMIDINE.] *Omnes enim timebant Principis offensam.*

natus metu & ægritudine fessus, siue vt tradidere quidam, simulato morbō, [72] lectică A
delatus ad fores curiæ, [73] innisusque fratri, & manus ac supplices voces ad Tiberium
tendens, immoto eius vultu excipitur. mox libellos & auctores recitat Cæsar, ita mode-
Cap. 30. rans, ne lenire, néve asperare crimina videretur. Accesserant præter Trionem & Ca-
tum accusatores, Fonteius Agrippa, [74] & C. Liuius, certabantque cui ius perorandi in
reum daretur: donec Liuius, quia nec ipsi inter se concederent, & Libo sine patrono in-
Et conuincitur ve. ordia potiùs quàm sceleris. troisset, singillatim se crimina obiecturum professus, protulit libellos vecordes adeò,
vt consultauerit Libo, an habiturus foret opes, [75] quîs viam Appiam Brundisium vs-
que pecuniâ operiret. inierant & alia huiuscemodi, stolida, vana; si molliùs acciperes,
miseranda. Vni tamen libello, manu Libonis, nominibus Cæsarum aut senatorum, ad-
Serui in dominum torti, & aduersa leges nouo pallio velata. ditas [76] atroces vel occultas notas, accusator arguebat. Negante reo, agnoscentes seruos
per tormenta interrogari placuit. Et quia [77] vetere senatusconsulto, quæstio in caput
domini prohibebatur, callidus & [78] noui iuris repertor Tiberius, mancipari singulos
[79] actori publico iubet: scilicet, vt in Libonem ex seruis, saluo senatusconsulto, quæ- B
reretur. Ob quæ posterum diem reus petiuit, domumque digressus, extremas preces
[80] P. Quirinio propinquo suo ad principem mandauit: responsum est, vt senatum ro-
Cap. 31. garet. Cingebatur interim [81] milite domus, strepebantque etiam in vestibulo, vt au-
Libo denique tædio & desperatione se conficit. diri, vt adspici possent: cùm Libo, ipsis, quas in nouissimam voluptatem adhibuerat,
epulis excruciatus, vocare percussorem, prehensare seruorum dextras, inserere gladium.
atque illis, dum trepidant, dum refugiunt, euertentibus adpositum mensâ lumen, fe-
ralibus iam sibi tenebris, duos ictus in viscera direxit. Ad gemitum conlabentis, ac-
currêre

72. LECTICA DELATVS.] *Quod receptum in solis ægris. Nam lecticæ, quamquam tam vulgatæ, tamen spernebantur adhuc à Curiæ aditu. Sueton. de Tiberio.* Numquam curiam nisi solus intrauit: lecticâ quondam introlatus æger, comites à se remouit.

73. INNISVSQVE FRATRI.] *Puto L. Scribonio Liboni, qui hoc anno consul.*

74. ET C. LIVIVS.] *Nescio an,* Cluuius.

75. QVIS VIAM APPIAM.] *Non temerè de viâ Appiâ consultauit vanum caput, quia ea inter Romanas vias longissima, & quasi regina, vt ait Statius:*

——— qua limite noto
Appia longarum teritur regina viarum.

Sed pertinuitne ea Brundisium vsque? Negat Frontinus de aquæductibus, qui vltra Capuam non porrigit. Appia aqua, *inquit,* inducta est ab Ap. Claudio Censore. qui & viam Appiam à portâ Capenâ vsque ad vrbem Capuam muniendam curauit. *Adfirmat tamen hîc Tacitus, & Strabo, prolixè lib.* V. *&* VI. *& Horatius:*

Brundisium melius Numici via ducat, an Appi.
alijq;. Omnes benè. Nam Appius ipse non herclè vltra Capuam perduxit. ne potuit quidem, vt fines tunc erant imperij Romani. perduxit posteà siue C. Gracchus Tribunus, qui pleraque vias fecit, refecit: siue C. Cæsar, qui curator viæ Appiæ non leuiter in eam impendit: siue Augustus, de quo inscriptiones priscæ, S. P. Q. R. QVOD. VIÆ. MVNITÆ. SVNT. *Nam certum aliquid non alij, non ego inueni.*

76. ATROCES VEL OCCVLTAS.] *Quæ ad mortem eorum pertinerent, aut cædem.*

77. VETERE SENATVSCONSVLTO.] *Quando & à quo latum id Sc. quæro. Sanè antiquum est, & Cicero referre videtur ad morem maiorum potiùs, quàm ad legem.* Nam cum more maiorum de seruis in dominum ne tormentis quidem quæri liceat: exortus est seruus, qui quem in eculeo appellare non posset, eum accuset solutus. *Idem:* Maiores nostri in dominum de seruo quæri noluerunt, non quia non posset verum inueniri, sed quia videbatur indignum esse, & domino morte ipsâ tristius. *Derogatum ei legi antiquitus, in causâ incest. Pro Milone:* De seruis nullâ lege quæstio C
est in dominum, nisi de incestu, vt fuit in Clodium. *Iurisconsulti excipiunt etiam adulterij crimen, fraudati census, & maiestatis. l.* I. *C. de quæstionibus.*

78. NOVI IVRIS REPERTOR TIBERIVS.] *Imò infamia huius inuenti penes Augustum: erratq; noster, si non errat Dio lib.* LV. Ὅτι δὲ οὐκ ἐξὸν ὂν δοῦλον κατὰ δεσπότου βασανισθῆναι, ἐπέλαβεν ὁσάκις ἂν χρεία τοιοῦδε τινὸς γένηται, τῷ δημοσίῳ αὐτὸν, ἢ καὶ ἑαυτῷ πιπράσκεσθαι, ὅπως ἀλλότριος τῷ κεκινδυνευκότι ὢν ἐξετάζηται, οἱ μὲν ἠτιῶντο, ὅτι ὁ νόμος τῇ τοῦ δεσπότου μεταλλαγῇ καταλύεσθαι ἔμελλεν: Quod verò cùm non liceret seruum in caput domini torqueri, iussit vt quoties eius rei vsus esset, vendi seruum vel actori publico, vel sibiipsi Principi; vt iam quasi alienus à reo examinari posset: id sanè nonnulli criminati sunt, quasi legem eâ domini mutatione dissolueret. D

79. ACTORI PVBLICO.] *Mancipari, mancupio tradi:* πιπράσκεσθαι, *siue vendi, dixit Dio. Suprà:* Hortisque venditis statuam Augusti simul mancipasset. *Libro* III. Seruos quoque Silani, vt tormentis interrogarentur, actor publicus mancipio acceperat. *Sed quis publicus Actor? non alius, quàm publicus siue seruus siue libertus: proprio tamen munere, qui res rationesq; Reip. administrabat. Plura in* EXCVRS. F.

80. P. QVIRINIO PROPINQVO SVO.] *Est P. Sulpicius Quirinius, qui Æmiliam Lepidam habuit vxorem. vnde adfinitas. Nam ipse ignobilis.*

81. MILITE DOMVS.] *Qui necessitatem ostenderent, & sponte aut vi pereundum.*

82. PRÆ-

A currêre liberti, & cæde visâ miles abstitit. Accusatio tamen apud patres adseuerationeeâdem peracta, iurauitque Tiberius petiturum se vitam, quamuis nocenti, nisi voluntariam mortem properauisset. Bona inter accusatores diuiduntur: &[82] præturæ extra ordinem datæ, his qui senatorij ordinis erant.[83] Tunc Cotta Messallinus, ne imago Libonis exsequias posterorum comitaretur, censuit: Gn. Lentulus, ne quis Scribonius cognomentum Drusi adsumeret. supplicationum dies, Pomponij Flacci sententiâ, constituti. vt dona Ioui, Marti, Concordiæ, vtque Iduum Septembrium dies, quo se Libo interfecerat, dies festus haberetur, [84] L. P. & Gallus * Asinius, & Papius Mutilus, & L. Apronius decreuêre: quorum auctoritates adulationesque retuli, vt sciretur vetus id in Rep. malum. [85] Facta & de Mathematicis Magisque Italiâ pellendis senatus consulta: quorum è numero, L. Pituanius [86] saxo deiectus est. In P. Martium consules [87] extra portam Exquilinam, cùm [88] classicum canere iussissent, [89] more prisco adUertêre. Proximo senatus die, multa in luxum ciuitatis dicta à Q. Haterio consulari, B Octauio Frontone præturâ functo: decretumque [90] ne vasa auro solida ministrandis cibis fierent, [91] ne vestis serica viros fœdaret. Excessit Fronto, ac postulauit [92] modum argento, supellectili, familiæ. Erat quippe adhuc frequens senatoribus, siquid è Rep. credeCap. 32. *Præmia accusatoribus.*

Et varia in mortuum decreta, praui ssimæ adulationis: * Asinij.

Vnum vtilissimum, de vatibus pellendis.

Cap. 33.

Luxus publicus leuiter coërcitus.

82. PRÆTVRÆ EXTRA ORDINEM.] *An supra numerum eos Prætores adiectos vult? certè enim vnius prætura tantùm vacabat. An potiùs, in annum proximum destinatos eos, extra sortem aleámque comitiorum?*

83. TVNC COTTA MESSALLINVS.] *Cotta hic inter notas & vibices eius sæcli, filius, vt Plinius * ait, Messallæ oratoris: patris optimi degener proles. De imaginibus in funere, déque hoc interdicto, non repeto ea quæ scripsi in Electis cap.* XXIX. *Sic Bruti & Cassij imagines abolitæ, infrà lib.* III. Viginti clarissimarum familiarũ imagines antelatæ sunt, Manlij, Quinctij, aliaque eiusdem nobilitatis nomina: sed præfulgebant Cassius atque Btutus hoc ipso, quòd effigies eorum non visebantur.

84. L. P. ET GALLVS ASINIVS.] *Vereor vt elapsum exscriptori sit aliquod nomen. Diuinabam olim,* L. Pætus Gallus Asinius. *Pætos sanè illo æuo in Senatu fuisse, docet liber* XV. *vbi Cæsonius Pætus. Quid si etiam,* L. P. & Gallus Asinij? *vt prænominibus distinguat plures eius gentes. Nam Asinij aliquot Senatores, imò consulares, vti infrà dicam.*

85. FACTA ET DE MATHEMATICIS.] *Imò repetita potiùs. Nam veteri legi edictóque, pridem amota èRep. illa pestis. Adde quæ in* EXCVRS. G.

86. SAXO DEIECTVS EST.] *Tarpeio. ita dicebant, sine aliâ additione. Plautus:*

Qui in amore, (*malim* amorem) præcipitauit,
D peiùs perit, quàm si saxo saliat.

Lucretius: ——— sceleriséque luela
Carcer, & horribilis de saxo iactus deorsum.

87. EXTRA PORTAM EXQVILINAM.] *Supplicia pleraque apud Romanos sumi solita extra portas. credo, ne frequenti sanguine & cæde, contaminari oculi ciuium, aut delibari videretur libertas. Exempla in* EXCVRS. H.

88. CLASSICVM CANERE.] *Non cuilibet è plebe doctorum notus mos. Cùm eius rei capitalis dies dicta esset, claßicum in celeberrimis vrbis locis canebat, & postremò ante ianuam damnati. Plutarchus in Gracchis:* Καὶτοι πάτριόν ἐστιν ἡμῖν, ἔιτις ἔχων δίκην θανατικὴν μὴ ὑπακούει, τύτῳ πρὸς τὰς θύρας ἔωθεν ἐλθόντα σαλπιγκτὴν ἀνακαλεῖσθαι τῇ σάλπιγγι, καὶ μὴ πρότερον ὑπιφέρειν ψῆφον αὐτῷ τὰς δικαστὰς: Patrius nobis mos est, siquis capitis accusatur, neque obaudit, ad eius fores mane Tubicinem ire, & classicum canere, nec ante iudices sententiam de eo ferre. *Seneca lib.* I. *de Irâ:* Itaque etsi peruersa induenda magistratui vestis, & conuocanda classico concio est, procedam in tribunal non furens nec infestus, sed vultu lenis, & illa sollennia verba graui magis quàm rabidâ voce concipiã. *In Commentario* NV. *Sergij apud Varronem, lib.* V. *de LL.* Quo die comitia erunt, in arce classicum canat, endo (*sic emendo*) circumque mœros, & ante priuati huiusce T. Quinctij Trogi scelerosi hominis hosticum (*leg. est,* hostium) canat, & vt in campo cum primo luci adsit. *Seneca iterùm huc respexit Epist.* XVII. Cùm classicum cecinit, scit non sepeti: cùm aliqua conclamatio est, quomodo exeat, non quid efferat, quærit. *Puto & Lucilius, hoc versu Trochaico:*

Rauco concionem sonitu & curuis cogant cornibus.

Nec Romæ solùm & inter ciues seruatus ille mos: sed etiam in prouincijs, nisi fallunt me Declamatores (& hercle vereor vt animi ingenijq; caußâ fallant) apud Senecam Patrem lib. IX. *Controu.* II. *de Flaminio qui inter cœnam noxium puniuit. Capito:* Fit à præcone silentium: adhibentur deinde legitima verba: canitur ex alterâ parte classicum. *Caßius Seuerus:* Si tribunal conscenderit conuiuiali veste: si cùm classicum canere debeat, symphoniam canere iusserit.

* Lib X. cap. XXII.

89. MORE PRISCO.] *Supplicium prisci moris quale, pete à me in lib.* XV.

90. NE VASA AVRO.] *Vide luxum eius æui, & gratulare sæculo nostro. Dio paullò commun iùsi d concipit: quasi interdicta omnia vasa auri, nisi quæ ad sacra.*

91. NE VESTIS SERICA.] *Nolim erres. distincta genera vestium olim. Byßina, Bombycina, Serica. quæ persequor & euoluo in* EXCVRS. I.

92. MODVM ARGENTO.] *Id est, certum pondus numerúmque definiri voluit: tot pondo argenti, tot seruos, talem supellectilem.*

Quem ex professo defendit Asinius.

crederent, loco sententiæ promere. Contrà Gallus Asinius disseruit, *Auctu imperij adoleuisse etiam priuatas opes, idque non nouum, sed è vetustissimis moribus. Aliam apud Fabricios,*[93] *aliam apud Scipiones pecuniam, & cuncta ad Remp. referri. quâ tenui, angustas ciuium domos, postquam eò magnificentiæ venerit, gliscere singulos. Neque in familia & argento, quæque ad vsum parentur, nimium aliquid, aut modicum, nisi ex fortunâ possidentis. distinctos senatus & equitum census: non quia diuersi naturâ, sed vt locis, ordinibus, dignationibus antistent,*[94] *talesque ad requiem animi aut salubritatem corporum parentur. nisi fortè clarissimo cuique plures curas, maiora pericula subeunda; delinimentis curarum & periculorum carendum esse.* Facilem adsensum Gallo, sub nominibus honestis,[95] confessio vitiorum & similitudo audientium dedit. Adiecerat & Tiberius, non id tempus censuræ: nec si quid in moribus labaret, defuturum corrigendi auctorem. Inter quæ L. Piso ambitum fori, corrupta iudicia, sæuitiam oratorum accusationes minitantium increpans, abire se, & cedere vrbe, victurum in aliquo abdito & longinquo rure testabatur. simul curiam relinquebat. Commotus est Tiberius, & quamquam mitibus verbis Pisonem permulsisset, propinquos quoque eius impulit, vt abeuntem auctoritate vel precibus tenerent. Haut minus liberi doloris documentum idem Piso mox dedit, vocatâ in ius Vrgulaniâ, quam supra leges amicitia Augustæ extulerat. nec aut Vrgulania obtemperauit, in domum Cæsaris spreto Pisone vecta; aut ille abstitit, quamquam Augusta se violari & imminui quereretur. Tiberius hactenus indulgere matri ciuile ratus, vt se iturum ad prætoris tribunal, adfuturum Vrgulaniæ diceret, processit palatio, procul sequi iussis militibus. spectabatur, occurrante populo, compositus ore, & sermonibus varijs tempus atque iter ducens: donec propinquis Pisonem frustrà coërcentibus, deferri Augusta pecuniam quæ petebatur iuberet. Isque finis rei, ex qua neque Piso inglorius, & Cæsar maiore famâ fuit. Ceterùm Vrgulaniæ potentia adeò nimia ciuitati erat, vt testis in caussâ quâdam quæ apud senatum tractabatur, venire dedignaretur:[96] missus est prætor, qui domi interrogaret: cùm virgines Vestales in foro & iudicio audiri, quoties testimonium dicerent, vetus mos fuerit. Res eo anno prolatas haut referrem, ni pretium foret, Gn. Pisonis & Asinij Galli super eo negotio diuersas sententias noscere. Piso, quamquam[97] abfuturum se dixerat Cæsar, ob id magis agendum censebat, vt absente Principe, senatus & equites possent sua munia sustinere. decorum Reip. fore. Gallus, quia speciem libertatis Piso præceperat, nihil satis illustre, aut ex dignitate populi Romani nisi coram & sub oculis Cæsaris: eoque conuentum Italiæ & adfluentis prouincias, præsentiæ eius seruanda dicebat. Audiente hæc Tiberio ac silente, magnis vtrimque contentionibus acta: sed res dilatæ. Et certamen Gallo aduersus Cæsarem exortum est. nam[98] censuit in quinquennium magistratuum comitia habenda:[99] vtq; legionum

Facili assensu, in omnium contage.

Cap. 34.

Pisonis libera vox & mina.

Vrgulania delictum Liuia.

Potentia, vel impotentia potiùs, mulierculæ.

Cap. 35.

De rebus agendis certatio.

Cap. 36.

Asinij Galli sententia super comitijs.

93. ALIAM APVD SCIPIONES PECVNIAM.] *Largâ significatione pecuniam dixit, vt lex* X. *viralis, & Iurisconsulti.*

94. TALESQVE AD REQVIEM ANIMI.] *Quid est illud,* tales? *Censeo rescribendum,* dignationibus antistent, alijsque, quæ ad requiem. *Ideò (inquit bonus patronus luxuriæ) repertum discernere censum Senatorum equitúmque à plebe: non solùm vt loco, ordine, dignitate, præmineant, sed etiam supellectile, veste, alijsq; quæ animo aut corpori cara. Potes etiam legere,* ita alijs quæ ad. *minusq; recedes à scripturâ.*

95. CONFESSIO VITIORVM.] *Possit legi,* consensio.

96. MISSVS EST PRÆTOR.] *Quod in egregijs personis obseruari Paulus iubet, l.* XV. *De iureiurando:* Ad egregias personas, eosque qui valetudine impediuntur, domum mitti oportet ad iurandum.

97. ABFVTVRVM SE DIXERAT.] *Omnino sic legendum. Atqui non abfuit, vt è sequentibus omnibus colligas. Ita est: sed dixerat, vt sæpè, & hæc talia ex vsu aut caussâ simulabat.*

98. CENSVIT IN QVINQVENNIVM.] *Non à se id inuênit Gallus, sed imitari decretum C. Cæsaris voluit, de quo Appianus, in personâ M. Antonij,* II. *Ciuil.* Ἡμεῖς γὰρ αὐτοὶ σχεδὸν ἅπαντες, οἱ μὲν ἤρξαμεν ὑπὸ τοῦ Καίσαρι, οἱ δὲ ἔτι ἄρχομεν, αἱρετοὶ πρὸς ἐκείνου γενόμενοι, οἱ δὲ ἐς τὸ μέλλον ἄρχειν κεχειροτονήμεθα. Ἐς γὰρ πεντετεῖς, ὡς ἴσε, καὶ τὰ ἄσκα ἡμῖν καὶ τὰ ἐτήσια, καὶ τὰς τῶν ἐθνῶν ἢ σατοπέδων ἡγεμονίας διετάξατο: Nos enim propè omnes, alij gessimus magistratus electi à Cæsare, alij iam nunc gerimus, alij geremus etiam ab eo designati. Nam in quinquennium, vt scitis, vrbanos annuosque magistratus, & item prouinciarum aut exercituum Præfecturas ordinauit. *De quo etiam Sueton. sentit cap.* LXXVI. *in Iulio:* Magistratus in plures annos ordinauit.

99. VTQVE LEGIONVM LEGATI.] *In exercitu duplices legati, Consulares & Prætorij. Consularis toti*

num legati, qui ante præturam eâ militiâ fungebantur, iam tum prætores deſtinarentur: princeps duodecim candidatos in annos ſingulos nominaret. Haut dubium erat, eam ſententiam altiùs penetrare, & [100] arcana imperij tentari: Tiberius tamen [101] quaſi augeretur poteſtas eius differuit. *Graue moderationi ſuæ tot eligere, tot differre. vix per ſingulos annos offenſiones vitari, quamuis repulſam propinqua ſpes ſoletur: quantum odij fore ab his qui vltra quinquennium proïciantur! vnde proſpici poſſe, quæ cuique tam longo temporis ſpatio mens, domus, fortuna. ſuperbire homines etiam annuâ deſignatione: quid ſi honorem per quinquennium agitent? quintuplicari prorſus magiſtratus, ſubuerti leges, quæ ſua [102] ſpatia exercendæ candidatorum induſtriæ, quærendiſque aut potiundis honoribus ſtatuerint.* Fauorabili in ſpeciem oratione vim imperij tenuit, cenſuſque quorumdam ſenatorum iuuit quò magis mirum fuit, quòd [103] preces M. Hortali nobilis iuuenis, in paupertate manifeſtâ, ſuperbiùs accepiſſet. Nepos erat oratoris Hortenſij, inlectus à diuo Auguſto liberalitate [104] decies ſeſtertiûm ducere vxorem, ſuſcipere liberos, ne clariſſima familia extingueretur. Igitur quatuor filijs ante limen curiæ adſtantibus, loco ſententiæ, quum in palatio ſenatus haberetur, modò Hortenſij inter oratores ſitam imaginem, modò Auguſti intuens, ad hunc modum cœpit. *Patres conſcripti, hos quorum numerum & puertitiam videtis, non ſponte ſuſtuli, ſed quia princeps monebat: ſimul maiores mei meruerant, vt poſteros haberent. nam ego, qui non pecuniam, non ſtudia populi, neque eloquentiam gentile domus noſtræ bonum varietate temporum accipere vel parare potuiſſem, ſatis habebam, ſi tenues res meæ nec mihi pudori, nec cuiquam oneri forent. iuſſus ab imperatore, vxorem duxi. En ſtirps*

Pro Cæſare: vt videbatur: *Sed reiecta à Cæſare ob ſuas cauſſas.*

Cap. 37.

Is liberalis in quoſdam Senatores: *Aſper contrà in nepotem Hortenſij.*

Qui compoſitâ oratione inopiam fatetur, & ſubſidium poſcit.

toti exercitui, Prætorius legioni vni præſidebat. At ecce Gallus, quia multæ legiones, & plures ſanè quàm quotannis Prætores (nam ad XXV. *aut* VI. *illo æuo erant:) Gallus, inquam, hic blanditum legatis iuit, &, vt putabat, Cæſari. Voluit illos, qui ab eo præpoſiti ante Præturam, iam tum Prætores deſignatos eoipſo facto eſſe; & ſequenti anno inire. Quid amplius?* duodecim candidatos in ſingulos annos à Principe nominari. *Sed cuius rei candidatos? Legationis, an Præturæ? Si iſtud, tum augeatur valdè Prætorum numerus, aut certè Prætoriorum: quod tamen Gallus callidè ſuaſit nouo reperto, quia Cæſar iurauerat* (1. *Annal.*) *ſe numerum duodenarium in Prætoribus non exceſſurum. At nunc poteſt excedere, ſed alio titulo & mantello. An placet legationis candidatos accipi? & vt Cæſar quotannis omnes illos nominet, ſolúſque comitia hæc peragat. neque id ſperno: ſed ſpreuit valdè Tiberius, qui totum hoc caput eius ſententiæ nec refutatione, imò nec repetitione dignum cenſuit: & in oratione reïcit prius caput tantùm, de magiſtratibus in quinque annos.*

100. ARCANA IMPERII.] *Quare? Quia validi nimis illi electi fuiſſent, & potuiſſent tractu in Principem coire. Item, odia ſerebantur in ipſum, & fortaſſe conſpiratio, à repulſis. Et ſanè ea mens Taciti. quod verba illa mox oſtendunt:* fauorabili oratione vim imperij tenuit: *quæ reſoluta igitur, & velut eneruata fuiſſet, illâ ſententiâ. Nam addo etiam, inter arcana imperij eſſe, vt Princeps gratiæ & beneficij ſit potens: vix aut non eſſet, in tam longum tempus honoribus ſemel datis.*

101. QVASI AVGERETVR.] *In Medicæo,* auretur, *legitur voce admutilatâ. Illa vera lectio. Augebatur enim poteſtas, cùm in eius manum comitia tot annorum, nouâ ratione, darentur.*

102. SPATIA EXERCENDÆ.] *Tot menſibus aut diebus petant, & in candidâ ſunto: tot deinde adepti, gerant. Neq; enim ſollenniter petere toto anno licebat. Atque hoc eſt* ſpatium exercendæ candidatorum induſtriæ, *olim legibus finitum.*

103. PRECES M. HORTALI.] *Ortalus ſcribitur in Suetonio:* Pleroſque modeſtiâ & pudore deterruit, in quibus Ortalum Q. Hortenſij oratoris nepotem, qui permodicâ re familiari, auctore Auguſto, quatuor liberos tulerat. *Ortalus igitur Hortenſiæ gentis cognomen. Cicero ad Atticum, l.* IV. Ortalus in eâ cauſsâ fuit, cuiuſmodi ſolet. *Infanda quædam de hoc ipſo, niſi fallor, Hortenſio Valerius Maximus narrat. l.* III. Iam Q. quidem Hortenſij, qui in maximo & ingenuorum ciuium & ampliſſimorum prouentu, ſummum auctoritatis atque eloquentiæ gradum obtinuit, Nepos Hortenſius Corbio omnibus ſcortis abiectiorem & obſcæniorem vitam exegit: ad vltimumque lingua eius tam libidini cunctorum inter lupanaria proſtitit, quàm aui pro ſalute ciuium in foro excubuerat. *ſed vocat Corbionem. Anne igitur ſcrib.* Hortalus Corbio? *an corrupta ea vox, ſubſtituendúmque,* Ortalus? *alterum certè horum. Principio etiam Valerianæ narrationis emendo,* in maximo & ingeniorum, & ciuium ampliſſimorum prouentu. *Facio iudicem noſtrum Pighium, cui ſcriptor hic non medicinam debet, ſed vitam. Sed hic Ortalus Hortenſij nepos, numquid ex filio? Apparet. nam & Valerius diſertè Hortenſium eum appellat. Attamen filius magni illius Oratoris, bello ciuili Brutiano periit, præmaturè. Velleius:* Eadem Lucullum Hortenſiumque eminentiſſimorum virorum filios fortuna abſtulit. *Sed debuit ſcilicet iam tunc prolem ſeuiſſe, & reliquiſſe in vrbe. Catulli Elegia quæ ad Ortalum eſt: cenſeo eam eſſe ad huius auum.*

104. DECIES HS.] *Is eſt ipſe cenſus Senatorius, qui ſub Auguſto fuit. nam auxit eum & produxit. Sunt iſta* vigintiquinque millia Philippicûm.

stirps & progenies [105] *tot consulum, tot dictatorum. nec ad inuidiam ista, sed conciliandæ miseri-* A
cordiæ refero. adsequentur florente te Cæsar quos dederis honores, interim Q. Hortensij pronepo-
Cap. 28. *tes, diui Augusti alumnos, ab inopiâ defende.* [106] Inclinatio senatus incitamentum Tiberio
Clausa Tiberio aures, & vulga. fuit, quò promtiùs aduersaretur, his fermè verbis vsus. *Si quantum pauperum est, venire*
huc, & liberis suis petere pecunias cœperint: singuli numquam exsatiabuntur, Resp. deficiet.
Duriter imò negat. *nec sanè ideò à maioribus concessum est egredi aliquando relationem, & quod in commune conducat loco sententiæ proferre, vt priuata negotia, res familiares nostras hîc augeamus: cum inuidiâ*
senatus & principum, siue indulserint legationem, siue abnuerint. Non enim preces sunt
istuc, sed efflagitatio intempestiua quidem & improuisa: cùm alijs de rebus conuenerint patres,
consurgere, & numero atque ætate liberûm suorum, vrgere modestiam senatus, [107] *eamdem vim*
in me transmittere, ac velut perfringere ærarium: quod si ambitione exhauserimus, per scelera
supplendum erit. Dedit tibi Hortale diuus Augustus pecuniam, sed non compellatus, nec eâ lege
vt semper daretur. langueſcet alioqui industria, intendetur secordia, si nullus ex se metus, aut
spes; & securi omnes aliena subsidia exspectabunt, sibi ignaui, nobis graues. Hæc atque talia, B
quamquam cum adsensu audita ab his, quibus omnia principum honesta atque inhonesta laudare mos est, plures per silentium aut occultum murmur excepêre. sensitque
** quinque millia Philippicûm. Ita illustris Hortensiana domus colapsa.* Tiberius, & cùm paullùm reticuisset, Hortalo se respondisse ait, ceterùm si patribus videretur, daturum liberis eius * ducena sestertia singulis, qui sexus virilis essent. Egêre
alij grates: siluit Hortalus, pauore, an auitæ nobilitatis etiam inter angustias fortunæ
Cap. 39. *Clementis seruinon seruile facinus.* retinens. neque miseratus est posthac Tiberius, quamuis domus Hortensij pudendam
ad inopiam dilaberetur. Eodem anno, mancipij vnius audacia, ni maturè subuentum
foret, discordijs armisque ciuilibus Remp. perculisset. Postumi Agrippæ seruus, no-
mine Clemens, comperto fine Augusti, pergere in insulam Planasiam, & fraude aut
Lapsus prima ipe, ad alteram accingitur. vi raptum Agrippam ferre ad exercitus Germanicos, non seruili animo concepit. Ausa
eius impediuit tarditas onerariæ nauis. atque interim patratâ cæde, ad maiora & magis
præcipitia conuersus, [108] furatus cineres, [109] vectusque Coram Ethruriæ promonto-
rium, ignotis locis sese abdit, donec crinem barbamque promitteret. nam ætate &
formâ haut dissimili in dominum erat. Tum per idoneos & secreti eius socios, crebescit C
viuere Agrippam, occultis primùm sermonibus, vt vetita solent; mox vago rumore
Agrippam se facit. apud imperitissimi cuiusque promtas aures, aut rursum apud turbidos, eoque noua
cupientes. Atque ipse adire municipia obscuro diei, neque propalàm aspici, neque diu-
tiùs ijsdem locis. sed quia veritas visu & morâ, falsa festinatione & incertis vale-
Cap. 40. scunt, [110] relinquebat famam, aut præueniebat. Vulgabatur interim per Italiam, seruatum

105. TOT CONSVLVM.] *Vaniloqua hominis oratio & falsa. vbi enim isti tot Consules, tot Dictatores? Certè ego in Hortensiâ gente vnum Dictatorem reperio, & Consulem vnum. Dictatorem anno vrbis* CDLXVII. *secessione plebis. Consulem, Q. Hortensium, huius auum. Sed intellegit fortasse maiores suos etiam ex gente maternâ.*

106 INCLINATIO SENATVS.] *Quare illa impediuit, aut arcuit? debuisset incitare. nam videri volebat omnia per Senatum agere. Sed hîc aliud. ista inclinatio popularitatem quamdam referebat, & seuerum Principem, quasi ad famam & gratiam componebat: spretum Tiberio. Fortasse etiam, quia sponte volebat dare, & solus gratiam habere, non ab alijs inuitatus aut impulsus.*

107. EAMDEM VIM.] *Prisca scriptura*, in me transmerei. *ex quo Beatus*, transumere. *Legebam*, eâdem, inuidiam in me transmittere. *vel etiam*, tandem vim. *Primò, inquit, vrgent modestiam Senatus, denique velut vim mihi adhibent, & ærarium perfringunt. Vim dico, quia velut pro sententiâ dicunt, & Senatus assensum capiunt, aut captant: cui parêre me sit necessum.*

108. FVRATVS CINERES.] *Quare hoc? an ne constaret eo argumento mortuum Postumum, quem viuum ille, & se esse, credi volebat? An caritate in dominum fecit, & alibi sepulturus?*

109. VECTVSQVE CORAM.] *Apud Dionem leges, in Galliam profectum eum. Sed Coræ nomen ego apud Geographos in hoc tractu non reperio: reperio Cosæ. quod Etruriæ opidum fuit in sublimi colle ad mare, cum subiecto sinu. Strabo libro* V. Μετὰ δὲ Ποπλώνιον Κόσα πόλις, μικρὸν ὑπὲρ τῆ θαλάττης, ἔστι δὲ ἐπίλοφος βαθὺς ὑψηλός. *Vicinum id portui Herculis Rutilius in Itinerario locat:* Et desolatæ mœnia fœda Cosæ. *Seruius de eodem:* Cosæ ciuitas Thusciæ, quæ numero singulari etiam secundum Sallustium dicitur. *Nominat & Plinius lib.* II. *Itaque qui me audiet*, Cosam *hîc restituet.*

110. RELINQVEBAT FAMAM.] *Statim abeundo scilicet, priusquam benè innotesceret:* præueniebat *autem, ex inopinato & celeriter se sistendo. Ita parùm gnaros relinquebat, parùm prouidis se sistebat.*

III. SER-

tùm munere deûm Agrippam, credebatur Romæ. iamque Hostiam inuectùm multitudo ingens, iam in vrbe clandestini cœtus celebrabant: cùm Tiberium anceps cura distrahere, vine militum [111] seruum suum coërceret, an inanem credulitatem tempore ipso vanescere sineret. modò nihil spernendum, modò non omnia metuenda, ambiguus pudoris ac metus reputabat. Postremò dat negotium Sallustio Crispo. ille è clientibus duos (quidam milites fuisse tradunt) dilegit, atque hortatur, simulatâ conscientiâ adeant, offerant pecuniam, fidem atque pericula polliceantur. Exsequuntur vt iussum erat. dein speculati noctem incustoditam, acceptâ idoneâ manu, vinctum clauso ore in palatium traxêre. Percontanti Tiberio, *Quomodo Agrippa factus esset?* respondisse fertur, *Quomodo tu Cæsar.* Vt ederet socios, subigi non potuit. nec Tiberius pœnam eius palàm ausus, in secreta palatij parte interfici iussit, corpusque clàm auferri. & quamquam multi è domo Principis, equitesque ac senatores, sustentasse opibus, iuuisse consilijs dicerentur, haut quæsitum. Fine anni, arcus propter ædem Saturni, ob recepta signa cum Varo amissa, ductu Germanici, auspicijs Tiberij; & ædes Fortis Fortunæ Tiberim iuxta in hortis, quos Cæsar dictator populo Rom. legauerat; [112] sacrarium genti Iuliæ, effigiesque Diuo Augusto apud Bouillas dicantur. C. Cœlio, L. Pomponio Coss. Germanicus Cæsar A. D. VII. Kalendas Iunias [113] triumphauit de Cheruscis Cattisque & Angriuarijs, quæque aliæ nationes vsque ad Albim colunt. vecta spolia, captiui, simulacra montium, fluminum, prœliorum: bellumque, quia conficere prohibitus erat, pro confecto accipiebatur. augebat intuentium visus eximia ipsius species, [114] curruque quinque liberis onustus: sed suberat occulta formido reputantibus, haut prosperum in Druso patre eius fauorem vulgi, auunculum eiusdem Marcellum flagrantibus plebis studijs intra iuuentam ereptum, breues & infaustos populi Romani amores. Ceterùm Tiberius nomine Germanici,* trecenos plebi sestertios viritim dedit, seque collegam consulatui eius destinauit. Nec ideò sinceræ caritatis fidem adsecutus, amoliri iuuenem specie honoris statuit, struxitque caussas, aut fortè oblatas arripuit. Rex Archelaus [115] quinquagesimum annum Cappadocia potiebatur, inuisus Tiberio, quòd eum Rhodi agentem nullo officio coluisset. nec id Archelaus per superbiam omiserat, sed ab intimis Augusti monitus; quia florente C. Cæsare, missoque ad res Orientis, intuta Tiberij amicitia credebatur. Vt versâ Cæsarum sobole imperium adeptus est, elicit Archelaum matris litteris, quæ non dissimulatis filij offensionibus clementiam offerebat, si ad precandum veniret. ille ignarus doli, vel si intelligere crederetur vim metuens, in vrbem properat: exceptusque immiti à Principe, & mox accusatus in senatu, non ob crimina quæ fingebantur, sed angore, simul fessus senio, & quia regibus æquà nedum infima insolita sunt, finem vitæ sponte an fato impleuit. Regnum [116] in prouinciam redactum

Stulti & auidi multi credunt.

Tiberius callidè & tranquillè orientem tumultum discutit.

Falsum Agrippam capit.

Cuius in os Cæsaris pulchra & libera vox.

Cap. 41.

Arcus triumphalis Germanico.

A. V. C. DCCLXX.

Ipse speciosissimè triumphat.

Cap. 42.

* septem Philipp. & semis.

Procul mox remouetur, per speciem honoris Archelaus Cappadociæ rex inuisus principi.

Per dolum arcessitur.

Accusatur & moritur.

Regnum eius Prouincia factum.

111. SERVVM SVVM COERCERET.] *Rectum est. Etsi enim Clemens hic seruus Agrippæ olim: tamen nunc Tiberij. ad quem scilicet vniuersa Agrippæ hereditas venerat.*

112. SACRARIVM GENTI IVLIÆ.] *Addito etiam ludicro Circensi. quod docent Cornelij verba, lib.* XV. Ludicrum Circense, vt Iuliæ genti apud Bouillas, ita Claudiæ Domitiæque apud Antium ederetur. *At de Sacrario, exemplum imitatus in gente Flauiâ Domitianus. Statius* V. *Siluar.*

——æternæ modò qui sacraria genti
Condidit, inque alio posuit sua sidera cælo.

113. TRIVMPHAVIT DE CHERVSCIS.] *Plures gentes in hoc triumpho Strabo nominat, sed verbis corruptis: de quibus videro in Germaniâ Taciti.*

114. CVRRVS QVINQVE LIBERIS.] *Ex triumphantium ritu, qui pueros minores in curru, grandiores interdum equis triumphabilibus imponebant. Cicero pro Murenâ, Plutarchus, Suetonius, alij.*

115. QVINQVAGESIMVM ANNVM.] *Iusta putatio. Cepit enim regnum ab Antonio, anno vrbis* DCCXVIII. *Consule Dionem lib.* XLIX.

116. IN PROVINCIAM REDACTVM EST.] *Non nunc quidem, sed paullò pòst à Germanico missò ad res Orientis. Infrà:* At Cappadoces in formam prouinciæ redacti, Q. Veranium legatum accepêre. *Strabo libro* XII. Τῆς δὲ μεγάλης Καππαδοκίας νῦν μὲν ἐκ δύο μερῶν πρώτην διάταξιν. Τελευτήσαντος γὰρ τὸν βίον Ἀρχελάου τοῦ βασιλεύσαντος ἔγνω Καῖσάρ τε καὶ ἡ σύγκλητος ἐπαρχίαν εἶναι Ῥωμαίων αὐτήν. *Regnum autem Cappadociæ à Tiberio primùm in prouinciam redactum, consensu traditum est. Appianum quis hîc audiet, qui refert ad Augustum? Verba eius in Mithridatico:* Ἀριοβαρζάνης μὲν ἔν τε τὴν βασιλείαν ὅλην τῷ παιδὶ ἐνεχείρισε, καὶ πολλαὶ μεταβολαὶ μεχρὶ Καίσαρος ἐγένοντο τοῦ Σεβάστου. Ἐφ' ὃ, καθάπερ τὰ λοιπὰ, καὶ ἥδε ἡ βασιλεία περιῆλθεν ἐς ϛρατηγίαν: Ariobarzanes regnum filio tradidit: varieque mutationes interuenerunt ad Cæsarem vsque Augustum. Is, vt pleraque alia, etiam hoc regnum

(Cappa-

dactum est, fructibusque eius leuari posse [117] centesimæ vectigal professus Cæsar, du- A
centesimam in posterum statuit. Per idem tempus Antiocho Comagenorum, Philo-
patore Cilicum regibus defunctis, turbabantur nationes, plerisque Romanum, alijs re-
gium imperium cupientibus: & prouinciæ Syria atque Iudæa, fessæ oneribus, diminu-
tionem tributi orabant. Igitur hæc, & de Armeniâ quæ suprà memoraui, apud patres
disseruit, nec posse [118] motum Orientem nisi Germanici sapientiâ componi. Nam suam
ætatem vergere, Drusi nondum satis adoleuisse. Tunc decreto patrum, permissæ Ger-
manico prouinciæ, quæ mari diuiduntur, [119] maiusque imperium quoquo adisset,
quàm his qui sorte aut missu Principis obtinerent. Sed Tiberius demouerat Syriâ
[120] Creticum Silanum, per adfinitatem connexum Germanico, quia Silani filia Nero-
ni vetustissimo liberorum eius pacta erat: præfeceratque Gn. Pisonem ingenio vio-
lentum, & obsequij ignarum, insitâ ferociâ à patre Pisone, qui [121] ciuili bello resur-
gentes in Africâ partes acerrimo ministerio aduersus Cæsarem iuuit. mox Brutum &
Cassium secutus, concesso reditu, petitione honorum abstinuit, donec vltrò ambiretur B
delatum ab Augusto [122] consulatum accipere. Sed præter paternos spiritus vxoris quo-
que [123] Plancinæ nobilitate & opibus accendebatur. vix Tiberio concedere, [124] libe-
ros eius vt multum infrà despectare: nec dubium habebat, se dilectum, qui Syriæ im-
poneretur, ad spes Germanici coërcendas. credidêre quidam data & à Tiberio occulta
mandata, & Plancinam haut dubiè Augusta monuit, muliebri æmulatione Agrippi-
nam [125] insectandi. diuisa namque & discors aula erat, tacitis in Drusum aut Ger-
manicum studijs. Tiberius, vt proprium & sui sanguinis Drusum fouebat: Germani-
co, alienato patrui, amorem apud ceteros auxerat; & quia claritudine materni generis
anteibat, [126] auum M. Antonium, auunculum Augustum ferens. contrà Druso pro-
atius eques Rom. Pomponius Atticus, dedecere Claudiorum imagines videbatur: &
con-

Conturbatæ aliæ, in Oriente.

Cap. 43.
Quibus firmandis Germanicus eligitur.
Cum amplâ potestate.
Sed Tiberius coërcet, & æmulum ei adiungit, ferocì ingenio, Pisonem:

Cum occultis mandatis.

Germanicus gratiosus supra Drusum.

(*Cappadociam*) in Prouinciam redegit. *Viâ excidisti, ô bone & fide aliàs scriptor.*

117. CENTESIMÆ VECTIGAL.] *Onus hoc impositum vrbi & Italiæ, post bella ciuilia, ab Augusto: anno, nisi erro,* DCCLIX. *quo tempore ærarium militare institutum, vt tradit Dio l.* LV. *Colligo ex verbis Taciti. quæ l.* I. Centesimam rerum venalium post bella ciuilia institutam deprecante populo, edixit Tiberius militare ærarium eo subsidio niti. *Non aliud autem hoc vectigal, quàm centesimus rerum in auctione venalium nummus. Auctor sic interpretandi Suetonius, qui ducentesimam auctionum appellat, in Caligulâ cap.* XVI. Ducentesimam auctionum Italiæ remisit. *vbi benè Turnebus emendat,* Centesimam. *Benè, inquam, maximus ille Criticus æui nostri. Nec iuuat Suetonij receptam lectionem hic locus Taciti: quia ille idem Tiberius, quasi pœnitentiâ beneficij, centesimam iterùm instituit, ducentesimâ inductâ. Clarè Dio lib.* LVII. Καὶ μετὰ τοῦτο (*id est, post Seiani mortem*) τέλος διακοσιοστὴν ἔχον, ἑκατοστὴν ἤγαγε. *Non narrat id Tacitus. fateor, quia ea omnis historia exstincta. At Dio idem, vbi de Caligulâ, sibi constans, centesimam ab eo sublatam ait, non ducentesimam. Vide eius verba,* LIX.

118. MOTVM ORIENTEM.] *Rectè, quasi dicat, turbatum commotumq; Orientem. aliàs, non peccabis si legas,* motum Orientis.

119. MAIVSQVE IMPERIVM.] *Id eximium ius tributum etiam olim Pompeio Magno, bello in piratas. Quod ait, sorte aut missu: diuidit Proconsules, à Prætoribus Legatisq;, vt verè notaui l.* I. *suprà.*

120. CRETICVM SILANVM.] *Ex Iuniâ familiâ hic Silanus, sed adoptione in Cæciliam transierat. Itaque nomina illi, Q. Cæcilius Metellus Creticus Silanus. Ex Dione, Cassiodoro, alijsq; qui scripserunt Fastos. Consul fuit anno vrbis* DCCLX. *cum Neruâ Siliano.* C

121. CIVILI BELLO.] *Ita est, & nominat semel iterumq; inter duces aduersarios Hirtius tersissimo belli Africi Commentariolo:* M. Petreius, & Cn. Piso cum equitibus Numidis mille centum electis, peditatuque eius generis satis grandi, occurrunt. *Item antè:* Adrumeti Cn. Piso cum Mauris circiter III. millibus apparuit.

122. CONSVLATVM ACCIPERE.] *Consul fuit Cn. Calpurnius Piso, cum ipso Augusto, anno* DCCXXXI. *De ministerio eius in bello Africo, vide, si lubet, Hirtium initio libri.*

123. PLANCINÆ NOBILITATE.] *A Dione Munatia Plancina dicitur: vt certum sit eam celebris illius L. Munatij Planci filiam fuisse aut neptem. Nominat hanc ipsam Romæ lapis, in ædibus Cæsijs:* D

DIS. MANIBVS
L. MVNATI
PLANCINÆ L.
POLYCLITI.

id est Plancinæ liberti.

124. LIBEROS EIVS.] *Germanicum intellege, & Drusum.*

125. INSECTANDI.] *Non muto, etsi dictio non trita. Sic libro* XV. Vologesi penitus infixum erat arma Romana vitandi.

126. AVVM M. ANTONIVM.] *Tu qui in historiâ tiro, hæc pete ex tabulâ stirpis Augustæ, quam inserui, fine librorum. Videbis autem* auunculum, *intellegi* proauunculum.

127. VA-

A coniunx Germanici Agrippina,fecunditate ac famâ Liuiam vxorem Druſi præcellebat. ſed fratres egregiè concordes, & proximorum certaminibus inconcuſſi. Nec multò pòſt Druſus in Illyricum miſſus eſt,vt ſueſceret militiæ, ſtudiaque exercitus pararet; ſimul iuuenem vrbano luxu laſciuientem meliùs in caſtris haberi Tiberius,ſeque tutiorem rebatur, vtroque filio legiones obtinente.Sed Sueui prætendebantur,auxilium aduerſus Cheruſcos orantes. Nam diſceſſu Romanorum,ac [127] vacui externo metu, gentis aſſuetudine, & tum æmulatione gloriæ,arma in ſe verterant.vis nationum,virtus ducum in æquo : ſed Maroboduum regis nomen [128] inuiſum apud populares, Arminium pro libertate bellantem fauor habebat. Igitur non modò Cheruſci ſocijque eorum, vetus Arminij miles, ſumsêre bellum:ſed è regno etiam Marobodui Sueuæ gentes,Semnones ac Longobardi, defecêre ad eum. quibus additis præpollebat,ni Inguiomerus cum manu clientum ad Maroboduum perfugiſſet : non aliam ob cauſſam, quàm [129] quia fratris

B filio iuueni, patruus ſenex parêre dedignabatur. Diriguntur acies pari vtrimque ſpe, nec vt olim apud Germanos vagis incurſibus, aut diſiectas per cateruas.quippe longâ aduerſus nos militiâ, inſueuerant ſequi ſigna, ſubſidijs firmari, dicta imperatorum accipere. At tunc Arminius equo conluſtrans cuncta, vt quoſque aduectus erat, *Reciperatam libertatem, trucidatas legiones, ſpolia adhuc & tela Romanis direpta, in manibus multorum oſtentabat. contrà fugacem Maroboduum appellans, præliorum expertem, Hercyniæ latebris defenſum, ac mox per dona & legationes petiuiſſe fœdus, proditorem patriæ, ſatellitem Cæſaris, haut minùs infenſis animis exturbandum quàm Varum Quinctilium interfecerint. meminiſſent modò tot præliorum, quorum euentu, & ad poſtremum eiectis Romanis, ſatis probatum, penes vtros ſumma belli fuerit.* Neque Maroboduus iactantiâ ſui, aut probris in hoſtem abſtinebat.ſed Inguiomerum tenens,*Illo in corpore decus omne Cheruſcorum, illius conſilijs geſta,quæ proſperè ceciderint,teſtabatur.vecordem Arminium;& rerum neſcium,alienam gloriam ſe trahere : quoniam tres vacuas legiones & ducem fraudis ignarum perfidiâ deceperit : magnâ cum clade Germaniæ,& ignominiâ ſuâ;cùm coniunx,cùm filius eius,ſeruitium adhuc tolerent. At ſe duodecim legionibus petitum duce Tiberio, illibatam Germanorum gloriam*

C *ſeruauiſſe.mox conditionibus æquis diſceſſum. neque pœnitere quòd ipſorum in manu ſit, integrum aduerſus Romanos bellum,an pacem incruentam malint.* His vocibus inſtinctos exercitus, propriè quoque cauſſæ ſtimulabant. cùm à Cheruſcis Longobardiſque,pro antiquo decore, aut recenti libertate; & contrà, augendæ dominationi certaretur. Non aliàs maiore mole concurſum, neque ambiguo magis euentu,fuſis vtrimque dextris cornibus. Sperabaturque rurſum pugna, ni Maroboduus caſtra in colles ſubduxiſſet. Id ſignum

Cap. 44. *Druſus Illyricum mittitur.*

Germani inter ſe diſcordes.

Pars pro Maroboduo. *Pars pro Arminio.*

Cap. 45.

Parantur ad Pugnam.

Arminij ad ſuos verba.

Cap. 46. *Marobodui ad ſuos.*

Acriter concurritur.

Sed pro victo Maroboduus fuit.

127. VACVI EXTERNO METV.] *Simile illi Salluſtiano* : Poſtquam remoto metu Punico ſimultates exercere vacuum fuit.

128. INVISVM APVD POPVLARES.] *Iure. Nam hic Maroboduus adoleſcens, Romæ benignè ab Auguſto habitus, reuerſus ad ſuos, artes & ſeruitutem intulit externas. de quo iucunda & neceſſaria ſcitu*

D *Strabo l.* VII. Ἐν ταύτῃ δ' ἐστὶ καὶ ὁ Ἑρκύνιος δρυμὸς, καὶ τὰ τῶν Σηύων ἔθνη. Τὰ μὲν οἰκοῦντα ἐντὸς τοῦ δρυμοῦ καθάπερ τὰ τῶν Κολδούλων. Ἐν οἷς ἐστὶ καὶ τὸ Βοιασμον, τὸ τοῦ Μαροβόδου βασίλειον, εἰς ὃν ἐκεῖνος τόπον, ἄλλους τε μετανέστησε πολείους, καὶ δὴ τοὺς ὁμοεθνεῖς ἑαυτῷ Μαρκομάννους. Ἐπέστη δὲ τοῖς πράγμασιν ἕτος ἐξ ἰδιώτου, μετὰ τὴν Ῥώμης ἐπάνοδον. Νέος δὲ ἦν ἐνθάδε, καὶ εὐεργετεῖτο ὑπὸ τοῦ Σεβαστοῦ. Ἐπανελθὼν δὲ ἐδυνάστευσε, καὶ κατεκτήσατο, πρὸς οἷς εἶπον, Λυγίους τὸ μέγα ἔθνος, καὶ Σήμους, καὶ Βούτονας, καὶ Μουγιλώνας, καὶ Ζιβίνους καὶ τῶν Σουήνων αὖ τὸ μέγα ἔθνος Σέμνωνας: In hac Germaniæ parte eſt etiam Hercynius ſaltus, & gentes Sueuorum : quarum aliæ ipſam incolunt ſiluam, vt Colduli (*ſuſpecta lectio, nec eam gentem nominatam alibi reperio*) in quibus eſt & Bouiaſmum (*fortè*, Boyhaimum *vera ſcriptura quaſi Boiorum domus*) Marobodui regia. in quem locum cùm alios complures tranſtulit, tum populares ſuos Marcomannos. Occupauit enim dominationem priuatus, poſt reditum ſuum Româ : vbi iuuenis vixerat, & beneficijs ab Auguſto affectus fuerat. Reuerſus autem regnauit, & ſubiecit ſibi, præter dictos, Luios (*omnino ſcribo* Λυγίους, *ſiue Lygios, quæ præcipua Sueuorum gens Tacito*) Magnam nationem Zumos, Butones (*lego*, Guthones) Mugilones, Sibinos, & inter ipſos Sueuos magnum populum Semnonas. *Ex his clara illa Taciti, quæ ſequuntur. Maroboduum* Hercyniæ latebris defenſum; Cæſaris ſatellitem : *magiſq; è Velleio, quem omnino vide.*

129. QVIA FRATRIS FILIO IVVENI.] *Iuuenili prorſus ætate res magnas geſſit, decus illud Germaniæ. Varum fudit anno vigeſimo ſexto ætatis. Maroboduum nunc, anno* XXXV. *facile collectu ex Tacito, qui eum triginta ſeptem annos vitæ, duodecim imperij expleſſe ſcribit. Obijt autem anno* DCCLXXII. *biennio poſt hanc pugnam.*

130. Eo-

* transfugijs *Auxilium à Romanis nequidquam petit.*

signum perculsi fuit; &* transfugis paullatim nudatus, in Marcomannos conceſſit, mi- A
ſitque legatos ad Tiberium oraturos auxilia. Reſponſum eſt, non iure eum aduerſus
Cheruſcos arma Romana inuocare, qui pugnantis in eumdem hoſtem Romanos nullâ
ope iuuiſſet. Miſſus tamen Druſus, vt retulimus, pacis firmator. [130] Eodem anno

Cap. 47. *Grauis in Aſiâ terræmotus.*

[131] duodecim celebres Aſiæ vrbes conlapſæ, nocturno motu terræ. quò improuiſior
grauiorque peſtis fuit. neque ſolitum in tali caſu effugium ſubueniebat in aperta pro-
rumpendi, quia diductis terris hauriebantur. Sediſſe immenſos montes, viſa in arduo
quæ plana fuerint, effulſiſſe inter ruinam ignes memorant. [132] Aſperrima in Sardianos

* CCL. millia *Philipp. Eo preſſos Cæſar ſubleuat.*

lues, plurimum in eoſdem miſericordiæ traxit. nam* centies ſeſtertiûm pollicitus Cæ-
ſar: & quantum ærario, aut fiſco pendebant, in quinquennium remiſit. [133] Magnetes à
Sipylo, proximi damno ac remedio habiti. [134] Temnios, Philadelphenos, Ægæatas, A-
pollonienſes, [135] quique Moſceni aut Macedones Hyrcani vocantur, & Hierocæſaream,
Myrinam, Cymen, Tmolum leuari idem in tempus tributis, mittique ex ſenatu pla-

* Aleius.

cuit, qui præſentia ſpectaret, refoueretque. Dilectus eſt M.* Aletus è prætorijs, ne con- B

Cap. 48. *Liberalitas etiam eius priuatim in quoſdam:*

ſulari obtinente Aſiam æmulatio inter pares, & ex eo impedimentum oriretur. Magni-
ficam in publicum largitionem auxit Cæſar haut minùs gratâ liberalitate, quòd [136] bo-
na Æmiliæ Muſæ locupletis inteſtatæ petita in fiſcum, Æmilio Lepido, cuius è domo vi-
debatur;

130. EODEM ANNO.] *Terræmotus huius mentio Plinio:* Maximus terræ, memoriâ mortalium, exſtitit motus Tiberij Cæſaris principatu, XII. vrbibus Aſiæ vnâ nocte proſtratis. *Bonum Oroſium quàm fugit ratio, qui hunc tremorem terræ ad tempus refert mortui noſtri Seruatoris? quod nos quidem ſcimus totis quatuordecim annis poſterius fuiſſe. Scilicet egebant hoc fuco ſacræ litteræ. De eodem Strabo, libro* XII Καὶ τὰ περὶ Σίπυλον δὲ καὶ τὸν ἀνατεθπλῶ αὐτῷ, ὃ δεῖ μῦθον τίθεσθαι. Καὶ γὰρ νῦν τὴ Μαγνησίαν, τὴν ὑπ' αὐτῷ, κατέβαλον σεισμοί. Ἡ νίκα καὶ Σάρδεις καὶ τὴν ἄλλων τὰς ὁπωσανεσάτας καὶ πολλὰ μέρη διελυμήνατο. Ἐπανώρθωσε δὲ ὁ ἡγεμὼν χρήματα ὁπόσ' ἐς, καθάπερ καὶ πρότερον ὑπὸ τῆς λυομένης συμφορᾶς Τραλλιανοὶς ὁ πατὴρ αὐτῷ καὶ Λαοδικεῦσιν: Et quæ de Sipylo, deque eius ſubuerſione dicuntur, non oportet fabulam cenſere. Nam & nunc Magneſiam, quæ ſub ipſo eſt, terræmotus deiecerunt; quando & Sardes, & alias illuſtres vrbium, pluribus locis labefactauit. Inſtaurauit autem Princeps, pecunias largiens; ſicut & pater eius (*Auguſtus*) anteà, in ſimili clade, Trallianis & Laodicenis ſubuenerat.

131. DVODECIM.] *At tredecim eas facit Euſebius in Chronico, ſed nominibus valdè corruptis.* Tredecim vrbes terræmotu corruerunt. Epheſus, Magneſia, Sardis, Moſthene, Megæchyero, Cæſarea, Philadelphia, Himolus, Temis, Cumæ, Myrrhina, Apollonia, Diahircania. *Emendabis:* Moſthene, Ægæ, Hierocæſarea, Philadelphia, Tmolus, Temnus, Cumæ, Myrina, Apollonia, Hircania.

*Leg XXIII. De bonis libert.
* Leg. II. De ſuis heredib.

132. ASPERRIMA IN SARDIANOS LVES.] *Bianoris epigramma in hanc rem eſt libro* I. *Anthologiæ:*

Σάρδιες αἰ τὸ πάλαι Γύγεω πόλις, ἄμμι Ἀλυάττου,
Σάρδιες, ἃ βασιλεῖ Περσὶς ἐν Ἀσιάδι,
Αἳ Κροίσω τὸ παλαιὸν ἐπλινθώσαθε μέλαθρον,
Ὄλβον Πακτώλε ῥεύμασι δεξάμεναι.
Νῦν δὲ ὅλαι δύσηνοι, ἐς ἓν κακὸν ἁρπαθεῖσαι,
Ἐς βυθὸν ἐξ ἀχανὲς χάσματος ἠείπετε.

Βῆρα, κἀς Ἑλίκλεω κεκλωσμένα, αἰ δ' ἐνὶ χέρσῳ
Σάρδιες ἐν βυθίαις εἰς ἓν ἔκειθε τέλος.

133. MAGNETES A SIPYLO.] *Strabo.* Οὐκ ἄποθεν δὲ τούτων τῶν πόλεων, ἀφ' ἧς Μαγνησία ἐστὶν ἡ ὑπὸ Σιπύλῳ, ἐλεύθερα πόλις ὑπὸ Ῥωμαίων κεκειμένη. Καὶ ταύτην δὴ ἐκάκωσαν οἱ νεωστὶ γενόμενοι σεισμοί: Haud procul his vrbibus & Magneſia eſt à Sipylo: quæ libera iudicata eſt à Romanis. Hanc & terræmotus ij adflixerunt, qui nuper exſtiterunt. *Scitum iam autem duas Magneſias eſſe, à Sipylo, & à Mæandro. Tiberiani nummi exſtant, monumentum beniuolentiæ & liberalitatis in adflictas vrbes, quibus inſcriptum:* CIVITATIBVS. ASIÆ. RESTITVTIS.

134. TEMNIOS.] *Vrbs ipſa Temnus Straboni* XIII.

135. QVIQVE MOSCENI.] *Verius* Moſteni. *quo nomine vrbs Lydiæ.*

136 BONA ÆMILIÆ MVSÆ.] *In tenebroſo loco collineabo ad ſcopum. & neſcio an tangam. Æmiliam hanc Muſam libertam fuiſſe, id primum pono. argumento cognominis Græci, quod ſcio notam ſeruitutis. Ideò in Tacito legerim,* Muſæ L. locupletis, *id eſt, Libertæ locupletis vſitatâ formulâ ſcribendi. Sed cur, inquies, bona eius petita in fiſcum? cur non data patrono patroníſve, vti lex iubet? Iulianus ait:* * Si libertus inteſtato deceſſerit, patronum aut filium nepotémve eius ad ſucceſſionem vocari, D
indubitatum eſt. *Vlpianus ait:* * Liberto inteſtato mortuo, primùm ſuis deferri hereditatem verum eſt: ſi hi non fuerint, tunc patrono. *Hæc ſi vera: quis locus potuit eſſe fiſco? An fortè nec ſuus heres huic Muſæ, nec patronus ſuper quiſquam fuit? Tale aliquid elicias ex Taciti verbis, dum ait,* Lepido conceſſit, cuius è domo videbatur: *quaſi ambiguum de domo patronoq; fuiſſet. Erant autem non Romæ ſolùm, ſed & in prouincijs Procuratores ſiue Rationales, qui bona huiuſmodi caduca legerent tollerentq;. Strabo de Ægypto:* Ἄλλος δὲ ἐστὶν ὁ παρασαγορεύόμενος ἴδιος λόγος, ὃς περὶ ἀδεσπότων καὶ τῶν εἰς Καίσαρα πίπτειν ὀφειλόντων ἐξετασής ἐστι.

137. Q. Vr-

A debatur; & Patulei diuitis equitis Romani hereditatem(quamquam ipse heres in parte legeretur) tradidit M. Seruilio, quem prioribus neque suspectis tabulis scriptum comperat nobilitatem vtriusque pecuniâ iuuandam præfatus. Neque hereditatem cuiusquam adijt, nisi cùm amicitiâ meruisset: ignotos & alijs infensos, eoque principem nuncupantes, procul arcebat. Ceterùm vt honestam innocentium paupertatem leuauit; ita prodigos & ob flagitia egentes, Vibidium Varronem, Marium Nepotem, Appium Appianum, Cornelium Sullam,[137] Q. Vitellium, mouit senatu, aut sponte cedere passus est. *In alios, seueritas.*

Cap. 49. *In deos, pietas.*

Ijsdem temporibus deûm ædes vetustate aut igni abolitas, cœptasque ab Augusto, dedicauit: Libero Liberæque & Cereri, iuxta Circum maximum,[138] quas A. Postumius Dictator vouerat: eodemque in loco ædem Floræ, ab Lucio & Marco Publicijs ædibus constitutam: & Iano templum, quod apud forum olitorium[139] C. Duillius struxerat, qui primus rem Romanam prosperè mari gessit, triumphumque naualem de Pœnis meruit.[140] Spei ædes à Germanico sacratur: hanc Atilius vouerat eodem bello. Adolescebat interea lex maiestatis. Et Apuleiam Variliam[141] sororis Augusti neptem, quia probrosis sermonibus diuum Augustum ac Tiberium, & matrem eius inlusisset,[142] Cæsariq; connexa, adulterio teneretur, maiestatis delator arcessebat. De adulterio satis caueri lege Iuliâ visum. Maiestatis crimen distingui Cæsar postulauit, damnarique si qua de Augusto inreligiosè dixisset: in se iacta, nolle ad cognitionem vocari. Interrogatus à consule quid de his censeret, quæ de matre eius locuta secùs argueretur, reticuit: dein proximo senatus die, illius quoque nomine orauit, ne cui verba in eam quoquo modo habita crimini forent. liberauitque Apuleiam lege maiestatis: adulterij[143] grauiorem pœnam deprecatus, vt exemplo maiorum[144] propinquis suis vltra ducentesimum lapidem remoueretur

Cap. 50. *Varilia maiestatis postulatur.*

137. Q. VITELLIVM.] *Suetonius in Vitellio c.* II. *satis obscurè:* Quintus caruit ordine, cùm auctore Tiberio secerni minùs idoneos Senatores remouerique placuisset.

138. QVAS A. POSTVMIVS DICTATOR.] *Emendo*, quam. *His enim tribus vnum templum. A solo Dionysio copiosa lux huic loco, lib.* VI. *de A. Postumio:* Ἀπὸ δὲ τῆς λαφύρων ἐξελόμενος τὰς δεκάτας, ἀγῶνας τε καὶ θυσίας τοῖς θεοῖς ἐποίει καὶ ναῶν κατασκευὰς ἐξεμίσθωσε Δήμητρι, καὶ Διονύσῳ, καὶ Κόρῃ, κατ' εὐχήν. *Vouit igitur A. Postumius, sed dedicauit C. Cassius Consul. Idem Dionysius, fine eiusce libri:* Κάσσιος δὲ ὁ ἕτερος τῆς ὑπάτων, ὁ καταλειφθεὶς ἐν τῇ Ῥώμῃ, τόν τε νεὼν τῆς Δήμητρος καὶ Διονύσου καὶ Κόρης ἐν τῷ μεταξὺ χρόνῳ καθίερωσε, ὅς ἐστιν ἐπὶ τοῖς τῶν μεγίστων ἱπποδρόμων τέρμασιν, ὑπὲρ αὐτὰς ἱδρυμένος τὰς ἀφέσεις. εὐξαμένου μὲν αὐτὸν Αὐλοῦ Ποστμίου τοῦ δικτάτορος, *&c.* Cassius alter Consul relictus Romæ templum interim Cereris, Liberi, Liberæque dedicauit. quod est in extremo Circo maximo super ipsos carceres situm, votum olim ab A. Postumio dictatore, &c. *Est autem Liber, Bacchus: Libera, soror eius Proserpina, nati ex Cerere vterque. Ideò ordo decentior in Dionysio, qui matrem religiosè vbique præponit, quàm in nostro qui posthabuit. Libera autem aliàs Cora. Lapis Romæ,* DEO. BACCHO. CERERI. ET. CORÆ. SACRATÆ. APVD. ÆGYNAM. *Estq; eadem cum Proserpinâ. E Solino tolli velim glossema cap.* XI. Quem propter est demersum foramen quo Ditem patrem ad raptus Proserpinæ liberè exeuntem fama est in lucem ausum. *scribe*, ad raptus Liberæ exeuntem. *&*, fama est lucem ausum. *Adde Liuij locum libro* III. Familia ad ædem Cereris, Liberi, Liberæque vênum iret.

139. C. DVILLIVS.] *Ædes Iani ad infimum Argiletum, in foro Olitorio fuit: & structam volunt Liuius atque alij à Numâ. An aliud ab illo templum noster igitur intellegit? an restitutum, aut amplius structum, à Duillio fuit? Hoc putem.*

140. SPEI ÆDES.] *Cicero* II. *de Legibus:* Rectè etiam à Calatino Spes consecrata est. *Liuius libro* XXIII. Ædem Spei, quæ in foro olitorio est, fulmine tactam.

141. SORORIS AVGVSTI NEPTEM.] *Vtrius sororis? Octauiæ maioris, an minoris? Sanè de minoris liberis aut coniugio, nihil legi: si maioris, oportet aliquam Marcellarum (duæ fuerunt) nuptam in gentem Apuleiam, & liberos habuisse. Facit, quod Dio Cassius duobus locis (l.* LXV. *&* LXVI.) Sext. Apuleium, *qui consul fuit in Augusti morte, eum* συγγενῆ Αὐγούστου *appellat*, cognatum Augusti.

142. CÆSARIQVE CONNEXA. [*Duplex crimen in hac inscriptione Maiestatis. Prius, conuitia in Principes: alterum, adulterium. Quomodo istud? quia, inquit*, Cæsari connexa. *Est enim interpretatio ab ipso Augusto petita*, qui culpam inter viros ac feminas vulgatam (*noster* III. *Annali*) graui nomine læsarum religionum, ac violatæ Maiestatis, appellabat. *Ita nunc igitur delator maiestatis arcessit, quia cognatæ Cæsari.*

143. GRAVIOREM POENAM.] *De hoc loco, & pœnâ legitimâ adulterij, dicendum mihi infrà l.* IV. *si tibi cura est, vide.*

144. PROPINQVIS SVIS.] *Id est, à propinquis. Amat ita loqui noster, vt*, ceteraque vrbes, quæ Macedonibus sitæ Græca vocabula retinent. *Sueton. in August. c.* I. Et ostendebatur ara Octauio consecrata. *id est, ab Octauio: nec crede cum interpretibus, rudi illo & ignaro adulandi æuo, Octauio ipsi sacratam aram. Quod ait, exemplo maiorum: satis notum est, ex lege Romuli vxorem ita fuisse in manu*

Cap. 51. *De Prætor. substituendo contentio.*

ueretur suasit. Adultero Manlio Italiâ atque Africâ interdictum est. De prætore in locum Vipsanij Galli, quem mors abstulerat, subrogando, certamen incessit. Germanicus atque Drusus (nam etiam tum Romæ erant) [145] Haterium Agrippam propinquum Germanici fouebant: contrà plerique nitebantur, [146] vt numerus liberorum in candidatis præpolleret, quod lex iubebat. Lætabatur Tiberius, cùm inter filios eius & leges senatus disceptaret. victa est sine dubio lex: sed neque statim, & paucis suffragijs: quomodo, etiam cùm valerent, leges vincebantur. Eodem anno cœptum in Africâ bellum, duce hostium Tacfarinate. is natione Numida, in castris Romanis auxiliaris stipendia meritus, mox desertor, vagos primùm, & latrocinijs suetos, ad prædam & raptus congregare; dein more militiæ per vexilla & turmas componere; postremò non inconditæ turbæ, sed [147] Musulanorum dux haberi. valida ea gens, & solitudinibus Africæ propinqua, nullo etiam tum vrbium cultu, cepit arma, Mauroscque accolas in bellum traxit. dux & his Mazippa. diuisusque exercitus: vt Tacfarinas lectos viros, & Romanum in modum armatos castris attineret, disciplinâ & imperijs sueesceret: Mazippa leui cum copiâ, incendia & cædes, & terrorem circumferret. compulerantque [148] Cinithios, haut spernendam nationem, in eadem; cùm Furius Camillus Proconsul Africæ, legionem & quod sub signis sociorum, in vnum conductos ad hostem duxit. modicam manum, si multitudinem Numidarum atque Maurorum spectares; sed nihil æquè cauebatur, quàm ne bellum [149] metu eluderent. spe victoriæ inducti sunt, vt vincerentur. Igitur legio medio, leues cohortes duæque alæ in cornibus locantur. nec Tacfarinas pugnam detrectauit. fusi Numidæ, multosque post annos Furio nomini partum decus militiæ. [150] nam post illum reciperatorem vrbis, filiumque eius Camillum, penes alias familias imperatoria laus fuerat. Atque hic, quem memorauimus, bellorum expers habebatur. eò pronior Tiberius res gestas apud Senatum celebrauit: & decreuêre patres triumphalia insignia. quod Camillo ob modestiam vitæ impunè fuit. Sequens annus Tiberium tertiò, Germanicum iterùm consules habuit. sed eum honorem Germanicus inijt apud vrbem [151] Achaiæ Nicopolim, quo venerat per Illyricam oram, viso fratre Druso

A

B

C

Bellum in Africâ motum. Cui dux Tacfarinas:

Et alter, Mazippa.

Camillus proconsul se opponit:

Et prælio fundit.

Ideò triumphalia ei decreta.

Cap. 53. A. V. C. DCCLXXI. *Germanici actiones, & iter.*

manu viri, vt de crimine eius omni, cum propinquis cognosceret, statueretq;. Dionysius auctor lib. II. *& Cato:* Vir cùm diuortium facit (*ita inibi leg. est*) mulieri iudex procensorque est. imperium quod videtur habet. Siquid peruersè tetreque factum est à muliere, multatur: si vinum bibit, si cum alieno viro probri quid fecit, condemnatur. *Liuius libro* XXXIX. Mulieres damnatas cognatis, aut in quorum manu essent, tradebant, vt ipsi in priuato animaduerterent. si nemo erat idoneus supplicij exactor, in publico animaduertebatur. *Suetonius in Tiberio:* Matronas prostratæ pudicitiæ, quibus accusator publicus deesset, vt propinqui, more maiorum de communi sententiâ coërcerent, auctor fuit. *Tacitus lib.* XIII. Plautius, prisco instituto, propinquis coram, de capite famaque coniugis cognouit, & insontem nuntiauit. *Adi & Valerium lib.* VI. *cap.* III.

* Aliter tamen hunc locum explico, De lege Papiâ.

145. HATERIVM AGRIPPAM.] *Est is, qui suprà Tribunus plebis fuit:* Intercessit Haterius Agrippa Tribunus plebei, increpituque est Asinij Galli oratione. *De propinquitate, nihil mihi compertum.*

146. VT NVMERVS LIBERORVM.] *Non ergo prorsus libera comitia illa patrum, sed deuincta lege. Legem quam intellegit, est Papia. quæ in magistratu, & sorte prouinciarum, prætulit improlibus eos quibus proles. Noster libro* XV. Percrebuerat eâ tempestate prauissimus mos, cùm propinquis comitijs aut sorte prouinciarum, plerique orbi fictis adoptionibus adsciscerent filios: præturasque & prouincias inter patres sortiti, statim emitterent manu quos adoptauerant. *vbi clarè de Præturis, vt hîc. Simile in Tribunatu. Plinius libro* VII.* Calestrium Tironem familiarissimè dilige. ille me in Tribunatu liberorum iure præcessit: ego illum in Prætura sum consecutus, cùm mihi Cæsar annum remisisset.

147. MVSVLANORVM DVX.] *Ptolomæus vocat,* Μισθλάμας: *Plinius, Misulanos.*

148. CINITHIOS.] *Plinio dicti videntur Ethini.*

149. METV ELVDERENT.] *Optimè, id est, ne metu Romanarum virium traherent bellum, nullâ copiâ pugnæ. Assidet huic illud Claudiani, De laudibus Stilic. lib.* I.

D

——— res mira relatu:
Ne timeare, times; & quem vindicta manebat,
Desperare vetas.

Rhenanus tamen, astu, *maluit.*

150. NAM POST ILLVM.] *Tamen ex eâdem gente duo adhuc triumphi notantur, alter P. Furij de Galleis, anno* DXXX. *alter L. Furij Purpureonis de hisdem Galleis,* DLIII. *Huius autem Camilli, de quo nunc, filius credo fuit, qui imperium temporibus Claudij frustrà sibi vindicauit.*

151. ACHAIÆ NICOPOLIM.] *Benè latè* Achaiæ *nomen sumit, non pro Græciâ solùm (quod alibi annotamus) sed pro Epiro, vbi sanè hæc vrbs est, ab Augusto structa ad Ambracium sinum: monumentum*

A Druſo in Dalmatiâ agente, Hadriatici ac mox Ionij maris aduerſam nauigationem perpeſſus. Igitur paucos dies inſumſit reficiendæ claſſi, ſimul ſinus Actiacâ victoriâ inclitos, & ſacratas ab Auguſto manubias, caſtraque Antonij cum recordatione maiorum ſuorum adijt. namque ei, vt memoraui, auunculus Auguſtus, auus Antonius erant, magnaque illîc imago [152] triſtium lætorumque. Hinc ventum Athenas, fœderique ſociæ & vetuſtæ vrbis datum, vt [153] vno lictore vteretur. Excepêre Græci quæſitiſſimis honoribus, vetera ſuorum facta dictaque præferentes, quò plus dignationis adulatio haberet. *Actium videt:* *Athenas:*

Petitâ inde Eubœâ, tramiſit Lesbum, vbi Agrippina nouiſſimo partu Iuliam edidit. tum extrema Aſiæ, Perinthumque ac Byzantium Thracias vrbes, mox Propontidis anguſtias, & os Ponticum intrat, cupidine veteres locos, & famâ celebratos noſcendi: pariterque prouincias internis certaminibus, aut magiſtratuum iniurijs feſſas refouebat. Atque illum in regreſſu [154] ſacra Samothracum viſere nitentem, obuij aquilones depulêre. [155] Igitur aliaque quæ ibi varietate fortunæ, & noſtri origine veneranda, relegit Aſiam, appellitque Colophona, vt [156] Clarij Apollinis oraculo vteretur. Non femina B illîc, vt apud Delphos, ſed certis è familijs & fermè Mileto accitus ſacerdos, numerum modò conſultantium & nomina audit: tum in ſpecum degreſſus, hauſtâ fontis arcani aquâ ignarus plerumque litterarum & carminum, edit reſponſa; verſibus compoſitis ſuper rebus quas quis mente concepit. & ferebatur, Germanico per ambages, vt mos oraculis, maturum exitium ceciniſſe. At Cn. Piſo, quò properantiùs deſtinata incideret, ciuitatem Athenienſium turbido inceſſu exterritam oratione ſæuâ increpat: obliquè Germanicum perſtringens, *quòd contra decus Romani nominis non Athenienſes tot cladibus exſtinctos, ſed colluuiem illam nationum comitate nimiâ coluiſſet. hos enim eſſe Mithradatis aduerſus Sullam, Antonij aduerſus diuum Auguſtum ſocios. Etiam vetera obiectabat, quæ in Macedones* Eubœam, & Lesbum: Byzantium, & loca Pontica. Redit in Aſiam, & Colophonedeum conſulit. Ratio ibi oraculi. Cap. 54. Cap. 55. Cn. Piſo acerbus ipſo aduentu in Germanicum. Athenienſes increpat & abijcit.

tum ſcilicet victoriæ Actiacæ. Credo ideò, quia illo æuo tota hæc regio vni Præſidi permiſſa, ideóque & nomine vno dicta.

152. TRISTIVM LÆTORVMQVE.] *Triſtium, ſi Antonium ſpectaret: lætorum, ſi Auguſtum. Et ipſe ab vtroque, in vtrumque affectus.*

153. VNO LICTORE VTERETVR.] *Vim terroremq; imperij Romani oſtendebant, lictores, ſecures, faſces. Ideò cùm, adempto illo metu, magiſtratus quaſi ad amicos agere volebant: remouebant inſignia poteſtatis. Sic Antonio olim in eâdem vrbe (ait Appianus.*) Ἐξοδοι ἦσαν ἀνὰ σημείων, σὺν δύο φίλοις καὶ σὺν ἀκολούθοις δύο, εἰς διδασκάλων διαῤῥιβὰς ἢ ἀκροάσεις. *Et Tiberius Rhodi*, genus vitæ admodum ciuile inſtituit, ſine lictore aut viatore, gymnaſio interdum obambulans. *Suetonius cap.* XI.

154. SACRA SAMOTHRACVM.] *Samothracia inſula non eadem cum Imbraſiâ, vt cenſet Muſarum decus: nec Imbraſus fluuius ſiue Parthenius in hac, ſed* D *in Ionica Samo, quæ ideò Parthenias dicta, vt diſcimus ex Strabone, Plinio, & Hygino. Euſtathius:* Ἡ δὲ Θερμία Σάμος λέγεται, καὶ Σαμοθράκη συνθέτως. Καλεῖται καὶ ἕτερα πρὸς διαστολὴν ἡ ἑτέρας Σάμος, ἡ Ἰωνικῆς. *Imò tres diſtinctæ Sami, de quibus doctè noſter Ortelius in Theſauro Geographico, quem vide. Ideò firmanda in Varrone priſca lectio.* Terra & cælum, vt Samothracum initia docent, ſunt Dei magni, & hi, quos dixi, multis nominibus. Nam neque quas Samothracia (*non* Ambracia, *aut*, Imbraſia,) ante portas ſtatuit duas viriles ſpecies ahenas, dei magni: neque vt vulgus putat, hi Samothraces dij, qui Caſtor & Pollux: ſed hi, mas & femina, & hi quos augurum libri ſcriptos habent ſic Diui potes: & ſunt pro illis qui in Samothrace Θεοὶ δυνατοί. *Initia quæ Varro dicit, ſunt hæc ſacra, de quibus noſter, ſacra religioſa in primis etiam apud Romanos. Ideò poëta ſatyricus,*

——— iuret licet & Samothracum
Et noſtrorum aras.

Suidas: Ἐν Σαμοθράκῃ ἦσαν τελεταί τινες, ἃς ἐδόκουν τελεῖσθαι πρὸς ἀλεξιφάρμακον κινδύνων τινῶν. Ἦν δὲ ἐκεῖσε καὶ τὰ τῶν κορυβάντων μυστήρια, καὶ τὰ τῶν Ἐνκάτης. *Propter religionem loci, confugiebant illuc olim nocentes, vt colliges ex* * II. *Anthologiæ, & facto Perſei, Macedonum regis, apud Liuium. Adde Strabonem lib.* X. * Epig. εἰς Δολίους.

155. IGITVR ALIAQVE.] *Turbatus locus, aut mutilus. Si turbatus tantùm, ſic reponito.* Atque illum in regreſſu ſacra Samothracum viſere nitentem, aliaque quæ ibi varietate fortunæ & origine noſtri veneranda, obuij Aquilones depulêre. Igitur relegit Aſiam. *Sed quæ varietas fortunæ aut origo Romanorum in Samothrace? Principium Troianæ gentis inde: à Troianis autem Romani. Dionyſius lib.* I. *Dardanum facit in hanc inſulam veniſſe, quæ tunc Melane dicta; & pulſum inde ſterilitate ſoli deueniſſe ea Phrygiæ loca, vbi pòſt Troia. Ideò olim Dardania dicta Samothrace, vt Plinius auctor. Benè ergo,* origine noſtri. *Sed & Varro* II. *Humanarum*, Dardanum deos penates ex Samothrace in Phrygiam, Æneam ex Phrygiâ Italiam aduexiſſe, *tradidit. Et quædam huic rei ſuggeret Seruius, in illud vatis magni,* * Lib. IV. Ἐμφ.

——— antiquam exquirite matrem.

Varietatem fortunæ vel ad Dardanum refer; vel ad Romanos, qui ex tam paruis magni. Fieri tamen poteſt, vt mutilus locus ſit, fueritq; aliquid de Ilio etiam inſertum, fonte non dubio Romulæ gentis.

156. CLARII APOLLINIS ORACVLO.] *Strabo tamen, qui huic ætatti compar, ita loquiturde hoc ora-*

dones improsperè, violenter in suos fecissent; offensus vrbi propriâ quoque irâ; quia Theophilum quemdam Aréo iudicio falsi damnatum, precibus suis non concederent. Exin nauigatione celeri per cycladas, & compendia maris, adsequitur Germanicum apud insulam Rhodum, haut nescium quibus insectationibus petitus foret: sed tantâ mansuetudine agebat, vt cum orta tempestas raperet in abrupta, posserque interitus inimici ad casum referri, miserit triremes quarum subsidio discrimini eximeretur. Neque tamen mitigatus Piso, & vix diei moram perpessus, linquit Germanicum, præuenitque. & postquam Syriam ac legiones attigit largitione, ambitu, infimos manipularium iuuando, cùm veteres centuriones, seueros tribunos demoueret, locaque eorum clientibus suis, vel deterrimo cuique attribueret, desidiam in castris, licentiam in vrbibus, vagum ac lasciuientem per agros militem sineret, eò vsque corruptionis prouectus est, vt sermone vulgi, parens legionum haberetur. Nec Plancina se intra decora feminis tenebat, sed exercitio equitum,[157] decursibus cohortium intereſſe: in Agrippinam, in Germanicum contumelias iacere: quibusdam etiam bonorum militum ad mala obsequia promtis, quòd haut inuito imperatore ea fieri, occultus rumor incedebat. Nota hæc Germanico, sed [158] præuerti ad Armenios instantior cura fuit. Ambigua gens ea antiquitus, hominum ingenijs & situ terrarum, quo nostris prouincijs latè prætenta, penitus ad Medos porrigitur, maximisque imperijs interiecti, & sæpiùs discordes sunt, aduersus Romanos odio, & in Parthum inuidiâ. Regem illâ tempestate non habebant, amoto Vonone: sed fauor nationis inclinabat in Zenonem, [159] Polemonis regis Pontici filium, quòd is primâ ab infantiâ instituta & cultum Armeniorum [160] æmulatus, venatu, epulis, & quæ alia barbari celebrant, proceres plebemque iuxtà deuinxerat. Igitur Germanicus in vrbe Artaxatâ, adprobantibus nobilibus, circumfusâ multitudine, [161] insigne regium capiti eius imposuit. ceteri venerantes regem, Artaxiam consalutauêre; quod illi vocabulum indiderant, [162] ex nomine vrbis. At Cappadoces in formam prouinciæ redacti, Q. Veranium [163] legatum accepêre. & quædam ex regijs tributis deminuta, quò mitiùs Romanum imperium speraretur. Comagenis Q. Seruæus præponitur, tum primùm

Rhodum nauigat.

Periclitantem Germanicus liberat

In Syriam præcurrit.

Ambitu & corruptione castra complet.

Peccat idem vxor eius.

Cap. 56. *At Germanicus Armeniam ijt:*

Cui Zenonem regem dat.

Cappadoces & Comageni, prætores accipiunt.

culo, tamquam nullum tunc fuerit. Κολοφὼν πόλις Ἰωνική, καὶ φρὸ αὐτῆς ἄλσος τὸ Κλαρίου Ἀπόλλωνος, ἐν ᾧ καὶ μαντεῖον ἦν πότε παλαιόν.

157. DECVRSIBVS COHORTIVM INTERESSE.] *Alia hæc decursio ab illâ funebri, de quâ dixi. Nam hæc exercitij fuit: solita vsurpari ter quot mensibus ex institutione diui Augusti. Vegetio Campicursio dicitur: quem vide lib.* I. *cap.* XXVII. *& l.* III. *cap.* IV. *Campestris decursio Suetonio, in Galbâ:* Campestrem decursionem scuto moderatus. *in Nerone:* Indictaque decursione Prætorianis, scutum suâ manu prætulit. *Et sanè indecorum, feminam in his spectari, & velut moderari.*

185. PRÆVERTI AD ARMENIOS.] *Ita infrà:* Aut si quando ad interna præuerterent. *Curtius* VI. Tamen ad Satibarzanem opprimendum præuerti optimum ratus. *Apuleius Apol.* II. Nunc tempus est ad epistolas Pudentillæ præuerti. *Plautus & Liuius quoque, sed sine præpositione.*

159. POLEMONIS REGIS PONTICI.] *Melius,* regis Ponti. *Polemo autem Zenonis Rhetoris filius ad regnum peruênit concessu Antonij & Augusti. de quo vide Dionem in actis anni* DCCXXIX. *Vxorem habuit Pythodorim: quam mirè à Prudentiâ alijsque virtutibus laudat Strabo; & quæ nunc, mortuo marito, præerat rebus regni. Polemoni illi filius item Zeno, qui nunc Armeniæ datus rex. Strabo lib.* XII. Τῶν δὲ τῆς Πυθοδωρίδος υἱῶν ὁ μὲν ἰδιώτης συνδιώκει τῇ μητρὶ τὰ ἀρχεῖα, ὁ δὲ νεωστὶ καθίσταται τῆς μεγάλης Ἀρμενίας Βασιλεύς.

160. ÆMVLATVS.] *Possit Sallustiano exemplo legi,* æmulus. At Pompeius à primâ adolescentiâ, Alexandri regis facta dictaque æmulus erat.

161. INSIGNE REGIVM.] *Zenonem itaque regem Armeniæ dedit Germanicus, sed sine vllo, vt vides, bello. addo, nec metu belli. Mirum igitur à Suetonio scribi, Cal. cap.* I. *Germanicus* ad componendum Orientis statum expulsus, cùm Armeniæ regem deuicisset, Cappadociam in prouinciæ formam redegisset, Antiochiæ obijt. *Quem, sodes, ille regem deuicit? auctoritate tota res perfecta, non armis. Videbar appositè corrigere,* deiecisset. *sed nec id plenè verum: quia Vonones à Silano dudum regno amotus, ante Germanici aduentum. Itaque corrigas potiùs,* regem dedisset.

162. EX NOMINE VRBIS.] *Mirum cùm iam antè plures reges eo nomine fuerint: & vrbs ipsa potiùs nomen habuit ab aliquo regum, vti Tigranocerta.*

163. LEGATVM ACCEPERE.] *Hiems media est, tamen æstuo. Legatum, inquit, nónne id est, Prætorem siue Proprætorem? Ita enim dicti, qui in Cæsaris prouincias missi: & hos omnes legi reperio è Senatu. Si id est: quis Dionem nobis conciliet, super eâdem re scribentem?* Καὶ τοῦτο καὶ ἡ Καππαδοκία τῷ τε Ῥωμαίων ἐγένετο, καὶ ἐστρατεῦσθαι: Secundùm hæc & Cappadocia Romani iuris facta, & Equiti regenda permissa. *Si enim Equiti, quomodo Legato? Fateor in minores prouincias sæpè equites missos, imò & Libertos; sed cum Procuratorum titulo, non Legatorum. Tamen à Dione & Tranquillus est, in Vespas.*

primùm [164] ad ius prætoris translatis. Cunctaque socialia prosperè composita, non ideò lætum Germanicum habebant, superbiam Pisonis, qui iussus partem legionum ipse, aut per filium in Armeniam ducere, vtrumque neglexerat. Cyrri demum apud hiberna decumæ legionis conuenêre, firmato vultu Piso aduersus metum, Germanicus ne minari crederetur. & erat, vt retuli, clementior: sed amici accendendis offensionibus callidi, intendere vera, adgerere falsa, ipsumque & Plancinam, [165] & filios varijs modis criminari. Postremò paucis familiarum adhibitis sermo cœptus à Cæsare, qualem ira & dissimulatio gignit. responsum à Pisone precibus contumacibus, discesserantque [166] opertis odijs. postque ratus in tribunali Cæsaris Piso; & si quando adsideret, atrox, ac dissentire manifestus. vox quoque eius audita est in conuiuio, cùm apud Regem Nabatæorum [167] coronæ aureæ magno pondere Cæsari & Agrippinæ, leues Pisoni & ceteris offerrentur; [168] *principis Romani, non Parthi regis filio eas epulas dari.* abiecitque simul coronam, & multa in luxum addidit, quæ Germanico, quamquam acerba, tolerabantur tamen. Inter quæ ab rege Parthorum Artabano legati venêre. miserat amicitiam ac fœdus memoraturos, & cupere renouari dextras, daturumque honori Germanici, vt ripam Euphratis accederet: petere interim, ne Vonones in Syriâ haberetur, neu proceres gentium, propinquis nuntijs ad discordias traheret. Ad ea Germanicus, de societate Romanorum Parthorumque, magnificè: de aduentu Regis & cultu sui, cùm decore ac modestiâ respondit. Vonones Pompeiopolim Ciliciæ, maritimam vrbem, amotus est. datum id non modò precibus Artabani, sed contumeliæ Pisonis, cui gratissimus erat ob plurima officia & dona, quibus Plancinam deuinxerat. M. Silano, L. Norbano Coss. Germanicus Ægyptum proficiscitur, [169] cognoscendæ antiquitatis: sed cura pro

Cap. 57. *Germanicus & Piso conueniunt, queruli.*

Discedunt iratí.

Cap. 58. *Legati ab Artabano:*

Vonones Syriâ demouetur.

Cap. 59. A. V. C. DCCLXXII. *Germanicus ad Ægyptum, visum abit.*

spas. cap. VIII. Cappadociæ, propter assiduos Barbarorum incursus, Legiones addidit, Consularemque rectorem imposuit pro Equite Romano. *Ego censeam primò quidem Legatum impositum: sed post id mutasse. Dionem autem oculos habuisse in eo quod obtineret, non quod obtinuisset.*

164. AD IVS PRÆTORIS.] *Verius esset*, Proprætoris: *sed ista miscentur, & passim in Tacito Prætor, Proprætor, Legatus, munere eodem. Strabo ad hanc rem:* Ἡ Κομαγηνὴ μικρά τίς ἐστιν. Ἔχει δὲ ἐρυμνὴν πόλιν Σαμόσατα, ἐν ᾗ τὸ βασίλειον ὑπῆρχε. νυνὶ δὲ ἐπαρχία γέγονε. *id est:* Comagene, modica regio. vrbem munitam habet Samosata, in quâ regia fuit. nunc in prouinciam redacta est. *Nec moueat te quòd Suetonius prouinciam eam factam primùm vult à Vespasiano, cap.* VIII. *quia Caligula regibus eam iterùm tradiderat, vt narrat Dio* LIX. Antiocho, *inquit*, Antiochi filio Comagenem paternum regnum adiectis Ciliciæ maritimis dedit. *Vti ergo Calgula Tiberij; sic Caligulæ decretum Vespasianus rescidit.*

165. ET FILIOS CRIMINARI.] *Hæc de dissidio & calumnijs inter Pisonem & Germanicum, quique partium vtriusque ibi erant. sed quomodo* filios *criminantur? sanè vnus ibi* M. Piso *filius: &* Cneius *alter*, omne hoc tempus in vrbe egit, *quod ipse Tacitus infrà libro* III. *scripsit: nec paternæ fortunæ aut crimini potuit adiungi. Vide an non* filium: *nisi & Cneius Romæ aliquid in Germanicum; aut criminati vniuersè sunt filiorum superbiam, contumaciam, aut tale.*

166. OPERTIS ODIIS.] *Lego*, apertis.

167. CORONÆ AVREÆ.] *Coronæ conuiuiorum è floribus foliisque vulgatæ: non aureæ. Quas tamen non solùm in illo Orientis luxu, sed etiam Romæ vsum aliquem habuisse discas ex Capitolino: qui in Ælio Vero scribit.* Data etiam conuiuis aurea atque argentea pocula & gemmata: coronas quinetiam datas lemniscis aureis interpositis, & alieni temporis floribus. *Item Vlpiano, De auro & argento legato:* Cedent igitur gemmæ fialis vel lancibus inclusæ auro argentóve. sed & in coronis mensarum, gemmæ coronis cedent, & hæ mensis. *At in Ægypto hunc morem Iustinus tangit libro* XVIII. Missi, *inquit*, à Senatu in Ægyptum Legati, cùm ingentia sibi à Ptolomæo rege missa munera spreuissent, interiectis diebus ad cænam inuitatis aureæ coronæ missæ sunt, quas illi honoris caussâ receptas, posterâ die statuis regis imposuerunt. *Etiam Polybius l.* XV. *qui ostendit tamen Regibus tantùm ex auro dari solere, alijs alias. Itaque narrat de Aristomene quodam, qui Agathocli, etsi non regi, per adulationem eius generis imposuit:* Πρῶτος μὲν γὰρ, *inquit*, ὡς ἑαυτὸν ὄντι δείπνου καλέσας τὸν Ἀγαθοκλέα, χρυσοῦν στέφανον ἀνέδωκε μόνῳ τῶν παρόντων. Οὐ τοῖς βασιλεῦσιν αὐτοῖς, ἔθος ὂν μόνοις συγχωρεῖσθαι: Primus hic enim Agathoclem ad se in cænam inuitans, auream ei coronam dedit soli omnium conuiuarum. quod solis regibus tribui mos est. *Neque scio an huc faciat, quod Laërtius in Xenocrate scribit:* χρυσῷ στεφάνῳ τιμηθέντα ἐπ' ἄθλῳ τῆς πολυποσίας: aureâ coronâ donatum, in præmium multæ potationis. *Certè ad conuiuia etiam spectat.*

168. PRINCIPIS ROMANI.] *Claret sententia. quasi dicat, luxum illum alienum Romanis moribus, dignum Parthorum. Æmilius tamen hîc* λεπτολογεῖ, *& perdit multa verba.*

169. COGNOSCENDÆ ANTIQVITATIS.] *Auditis Principes? imitamini. Hæc cognitio ad gloriam honestúmque excitat: hæc parandi vias ostendit.*

ra prouinciæ prætendebatur. leuauitque [170] apertis horreis pretia frugum : multaque in vulgus grata vsurpauit, sine milite incedere, [171] pedibus intectis, & pari cum Græcis amictu, P. Scipionis æmulatione; quem eadem factitauisse apud Siciliam, quamuis flagrante adhuc Pœnorum bello, accepimus. Tiberius, cultu habituque eius lenibus verbis perstricto, acerrimè increpuit, [172] quòd contra instituta Augusti, non sponte Principis Alexandriam introisset. Nam Augustus, inter alia dominationis arcana, vetitis, nisi permissu, ingredi senatoribus aut [173] equitibus Romanis illustribus, sepositi Ægyptum: ne fame vrgeret Italiam, quisquis eam prouinciam, [174] clausträque terræ ac maris, quamuis leui præsidio aduersum ingentes exercitus insedisset. Sed Germanicus, nondum comperto profectionem eam incusari, Nilo subuehebatur, orsus opido à Canopo. Condidêre id Spartani, ob sepultum illîc rectorem nauis Canopum: quâ tempestate Menelaus Græciam repetens, diuersum ad mare terramque Libyam delatus. Inde proximum amnis os dicatum Herculi, quem indigenæ ortum apud se & antiquissimum perhibent, eosque qui posteà pari virtute fuerint, in cognomentum eius adscitos : mox visit veterum Thebarum magna vestigia. & manebant [175] structis molibus litteræ Ægyptiæ, priorem opulentiam complexæ : iussusque è senioribus sacerdotum patrium sermonem interpretari, referebat habitasse quondam septingenta milia ætate militari : atque eo cum exercitu [176] regem Rhamsen Libyâ, Æthiopiâ, Medisque & Persis, & Bactriano, ac Scythiâ potitum, quasque terras Suri Armenijque & contigui Cappadoces colunt, inde Bithynum, hinc Lycium ad mare imperio tenuisse. [177] legebantur & indicta gentibus tributa, pondus argenti & auri, numerus armorum equorumque, & dona templis ebur, atque odores, quasque copias frumenti & omnium vtensilium quæque natio penderet, haut minùs magnifica, quàm nunc vi Parthorum, aut potentiâ Romanâ iubentur. Ceterùm Germanicus alijs quoque miraculis intendit animum. quorum præcipua fuêre, [178] Memnonis saxea effigies, vbi radijs solis icta est, vocalem sonum reddens : disiectasque inter & vix peruias arenas, instar montium eductæ Pyramides, certamine & opibus regum: lacusque effossâ humo, superfluentis Nili receptacula : atque alibi angustiæ, & profunda altitudo, nullis inquirentium spatijs penetrabilis. Exin ventum Elephantinen ac Syenen, [179] clausträ olim Romani imperij; quod nunc Rubrum ad mare patescit. Dum ea æstas Germanico plures per prouincias transigitur, haut leue decus Drusus quæsiuit, inliciens Germanos ad discordias, vtque fracto iam

Studium popularitatis in eo.

Tiberius improbat.

Cap. 60. *Canopus.*

Thebæ veteres.

Earum olim opes supra fidem.

Cap 61. *Memnonis statua.*

Pyramides.

Cap. 62. *In Germaniâ discordiæ, astu Drusi.*

170. APERTIS HORREIS.] *Publicis, opinor. vbi frumentum asseruabant in plebis Romanæ, & quod superesset, in alios vsus. At ille, in caritate fortè annonæ, indigenis indulsit.*

171. PEDIBVS INTECTIS INCEDERE.] *Interpretor, incessisse crepidatum palliatumq;. Plura in* EXCVRS. K.

172. QVÒD CONTRA INSTITVTA.] *Vide Suet. Tiberio, cap.* LII. *& quæ dicam ad lib.* I. *Histor.*

173. EQVITIBVS ROMANIS ILLVSTRIBVS.] *De hoc cognomine equitum infrà.*

174. CLAVSTRAQVE TERRÆ AC MARIS.] *Intellegit Pelusium, Paretonium, & Alexandriam. In Propertio,*

Clausträque Pelusij Romano subruta ferro.

175. STRVCTIS MOLIBVS.] *Intellegit obeliscos. de quorum frequentiâ & notis consule omnino Ammianum, lib.* XVII. *atque in hac ipsâ re Nos etiam in Ægyptijs* ADMIRANDIS.

176. REGEM RHAMSEN.] *De hac tantâ potentiâ Ægyptiorum nihil legi. nec facilè credam. Nam quod Suidas ait, Thulin quemdam Ægyptium regem, vsque ad Oceanum imperium tenuisse, à quo dicta sit Thule: quid tam infandum somniauit vllus ægrotus? Nescio an hic sit Rhamses, quo regnante Ilium captum esse vult Plinius libro* XXXVI. *cap.* VIII. *vbi tamen leges,* Ramises, *corruptè.*

177. LEGEBANTVR ET INDICTA.] *De his prioribusq; vide Strabonem in descriptione Thebarum lib.* XVII. *qui cum Cornelio Gallo illuc profectus pleraque refert oculatâ fide: egregius mehercules, & non ad vulgi gustum scriptor.*

178. MEMNONIS SAXEA EFFIGIES.] *visitur, vt Plinius vult, in Serapis templo formâ colossi:* quem, *ait,* cottidiano solis ortu contactum radijs crepare dicunt. *Iuuenal.*

Dimidio magicę resonant vbi Memnone chordę.

Dimidium cur vocet, explicat Strabo: Τῶ δ' ἑτέρου τὰ ἄνω μέρη τὰ ἀπὸ τ καθέδρας πέπωκε σεισμῶ ῥηθέντος, ὥς φασι. *qui etiam vidisse se ait, & cum multis alijs circiter horam primam diei sonitum aliquem audisse. Philostratus ab Apollonio eam statuam in Æthiopiâ visam ait: & mentitur non insolens, siue ipse, siue impurus ille magus. Nam certum est in Ægypto fuisse. Vide præter alios Pausaniam, in Atticis.*

179 CLAVSTRA OLIM ROMANI IMPERII.] *Alio sensu* Clausträ, *quàm paullo antè. nam nunc terminum & finem intellegit, qui claudit. Insertum hoc autem in gratiam laudemq; Traiani, qui res magnas gesit ad Orientem, limitibus imperij ad Rubrum*

mare

A iam Marobodúo vſque in exitium inſiſteretur. Erat inter Gotones nobilis iuuenis nomine Catualda, profugus olim vi Marobodui, & tunc dubijs rebus eius, vltionem auſus. Is validâ manu fines Marcomannorum ingreditur, corruptiſque primoribus ad ſocietatem, [180] inrumpit regiam, caſtellumque iuxta ſitum. veteres illîc Sueuorum prædæ, & noſtris è prouincijs lixæ, ac negotiatores reperti, quos ius commercij, dein cupido augendi pecuniam, poſtremùm obliuio patriæ, ſuis quemque ab ſedibus hoſtilem in agrum tranſtulit. Maroboduo vndique deſerto, non aliud ſubſidium quàm miſericordia Cæſaris fuit. tranſgreſſus Danubium, quà Noricam prouinciam præfluit, ſcripſit Tiberio, non vt profugus aut ſupplex, ſed ex memoriâ prioris fortunæ: nam multis nationibus clariſſimum quondam regem ad ſe vocantibus, Romanam amicitiam prætuliſſe. Reſponſum à Cæſare, tutam ei honoratamque ſedem in Italiâ fore, ſi maneret: ſin rebus eius aliud conduceret, abiturum fide quâ veniſſet. Ceterùm apud ſenatum diſſeruit, non Philippum Athenienſibus, non Pyrrhum, aut Antiochum, populo Romano perinde metuendos fuiſſe. Exſtat oratio quâ magnitudinem viri, violentiam ſubiectarum ei gentium, & quàm propinquus Italiæ hoſtis, ſuaque in deſtruendo eo conſilia extulit. Et Maroboduus quidem Rauennæ habitus, ſi quando inſoleſcerent Sueui, quaſi rediturus in regnum oſtentabatur. ſed non exceſſit Italiâ per duodeuiginti annos; conſenuitque multùm imminutâ claritate, ob nimiam viuendi cupidinem. Idem Catualdæ caſus, neque aliud perfugium. pulſus haut multò pòſt Hermundurorum opibus, & Vibilio duce; receptuſque, forum Iulium Narbonenſis Galliæ coloniam mittitur. Barbari vtrumque comitati, ne quietas prouincias immixti turbarent, Danubium vltrà inter flumina [181] Marum & Cuſum locantur, dato rege Vannio gentis Quadorum. Simul nuntiato regem Artaxiam Armenijs à Germanico datum, decreuêre patres, vt Germanicus atque Druſus ouantes vrbem introirent. ſtructi & arcus circum latera templi Martis vltoris, [182] cum effigie Cæſarum: lætiore Tiberio, quia pacem ſapientiâ firmauerat, quàm ſi bellum per acies confeciſſet. Igitur [183] Rheſcuporim quoque Thraciæ regem aſtu adgreditur. omnem eam nationem Rhœmetalces tenuerat:

Catualdæ Marobodduum pellit.

Cap. 63. *Is ad Romanos confugit.*

Vis & virtus Marobodui.

Qui Rauennæ diu habitus.

Sed & Catualda pellitur, & à Romanis recipitur.

Cap. 64. *Honores ob has res Germanico & Druſo.*

C quo defuncto Auguſtus partem Thracum Rheſcuporidi fratri eius, partem filio Cotyi permiſit. In eâ diuiſione arua, & vrbes, & vicina Græcis, Cotyi; quod incultum, ferox, adnexum hoſtibus, Rheſcuporidi ceſſit. [184] ipſorumque regum ingenia, illi mite, & amœnum; huic atrox, auidum, & ſocietatis impatiens erat. Sed primò ſubdolâ concordiâ egêre, mox Rheſcuporis egredi fines, vertere in ſe Cotyi data, & reſiſtenti vim facere; contanter ſub Auguſto, quem auctorem vtriuſque regni, ſi ſperneretur, vindicem metuebat. enimuerò auditâ mutatione principis, immittere latronum globos, exſcindere caſtella, cauſas bello. Nihil æquè Tiberium anxium habebat, quàm ne compoſita turbarentur. diligit centurionem, qui nunciaret regibus, ne armis diſceptarent: ſtatimque à Cotye dimiſſa ſunt, quæ parauerat, auxilia. Rheſcuporis fictâ modeſtiâ poſtulat, eumdem in locum coiretur, poſſe de controuerſijs colloquio tranſigi. nec diu dubitatum de tempore, loco, dein conditionibus: cùm alter facilitate, alter fraude cuncta inter ſe concederent, acciperentque Rheſcuporis ſanciendo, vt dictitabat, fœderi, con-

Thracia diſſidet, in Cotyn, & Rheſcuporim.

Hic illum violat, & premit.

Cap. 65.

D uiuium

mare promotis. Eleganter apud Suidam ſcriptor incertus ſuper hac ipſâ re: Ῥωμαίων ἀρχὴ, αὕτη δ' Ἀσυρίων καὶ Περσῶν καὶ Μακεδόνων τὸ πρὶν, μακρῷ ὑπερῆρεν. Ὡς εἰσαμβύη πέρατα ἑαυτῆς, πρὸς μὲν ἕω, Ἰνδὸς καὶ ἐρυθρὰν θάλασσαν, κὴ Νεῖλον καὶ καταῤῥάκτας, καὶ λιμνὴν Μαιώτιν. *& reliqua, quæ non dubiè adtexit de rebus Traiani. Ita Tacitus libro* IV. Quantò ſit anguſtius imparatum: *præ quàm nunc, videlicet meo æuo.*

180. INRVMPIT REGIAM.] *Bouiaſmum in Hercyniâ ſiluâ, de quo attuli ſuprà Strabonis verba.*

181. MARVM ET CVSVM.] *Mariſus hic fluuius dictus Straboni libro* VII. *Maris, Herodoto: Mariſia, Iornandi: Æthico Margus. Retinet nomen hodie, & incolis appellatur Maros.*

182. CVM EFFIGIE CÆSARVM.] *Germanici, & Druſi.*

183. RHESCVPORIM.] *Non in alio nomine magis variatum. Dio* Ῥασκύποριν; *Velleius Rhaſcupolin, Suetonij optimus in Vaticano codex, Thraſcypolin. quomodo & in Liuio ſcriptum leges. Lucanus vocat*

——— gelidæ dominum Raſcipolin oræ.

De hiſtoriâ autem ipſâ conſule Dionem libro LIV. *in actis anni* DCCXXVIII.

184. IPSORVMQVE REGVM.] *Adeò hoc verum eſt, vt Cotys ille etiam litteris & poëſi excultus*

Tandemq; in vincla conijcit. uiuium adijcit; tractaque in multam noctem lætitiâ, per epulas ac vinolentiam incau- A
tum Cotyn, & postquam dolum intellexerat, sacra regni, eiusdem familiæ deos,& ho-
spitalis mensas obtestantem, catenis onerat. Thraciaque omni potitus, scripsit ad Tibe-
Cap. 66. rium, structas sibi insidias, præuentum insidiatorem: simul bellum aduersus Bastar-
nas Scythasque prætendens, nouis peditum & equitum copijs sese firmabat. Molliter
rescriptum, *si fraus abesset, posse eum innocentiæ fidere: ceterùm neque se, neque senatum, nisi*
cognitâ caussâ, ius & iniuriam discreturos. proinde tradito Cotye veniret, transferretque inui-
diam criminis. Eas litteras Latinius Pandus Proprætor Mœsiæ, cum militibus quîs Co-
tys traderetur, in Thraciam misit. Rhescuporis inter metum & iram conatus, maluit
Etiam occidit. patrati, quàm incepti facinoris reus esse: occidi Cotyn iubet, mortemque sponte sum-
ptam ementitur. Nec tamen Cæsar placitas semel artes mutauit, sed defuncto Pando,
Flactus à Tiberio missus sceleri vindicando. quem sibi infensum Rhescuporis arguebat, [185] Pomponium Flaccum veterem stipen-
Cap. 67. diis, & artâ cum rege amicitiâ, eoque accommodatiorem ad fallendum, ob id maximè
Mœsiæ præfecit. Flaccus in Thraciam transgressus, per ingentia promissa, quamuis B
ambiguum & scelera sua reputantem, perpulit, vt præsidia Romana intraret. circumda-
Quod fecit, sed Tiberia nâ arte. ta hinc regi specie honoris valida manus, tribunique, & centuriones, monendo, suaden-
do, & quantò longiùs abscedebatur apertiore custodiâ, postremò gnarum necessitatis
in vrbem traxêre. Accusatus in senatu ab vxore Cotyis damnatur, vt procul regno te-
Rhescuporis Romæ accusatur, damnatur. neretur. Thracia in Rhœmetalcen filium, quem paternis consilijs aduersatum consta-
bat, inque liberos Cotyis diuiditur: ijsque nondum adultis Trebellienus Rufus prætu-
râ functus datur, qui regnum interim tractaret; exemplo, quo maiores [186] M. Lepidum
Ptolemæi liberis tutorem, in Ægyptum miserant. Rhescuporis Alexandriam deuectus,
Cap. 68. atque illîc fugam tentans, an ficto crimine, interficitur. Per idem tempus Vono-
Vonones fugam tentat. nes, quem [187] amotum in Ciliciam memoraui, corruptis custodibus effugere ad Arme-
nios, inde in Albanos Heniochosque, & consanguineum sibi regem Scytharum cona-
tus est, specie venandi. omissis maritimis locis, auia saltuum petijt, mox pernicitate
equi ad amnem Pyramum contendit: cuius pontes accolæ ruperant, auditâ regis fugâ:
Sed reprehenditur, & interficitur. neque vado penetrari poterat. Igitur in ripâ fluminis, à Vibio Frontone præfecto equi- C
tum vincîtur. mox Remmius Euocatus, priori custodiæ regis adpositus, quasi per iram
gladio eum transigit: vnde maior fides, conscientiâ sceleris & metu indicij, mortem
Cap. 69. Vononi illatam. At Germanicus Ægypto remeans, cuncta quæ apud legiones aut
vrbes iusserat, abolita, vel in contrarium versa cognoscit. hinc graues in Pisonem con-
Piso à Germanico palàm diffidet. tumeliæ, nec minùs acerba quæ ab illo in Cæsarem [188] tentabantur. * Dein Piso abire
Suriâ statuit, mox aduersâ Germanici valetudine detentus, vbi recreatum accepit, vota-
que pro incolumitate soluebantur, [189] admotas hostias, sacrificalem apparatum,
[190] fe-

fuerit. Ad eum enim est elegia IX. *Ouidij lib.* III. *De Ponto: & in huius regno Vates ille exsulauit. quod scire volo iuuentutem.*

185. POMPONIVM FLACCVM.] *Est ipse de quo Ouidius lib.* IV. *de Ponto eleg.* IX.

Præfuit his, Græcine, locis modò Flaccus, & illo
Ripa ferox Istri sub duce tuta fuit.
Hic tenuit Mysas gentes in pace fideli:
Hic arcu fisos, terruit ense Getas.

Atque idem præfuit posteà Syriæ, vt scribit noster l. IV.

186. M. LEPIDVM.] *Valerius Maxim. lib.* IV. *cap.* IV. Cùm Ptolemæus rex tutorem populum Rom. filio reliquisset, Senatus M. Æmilium Lepidum Pontif. Max. bis Consulem ad pueri tutelam gerendam Alexandream misit: amplissimique & integerrimi viri sanctitatem, reip. vsibus & sacris comparatam externæ procurationi vacare voluit, ne fides ciuitatis nostræ frustrà petita existimaretur. *Iustinus libro* XXX. Mittitur & M. Lepidus in Ægyptum, qui tutoris nomine regnum populi administraret. *Exstant & denarij argentei cum inscriptione*, M. LEPIDVS. PONT. MAX. TVTOR. REG. *in parte versâ, caput turritum, subscriptum*, ALEXANDREA. D

187. AMOTVM IN CILICIAM MEMORAVI.] *Pompeiopolim, suprà. Sueton. paullò aliter hæc narrat, & cum Tiberij probro:* Sed & Vononem Parthorum regem, qui pulsus à suis quasi in fidem populi Romani cum ingenti gazâ Antiochiam se receperat, spoliauit perfidiâ, & occidit. *Vt Taciti narratio est, Imperator extra culpam.*

188. TENTABANTVR. * DEIN PISO.] *Ad eam quam posui notam, suspicio mihi est, ne quid desit. non enim satis plena videtur narratio.*

189. ADMOTAS HOSTIAS.] *Sacrorum verbum est. Suetonius in Caligulâ*, Admota altaribus victima, succinctus poparum habitu. *idem significat, quod Tibullo & alijs, statuere ad aram.*

190. FE-

A [190] festam Antiochiensium plebem, per lictores proturbat. Tum [191] Seleuciam digreditur, opperiens ægritudinem quæ rursum Germanico acciderat. fæuam vim morbi augebat persuasio veneni à Pisone accepti: & reperiebantur [192] solo à parietibus [193] erutæ humanorum corporum reliquiæ, carmina, & deuotiones, & nomen Germanici plumbeis tabulis insculptum, semiusti cineres, ac [194] tabe obliti, aliaque maleficia quîs creditur animas numinibus infernis sacrari. simul missi à Pisone incusabantur, vt valetudinis aduersa rimantes. Ea Germanico haut minùs irâ, quàm per metum accepta; si limen obsideretur, si effundendus spiritus sub oculis inimicorum foret: quid deinde miserrimæ coniugi, quid infantibus liberis euenturum? lenta videri veneficia: festinare & vrgere vt prouinciam, vt legiones solus habeat: sed non vsque eò defectum Germanicum, neque præmia cædis apud interfectorem mansura. [195] Componit epistolas, quîs amicitiam ei renunciabat. Addunt plerique iussum prouinciâ decedere. nec Piso moratus vltrà, nauis soluit, moderaturque cursui, [196] quò propiùs regrederetur, si mors Germa-

B nici Suriam aperuisset. Cæsar paullisper ad spem erectus, dein fesso corpore, vbi finis aderat, adsistentes amicos in hunc modum alloquitur: *Si fato concederem, iustus mihi dolor etiam aduersus deos esset, quòd me* [197] *parentibus, liberis, patriæ,* [198] *intra iuuentam præmaturo exitu raperent. nunc scelere Pisonis & Plancinæ interceptus, vltimas preces pectoribus vestris relinquo, referatis patri ac fratri, quibus acerbitatibus dilaceratus, quibus insidijs circumuentus miserrimam vitam pessimâ morte finierim. Si quos spes meæ, si quos propinquus sanguis, etiam quos inuidia erga viuentem mouebat; inlacrymabunt, quondam florentem, & tot bellorum superstitem,* [199] *muliebri fraude cecidisse. Erit vobis locus querendi apud senatum, inuocandi leges. Non hoc præcipuum amicorum munus est, prosequi defunctum ignauo quæstu: sed quæ voluerit meminisse, quæ mandauerit exsequi. flebunt Germanicum etiam ignoti; vindicabitis vos, si me potiùs quàm fortunam meam fouebatis. Ostendite populo Romano diui Augusti neptem, eamdemque coniugem meam: numerate sex liberos. Misericordia cum accusantibus erit. fingentibusque sceleста mandata, aut non credent homines, aut non ignoscent* Iura-

C uêre amici, [200] dextram morientis contingentes, spiritum antè quàm vltionem amissuros. Tum ad vxorem versus per memoriam sui, per communes liberos orauit, exueret ferociam, sæuienti fortunæ submitteret animum, neu regressa in vrbem æmulatione potentiæ, validiores inritaret. Hæc palàm, & alia secretò, per quæ ostendere credebatur metum ex Tiberio. neque multò pòst exstinguitur, ingenti luctu prouinciæ & circumiacentium populorum. Indoluêre exteræ nationes regesque. tanta illi comitas in socios, mansuetudo in hostes: visuque & auditu iuxtà venerabilis, cùm magnitudi-

Atque hic in morbo haret.

Cui causam plerique dabant, venenum Pisonis

Cap. 70.

Germanicus amicitiam cum illo dirimit.

Cap. 71.

Morituri eius ad amicos verba.

Quis Pisonem cum vxore incusat.

Et vltionem mandat.

Cap. 72.

Coniugi etiam monita dat:

Morituráq.

Magno luctu omnium, ob virtutes.

nem

190. FESTAM ANTIOCH.] *Læto habitu, & candidatam.*

191. SELEVCIAM.] *Plures Seleuciæ, atque adeò in ipsâ Syriâ. Sed hanc puto, quæ* Pieria *cognominatur Straboni, Ciceroni, Polybio, Ptolomæo. Nam in litore maris est, parabatq; nauigationem Piso: tum*

D *etiam haud procul Antiochiâ, à quâ veniebat.*

192. SOLO AC PARIETIBVS.] *Muretus,* parietinis *conjicit.*

193. ERVTÆ HVMANORVM CORPORVM RELIQVIÆ.] *Dio sic expreßit,* Ὀστᾶ δὲ ἀνθρώπων ἐν τῇ οἰκίᾳ ἐν ᾗ ὤκει καταφρυγμένα, καὶ ἐλασμοὶ μολίβδινοι ἄρας τίνας μετὰ τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ ἔχοντες εὑρέθη. *Sunt hæ persuasiones à vulgo: & ideò vanæ. Appuleus callidè descripsit* III. *Milesiar.* Instruxit feralem officinam omne genus aromatis, & ignorabiliter laminis litteratis, & infelicium manium durantibus caluis, defletorum, sepultorum etiam cadauerum expositis multis admodum membris. hîc nares & digiti, illîc carnosi (*vel etiam* carioſi) claui pendentium: alibi trucidatorum seruatus cruor, & extorta dentibus ferarum trunca caluaria. *Ita nos eum locum totum emaculamus.*

194. TABE OBLITI.] *Malim,* tabo.

195. COMPONIT EPISTOLAS.] *Mox ex veteri illâ & simplici vitâ: quâ receptum, amicitiam & inimicitiam promtam habere in ore & in fronte. Adi* EXCVRS. *in* L.

196. QVO PROPIVS.] *Benè, suo quodam sensu. quid si tamen,* properius?

197. PARENTIBVS, LIBERIS.] *Atqui vnica parens superarat, Antonia mater, Druso pridem functo.*

198. INTRA IVVENTAM.] *Romano more. quibus iuuenta finiebatur anno* XLV.

199. MVLIEBRI FRAVDE.] *Plancinam intellege: nec Liuiam omitte. quam certum mihi est huic sceleri fuisse architectam.*

200. DEXTRAM MORIENTIS CONTINGENTES.] *Quæ sedes fidei. Sed & apud Xenophontem Cyrus moriens hortatur amicos vt dextram suam contingant.* Εἴτις ἔν ὑμῶν, ἢ δεξιᾶς βούλεται τῆς ἐμῆς ἅψασθαι, ἢ ὅμμα τὸμὸν ζῶντος ἔτι προσιδεῖν ἐθέλει, προσίτω.

201. HAVT

nem & grauitatem ſummæ fortunæ retineret, inuidiam & adrogantiam effugerat. Fu- A
Cap. 73. *Cum Alexandro comparatur.* nus ſine imaginibus & pompâ; per laudes, & memoriam virtutum eius, celebre fuit. Et erant qui formam, ætatem, genus mortis, ob propinquitatem etiam locorum, in quibus interijt, Magni Alexandri fatis adæquarent. *Nam vtrumque corpore decoro, genere inſigni,* [201] *haut multum triginta annos egreſſum, ſuorum inſidijs externas inter gentes occidiſſe. ſed hunc mitem erga amicos modicum voluptatum, vno matrimonio, certis liberis egiſſe: neq; minùs præliatorem, etiamſi temeritas abfuerit, præpeditusque ſit perculſas tot victorijs Germanias ſeruitio premere. Quòd ſi ſolus arbiter rerum, ſi iure & nomine regio fuiſſet, tantò promtiùs adſecuturum gloriam militiæ, quantum clementiâ, temperantiâ, ceteris bonis artibus præſtitiſſet.* Corpus antequam cremaretur, nudatum in foro Antiochienſium, qui locus ſepulturæ deſtinabatur. [202] Prætulerítne veneficij ſigna, parùm conſtitit. nam vt quis miſericordiâ in Germanicum, & præſumtâ ſuſpicione, aut fauore in Piſonem pronior, diuerſi
Cap. 74. *Disceptatio de Syria præſide. Sentius factus.* interpretabantur. Conſulatum inde inter legatos, quique alij ſenatorum aderant, quis nam Suriæ præficeretur. & ceteris modicè niſis, inter Vibium Marſum, & Gn. Sen- B
tium, diu quæſitum: dein Marſus ſeniori, & acriùs tendenti Sentio conceſſit. Iſque infamem veneficijs eâ in prouinciâ, & Plancinæ percaram, nomine Martinam, in vrbem miſit, poſtulantibus Vitellio ac Veranio, ceteriſque qui crimina & accuſationem tam-
Cap. 75. *Agrippina Romam properat.* quam aduerſus receptos iam reos inſtruebant. At Agrippina quamquam defeſſa luctu, & corpore ægro, omnium tamen quæ vltionem morarentur intolerans, aſcendit claſſem cum cineribus Germanici, & liberis; miſerantibus cunctis, quòd femina nobilitate Princeps, pulcherrimo modò matrimonio inter venerantes gratantiſque aſpici ſolita; tunc feralis reliquias ſinu ferret, incerta vltionis, anxia ſui, & infelici fecunditate fortunæ toties obnoxia. Piſonem interim apud Coum inſulam nuntius adſequitur, exceſſiſſe
At Piſo de reditu in Syriam ambigit. Germanicum. Quo intemperanter accepto, cædit victimas, adit templa: neque ipſe gaudium moderans, & magis inſoleſcente Plancinâ, quæ luctum amiſſæ ſororis, tum
Cap. 76. *Quem diſſuadet filius.* primùm [203] læto cultu mutauit. Adfluebant centuriones, monebantque promta illi legionum ſtudia, repeteret prouinciam non iure ablatam, & vacuam. Igitur quid agendum conſultanti, M. Piſo filius *properandum in vrbem cenſebat: nihil adhuc inexpiabile admiſſum, neque ſuſpiciones imbecillas, aut inania famæ pertimeſcenda. diſcordiam erga Germanicum odio fortaſe dignam, non pœnâ: & ademtione prouinciæ, ſatisfactum inimicis. Quòd ſi regrederetur, obſiſtente Sentio, ciuile bellum incipi; nec duraturos in partibus centuriones militesque, apud quos recens imperatoris ſui memoria, & penitus infixus in Cæſares amor* C
Cap. 77. *Alij ſuadent:* *prævaleret.* Contrà Domitius celer ex intimâ eius amicitiâ diſſeruit, *Vtendum euentu. Piſonem, non Sentium, Suriæ præpoſitum. Huic faſces & ius prætoris, huic legiones datas. ſi quid hoſtile ingruat, quem iuſtiùs arma oppoſiturum, quàm qui legati auctoritatem, & propria mandata acceperit? Relinquendum etiam rumoribus tempus, quo ſeneſcant. plerumque innocentes, recenti inuidiæ impares. At ſi teneat exercitum, augeat vires; multa quæ prouideri non poſſunt, fortuitò in melius caſura. An feſtinamus cum Germanici cineribus adpellere, vt te inauditum & indefenſum planctus Agrippinæ, ac vulgus imperitum, primo rumore rapiant? Eſt tibi Auguſtæ conſcientia, eſt Cæſaris fauor, ſed in occulto: & perijſſe Germanicum nulli iactantiùs mœrent, quàm qui maximè lætantur.* Haut magnâ mole Piſo, promtus ferocibus, in D
Cap 78. *Et perſuadent.* ſententiam trahitur, miſſiſque ad Tiberium epiſtolis, incuſat Germanicum luxus & ſuperbiæ: ſeque pulſum, vt locus rebus nouis patefieret. curam exercitus, eâdem fide qua tenuerit, repetiuiſſe. Simul Domitium impoſitum triremi vitare litorum oram,

præ-

201. HAVT MVLTVM TRIGINTA ANNOS EGRESSVM.] *Obijt Germanicus anno* XXXIV. *vitæ acceptæ.*

202. PRÆTVLERÍTNE VENEFICII SIGNA.] *Multi adfirmant. Plinius lib.* XI. Cor negatur cremari poſſe in ijs qui cordiaco morbo obierunt, aut veneno interemptis. Certè exſtat oratio Vitellij, qua reum Piſonem eius ſceleris coarguit, hoc vſus argumento: palamque teſtatus non potuiſſe ob venenum cor Germanici Cæſaris comburi.

203. LÆTO CVLTV MVTAVIT.] *Quaſi in gratulatione aut quaſi voti damnata. Vide Feſtum, in verbis, Minuitur luctus. Quis autem feminæ triſtis, quis lætus cultus; nos in* EXCVRS. *quærimus, in* M.

204. LA-

A prætereque insulas [204] lato mari pergere in Suriam iubet. concurrentes desertores per manipulos componit, armat lixas, traiectisque in continentem nauibus, vexillum Tironum in Suriam euntium intercipit. Regulis Cilicum vt se auxilijs iuuarent scribit; haut ignauo ad ministeria belli iuuene Pisone, quamquam suscipiendum bellum abnuisset. Igitur oram Lyciæ ac Pamphyliæ prælegentes, obuijs nauibus, quæ Agrippinam vehebant, vtrimque infensi, arma primò expediêre: dein mutua formidine, non vltra iurgium processum est. Marsusque Vibius nunciauit Pisoni, Romam ad dicendam caussam veniret. Ille eludens respondit, adfuturum vbi prætor qui de veneficijs quæreret, reo atque accusatoribus diem prædixisset. Interim Domitius Laodiceam vrbem Suriæ adpulsus, cùm hiberna sextæ legionis peteret, quod eam maximè nouis consilijs idoneam rebatur, à Pacuuio legato præuenitur. Id Sentius Pisoni per litteras aperit, monetque ne castra corruptoribus, ne prouinciam bello tentet. quosque Germanici memores, aut inimicis eius aduersos cognouerat, contrahit, magnitudinem imperatoris idemtidem ingerens, &

Copias & vim parat in Sentium.

Cap. 79.

Obuiam habet Agrippinam.

B Rempublicam armis peti: ducitque validam manum, & prœlio paratam. Nec Piso, quamquam cœpta secus cadebant, omisit tutissima è præsentibus: sed castellum Ciliciæ munitum admodum, cui nomen [205] Celenderis, occupat. Nam admixtis desertoribus, & tirone nuper intercepto, suisque & Plancinæ seruitijs, auxilia Cilicum quæ reguli miserant, in numerum legionis composuerat. Cæsarisque se legatum testabatur *prouinciâ quam is dedißet arceri, non à legionibus (earum quippe accitu venire) sed à Sentio, priuatum odium falsis criminibus tegente. consisterent in acie, non pugnaturis militibus, vbi Pisonem ab ipsis parentem quondam appellatum, si iure ageretur potiorem; si armis, non inualidum, vidißent.* Tum pro munimentis castelli manipulos explicat, colle arduo & derupto. nam cetera mari cinguntur. Contrà veterani, ordinibus ac subsidijs instructi. hinc militum, inde locorum asperitas: sed non animus, non spes, ne tela quidem nisi agrestia, ad subitum vsum proparata. Vt venêre in manus, non vltrà dubitatum, quàm dum Romanæ cohortes in æquum eniterentur: vertunt terga Cilices; seque castello claudunt

Cap. 80.

Castellum Ciliciæ quoddam occupat

Aciemetiam struit:

Sed facilè à Sentio pellitur.

Interim Piso classem, haut procul opperientem, oppugnare frustrà tentauit: regres-

Cap. 81.

C susque, & pro muris modò semet adflictando, modò singulos nomine ciens, præmijs vocans, seditionem cœptabat: adeoque commouerat, vt signifer legionis sextæ signum ad eum transtulerit. Tum Sentius [206] occanere cornua tubasque, & peti aggerem, erigi scalas iussit, ac promtissimum quemque succedere: alios tormentis hastas, saxa, & faces ingerere. Tandem victâ pertinaciâ Piso orauit, vti traditis armis maneret in castello, dum Cæsar cui Suriam permitteret, consulitur. Non receptæ conditiones. nec aliud, quàm naues & tutum in vrbem iter, concessum est. At Romæ postquam Germanici valetudo percrebuit, cunctaque vt ex longinquo aucta in deterius adferebantur: dolor, ira, & erumpebant questus. *Ideò nimirùm in extremas terras relegatum: ideò Pisoni permissam prouinciam: hoc egisse secretos Augustæ cum Plancinâ sermones: vera prorsus de Druso seniores locutos, displicere regnantibus ciuilia filiorum ingenia: neque ob aliud interceptos, quàm quia populum Romanum æquo iure complecti, redditâ libertate, agitauerint.* Hos vulgi sermones audita mors adeò incendit, vt ante edictum magistratuum, ante sena-

Cap. 82.

Romam dimittitur.

Vbi Germanici valetudo in magnâ curâ:

D tusconsultum, [207] sumto iustitio desererentur fora, clauderentur domus, passim silentia & gemitus, nihil compositum in ostentationem. Et quàmquam [208] neque insignibus

Et mors in maximo luctu.

204. LATO MARI.] *Equidem tolero, sed verius fortasse*, alto.

205. CELENDERIS.] *Nominat id Iosephus l.* XVII. *collocatq; in viâ quâ Romam ibatur, sed in eo scriptum reperies*, Celendris. *meminit & Ptolomæus. Antiquissimum id fuit, si Apollodoro fides lib.* III. *Biblioth. qui conditionem eius refert ad Sandarum Tithoni nepotem.* Ὁ δ, *inquit*, ἐκ Συρίας ἐλθὼν εἰς Κιλικίαν πόλιν ἔκτισε Κελένδερι̃ν.

206. OCCANERE CORNVA.] *Occultè surreptum Sallustio est.* Iussu Metelli cornicines occanuere.

207. SVMTO IVSTITIO.] *Olim in tumultu aut calamitate à Dictatore Consulibúsve indici iustitium solitum, ex decreto Senatus: nunc passim in funere principium virorum. Sic lib.* I. Qui fine Augusti & initijs Tiberij auditis, ob iustitium aut gaudium intermiserat solita munia. *De vi habituq; iustitij nihil melius possum Petro Fabro, eruditæ diligentiæ viro. quem consule l.* II. *Semestrium cap.* X.

208. NEQVE INSIGNIBVS LVGENTIVM.] *Indicto enim iustitio, mutabant etiam vestem. Lucanus:*

—— ferale per vrbem.

Iusti-

gnibus lugentium abstinerent, altiùs animis mœrebant. Fortè negotiatores viuente adhuc Germanico Syriâ egressi, lætiora de valetudine eius attulêre: statim credita, statim vulgata sunt. vt quisque obuius, quamuis leuiter audita, in alios, atque illi in plures cumulata gaudio transferunt. cursant per vrbem, [209] moliuntur templorum fores: iuuit credulitatem nox, & promtior inter tenebras adfirmatio. Nec obstitit falsis Tiberius, donec tempore ac spatio vanescerent: & populus, quasi rursum ereptum, acriùs doluit. A

Cap. 83. *Multi honores mortuo.*

Honores, vt quis amore in Germanicum aut ingenio validus, reperti decretique: vt nomen eius [210] Saliari carmine caneretur; [211] sedes curules. sacerdotum Augustalium locis, superque eas querceæ coronæ statuerentur; [212] ludos Circenses eburna effigies præiret; néve quis flamen aut augur in locum Germanici, nisi gentis Iuliæ, crearetur. Arcus additi Romæ, & apud Ripam Rheni, & in monte Syriæ Amano, cum inscriptione rerum gestarum, ac [213] mortem ob Remp. obijsse: sepulcrum Antiochiæ vbi crematus: tribunal Epidaphnæ, quo in loco vitam finierat. Statuarum locorúmve in quis coleretur, haut facilè quis numerum inierit. [214] Cùm censeretur clypeus, auro & magnitudine insignis, inter auctores eloquentiæ; adseruit Tiberius, solitum paremque ceteris dicaturum. neque enim eloquentiam fortunâ discerni; & satis inlustre, si veteres inter scriptores haberetur. Equester ordo cuneum Germanici appellauit, qui Iuniorum

Clypeus inter Oratores.

B

Iustitium, latuit plebeio tectus amictu
Omnis honos, nullos comitata est purpura fasces.

Iuuenalis:

Pullati proceres differt vadimonia Prætor.

Seneca epist. XVIII. Nam quod fieri nisi in tumultu & tristi tempore ciuitatis non solebat, voluptatis caussâ vestem mutauimus.

209. MOLIVNTVR TEMPLORVM FORES.] *Nam vespere hæc gesta, aut nocte, & tum clausa templa. Suetonius Calig. cap.* VI. *de ipsâ hac re:* Repentè iam vesperi, cùm incertis auctoribus conualuisse percrebuisset; passim cum luminibus & victimis in Capitolium concursum est, ac pænè reuulsæ templi fores, nequid gestientes vota reddere moraretur.

210. SALIARI CARMINE.] *Qui honos non nisi nominibus deorum. Hoc exemplo M. Antoninus Philosophus, mortuo filio Vero,* iussit vt nomen eius Saliari carmini insereretur. *ita malo apud Spartianum, quàm,* inferretur.

211. SEDES CVRVLES.] *Spectaculis Romam transductis, magno honori fuit publicus in ijs locus. exempla multa. Eualuit paullatim adulatio, vt non solùm viuis, sed etiam absentibus mortuisq; daretur is locus, memoriæ conseruandæ. Loci præbiti indicium, sella esset. Primum vestigium eius ritus odorari videor in Liuij verbis, lib.* II. *de Valerio Dictatore*: Dictator triumphans in vrbem inuehitur. super solitos honores locus in Circo ipsi posteriscque, ad spectaculum datus: sella in eo loco curulis posita. *Cæsari habitus deinde idem honos, vt clarè Dio libro* XLIV. Ἐψηφίσαντο τόν τε δίφρον αὐτῷ τὸ ὀπίχρυσον εἰς τὰ θέατρα καὶ τὸ στέφανον τὸ διάλιθον καὶ διάχρυσον εἰσάγεσθαι. *Mox M. Marcello defuncto. de quo verba eiusdem scriptoris, libro* LIII. Μαρκέλλῳ δὲ καὶ εἰκόνα χρυσῆν, καὶ στέφανον χρυσοῦν, δίφρον τε ἀρχικὸν ἔς τε τὸ θέατρον ἐν τῇ Ῥωμαίων πανηγύρει ἐσφέρεσθαι, καὶ ἐς τὸ μέσον τῶν ἀρχόντων τῶν τελούντων αὐτὰ τίθεσθαι ὀκέλλυσι. *id est*, Marcelli & imaginem auream, & coronam auream, & sedem curulem Romanis ludis in theatrum inferri iussit, mediaque illa poni inter sedes editorum. *Sed & Seuerus, Pertinaci mortuo non vnam sellam, sed tres in theatro posuit: vti apud Xiphilinum scribitur his verbis.* Καὶ χρυσῆν εἰκόνα αὐτοῦ ἐφ' ἅρματος ἐλεφάντινον ἐς τὸ ἱππόδρομον ἐσάγεσθαι, καὶ ἐς τὰ λοιπὰ ὀκέλλουσι θέατρα θρόνους τε ζεῖς καταχρύσους αὐτῷ ἐσκομίζεσθαι. *Lego etiam sedes aureas in Theatrum illatas Tiberio & Seiano absentibus. & miror interpretem id vertisse, currus, apud Dionem libro* LVIII. Δίφρους τε ὀπιχρύσους ἐς τὰ θέατρα ἀμφοῖν ἐσέφερον. *Germanico igitur decretæ eiusmodi curules sedes per trina, vt opinor, theatra inter sacerdotum Augustalium sedes: & coronæ in ijs è quercu, ob ciues scilicet seruatos. Hunc ritum non alibi adhuc videram explicatum.*

C

212. LVDOS CIRCENSES.] *Qui honos dijs habitus, & qui diuinos deinde honores meriti videbantur. Ritus non obscurus.*

213. MORTEM OB REMP. OBIISSE.] *Hoc Druso quoque patri eius tributum; & voluit dictum Pedo ad Liuiam:*

Consul & ignoti victor Germanicus orbis,
Qui fuit heu mortis publica caussa: legor.

Sed tu rescribe, Cui fuit: *ad hanc mentem.*

214. CVM CENSERETVR CLYPEVS.] *Veteris inuenti fuit, imagines illustrium virorum publicè, in templo, curiaq; deponi, & quasi dedicari. Sic Africani imago in Capitolio, Catonis Censorij in Curiâ collocatæ. Valerius Maximus, libro* VIII. *cap.* XV. Africanus imaginem in cellâ Iouis opt. max. positam habet: quæ quotiescumque funus aliquod Corneliæ genti celebrandum est inde petitur: vnique illi instar atrij Capitolium est. Tam herclè quàm superiori Catoni, Curia. vnde effigies illius ad eiusdem generis officia expromitur. Gratum ordinem, qui vtilissimum reip. Senatorem tantùm non semper secum habitare voluerit. *Sed cumulatiùs id fecit, vt apparet, Augustus; qui primarias imagines in Curiâ collocauit, suis quasque locis distinctas: siue quis belli, siue pacis artibus claruisset. Ita suprà legimus,* Hortensij imaginem positam inter Oratores: *idemq; honos nunc Germanico petitus. Sed clypei nomine Tacitus cur vsus? quia imagines illæ, vt censeo,* instar

D

niorum dicebatur, instituitque [215] vti turmæ Idibus Iulijs imaginem eius sequerentur. pleraque manent, quædam statim omissa sunt, aut vetustas oblitterauit. Ceterùm recenti adhuc mæstitiâ, soror Germanici Liuia, nupta Druso, [216] duos virilis sexus simul enixa est. quod rarum lætumque etiam modicis penatibus, tanto gaudio Principem adfecit, vt non temperauerit, quin iactaret apud patres, nulli antè Romanorum eiusdem fastigij viro geminam stirpem editam. nam cuncta etiam fortuita ad gloriam vertebat. Sed populo tali in tempore id quoque dolorem tulit. tamquam auctus liberis, Drusus domum Germanici magis vrgeret. Eodem anno grauibus [217] senatus decretis libido feminarum coërcita, cautumq; ne questum corpore faceret, cui auus, aut pater, aut maritus Eques Rom. fuisset. nam Vistilia prætoriâ familiâ genita, licentiam stupri [218] apud Ædiles vulgauerat; more inter veteres recepto, qui satis pœnarum aduersum impudicas in ipsâ professione flagitij credebant. [219] * exacta & à Titidio Labeone Vistiliæ marito, cur in vxore delicti manifestâ vltionem legis omisisset? atque illo prætendente [220] sexaginta dies ad consultandum datos nec dum præterijsse, satis visum de Vistilia statuere. eaque in insulam Seriphon abdita est. [221] Actum & de sacris Ægyptijs Iudaicisque pellendis. factumque patrum consultum, vt [222] quattuor milia libertini generis eâ superstitione

Cap. 84. *Liuia Drusi geminos parit.*

Cap. 85 *Compressa libido muliebris nouis scitis.*

* Fortè *exactum.*

Pulsa externa sacra.

Instar militaris clypei rotunda: ex ære, auro, argento. Firmamentum aut lucem EXCVRSVS *noster dabit, in* N. *vide.*

215. VTI TVRMÆ.] *Ita accipio, vt in Sollenni illâ Transuectione equitum Germanici imago pro vexillo esset, quod sequerentur. Libro* VI. Quorum imagines pro vexillis secuti essent, duces imperatoresq; diligerent. *Aliud autem Transuectio equitum: aliud Recognitio, siue Censio, siue Probatio. & caue ea confundas. Transuectio à Q. Fabio Rulliano instituta, vt Liuius libro* IX. *Valerius* I. *auctores sunt. eiusq; formam & quasi Pompam graphicè depinxit Dionysius lib.* VI. *Idibus Quinctilibus siue Iulijs fieri solitam. Dionysius idem dixit, quia victoria ad lacum Regillum incidit in eum diem. Sed &* Castorum ædes Idibus Quinctilibus dedicata, *ait Liuius l.* II. *quorum honori præcipuè transuectio instituta. At recognitio equitum, olim à Censoribus singulis lustris: posteà ab Imperatoribus passim facta tempore non certo. idq; non aliud fuit, quàm censura quædam in equites equosq; publicos, & quasi examen. Nos plura, lib.* I. *De Milit. Adi, si lubet.*

216. DVOS VIRILIS SEXVS.] *Disce ergo hinc, quod nondum alij, Tiberium illum Drusi F. Tiberij N. quem Caius sustulit, superfuisse ex his geminis: & ideò Gemellum cognominatum. Et sanè numismata quædam huius Drusi ærea exstare aiunt, in quibus expressa gemellorum capita surgentia è copiæ cornu.*

217. SENATVS DECRETIS.] *Quorum decretorum particula hæc apud Tertullianum, De pallio.* Habes spectare quod Cæcina Seuerus grauiter Senatui impressit, matrona sine stolâ in publico. denique Lentuli Auguris consultis, quæ ita sese exauctorasset, pro stupro erat pœna: quoniam quidem indices custodesque dignitatis habitus, vt lenocinij factitandi impedimenta, sedulò quædam desuefecerant.

218. APVD ÆDILES VVLGAVERAT.] *Minùs expressa apud alios vestigia huius moris: quæ hîc in Tacito clara. Apparet autem in stupra matronarum ordinis primi aut secundi, grauiter semper animaduersum, ad seruandum publicum decus: non tam grauiter in libertinarum aut è plebe. quibus hæc militia Venerea, moribus tantumnon permissa: quod vel ex Horatio, Ouidio, alijsq; liquere potest. Sic & illud paret cuius feminæ licitum fuisse vulgare corpus, modò apud Aediles id profiteretur. Cui professioni consequens, vt iure cederet & dignitate matronali, etiam, vt opinor, ornamentis, censereturq; inter togatas. Quod facilè adstruo ex Suetonij verbis in Tiberio, c.* XXXV. Feminæ famosæ, vt ad euitandas legum pœnas iure ac dignitate matronali exsoluerentur, lenocinium profiteri cœperant: quas, ne quod refugium in tali fraude cuiquam esset, exsilio affecit. *Vt ergo ibi lenocinium profitebantur, ad amittendum ius matronarum: sic hîc stuprum, eâdem fine. Plura in* EXCVRS. O.

219. EXACTA ET A TITIDIO.] *Vertranius* exactum: *cui adsentio.*

220. SEXAGINTA DIES.] *Dies sexaginta dati lege Iuliâ, à die diuortij, marito ad accusandum. Clarum ex l.* XI. XIV. XV. *Ad legem Iuliam de adulterijs. quas vide.*

221. ACTVM ET.] *Non tunc primùm. Nam & Agrippa præfectus vrbi ab Augusto, sacra Aegyptia repressit: edicto, nequis ea intra quingentos ab vrbe passus exerceret. Id accidit anno* DCCXXXIV. *vt habes apud Dionem* LIV. *Sed de hoc Tiberiano edicto capiendus Seneca epist.* CIX. His instinctus abstinere animalibus cœpi: & anno peracto, non tantum facilis mihi erat consuetudo, sed dulcis. Quæris quomodo desierim? In Tiberij Cæsaris principatum iuuentæ tempus inciderat. alienigena tum sacra mouebantur: & inter argumenta superstitionis ponebatur animalium quorumdam abstinentia. *Apparetq; eum intellegere etiam Iudaica sacra, qui abstinuerunt animalibus quibusdam, vt sue. Quamquam & Romani posteà diebus religiosis abstinere carne cœperint, Aegyptio ritu. Spartianus in Iuliano:* Sæpè autem, nullâ existente religione, oleribus leguminibusque contentus, sine carne cænauit.

222. QVATTVOR MILIA.] *Iosephus lib.* XVIII. *id deplorat, & ostendit in eo numero solos Iudæos fuisse. cui subscribit Suetonius:* Iudæorum iuuentutem, per speciem sacramenti, in prouincias gra-

ſtitione infecta, quîs idonea ætas, in inſulam Sardiniam veherentur, coërcendis illîc latrocinijs, & ſi ob grauitatem cæli interijſſent, vile damnum : ceteri cederent Italiâ, niſi certam ante diem profanos ritus exuiſſent. Poſt quæ rettulit Cæſar,[223] capiendam virginem in locum Occiæ,[224] quæ ſeptem & quinquaginta per annos ſummâ ſanctimoniâ Veſtalibus ſacris præſederat : egitque grates Fonteio Agrippæ, & Domitio Pollioni, quòd offerendo filias, de officio in Remp. certarent. prælata eſt Pollionis filia, non ob aliud, quàm quòd mater eius[225] in eodem coniugio manebat. Nam Agrippa diſſidio domum imminuerat. & Cæſar quamuis poſthabitam,[226] decies ſeſtertij dote ſolatus eſt. A

Cap. 86. *Capta Veſtalis.*

Cap. 87. *Titulos & ſpecioſa nominum Tiberius auerſatur.*

Sæuitiam annonæ incuſante plebe,[227] ſtatuit frumento pretium quod emtor penderet, binoſque nummos ſe additurum negotiatoribus in ſingulos modios. Neque tamen ob ea parentis patriæ delatum & antè vocabulum adſumſit, acerbeque increpuit eos, qui diuinas occupationes,[228] ipſumque dominum dixerant; vnde anguſta & lubrica oratio, ſub Principe, qui libertatem metuebat, adulationem oderat. Reperio apud[229] ſcriptores * ſenatoreſque eorumdem temporum, Adgandeſtrij Principis Cattorum lectas in ſenatu litteras, quibus mortem Arminij promittebat, ſi patrandæ neci venenum mitteretur : reſponſumque eſſe, non fraude neque occultis, ſed palàm & armatum populum Romanum hoſtes ſuos vlciſci. quâ gloriâ æquabat ſe Tiberius priſcis imperatoribus, qui venenum in Pyrrhum Regem vetuerant, prodiderantque. Ceterùm Arminius, abſcedentibus Romanis & pulſo Maroboduo, regnum adfectans, libertatem popularium aduerſam habuit : petitusque armis, cùm variâ fortunâ certaret, dolo propinquorum cecidit, liberator haut dubiè Germaniæ, & qui non primordia populi Rom. ſicut alij reges ducesque, ſed florentiſſimum imperium laceſſierit : prœlijs ambiguus, bello non victus. ſeptem & triginta annos vitæ, duodecim potentiæ expleuit : caniturque adhuc barbaras apud gentes, Græcorum annalibus ignotus, qui ſua tantùm mirantur : Romanis haut perinde celebris, dum vetera extollimus, recentium incurioſi. B

Cap. 88. * temoreſq; *Arminij mortem Germanus non germanus promittit. Spreta ea perfidia :*

Et nihilo ſacriùs à ſuis columen illud patriæ tollitur.

Cui verum à Tacito elogium.

uioris cæli diſtribuit. *Huic calamitati occaſionem cauſſamq; præbuiſſe ſtupra quædam & fraudes tectas nomine religionis, non inuicundè Ioſephus idem deſcribit, in hiſtoriâ Paullinæ & Mundi. quem, ſi animus fert, vide lib.* XVIII. *cap.* VII.

223. CAPIENDAM VIRGINEM.] *Et de verbo, & de ritu toto, ſcripſi in proprio Syntagmate.* De Veſtâ & Veſtalibus.

224. QVÆ SEPTEM ET QVINQVAGINTA.] *At lex definiebat miniſterio virginum tantùm annos triginta. ſpontanea igitur manſio illa Occiæ.*

225. IN EODEM CONIVGIO.] *id eſt, vniuira eſſet : cuius rei honos. Tertullianus:* Monogamia apud ethnicos in ſummo honore eſt : vt & virginibus nubentibus vniuira pronuba adhibeatur, & ſic auſpicij initium eſt. Item in quibuſdam ſolennibus & auſpicijs, vt prior ſit vniuiræ locus. Certè Flaminia non niſi vniuira eſt.

226. DECIES SESTERTII DOTE.] *Numerus hic in dote, quod obſeruauimus, inter honeſtiores quaſi legitimus & ſolemnis. notatq; diſertè Iuuenalis,*

——& ritu decies centena dabuntur
Antiquo.

Et Seneca : Beatioréſne iſtos putas, quorum Pantomimæ decies ſeſtertio nubunt, quàm Scipionem, cuius liberi à Senatu in dotem æs graue acceperunt? *Et Martialis non vno loco.* C

227. STATVIT FRVMENTO PRETIVM.] *De modo pretioq; annonæ, infrà l.* XV.

228. IPSVM DOMINVM.] *Rectiſsimè. facta tantùm ſuppetiſſent dictu. Nam Domini vox propriè, non niſi in ſeruos : aut etiam coniunctos. de quo* EXCVRS. P.

229. SCRIPTORES SENATORESQVE.] *Non diſpliceat,* Senioreſque. *primùm quia ſæpè aduocat noſter teſtes eius æui, qui fuiſſent in re præſenti. vt l.* III. Memini audire me ex ſenioribus, viſum inter manus Piſonis libellum. *& l.* XI. Verùm audita ſcriptaque ſenioribus tradam. *Deinde quia peccatum & aliàs in eâ voce, vt l.* XIII. Sed impetum eius, multum priùs laudatâ magnitudine animi, attinuere Senatores, diſſolutionem imperij docendo, *&c. vbi certè ſcribo,* ſeniores. *vt dicam in loco. Poſsit tamen aliquis defendere hîc Senatores: quia res quaſi arcano acta in Senatu. Sed viderit Lector. à priori ſententiâ nobiliſsimus Ianus Douza noſter eſt; de quo plura dicere iubet & prohibet me amor. Tollam manum, & in tam boni nominis memoriâ paulliſper conquieſcam.* D

C. COR-

A

C. CORNELII TACITI

AB EXCESSV DIVI AVGVSTI

ANNALIVM LIBER III.

BREVIARIVM LIBRI.

B AGRIPPINA *cum Germanici reliquiis Brundisium, inde Romam peruenit. eæ tumulo Augusti illatæ, & funus ductum. Drusus in Illyricum redit. Cn. Piso cùm Romam redisset, veneni & Maiestatis postulatur. dictâ causâ, cùm omnia infensa & infesta experiretur, manus sibi adfert. Tacfarinas bellum in Africâ renouat: quod opprimitur à L. Apronio Proconsule. Lepida Aemilia adulterij & veneni defertur, damnaturque. Papia Poppæa lex ad id tempus asperiùs exercita, mollitur à Tiberio, & nexus eius exsoluuntur. Iterùm Africam incurrit Tacfarinas: cui tutandæ Iunius Blæsus deligitur. Equites aliquot Romani Maiestatis damnantur. Galliæ rebellant, ducibus Iulio Sacrouiro & Iulio Floro. infeliciter: quia à legionibus Germanicis copiæ earum cæsæ, & ipsæ ad vetus iugum retractæ. C. Lutorius eques, Maiestatis damnatus, in carcere exanimatus est. Cura luxus coërcendi cœpta, & omissa. Drusus Tribuniciam potestatem accipit. Flamen Dialis vetitus prouinciam sortiri. Asyla Græcorum lustrata & repurgata. C. Silanus repetundarum & Maiestatis damnatus. Tacfarinatem Iunius proturbat, & fratrem eius capit. Iuniæ illustris feminæ mors & funus. Hæc triennio gesta,*

C M. VALERIO ET M. AVRELIO COSS.
TIBERIO IMP. IV. ET DRVSO NERONE II. COSS.
C. SVLPICIO ET D. HATERIO COSS.

NIHIL intermissâ nauigatione hiberni maris Agrippina Corcyram insulam aduehitur, litora Calabriæ contra sitam. Illîc paucos dies componendo animo insumit, violenta luctu, & nescia tolerandi. Interim aduentu eius audito, intimus quisque amicorum, & plerique militares, vt quique sub Germanico stipendia fecerant, multiq; etiam ignoti vicinis è municipiis, pars officium in principem rati, plures illos secuti, ruere ad opidum Brundisium; quod nauiganti celerrimum fidissimumq; adpulsu erat. Atque vbi primùm ex alto visa classis, complentur non modò portus & proxima maris, sed mœnia ac tecta, quaque longissimè prospectari poterat, mærentium turbâ, ac rogitantium inter se, silentióne an voce aliquâ egredientem exciperent. neq; satis constabat quid pro tempore foret: cùm classis paullatim successit, non alacri vt adsolet remigio, sed cunctis ad tristitiam compositis. Postquam duobus cum liberis feralẽ vrnam tenens egressa naui, defixit oculos; idem omnium gemitus, neque discerneres, proximos, alienos, virorum feminarúmve planctus: nisi quòd comitatum Agrippinæ longo mærore fessum, obuij & recentes indolore anteibant. Miserat duas prætorias cohortes Cæsar, addito vt magistratus Calabriæ, Apuliáque, & Campani, suprema erga memoriam filij sui munera fungerentur. Igitur tribunorum centurionumque humeris cineres portabantur: præcedebant [1] incomta signa, versi fasces: atque vbi colonias transgrederentur, atrata plebes, [2] trabeati equites, pro opibus loci, vestem, odores, aliaque [3] funerum sollennia cremabant. etiam quorum diuersa oppida, tamen obuij, & victimas atque aras Diis Manibus statuentes, lacrymis & conclamationibus dolorem testabantur. Drusus Terracinam progressus est, cum

Cap. 1. *Corcyram Agrippina cum vrnâ appellit.*

Obuiàm illi popularitèr Brundisium itur.

Magno planctu excipitur.

Cap. 2. *A municipiis, à coloniis:*

A primordibus vrbis. A. V. C. DCCLXXIII. Claudio fratre liberisque Germanici, qui in vrbe fuerant. Consules, M. Valerius & M. Aurelius (iam enim [4] magistratum occœperant) & Senatus, ac magna pars populi viam compleuêre; [5] disiecti, & vt cuique libitum flentes. aberat quippe adulatio, gnaris omnibus lætam Tiberio Germanici mortem malè dissimulari. Tiberius atque Augusta publico abstinuêre, inferius maiestate suâ rati si palàm lamentarentur; an ne omnium oculis vultum eorum scrutantibus falsi intelligerentur. [6] Matrem Antoniam non apud auctores rerum, non diurnâ actorum scripturâ, reperio vllo insigni officio functam: cùm super Agrippinam, & Drusum, & Claudium, ceteri quoque consanguinei nominatim perscripti sint: seu valetudine præpediebatur, seu victus luctu animus, magnitudinem mali perferre visu non tolerauit. faciliùs crediderim, Tiberio & Augustâ, qui domo non excedebant, cohibitam: vt par mæror, & matris exemplo, auia quoque & patruus attineri viderentur. Dies quo reliquiæ tumulo Augusti inferebantur, modò per silentium vastus, modò ploratibus inquies: plena vrbis itinera, [7] conlucentes

At Tiberius cum matre parcius se tenent: Itemq; mater Germanici Antonia.

Cap. 4. *Ossa in Mausoleum illata.*

COMMENTARIVS.

1. INCOMTA SIGNA.] *De ornatu signorum dixi in lib.* I. *De versis fascibus, res sic habet. In dolore quia omnia fieri præter morem amant: etiam lictores fasces præferebant inuersos. Pedo in Eleg. ad Liuiam,*

Quos primum vidi fasces, in funere vidi:
Et vidi versos, indiciumque mali.

Statius Thebaidos VI.

——versis ducunt insignibus ipsi
Graiugenæ reges.

Nec fasces solùm suos lictores, sed milites inuertebant etiam scuta & arma. Virgilius:

—— & versis Arcades armis.

manentq; in militiâ nostrâ hodie vestigia eius ritus. Adde, quod non indignum monitu, versionem hanc armorum, non luctus solùm notam fuisse, sed etiam transfugij & defectionis. Ammianus lib. XXVI. Eumque secuti complures, iam gladios quatientes & pila, ad Imperatorem transeunt, cum vexillis scuta peruersa gestantes: quod defectionis signum est apertissimum. *Sed quare hîc, aut vnde Fasces? neque enim populi Romani magistratus adfuisse video. Respondeo, signa quidem Prætorianorum fuisse: at fasces ipsius Germanici defuncti, qui cineribus præferebantur insignia nuper potestatis. Addo, quòd Designatores lictores suos habere soliti, qui funeris ordinem & sollennia curabant.*

2. TRABEATI EQVITES.] *Trabea quid ad luctum? nihil. imò contrà vtebantur eâ in diebus sollennibus lætusq; ; vt equitum Transuectione. quod Dionysius notat. Sed & Domitiano decretum per honorem, vt quotiens consulatum gereret,* equites Romani quibus fors obtigisset, trabeati, & cum hastis militaribus præcederent cum, inter lictores apparitoresque. *Denique nusquam trabea in luctu: equitesq; Romæ togâ pullâ vsi in funere, vt reliqui ciues. Credo igitur vestem hanc trabibus purpuræ intextis (id enim trabea) sumptam hîc, non doloris indicium, sed ordinis. ad discriminandum, inquam, in coloniis equitem à plebe, & splendorem funeri conciliandum, trabeæ sumptæ. Illæ enim propriæ equitum: (nam Grammaticorum inuenta hîc non moror, qui faciunt etiam regum, ducum, augurum) & ideò Trabeata agmina, ipsi equites Statio, in Epulo Domitiani:*

Hic tum Romuleos proceres, trabeataque Cæsar
Agmina, mille simul iussit discumbere mensis.

& in V. *Siluarum ad Crispinum: quem locum fusiùs adscribam, quia mei eget.*

——non te series inhonora parentum,
Obscurum proauis, & priscæ lucis egentem
Plebeiâ de stirpe tulit. non sanguine cretus
Turmali trabeque ac remis, & paupere clauo
Augustam sedem & Latij penetrale Senatus
Aduena pulsasti: sed præcedente tuorum
Agmine.

Verè enim emendo, non sanguine cretus Turmali, trabeaque Remi, nec paupere clauo. *id est, non tu ex plebe satus, imò nec ex ordine equestri. quem deinde describit tribus notis, luxuriâ non indecorâ ingenij, vt solet in illo poëtâ. Turmalem sanguinem vocat; quia propriæ equitum Turmæ: Trabeam Remi, quia ij trabeati, exemplo regum: Pauperem clauum, id est angustum & artum, qui ordinis equestris.*

3. FVNERVM SOLLENNIA.] *Obserua hunc ritum, quòd alibi defunctis, & vsto iam cadauere, nihilominus non Aras tantùm statuebant, sed struebant & accendebant Rogos, quasi verum ibi funus & cadauer esset. Ostendit hic locus, & Senecæ ad Martiam, c.* III. *de Druso, huius patre, qui in Germaniâ obierat, & reliquiæ item relatæ:* Mater longo itinere reliquias Drusi sui prosecuta, tot per omnem Italiam ardentibus rogis, quasi toties illum amitteret. *Ait,* per omnem Italiam: *in colonijs nempe & municipijs, quà transibant: vt hîc.*

4. MAGISTRATVM OCCOEPERANT.] *Ergo Ianuario hæc mense gesta.*

5. DISIECTI.] *Satis hoc mirum, vbi Coss. & Senatus, qui solent ordine & compositè incedere siue stare. Sed hîc apparet aliter factum, sparsosq; fuisse: an quia sponte venerant? an id quoque testando dolori? cui confusio videtur adhærere, nec decori cura.*

6. MATREM ANTONIAM.] *Hæc illa est Antonia Drusi, quam Plinius ait numquam spuisse. illa, quam Valerius mirè laudat à continentiâ & amore in coniugem, lib.* IV. *cap.* III.

7. CONLVCENTES PER CAMPVM.] *Dixit ad morem priscum: quo ij qui funus prosequebantur, cereos*

A tes per cámpum Martis faces illîc miles cum armis, [8] ſine inſignibus magiſtratus, populus per tribus, concidiſſe Remp. nihil ſpei reliquum clamitabant: promtiùs apertiusque, quàm vt meminiſſe imperitantium crederes. Nihil tamen Tiberium magis penetrauit, quàm ſtudia hominum accenſa in Agrippinam; cùm *decus patriæ*, [9] *ſolum Auguſti ſanguinem, vnicum antiquitatis ſpecimen* appellarent, verſique ad cælum ac deos, integram illi ſubolem, ac ſuperſtitem iniquorum precarentur. Fuêre qui publici funeris pompam requirerent, compararentque quæ in Druſum patrem Germanici honora & magnifica Auguſtus feciſſet. *ipſum quippe aſperrimo hiemis*, [10] *Ticinum vſque progreſſum, neque abſcedentem à corpore ſimul vrbem intrauiſſe: circumfuſas lecto* [11] *Claudiorum Iuliorumq; imagines, defletum in foro, laudatum pro roſtris, cuncta à maioribus reperta, aut quæ poſteri inuenerint, cumulata. At Germanico ne ſolitos quidem, & cuicumque nobili debitos honores, contigiſſe. ſanè corpus ob longinquitatem itinerum externis terris quoquo modo crematum: ſed tanto* B *plura decora mox tribui par fuiſſe, quanto prima fors negauiſſet,* [12] *non fratrem niſi vnius diei via, non patruum ſaltem portâ tenus obuium. vbi illa veterum inſtituta? præpoſitam* [13] *toro effigiem, meditata ad memoriam virtutis carmina, & laudationes & lacrymas,* [14] *vel doloris imitamenta?* Gnarum id Tiberio fuit. vtque premeret vulgi ſermones, [15] monuit edicto, *Multos illuſtrium Romanorum ob Remp. obiiſſe, neminem tam flagranti deſiderio celebratum.* [16] *idque & ſibi & cunctis egregium, ſi modus adiiceretur.* [17] *non enim eadem decora principibus viris & imperatori, populoque. modicis domibus, aut ciuitatibus, conueniſſe recenti dolore luctum, & ex mœrore ſolatia: ſed referendum iam animum ad firmitudinem, vt quondam diuus Iulius amiſſâ vnicâ filiâ, vt diuus Auguſtus ereptis nepotibus, abſtruſerint triſtitiam. Nil opus*

Magno honore omnium in defunctum;

Amore, in coniugem & liberos viuos.

Cap. 5.

Querela populi de Tiberio.

Qui parcus viſus in honorandis reliquiis.

Cap. 6. *Excuſat, & erigit populum edicto.*

reos manibus geſtabant, candelas, funalia, faces. Donatus id obtinuiſſe eò cenſet, quia noctu olim cadauera ſolita efferri. Super hoc more EXCVRS. *in* A.

8. SINE INSIGNIBVS MAGISTRATVS.] *Id eſt,* C *ſine togâ prætextâ, ſine anulis, ſine lato clauo. Quæ omnia accuratè mihi dicta in ſcripto De funeribus ſingulari.*

9. SOLVM AVGVSTI SANGVINEM.] *Non verè: plures erant, vt Lepidi & Silani ex Iulia nepte. ſed reliquos velut degeneres, credo, arguunt, hanc ſolam Auguſto dignam.*

10. TICINVM VSQVE.] *Vide quædam non vulgata apud Valerium Maximum, lib.* V. *cap.* V.

11. CLAVDIORVM IVLIORVMQVE IMAGINES.] *Druſus hic in Iuliam familiam ne adoptione quidem venit. vnde ergo in pompâ funebri imagines illi gentis Iuliæ? niſi fortè quia mater deducta in domum Auguſti. Hæc & talia de ſummo pectore dici poſſunt: at mihi nondum euiluit coniectura mea,* Liuiorum: *Cauſâ duplici. primùm, non præpoſuiſſet Claudios Iuliis Tacitus. id nefas. deinde cùm à patre* D *latæ imagines, cur omiſſæ à matre? quæ præſertim antiquæ, & multæ?*

12. NON FRATREM.] *Scribe,* fratres. *niſi ſui & hiſtoriæ oblitus Tacitus. Duo enim Germanico ſuperſtites fratres, Claudius naturâ, adoptione Druſus. ſemperq; eo nomine etiam hunc noſter inſignit. Scripſit autem ſuprà, Druſum & Claudium Tarracinam vſque progreſſos.*

13. TORO EFFIGIEM.] *Ritum fuiſſe arbitror, vt ſi cadauer adhuc vegetum & coloratum, ipſum in toro ſiue lecto oſtenderetur: ſin autem (vt in peregrè functis, aut diu functis) aut non eſſet cadauer, aut decorè proponi non poſſet, tum effigies cerea eius loco in lecto oſtenderetur. Colligo ex hoc loco, tum Dionis de Auguſto, qui Nolæ obierat:* Lectus erat, *inquit,* ex auro & ebore, purpureis auratisque ſtragulis: in cuius imâ parte cadauer arcæ incluſum latebat; effigies autem eius cerea, triumphali habitu ſuprà apparebat. *Idem in Pertinacis funere, quod ei Seuerus ſollenniter duxit, adnotauit idem ſcriptor, & in ipſius Seueri Herodianus.*

14. VEL DOLORIS IMITAMENTA.] *Simile in Claudij funere, lib.* XII. Ceterùm peractis triſtitiæ imitamentis.

15. MONVIT EDICTO.] *Ita moris ætate illâ, vt Princeps populum peccantem aut exorbitantem alloquèretur per libellum, coërceretq;. Eò reſpicit metaphora ſcita Senecæ, epiſt.* XCV. Præcepta ſapientiæ, quæ affectus noſtros velut edicto coërcent & obligant. *& caue quidquam ibi mutes.*

16. IDQVE ET SIBI ET CVNCTIS.] *An non magis,* & functis? *in vulgatâ mihi frigus.*

17. NON ENIM EADEM DECORA.] *Sententia commoda. non eadem decere Principes viros primoreſq; in republicâ, & ipſum Imperatorem; eadem inquam, quæ populum. Huic luctum permitti, at non illis. Planè hoc ipſis Tiberij verbis quaſi expreſſum voluit Pedo, illius ævi poëta.*

Non eadem vulgusque decent, & culmina rerum.

Ennius poëta, apud D. Hieronymum:

Plebs hocce regi antiſtat; in loco licet
Lacrimare plebi, regi honeſtè non licet.

Similia Euripides in Iphigenia, vbi Agamemnon profatur:

Η' δυσχύεια δ' ὡς ἔχει τι χρήσιμον;
Καὶ γὰρ δακρῦσαι ῥᾳδίως αὐτοῖς ἔχει
Ἄνολβα τ' εἰπεῖν. Τῷ δὲ θνητῷ φύσιν
* Ἅπαντα ταῦτα. Τῷ τ' ὄχλῳ δ' ἐλεύομαι. * Sic lego.
Ἐγὼ γὰρ ἐκβαλεῖν μὴ αἰδεῖται δάκρυ.

Plebeia ſors quàm præſtat alibi nobili?
Collacrimare namque iis facilè licet,
Et miſera fari verba. Contrà, nobili

opus vetustioribus exemplis: quoties populus Romanus clades exercituum, interitum ducum, A funditus amissas nobiles familias constanter tulerit. Principes mortales, Remp. æternam esse. proin repeterent sollennia: & quia ludorum [18] *Megalensium spectaculum suberat, etiam voluptates resumerent.* Tum exuto iustitio, reditum ad munia: & Drusus Illyricos ad exercitus profectus est, erectis omnium animis petendæ è Pisone vltionis: & crebro questu, quòd vagus interim per amœna Asiæ atque Achaiæ, adroganti & subdolâ morâ, scelerum probationes subuerteret. Nam vulgatum erat missam, vt dixi, à Gn. Sentio famosam veneficiis Martinam, subitâ morte Brundisi exstinctam. venenumque nodo crinium eius occultatum, nec vlla in corpore signa sumti exitij reperta. At Piso, præmisso in vrbem filio, datisque mandatis, per quæ principem molliret, ad Drusum pergit; quem haud fratris interitu trucem, quàm remoto æmulo æquiorem sibi sperabat. Tiberius quò integrum iudicium ostentaret, exceptum comiter iuuenem, [19] suetâ erga filios familiarum nobiles liberalitate auget. Drusus Pisoni, si vera forent quæ iacerentur, præcipuum in dolore suum locum respondit: sed malle falsa & inania, nec cuiquam mortem Germanici exitiosam esse. Hæc palàm, & vitato omni secreto: neque dubitabantur [20] præscripta * & à Tiberio, cùm incallidus alioqui & facilis iuuentâ, senilibus tum artibus vteretur. Piso Dalmatico mari tramisso, relictisque apud Anconam nauibus, per Picenum, ac mox Flaminiam viam, adsequitur legionem quæ è Pannoniâ in vrbem, dein præsidio Africæ ducebatur: eaque res agitata rumoribus, vt in agmine atque itinere crebrò se militibus ostentauisset. Ab Narniâ, vitandæ suspicionis, an quia pauidis consilia in incerto sunt, Nare ac mox Tiberi deuectus, auxit vulgi iras, quia nauem tumulo Cæsarum adpulerat; dieque, & ripâ frequenti, magno clientium agmine ipse, feminarum comitatu Plancina, & vultu alacres incessêre. Fuit inter inritamenta inuidiæ domus foro imminens, [21] festo ornatu, conuiuiumque & epulæ, & celebritate loci nihil occultum. Posterâ die, Fulcinius Trio Pisonem apud consules postulauit. contrà Vitellius, ac Veranius, ceterique Germanicum comitati tendebant, nullas esse partes Trioni; neque se accusatores, sed rerum indices & testes, mandata Germanici perlaturos. Ille, dimissâ eius caussæ delatione, vt priorem vitam accusaret obtinuit: petitumque est à principe, cognitionem exciperet. quod ne reus quidem abnuebat, studia populi & patrum metuens. contrà, Tiberium spernendis rumoribus validum, & conscientiæ matris innexum esse: veraque, aut in deterius credita, iudice ab vno faciliùs discerni: odium & inuidiam apud multos valere. Haut fallebat Tiberium moles cognitio-

Cap. 7. *Iustitium omissum.*

Cap. 8. *Piso ad Drusum abit, purgandi sui caussâ.*

Septuosè ille respondet, & ex Tiberiano præscripto.

* ei

Cap. 9. *At Piso Romam venit, oris & animi alacer.*

Cap. 10. *Postulatur à pluribus.* C

Idq. apud Tiberium iudicem.

Haud facilia ista. namque plebi nos damus,
Ideoque lacrimare vereor & pudet.

At verò in Taciti verbis, legebam olim: Non enim decora eadem Principibus viris & imperatori populo. Modicis domibus, *&c. Populus imperator & princeps, Romani sunt: ideoq, contrà, de* modicis ciuitatibus *mox sequitur. Probat Pichena, sed hoc ampliùs vellet*: Populo quæ mod. d.a. ciuitatibus, Conueniisse, *&c.*

18. MEGALENSIVM SPECTACVLVM SVBERAT.] *Vides ergo multum temporis interceßisse à die mortis Germanici. Nam mortuus ipse extremo Nouembri. quod facilè colligo ex Suetonij verbis scribentis:* Et vt fato functum palàm factum est, non solatiis vllis, non edictis inhiberi luctus publicus potuit: durauitque etiam per festos Decembris mensis dies. *id est, per Saturnalia, quæ medio Decembri. At Megalensium spectaculum, de quo nunc, incidit in Nonas Aprileis, per quas,* LVDI. MATRI. MAG. *vt in Kalendario notatum.*

19. SVETA ERGA FIL.] *Mos igitur fuit, Principem donare aliquid filiis Præsidum, qui è prouinciis redirent, atque ipsum adirent. Exempla velim notari.*

20. PRÆSCRIPTA ET A TIBERIO.] *Melius,* præscripta ei.

21. FESTO ORNATV.] *Ob lætitiam domini redeuntis. Ornatum festum intelligit laurum & lucernas. Iuuenalis:*

Ornentur postes, & grandi ianua lauro.

De lucernis vide quæ notaui in Electis, c. III. *& adde egregium Arriani locum in Sermonibus Epicteti, l.* I. D *cap.* XIX. Ἠ ξίωσ᾽ δημαρχίας. πάντες οἱ ἀπαντῆσ τες σωήδον᾽, ἄλλος τὰς ὀφθαλμὰς καταφιλεῖ, ἄλλος τ᾽ ῥάχηλον, οἱ δοῦλοι τὰς χεῖρας. Εἴρχε᾽ εἰς οἶκον, εὑρίσκει λύχνους ἀπομβύους. ἀναβαίνει εἰς τὸ Καπιτώλιον, θπθύει. *Id est:* Tribunatum aliquis adeptus est. omnes obuij gratulantur, alius oculos, alius collum osculatur, serui manus. Domum venit, inuenit collucentes lucernas. in Capitolium ascendit, sacrificat. *Idem lib.* II. Τέκνον, ἂν σωθῇς, ἄφω λύχνους, ταῦτ᾽ ἐστὶ τὰ τῦ φιλοσόργυ. Μέγα σοι ἀγαθὸν ἔσαι σωθέντι, τοιύτῳ λύχνον ἅπτειν ἄξιον. *Nec lucernas solùm in diebus eiusmodi festis, sed etiam funalia cereosq, accendebant. Panegyristes Laudatione Theodosij:* Quid portas virentibus sertis coronatas? quid aulæis tardantes plateas, accensisque

A nitionis, quaque ipse famâ distraheretur. Igitur paucis familiarum adhibitis, minas accusantium, & hinc preces audit, integramq; causſam ad senatum remittit. Atque interim Drusus rediens Illyrico, quamquam patres censuissent ob receptum Maroboduum, & res priore æstate gestas vt ouans iniret, prolato honore vrbem intrauit. Post quæ, reo [22] T. Arruntium, [23] Fulcinium, Asinium Gallum, Æserninum, [24] Marcellum, [25] Sex. Pompeium patronos petenti, iisque diuersa excusantibus, M. Lepidus & L. Piso, & Liuineus Regulus adfuêre: arrectâ omni ciuitate, quanta fides amicis Germanici, quæ fiducia reo, satin' cohiberet ac premeret sensus suos Tiberius: iis haut aliàs intentior populus, plus sibi in principem occultæ vocis, aut suspicaces silentij permisit. *Sed ille à se ad Senatum reiicit.* Cap. 11. *Patroni rei.*

Die senatus, Cæsar orationem habuit meditato temperamento. [26] *Patris sui legatum atque amicum Pisonem fuisse, adiutoremque Germanico datum à se, auctore senatu, rebus apud Orientem administrandis. illic contumaciâ & certaminibus asperasset iuuenem, exituque eius lætatus esset, an scelere extinxisset, integris animis dijudicandum. Nam si legatus officij ter-*
B *minos, obsequium erga imperatorem exuit, eiusdemque morte, & luctu meo lætatus est; odero, seponamque à domo meâ, & priuatas inimicitias,* [27] *non Principis vlciscar. Sin facinus in cuiuscumque mortalium nece vindicandum detegitur: vos verò & liberos Germanici, & nos parentes iustis solatiis adficite. simulque illud reputate, turbidè & seditiosè tractauerit exercitus Piso, quæsita sint per ambitionem studia militum, armis repetita prouincia; an falsa hæc in maius vulgauerint accusatores. quorum ego nimiis studiis iure succenseo. Nam quò pertinuit, nudare corpus & contrectandum vulgi oculis permittere, differrique etiam per externos, tamquam veneno interceptus esset, si incerta adhuc ista, & scrutanda sunt? Defleo equidem filium meum, semperque deflebo: sed neque reum prohibeo, quò minùs cuncta proferat, quibus innocentia eius subleuari, aut siqua fuit iniquitas Germanici, coargui possit. vosque oro, ne, quia dolori meo causa connexa est, obiecta crimina pro adprobatis accipiatis. Si quos propinquus sanguis, aut fides sua patronos dedit, quantum quisque eloquentiâ & curâ valet, iuuate periclitantem. Ad eumdem laborem, eamdem constantiam accusatores hortor. Id solùm Germa-*
C *nico super leges præstiterimus, quòd in curiâ potiùs quàm in foro, apud senatum quàm apud iudices, de morte eius anquiritur: cetera pari modestiâ tractentur. nemo Drusi lacrymas, nemo mœstitiam meam spectet, nec siqua in nos aduersa finguntur.* Cap. 12. *Cæsaris oratio ad patres, flexa, callida, verè Tiberiana.*

Exin biduum criminibus obiiciendis statuitur, vtque sex dierum spatio interiecto, reus per triduum defenderetur. Tum Fulcinius vetera & inania orditur, ambitiosè, auareque habitam Hispaniam. quòd neque conuictum noxæ reo, si recentia purgaret; neque defensum absolutioni erat, si teneretur maioribus flagitiis. Post quem [28] Seruæus, & Veranius, & Vitellius, consimili studio, sed multâ eloquentiâ Vitellius, obiecêre, *odio Germanici, & rerum nouarum studio,* Cap. 13. *Accusatorum oratio, & criminatio.*

censisque funalibus auctum diem referam? *vbi ex optimo libro lego,* aulæis vndantes plateas.

22. T. ARRVNTIVM.] *Nicolaus Faber, vir quem Probitas & Eruditio iuxtà amant (veris, nec*
D *ambitiosis laudibus vtor) Notis ad Senecam patrem legendum censet,* Lucium, *non,* Titum. *verissimè. est illustris ille vir, Senator & Consularis, Augusti iudicio dignus Principatu: Tacito nostro sæpè nominatus.*

23. FVLCINIVM.] *Quid? Fulcinium Trionem patronum petit Piso? atque is accusationem eius petijt, obtinuitq;. & mox etiam exsequitur. Ambigo de lectione, nisi alius aliquis Fulcinius ab isto.*

24. MARCELLVM.] *Eprium nomine: cuius celebre ingenium in foro.*

25. SEX POMPEIVM.] *Est ille, qui suprà cum Apuleio consul. quem Valerius Maximus amicum patronúmque suum nimis plenâ manu laudat lib.* IV. *cap.* VII. *Vocat clarissimum ac disertissimum virum, & addit:* A quo omnium incrementa commodorum vltrò oblata cepi: per quem tutior aduersus casus steti: qui studia nostra dictu & auspiciis suis lucidiora & alacriora reddidit. *& satis facundè dicta, quæ sequuntur. Et lib.* II. *cap.* I. *adsignificat proconsulem eum Asiæ fuisse, comite se. vocat ibi,* virum vt omnibus virtutibus, ita humanitatis quoque laudibus instructissimum: *additq;* facundissimum sermonem ore eius, quasi è beato quodam eloquentiæ fonte manasse. *Nec dissentit* * *Ouidius, qui vitam illi suam fortunasq; non vno loco refert acceptas. vt appareat hunc Sextum amicum vnicè fuisse Musis studiisq;: & ideò à nobis fugitiuam memoriam eius non frustrà retractam.*

* Vt lib. IV. De Ponto, eleg. I. & IV. & V. quas vide.

26. PATRIS SVI LEGATVM.] *In Hispaniâ, vt appâret ex sequentibus.*

27. NON PRINCIPIS VLCISCAR.] *Ita emendauimus. tamen cùm vetus lectio sit,* noui Principis: *aptiùs, vt nunc censeo, ex eâ feceris,* non vt Princeps: *siue maius,* non vi Principis. *Non vtar potestate, quam Princeps habet: sed noxas mihi illatas, vt priuatus vlciscar.*

28. SERVÆVS.] *De hoc ipso Tacitus lib.* VI. Quin-

dio, Pisonem vulgus militum, per licentiam & sociorum iniurias, eò vsque corrupisse, vt parens A
legionum à deterrimis appellaretur : contrà, in optimum quemque, maximè in comites & amicos
Germanici, sæuisse. postremò ipsum deuotionibus & veneno peremisse: sacra hinc & immolatio-
nes nefandas ipsius atque Plancinæ : petitam armis Remp. vtque reus agi posset, acie victum.

Cap. 14. *Quam haud vsquequaq; reus eius.* Defensio in ceteris trepidauit. nam neque ambitionem militarem, neque prouinciam pessimo cuique obnoxiam, ne contumelias quidem aduersum imperatorem inficiari poterat: solum veneni crimen visus est diluisse. quod ne accusatores quidem satis firmabant, in conuiuio Germanici, [29] cùm super eum Piso discumberet, infectos manibus eius cibos arguentes. quippe absurdum videbatur, inter aliena seruitia, & tot adstantium visu, ipso Germanico coram id ausum: offerebatque familiam reus, & ministros in tormenta flagitabat. Sed iudices per diuersa implacabiles erant. Cæsar ob bellum prouinciæ inlatum: Senatus, numquam satis credito, sine fraude Germanicum interiisse. [30] scripsissent expostulantes: quod haut minùs Tiberius quàm Piso abnuêre. Simul populi ante curiam voces audiebantur, non temperaturos manibus, si patrum sententias euasisset: [31] effigiesque Pisonis traxerant in Gemonias ac diuellebant, ni iussu principis protectæ repositæque forent. Igitur inditus lecticæ, & à tribuno prætoriæ cohortis deductus est: vario rumore, custos salutis, an [32] mortis exactor sequeretur. Eadem Plancino inuidia, maior gratia: eoque ambiguum habebatur, quantum Cæsari in eam liceret. Atque ipsa, donec mediæ Pisoni spes, sociam se cuiuscumque fortunæ, & si ita ferret, comitem exitij promittebat. vt secretis Augustæ precibus veniam obtinuit; paullatim segregari à marito, diuidere defensionem cœpit. Quod reus postquam sibi exitiabile intelligit, an adhuc experiretur dubitans, hortantibus filiis durat mentem, senatumque rursum ingreditur: redintegratamque accusationem, infensas patrum voces, aduersa & sæua cuncta perpessus, nullo magis exterritus est, quàm quòd Tiberium sine miseratione, sine irâ, obstinatum clausumque vidit, ne quo adfectu perrumperetur. Relatus domum, tamquam defensionem in posterum meditaretur, pauca conscribit, obsignatque, & liberto tradit. Tum solita curando corpori exsequitur. dein C multam post noctem, egressâ cubiculo vxore, opperiri fores iussit: & cœptâ luce, perfosso iugulo, iacente humi gladio, repertus est. Audire me memini ex senioribus, visum sæpiùs inter manus Pisonis libellum, quem ipse non vulgauerit, sed amicos eius dictitauisse, litteras Tiberij, & mandata in Germanicum continere : [33] ac destinatum promere apud patres, Principemque arguere, ni elusus à Seiano per vana promissa foret. nec illum sponte exstinctum, verùm immisso percussore, quorum neutrum adseuerauerim: neque tamen occulere debui narratum ab iis, qui nostram ad iuuentam dura-

In eum iudices haud proni, & populus offensissimus.

Plancina à mariti causâ suam diuellit. Ipse tamen defensionem iterat.

Nec aures aut mentes mitiores repperit.

Cap. 15.

Cap. 16. *Igitur sese ipse absoluit. Sermo in Tiberium, qui mihi verissimus.*

---

tus Seruæus post hæc," & Minutius Thermus inducti. Seruæus præturâ functus & quondam Germanici comes.

29. CVM SVPER EVM PISO.] *Interior ergo discubuit Germanicus, vt dignissimus. de quo ordine sedendi non omnia mihi dicta in Conuiuio : dicam alibi : plenè & apertis tibiis.*

30. SCRIPSISSENT EXPOSTVLANTES.] *Alieno loco hæc inserta. Mihi sententia præclarè reddi videtur, si iis amotis legas* : Senatus, numquam satis credito sine fraude Germanicum interiisse: simul populi ante Curiam voces audiebantur. *Quò tamen illa quæ superant remittenda sint, mihi non liquet.*

* Exactor, simpliciter: is credo, qui fructus prædiorum, nomina pecuniasque exigit.

31. EFFIGIESQVE PISONIS.] *Id solet in damnatis. Iuuenalis:*

——descendunt statuæ restemque sequuntur.

32. MORTIS EXACTOR SEQVERETVR.] *Exactor, qui præpositus ad exigendum perficiendumq;, & quasi custos. Liuius lib.* II. *De Bruto filios plectente:* Et qui spectator erat amouendus, eum ipsum fortuna exactorem supplicij dedit. *Plinius lib.* IX. *epistolâ ad Paullinum:* Ac deinde ex meis aliquos operis exactores, custodes fructibus ponam. *Romæ marmor epitaphium,*

M. AVRELIVS. AVGG. NN.
LIB. EPAPHRODITVS D
EXSACTOR. OPERVM. DOM. NN.

Tacitus in supplicijs ferè vsurpat, vt l. XI. Denuntiat centurionibus qui aderant, exequi cædem. custos & exactor è libertis Euodus datus. *Ambrosius lib. de Tobiâ cap.* IX. Dum vadis cum aduersario tuo ad magistratum, da operam liberari ab illo, ne fortè producat te ad iudicem, & iudex tradat te exactori, & exactor mittat te in carcerem. *Sed & * ἀπωλὼς reperio, quasi muneris nomen, Exactor. vt in Museo carpensi,*

SEX. POMPEIVS. FAVSTVS.
SEX. POMPEI. EXACTOR.

33. AC DESTINATVM PROMERE.] *Eiusdem sententiæ fuit, quod Suetonius scripsit, in Tib. cap.* LII. Quem (*Pisonem*) mox huius criminis reum putant

A rauerunt. Cæsar flexo in mæstitiam ore, suam inuidiam tali morte quæsitam apud senatum, crebrisque interrogationibus exquirit qualem Piso diem supremum, noctemque exegisset. [34] * Atque illo pleraque sapienter, quædam inconsultiùs respondente, recitat codicillos à Pisone in hunc fermè modum compositos. *Conspiratione inimicorum & inuidiâ falsi criminis oppressus,* [35] *quatenus veritati & innocentiæ meæ nusquam locus est, deos immortales testor, vixisse me Cæsar cum fide aduersum te, neque aliâ in matrem tuam pietate: vosque oro liberis meis consulatis. ex quibus Cn. Piso qualicumque fortunæ meæ non est adiunctus, cùm omne hoc tempus in vrbe egerit: M. Piso repetere Syriam dehortatus est. atque vtinam ego potiùs filio iuueni, quàm ille patri seni cessisset! eò impensiùs precor, ne meæ prauitatis pœnas innoxius luat. Per quinque & quadraginta annorum obsequium,* [36] *per collegium consulatus quondam diuo Augusto parenti tuo probatus, & tibi amicus, nec quidquam post hæc rogaturus, salutem infelicis filij rogo.* De Plancinâ nihil addit. Post quæ Tiberius adolescentem crimine ciuilis belli purgauit: patris quippe iussa, nec potuisse filium detractare: B simul nobilitatem domus, etiam ipsius, quoquo modo meriti, grauem casum miseratus. Pro Plancinâ cum pudore & flagitio differüit, matris preces obtendens: in quam optimi cuiusque secreti questus magis ardescebant. *Id ergo fas auiæ, interfectricem nepotis adspicere, adloqui, eripere senatui? quod pro omnibus ciuibus leges obtineant, vni Germanico non contigisse. Vitellij & Veranij voce defletum Cæsarem; ab Imperatore & Augustâ defensam Plancinam. proinde venena & artes tam feliciter expertas verteret in Agrippinam, in liberos eius, egregiamque auiam ac patruum sanguine miserrimæ domus exsatiaret.* Biduum super hæc imagine cognitionis absumtum; vrgente Tiberio liberos Pisonis, matrem vti tuerentur. Et cùm accusatores ac testes certatim perorarent, respondente nullo, miseratio quàm inuidia augebatur. Primus sententiam rogatus Aurelius Cotta Consul (nam referente Cæsare, [37] magistratus eo etiam munere fungebatur) nomen Pisonis radendum fastis censuit: partem bonorum publicandam, pars vt Gn. Pisoni filio concederetur, [38] isque prænomen mutaret. M. Piso [39] exutâ dignitate, & accepto [40] quinquagies sestertio, C in decem annos* relegatur, concessâ Plancinæ incolumitate ob preces Augustæ. Multa ex eâ sententiâ mitigata sunt à Principe: ne nomen Pisonis fastis eximeretur, quando M. Antonij qui bellum patriæ fecisset, Iuli Antonij qui domum Augusti violasset, manerent. & M. Pisonem ignominiæ exemit, concessitque ei paterna bona; satis firmus, vt sæpè memoraui, aduersum pecuniam, & tum pudore absolutæ Plancinæ placabilior. Atque idem, cùm Valerius Messallinus signum aureum in æde Martis Vltoris, Cæcina Seuerus aram Vltioni statuendam censuissent, prohibuit: ob externas ea victorias sacrari dictitans, domestica mala tristitiâ operienda. Addiderat Messallinus, Tiberio, & Augustæ, & Antoniæ, & Agrippinæ Drusoque, ob vindictam Germanici, grates agendas, omiseratque Claudij mentionem. & Messallinum quidem L. Asprenas senatu coram percontatus est, an prudens præteriisset? ac tum demum nomen Claudij adscriptum est. Mihi, quanto plura recentium seu veterum reuoluo, tanto magis ludibria

* Desunt quædam.

Ilsonis ad Cæsarem tabella.

Cap. 17. *Piso filius absoluitur.*

Plancina precibus eripitur.

Sententia in Pisonem.

* relegaretur.

Cap. 18. *Quas Tiberius mitigat.*

Claudium adulatio imprudenter præterit, post Principem.

D tant quidam mandata prolaturum, nisi ea secreta obstarent. *loco hodie non corrupto solùm, sed defecto. conatur tamen ingeniosè Torrentius:* ni Seianus secretò obstaret.

34. ATQVE ILLO PLERAQVE.] *Non fugiet corruptio loci attentum lectorem. Quis enim erit, ad quem hæc referantur,* Atque illo? *nullum certè nomen præiuit. Puto mutila esse. nisi sint; scribe.* Atque filio. *Est enim εὔλογον filium Pisonis attulisse parentis codicillos, & ab eo quæsisse Tiberium singulatim de morte.*

35. QVATENVS VERITATI.] *Melius,* quatinus: *id est, quoniam.*

36. PER COLLEGIVM.] *Qui an' Augusto collega, an quia Tiberio ipsi? Vtrumque enim verum. & consul cum Augusto fuit anno* DCCXXXI. *consul iterùm cum Tiberio,* DCCXLVII.

37. MAGISTRATVS ETIAM.] *Non vanè id notat. prisco enim more, magistratus à iudicandi onere immunes. Cicero in Verrem actione* I. *& alij.*

38. ISQVE PRÆNOMEN MVTARET.] *Quod & factum. nisi Dio mihi imponit, qui libro* LX. *Lucium (non Cnæum) Pisonem Cn. Pisonis & Plancinæ filium præfuisse Africæ sub Claudio tradidit.*

39. EXVTA DIGNITATE.] *Senatoriâ videlicet. Ita inferiùs scriptum,* exuere ordinem.

40. QVINQVAGIES SESTERTIO.] *Sunt nobis,* centum viginti quinque millia Philippicûm. *Videsis opes eius ævi, etiam ab hoc exemplo: & quomodo vel exsuli prouisum. Verè ergo Seneca:* Eò temporum luxuria prolapsa est, vt maius viaticum exulum sit, quàm olim patrimonium Principum fuit.

41. ADEÒ

bria rerum mortalium cunctis in negotiis obuersantur. quippe famâ, spe, veneratione potiùs omnes destinabantur imperio, quàm quem futurum principem fortuna in occulto tenebat. Cap.19. Paucis pòst diebus Cæsar auctor senatui fuit, Vitellio, atque Veranio, & Seruæo sacerdotia tribuendi: Fulcinio suffragium ad honores pollicitus, monuit, ne facundiam violentia præcipitaret. Is finis fuit vlciscendâ Germanici morte, non modò apud illos homines qui tum agebant, etiam secutis temporibus vario rumore iactatâ. [41] adeò maxima quæque ambigua sunt, dum alij quoquo modo audita pro compertis habent; alij vera in contrarium vertunt. & gliscit vtrumque posteritate. *Drusus ouans init.* [42] At Drusus vrbe egressus repetendis auspiciis, mox ouans introiit. paucosque post dies Vipsania mater eius excessit, vna omnium Agrippæ liberorum [43] miti obitu. nam ceteros manifestum ferro, vel creditum est, veneno aut fame exstinctos. Cap.20. Eodem anno Tacfarinas, quem priore æstate pulsum à Camillo memoraui, bellum in Africâ renouat, vagis primùm populationibus; & ob pernicitatem inultis: dein vicos exscindere, trahere graues prædas: postremò haut procul [44] Pagydâ flumine, cohortem Romanam circumsedit. *Bellum in Africâ instauratum Tacfarinate duce.* Præerat castello Decrius, impiger manu, exercitus militiâ, & illam obsidionem flagitij ratus. Is cohortatus milites vt copiam pugnæ in aperto facerent, aciem pro castris instruit. Primoque impetu pulsâ cohorte, promptus inter tela occursat fugientibus, increpat signiferos, quòd inconditis aut desertoribus miles Romanus terga daret. simul excepta vulnera. & quamquam transfosso oculo, aduersum os in hostem intendit, neque prœlium omisit, donec desertus suis caderet. *Cohors Romana fusa:* Cap.21. Quæ postquam L. Apronio (nam Camillo successerat) comperta; magis dedecore suorum, quàm gloriâ hostis anxius, raro eâ tempestate & è vetere memoriâ facinore, decumum quemque ignominiosæ cohortis, [45] sorte ductos, fuste necat. Tantumque seueritate profectum, vt vexillum veteranorum non ampliùs quingenti numero, easdem Tacfarinatis copias, præsidium, cui Thala nomen, adgressas fuderint. quo prœlio Rufus Heluius gregarius miles seruati ciuis decus rettulit, donatusque est ab Apronio torquibus & hastâ. Cæsar addidit ciuicam coronam, quòd non eam quoque [46] Apronius iure proconsulis tribuisset, questus magis

Quam lecimat Apronius. Eâ seueritate, pauci hostem proturbant.

41. ADEÒ MAXIMA QVÆQVE.] *Similis querela Thucydidis l.1.* Οἱ γὰρ ἄνθρωποι τὰς ἀκοὰς τῷ ἔργῳ προσχρυμνοῦσι, καὶ ὧν ἐπιχώρια σφίσιν ἦ, ὁμοίως ἀβασανίστως παρ' ἀλλήλων δέχονται. *& statim:* Οὕτως ἀταλαίπωρος τοῖς πολλοῖς ἡ ζήτησις τῆς ἀληθείας, καὶ ἐπὶ τὰ ἕτοιμα μᾶλλον τρέπονται. *nec dubium, quin ad hæc loca respexerit noster.*

42. AT DRVSVS VRBE EGRESSVS.] *Quæras, quo hæc egressio & reditio? Ad morem priscum. quo obtinuit, vt qui è prouinciis cum imperio redirent, illud ipsum amitterent simul intrassent vrbem. Ideò Liuius libro* XXVI. Quinto Fuluio ne minueretur imperium, si in vrbem veniset, decreuit Senatus. *Et magis ad lucem Taciti, quod Dio lib.* LIV. *tradit, Augusto decretum perpetuum Proconsulare imperium, ita vt nec si intra vrbem venisset, minueretur, néve necessum esset (vt ipse loquitur) ἀνανεοῦσθαι τὴν ἀρχήν. id est, renouare, siue vt Tacitus, repetere auspicia. Nam auspicij nomine etiam imperium hîc cape. Sed cui rei Druso opus fuit repetito imperio? ad ouationem. Nam qui triumphans ouánsve vrbem ingreditur, cum imperio id facit in illum diem: Drusus autem imperium amiserat ingressus vrbem ob fratris sui mortem. Debuit ergo repetere, vt ouaret. Eius sententiæ sunt, quæ apud Ciceronem legis, spem triumphi adjicientem:* Vtar eâ portâ, quam primam videro. *& apud Cœlium:* Neque enim stultè Appius, qui simul atque Dolabella accessit ad tribunal, introierat in vrbem, triumphique postulationem abiecerat. *Apud Vlpianum, l. vlt. De off. Proconsul.* Proconsul portam Romæ ingressus deponit imperium. *Iterùm apud * Ciceronem:* Mihi valdè placet de triumpho nos moliri aliquid, & extra vrbem esse cum iustissimâ causâ.

* C. LXIII.

* Ad Attic. lib. VII. ep. 1.

* Ad Atticum, l. VII. epist. VII.

43. MITI OBITV.] *Miti obitu, id est, citra vim, & ex fato. Sed videamus. M. Agrippæ tres vxores fuerunt. Prima, Pomponia Attici filia, conciliante eas nuptias M. Antonio Triumuiro. ex eâ genuit Vipsaniam, de quâ hîc, Drusi matrem. Altera, Marcella Octauiæ filia. ex eâ quoque liberi, si Suetonio fides diserte id in * Augusto tradenti. etsi nihil de iis posteà reperias, & videatur ea proles non fuisse vitalis. Tertia vxor, Iulia. ex eâ nati Caius & Lucius Cæsares, Postumus Agrippa, Agrippina & Iulia. In his plerisque vera Taciti nota. Caius enim & Lucius veneno crediti periisse; Agrippina, fame; Postumus, ferro. Iuliam excipio, cuius mortem libro* IV. *ita narrat ipse Tacitus vt ex naturâ videatur, ferri aut veneni nullâ mentione.*

44. PAGYDA FLVMINE.] *Quem alio nomine Belum dici Plinius ait.*

45. SORTE DVCTOS.] *Totidem Sallustiana verba Seruius citat,* Sorte ductos fuste necat. *quod ad Crassum referendum videri in decimatione cohortis vnius verè obseruauit noster Douza.*

46. APRONIVS IVRE PROCONSVLIS.] *Huc refer illud Suetonij, cap.* XXXII. Corripuit Consulares exercitibus præpositos, quòd de tribuendis quibusdam militaribus donis ad se referrent: quasi non omnium tribuendorum ipsi ius haberent.

47. OB-

magis, quàm offensus. Sed Tacfarinas perculsis Numidis, & [47] obsidia aspernantibus, spargit bellum; vbi instaretur, cedens, ac rursum in terga remeans: & dum ea ratio barbaro fuit, inritum fessumque Romanum impunè ludificabatur. Postquam deflexit ad maritimos locos; inligatus prædâ, statiuis castris hærebat. missuque patris Apronius Cesianus cum equite & cohortibus auxiliariis, quîs velocissimos legionum addiderat, prosperam aduersum Numidas pugnam facit, pellitque in deserta. At Romæ Lepida, cui super Æmiliorum decus L. Sulla ac Cn. Pompeius proaui erant, defertur simulauisse partum ex P. Quirinio diuite atque orbo. adiiciebantur adulteria, venena; [48] quæsitumque per Chaldæos in domum Cæsaris, defendente ream Manio Lepido fratre. Quirinius [49] post dictum repudium adhuc infensus, quamuis infami ac nocenti miserationem addiderat. Haut facilè quis despexerit illâ in cognitione mentem Principis: adeò vertit ac miscuit iræ & clementiæ signa; deprecatus primò senatum, ne maiestatis crimina tractarentur. Mox M. Seruilium è consularibus, aliosque testes inlexit ad proferenda, quæ velut reticeri volùerat.* idemque seruos Lepidæ, cùm [50] militari custodiâ haberentur, transtulit ad consules: neque per tormenta interrogari passus est, de his quæ ad domum suam pertinerent. Exemit etiam Drusum [51] consulem designatum dicendæ primo loco sententiæ. quod alij ciuile rebantur, ne ceteris adsentiendi necessitas fieret: quidam ad sæuitiam trahebant. neque enim cessurum nisi damnandi officio.

Cap. 22. *Lepida accusatur suppositi partus: Et maiestatis.*

Tiberius perplexè agit.

* itemque

Lepida ludorum diebus, qui cognitionem interuenerant, theatrum cum claris feminis ingressa, lamentatione flebili maiores suos ciens, ipsumque Pompeium, cuius ea monimenta & adstantes imagines visebantur, tantum misericordiæ permouit, vt effusi in lacrymas sæua & detestanda Quirinio clamitarent, cuius senectæ atque orbitati [52] & obscurissimæ domui, [53] destinata quondam vxor L. Cæsari, ac diuo Augusto nurus, dederetur. dein tormentis seruorum patefacta sunt flagitia, itumque in sententiam Rubellij Blandi, à quo aquâ atque igni arcebatur. Huic Drusus adsensit, quamquam alij mitiùs censuissent, mox Scauro, qui filiam ex eâ genuerat, datum, ne bona publicarentur. Tum demum aperuit Tiberius, compertum sibi etiam ex P. Quirinij seruis, veneno eum à Lepidâ petitum. Inlustrium domuum aduersa (etenim haut multum distanti tempore Calpurnij Pisonem, Æmilij Lepidam amiserant) solatio adfecit D. Silanus Iuniæ familiæ redditus. casum eius paucis repetam. Vt valida diuo Augusto in Remp. fortuna; ita domi improspera fuit, ob impudicitiam filiæ ac neptis, quas vrbe depulit, adulterosque earum morte aut fugâ puniuit. nam culpam inter viros ac feminas vulgatam, graui nomine læsarum religionum, ac violatæ maiestatis appellando,

Cap. 23. *Miseratio populi in Lepidam.*

Sed rea conuincitur, & damnatur.

Cap. 24. *Iunius Silanus exsilij veniam impetrat.*

47. OBSIDIA ASPERNANTIBVS.] *Id est, cùm nollent obsidere aut oppugnare vltrà præsidia Romana, malè bis terq; accepti.*

48. QVÆSITVMQVE PER CHALDÆOS.] *Quod semper capitale.* Cui enim opus perscrutari super Cæsaris salute, nisi à quo aliquid aduersus illum cogitatur, vel optatur, aut post illam speratur & sustinetur? Non enim eâ mente de caris consulitur, quâ de dominis, *ait appositè ad hanc rem Tertullianus.*

49. POST DICTVM REPVDIVM.] *Non ita capies, quasi alibi dixerit de eo repudio: sed Dicere repudium vsurpat, quod Mittere vulgò. id est, postquam repudiasset eam Quirinius. Repudiarat autem ante annos* XX. *Suet. Tib. cap.* XLIX.

50. MILITARI CVSTODIA.] *Militarem custodiam vti se habuit paullo vberiùs explicaui: non tibi veterane, sed tibi tiro, in* EXCVRS. *nostris: quos vtiliter & ad alia Taciti vide, in* B.

51. CONSVLEM DESIGNATVM.] *Appianus:* Σιλανὸς μὲν δὴ πρῶτος ἔλεγεν, ὃς ἐς τὸ μέλλον ἤρητο ὑπατεύειν. οὕτω γὰρ Ῥωμαίοις ὁ μέλλων ὑπατεύσειν πρῶτος εἰσφέρει γνώμην, ὡς αὐτὸς οἴμαι πολλὰ τῶν πυνθανομένων ἐργασόμενος, καὶ ἐκ τοῦ δὲ εὐβουλότερόν τε καὶ εὐλαβέστερον ἐνθυμησόμενος περὶ ἑκάστου: Silanus primus sententiam dixit, qui in sequentem annum Cos. designatus erat. Ita enim apud Romanos futuri anni Consul primus censet; vt qui ipse multa è consultis patraturus sit, ideoque putatur cautiùs magisque intentè de singulis cogitaturus.

52. ET OBSCVRISSIMÆ DOMVI.] *Abundè infrà hoc ipso libro.*

53. DESTINATA VXOR L. CÆSARI, AC DIVO AVGVSTO NVRVS.] *Non alibi quàm in lapide repperi hanc historiam, qui Bergomi visitur.*

PVDENS. M. LEPIDI. L. GRAMMATICVS.
PROCVRATOR. ERAM. LEPIDÆ MORESQVE.
REGEBAM. DVM. VIXI. MANSIT. CÆSARIS.
ILLA. NVRVS. PHILOLOGVS. DISCIPVLVS.

Post damnationem demum positus lapis videtur: & Pudenti adscripta gloria, tamquam illo vino, Lepida casta, bona.

54. LI-

lando, clementiam maiorum ſuasque ipſe leges egrediebatur. Sed aliorum exitus, ſimul A
cetera illius ætatis memorabo, ſi effectis in quæ tendi, plures ad curas vitam produxe-
Qui adulter in nepte Auguſti. ro. D. Silanus in nepti Auguſti adulter, quamquam non vltrà foret ſæuitum, quàm vt
amicitia Cæſaris prohiberetur; exſilium ſibi demonſtrari intellexit: nec niſi Tiberio
imperitante deprecari Senatum ac Principem auſus eſt, N. Silani fratris potentia, qui
per inſignem nobilitatem & eloquentiam præcellebat. Sed Tiberius grates agenti Sila-
no, patribus coram reſpondit, ſe quoque lætari quòd frater eius è peregrinatione lon-
ginquâ reuertiſſet: idque iure [54] licitum, quia non ſenatuſconſulto, non lege pulſus fo-
ret: ſibi tamen aduerſus eum integras parentis ſui offenſiones: neque reditu Silani, diſ-
Cap. 25. *Papia lex moderatio-nem quærit.* ſoluta quæ Auguſtus voluiſſet. Fuit poſthac in vrbe, neque honores adeptus eſt. Rela-
tum deinde [55] de moderandâ Papiâ Poppæâ, quam ſenior Auguſtus poſt Iulias roga-
tiones [56] incitandis cælibum pœnis, & augendo ærario ſanxerat. nec ideò coniugia & B
educationes liberûm frequentabantur, [57] prævalidâ orbitate. ceterùm multitudo peri-
clitantium gliſcebat, cùm omnis domus delatorum interpretationibns ſubuerterentur:
vtque antehac flagitijs, ita tunc legibus laborabatur. Ea res admonet, vt de principijs
Cap. 26. *Excurſus ad initia & progreſſus legum.* iuris, & quibus modis ad hanc multitudinem infinitam ac varietatem legum peruen-
tum ſit, altiùs diſſeram. Vetuſtiſſimi mortalium, nullâ adhuc malâ libidine, ſine pro-
bro, ſcelere, eoque ſine pœnâ aut coërcitionibus agebant: neque præmijs opus erat, cùm
honeſta ſuopte ingenio peterentur; & vbi nihil contra morem cuperent, nihil per me-
tum vetabantur. At poſtquam exui æqualitas, & pro modeſtiâ ac pudore, ambitio &
vis incedebat; prouenêre dominationes: multoſque apud populos, æternùm mansêre.
Quæ pauca primò, & ſimplices. Quidam ſtatim, aut poſtquam Regum pertæſum, leges maluerunt. Hæ primò rudi-
bus hominum animis ſimplices erant. maximeque fama celebrauit Cretenſium, quas
Minos: Spartanorum, quas Lycurgus: ac mox Athenienſibus quæſitiores iam & plures
Solon perſcripſit. Nobis Romulus, vt libitum, imperitauerat: dein Numa religioni-
bus & diuino iure populum deuinxit; repertaque quædam à Tullo & Anco: ſed præci-
Cap. 27. *Creuerunt paullatim.* puus Seruius Tullius ſanctor legum fuit, quîs etiam reges obtemperarent. Pulſo Tar- C
quinio aduerſum patrum factiones multa populus parauit tuendæ libertatis, & firman-
dæ concordiæ: creatique decemuiri, & accitis quæ vſquam egregia, compoſitæ duo-
decim tabulæ, finis æqui iuris. nam ſecutæ leges, etſi aliquando in maleficos ex deli-
cto, ſæpiùs tamen diſſenſione ordinum, & apiſcendi inlicitos honores, aut pellendi cla-
Studijs par-tium, aut odijs. ros viros. aliaque ob praua per vim latæ ſunt. Hinc Gracchi, & Saturnini, turbatores
plebis: nec minor largitor nomine ſenatus Druſus; corrupti ſpe, aut inluſi per inter-
Sulla correctionem molitur. ceſſionem ſocij. Ac ne bello quidem Italico, mox ciuili omiſſum, quin multa & diuerſa
ſciſcerentur; donec L. Sulla dictator, abolitis vel conuerſis prioribus cùm plura addi-
diſſet,

54. LICITVM, QVIA NON SC. NON LEGE.] *Obſerua. triplex ratio, ſiue via, à patriâ abeundi. Primùm, iuſſu decretoque Senatus, quaſi reip. intereſſet. Quæ ratio validiſſima, nec facilè veniam aut indulgentiam inueniebat. Ideò Auguſtus in Agrippâ Poſtumo*, multa de moribus adoleſcentis queſtus, vt exſilium eius Sc. ſanciretur, perfecerat: *Annalium primo. Altera ratio, per iudices, ſententiam ex lege. Hæc quoque firma, & olim vſurpata: at tertia nouitia, cùm Princeps in exſilium mittebat, quæ veriùs relegatio tantùm erat, & velut à parente publico (nam & patribus domi ac priuatim hoc ius) facta. Ouidius omnes tangit* II. *Triſtium:*

Nec mea decreto damnaſti facta Senatus,
Nec mea Selecto iudice iuſſa fuga eſt.
Triſtibus inuectus verbis (ita Principe dignum)
Vltus es offenſas, vt decet, ipſe tuas.
Adde, quòd Edictum, quamuis immite minaxque,
Attamen in pœnæ nomine lene fuit.

Quippe relegatus, non Exſul, dicor in illo
Gradatim ibi vides tres has ſpecies: & leuiſſimam ac leniſſimam tertiam, quæ auctoritate magis, quàm iure conſtat. Cùm tamen Edicta Principum vim legis haberent: verbo Legis, *& hanc ſpeciem Tacitus eſt complexus: & cùm nulla harum interueniſſet; apertè quidem: Tiberius redeundi meritò gratiam fecit.* D

55. DE MODERANDA PAPIA POPPÆA.] *Lex apud veteres in multâ famâ, & vſu: de quâ vbertim diſſerimus in* EXCVRS. *& multa ad Taciti aliorumque lucem in* C.

56. INCITANDIS CÆLIBVM POENIS.] *Id eſt, augendis atque intendendis.*

57. PRÆVALIDA ORBITATE.] *Quia id genus omnes captabant, colebant. Seneca*: In ciuitate noſtrâ plus gratiæ orbitas confert, quàm eripit: adeoque ſenectutem ſolitudo ad potentiam ducit, vt quidam odia filiorum ſimulent, & liberos ſeruent, & orbitatem manu faciant.

58. LE-

A dissĕt, otium ei rei haut in longum parauit, statim turbidis [58] Lepidi rogationibus. neque multò pòst Tribunis reddita licentia, quoquò vellent populum agitandi. Iamque non modò in commune, sed in singulos homines latæ quæstiones : & corruptissimâ Rep. plurimæ leges. Tum Gn. Pompeius tertiùm consul, corrigendis moribus dilectus, & grauior remedijs quàm delicta erant, suarumque legum [59] auctor idem ac subuersor, quæ armis tuebatur armis amisit. Exin continua [60] per viginti annos discordia, non mos, non ius. deterrima quæque impunè; ac multa honesta exitio fuêre. Sexto demum consulatu Cæsar Augustus potentiæ securus, quæ triumuiratu iusserat, aboleuit: deditque iura quîs pace & Principe vteremur. [61] acriora ex eo vincla, inditi custodes, & [62] lege Papiâ Poppæâ præmijs inducti * visi à priuilegijs parentum cessaretur, velut parens omnium populus vacantia teneret, sed altiùs penetrabant, vrbemque & Italiam, & quod vsquam ciuium, corripuerant : [63] multorumque excisi status, & terror omnibus intentabatur : ni Tiberius statuendo remedio, quinque consularium, quinque è prætoB rijs, totidem è cetero senatu sorte duxisset. apud quos exsoluti plerique legis nexus, modicum in præsens leuamentum fuêre. Per idem tempus Neronem è liberis Germanici iam ingressum iuuentam, commendauit patribus; vrque munere [64] capessendi vigintiuiratus solueretur, & [65] quinquennio maturiùs quàm per leges Quæsituram peteret, non sine inrisu audientium postulauit. [66] Prætendebat sibi atque fratri decreta eadem, petente Augusto : sed neque tum fuisse dubitauerim, qui eiusmodi preces occulti inluderent. ac tamen initia fastigij Cæsaribus erant : [67] magisque in oculis vetus mos, & priuignis cum vitrico leuior necessitudo, quàm auo aduersum nepotem. [68] Additur pon-

Cap. 28. *Item Pompeius :*

Denique Augustus, magis cum effectu.

* vt si *Ab eo hæc Papia, immodicè seuera.*

Ergo Tiberius nunc temperat.

Cap. 29. *Nero Germanici filius in viros scribitur.*

58. LEPIDI ROGATIONIBVS.] *De quibus Florus lib.* IV. *& quædam Sallust. in Fragm.*

59. AVCTOR IDEM AC SVBVERSOR.] *Nam leges de Ambitu & Iudicijs tulit : & in suis amicis non seruauit, imò perrupit. Ex Dione, Asconio, alijs.*

C

60. PER VIGINTI ANNOS DISCORDIA.] *Rotundus numerus, non verus. Nam à Pompeij* II. *consulatu ad Augusti* VI. *sunt inter anni* XXIV.

61. ACRIORA EX EO VINCLA.] *Assentior Pichenæ*, artiora.

62. LEGE PAPIA POPPÆA PRÆMIIS INDVCTI.] *Delatores scilicet accusatoresq;. Suetonius Nerone, cap.* X. Præmia delatorum Papiæ legis ad quartas redegit. *vt appareat præmia magna fuisse, & fortean tertiam aut semissem.*

63. MVLTORVMQVE EXCISI STATVS.] *Hoc est quod anteà dixit*, omnisque domus delatorum interpretationibus subuertebantur. *Et calumniæ multæ in hac lege circa ingenuitatis iura, & similia : vt periclitaretur non dubiè multorum status. Plinius*

D *Panegyrico, de hisdem :* Vidimus delatorum iudicium quasi grassatorum, quasi latronum. Non solitudinem illi nouiter, sed templum sed forum insederant : nulla iam testamenta secura, nullus status certus, non orbitas, non liberi proderant. Auxerat hoc malum Principum auaritia. Aduertisti oculos, &c. *Quibus in verbis emendo*, Non solitudinem illi, non iter. *quod perperàm cooleuerat*. nouiter. *Itinera sanè insident obsidentq; grassatores.*

64. CAPESSENDI VIGINTIVIRATVS SOLVERETVR.] *Non ergo aditus ad maiores honores, nisi illo adepto? appâret ex his verbis. itemq; è Dione de Claudio lib.* LVIII. Τὲς γαμβροὺς τότε ἐν τοῖς εἴκοσιν ἀνδράσιν ἄρξαι, καὶ μετὰ τοῦτο στολιαρχῆσαι ἐν ταῖς ἀνοχαῖς, ἐκέλευε, καὶ ὀψέποτε πέντε ἔτεσι θᾶσσον τὰς ἀρχὰς αἰτῆσαι σφίσιν ἐπέτρεψε : Generos suos iussit in Vigintiuiris esse, tum & Præfectos vrbi in ferijs Latinis, denique quinquennio maturiùs magistratus petere indulsit. *Vigintiuiros aperuit nobis solus Dio* LIV. *Triumuiros Monetales, Triumuiros Capitales, Quattuoruiros Viales, Decemuiros Stlitibus. Instituti sunt hoc numero ab Augusto (anteà ad vigintisex erant) anno* DCCXLI. *Dionem adi, atque etiam Festum in voce Præfecturæ : cuius locum Cuiacius emandauit lib.* XI. *Obseruat.*

65. QVINQVENNIO MATVRIVS.] *Vides ergo quàm aberret vir doctus & Italiæ suæ Suada, qui negat legitimam vllam ætatem Quæsturæ fuisse. Fuit. præter hunc locum, Spartianus in Iuliano* : Quæstor, ante annum quàm legitima ætas sinebat, designatus est. *Sueton. in Calig. cap.* I. Quæsturam quinquennio antequam per leges liceret, & post eam Consulatum statim gessit. *Sed quænam illa? vide in* EXCVRS. D.

66. PRÆTENDEBAT SIBI.] *Vide Dionem de Tiberio, lib.* LIII. *in actis anni* DCCXXX. *de Druso, lib.* LIV. *actis anni* DCCXXXV.

67. MAGISQVE IN OCVLIS.] *Quasi dicat tamen alij non illudebant, & attendebant hæc initia & gradus ad Principatum esse. Quæsturam, inquam, extra ordinem aut ætatem datam, & solutionem à Vigintiuiratu ; itemq; attendebant vetus & ab Augusto institutum, non recens à Tiberio ; quod si ille feciſſet, qui vitricus tantùm istorum erat (Tiberij & Drusi :) cur non Tiberius in nepotibus vsurparet, magis iunctis? Nepotibus tamen, adoptione : cùm sanguine propatruus eorum esset.*

68. ADDITVR PONTIFICATVS.] *De Nerone agit Germanici F. quem tamen ego Pontificem, in lapidibus, qui datâ operâ honori eius & memoriæ positi, non lego. Extat vrna (à Caligulâ, vt è Suetonio colligas, dicata) Romæ :*

Pontifex fit. pontificatus, & [69] quo primùm die forum ingressus est, congiarium plebi, admodum A
lætæ, quòd Germanici stirpem iam puberem aspiciebat. Auctum dehinc gaudium,
[70] nuptijs Neronis & Iuliæ Drusi filiæ. Vtque hæc secundo rumore, ita aduersis animis
acceptum, [71] quòd filio Claudij socer Seianus destinaretur. polluisse nobilitatem fami-
Cap. 30. liæ videbatur, suspectumque iam nimiæ spei Seianum vltrò extulisse. Fine anni con-
Volusij & Sallustij mortes. cessere vitâ insignes viri, L. Volusius, & Sallustius Crispus. Volusio vetus familia, neque
tamen præturam egressa. ipse consulatum intulit, [72] censoriâ etiam potestate legendis
equitum decurijs functus, opumque quîs domus illa immensùm viguit, primus accu-
Elogia. mulator. Crispum equestri ortum loco, C. Sallustius, rerum Romanarum florentissimus
auctor, fororis nepotem in nomen adsciuit. atque ille, quamquam promto ad capessen-
dos honores aditu, Mæcenatem æmulatus, sine dignitate senatoriâ multos triumpha-
lium, consulariumque potentiâ anteijt, diuersus à veterum instituto, per cultum & mun-
ditias; copiaque & affluentiâ, luxu propior. suberat tamen vigor animi, ingentibus ne-
gotijs par; eò acrior, quò somnum & inertiam magis ostentabat. Igitur incolumi Mæ- B
cenate proximus, mox præcipuus cui secreta imperatorum inniterentur, & interfi-
ciendi Postumi Agrippæ conscius, ætate prouectâ speciem magis in amicitia principis,
Potentia aulæ infida. quàm vim tenuit. Idque & Mæcenati acciderat: fato potentiæ rarò sempiternæ: an sa-
tias capit, aut illos cùm omnia tribuerent, aut hos, cùm iam nihil reliquum est quod
Cap. 31. cupiant. Sequitur Tiberij quartus, Drusi secundus consulatus, patris atque filij colle-
A. V. C. DCCLXXIV. gio insignis. nam biennio antè, Germanici cum Tiberio idem honor, neque patruo
Tiberius Româ secedit. lætus, neque naturâ tam connexus fuerat. Eius anni principio Tiberius, quasi firman-
dæ valetudini, in Campaniam concessit: longam & continuam absentiam paullatim
meditans; siue vt amoto patre, Drusus munia consulatus solus impleret. Ac fortè parua
res magnum ad certamen progressa, præbuit iuueni materiam apiscendi fauoris. Do-
L. Sulla immodestia accusatur: Quòd prætorio viro non cessisset. mitius Corbulo, præturâ functus, de L. Sullâ nobili iuuene questus est apud senatum,
[73] quòd sibi inter spectacula gladiatorum, loco non decessisset. pro Corbulone æ-
tas, C

OSSA.
NERONIS. CÆSARIS
GERMANICI. CÆSARIS. F
DIVI. AVG. PRON. FLAMIN
AVGVSTALIS. QVÆSTORIS.

Et in Hispaniâ marmor, quod amicus noster Carolus Clusius descripsit:

NERONI. CÆSARI
GERMANICI. F.
TI. AVGVSTI. N. DIVI. AVG.
PRON. FLAMINI. AVGVSTALI
SODALI. AVGVSTALI

Vbi cùm Flamen vtrobique insculpatur, non Pontifex: subuereri in mentem venit, ne in cognato honore Tacitus si fortè aberrarit.

* Fortè leg. cùm ei

69. QVO PRIMVM DIE.] *Id est Tirocinij die, siue togæ virilis. quo, auspicij causâ, tirones à patre proximisq; sollenni officio in forum deduci, & inde in Capitolium solent. Notat Plutarchus in Bruto: & Valerius Max. lib. v. cap.* IV. M. Cotta eo ipso die quo togam sumpsit virilem, protenus vt e Capitolio descendit, C. Carbonem, à quo pater eius damnatus fuerat, postulauit. *Suetonius in Augusto:* Duodecimum & decimumtertium consulatum magno, id est, XVII. annorum interuallo, vltrò petijt, vt Caium & Lucium filios amplissimo præditus magistratu, suo quemque tirocinio deduceret in forum. *In Tiberio:* Romam reuersus, deducto in forum filio Druso. *Munera etiam sportulasq; dari tirocinio solere, obseruabis hîc ex Tacito, & Suetonij Nerone, cap.* VII. Deductus in forum tiro, populo congiarium, militi donatiuum proposuit. *& calig. c.* X. *Nec in Principum modò liberis, sed vulgo id seruatum, disco ex Plinio l.* X. *Epist.* Qui virilem togam sumunt, vel nuptias faciunt, vel ineunt magistratum, solent totam bulen atque etiam è plebe non exiguum numerum vocare, binosque denarios vel singulos dare.

70. NVPTIIS NERONIS.] *Quod igitur suprà est:* Silani filiam Neroni vetustissimo liberorum Germanici pactam (*l.* II.) *pactam desponsamq; fuisse credimus, nuptam deductamq; non fuisse. Aut si fuit, fatum abstulit, & locum huic fecit.*

71. QVÒD FILIO CLAVDII.] *Explicat Sueton. Claudij c.* XXVII. Drusum Pompeiis impuberem amisit, pyro per lusum in sublime iacto, & hiatu oris excepto: * cui & ante paucos dies Seiani fi- D
liam despondisset. *ita enim eum locum in Antiquis olim restituimus. Vide infrà, initium lib.* IV.

72. CENSORIA ETIAM POTESTATE.] *Munúsne illud intellegit, quod Augustus instituit, Triumuiratum recognoscendi equites? de quo Suetonius cap.* XXXVII. *An potiùs lectas ab eo decurias iudicum vult, (quod Censorium olim munus) honore à Principe dato?*

73. QVÒD SIBI INTER SPECTACVLA.] *In theatro olim discreta loca: nondum, vt vides, in Circo aut Amphitheatro. Aliàs, caussa non fuisset huic querelæ. Discreuit primus Claudius Imp. &* in Circo, (*Suetonij verba sunt cap.* XXI.) propria Senatoribus constituit loca, promiscuè spectare solitis. *Tamen Augusti temporibus decretum Patrum fuit,* vt quoties quid spectaculi vsquam publicè ederetur, primus

A tas, patrius mos, ſtudia ſeniorum erant : contrà, Mamercus Scaurus & L. Arruntius, alijque Sullæ propinqui nitebantur. certabant orationibus, & [74] memorabantur exempla maiorum, qui iuuentutis inreuerentiam grauibus decretis notauiſſent : donec Druſus apta temperandis animis diſſeruit, & ſatisfactum Corbuloni per Mamercum, qui patruus ſimul ac vitricus Sullæ, & [75] oratorum eâ ætate vberrimus erat. Idem Corbulo plurima per Italiam itinera, [76] fraude mancipum & incuriâ magiſtratuum interrupta & imperuia clamitando, [77] exſecutionem eius negotij libens ſuſcepit. quod haut perinde publicè vſui habitum, quàm exitioſum multis, [78] quorum in pecuniam atque famam damnationibus & haſtâ ſæuiebat. Neque multò pòſt miſſis ad ſenatum litteris Tiberius, motam rurſum Africam incurſu Tacfarinatis docuit; iudicioque patrum diligendum proconſulem, gnarum militiæ, corpore validum, & bello ſuffecturum. quod initium Sex. Pompeius agitandi aduerſus M. Lepidum odij nactus, vt ſecordem, inopem, B & maioribus ſuis dedecorum, eoque etiam Aſiæ ſorte depellendum incuſauit. aduerſo ſenatu, qui Lepidum mitem magis quàm ignauum, paternas ei anguſtias, & nobilitatem ſine probro actam, honori quàm ignominiæ habendam ducebat. Igitur miſſus in Aſiam. Et de Africâ decretum vt Cæſar legeret, cui mandanda foret. Inter quæ Seuerus Cæcina cenſuit, ne quem magiſtratum, cui prouincia obueniſſet, [79] vxor comitaretur : multum antè repetito, concordem ſibi coniugem, & ſex partus enixam : ſeque quæ in publicum ſtatueret domi ſeruauiſſe, cohibitâ intra Italiam, quamquam ipſe pluris per prouincias [80] quadraginta ſtipendia expleuiſſet. *Haut enim fruſtrâ placitum olim, ne feminæ in ſocios aut gentes externas traherentur. ineſſe mulierum comitatui, quæ pacem luxu, bellum formidine morentur, & Romanum agmen ad ſimilitudinem barbari inceſſus conuertant. non imbecillem tantùm & imparem laboribus ſexum; ſed ſi licentia adſit, ſæuum, ambitioſum, poteſtatis auidum. Incedere inter milites, habere ad manum centuriones:* [81] *præſedisſe nuper feminam exercitio cohortium, decurſu legionum. cogitarent ipſi, quoties repetundarum aliqui arguerentur, plura vxoribus obiectari. his ſtatim adhæreſcere deterrimum quemque prouin-* C *cialium : ab his negotia ſuſcipi, tranſigi : duorum egreſſus coli, duo eſſe prætoria. peruicacibus magis & impotentibus mulierum iuſſis, quæ Oppijs quondam, alijsque legibus conſtrictæ, nunc vinclis exſolutis, domos, fora, iam & exercitus regerent.* Paucorum hæc adſenſu audita; plures obturbabant, neque relatum de negotio, neque Cæcinam dignum tantæ rei cenſorem.

Corbuloviârum curam accipit: Seuerè exercet. Cap. 32.

Lepidus in Aſiam proconſul. Cap. 33.

Cæcina vxores à prouincijs arcet.

Suis, & iuſtis cauſſis Cap. 34.

primus ſubſelliorum ordo vacaret Senatoribus, *ait idem Suet. in Auguſt. cap.* XLIV. *Sed id extra vrbem dumtaxat fuit firmum.*

74. MEMORABANTVR EXEMPLA MAIORVM.] *Si animus eſt, conſule Electa mea, capite De lictoribus. & adde quod in Plutarchi Gracchis ſcribitur, C. Veturio mortem allatam, quia Tribuno in forum venienti non deceſſiſſet.*

75. ORATORVM EA ÆTATE.] *Dico lib.* VI.

D 76. FRAVDE MANCIPVM.] *Mancipes hîc, qui vias publicas reficiendas quæſtus ſui cauſſâ redimebant. Hyginus :* Viæ publicæ & Curatores accipiunt, & per redemptores muniuntur. *Lapis Romæ in hortis Carpenſibus.*

CN. CORNELIO.
CN. F. SAB.
MANCIPI. VIÆ. APPIÆ.

Sed quî magiſtratus? credo, intellegit minores, id eſt Curatores viarum qui ab Auguſto. Vide EXCVRS. *in* E.

77. EXSECVTIONEM EIVS NEGOTII.] *Non nunc tantùm, ſed & poſteà iterùm ſub Caio : & vir cetera magnus, hæſit in his calumniæ ſordibus, bonis omnibus inuitis. Vide Dionem lib.* LIX.

78. QVORVM IN PECVNIAM.] *In poſſeſſorum videlicet, qui agros haberent viæ vicinos. Quaſdam enim vias collaticiâ pecuniâ tueri finitimi debebant : vt vulgò hodie. Hyginus manuſcriptus:* Viæ publicæ auctorum nomina obtinent, & Curatores accipiunt, & per redemptores muniuntur. Nam & quarumdam tutelæ à poſſeſſoribus, per tempora, certa ſumma exigitur.

79. VXOR COMITARETVR.] *Olim id inſolens. Declamatores apud Senecam patrem, lib.* IX. *Controu. de Flaminio.* Hic eſt Flaminius qui exiturus in prouinciam, vxorem à portâ dimiſit. *& alius :* In hoc tecum vxorem non miſimus? vt ſalua prouincia ſit, optemus meretrici bonam mentem. *ita lego locum eum & diſtinguo. Nec in crebro vſu etiam temporibus Auguſti. vt ex Suetonij verbis appâret, cap.* XXIV. Diſciplinam ſeueriſſimè rexit. ne Legatorum quidem cuiquam, niſi grauatè, hiberniſque demùm menſibus, permiſit vxorem interuiſere. *Sed irrepſit : & Germanico Agrippina in prouincijs comes, ipſi Auguſto Liuia.*

80. QVADRAGINTA STIPENDIA.] *Eſt ergo idem ille Cæcina de quo ſuprà lib.* I. Quadrageſimum id ſtipendium Cæcina parendi aut imperitandi habebat.

81. PRÆSEDISSE NVPER FEMINAM.] *Tangit Plancinam. ſuprà :* Nec Plancina ſe intra decôra feminis tenebat, ſed exercitio equitum, decurſibus cohortium intereſſe.

Cui Messallinus repugnat: Sed caussis vix caussis.

rem. mox Valerius Messallinus, cui parens Messalla, ineratque imago paternæ facundiæ, respondit *Multa duritie ꝟeterum meliùs & latiùs mutata. neque enim, ꝟt olim, obsideri ꝟrbem bellis, aut prouincias hostilis esse: & pauca feminarum necessitatibus concedi, quæne coniugum quidem penates, adeò socios non onerent. cetera promiscua cum marito, nec ꝟllum in eo pacis impedimentum. Bella planè accinctis obeunda: sed reuertentibus post laborem, quod honestius quàm ꝟxorium leuamentum? At quasdam in ambitionem aut auaritiam prolapsas. Quid ipsorum magistratuum, nónne pleroſque ꝟarijs libidinibus obnoxios? non tamen ideò neminem in prouinciam mitti. Corruptos sæpè prauitatibus ꝟxorum maritos: num ergo omnes cælibes integros? Placuisse quondam Oppias leges, sic temporibus Reip. postulantibus: remissum aliquid posteà, & mitigatum, quia expedierit. Fruſtrà nostram ignauiam alia ad ꝟocabula transferri. nam ꝟiri in eo culpam, si femina modum excedat. porrò ob ꝟnius aut alterius imbecillum animum, malè eripi maritis consortia rerum secundarum aduersarumque; simul sexum naturâ inualidum deseri, & exponi suo luxu, cupidinibus alienis. Vix præsenti custodiâ manêre illæsa coniugia: quid fore, si per plures annos in modum dissidij oblitterentur? Sic obuiam irent ijs quæ alibi peccarentur, ꝟt flagitiorum ꝟrbis meminissent.* A

Ei tamen Drusus assensus & alij.

Addidit pauca Drusus de matrimonio suo. *nam Principibus adeunda sæpiùs longinqua imperij. Quoties diuum Augustum in Occidentem atque Orientem meauisse comite Liuiâ? se quoque in Illyricum profectum, &, si ita conducat, alias ad gentes iturum, haut semper æquo animo, si ab ꝟxore carissimâ, &* [82] *tot communium liberorum parente diuelleretur.* Sic Cæcinæ sententia eluſa. Et proximi senatus die, Tiberius per litteras castigatis obliquè patribus, quòd cuncta curarum ad Principem reijcerent, [83]* M. Lepidum & Iunium Blæsum nominauit: ex quîs proconsul Africæ legeretur. Tum audita amborum verba, intentiùs excusante se Lepido, cùm valetudinem corporis, ætatem liberûm, nubilem filiam obtenderet: intelligereturque etiam quod silebat, auunculum esse Seiani Blæsum, atque eò prævalidum. Respondit Blæsus specie recusantis, sed neque eâdem adseueratione, & consensu adulantium auditus est. B

Cap. 35.

** Manium M Lepidus recusat proconsulatum Africæ.*

Cap. 36. *Abusus in Principum imaginibus.*

Exin promtum, quod multorum intimis quæstibus tegebatur. Incedebat enim deterrimo cuique licentia, impunè probra, & inuidiam in bonos excitandi, [84] arreptâ imagine Cæsaris: libertique etiam ac serui, patrono vel domino, cùm voces, cùm manus intentarent, vltrò metuebantur. Igitur [85] C. Cestius Senator disseruit; *Principes quidem instar deorum esse: sed neque à dijs nisi iustas supplicum preces audiri, neque quemquam in Capitolium, aliáve ꝟrbis templa perfugere, ꝟt eo subsidio ad flagitia ꝟtatur. Abolitas leges, & funditus ꝟersas, ꝟbi in foro, in limine curiæ, ab Anniâ Rufillâ, quam fraudis sub iudice damnauisset, probra sibi & minæ intendantur. neque ipse* [86] *audeat ius experiri, ob effigiem Imperatoris oppositam.* Haut dissimilia alij, & quidam atrociora circumstrepebant: precabanturque Drusum, daret vltionis exemplum. donec accitam conuictamque attineri [87] publicâ custodiâ iussit. Et Confidius Æquus, & Cœlius Cursor equites Rom. quòd ficti maiestatis criminibus Magium Cæcilianum prætorem petiuissent, auctore Principe, C

Quas pessimi pro inuiolato clypeo habebant.

Cap. 37. *Sed exemplo vno repressi.*

D

82. TOT COMMVNIVM LIBERORVM PARENTE.] *Non plus trium infrà:* Esse illi coniugem, & tres liberos.

83. M. LEPIDVM.] *Duóne ergo Lepidi eo tempore prænominibus isdem? Nam alius certè ab isto, qui Proconsul ⌣Asiæ, paginâ superiori. Non censeo: Manium censeo prænomen fuisse huic; non Marcum, facili scriptorum in notâ eâ lapsu. Et herclè ⌣Manium Lepidum suprà reperies clarè, Lepidæ, quæ damnata, fratrem. Diuersa etiam ingenia istorum. Marcus, ignauus, secors: Manius, prudens, grauis, sæuis aliorum adulationibus aduersus. quem Tacitus ex professo laudat lib.* IV. *Repono ergo ꝟbique Manium, in eo Lepido qui in Senatu & in ꝟrbe⌣.*

84. ARREPTA IMAGINE CÆSARIS.] *Græci moris fuit, ad vim iniuriamq; arcendum, confugere ad templa, statuas, aras. Eo genere tutelæ frequenter supplices vtebantur, frequentissimè serui. Vide nostra in* EXCVRS. F.

85. C. CESTIVS SENATOR.] *Nescio an moris Tacito inter titulos addere*, Senator. *Et quid hîc opus? aut quis nesciat in Senatu non nisi Senatorem disseruisse? Ambigo (non enim affirmo) an non* Senior *substituendum: ad discrimen. quia reperio illo æuo duos Cestios fuisse, patrem & filium. libro* VI. *infrà,* Admonuit Cestium patrem. *⌣An magis placet,* Senatu? *quod esset in Senatu: elleipsi Tacito percrebrâ.*

86. AVDEAT IVS EXPERIRI.] *⌣Aglossâ videtur,* Ius. *Experiri enim, pro iure agere, frequentissimum priscis.*

87. PVBLICA CVSTODIA IVSSIT.] *Publicam custodiam, puto carcerem: discretamq; à militari.*

88. DIEM

A cipe, ac decreto senatus puniti. Vtrumque in laudem Drusi trahebatur: ab eo, in vrbe inter cœtus & sermones hominum obuersante, secreta patris mitigari. neque luxus in iuuene adeò displicebat: huc potiùs intenderet, [88] diem ædificationibus, noctem conuiuijs traheret, quàm solus & nullis voluptatibus auocatus, mœstam vigilantiam, & malas curas exerceret. non enim Tiberius, non accusatores fatiscebant. Et Ancharius Priscus Cæsium Cordum proconsulem Cretæ postulauerat repetundis, addito maiestatis crimine: quod tum omnium accusationum [89] complementum erat. Cæsar Antistium Veterem, è primoribus Macedoniæ absolutum adulterij, increpitis iudicibus, ad dicendam maiestatis caussam retraxit, vt turbidum, & Rhescuporidis consilijs permixtum, quâ tempestate [90] Cotye fratre interfecto, bellum aduersus nos voluerat. Igitur aquâ & igni interdictum reo, adpositumque vt teneretur insulâ, neque Macedoniæ neque Thraciæ opportunâ. Nam Thracia diuiso imperio in Rhœmetalcen & liberos Cotyis, quîs ob infantiam tutor erat Trebellienus Rufus, insolentiâ nostri discors agebat; neque minùs Rhœmetalcen, quàm Trebellienum incusans, popularium iniurias inultas sinere. [91] Cœlaletæ, Odrusæque, & alij, validæ nationes, arma cepêre, ducibus diuersis & paribus inter se per ignobilitatem: quæ caussa fuit, ne in bellum atrox coalescerent, pars turbant præsentia, alij montem Hæmum transgrediuntur, vt remotos populos concirent: plurimi ac maximè compositi regem, vrbemque [92] Philippopolim à Macedone Philippo sitam, circumsidunt. Quæ vbi cognita [93] P. Velleio, (is proximum exercitum præsi-

Drusi obiter laudatio.

Accusationes.

Thraces rebellant.

88. DIEM ÆDIFICATIONIBVS.] *Veráne hæc lectio? si est; interpretor in Druso notari studium ædificandi, & crebras insanasq; substructiones. ex sententiâ scriptoris Græci apud Suidam*: Οἰκοδομήματα Ἀσύμετα καὶ δαπανηρὰς λειτουργείας χαίρειν ἐάσαντας χρὴ τοὺς ἄρχοντας ἄρχειν. Ψεκτέον γὰρ, ὁ ἄρχων ὁ χαίρων οἰκοδομήμασιν ἐυφορπέσιν. *Nam hoc tolerabile, præquàm illud Ferreti.* Ædificationibus, *ait,* pro eo quod est emendandis rebus: nisi in verbo mendum sit. *Sed est profectò, me quoque iudice, mendum. Quis enim apud Romanos viro principi ædificationes vitio dedit? laudi potiùs: vt M. Agrippæ, Augusto, aliisque. Et vt vitium sint: quis scriptor id prodidit de Druso? cuius monumentum vllum ædificiúmve suspicione non tango. Lego*, editionibus. *conuenienter sanè ad Drusi mores. Nam Editiones, propriè spectacula muneráque: Editores, qui ea præbent, vti in Saturnalibus dixi. Diem ergo trahebat Drusus editionibus, siue spectaculis: noctem, conuiuijs epulisque. Notant vtrumque id vitium in eo scriptores. Noster suprà:* Edendis gladiatoribus Drusus præsedit, quamquam vili sanguine nimis gaudens. quod in vulgus formidolosum, & pater arguisse dicebatur. *Vbi vides describi studium eius in gladiatores, non sine sæuitiæ notâ. Nec in gladiatores modò, sed & histriones, scenicósque, Dio.* Τοῖς τε ὀρχησταῖς ὅτω προσέκειτο, ὥστε καὶ σασιάζειν αὐτὸς, καὶ μηδ' ὑπὸ τῶν νόμων, ὃς ὁ Τιβέριος ἐπ' αὐτοῖς ἐσεννόχει, καθίσαδε. *Ita est,* Pantomimis adeò deditus fuit, vt ad seditiones concitaret eos, neque legibus, quas Tiberius super ijs tulerat, parere sineret. *Iterùm:* Τῷ δὲ Δρούσῳ, τῷ υἱεῖ, καὶ ἀσελγεσάτῳ καὶ ὠμοτάτῳ, ὥστε καὶ τὰ ὀξύτατα τῶν ξιφῶν Δρουσιανὰ ἀπ' αὐτοῦ κληθῆναι, ὅντι, καὶ ἤχθετο, καὶ ἐπετίμα καὶ ἰδίᾳ καὶ δημοσίᾳ πολλάκις. *Id est*, Druso autem filio, cùm petulantissimus & crudelissimus esset, (adeò vt gladij acutissimi, Drusiani ab eo vocentur) vehementer succensuit, publicéque ac priuatim sæpè inclamauit. *Crudelis ergo Drusus, & ideò cruentis illis spectaculis gaudens: quæ sibi non in publico solùm, vt opinor, sed sæpè domi repræsentabat & in hortis. De ebrietate eius, vide eumdem lib.* LVIII. *Hæc Taciti mens, hæc lectio: me quidem iudice. Sed qui gladij illi Drusiani, quos Dio nominat? vide, si lubet, in* EXCVRS. G.

89. COMPLEMENTVM ERAT.] *Plinij verbis,* vnicum crimen eorum, qui crimine vacabant.

90. COTYE FRATRE.] *Minimè herclè fratre, sed (Tacito ipsi si fides)* fratris filio. *Ita enim lib.* II. *scriptum:* Omnem eam nationem Rhœmetalces tenuerat. quo defuncto Augustus partem Thracum Rhescuporidi fratri eius, partem filio Cotyi permisit. *Et Velleius:* Quâ ille prudentiâ Rascupolim interfectorem fratris sui filij Cotyis euocauit. *Quin humani ergo aliquid Tacitus hîc passus sit, nemo negauerit.*

91. COELALETÆ, ODRVSÆQVE, ET ALII.] *A Plinio* Celætæ *dicuntur: à Dione lib.* LIV. Σιαλῆται, *sed corruptè. Qui autem,* Alij? *Populi nomen, sed peruersum. Placuit in* * *Epistolicis,* Astij, *reponi: & caussam vide. At nunc verum censeo,* Dij. *quæ vox abijt in* alij; *linea tantùm diducta. Similis error notatus mihi infrà, in Agricolæ vitâ. Dij autem, montani Thraces. Locuples auctor Thucydides lib.* II. Παρεκάλει δὲ καὶ τῶν ὀρεινῶν Θρᾳκῶν πολλοὺς, οἱ Δῖοι καλοῦνται, τὴν ῥᾳδιοπὴν οἱ πολεμικοὶ οἰκοῦντες.

92. PHILIPPOPOLIM.] *Describit eam Strabo libro* VII. *in Astorum regione:* Ὑπέρκειται δὲ τῆς Βυζαντίας τὸ τῶν Ἀστῶν ἔθνος, (*ex Liuio,* Ἀστίων *leg. esset*) ἐν ᾧ πόλις Καλύβη, Φιλίππου τοῦ Ἀμύντου τὰς πονηροτάτας ἐνταῦθα ἱδρύσαντος. *Id est:* Superiacet Byzantium Astorum gens, in quâ opidum Calybe, in quâ Philippus Amyntæ F. pessimos quosque collocauit. *Dicta eadem est, Trimontium, Poneropolis,* Δελώνπολις, *caussis claris è Strabone.*

93. P. VELLEIO.] *Sunt qui illum velint esse, cuius Breuiarium Historiæ in manu: serium, doctum, quantumuis opus, sed plenum adulationis fœdissimæ, cuius me pudet. Nec abnuerim, quin ille sit. Meruit seruitio tam proiecto euehi ad res magnas. quamquam*

* Lib. v. c. XXIV. & nominat Astos etiam Strabo, lib VII. inter Thracas.

P. Velleius facilè cadit.

præsidebat) alarios equites ac leues cohortium mittit in eos, qui prædabundi aut adsumendis auxilijs vagabantur. ipse robur peditum, ad exsoluendum obsidium ducit. Simulque cuncta prosperè acta, cæsis populatoribus, & dissensione ortâ apud obsidentes, regisque opportunâ eruptione, & aduentu legionis. neque aciem aut prœlium dici decuerit, in quo semermes ac palantes trucidati sunt, sine nostro sanguine. Eodem anno Galliarum ciuitates, ob magnitudinem æris alieni, rebellionem cœptauêre: cuius exstimulator acerrimus inter Treueros Iulius Florus, apud Æduos Iulius Sacrouir. nobilitas ambobus, & maiorum bona facta, eoque Romana ciuitas olim data, cùm id rarum, nec nisi virtuti pretium esset. Ij secretis conloquijs, ferocissimo quoque adsumto, aut quibus ob egestatem, ac metum ex flagitijs maxima peccandi necessitudo; componunt, Florus Belgas, Sacrouir propiores Gallos concire. Igitur per conciliabula & cœtus seditiosa disserebant, de continuatione tributorum, [94] grauitate fœnoris, sœuitiâ ac superbiâ præsidentium: & discordare militem, audito Germanici exitio. egregium resumendæ libertati tempus, si ipsi florentes, quàm inops Italia, quàm imbellis vrbana plebes, nihil validum in exercitibus, nisi quod externum, cogitarent. Haut fermè vlla ciuitas intacta seminibus eius motus fuit. sed erupêre primi Andecaui, ac Turonij. quorum Andecauos [95] Acilius Auiola legatus, excitâ cohorte, quæ Lugduni præsidium agitabat, coërcuit: Turonij, legionario milite, quem [96] Visellius Varro inferioris Germaniæ legatus miserat, oppressi, eodem Auiolâ duce, & quibusdam Galliarum primoribus; qui tulêre auxilium, quo dissimularent defectionem, magisque in tempore efferrent. Spectatus & Sacrouir intecto capite pugnam pro Romanis ciens, ostentandæ, vt ferebat, virtutis: sed captiui, ne incesseretur telis, adgnoscendum se præbuisse, arguebant. Consultus super eo Tiberius, aspernatus est indicium, aluitque dubitatione bellum. Interim Florus insistere destinatis, pellicere alam equitum, quæ conscripta Treueris, militiâ disciplinaque nostra habebatur, vt cæsis negotiatoribus Romanis bellum inciperet: paucique equitum corrupti, plures in officio mansêre. Aliud [97] vulgus obæratorum aut clientium arma cepit: petebantque saltus, quibus nomen Arduenna, cùm legiones vtroque ab exercitu, quas Visellius & C. Silius aduersis itineribus obiecerant, arcuerunt. præmissusque cum dilectâ manu Iulius Indus, è ciuitate eâdem, discors Floro, & ob id nauândæ operæ auidior, inconditam multitudinem adhuc disiecit. Florus incertis latebris victores frustratus, postremò visis militibus qui effugia insederant, suâ manu cecidit: isque Treuerici tumultus finis. Apud Æduos maior moles exorta, quantò ciuitas opulentior, & comprimendi procul præsidium. Augustodunum caput gentis, armatis cohortibus, Sacrouir occupauerat, * nobilissimam Galliarum subolem, [98] liberalibus studijs ibi operatam, vt eo pignore parentes propinquosque eorum adiungeret. simul

Maior rebellio in Gallijs.

Cui duces, Iulius Florus, & Iulius Sacrouir.

Primi motus ab Auiolâ repressi.

Florus nihil hominibus alias copias colligit.

Præuenitur à Visellio & Silio.

Et manu suâ mortem inuenit.

Æduos Sacrouir turbat.

* & nobil.

modicus originis, vt ipse fateri videtur, & diu tantùm Trib. militum: posteà præfectus Tib. Cæsaris per nouem annos aut Legatus, ait ipse lib. II. *Prænomen tamen illi in vulgatis libris est, Caius: nec id moueor. Nam Priscianus lib.* VI. *eumdem Marcum appellat: noster hic Publium. Quàm confundi illa soleant, doctus scio.*

94. GRAVITATE FÆNORIS.] *Ita hoc habet. prouinciales & opida, cùm tributis grauibus premerentur, aliysq; extra ordinem oneribus: pecuniam mutuam capiebant à diuitibus illis Romanis, idq; grandi fœnore. Vnde hæc querela, & in Cicerone exempla iamtunc sunt; & Dio scribit* Senecam causſam rebellioni Britannicę, sub Nerone, dedisse, quod quadringenties HSS. grandi fœnore creditum, subitò vniuersum repetijsset.

95. ACILIVS AVIOLA.] *Hic ille ipse, quem Plinius insigni exemplo, elatum in rogo reuixisse tradidit: & quia subueniri non potuit, viuum exustum. Nam quod Onufrius aliiq; ad illum Acilium referunt, qui consul extremus Claudio: desinant licet erroris. Manifestus ἀναχρονισμὸς est. Nam ecce Valerius (quem scripsisse omnes scimus Tiberio imperante) lib.* I. *cap.* VIII. *eamdem historiam recensuit. Quomodo autem ille operi suo inseruerit, quod post Claudium gestum.*

96. VISELLIVS VARRO.] *Nominatur in lapide Romæ,*

L. VISELLIVS C. F. VARRO
CVRATOR. RIPAR. ET ALVEI TIBERIS.

Hícne, an alius?

97. VVLGVS OBÆRATORVM.] *More Galliæ. Vide Cæsarem commentar.* I.

98. LIBERALIBVS STVDIIS IBI OPERATAM.] *Digna res notâ, quòd iamtunc ea vrbs hospitium Musarum. Nam Rhenano quæ læua mens fuit, cùm gloriam eam transferre voluit ad Augustocliuienses? Scilicet indigni hac gloriâ nos Galli. Tueor & retineo in* EXCVRS. H.

99. GLA-

A mul arma occultè fabricata iuuentuti dispertit. Quadraginta millia fuêre, quinta sui parte legionarijs armis, ceteri cum venabulis & cultris, quæq; alia venantibus tela sunt. adduntur è seruitijs[99] gladiaturæ destinati, quibus more gentico continuum ferri tegimen (quos[100] Crupellarios vocant) inferendis ictibus inhabiles, accipiendis impenetrabiles. *Magnum exercitum cogit.* Augebantur hæ copiæ, vicinarum ciuitatum vt nondum apertâ consensione, ita viritim promtis studiis; & certamine ducum Romanorum, quos inter ambigebatur, vtroque bellum sibi poscente. mox Varro inualidus senectâ, vigenti Silio concessit. At Romæ non Treueros modò & Æduos, sed[101] quattuor & sexaginta Galliarum ciuitates *Ea res in metu Romanis:* defciuisse, adsumptos in societatem Germanos, dubias Hispanias; cuncta (vt mos famæ) in maius credita. optimus quisque Reip. curâ mærebat: multi odio præsentium, & cupidine mutationis, suis quoque periculis lætabantur. increpabantque Tiberium, quòd in tanto rerum motu, libellis accusatorum insumeret operam. *An Iulium Sacrouirum, maiestatis crimine, reum in senatu fore? exstitisse tandem viros, qui cruentas epistolas armis*
B *cohiberent. miseram pacem vel bello benè mutari.* Tantò impensius in securitatem compositus, neque loco, neque vultu mutato, sed, vt solitum, per illos dies egit: altitudine animi, an compererat modica esse, & vulgatis leuiora? Interim Silius cum legionibus duabus incedens, præmissâ auxiliari manu, vastat Sequanorum pagos, qui finium extremi, & Æduis contermini, sociique in armis erant. Mox Augustodunum petit propero agmine, certantibus inter se signiferis, fremente etiam gregario milite, ne suetam requiem, ne spatia noctium opperiretur: viderent modò aduersos, & aspicerentur. id satis ad victoriam. Duodecimum apud lapidem, Sacrouir copiæque, patentibus locis apparuêre. In fronte statuerat ferratos, in cornibus cohortes, à tergo semermos. Ipse inter primores equo insigni adire, *memorare veteres Gallorum glorias, quæque Romanis aduersa intulissent: quàm decora victoribus libertas: quantò intolerantior seruitus iterùm victis.* Non diu hæc, nec apud lætos. etenim propinquabat legionum acies: inconditique ac militiæ nescij opidani,[102] neque oculis neque auribus satis competebant. Contrà Si-
C lius, etsi præsumta spes hortandi causas exemerat, clamitabat tamen; *Pudendum ipsis, quòd Germaniarum victores, aduersum Gallos tamquam in hostem ducerentur. vna nuper cohors*[103] *rebellem Turonium, vna ala Treuerum, paucæ huius ipsius exercitus turmæ profligauere Sequanos. quantò pecuniâ dites, & voluptatibus opulentos, tantò magis imbelles Æduos, eumcite, & fugientibus consilite.* Ingens ad ea clamor. & circumfudit eques: frontemque pedites

Sed non callido Tiberio.

Silius Gallis obuiauit.

Sacrouir componit suos, & excitat.

Item Silius.

99. GLADIATVRÆ DESTINATI.] *E Galliâ genus gladiatorum, qui Mirmillones: quorum arma hîc descripta. Vide Saturnalia nostra.*

100. CRVPELLARIOS VOCANT.] *Non alibi ea vox mihi lecta. Hæsi ne* Clibanarios *scribendum esset. Nazarius in Laudatione Constantini:* Quæ enim illa fuisse dicitur species: quàm atrox visu? quàm formidolosa? operimento ferri equi atque homines pariter obsepti. Clibanariis in exercitu
D nomen est: supernè omnibus tectis, equorum pectoribus demissa lorica & crurum tenus pendens, sine impedimento gressus à noxâ vulneris vindicabat. *Ammianus lib.* XVI. Sparsique cataphracti equites, quos Clibanarios dictitant. *Iterúmque:* Norant enim licet prudentem ex equo bellatorem cum Clibanario nostro congressum, tegminibus ferreis abscondito bellatori nocere non posse. *Vocem peregrinam & Persicam esse, suadeor Lampridij verbis in Seuero:* Centum millia equitum eorum fudimus Cataphractarios, quos illi Clibanarios vocant. *Alioqui non incommodè à Graeco κλίβανος deduxeris. quod σκεῦος τι σιδηροῦν, ἐφ' ᾧ τὰς ἄρτας ὀπτῶσι definit Moschopulus. Et Clibanus apud Leonem Imp. passim, pro thorace quo pectus tegitur. At hîc tamen nihil mutem: & fortasse* * *Crupellarij pedites fuerunt, non equites. Sanè ex Taciti narratione non colliges pugnasse eos ex equis.*

*In Glossis. Cruppes κῶλος παχύς.

101. QVATTVOR ET SEXAGINTA.] *Incertas gentes videntur Galliam diuisisse. Strabo lib.* IV. *Lugduni aram Augusto exstructam ait, à communi Galliæ: cum inscriptione* LX. *gentium. Quod in numis etiam M. Antonij legimus,* LVGDVNI. A. XL. *libentiùs ad gentium numerum rettulerim, quàm vt alij, ad annorum coloniæ conditæ. Appianus in Celtico ampliore numero ἔθνη τετρακόσια, in Gallijs ponit, πόλεις ὑπὲρ ὀκτακοσίας.*

102. NEQVE OCVLIS NEQVE.] *Sallustianum est apud Nonium:* Formidine attonitus, neque animo, neque auribus, aut linguâ competere. *Etiam tale hoc Liuij lib.* V. Romani ne auribus quidẽ atque oculis satis constare poterant.

103. REBELLEM TVRONIVM.] *Itáne* Turonium, *an verius* Andecauũ? *Ipse quidem paullo antè narrauit:* Andecauos Acilius Auiola, excitâ cohorte quæ Lugduni præsidium agitabat, coërcuit: Turonij, Legionario milite, quem Visellius Varro miserat, oppressi.

Pugna, vix pugna: statimq; fusi Galli.

dites inuasêre. nec contatum apud latera : paullùm moræ attulêre ferrati, reſtantibus laminis aduerſum pila & gladios. ſed miles correptis ſecuribus & dolabris, vt ſi murum perrumperet, cædere tegmina & corpora: quidam trudibus aut furcis, inertem molem proſternere. iacentesque nullo ad reſurgendum niſu, quaſi exanimes linquebantur. Sa-

Crupellarij caſi.

Sacrouir item, ſed ſuâ dextrâ.

crouir primò Auguſtodunum, dein metu deditionis in villam propinquam cum fidiſſimis pergit. Illîc ſuâ manu, reliqui mutuis ictibus occidêre: incenſa ſuper villa, omnes cremauit. Tum demùm Tiberius ortum patratumque bellum ſenatui ſcripſit. neque demſit, aut addidit vero; ſed fide ac virtute legatos, ſe conſilijs ſuperfuiſſe. ſimul cauſſas,

Tiberius ſimulat iter in Gallias.

cur non ipſe, non Druſus profecti ad id bellum forent, adiunxit; *magnitudinem imperij extollens.* [104] *neque decorum Principibus, ſi vna altera ve ciuitas turbet, omiſſa vrbe, vnde in omnia regimen. nunc quia non metu ducatur, iturum vt præſentia ſpectaret, componeretque.* Decreuêre patres vota pro reditu eius, ſupplicationeſque, & alia decora. Solus Dolabella Cornelius dum anteire ceteros parat, abſurdam in adulationem progreſſus, cenſuit vt ouans è Campaniâ vrbem introiret. Igitur ſecutæ Cæſaris litteræ, quibus ſe non tam vacuum gloriâ prædicabat, vt poſt ferociſſimas gentes perdomitas, tot receptos in iuuentâ, aut ſpretos triumphos, iam ſenior peregrinationis ſuburbanæ inane præmium peteret. Sub idem tempus, vt mors Sulpicij Quirinij publicis exſequijs frequentaretur, petiuit a ſenatu. Nihil ad veterem & patriciam Sulpiciorum familiam Quirinius pertinuit, ortus apud municipium Lanuuium: ſed impiger militiæ, & acribus miniſterijs

Quirinij mors honeſtata publicè.

Quid ille hominis.

[105] conſulatum ſub diuo Auguſto, [106] mox expugnatis per Ciliciam Homonadenſium caſtellis inſignia triumphi adeptus, [107] datuſque rector C. Cæſari Armeniam obtinenti, Tiberium quoque Rhodi agentem coluerat. quod tunc patefecit in ſenatu: laudatis in ſe officijs, & [108] incuſato M. Lollio, quem auctorem C. Cæſari prauitatis & diſcordiarum arguebat. Sed ceteris haut læta memoria Quirinij erat, ob intenta, vt memoraui,

C. Lutorius maieſtatis defertur.

Lepidæ pericula, ſordidamque & præpotentem ſenectam. Fine anni [109] C. Lutorium Priſcum equitem Romanum, poſt celebre carmen, quo Germanici ſuprema defleuerat, pecuniâ donatum à Cæſare, corripuit delator: obiectans ægro Druſo compoſuiſſe, quod, ſi extinctus foret, maiore præmio vulgaretur. Id C. Lutorius in domo P. Petronij, ſocru eius Vitelliâ coram, multisque inluſtribus feminis, per vaniloquentiam legerat. Vt delator exſtitit, ceteris ad dicendum teſtimonium exterritis, ſola Vitellia nihil ſe audiuiſſe adſeuerauit: ſed arguentibus, ad perniciem plus fidei fuit. ſententiaque Haterij Agrippæ conſulis deſignati indictum reo vltimum ſupplicium. Contrà Mo. Lepidus in hunc modum

104. NEQVE DECORVM PRINCIPIBVS.] *Nam in minoribus bellis, Principi, vt Claudianus ait,*

Vindictam mandaſſe ſat eſt.

Et ipſa Roma huic rei apud eumdem vatem:

—— medium non deſerit vmquam
Cæli Phœbus iter, radijs tamen omnia luſtrat.

105. CONSVLATVM SVB.] *Conſul fuit anno vrbis* DCCXLII. *cum M. Valerio Meſſallâ. Quirinius à Dione, Ioſepho, Tacito conſtanter appellatur: vt mirer cur maluerit Onufrius, Quirinus.*

106. MOX EXPVGNATIS PER CILICIAM.] *Tangit hiſtoriam ſolus, quòd ſciam, Strabo, lib.* XII. Τὰς δὲ Ὁμονάδεας Κυρίνιος ἐξεπόρθησε λιμῷ, καὶ τετρακισχιλίους ἄνδρας ἐζώγρησε καὶ συνῴκισεν εἰς τὰς ἐγγὺς πόλεις. Τὴν δὲ χώραν ἀπέλιπεν ἔρημον τῷ ἐν ἀκμῇ. *id eſt,* Homonadenſes autem Quirinius fame expugnauit, quattuor millia virorum cepit & in vicinas vrbes diſtribuit, regione ſpoliatâ omni iuuentute. *At idem is etiam in Africâ geſſit, ſi Floro accredam, aut certè veteribus eius libris. Nam libri vltimi cap. vltimo, vbi legitur:* Marmaridas atque Garamantas Furnio ſubigendos dedit: *alter meus ſcriptus codex,* Curinio, *alter* Quirino *refert. & puto rectè.*

107. DATVSQVE RECTOR.] *Dio etiam pòſt, in Syriam miſſus ad cenſus deſcribendos. de quâ re multa Ioſephus lib.* XVIII. *cap.* I. II. *& ſeq. Et mentio eius apud Lucam in hiſtoriâ ſacrâ.*

108. INCVSATO M. LOLLIO.] *Ita emendaui olim, cùm vulgò eſſet* M. Folio. *Hauſi emendationem facilè ex hiſtoriâ, quæ apud Suetonium:* Namque priuignum Caium Orienti præpoſitum, cùm viſendi gratiâ traieciſſet Samum, alieniorem ſibi ſenſit ex criminationibus M. Lollij comitis & rectoris eius. *Item Plinium libro* IX. *& Velleium libro* II. *Fuit enim hic Lollius C. Cæſari rector, quo more principibus iuuenibus etiam nunc dantur: & poſt illum P. Sulpicius Quirinius, Tiberio amicus. Cauſſa errori, quòd in priſcis libris ſine geminatione ferè,* Lolio.

109. C. LVTORIVM PRISCVM.] *Vulgò,* Clutorium. *Sed Dio auctor ſic emendandi, apud quem eſt,* Γαΐος Λυτώριος. *Error ex adhæſu notarum, vt infrà* Panteius. *qui eſt P. Anteius. Mentio huius aut alterius Lutorij apud Plinium libro* VII. *cap.* XXIX. *vbi tamen malè,* Sutorio Priſco.

110. NE

A modùm exorsus est: *Si P. C. vnum id spectamus, quàm nefariâ voce Lutorius Priscus mentem suam & aures hominum polluerit; neque carcer, neque laqueus,* [110] *ne seruiles quidem cruciatus in eum suffecerint. sin flagitia & facinora sine modo sunt; supplicijs ac remedijs, Principis moderatio, maiorumque & vestra exempla temperant; & vana à sceleſtis, dicta à maleficijs differunt: est locus sententiæ, per quam neque huic delictum impunè sit, & nos clementiæ simul ac seueritatis non pœniteat. Sæpè audiui Principem nostrum conquerentem, si quis sumtâ morte misericordiam eius præueniſſet. vita Lutorij* [111] *in integro* * *est, qui neque seruatus in periculum Reip. neque interfectus in exemplum ibit. studia illi vt plena vecordiæ, ita inania & fluxa sunt: nec quidquam graue ac serium ex eo metuas, qui suorum ipse flagitiorum proditor, non virorum animis, sed muliercularum adrepit. Cedat tamen vrbe, & bonis amiſſis aquâ & igni arceatur. quod perinde censeo, ac si lege maiestatis teneretur.* Solus Lepido Rubellius Blandus è consularibus adsensit: ceteri sententiam Agrippæ secuti. ductusque in carcerem Priscus, ac statim exanimatus. Id Tiberius solitis sibi ambagibus apud senatum incusauit, cùm extolleret pietatem quamuis modicas Principis iniurias acriter vlciscentium, deprecaretur tam præcipitis [112] verborum pœnas: laudaret Lepidum, nec Agrippam argueret. Igitur factum S. C. ne decreta patrum [113] ante diem decimum, [114] ad ærarium deferrentur: idque vitæ spatium damnatis prorogaretur. sed non senatui libertas ad pœnitendum erat; neque Tiberius interiectu temporis mitigabatur. C. Sulpicius, D. Haterius consules, sequuntur. Inturbidus externis rebus annus, domi suspectâ seueritate aduersum luxum, qui immensùm proruperat, ad cuncta quîs pecunia prodigitur. Sed alia sumtuum quamuis grauiora, dissimulatis plerumque pretijs occultabantur; ventris & ganeæ paratus adsiduis sermonibus vulgati, fecerant curam, ne Princeps antiquæ parcimoniæ, duriùs aduerteret. Nam incipiente C. Bibulo, ceteri quoque ædiles disseruerant, [115] sperni sumtuariam legem, vetitaque vtensilium pretia augeri in dies: nec

Pro eo Lepid. oratio.

* esto

Cap. 51. *Sed plures damnant.*

S. C de interuallo ad pœnam.

Cap. 52. A. V. C. DCCLXXV. *Agitatum de luxu coërcendo.*

C 110. NE SERVILES QVIDEM.] *Id est, patibula cruceſq;.*

111. IN INTEGRO EST.] *Sententia mihi mallet,* esto.

112. VERBORVM POENAS.] *Rectè. quia verba, non facta Lutorij pœnâ adfecta sunt. Nec malè tamen,* reorum pœnas, *argumento decreti, quod secutum.*

113. ANTE DIEM DECIMVM.] *Intercideratnota numeri, quam nos certis auctoribus reſtituimus. Suetonio in Tiber. cap.* LXXV. Nam cùm Senatusconsulto cautum esset, vt pœna damnatorum semper in decimum diem differretur. *Dione lib.* LVII. Καὶ δόγμα τὶ ἐψηφίσθη ἐκέλευσε, μήτ' ἀποθνήσκειν ἐντὸς δέκα ἡμερῶν τὸν καταψηφισθέντα ὑπ' αὐτοῦ, μήτε τὸ γράμμα τὸ ἐπ' αὐτῷ γιγνόμενον, ἐς τὸ δημόσιον ἐντὸς τῶν αὐτῶν χρόνων ἀποτίθεσθαι. *Qui & idem repetit, fine libri* LVIII. *Nec aliud Seneca sensit, De tranquillitate* I. *c.* XIV. Credísne illum decem medios vsque ad supplicium dies sine vllâ solicitudine exegisse? *Mansisse videtur id decretum, donec Theodosius Imp. clementissimè conuicto & damnato reo dies indulsit triginta vitæ: in l. Si vindicari C. De pœnis. Sidonius ergo non abest quin falsus sit, lib.* I. *Epist. qui id tribuit SC. Tiberiano.* Ex vetere, *inquit,* Sc. Tiberiano triginta dierum vitam post sententiam trahit. *Hæc satis certa videbantur. at turbant me Declamatores: inter quos Quinctilianus Themate declamationis* CCCIII. Damnatorum, *inquit,* supplicia in diem tricesimum differantur. *Et in ipsâ Declamatione:* Et mihi videtur ideò constituta esse lex, quæ damnatum post tricesimum diem puniri voluit: quoniam videbat legum lator posse fieri vt deciperetur accusator. *Item Calpurnius Flaccus (Pythœo noſtro auctores hos debemus) Declamat.* XXV. Pœna raptoris in diem trigesimum differatur. *Nam vixisse istos ante Theodosij longè æuum, satis claret. An igitur exolescentem rettulit dumtaxat* * *ratamq; Tiberianam legem habuit Theodosius, & in Tacito, Dione, Senecâ, suspicamur de mendo? An potiùs Declamatores illi in transscribendo vitiati à posteris sunt, & ad posteriorem illam legem aptati? Mehercle hæreo. eo magis, quòd Quinctilianum illum Augusti æuo vixisse volunt: quod ex hoc loco non potest.*

* Quod tamen aliter etiam ex Zonarâ appâret.

114. AD ÆRARIVM DEFERRENTVR.] *In ærario tabulæ publicæ & acta Senatus. Liuius l.* XXXV. Verùm cùm sint notissimæ sibi cum Consule inimicitiæ, quid ab eo posse quemquam æqui exspectare, qui per infrequentiam furtim factum Sc. ad ærarium detulerit? *Nec antè rata, donec delata. intereà Auctoritas dicebatur, non* Sc. *vt ex Cicerone & Dione iam alij notarunt. Vide similem in Tacito locum lib.* XIII. *de multis Ædilium.*

115. SPERNI SVMTVARIAM LEGEM.] *Augusti sumptuariam intellegit, de quâ Agellius l.* II. Postremò lex Iulia ad populum peruenit, Cæsare Augusto imperante, quâ profestis quidem diebus ducenti finiuntur: Kalendis, Idibus, Nonis, & alijs quibusdam festis, trecenti: nuptijs autem & repotijs HS. millies esse. Etiam dicit Capito Atteius edictum Diuine Augusti an Tiberij Cæsaris, *&c. Quo loco claram mendam per occasionem tollo, legoq;:* nuptijs autem & repotijs sestertij mille. Esse etiam dicit Capito, *&c. Sestertium millies ad nuptias vt definiat vlla lex? non potest: nimis immane est. At sestertij mille conueniunt, & συμμετρίαν habent cum numero priore, ducentorum trecentorumq;. Ceterùm*

hanc

nec mediocribus remedijs sisti posse. & consulti patres, integrum id negotium ad Prin- A
cipem distulerant. Sed Tiberius sæpè apud se pensitato, an coërceri tam profusæ cupi-
dines possent: num coërcitio [116] plus damni in Remp. ferret: quàm indecorum adtre-
ctare quod non obtineretur, vel retentum ignominiam & infamiam virorum inlu-
strium posceret: postremò litteras ad senatum composuit, quarum sententia in hunc
Cap. 53. modum fuit. *Ceteris forsitan in rebus P. C. magis expediat me coràm interrogari, & dicere*
Eâ super re Tiberij epi-
stola.
quid è Rep. censeam: in hac relatione, subtrahi oculos meos melius fuit, ne denotantibus vobis
Quâ dissua-
deat medici-
nam.
ora, ac metum singulorum qui pudendi luxus arguerentur, ipse etiam viderem eos, ac velut de-
prehenderem. Quòd si mecum antè viri strenui ædiles consilium habuissent; nescio an suasurus
fuerim omittere potiùs prævalida & adulta vitia, quàm hoc adsequi, vt palàm fieret quibus
flagitijs impares essemus. Sed illi quidem officio functi sunt, vt ceteros quoque magistratus sua
munia implere velim: mihi autem neque honestum silere, neque proloqui expeditum, quia non
ædilis, aut prætoris, aut consulis partes sustineo: maius aliquid & excelsius à principe postu-
latur; & cùm rectè factorum sibi quisque gratiam trahant, vnius inuidiá ab omnibus peccatur. B
Quia vitia
prævalebant.
Quid enim primum prohibere, & priscum ad morem recidere aggrediar? villarum ne infinita
spatia, [117] familiarum numerum, & nationes, argenti & auri pondus? æris, tabularumque mi-
racula? [118] promiscuas viris & feminis vestes? atque illa feminarum propria, quis [119] lapidum
Cap. 54. *caussâ pecuniæ nostræ ad externas aut hostilis gentes transferuntur? Nec ignoro in conuiuijs*
& circulis incusari ista, & modum posci. sed si quis legem sanciat, pœnas indicat: ijdem illi ci-
uitatem verti, splendidissimo cuique exitium parari, neminem criminis expertem clamitabunt.
At qui ne corporis quidem morbos veteres, & diu auctos, nisi per dura & aspera coërceas. cor-
ruptus

hanc Tiberij curam intellexit Plinius lib. XXXIII. *c.* II. *hoc diuersus, quòd C. Sulpicium Galbam Ædilem nominat, non C. Bibulum, reijcitq; in annum sequentem quo consules Vetus & Pollio.* Tiberij demùm, *inquit,* principatus nono anno, in vnitatem venit equester ordo, anulorumque auctoritati forma constituta est, C. Asinio Pollione, C. Antistio Vetere Coss. anno vrbis conditæ DCCLXXV. quod miremur, futili pænè de caussâ. Cùm C. Sulpicius Galba, dum iuuenalem famam apud principem popinarum pœnis aucupatur, questus esset in Senatu, vulgo institores eius culpæ defendi anulis. *Fieri tamen potest, vt iterata tunc ea inquisitio.*

116. PLVS DAMNI.] *E numero scilicet periclitantium, & malitiâ delatorum. Itemq; ex infamiâ, vt addit, tot illustrium.*

117. FAMILIARVM NVMERVM.] *Numerum seruorum Romanis eum reperio, qui non facilè fidem inueniat moribus nostris. Tacitus l.* XIV. *Pedanio Costæ tribuit quadringentos: Plinius Cæcilio cuidam Isidoro quinquies mille. Et hi nihil dicunt, præ Athenæo, cuius ipsa ponam verba, è lib.* VI. *cap.* VII. Πρὸς ταῦτα ἀπαντήσας ὁ Λαρήνσιος ἔφη. Ἀλλὰ Ῥωμαίων ἕκαστος, οἶδας δ' ἀκριβῶς ταῦτα ὦ καλὲ Μασσόρι, πλείους ὅσους κεκτημένος οἰκέτας. Καὶ γὰρ μυρίους καὶ δισμυρίους, κἄτι πλείους δὲ πάμπολλοι κέκτηνται). ἐκ ἐπὶ προσόδοις δὲ, ὥσπερ ὁ τῶν Ἑλλήνων ζάπλουτος Νικίας. ἀλλ' οἱ πλείους τῶν Ῥωμαίων συμφωνοῦντας ἔχουσι τοὺς πλείους. *id est*: Post hæc reuersus Larentius ait: At Romanorum vnus aliquis quanto plures possideat seruos, tu nosti optime Massuri. Nam ad decem & viginti millia, imò plures etiam, multi habuerunt. nec tamen vt quæstum ex ijs faciant. sicut Græcorum ditissimus ille Nicias: sed plerique Romani anteambulones eos habent comitesque maximâ ex parte. *Seneca de Demetrio:* Feliciorem ne tu Demetrium Pompeianum vocas, quem non puduit locupletiorem esse Pompeio? Numerus illi quotidie seruorum velut Imperatori exercitus referebatur: cui iamdudum diuitiæ esse debuerant duo vicarij & cella laxior. *Tot serui, si* C
Deo placet, vni seruo. Vt non iniuriâ queratur & cul-
pet Plinius mancipiorum legiones, & in domo turbam externam, & seruorum quoque caussâ nomenclatorem adhibendum. *Nec Romæ solùm hæc copia: etiam Athenis. Thucydidem auctorem habeo, ex eâ vrbe, bello Peloponnesiaco, idq; vno tempore, transfugisse ad hostem super viginti millia seruorum: & quidem seruorum, qui manuarias operas exercerent. Quantam vim in vrbe suspicari debemus fuisse reliquam? Verba eius, si quis requirit, hæc lib.* VII. Τῆς τε γὰρ χώρας ἁπάσης (οἱ Ἀθηναῖοι) ἐξέρλυτο, καὶ ἀνδραπόδων πλέον ἢ δύο μυριάδες ἠυτομολήκεσαν. Καὶ τούτων πολὺ μέρος χειροτέχναι.

118. PROMISCVAS VIRIS ET FEMINIS VESTES.] *Sericas intellegit Coasq;, quibus abstinebant nec viri. Carpit non semel grauissimus auctor Seneca. vt epist.* CXXIII. Non videntur tibi contra naturam viuere, qui commutant cum feminis vestem? non D
viuunt contra naturam, qui exspectant (*corrigo* expetunt) vt pueritia splendeat tempore alieno? & CXIV. Quòd vides istos sequi, qui aut vellunt barbam aut interuellunt; qui labra pressiùs tondent & abradunt, seruatâ & submissâ ceterâ parte: qui lacernas coloris improbi sumunt, qui perlucentem togam. *Et Plinius:* Nec puduit has vestes (*de Cois loquitur*) vsurpare etiam viros, leuitatem propter æstiuam. In tantum à loricâ gerendâ discessêre mores, vt oneri sint etiam vestes. *Plura pete è Clem. Alexandr. lib.* III. *Pædag. cap.* III. *cuius index,* πρὸς τὰς καλλωπιζομένους τὴν ἀνδρῶν.

119. LAPIDVM CAVSSA PECVNIÆ.] *Gemmas intellegit, & inprimis vniones: quorum feminis ad inaures creber vsus. Vide* EXCVRS. I.

120. VNIVS

A *ruptùs ſimul & corruptor, æger & flagrans animus, haut leuioribus remedij reſtinguendus eſt, quàm libidinibus ardeſcit. Tot à maioribus repertæ leges, tot quas diuus Auguſtus tulit, illæ obliuione, hæ (quod flagitioſius eſt) contemtu abolitæ, ſecuriorem luxum fecêre. nam ſi velis quod nondum vetitum eſt; timeas, ne vetêre. at ſi prohibita impunè tranſcenderis, neque metus vltrà, neque pudor eſt. Cur ergo olim parcimonia pollebat? quia ſibi quiſque moderabatur: quia* [120] *vnius vrbis ciues eramus ne irritamenta quidem eadem, intra Italiam dominantibus externis victorijs aliena; ciuilibus, etiam noſtra conſumere didicimus. Quantulum iſtud eſt, de quo ædiles admonent? Quàm, ſi cetera reſpicias, in leui habendum! At herculè nemo refert, quòd Italia externæ opis indiget, quòd vita populi Romani per incerta maris & tempeſtatum quotidie voluitur. ac niſi prouinciarum copiæ & dominis, & ſeruitijs, & agris ſubuenerint; noſtra nos ſcilicet nemora, noſtræque villæ tuebuntur? Hanc P. C. curam ſuſtinet princeps: hæc omiſſa, funditus Remp. trahet: reliquis intra animum medendum eſt. nos, pudor; pauperes, neceſſitas; diuites, ſatias in melius mutet. Aut ſi quis ex magiſtratibus, tantam induſtriam ac ſeueri-*

B *tatem pollicetur, vt ire obuiàm queat; hunc & laudo, & exonerari laborum meorum partem fateor. ſin accuſare vitia volunt, dein cùm gloriam eius rei adepti ſunt,* [121] *ſimultates faciunt, ac mihi relinquunt; credite P. C. me quoque non eſſe offenſionum auidum. quas cùm graues, &* [122] *plerumque iniquas pro Rep. ſuſcipiam; inanes & irritas neque mihi aut vobis vſui futuras iure deprecor.* Auditis Cæſaris litteris, remiſſa Ædilibus talis cura; luxuſque menſæ, à fine Actiaci belli, ad ea arma quîs Ser. Galba [123] rerum adeptus eſt, per annos centum profuſis ſumtibus exerciti, paullatim exoleuêre. Cauſſas eius mutationis quærere libet. Dites olim familiæ nobilium, aut claritudine inſignes, ſtudio magnificentiæ prolabebantur. nam etiam tum plebem, ſocios, regna colere, & coli licitum. vt quiſque opibus, domo, paratu ſpecioſus, per nomen & clientelas inluſtrior habebatur. poſtquam cædibus ſæuitum, & magnitudo famæ exitio erat; ceteri ad ſapientiora conuertêre. ſimul noui homines è municipijs & colonijs, atque etiam prouincijs, in ſenatum crebrò adſumti, domeſticam parcimoniam intulerunt. & quamquam fortunâ vel induſtriâ plerique pecunioſam ad ſenectam peruenirent; manſit tamen prior animus. Sed præ-

C cipuus adſtricti moris auctor Veſpaſianus fuit, antiquo ipſe cultu victuque: [124] obſequium inde in Principem, & æmulandi amor, validior quàm pœna ex legibus & metus. Niſi fortè rebus cunctis ineſt quidam velut orbis, vt quemadmodum temporum vices, ita morum vertantur: nec omnia apud priores meliora, ſed noſtra quoque ætas multa laudis & artium imitanda poſteris tulit. [125] verùm hæc* nobis maiores certamina ex honeſto maneant. Tiberius famâ moderationis partâ, quòd ingruentis accuſatores repreſſerat, mittit litteras ad ſenatum, quîs poteſtatem Tribuniciam Druſo petebat. Id ſummi faſtigij vocabulum [126] Auguſtus repperit, ne regis aut dictatoris nomen adſu-

Quia etiam alia maiora curanda.

Cap. 55. *Omiſſa igitur coërcitio. Sed ſponte mutati mores in melius.*

Quare?

Exempla, validiora quàm leges.

* nobis in maiores

Cap. 56. *Tribunicia poteſtas Druſo petita.*

120. VNIVS VRBIS CIVES.] *Quaſi dicat, at nunc ex omni orbe mixtio ſumus. Vndique gentes ciuitate & honoribus donatæ, itemq; non donatæ confluximus.*

D *Quæ vera ſunt de illo ævo: vel Senecam ad Heluiam vide cap.* VI.

121. SIMVLTATES FACIVNT.] *Ios. Mercerus,* fugiunt: *at ego* iaciunt, *verum puto. Semina ſimultatum illi ſpargunt, me volunt colligere acerbos fructus. Mox etiam*, remiſſam curam *interpretantur*, permiſſam. *nam ita Suetonius Tib. cap.* XXXIV. Annonam macelli Senatus arbitrio quotannis temperandam cenſuit, dato Ædilibus negotio, popinas ganeaſque vſqueeò inhibendi, vt ne opera quidem piſtoria vænalia proponi ſinerent. *Sed hoc ſanè ad publicum luxum, & diuitum iſtorum, non ſpectat: magis ad pretia rerum (prior quidem pars:) & reliqua ad plebeculæ diſciplinam. Nihil quidem nunc actum, Tacitus ita clarè dicit, & poſt orationem etiam oſtendit, vt calumnia ſit aliter interpretari. Et age, diſſentiat à Suetonio: an rarum eſt?*

122. PLERVMQVE INIQVAS.] *A prauis cauſsis animiſq; ortas, non ex merito meo.*

123. RERVM ADEPTVS EST.] *Faciebam olim,* rem Romanam adeptus: *nunc non muto. Eſt archaiſmus, & ſic dictum, vt* Rerum potiri. *Nam ita lib.* VI. Nihil abnuentem, dum dominationis apiſceretur.

124. OBSEQVIVM INDE IN PRINCIPEM.] *Simillimum, quod Panegyriſtes ad Theodoſium:* Tuæ Imperator epulæ menſis communibus parciores. hinc certatim in omnes luxuriæ pudor, parcimoniæ cultus inoleuit: & quieſcentibus legum minis, ſubijt quemque (*ita lego*) priuatim pœnitentia.

125. VERVM HÆC NOBIS.] *In funeſto hoc loco olim conclamaui. Fortè*, nobis in maiores. *id eſt, aduerſum maiores. medicina, quæ huic mortuo non faciet vitam.*

126. AVGVSTVS REPPERIT.] *Ita cum Tacito plerique*

adsumeret, ac tamen appellatione aliquâ cetera imperia præmineret. M. dein Agrip- A
pam socium eius potestatis, quo defuncto Tiberium Neronem dilegit, ne successor in incerto foret. sic cohiberi prauas aliorum spes rebatur: simul modestiæ Neronis, & suæ magnitudini fidebat. Quo tunc exemplo, Tiberius Drusum summæ rei admouet: cùm incolumi Germanico, integrum inter duos iudicium tenuisset. Sed principio litterarum veneratus deos, vt consilia sua Reip. prosperarent, modica de moribus adolescentis, neque in falsum aucta, rettulit *esse illi coniugem & tres liberos*, [127] *eamque ætatem quâ ipse quondam à diuo Augusto ad capessendum hoc munus vocatus sit. Neque nunc properè, sed per octo annos capto experimento, compressis seditionibus, compositis bellis, triumphalem & bis consulem, noti laboris participem sumi.* Præceperant animis orationem patres: quo quæsitior adulatio fuit. Nec tamen repertum, nisi vt effigies Principum, aras deûm, templa & arcus, aliaque solita censerent. nisi quòd M. Silanus ex contumeliâ consulatus, honorem Principibus petiuit: dixitque pro sententiâ, vt publicis priuatisque monimentis, ad memoriam temporum, non consulum nomina præscriberentur, sed eorum qui tribuni- B
ciam potestatem gererent. [128] * Atque Haterius cùm eius diei senatus consulta aureis litteris figenda in curiâ censuisset, deridiculo fuit, senex fœdissimæ adulationis tantùm infamiâ vsurus. Inter quæ, prouinciâ Africâ Iunio Blæso prorogatâ, Seruius Maluginensis flamen Dialis, vt Asiam sorte haberet postulauit; frustrà vulgatum dictitans *non licere* [129] *Dialibus egredi Italiâ. neque aliud ius suum, quàm* [130] *Martialium, Quirinaliumque flaminum.* [131] *porrò si hi duxissent prouincias, cur Dialibus id vetitum? nulla de eo populi scita, non in libris cærimoniarum reperiri. Sæpe Pontifices Dialia sacra fecisse, si flamen valetudine aut munere publico impediretur.* [132] *duobus & septuaginta annis post Cornelij Merulæ cædem, neminem suffectum: neque tamen cessauisse religiones. Quòd si per tot annos possit non creari, nullo sacrorum damno; quantò faciliùs abfuturum, ad vnius anni proconsulare imperium? Priuatis olim simultatibus effectum, vt à Pontificibus maximis ire in prouincias prohiberentur: nunc deûm munere, summum Pontificum etiam summum hominum esse, non æmulatione, non* C

Cap. 57. *Et impetrata, cum adulatione patrum.*

*At Q. Haterius

Cap. 58. *Flamen Dia. prouinciam ambit.*

plerique scriptores tradiderunt. quos refellit Dio libro XLII. *vbi disertè scriptum,* Cæsarem admississe vt Dictator in integrum annum diceretur, & Tribuniciam potestatem per omne æuum haberet. *Non ergo vocis auctor Augustus. Sed hoc tamen verum, Cæsarem eo titulo publicè non vsum: vsus est primus Augustus, & dedit ei splendorem. ideoq; origo eius non immeritò relata ad ipsum.*

127. EAMQVE ÆTATEM QVA.] *Egit ergo Drusus tunc trigesimum sextum annum. Nam Tiberius natus est L. Munatio Planco, M. Lepido iterùm Coss. anno verbis* DCCXII. *A quo die, anni medij triginta sex ad Tribuniciam eius potestatem; quæ delata, anno vrbis* DCCXLVIII.

128. ATQVE HATERIVS.] *Non dubiè scribendum,* At Q. Haterius. *idq; illi prænomen. Simile in Suetonij Vitellio mendum cap.* I. Exstatque elogij ad Q. Vitellium libellus. *Scribo*, exstat Q. Longini. *vel vt Muretum video velle*, Q. Clodij.

129. DIALIBVS EGREDI ITALIA.] *Adeò non egredi, vt nec vrbe abesse ijs liceret vnâ nocte. quod lege in Camilli oratione apud Liuium, lib.* V. Flamini Diali, *inquit*, noctem vnam manere extra vrbem nefas est.

130. MARTIALIVM, QVIRINALIVMQVE.] *Atqui nec his quidem antiquitus egredi Italiâ concessum. Valerius lib.* I. *cap.* I. Metellus verò Pont. Max. Postumium Consulem, eumdemque Flaminem Martialem, ad bellum gerendum Africam petentem, ne à sacris discederet, multâ indictâ, vrbem egredi passus non est: religionique summum imperium cessit *Epitoma Liuij*, XIX. Cæcilius Metellus Pont. Max. A. Postumium Consulem, quoniam idem & Flamen Martialis erat, in vrbe tenuit, nec passus est à sacris recedere. *Vt de Quirinali, Liuius lib.* XXXVII. Priusquam in prouincias Prætores irent, certamen inter P. Licinium Pont. Max. fuit & Q. Fabium Pictorem Flaminem Quirinalem, quale patrum memoriâ inter L. Metellum & Postumium Albinum fuerat. Religio ad postremum vicit, & dicto audiens esse Flamen Pontifici iussus. *Eadem cærimonia Pontificem max. tenuisse videtur ex Liuianâ epitome* LIX. Aduersus eum P. Licinius Crassus consul, cùm idem Pont. Max. esset, quod numquam anteà factum erat, extra Italiam profectus, victus & interemptus est. *Sed scire licet quædam ex his cum* D
æuo mutasse. Aliàs, apertè falsis exemplis se iuuet hic Flamen.

131. PORRÒ SI HI DVXISSENT.] *Offendo in hac phrasi. Fortè*, si hi duo rexissent. *Duo, Martialis & Quirinalis. vel*, si hi direxissent. *Aliquis tamen fortasse ad sortem haud malè traxerit: &* duxerint, *id est sorte extraxerint.*

132. DVOBVS ET SEPTVAGINTA ANNIS.] *Constat ratio. Nam Merula interfectus anno vrbis* DCLXVIII. *Suffectus Flamen nouus ab Augusto, anno vrbis* DCCXLIV. *Notat Dio lib.* LIV. Κἂν τῷ αὐτῷ τούτῳ χρόνῳ, ait, ὅ τε ἱερεὺς τοῦ διὸς ἐφθόρει μετὰ τὸν Μερέλλαν ἀπεδείχθη. *Non turbat, quòd Iulius Cæsar Flamen Dialis destinatus fuerit. teste Suetonio cap.* I. *quia tantùm destinatus & à Sullâ eodem*

A *non odio, aut priuatis adfectionibus obnoxium.* Aduersus quæ cùm augur Lentulus alijque variè dissererent, eò decursum est, vt Pontificis Max. sententiam opperirentur. Tiberius, dilatâ notione de iure Flaminis, decretas ob tribuniciam Drusi potestatem cærimonias temperauit; nominatim arguens insolentiam sententiæ, aureasque litteras contra patrium morem. Recitatæ & Drusi epistolæ, quamquam ad modestiam flexæ, pro superbissimis accipiuntur. *Huc recidisse cuncta, vt ne iuuenis quidem tanto honore accepto, adiret vrbis deos, ingrederetur senatum,* [133] *auspicia saltem gentile apud solum inciperet?* [134] *Bellum scilicet, aut diuerso terrarum tractu distineri, litora & lacus Campaniæ tum maximè peragrantem. sic imbui rectorem generis humani: id primum è paternis consilijs discere. sanè grauaretur aspectum ciuium senex Imperator, fessamque ætatem, & actos labores prætenderet: Druso quod, nisi ex adrogantiâ, impedimentum?* Sed Tiberius vim principatus sibi firmans, imaginem antiquitatis senatui præbebat, postulata prouinciarum ad disquisitionem patrum mittendo. Crebescebat enim Græcas per vrbes licentia atque impunitas asyla

B statuendi. [135] Complebantur templa pessimis seruitiorum. eodem subsidio obærati aduersum creditores, suspectique capitalium criminum receptabantur. Nec vllum satis validum imperium erat coërcendis seditionibus populi, flagitia hominum vt cærimonias deûm protegentis. Igitur placitum vt mitterent ciuitates iura, atque legatos. Et quædam quod falsò vsurpauerant sponte omisêre: multæ vetustis superstitionibus, aut meritis in populum Romanum fidebant. Magnaque eius diei species fuit, quo senatus maiorum beneficia, sociorum pacta, regum etiam qui ante vim Romanam valuerant decreta, ipsorumque numinum religiones introspexit; libero, vt quondam, quid firmaret mutarétve. [136] Primi omnium Ephesij adiêre, memorantes, non, vt vulgus crederet, Dianam atque Apollinem Delo genitos: esse apud se Cenchrium amnem, [137] locum Ortygiam, vbi Latonam partu grauidam, & [138] oleæ, quæ tùm etiam maneat, adnisam, edidisse ea numina: deorumque monitu sacratum nemus. Atque ipsum illîc Apollinem,

Cap. 59. *Alij obsistunt.*

Drusus superbiæ notatur.

Obliqua in eum verba.

Cap. 60. *De iure asylorum certamen.*

Senatus iudicat.

Cap. 61. *Ephesij id sibi vindicant.*

C *eodem sacerdotio mox multatus est. Facit huc Suetonij illud, cap.* XXXI. *in Augusto:* Nonnulla ex antiquissimis cærimonijs paullatim abolita restituit, vt Salutis augurium, Diale flaminium.

133. AVSPICIA SALTEM.] *Lucem dat Liuij locus lib.* XXII. *de C. Flaminio, qui ante initum Consulatum profectus ab vrbe.* Quod enim illi iustum imperium, quod auspicium esse? Magistratus id à domo, publicis priuatisque penatibus, Latinis ferijs actis, sacrificio in monte perfecto, votis ritè in Capitolio nuncupatis, secum ferre. nec priuatum auspicia sequi: nec sine auspicijs profectum in externo ea solo noua atque integra concipere posse. *Vide etiam quæ de auspicijs infrà scribo, lib.* IV.

D 134. BELLVM SCILICET.] *Non malè etiam,* bello: *siue,* bello eum. *sed distinctione adhibitâ commodè seruaueris illud prius.*

135 COMPLEBANTVR TEMPLA.] *Tribus ergo generibus hominum perfugium in asylis: seruis, obæratis, maleficis. De maleficis seruisque, Plutarchus* περὶ Δεισιδαιμονίας. Ἔστι δ' ἄλλῳ φεύξιμος βωμὸς, ἔστι καὶ λησταῖς ἀβέβηλα πολλὰ τοῦ ἱεροῦ. καὶ πολεμίους φεύγοντες, ἂν ἀγάλματος λάβωνται ἢ ναοῦ, θαρροῦσιν. *De obæratis, idem libello De vitandis vsuris:* Ἡ μὲν δὴ Ἀρτεμὶς ἡ ἐν Ἐφέσῳ τοῖς χρεώσαις, ὅταν καταφύγωσιν εἰς τὸ ἱερὸν αὐτῆς, ἀσυλίαν παρέχει καὶ ἄδειαν ἀπὸ τοῦ δανείου. *Et Sallustius eleganter de Pompeio, Epistolâ ad Cæsarem:* Eoque per omne tempus belli, quasi sacro atque inspoliato fano debitores vsi. *Adde quæ de Asylis Pollux:* Εἰ δὲ καὶ ἄσυλόν τι εἴη, τοῦτο καὶ κρησφύγετον λέγε, καὶ φεύξιμον, καὶ ἱερους ὅρους, ἐφ' ὅσον τοῖς οἰκέταις ἀσφάλεια.

136. PRIMI OMNIVM EPHESII.] *Quibus Diana culta celebri illo templo. Statuam eius describit Minutius Felix in Dialogo:* Diana interim est altè succincta venatrix: & Ephesia mammis multis & verubus exstructa. *vbi repono,* vberibus exstructa. *De toto hoc Asylo eleganter Strabo lib.* XIV. Ἄσυλον δὲ μένει τὸ ἱερὸν καὶ νῦν, καὶ πρότερον. τὸ δὲ ἀσυλίας τοὺς ὅρους ἀλλαγῆναι συνέβη πολλάκις. Ἀλεξάνδρου μὲν ὅσον σάδιον ἐκτείναντος, Μιθριδάτου δὲ τόξευμα ἀφέντος ἀπὸ τῆς γωνίας τοῦ κεράμου, καὶ δόξαντα ὑπερβαλέσθαι μικρὰ τὸ σάδιον. Ἀντωνίου δὲ πλησιάσαντος τούτῳ, καὶ συμπεριλαβόντος, τῇ ἀσυλίᾳ μέρος τι τῆς πόλεως. ἐφάνη δὲ τοῦτο βλαβερὸν, καὶ ὅτι τοῖς κακούργοις ποιοῦσι τὴν πόλιν. ὥστ' ἠνώρθωσεν ὁ Σεβαστὸς Καῖσαρ. *Cui descriptioni causssa non est vt aliunde quippiam addam.*

137. LOCVM ORTYGIAM.] *Scribendum,* Lucum. *Strabo:* Ἐν δὲ τῇ ὠτῇ Δηλία μικρὸν ὑπὲρ τῆς θαλάττης ἐστὶ καὶ ἡ Ὀρτυγία, διαφερεπὲς ἄλσος παντοδαπῆς ὕλης, κυπαρίττου δὲ πλείστης. διαῤῥεῖ δὲ ὁ Κέγχριος ποταμὸς, ὃν φασι νήχεσθαι τὸν Λητὼ μετὰ τὰς ὠδῖνας. Ἐνταῦθα γὰρ μυθεύουσι τὴν λοχείαν καὶ τὸν τοφὸν τὸν Ὀρτυγίαν, καὶ τὸ ἄδυτον, ἐν ᾧ ἡ λοχεία, καὶ τὴν πλησίον ἐλαίαν, ἣ πρῶτον ἐπαναπαύσασθαί φασι τὴν θεὸν ἀπολυθεῖσαν τοῦ ὠδίνων. *Quæ sola, satis illustrant hunc totum Græcanicæ fabulæ locum. Videtamen, si lubet, Epigrammatarium Græcum lib* IV. εἰς ναύς. *vbi Ephesum vocat, Dianæ τὰν τοφόν.*

138. OLEÆ, QVÆ TVM.] *Paullo aliter Strabo, vt vidisti: qui vult post partum demum, innisam oleæ quietis caussâ.*

139. SVP-

nem, post interfectos Cyclopas, Iouis iram vitauisse. Mox Liberum patrem bello victorem, [139] supplicibus Amazonum quæ aram insederant, ignouisse. Auctam hinc concessu Herculis, cùm Lydiâ potiretur, cærimoniam templo: neque Persarum ditione, diminutum ius. post Macedonas, dein nos seruauisse. Proximo Magnetes, L. Scipionis, & L. Sullæ constitutis nitebantur. quorum ille Antiocho, hic Mithradate, pulsis, fidem atque virtutem Magnetum decorauêre, vti [140] Dianæ Leucophryenæ perfugium inuiolabile foret. Aphrodisienses posthac, & Stratonicenses dictatoris Cæsaris ob vetusta in parteis merita, & recens diui Augusti decretum * attulêre. [141] Laudati quòd Parthorum inruptionem, nihil mutatâ in populum Romanum constantiâ, pertulissent. Sed Aphrodisiensium ciuitas, Veneris, [142] Stratonicensium, Iouis & Triuiæ religionem tuebantur. Altiùs [143] Hierocæsarienses exposuêre, [144] Persicam apud se Dianam, delubrum rege Cyro dicatum. & memorabantur Perpernæ, Isaurici, multaque alia imperatorum nomina, qui non modò templo, sed duobus milibus passuum eamdem sanctitatem tribuerant. Exin Cyprij tribus delubris, quorum vetustissimum Paphiæ Veneri auctor Aërias, pòst filius eius Amathus Veneri Amathusiæ, & Ioui Salaminio Teucer, Telamonis patris irâ profugus, posuissent. Auditæ aliarum quoque ciuitatum legationes. Quorum copiâ fessi patres, & quia studijs certabatur; consulibus permisêre, vt perspecto iure, & si qua iniquitas inoluueretur, rem integram rursum ad senatum referrent. Consules super eas ciuitates quas memoraui, apud Pergamum, Æsculapij compertum asylum retulerunt: ceteros obscuris ob vetustatem initijs niti. Nam Smyrnæos oraculum Apollinis, cuius imperio Stratonicidi Veneri templum dicauerint: [145] Tenios eiusdem carmen referre, quo sacrare Neptuni effigiem, ædemque iussi sint. propiora Sardianos, Alexandri victoris id donum, neque minùs Milesios [146] Dario rege* vti: sed cultus numinum vtrisque, [147] Dianam aut Apollinem venerandi. Petiêre & Cretenses simula-

Cap. 62. *Item Magnetes:*

Aphrodisienses: Stratonicenses: * attulêre, laudati, quòd *Hierocæsarienses:*

Cyprij.

Cap. 63. *Permissa res Consulibus.*

Qui pluribus hoc ius adiudicauere.

* niti:

139. SVPPLICIBVS AMAZONVM.] *Aliquid eâ de re Pausanias lib.* VII. *vbi de templo Dianæ Ephesiæ. quem suadeo legas.*

140. DIANÆ LEVCOPHRYENÆ.] *Scribe*, Leucophrynæ. *Eius deæ templum in Magnetibus, descripsit Strabo lib.* XIV. *Caussam cognominis ad feminam aliquam quæ ibi condita, referre ex Arnobio possis, lib.* VI. In Didymæo Milesio Cleochum dicit habuisse suprema Leandrus: funeris Leucophrynæ monumentum in fano apud Magnesiam Dianæ esse Myndius profitetur ac memorat Zeno. *Et Clemente in Protrept.* Ἐνταῦθα δὲ Λευκοφρύης τὸ μνημεῖον, ἄξιον θαρελθεῖν, ἐπομβρίας Ζήνωνι τῷ Μυνδίῳ, ἢ ἐν τῷ ἱερῷ δὲ Ἀρτέμιδος ἐν Μαγνησίᾳ κειμένῃ δῆ). *Vel ad Tenedon insulam, quæ olim appellata Leucophryn, vbi Dianæ sanctissimum templum. Xenophon rerum Græcarum lib.* III. Τὸ δ' Ἑλληνικὸν στράτευμα ἐς Λευκόφρυν ἀπῆλθε, ἔνθα ἦν Ἀρτέμιδος ἱερὸν μάλα ἅγιον, καὶ λίμνη. *eiusq; exemplo & cognomine fortasse ædificatum in Magnetibus istud. Pausan. lib.* I. Magnetes, quibus ex regis liberalitate imperauit Themistocles, Leucophrynem Dianam colunt. *At Appianus* Ἐμφυλ. ε. *etiam alterum eius deæ fanum locat Mileti, cognomento pari.* Τῷ ἀδελφῷ ὡυτῆς, *inquit*, ἱκέτιδα ἔσαν ἐν Μιλήτῳ τῆς Λευκοφρύνης Ἀρτέμιδος, πέμψας ὁ Ἀντώνιος ἀνεῖλε. *Et Pausanias aram Athenis, cui à Themistoclis filijs dicata statua.*

141. LAVDATI QVÒD PARTHORVM.] *Parthorum irruptionem intellegit, quæ duce Labieno. de quâ, & de hac ipsâ Stratoniceâ Dio* XLVIII. Ὁ δὲ δὴ Λαβιῆνος ἐν τούτῳ τε Κιλικίαν κατέσχε, καὶ τῆς Ἀσίας τὰς ἠπειρώτιδας πόλεις παρεσήσατο, πλὴν Στρατονικείας, τὰ μὲν πλεῖστα ἄνευ πολέμου, Μύλασα δὲ καὶ Ἀλάβανδα δι' ὀλίγων κινδύνων ἑλών.

142. STRATONICENSIVM.] *Stratonicæa Cariæ vrbs est, & templa duo in suburbano agro habet,* Iouis Chrysaori, & Hecates (*siue* Triuiæ) in Laginis. *Strabonem vide lib.* XIIII. *Notat & Pausanias,* quòd olim ea vrbs & regio Chrysaoris dicta fuerit, *nimirum ab hoc templo.*

143. HIEROCÆSARIENSES.] *Opidum est in Lydiâ.*

144. PERSICAM DIANAM.] *Atqui ipsi Lydi illi* Persici *cognomen habent, velut inde oriundi. Pausanias notat in Eliacorum* I. Sunt, *inquit,* Lydis qui Persici cognominantur, templa in Hierocæsareâ opido, & Hipæpis. In vtroque templo ædicula siue cella est, cum aris: super his cinis. eoque ingressus sacerdos siue magus (*ad Magicam enim Pausanias hoc miraculum refert*) *tiarâ caput velatus, foco arida ligna imponit:* & Deum nescio quem barbarico sermone (*Persico, opinor*) inuocans, vbi desijt, statim è lignis sponte purissima flamma emicat & adsurgit. *Id se vidisse Pausanias testatur: & non dubiè hinc templo religio, & ius mox Asyli.*

145. TENIOS EIVSDEM CARMEN.] *Insulæ Teni (quæ inter Cycladas) cultores. De hac re, Strabo lib.* X. Tenus insula opidum habet non magnum, sed extra illud in luco Neptuni templum dignum sanè quod spectetur: *& de magno ibi conuentu addit.*

146. DARIO REGE VTI.] *Scribo,* niti.

147. DIANAM AVT APOLLINEM.] *Sardiani Dianam cognomento Coloënem, cuius templum* μεγάλων ἁγιστείαν ἔχει, *ait Strabo: Milesij Apollinem venerabantur, cognomento Didymeum. De quo idem Strabo, & Suetonius Calig. cap.* XXI.

148. Mo-

A mulacro diui Augusti. Factaque senatusconsulta, quîs multo cum honore,[148] modus tamen præscribebatur; iussique ipsis in templis[149] facere aras sacrandam ad memoriam, neu specie religionis in ambitionem delaberentur. Sub idem tempus Iuliæ Augustæ valetudo atrox, necessitudinem Principi fecit festinati in vrbem reditus: sincerâ adhuc inter matrem filiumque concordiâ; siue occultis odijs. Neque enim multò antè, cùm haut procul theatro[150] Marcelli effigiem diuo Augusto Iulia dicaret; Tiberij nomen, suo postscripserat. idque ille credebatur, vt inferius maiestate Principis, graui & dissimulatâ offensione abdidisse. Sed tum supplicia dijs,[151] ludique Magni ab senatu decernuntur, quos Pontifices, & augures, & quindecimuiri, septemuiris simul & sodalibus Augustalibus ederent. Censuerat L. Apronius, vt feciales quoque ijs ludis præsiderent: contradixit Cæsar, distincto sacerdotiorum iure, & repetitis exemplis. neque enim vmquam fecialibus hoc maiestatis fuisse. Ideò Augustales adiectos, quia proprium eius domus sacerdotium esset, pro quâ vota persoluerentur. Exequi sententias haut Cap. 65.

B institui, nisi insignes per honestum, aut notabili dedecore: quod præcipuum munus annalium reor, ne virtutes sileantur, vtque prauis dictis factisque ex posteritate & infamia metus sit. Ceterum tempora illa adeò infecta & adulatione sordida fuêre, vt non modò primores ciuitatis, quibus claritudo sua obsequijs protegenda erat; sed omnes consulares, magna pars eorum qui præturâ functi, multique etiam pedarij senatores certatim exsurgerent, fœdaque & nimia censerent. Memoriæ proditur, Tiberium, quoties curiâ egrederetur, Græcis verbis in hunc modum eloqui solitum, O HOMINES AD SERVITVTEM PARATOS! scilicet etiam illum, qui libertatem publicam nollet, tam proiectæ seruientium patientiæ tædebat. Paullatim dehinc, ab indecoris ad infesta transgrediebatur. C. Silanum proconsulem Asiæ, repetundarum à socijs postulatum, Mamer-

Cap 64. *Augustæ morbus. Tiberij in eam non sincerus amor.*

Adulationis fœditas tunc & crebritas.

Adeò vt Cæsar ipse obiceret.

Cap. 66. *C. Silanus postulatur.*

148. MODVS TAMEN PRÆSCRIBEBATVR.] C *Non satis consideratè ergo elapsum hoc Tranquillo*: Aboleuit & ius moremque asylorum, quæ vsquam erant. *Dumtaxat moderatus est, & temperauit.*

149. FACERE ARAS.] *Curtius Pichena in scripto esse ait*, fiere æra: *atque ita* figere, *pulcherrimè emendat. Voluit nempe Senatus in ære sculpi & proponi hæc decreta, & has suas modificationes.*

150. MARCELLI EFFIGIEM DIVO AVGVSTO.] *Nota morem haud etiam notum statuas effigiesq; dedicandi certis dijs. cuius vestigium in hoc lapide vetusto.*

P. VEIDIVS. P. F. POLLIO
CÆSAREM. IMP. CÆSARI. AVG.
ET. COLONIAI. BENEVENTANAI.

Pollio enim ibi non aliud quàm effigiem Cæsaris Imp. D *dedicat consecrátque Augusto & coloniæ suæ. Et clariùs in Strabone libro* XIV. Ἦν δὲ καὶ ἡ ἀναδυομένη Ἀφροδίτη, ἣν νῦν ἀνακεῖται τῷ θεῷ Καίσαρι ἐν Ῥώμῃ, τὸ Σεβαστὸν ἀναθέντος τοῦ πατρὸς τὴν ἀρχηγέτιν τοῦ γένους αὐτοῦ. *id est*: Erat ibidem & Venus emergens, quæ nunc sacrata est Diuo Cæsari Romæ, Augusto eam patri vt auctorem generis dedicante. *Etiam Dionysius, lib.* II. *Antiq. scribit*, Romulum ex manubijs Vulcano dedicasse quadrigas aureas, simulque suam effigiem. *Hunc morem in Græciâ quoque fuisse, Diogenes mihi præit in vitâ Platonis. vbi ait Mithridatem, quamdam Platonis statuam in Academiâ dedicasse, cum inscriptione istâ:* Μιθριδάτης ὁ Ῥοδοβάτου Πέρσης Μούσαις εἰκόνα ἀνέθετο Πλάτωνος, ὧν Σιλανίων ἐποίησε. Mithridates Rodobati filius Persa Musis statuam Platonis dedicauit, quam Silanio fecit.

151. LVDIQVE MAGNI.] *Ludi Magni, ijdem cum Romanis. Quia autem ludi plerique sacri dijs, & instituti ad eos placandos: visum est, vt cura eorum editioq; sacerdotibus esset. Non omnibus tamen: sed collegijs sacerdotum quattuor. quæ ista: Pontifices, Augures, Septemuiri epulones, Quindecemuiri. Dio lib.* LIII. *sub initium de ludis Actiacis Agrippæ:* Καὶ αὕτη μὲν (*scilicet* ἡ πανήγυρις ἡ ὕστερον τῇ νίκῃ τῇ πρὸς τῷ Ἀκτίῳ) διὰ πέντε ἀεὶ ἐτῶν μετὰ ταῦτα ἐγίγνετο, ταῖς τεσσαρσιν ἱερωσύναις ἐκ περιτροπῆς μέλλουσα. λέγω δὲ τούς τε Ποντίφικας, καὶ τοὺς οἰωνιστὰς, τούς τε ἕπτα καὶ τοὺς πεντεκαίδεκα ἄνδρας καλουμένους. *id est*, Atque ij ludi in hunc vsque diem quinquennio quoque celebrati: quorum curatio penes quattuor collegia sacerdotum, ordine & in vices. Dico Pontificum, Augurum, Septemuirorum, vti appellantur, & Quindecimuirûm. *Idem lib.* LVIII. *de ijs quæ decreta post mortem Seiani.* Ἐψηφίσαντο δὲ ἑορτὴν διά τε τῶν ἀρχόντων καὶ διὰ τῶν ἱερέων ἁπάντων (ὃ μὴ πώποτε ἐγεγόνει) ἀχθῆναι, καὶ τὴν ἡμέραν ἐν ᾗ ἐτελεύτησε, καὶ ἵππων ἀγῶσι καὶ θηρίων σφαγαῖς ἐτησίοις, διά τε τῶν ἐς τὰς τέσσαρας ἱερωσύνας τελούντων, καὶ διὰ τοῦ Αὐγούστου θιασωτῶν ἀγγέλλεσθαι, ὃ οὐδέποτε ἐποιήσατο. *Quibus verbis interpretis errorem esse scio: qui vertit*, per quattuor collegia Pontificum. *imperitè, cùm debuisset*, sacerdotum. *Pontificum sanè collegium vnum est. Quod dicit autem Dio non anteà pronuntiatos ludos curatosq; per quattuor collegia, & Augustales: id si sensit, errat, & refellit hominem clarè hic, qui in manu, Taciti locus. Ceterùm ad curationem sacerdotalem pertinet Cornelij & ille locus Annali* XI. Isque ludis intentiùs adfui, sacerdotio Quindecimuirali præditus, ac tum Prætor. Quod non iactantia refero, sed quia collegio Quindecimuirûm antiquitus ea cura.

Accusatores eius qui & quales.

Mamercus Scaurus è consularibus, Iunius Otho prætor, Brutidius Niger ædilis, simul corripiunt: obiectantque violatum Augusti numen, spretam Tiberij maiestatem. Mamercus antiqua exempla iaciens; [152] L. Cottam à Scipione Africano, [153] Ser. Galbam à Catone censorio, P. Rutilium à M. Scauro accusatos. Videlicet Scipio & Cato talia vlciscebantur; aut ille Scaurus, quem proauum suum, [154] opprobrium maiorum Mamercus, infami operâ dehonestabat. [155] Iunio Othoni litterarium ludum exercere vetus ars fuit, mox Seiani potentiâ senator, obscura initia impudentibus ausis [156] pro-

Brutidius.

polluebat. [157] Brutidium artibus honestis copiosum, & si rectum iter pergeret, ad clarissima quæque iturum, festinatio exstimulabat; dum æqualis, dein superiores, postremò suasmet ipse spes anteire parat. quod multos etiam bonos pessum dedit, qui spretis

Cap. 67.

quæ tarda cum securitate, præmatura vel cum exitio properant. Auxêre numerum accusatorum Gellius Poplicola & [158] M. Paconius: ille quæstor Silani, hic legatus. Nec

Omnia Silano aduersa.

dubium habebatur, sæuitiæ captarumque pecuniarum teneri reum. sed multa adgerebantur etiam insontibus periculosa; cùm super tot senatores aduersos, facundissimis totius Asiæ, eoque ad accusandum dilectis, responderet solus & orandi nescius, proprio

Etiam ipse Princeps.

in metu, qui exercitam quoque eloquentiam debilitat. non temperante Tiberio, quin premeret voce, vultu, * eò quòd ipse creberrimè interrogabat: neque refellere, aut eludere, dabatur. ac sæpè etiam confitendum erat, ne frustrà quæsiuisset. Seruos quoque

* &

* interrogarentur,

Silani, vt tormentis * interrogentur, actor publicus mancipio acceperat. & ne quis necessariorum iuuaret periclitantem, maiestatis crimina subdebantur, vinclum & necessitas silendi. Igitur petito paucorum dierum interiectu, defensionem sui deseruit; ausis

Cap. 68.

ad Cæsarem codicillis, quibus inuidiam & preces miscuerat. Tiberius quæ in Silanum parabat, quò excusatiùs sub exemplo acciperentur, libellos diui Augusti de [159] Voleso Messalla eiusdem Asiæ proconsule, factumque in eum senatusconsultum recitari iubet.

Sententia in eius damnatione.

Tum L. Pisonem sententiam rogat. ille multum de clementiâ Principis præfatus, aquâ atque igni Silano interdicendum censuit, ipsumque in insulam Gyarum relegandum. Eadem ceteri, nisi quòd Gn. Lentulus separanda Silani materna bona (quippe [160] aliâ parente

152. L. COTTAM.] *Cicero diuinatione in Verrem, ibiq; Asconius: & Valerius lib.* VIII. *cap.* I.

153. SER. GALBAM.] *De Galbâ ibidem Cicero, & Valerius: de Rutilio Liuius Epit.* LXX. *Cicero in Bruto, & Oratore* I. *Orosius lib.* V.

154. OPPROBRIVM MAIORVM.] *Sallustianum est.*

155. IVNIO OTHONI.] *Declamator fuit eo æuo notus. Seneca pater & ipsum & genus eius dicendi describit, non sine notâ, libro* II. *Controu.* I. *Ait illum vsum tecto genere dicendi & suspicioso, vbi minimè opus, & cùm apertè liceret agere.* Benè, *inquit*, de hoc vitio illius Scaurus aiebat, illum acta in aurem tegere. *Acumen ioci reddo, scriboq;*, legere. *Acta, publica sunt, nec aliud tam vulgò promptum notúmque. adeò vt prouerbij loco Seneca filius alibi dixerit*, Beneficia in acta non mitto, *id est, non publico, non diuulgo. Quid autem magis ridiculum, quàm Acta publica alicui recitare in aurem? Subtilis ergo in id vitium hominis iocus: quem bellè æmulatus est Martialis:*

Garris in aurem semper omnibus Cinna,
Garris & illud, teste quod licet turbâ.
Adeóne penitus sedit hic tibi morbus,
Vt sæpè in aurem Cinna Cæsarem laudes?

Nec enim dubito, quin oculos habuerit ad breue illud Scauri acutumq; dictum.

156. PROPOLLVEBAT.] *Clarissimus Nic. Faber,* perpolluebat. *Hieronym. Groslotius noster (verè noster, dudum studijs, nuper amore mihi iunctus)* propellebat: *bono pariter & prompto sensu.*

157. BRVTIDIVM ARTIBVS HONESTIS.] *Vera laus. Non solùm enim inter oratores rhetoraſq; locum habuit, recensente Senecâ non semel: sed etiam historiam scripsit, vt ex fragmentis appâret, cum laude. Pete ea à Senecâ patre, in Suasoriâ de morte Ciceronis. Puto eumdem esse, quem signauit Iuuenalis:*

——— pallidulus mî
Brutidius meus ad Martis fuit obuius aram.

158. M. PACONIVS.] *Quem postillà reum maiestatis Tiberius interfecit, admonitu scurræ cuiusdam. Sueton. Tib. cap.* LXI.

159. VOLESO MESSALLA.] *Cuius sæuitiæ clarum exemplum in Senecâ libro* II. *De irâ. vbi item vocat eum Asiæ Proconsulem sub Augusto.* Volesus nuper sub diuo Augusto proconsul Asiæ, cùm trecentos vnâ die securi percussisset, incedens inter cadauera vultu superbo, quasi magnificum quiddam conspiciendumque fecisset, Græcè proclamauit, O rem regiam! Quis hæc rex fecisset? non fuit hæc ira: sed maius malum & insanabile. *Nec plura super eo mihi comperta.*

160. ALIA PARENTE GENITI.] *Certè hæc implexa. Pichena interpretatur, Silano fuisse matrem & nouercam. Materna autem bona intellegi, veræ matris, quæ separanda à nouercæ, ac filio danda vt auiæ paternæ. Ego caussæ nihil video, cur bona matris non fuerint Silani hîc rei: & simul igitur cum paternis, pari*

A parente geniti (reddendaque filio dixit, adnuente Tiberio. At [161] Cornelius Dolabella dum adulationem longiùs sequitur, increpitis C. Silani moribus, addidit, *ne quis vitâ probrosus, & opertus infamiâ, prouinciam sortiretur : idque princeps diiudicaret. nam à legibus delicta puniri : quanto fore mitius in ipsos, melius in socios, prouideri ne peccaretur.* Aduersùm quæ disserüit Cæsar : *Non quidem sibi ignara quæ de Silano vulgabantur, sed non ex rumore statuendum. multos in prouincijs contrà, quàm spes aut metus de illis fuerit, egisse, excitari quosdam ad meliora, magnitudine rerum ; hebescere alios. neque posse principem suâ scientiâ cuncta complecti : neque expedire, vt ambitione alienâ trahatur. Ideò leges in facta constitui, quia futura in incerto sint. sic à maioribus institutum, vt si antissent delicta, pœnæ sequerentur. Ne verterent sapienter reperta, & semper placita. satis onerum principibus, satis etiam potentiæ :* [162] *minutura, quoties glisçat potestas : nec vtendum imperio, vbi legibus agi possit.* Quanto rarior apud Tiberium popularitas, tanto lætioribus animis accepta. Atque ille prudens moderandi, si propriâ irâ non impelleretur, addidit, insulam Gyarum im-

B mitem & sine cultu hominum esse : darent Iuniæ familiæ, & viro quondam ordinis eiusdem, [163] Cytheram potiùs concederet. id sororem quoque Silani [164] Torquatam, priscæ sanctimoniæ virginem expetere. In hanc sententiam facta discessio. [165] Post auditi Cyrenenses, & accusante Anchario Prisco, Cæsius Cordus repetundarum damnatur. L. Ennium equitem Romanum maiestatis postulatum, quòd effigiem principis promiscuum ad vsum argenti vertisset, recipi Cæsar inter reos vetuit : palàm aspernante Ateio Capitone, quasi per libertatem. *Non enim debere eripi patribus vim statuendi, neque tantum maleficium impune habendum. sanè lentus in suo dolore esset ; Reip. iniurias ne largiretur.* Intellexit hæc Tiberius vt erant magis, quàm vt dicebantur : perstititque intercedere. Capito insignior infamiâ fuit : quòd humani diuinique iuris sciens, [166] egregium publicum, & bonas domi artes dehonestauisset. Incessit dein religio, quo nam in templo

Dolabellæ scæua adulatio.

Cap. 69. *Cui Tiberius resistit.*

Et ex aliorum sententijs nonnulla mitigat.

Cap. 70. *Accusatur d. mnãturq; & alij.*

Ateij Capitonis seruilis libertas.

Cap. 71.

C *pari iure, confiscanda. Mihi semper aliquid occulti vulneris in hac scripturâ visum, & sententiam affirmare pænè audeam, etsi vix scripturam. Sed hæc quoque quæ fortassè fuerit :* quippe tali parente geniti: *vel,* quippe illâ parente, *per admirationem. Enimuerò Lentulus separari materna bona per honorem voluit, & respectu illius parentis : quæ ex Augusti sanguine scilicet esset. Hoc in Silanis verum est : & Tacitus noster libro* XIII. Silanum abnepotem Diui Augusti *facit. & Plinius,* Diuus Augustus neptis suæ nepotem genitum vidit, quo excessit anno. *Stemma tamen seriatim hoc texere difficile sit. Quòd si in lectione nihil mutas : tum ego interpretari capiar, Duas matres Silano huic reo fuisse, veram & nouercam. Nouerca autem bona maximâ ex parte Silano reliquerat, in gratiam mariti ; vel obsequijs, vt fit, priuigni capta. Nunc censet Lentulus, separanda ea bona,* quippe cùm non eâ parente genitus esset : *sed aduenticia illa, & ex indulgentiâ data, filio item indulgenda. Hæc dixerim, nec mihi firma aut proba, vt præmisi. Scripsit ad me ex Hispaniâ vir doctus, in veteri libro se legisse :* quippe altâ parente. *quod ad nostrum illum sensum faciat, sed mallem aliud verbi.*

D 161. CORNELIVS DOLABELLA.] *Præter ceteros adulator : qui suprà censuit, vt Tiberius ouans vrbem iniret. cuius mentio in prisco lapide coniunctim cum hoc C. Silano :*

P. CORNELIVS. P. F. DOLABELLA
C. IVNIVS. C. F. SILANVS. FLAMEN. MARTIAL.
EX. S. C.
FACIVNDVM. CVRAVERVNT. IDEM. QVE
PROBAVERVNT.

162. MINVTVRA, QVOTIES.] *Ne deliberare quidem quemquam puto, quin coniectura nostra vera sit,* Minui iura, quoties glis.pot. *præclara & ex vsu rerum gnome.*

163. CYTHERAM POTIVS.] *In manuscripto,* Cythonum. *Putes* Cythnum *fuisse, que insula est iuxta Atticam, sub Eubœâ, nostro alibi, Ptolomæo item & Plinio, nominata.*

164. TORQVATAM.] *Cuius memoriam seruat marmor Romæ:*

IVNIÆ. C. SILANI. F.
TORQVATÆ. VIR. VEST.
MAXIMÆ.

itemq; alterum in hortis Vaticani mihi lectum:

I. IVNONI
IVNIÆ. C. SILANI. F.
TORQVATÆ
SACERDOTI. VESTALI
ANNIS. LXIIII.
CÆLESTI. PATRONÆ
ACTIVS. L.

165. POST AVDITI CYRENENSES.] *Fluctuaui in hoc loco. suprà enim scriptum eâdem de re :* Ancharius Priscus Cæsium Cordum Proconsulem Cretæ postulauerat repetundis. *Mirum videbatur agere Cyrenenses in illum, qui alienæ prouinciæ rector : & inclinabam vt substituerem,* Cretenses. *Dispulit hanc caliginem Strabo, apud quem libro vltimo in diuisione prouinciarum lego, Cretam cum Cyrenaicâ eiusdem Proconsulis fuisse. Ab hac mente Suetonius Vespasianus cap.* II. Quæstor Cretam & Cyrenas prouinciam sorte cepit. *Vbi malè quidam libri,* prouincias.

166. EGREGIVM PVBLICVM.] *Ita dictum, vt*

templo locandum foret donum, quod pro valetudine Augustæ equites Romani voue- A
Equestris Fortunæ. rant Equestri Fortunæ. nam & si delubra eius deæ multa in vrbe, [167] nullum tamen tali cognomento erat. repertum est ædem esse apud Antium quæ sic nuncuparetur, cunctasque cærimonias Italicis in opidis, templaque, & numinum effigies, iuris atque imperij Romani esse. ita donum apud Antium statuitur. Et quando de religionibus tractabatur, dilatum nuper responsum aduersus Seruium Maluginensem Flaminem Dia-
De iure Flaminio decretum. lem, promsit Cæsar: recitauitque decretum Pontificum. *Quoties valetudo aduersa Flaminem Dialem incessisset, vt Pontificis maximi arbitrio,* [168] *plusquam binoctium, abesset: dum ne diebus publici sacrificij, neu sæpiùs quàm bis eumdem in annum.* Quæ Principe Augusto constituta, satis ostendebant, annuam absentiam & prouinciarum administrationem Dialibus non concedi. memorabaturque [169] L. Metelli Pontificis maximi exemplum, qui Aulum Postumium Flaminem attinuisset. Ita sors Asiæ in eum, qui consularium
Cap. 72. Maluginensi proximus erat, conlata. Ijsdem diebus Lepidus à senatu petiuit, vt basili-
Basilica Paulli refecta: cam Paulli, [170] Æmilia monumenta, propriâ pecuniâ firmaret ornaretque. Erat etiam B tum in more publica munificentia. nec Augustus [171] arguerat Taurum, Philippum, Balbum, hostiles exuuias, aut exundandis opes ornatum ad vrbis, & posterûm gloriam conferre. quo tum exemplo Lepidus, quamquam pecuniæ modicus, auitum decus recoluit.
Et Pompeij theatrum. At Pompeij theatrum igne fortuito haustum, Cæsar exstructurum pollicitus est, eò quòd nemo è familiâ restaurando sufficeret, manente tamen nomine Pompeij. simul laudibus Seianum extulit, tamquam labore vigilantiaque eius tanta vis vnum intra damnum stetisset. & censuêre patres effigiem Seiano, quæ [172] apud theatrum Pompeij locaretur.
Cap. 73. Neque multo pòst Cæsar cùm Iunium Blæsum proconsulem Africæ triumphi insignibus attolleret, dare id se dixit honori Seiani, cuius ille auunculus erat. At tamen res
Tacfarinas in armis. Improba eius petitio. Blæsi dignæ decore tali fuêre. nam Tacfarinas quamquam sæpiùs depulsus, reparatis per intima Africæ auxilijs, huc adrogantiæ venerat, vt legatos ad Tiberium mitteret, sedemque vltrò sibi atque exercitui suo postularet, aut bellum inexplicabile minitaretur. Non
* suâ populique Rom. con. aliàs magis * suâ populique contumeliâ Rom. indoluisse Cæsarem ferunt; quam quòd C desertor & prædo, hostium more ageret. Ne Spartaco quidem, post tot consularium exercituum clades inultam Italiam vrenti, quamquam Sertorij atque Mithradatis ingentibus bellis labaret Resp. datum, vt pacto in fidem acciperetur: nedum pulcherrimo popu-

vulgò bonum publicum, & Liuio pessimum publicum, *lib.* II. *Rhenanum risi scribentem* Obscurus locus est (*censeo Delphos mittamus ad consulendum*)
* Appianus eam exstructam vult è pecuniâ CIↃ IↃ. talentorum, quam à Cæsare acceperat, ne ei aduersaretur. Lib. II. Ciuil. aut certè mendosus: qui forsan sic legi debeat, Se, remp. & bonas domi artes.

167. NVLLVM TALI COGNOMENTO ERAT.] *Mirum verò. Nam & Liuius & Valerius auctores sunt, Q. Fuluium Romæ dedicasse ædem Fortunæ Equestri. Nominat & Iulius Obsequens.* C. Claudio, *inquit,* M. Perpernâ Coss. bubo in æde Fortunæ Equestris comprehensus, inter manus exspirauit. *Incendio consumptam suspicemur: nisi obstaret P. Victor, qui eam collocat in regione* IX. *vrbis suo etiam æuo. Fatebor ingenuè. aliud quod pro Tacito dicam non habeo.*

168. PLVSQVAM BINOCTIVM.] *Ita in manuscripto Medicæo, ablegatis alijs vocibus: placetq; Licere Flamini abesse, sed consulto & conscisente Pontifice, etiam plusquam binoctium: sed dumtaxat in aduersâ valetudine, & cum exceptionibus quæ sequuntur. Vulgata tamen lectio erat,* dum ne plusquam: *sed nouitia cùm sit, quis moretur?*

169. L. METELLI PONTIF.] *Auctorum loca adduxi suprà.*

170. ÆMILIA MONVMENTA.] *Benè Aemilia monumenta. Non enimvnius Aemilij opus. Aemilius Paullus qui posteà cum C. Marcello consul, duas Basilicas, veterem refecit, nouam locauit. auctor Cicero ad Atticum lib.* IV. *epist.* XVII. *Nouam interuentu bellorum ciuilium non * perfecit ipse, (vt alucinari video virum inter antiquarios primum:) perfecit sub Augusto Paullus Aemilius, qui consul anno* DCCXX. *& posteà censor. Dio libro* XLIX. Καὶ τὴν στοὰν Παύλος καλουμένην Αἰμίλιος Λέπιδος Παῦλος ἰδίοις τέλεσιν ἐξῳκοδόμησε, καὶ τῇ ὑπατείᾳ καθιέρωσεν. *Eam incendio consumptam refecit* XX. *annis post alius Aemilius, vt narrat idem Dio lib.* LIV. Hᾳ μὲν ἓν στοὰ μετὰ D τοῦτο, ὀνόματι μὲν ὑπ' Αἰμιλίου, ἐς ὃν τὸ τὰ ποιήσαντος αὐτῶν χρόνος ἐληλύθει, τῷ δ' ἔργῳ ὑπ' Αὐγούστου καὶ τῷ Παύλου φίλων ᾠκοδομήθη. *Et nunc post annos* XXXV. *iterùm collapsam, firmauit ornauitq; Manius Lepidus, is de quo dixi suprà.*

171. ARGVERAT TAVRVM.] *Scribendum,* arcuerat. *id est vetuerat, prohibuerat. Tauri, amphitheatrum intellegit in campo Martio: Martij Philippi, ædem Herculis Musarum: Balbi, theatrum. Vide Suetonium Aug. cap.* XXIX. *Dionem lib.* LI. *&* LIV.

172. APVD THEATRVM POMPEII.] *De eâ Seneca, ad Martiam cap.* XXII. Decernebatur Seiano statua, in Pompeij theatro ponenda, quod exustum Cæsar reficiebat: exclamauit Cordus, Tunc verè theatrum perire.

173. Ti-

A populi Romani faſtigio, latro, Tacfarinas, pace & conceſſione agrorum redimeretur. Dat negotium Blæſo, ceteros quidem ad ſpem proliceret arma ſine noxâ ponendi, ipſius autem ducis quoquo modo potiretur. Et recepti eâ veniâ plerique. mox aduerſum artes Tacfarinatis, haut diſſimili modo belligeratum. Nam quia ille robore exercitus impar, furandi melior, pluris per globos incurſaret, eluderetque, & inſidias ſimul tentaret: tres inceſſus, totidem agmina parantur. ex quîs Cornelius Scipio legatus præfuit, quâ prædatio in Leptinos & ſuffugia Garamantum: alio latere, ne Cirtenſium pagi impunè traherentur, propriam manum Blæſus filius duxit. Medio, cum dilectis caſtella & munitiones idoneis locis imponens, dux ipſe, arta & infenſa hoſtibus cuncta fecerat: quia quoquò inclinarent, pars aliqua militis Romani in ore, in latere, & ſæpè à tergo erat. multique eo modo cæſi, aut circumuenti. Tunc tripartitum exercitum plures in manus diſpergit, præponitque centuriones virtutis expertæ: nec, vt mos fuerat, actâ æſtate retrahit copias, aut in hibernaculis veteris prouinciæ componit: ſed vt in limine B belli, diſpoſitis caſtellis, per expeditos & ſolitudinum gnaros mutantem mapalia Tacfarinatem proturbat. donec fratre eius capto, regreſſus eſt, properantiùs tamen quam ex vtilitate ſociorum, relictis per quos reſurgeret bellum. Sed Tiberius pro confecto interpretatus, id quoque Blæſo tribuit, vt imperator à legionibus ſalutaretur: priſco erga duces honore, qui bene geſtâ Rep. gaudio & impetu victoris exercitus conclamabantur. erantque plures ſimul Imperatores, nec ſuper ceterorum æqualitatem. conceſſit quibuſdam & Auguſtus id vocabulum; ac tunc [173] Tiberius Blæſo. Poſtremùm obiêre eo anno viri illuſtres, [174] Aſinius Saloninus, M. Agrippâ & Pollione Aſinio auis, fratre Druſo inſignis; [175] Cæſarique progener deſtinatus. Et Capito Ateius, de quo memoraui, principem in ciuitate locum ſtudijs ciuilibus adſecutus, ſed auo centurione Sullano, patre prætorio. [176] conſulatum ei adcelerauerat Auguſtus, vt Labeonem Antiſtium ijſdem partibus præcellentem dignatione eius magiſtratus anteiret. Namque illa ætas duo

Cap. 74. *Blæſus eum aggreditur: Diuiſis copijs:*

Iterumq; diuiſis.

Fratrem eius capit: Aſſicitq; bellum, non tamen conficit

Cap. 75.

Capitonis mors & elogium:

pacis

C 173. TIBERIVS BLÆSO.] *Diſtinguo locum*, Blæſo poſtremum. Obiere eo anno, *non leui ad hiſtoriam momento. Olim & liberâ rep. multi Impp. dicti, vt quiſque rem ſuis auſpicijs benè geſſiſſet. Diſplicuit Auguſto, & vt reliquos honores in ſe, ſic & hoc nomen traxit. quod communicatum poſteà cum paucis, & ferè nonniſi ex gente Auguſtâ. Tiberius tamen hîc Blæſum Imperatoris nomine inſignit: eúmque è priuatis poſtremùm. id eſt, vt poſtinde ſoli Principes eo titulo ſint vſi, nemini vltrà conceſſo ſubditorum. Velleius:* Iunius Blæſus proconſul in Africâ, ornamenta triumphalia, cum appellatione Imperatoriâ meruit. *Neque etiam indignum notâ, quod obſeruamus in nummis & inſcriptionibus, Imperatoris titulum ùm Principis eſt, præponi; cùm victoris, ſubiungi. hoc* D *modo.* Imp. Cæſar Auguſtus, *&c. contrà* Iunius Blæſus Imp. M Tullius Cicero Imp. *Quod etiam è Suetonij Iulio colligas capite* LXXVI. *cuius id inuentum.*

174. ASINIVS SALONINVS.] *Aſinio Pollioni oratori & hiſtorico filius natus Aſinius Gallus, quem captis Salonis Delmaticâ vrbe agnomento dixit Saloninum. Seruius auctor in Virg. eclog.* II. *Etſi id cognomen Tacitus & Dio illi nuſquam tribuunt, contenti dixiſſe Aſinium Gallum. Is Saloninus duxit Vipſaniam, Agrippæ filiam; dimiſſam paullò antè à Tiberio, qui ex eâ ſuſtulerat Druſum. Hoc eſt quod Tacitus libro* I. *ſcripſit:* Nec Gallus ideò iram eius leniuit, pridem inuiſus tamquam ductâ in matrimonium Vipſania M. Agrippæ filia, quæ quondam Tiberij vxor fuerat pluſquam ciuilia agitaret. *Habuit ex eâ liberos complures. Virilis ſexus iſtos, C. Aſinium Saloninum, de quo hîc: Aſinium Gallum, de quo Suetonius, & Dio: Aſinium Pollionem, qui conſul anno vrbis* DCCLVI. *de quo Plinius, Tacitus, Dio & Faſti: Aſinium Agrippam, de quo libro ſequenti: Aſinium Celerem; quem conſularem Plinius nominat & ponit ſub Principe Caio. Nec vanum eſt, quod tribuo tam multos. Iubet hoc Tacitus libro* VI. *vbi de morte Aſinij Galli patris:* Scilicet medio triennio defuerat tempus ſubeundi iudicium conſulari ſeni, tot conſularium parenti. *Cui loco abundè lucem fecerint iſta. Supereſt vt virum doctum eripiam è luto. qui hæret, quomodo hic Aſinius Saloninus Druſi frater mortuus dicatur, quem Suetonius & Dio viuum ponunt Claudij ævo? Nam Suetonius ecce, capite* XIII. *in Claudio:* Conſpirauerant ad res nouas Gallus Aſinius & Statilius Coruinus, Pollionis ac Meſſallæ oratorum nepotes. *& Dio libro vltimo:* Ἀσίνιος δὲ δὴ Γάλλος ὁ τοῦ Δρούσου φρὸς μητρὸς ἀδελφὸς ἐπιβάλλουσι μοὶ τῷ Κλαυδίῳ, *&c. Itaque quaſi in pugnâ clarâ, concludit:* Quid verum ſit, Deus aliquid viderit. *Imò ego homo. Frater enim hic Salonini, non ipſe: ne vltrà turbes, & in ſimpulo, quod dicitur, excites fluctus.*

175. CÆSARIQVE PROGENER.] *Vti aliquam duceret è liberis Germanici.*

176. CONSVLATVM.] *Quem cepit inter ſuffectos anno vrbis* DCCLIX. *Lapis priſcus Romæ:*

C. ATEIO. CAPITONE. C. VIBIO. POSTVMO. COS.

Cum Labeone confertur.


pacis decora simul tulit. sed [177] Labeo incorruptâ libertate, & ob id famâ celebratior : A Capitonis obsequium dominantibus magis probabatur. Illi, quòd præturam intra stetit, commendatio ex iniuriâ ; huic, quòd consulatum adeptus est, odium ex inuidiâ oriebatur. Et [178] Iunia sexagesimo quarto post Philippensem aciem anno supremum diem expleuit, Catone auunculo genita, C. Cassij vxor, M. Bruti soror. Testamentum eius multo apud vulgum rumore fuit : quia in magnis opibus, cùm fermè cunctos proceres cum honore nominauisset, Cæsarem omisit. quod ciuiliter acceptum : neque prohibuit quo minùs laudatione pro rostris, ceteriscque sollennibus funus cohonestaretur. Viginti clarissimarum familiarum imagines antelatæ sunt, [179] Manlij, Quinctij, aliaque eiusdem nobilitatis nomina : sed præfulgebant Cassius atque Brutus, eo ipso, quòd effigies eorum non visebantur.

Cap. 76. *Iunia mors.*

177. LABEO INCORRVPTA LIBERTATE.] *Patrem æmulatus, virum præclarum & prudentem, qui bello Philippensi pro libertate fortiter occubuit. Appianus lib.* IIII. Λαβεὼν δὲ ὅτι σοφία γνώριμος, ὁ πατὴρ Λαβεῶνος τὸ κατ' ἐμπειρίαν νόμων ἐπιτηδεύμου, τὸ πιστοτάτου τῆς οἰκειήσεως τῆς δεξιᾶς λαβόμενος, καὶ πεισρέψας αὐτὸν ὡς ἔστος ἕξει Ῥωμαίοις ἐλεύθερος, ὑπισρεφομένῳ ξίφος ἔδωκε, καὶ τῷ σφαγῶ ὑπέσχε.

178. IVNIA CATONE AVVNCVLO.] *D. Iunius Silanus, qui consul cum L. Licinio Murenâ, vxorem habuit Seruiliam sororem M. Catonis. Ex iis nata hæc Iunia soror M. Bruti per matrem (nam Bruti pater fuit M. Iunius Brutus) Tertia vel Tertulla cognomento : de quâ notus Ciceronis iocus, Tertia deducta est. Diuersa igitur ab hac Iuniâ, de quâ* B *Velleius :* M. Lepidus iuuenis, Lepidi eius qui III. vir fuerat reip. constituendæ filius, Iuniâ Bruti sorore natus. *Nam hæc vxor Lepidi fuit : nisi si antè Cassij, quod non opinor.*

179. MANLII, QVINCTII.] *Quare Manlij? quia Iunij Silani, innexi Manliæ genti. T. Manlius Torquatus filium in adoptionem dedit D. Silano. de quo Ciceronem vide* I. *de Finibus, Valerium libro* V. *capite* VIII. *De Quinctijs nihil dum reperi.*



A

C. CORNELII TACITI
AB EXCESSV DIVI AVGVSTI
ANNALIVM LIBER IIII.
BREVIARIVM LIBRI.

B *ELII Seiani præfecti præt. ingenium & mores. Is ad dominationem adspirat: & vt perueniat, Drusum Tib. Filium è medio tollit, adiuuante vxore Liuiâ, quam stupro priùs polluerat. Eidem fini castra Prætoria Romæ iubet exstrui, & militem in vnum locum conduci. Ab hoc tempore lapsæ imperij res. ideoque qui status tunc rerum, quis numerus, quæ loca cohortium & legionum, Tacitus opportunè exsequitur. At Druso iam mortuo, Senatum Princeps ingreditur: eum mæstum erigit: Germanici duos filios inducit, eosque vt imperij heredes patribus commendat. Seianus quo destinata perficeret, Agrippinam callidè calumniatur, & semina futuri odij in ipsam liberosque iacit. Tiberius legationes & accusationes aliquot ciuitatum & prouinciarum audit. Histriones siue Pantomimos immodestiùs agentes Italiâ pellit. De Flamine Diali eiusque cærimonijs temperandis noua lex lata. Sacerdotes, sollennibus votis, etiam Drusum & Neronem Dijs commendauerant. ægrè id Tiberius tulit, & initium in eos exitij fuit. C. Silius ex amicis Germanici damnatus. Cn. Piso, C. Cassius, Plautius Siluanus, accusati aut damnati. In Africâ Tacfarinatis bello finis impositus à P. Dolabellâ. ipse Tacfarinas*

C *cæsus. Semina seruilis motus in Italiâ, sed statim oppressâ. Q. Vibius Serenus in Senatu à filio accusatur, & Amorgum amouetur. P. Suillius, alijque damnantur. Inter eos Cremutius Cordus historiæ scriptor quòd Brutum & Cassium laudauisset, eiusque libri combusti. Cyzicenis libertas ademta. Templi honorem ab Hispanis oblatum Tiberius spernit. Seianus rebus ex voto adhuc fluentibus, altiora struit: & Liuiam sibi vxorem à Principe petit. hic modestè negat, additis caussis. Sed ille vt potentiam sibi augeret, magisque opportunum Tiberium haberet, perpulit eum ad secessum ab vrbe. nec multò pòst persuasit. Intereà Romæ legationes Græcorum auditæ, de iure asylorum. In Hispaniâ L. Piso prætor à quodam agreste interficitur. In Thraciâ, montani Thraces dilectus abnuunt, arma sumunt. vicit eos Poppæus Sabinus, & triumphi insignia accepit. Claudia Pulchra Romæ adulterij accusata & damnata. Agrippina maritum sibi postulat, nec accipit. Vndecim Asiæ ciuitates certant, in quâ earum templum Tiberio statueretur. Smyrnæi prælati. Tandem Tiberius, non vltrà dilato consilio, in Campaniam ab vrbe abijt. vbi in speluncâ quâdam, repentino lapsu lapidum, periclitatur: sed à Seiano seruatur. quæ res huic fidem addidit. Igitur Neronem maiorem è liberis Germanici aggreditur, &*

D *variis artibus calumnijsque subuertit. Amphitheatri casu Fidenis multa hominum millia debilitata, vel obruta. Romæ ingens incendium Cælium montem deurit. Princeps Capreas insulam transit, ibique se recondit. Titus Sabinus turpi fraude circumuentus accusatur, damnaturque ipsis anni Kalendis. Iulia neptis moritur. Frisij rebellant: quos L. Apronius Proprætor inferioris Germaniæ parùm feliciter repressum ijt. Cn. Domitius Agrippinam Germanici filiam vxorem accipit. Hæc sexennio ferè gesta.*

C. ASINIO, C. ANTISTIO COSS.
CORNELIO CETHEGO, VISELLIO VARRONE.
COSSO LENTVLO, ASINIO AGRIPPA.
CN. LENTVLO GAETVL. C. CALVISIO.
M. LICINIO CRASSO, L. CALPVRNIO PISONE.
AP. IVNIO SILANO, P. SILIO NERVA.

C. Asi-

Cap. 1. A. V. c. DCCLXXVI. *Mutatio Tiberij in peius. Cauſſa, Ælius Seianus.*

CASINIO, C. Antiſtio Coss. nonus Tiberio annus erat compoſitæ Reip. florentis domus: (nam Germanici mortem inter proſpera ducebat) cùm repentè turbare fortuna cœpit, ſæuire ipſe, aut ſæuientibus vires præbere. Initium & cauſſa penes [1] Ælium Seianum, cohortibus prætorijs præfectũ: cuius de potentiâ ſuprà memoraui. Nunc originem, mores, & [2] quo facinore [3] dominationem captauerit, expediam. [4] Genitus Vulſinijs, [5] patre Seio Strabone equite Romano, & primâ iuuentâ C. Cæſarem diui Auguſti nepotem ſectatus, non ſine rumore [6] Apicio diuiti & prodigo ſtuprum venum dediſſe; mox Tiberium varijs artibus deuinxit adeò, vt obſcurum aduerſum alios, ſibi vni incautum intectumque efficeret. non tam ſolertiâ, (quippe ijſdem artibus victus eſt) quàm deûm irâ in rem Romanam; cuius pari exitio viguit, ceciditque. Corpus illi laborum tolerans, animus audax, ſui obtegens, in alios criminator, iuxtà adulatio & ſuperbia. palàm compoſitus pudor, intus ſumma apiſcendi libido: eiuſq; cauſſâ, modò largitio & luxus, ſæpiùs induſtria ac vigilantia, haut minùs noxiæ, quoties parando regno finguntur. Vim præfecturæ modicam anteà intendit, [7] diſperſas per vrbem cohortes vna in caſtra conducendo; vt ſimul imperia acciperent, numeroque & robore, & viſu inter ſe, fiducia ipſis, in ceteros [8] metus crederetur. Prætendebat laſciuire militem diductum: ſiquid ſubitum

Qui Apicij delicium: pòſt, Tiberij conſilium.

Mores eius miri, & mixti.

Cap. 2. *Caſtrorum in vrbe ille auctor.*

A

B

COMMENTARIVS.

1. ÆLIVM SEIANVM.] *Funeſtum hoc Romanis caput patrem habuit Seium Strabonem: ſed in adoptionem datus alicui ex Ælijs, dictus mutato inflexoq;, vt ſolet, patris nomine, L. Ælius Seianus. Id enim prænomen illi Dio dat lib.* LVII. *At in nummo æreo legi adfirmat mihi quidam Tiberium Seianum, cuius hæc inſcriptio:* TI. CÆSAR. DIVI. AVGVSTI. F. AVGVSTVS. AVGVSTA. BILBILIS. *parte alterâ, corona è quercu.* TI. ÆLIO. SEIANO. *Non vidi ego.*

2. QVO FACINORE.] *Nece Druſi, quem veneno ſu ſtulit.*

3. DOMINATIONEM CAPTAVERIT.] *Probum videbatur: & captauit certè, non cepit. Tamen cùm in Medicæo ſit,* raptum perit, *placet quod Pichena efformat,* raptum ierit.

4. GENITVS VVLSINIIS.] *Quia ergo Vulſinienſis Seianus, ideò acutè & non ſine morſu Iuuenalis:*

——idem populus, ſi Nortia Thuſco
Fauiſſet, ſi oppreſſa foret ſecura ſenectus
Principis, hac ipsâ Seianum diceret horâ
Auguſtum.

Nam Nortia, vel potiùs, vt libri meliores, Nurſcia, Volſinienſium peculiaris dea. Liuius lib. VII. Volſinijs quoque clauos indices numeri annorum fixos in templo Nurſciæ Etruſcæ deæ diligens talium monumentorum [auctor] Cincius adfirmat. *Vbi velim deleri minutum illud gloſſema, quod circumſcripſi. Tertullianus:* Aſculanorum Ancaria dea, Volſinienſium Nurſcia, Ocriculanorum Valentia, Sutrinorum Nortia.

5. PATRE SEIO STRABONE.] *Qui & ipſe prætorijs cohortibus præfuit: ſed in Ægypti adminiſtrationem miſſo, ſolus deinde filius. Ob hæc officia, attollit magnifico elogio Velleius:* Seianus Ælius, principe equeſtris ordinis patre natus, materno verò genere clariſſimas, veteresque & honoribus inſignes, complexus familias. *Quod autem maternum genus? Iunium, vt opinor: hoc argumento, quòd* Iunius Blæſus Proconſul Africæ, auunculus *ei fuit. Tacitus lib.* III. *extremo.*

C

6. APICIO DIVITI.] *Quod idem Dio adfirmat lib.* LVII. *qui M. Gauium Apicium nominat. Sed Apicios eiuſdem notæ & luxus tres reperio. Primum, qui Athenæo nominatus lib.* IIII. *cap.* XX. *qui veteri rep. vixit, quemq; à Poſidonio celebratum ait, & auctorem fuiſſe vt Rutilius in exſilium mitteretur. Alterum, qui Auguſti & Tiberij æuo. de quo noſter hîc, & Seneca Conſolat. ad Elbiam:* Apicius noſtrâ memoriâ vixit, qui in eâ vrbe ex quâ aliquando Philoſophi vt corruptores iuuentutis abire iuſſi ſunt, ſcientiam popinæ profeſſus, diſciplinâ ſuâ ſæculum infecit. *Qui idem Plinio dictus* nepotum omnium altiſſimus gurges: *& de cuius delicijs volumen Appioni Grammatico ſcriptum, lego in Athenæi. lib.* VII. *At tertium, qui in imperio Traiani, cuius mentio apud Suidam in* Θῦρεα. Τεμανὸς ἐν Παρθοις ὄντι καὶ τὴν θαλάσσης ἀπέχοντι ἡμερῶν πολλῶν ὁδὸν, Ἀπίκιος ὁ ὀψοφάγος θύρεα νεανικὰ διεπέμψατο ὑπὸ σοφίας τεθησαυρισμένα. *ſi tamen Traiani ibi vox incorrupta.*

D

7. DISPERSAS PER VRBEM.] *Non per vrbem modo, ſed per opida vicina diſperſæ fuerunt Prætoriæ cohortes, ex Suetonij cap.* XLIX. *in Auguſto:* Neque vmquam plures quàm tres cohortes in vrbe eſſe paſſus eſt, eaſque ſine caſtris: reliquas in hiberna & æſtiua circa finitima opida dimittere aſſuerat.

8. METVS CREDERETVR.] *Monuit me Ioſias Mercerus legendum videri,* dederetur, *vel,* dideretur. *quod verbum ſanè vbique in Tacito velut fataliter corruptum. In manuſcripto aiunt eſſe* credetur: *ſiquis aliud fortè eruet.*

9. PRO-

A tum ingruat, maiore auxilio pariter ſubueniri. & ſeueriùs acturos, ſi vallum ſtatuatur [9] procul vrbis inlecebris. Vt perfecta ſunt caſtra, inrepere paullatim militares animos, adeundo, appellando: ſimul centuriones ac tribunos ipſe diligere. [10] neque ſenatorio ambitu abſtinebat, clientes ſuos honoribus aut prouincijs ornando, facili Tiberio, atque ita prono, vt ſocium laborum, non modò in ſermonibus, ſed apud patres & populum celebraret, coliſque per theatra & fora effigies eius, [11] interque principia legionum ſineret. Ceterùm plena Cæſarum domus, iuuenis filius, nepotes adulti, moram cupitis adferebant: & quia vi tot ſimul corripere intutum, dolus interualla ſcelerum poſcebat. placuit tamen occultior via, & à Druſo incipere, in quem recenti irâ ferebatur. Nam Druſus impatiens æmuli, & animo commotior, orto fortè iurgio [12] intenderat Seiano manus, & contra tendentis os verberauerat. Igitur cuncta tentanti promtiſſimum viſum, [13] ad vxorem eius Liuiam conuertere: quæ ſoror Germanici, formæ initio ætatis indecoræ mox pulchritudine præcellebat. Hanc, vt amore incenſus, adulterio pellexit. B & poſtquam primi flagitij potitus eſt, neque femina amiſsâ pudicitiâ alia abnuerit; ad coniugij ſpem, conſortium regni, & necem mariti impulit. Atque illa, cui auunculus Auguſtus, ſocer Tiberius, ex Druſo liberi, ſeque ac maiores & poſteros [14] municipali adultero fœdabat; vt pro honeſtis & præſentibus, flagitioſa & incerta exſpectaret. Sumitur in conſcientiam [15] Eudemus amicus ac medicus Liuiæ, ſpecie artis frequens ſecretis. pellit domo Seianus vxorem Apicatam, ex quâ tres liberos genuerat, ne pellici ſuſpectaretur. Sed magnitudo facinoris metum, prolationes, diuerſa interdum conſilia adferebat. Interim anni principio, Druſus ex Germanici liberis togam virilem ſumſit: quæque fratri eius Neroni decreuerat ſenatus, repetita. addidit orationem Cæſar, multâ cum laude filij ſui, quòd patriâ beneuolentiâ in fratris liberos foret. Nam Druſus (quamquam arduum ſit, eôdem loci potentiam & concordiam eſſe) æquus adoleſcentibus, aut certè non aduerſus habebatur. Exin vetus & ſæpè ſimulatum proficiſcendi in prouincias conſilium refertur. multitudinem veteranorum prætexebat imperator, & dilectibus ſupplendos exercitus. nam voluntarium militem deeſſe: ac ſi ſuppeditet, C non

Viam ad imperium ſtruit.

Cap. 3.

Igitur Druſum amoliri conatur.

Idq; per Liuiam vxorem, ſtupr cognitam.

Eudemus adminiſter.

Cap. 4.

Druſus minor in viros lectus.

9. PROCVL VRBIS INLECEBRIS.] *Quomodo hoc verum? nam caſtra iſta ad ipſam vrbem fuerunt, iuxta portam Viminalem: & hoc antiquarij noſtri hodie docuerunt, vel Onufrium in vrbe Româ vide. Adde hæc Scholiaſtis priſci, in Iuuenalem:* Iuxta Aggerem primus poſuit caſtra Seianus, id eſt ſuper Diocletianas: quæ dicta ſunt Caſtra Prętoria. *Sunt ipſa, quæ dixi. nam Agger Tarquinij, eſt ad Viminalem; & infra, Diocletianæ. Sed quod quærebam, quomodo igitur* procul vrbis illecebris? *Non nimis herclè: niſi quòd non in mediis ipſis, & quòd amoti à conſuetudine vulgi. Item quòd vallo clauſi, & licentia cohibita: quò adſpectum.*

D 10. NEQVE SENATORIO AMBITV.] *Id eſt, neque nolebat à Senatu ambiri, coli: cùm & eos promoueret, ac poſſe ibi doceret.*

11. INTERQVE PRINCIPIA LEGIONVM SINERET.] *Inter militaria ſigna, ait Suetonius capite* XLVIII. *in Tiberio. de quo ritu abundè in libris Hiſtor. & Milit. Rom.*

12. INTENDERAT SEIANO MANVS.] *Intendere manus, principium & cauſſa iurgij etiam hodie apud Italum vulgus. Libro* I. *ſuprà*: Poſtremò deſerunt tribunal, vt quis Prætorianorum militum amicorúmve Cæſaris occurreret, manus intentare, cauſſam diſcordiæ & initium armorum. *Lib.* XIII. Simul intendere manus, aggerere probra. *Seneca De clementiâ lib.* I. Conclamatio ciuitatis & fuga eſt, & dis ipſis manus intenduntur. *Ad quod ſequitur, Seiani os palmâ percuſſum à Druſo: aliter apud Dionem & Zonaram legas; qui Druſum percuſſum volunt à Seiano. Itaque eorum fide reſcribit hîc Vertranius,* Et hic contrà tendentis os verberauerat. *Neutri mihi perſuadent; non illi ſententiam, non hic lectionem. Seianum non tam proruptâ audaciâ fuiſſe crediderim, vt vltrò verberarit Principis Romani filium, Tribunicià poteſtate, & imperij conſortem: & conuenit magis in mores Druſi, cui adeò promptæ ad verbera manus, vt hâc de cauſsâ Caſtor ſit cognominatus, teſte Dione ipſo lib.* LVII.

13. AD VXOREM EIVS LIVIAM.] *Suetonius Liuillam ſemper vocat: vt Claudillam, quam noſter Claudiam. Nec te mouerit, ὑποκόρισμα eſt, vt Secundilla, Tertulla, Quartilla in feminarum nominibus per blanditias frequens. Sic in Muſeo Carpenſi lapis de hâc ipsâ Liuiâ,*

SECVNDA	TI. CLAVDIVS
LIVILLAES	CÆSARIS. L.
MEDICA	CELER. ÆDITVS
	A. VESTA.

14. MVNICIPALI ADVLTERO.] *Quaſi diceret, Ne Romano quidem. Nam municipales, tunc minùs honorati, aut pares vrbanis cenſebantur. Ita Iuuenalis, per contemptum:* Municipalis eques. *Florus:* Municipalia prodigia. *Erat autem Seianus Vulſinijs natus.*

15. EVDEMVS.] *In criminatione medicorum non omiſit eum Plinius lib.* XXIX. *cap.* I. Iam verò & adulteria etiã in principum domibus, vt Eudemi in Liuiâ Druſi Cæſaris.

16. QVAN-

Recensus legionum & militum:

non eâdem virtute ac modestiâ agere: quia plerumque inopes ac vagi sponte militiam sumant. percensuitque cursim numerum legionum, & quas prouincias tutarentur. Quod mihi quoque exsequendum reor: quæ tum Romana copia in armis, qui socij reges,[16] quanto sit angustiùs imperitatum. Italiam vtroque mari[17] duæ classes, Misenum apud & Rauennam, proximumque Galliæ litus rostratæ naues præsidebant, quas Actiacâ victoriâ captas Augustus in opidum Foroiulienſe miserat, valido cum remige. Sed præcipuum robur Rhenum iuxta, commune in Germanos Gallosque subsidium,[18] octo legiones erant.[19] Hispaniæ recèns perdomitæ, tribus habebantur. Mauros Iuba rex acceperat, donum populi Romani:[20] cetera Africæ, per duas legiones, parique numero Ægyptus. dehinc initio ab Suriâ vsque ad flumen Euphraten, quantum ingenti terrarum sinu ambitur, quattuor legionibus coërcitum; accolis Hibero, Albanoque, & alijs regibus, qui magnitudine nostrâ proteguntur aduersùm externa imperia. Et Thraciam, Rhœmetalces ac liberi Cotyis: ripamque Danubij, legionum duæ in Pannoniâ, duæ in Mœsiâ attinebant:[21] totidem apud Dalmatiam locatis, quæ positu regionis à tergo illis, ac si repentinum auxilium Italia proficeret, haut procul accirentur. Quamquam insideret vrbem proprius miles,[22] tres vrbanæ, nouem prætoriæ cohortes, Etruriâ fermè Vmbriaque dilectæ, aut vetere Latio,[23] & * colonis antiquitus Romanis. At apud idonea prouinciarum[24] sociæ triremes, alæque, & auxilia cohortium.[25] neque multò secus in ijs virium: sed persequi incertum * fuit; cùm ex vsu temporis huc illuc mearent, glisscrent numero, & aliquando minuerentur. Congruens crediderim recensere ceteras quoque Reip. partes, quibus modis ad eam diem habitæ sint: quando Tiberio mutati in deterius principatus initium ille annus attulit. Iam primùm publica negotia, & priuatorum maxima, apud patres tractabantur: dabaturque primoribus differere: & in adula-

Pannonica.
Mœsica.
Dalmatica.
Vrbanus miles.
* colonijs
* fuerit;

Cap. 5. *Quot, & vbi Classes.*

Legiones Germanicæ.
Hispanicæ.
Africanæ.
Syriacæ.

Cap. 6. *Ciuilis administratio, qualis hactenus?*

16. QVANTO SIT ANGVSTIVS.] *Rectè. & dictum in Traiani laudem, qui fines imperij promouit. Dixi suprà.*

17. DVÆ CLASSES.] *Hæc & sequentia explico vbertim in Admirandis, lib.* I.

18. OCTO LEGIONES.] *Diuisæ per varia castra & castella. Florus de Druso*: Per Rheni quidem ripam ampliùs quinquaginta castella direxit. *Quæ non dubia origo nobilium in eo tractu opidorum.*

19. HISPANIÆ RECENS PERDOMITÆ.] *Ab Augusto. Liuius libro* XXVIII. *de Hispaniâ*: Ita ergo prima Romanis inita prouinciarum, quæ quidem continentis sint. postrema omnium nostrâ demùm ætate ductu auspicioque Augusti Cæsaris perdomita est. *Propter Cantabros scilicet & Astures, quos ipse deuicit.*

20. CETERA AFRICÆ PER DVAS.] *Ain' tu duas? Atqui vna legio adtributa Africæ ab Augusto Tiberioq., te ipso teste non vno loco. Libro.* IV. *Historiarum scribis.* Legio in Africâ auxiliaque tutandis imperij finibus, sub Diuo Augusto Tiberioque principibus, Proconsuli parebant. *Et lib.* II. *Annalium*: Furius Camillus Proconsul Africæ, legionem, & quod sub signis sociorum, ad hostem duxit. *Libro.* II. *Histor.* In Africâ legio, cohortesque dilectæ à Clodio Macro. *Vidimus hunc nexum, & soluemus. Vnam legionem ordinariam Africæ fuisse, verissimum est. Vnde hîc ergo duæ? Per bellum Tacfarinatis abducta è Pannoniâ legio, & in Africam missa. Suprà libro* III. Piso adsequitur legionem, quæ è Pannoniâ in vrbem dein præsidio Africæ ducebatur. *Ea ibi mansit biennium paullò ampliùs, iterumq. in Pannoniam remissa. Hoc ipso libro, statim:* Cæsar post res à Blæso gestas, quasi nullis iam in Africâ hostibus, reportari Nonam legionem iusserat: nec Proconsul eius anni Dolabella retinere ausus fuerat, iussa Principis magis quàm incerta belli metuens. *At enim quia quo loco quæque legio hoc ipso anno fuerit, decretum scribere Tacito, & nondum eâ abductâ: ideò duas ecce in Africâ collocauit, in Pannoniâ duas. Atqui tres in istâ debuerat: quod clarum vel ex ijs, quæ in seditione trium Pannonicarum legionum dicta suprà. Vbi etiam recensita hæc Nona.*

21. TOTIDEM APVD DALMATIAM.] *Dalmatia Augusto tradita, perpetuumq. præsidium in eâ decretum, anno vrbis* DCCXLIII. *Anteà inermis fuit. Adi Dionem, lib.* LIIII.

22. TRES VRBANÆ, NOVEM PRÆTORIÆ COHORTES.] *Vigilum autem cur omittit? quæ numero & robore supra vrbanas. Septem enim cohortes erant, institutæ iam inde ab Augusto. Caussa hæc. quia id ævi, inter legitimos iustosq. milites, Vigiles non censebantur. Itaque in omnibus bellis ciuilibus Galbæ, Othonis, Vitellij, rara eorum mentio, nullus vsus. E libertinis lecti erant, vile genus, & Vulcani potius ministri quàm Martis. Itaque nec Præfecti vigilum inter illustres dignitates mentio Tacito vsquam: cuius auctoritas tamen adoleuit, sicut & militum ipsorum, vti ex Pandectis aliisq. scriptoribus clarum. Dicam de hoc omni vrbano milite cum curâ, ad libros Historiarum.*

23. ET COLONIS.] *Potiùs*, colonijs.

24. SOCIÆ TRIREMES.] *Vt classis in Danubio, classis in Rheno, in Ponto.*

25. NEQVE MVLTO SECVS.] *Dicit clarè, non minus virium roborisq. in Auxilijs fuisse, quàm in Legionibus: ex quo magnitudinem opesq. videas imperij Romani.*

26. RARI

A adulationem lapsos, cohibebat ipse. mandabatque honores, nobilitatem maiorum, claritudinem militiæ, inlustres domi artes spectando: vt satis constaret, non alios potiores fuisse. Sua consulibus, sua prætoribus species: minorum quoque magistratuum exercita potestas: legesque, si maiestatis quæstio eximeretur, bono in vsu. At frumenta, & pecuniæ vectigales, cetera publicorum fructuum, societatibus equitum Romanorum agitabantur. Res suas Cæsar spectatissimo cuique, quibusdam ignotis ex famâ mandabat; semelque adsumti tenebantur. prorsus sine modo, cùm plerique iisdem negotijs insenescerent. Plebes acri quidem annonâ fatigabatur: sed nulla in eo culpa ex principe, quin infecunditati terrarum, aut asperis maris obuiàm ijt, quantum impendio, diligentiaque poterat. Et ne prouinciæ nouis oneribus turbarentur, vtque vetera sine auaritiâ aut crudelitate magistratuum tolerarent, prouidebat: corporum verbera, ademtiones bonorum aberant. [26] Rari per Italiam Cæsaris agri; modesta seruitia; intra pau- Cap. 7.
cos libertos domus; ac si quando cum priuatis disceptaret, forum & ius. quæ cuncta,
non quidem comi viâ, sed horridus ac plerumque formidatus retinebat tamen, donec
B morte Drusi verterentur. nam dum superfuit, mansêre: quia Seianus incipiente adhuc potentiâ, bonis consilijs notescere volebat, & vltor metuebatur, non occultus odij, & crebrò querens, *incolumi filio adiutorem imperij alium vocari. & quantum superesse vt collega dicatur? Primas dominandi spes in arduo; vbi sis ingressus, adesse studia & ministros. exstructa iam sponte præfecti castra, datos in manum milites: cerni effigiem eius, in monumentis Gn. Pompeij:* [28] *communes illi cum familiâ Drusorum fore nepotes.* [29] *precandam post hæc Modestiam, vt contentus esset.* Neque raro, neque apud paucos talia iaciebat; & secreta quo- *Quas vxor extulit.*
que eius, corruptâ vxore, prodebantur. Igitur Seianus maturandum ratus, diligit ve- Cap. 8.
nenum, quo paullatim inrepente, fortuitus morbus adsimularetur. Id Druso datum per *Igitur venno tollitur.*
Lygdum Spadonem, [30] vt octo post annos cognitum est. Ceterùm Tiberius per omnes *Firmitudo Tiberij in eo casu.*
valetudinis eius dies, nullo metu, an vt firmitudinem animi ostentaret, etiam defuncto, necdum sepulto, curiam ingressus est: [31] consulesque sede vulgari per speciem mæ-
C stitiæ sedentes, honoris locique admonuit; & effusum in lacrimas senatum, victo gemitu, simul oratione continuâ erexit. *Non quidem sibi ignarum, posse argui, quòd tam recenti*

Druſi de Seiano querela.

D

26. RARI PER ITALIAM.] *Non latifundia, vt postea, ex bonorum publicatione, & reorum damnationibus parta.*

27 CERNI EFFIGIEM EIVS.] *Statuam æneam in theatro Pompeij. Dio.*

28. COMMVNES ILLI.] *Consideremus, quæso. Suetonius Claudij filio Druso desponsam Seiani filiam scribit, cap.* XXVII. *in Claudio, nec alius sententiæ est, quod noster lib.* III. *dixit Claudij filio Seianum socerum destinatum. Hæc certa, clara. sed quomodo hîc Drusus queritur, communes illi fore cum Drusorum gente nepotes? Locum non habet ea querela, vana est. si verè idem Suetonius scribit, Drusum exstinctum post paucos dies, quàm ei Seiani filia esset desponsa. Desponsa* autem ante biennium, vt ex Taciti suprà verbis clarum: ante biennium ergo exstinctus, & simul connubij nepotumq; spes. An aliud aliquid est, quò noster hîc respexit? nemo dicet. In Zonarâ lego, Iuliam Drusi filiam desponsam Seiano: corruptè. quia scribendum Liuiam: intellegitq; Germanici sororem, de quâ infrà dicemus, Drusi maioris prolem. Quid nugamur? cùm omnia scrinia excussérimus, non inficiabimur, quin Tacitus guttam attigerit è flumine Lethes.*

29. PRECANDAM POST HÆC MODESTIAM.] *Mirum genus loquendi, quasi Modestia inter deas. Et caue tamen immutes. simile illud è libro* XV. Sic quoque optimam Fortunam orandam, vt pedes confectis itinerum spatijs equitem assequeretur.

30. VT OCTO POST ANNOS.] *Rectè. eoipso videlicet anno, quo interfectus Seianus, cùm Apicata eius vxor hæc scelera prodidit. Vide Dionem* LVIII.

31. CONSVLES SEDE VVLGARI.] *id est, in sedibus Prætorum aut Tribunorum, vt Dio interpretari videtur, in morte Augusti, lib.* LVI. Ἐκαθέζοντο δὲ οἱ μὲν πολλοὶ ὡς ἕκαστος εἰώθει, οἱ δ' ὕπατοι κάτω ἐν τοῖς βάθροις, ὁ μὲν τῷ τῆς ϛρατηγῶν, ὁ δὲ τῷ τῆς δημάρχων. *Verterem ego:* Sederunt autem vulgus Senatorum. quo quisque loco solebat: Consules verò infernè in subsellijs, alter Prætorum, alter Tribunorum. *Nec dissimile est, quod Suetonius scribit, Claudium* de maiore negotio acturum, medium inter consulum sellas Tribunicio subsellio sedisse. *Humiles autem Senatorum omnium sedes, altæ Consulum & excelsæ. Lucanus* V.

Vt primùm mæstum tenuêre silentia cœtum,
Lentulus è celsâ sublimis sede profatur.

Lentulus enim ibi Consul. & alius poëta quispiam,

Conspicuum signis cùm premet altus ebur.

Intellegit Consulis sellam curulem: in quâ, ornatus causâ signa. *Idem:*

Signa quoque in sellâ nossem formata curuli,
Et totum Numidæ sculptile dentis opus.

*Anno vrbis DCCLXXIII.

centi dolore ſubierit oculos ſenatus: ꝟix [32] *propinquorum alloquia tolerari,* [33] *ꝟix diem adſpici à pleriſque lugentium. neque illos imbecillitatis damnandos; ſe tamen fortiora ſolatia è complexu Reip. petiuiſſe.* Miſeratulque Auguſtæ extremam ſenectam, rudem adhuc nepotum, & vergentem ætatem ſuam, vt Germanici liberi, vnica præſentium malorum leuamenta, inducerentur, petiuit. Egreſſi conſules, firmatos adloquio adoleſcentulos, deductosque ante Cæſarem ſtatuunt. Quibus apprehenſis, *Patres conſcripti, Hos,* inquit, *orbatos parente, tradidi patruo ipſorum, precatusque ſum, quamquam eſſet illi propria ſuboles, ne ſecùs quàm ſuum ſanguinem foueret ac tolleret, ſibique & poſteris confirmaret. Erepto Druſo, preces ad ꝟos conuerto, dijsque & patriâ coram obteſtor, Auguſti pronepotes, clariſsimis maioribus genitos ſuſcipite, regite: ꝟeſtram meamque ꝟicem explete. Hi ꝟobis Nero & Druſe parentum loco: ita nati eſtis, ꝟt bona malaque ꝟeſtra ad Remp. pertineant.* Magno ea fletu, & mox precationibus fauſtis audita. ac ſi modum orationi poſuiſſet; miſericordiâ ſui gloriaque animos audientium impleuerat. ad vana & toties inriſa reuolutus, de reddendâ Rep. vtque conſules ſeu quis alius regimen ſuſciperent, vero quoque & honeſto fidem demſit. Memoriæ Druſi eadem quæ in Germanicum decernuntur; pleriſque additis, vt fermè amat poſterior adulatio. Funus imaginum pompâ maximè inluſtre fuit, cùm origo Iuliæ gentis Æneas, omneſque Albanorum reges, & conditor vrbis Romulus, pòſt Sabina nobilitas, [34] Appius Clauſus, ceteræque Claudiorum effigies, longo ordine ſpectarentur. In tradendâ morte Druſi, quæ plurimis maximeque fidis auctoribus memorata ſunt, rettuli: ſed non omiſerim eorumdem temporum rumorem validum adeò, vt nondum exoleſcat. Corruptâ ad ſcelus Liuiâ, Seianum Lygdi quoque Spadonis animum ſtupro vinxiſſe: quòd is Lygdus ætate atque formâ carus domino, interque primores miniſtros erat. deinde inter conſcios, vbi locus veneficij tempuſque compoſita ſunt; eò audaciæ prouectum, vt verteret, & occulto indicio Druſum veneni in patrem arguens, moneret Tiberium, vitandam potionem quæ prima ei apud filium epulanti offerretur. Eâ fraude tum ſenem, poſtquam conuiuium inierat, exceptum poculum Druſo tradidiſſe: atque illo ignaro & iuueniliter hauriente, auctam ſuſpicionem, tamquam metu & pudore, ſibimet inrogaret mortem, quam patri ſtruxerat. [35] Hæc vulgò iactata, ſuper id quòd nullo auctore certo firmantur, promtè refutaueris. Quis enim mediocri prudentiâ, nedum Tiberius tantis rebus exercitus, inaudito filio exitium offerret, idque ſuâ manu, & nullo ad pœnitendum regreſſu? Quin potiùs miniſtrum veneni excruciaret, auctorem exquireret, inſitâ denique etiam in extraneos contatione & morâ, aduersùm vnicum & nullius antè flagitij compertum vteretur. Sed quia Seianus facinorum omnium repertor habebatur ex nimiâ caritate in eum Cæſaris, & ceterorum in vtrumque odio, quamuis fabuloſa & immania credebantur: [36] atrociore ſemper famâ, erga dominantium exitus. Ordo alioqui ſceleris per Apicatam Seiani proditus, tormentis Eudemi ac Lygdi patefactus eſt: neque quiſquam ſcriptor tam infenſus exſtitit, vt Tiberio obiectaret, cùm omnia alia conquirerent, intenderentque. Mihi tradendi arguendique rumoris cauſſa fuit, vt claro ſub exemplo falſas auditiones depellerem, peteremque ab ijs quorum in manus cura noſtra venerit, ne diuulgata atque incredibilia, auidè accepta, veris neque in miraculum corruptis antehabeant. Ceterùm [37] laudante filium pro roſtris Tiberio, ſenatus populuſque habitum ac voces dolentum ſimula-

Germanici liberi in curiam acciti. Commendati patribus.

Cap. 9. *Curam rerum deprecatur Tiberius: Parùm ſcriò*

Funus Druſo.

Cap. 10. *Variatum in morte eius tradenda.*

Quam nonnemo patri parùm prouido adſcribit.

Cap. 11. *Refellit noſter.*

Cap. 12.

32. PROPINQVORVM ALLOQVIA.] *Alloquia, propriè in conſolatione. notatum alijs.*

33. VIX DIEM ADSPICI.] *Ita enim moris, vt limine & domo ſe continerent in luctu. Plinius lib.* IX. Mitto ad Ariam. rogo vt veniat. quoniam me recens adhuc luctus limine contineret.

34. APPIVS CLAVSVS.] *Lego,* Atta Clauſus, *vel* Attus. *Adi lib.* XII. *Annal.*

35. HÆC VVLGO IACTATA.] *Et credita Oroſio, qui libro* VII. *tradit Druſum à Tiberio veneno exſtinctum. At me non valdè mouent eiuſmodi ſcriptores, legitimæ hiſtoriæ (dicam iratis quorumdam auribus) dehoneſtamenta.*

36. ATROCIORE SEMPER FAMA.] *Id valet, ſpargi plurimùm & credi atrocia aut tragica, de morte dominantium.*

37. LAVDANTE FILIVM.] *Velo quidem interpoſito, ne Pontificis maximi oculi adſpectu cadaueris funeſtarentur. Seneca, Conſolatione ad Martiam:* Tiberius Cæſar, & quem genuerat, & quem adoptauerat, amiſit. ipſe tamen pro roſtris laudauit filium, ſtetitque, in conſpectu poſito corpore, interiecto

A simulatione magis quàm libens induebat, domumque Germanici reuiuiscere occulti lætabantur. Quod principium fauoris, & mater Agrippina spem malè tegens, perniciem adcelerauêre. Nam Seianus vbi videt mortem Drusi inultam interfectoribus, sine mœrore publico esse, ferox scelerum, & quia prima prouenerant, volutare secum, quonam modo Germanici liberos peruerteret, quorum non dubia successio. neque spargi venenum in tres poterat, egregiâ custodum fide, & pudicitiâ Agrippinæ impenetrabili. Igitur contumaciam eius insectari, vetus Augustæ odium, recentem Liuiæ conscientiam exagitare, vt superbiam fecunditate subnixam, popularibus studijs inhiare dominationi, apud Cæsarem arguerent. Atque hæc callidis criminatoribus (inter quos dilegerat [38] Iulium Postumum, per adulterium Mutiliæ Priscæ inter intimos auiæ, & consilijs suis peridoneum: quia Prisca in animo Augustæ valida) anum suapte naturâ potentiæ anxiam, insociabilem nurui efficiebat. Agrippinæ quoque proximi inliciebantur, prauis sermonibus tumidos spiritus perstimulare. At Tiberius, nihil intermissâ re- Cap. 13.
B rum curâ, negotia pro solatijs accipiens, ius ciuium, preces sociorum tractabat. Factaque auctore eo senatusconsulta, vt ciuitati Cibyraticæ apud Asiam, Ægirensi apud Achaiam motu terræ labefactis, subueniretur remissione tributi in triennium. Et Vibius Serenus [39] proconsul vlterioris Hispaniæ de vi publicâ damnatus, [40] ob atrocitatem temporum in insulam Amorgum deportatur. Carsius Sacerdos reus tamquam frumento hostem Tacfarinatem iuuisset, absoluitur; eiusdemque criminis C. Gracchus. Hunc comitem exilij admodum infantem, [41] Pater Sempronius in insulam Cercinam tulerat. Illîc adultus inter extorres & liberalium artium nescios, mox per Africam ac Siciliam mutando sordidas merces sustentabatur: nec tamen effugit magnæ fortunæ pericula. Ac ni Ælius Lamia & L. Apronius, qui Africam obtinuerant, insontem protexissent, claritudine infausti generis, & paternis aduersis foret abstractus. Is quoque annus le- Cap. 14.
gationes Græcarum ciuitatum habuit; Samijs Iunonis, Cois Æsculapij delubro, vetustû asyli ius vt firmaretur, petentibus. Samij decreto Amphictyonum nitebantur, quîs
C præcipuum fuit rerum omnium iudicium, quâ tempestate Græci conditis per Asiam vrbi-

Fauor omnium in liberos Germanici.
Quibus insidiatur Seianus.
Et Agrippinam matrem primò criminatur.
Subleuatæ vrbes.
Accusati aliquot:
Inter eos C. Gracchus.
Iterùm de Asylis actum.

iecto tantummodò velamento, quod Pontificis oculos à funere arceret. *Recenset eumdem ritum Dio* LIV. *in funere Agrippæ, sed caussam eius ignorare fatetur, & quam Seneca dedit, refellit. Verba sunt:* Τόν τε λόγον τὸν ἐπ' αὐτῇ εἶπε φιλοφρόνημά τι πρὸς τὴν γενεὰν φιλοτεινας, ὅπερ ἐγὼ μὴν οὐκ οἶδα διὰ τί ἐποίησεν. εἰρηνὴ δ' ὅμως τοῖς μὴ ὅπλα ἀρχιερεὺς ὤν, τοῖς δὲ ὅπλα τὰ τῆς πομπῆς ἔπραττεν, οὐκ ὀρθῶς φρονοῦσιν. ὅτε γὰρ τῷ ἀρχιέρεῳ ἀπείρηνται γενεσθαι ὁρᾶν. ὅτε τῷ πομπῇ, πῶλιν ἂν τὸ τέλος ταῖς ἀπογραφαῖς μέλλη ἐπάξειν. *Id est:* Sed & laudationem Agrippæ Augustus recitauit, velo quopiam ante mortuum expanso. Id cui rei factum, mihi non liquet. Tamen
D alij volunt ideò, quia Pontifex esset: alij, quia obiret munera Censoris. Neutri rectè. Neque enim vel Pontifici mortuum adspicere nefas: neque Censori, nisi cùm finem censioni imponit, conditque lustrum. *Hæc Dio: sed ego existimo, de Pontifice Senecam * vera dicere. Sacer enim: ideoq; non ipsum solum arceri aspectu funesto, sed & statuas deorum voluerunt. Quæ si in loco positæ, vbi supplicia & cædes, velari eas mos fuit, aut transferri. Notat ipse Dio lib. vltimo.* Claudius, *inquit*, delectabatur gladiatoribus, & præsertim meridianis. Ideò plerosque seruos, qui dominos sub Caio aut Tiberio calumniati erant, hoc modo perdebat. Eorumque tantus fuit numerus, vt Augusti statuam eo loci positam iusserit transferri, ne aut semper adspiceret cædes, aut semper velata esset. *Ceterùm de Pontifice, in Iudæorum ritu simile Philo notat, De Monarchiâ:* à cadauere arceri.

38. IVLIVM POSTVMVM.] *Estne ille, qui Præfectus Ægypto posteà? de quo Romæ lapis,*

PRO. SALVTE. TI. CLAVDI. CÆSARIS. AVG. GERMANICI. PONT. MAX. TRIB. POT. VII. COS. IIII. IMP. XV. P.P. CENSORIS.
∴∴∴∴∴ LIBERORVMQVE.
EX. VOTO. SVSCEPTO. C. IVLIVS. SEX. F. COR. POSTVMVS. PRÆF. ÆGYPTI.

Vix puto. Claudij enim ævo ille floruit, non hoc Tiberiano.

39. PROCONSVL VLTERIORIS HISPANIÆ.] *Id est Bæticæ, quæ populo relicta, & ideò in eâ Proconsul. Plura distinctiùs de Hispaniæ diuisione infrà ad* I. *Histor.*

40. OB ATROCITATEM TEMPORVM.] *Placet olim emendatio*, atrocitatem morum. *quam velim distinctione iuuari hoc modo:* de vi publicâ damnatus ob atrocitatem morum, in insulam. *Facilis exscribentium lapsus repetitione syllabæ*, tem morum. *Etsi non sum ignarus à Suetonio* temporum atrocitatem *dictam, Calig. cap.* VI. *sed hîc vt censeo parùm opportunè. Puto autem pertinuisse ad Serenum caput hoc legis Iuliæ:* Iuliâ de vi publicâ tenetur, qui cùm imperium potestatémve haberet, ciuem R. aduersus prouocationem necauerit, verberauerit, iusserítve quid fieri, aut quid in collum iniecerit vt torqueatur.

* *Facit à Senecâ Tacitus libro* II. Neque Imperatorem augustiu & vetustissimis cærimonijs præditum contrectationis feralia debuisse.

41. PATER SEMPRONIVS.] *Qui adulter in Iuliâ, suprà lib.* I.

vrbibus orâ maris potiebantur. Neque dispar apud Coos antiquitas: & accedebat meritum ex loco. Nam ciues Romanos templo Æsculapij induxerant, cùm iussu regis Mithradatis apud cunctas Asiæ insulas & vrbes trucidarentur. Varijs dehinc & sæpiùs inritis prætorum quæstibus, postremò Cæsar de immodestiâ histrionum rettulit. Multa ab ijs in publicum seditiosè, fæda per domos tentari: [42] Oscum quondam ludicrum leuissimæ apud vulgum oblectationis, eò flagitiorum & virium venisse, vt auctoritate patrum coërcendum sit. Pulsi tum histriones Italiâ. Idem annus alio quoque luctu Cæsarem adficit, alterum ex geminis Drusi liberis extinguendo: neque minùs morte amici. Is fuit Lucilius Longus, omnium illi tristium lætorumque socius, vnusque è senatoribus Rhodij secessus comes. Ita quamquam nouo homini, [43] censorium funus, effigiem [44] apud forum Augusti, publicâ pecuniâ patres decreuêre: apud quos etiam tum cuncta tractabantur. adeò vt [45] procurator Asiæ Lucillius Capito, accusante prouinciâ caussam dixerit, magnâ cum adseueratione Principis, non se ius nisi in seruitia & pecunias familiares dedisse. quòd si vim prætoris vsurpasset, manibusque militum vsus foret; spreta in eo mandata sua, audirent socios. Ita reus, cognito negotio, damnatur. Ob quam vltionem, & quia priore anno in C. Silanum vindicatum erat, decreuêre Asiæ vrbes templum Tiberio matriqueeius, ac senatui. Et permissum statuere. egitque Nero grates eâ caussâ patribus atque auo, lætas inter audientium adfectiones, qui, recenti memoriâ Germanici, illum adspici, illum audiri rebantur: aderantque iuueni modestia, ac

Histriones coërcentur.

Cap. 15.

Lucillij mors, & publicum funus.

Capito damnatur.

Tiberio templum in Asiâ.

* Turbaque diuersâ natigat omnis aquâ.

42. OSCVM LVDICRVM.] *Quod celebratum Romæ, non Romanâ linguâ. Strabo libro* V. Τὸ δὲ παρὰ τοῖς Ὀσκοις καὶ τῷ τῶν Αὐσονίων ἔθνει συμβεβηκε. τῶν μὲν γὰρ Ὀσκων ἐκλελειπότων, ἡ ἀλάλητος μόνη διαμένει τοῖς Ῥωμαίοις, ὥστε ποιήματα σκηνοβατεῖσθαι κατά τινα ἀγῶνα πάτριον, καὶ μιμολογεῖσθαι. *Censent idem, cum Atellanis ludis: nec errant. Nam Atella, Oscorum vrbs. Sermo autem Oscus, diuersus à Latino. Titinnius.*

Qui Oscè & Volscè fabulantur, nam Latinè nesciunt.

Quo & Campani vsi videntur, &, vt Liuius alibi me docet, Samnites.

43. CENSORIVM FVNVS.] *Quæri video quid sit censorium funus. Vertranius censuit, id esse in cuius nimiam pompam, vt in opus censorium, animaduertere Censoribus licuisset, nisi iussus Prætoris adfuisset. Nimis velim ad manum mihi laurus sit, quam mordeam: ita præcordia mihi saliunt ad risum. Alij idem putant Funus publicum, Funus censorium, Funus indictiuum. Non audio. arbitror ego funus publicum & indictiuum, eadem: nec aliud esse, quàm cùm denuntiatur & indicitur publicitus per præconem. Censorium, partem eius esse: id est, vt omne Censorium funus, Publicum sit (qui enim aliter honoratum esse potest?) at non omne Publicum, Censorium. Vt inter magistratus honoratissimi Censores, isq; cumulus quasi reliquarum dignitatum: sic inter funera illud, primo loco. Itaque Capitolinus de Pertinace:* Funus imaginarium ei & Censorium ductum est, & ab ipso Seuero funebri laudatione honoratus est. *Tacitus de Sabino fratre Imperatoris:* Funusque Censorium Flauio Sabino ductum. *Et libro* XII. Decretum Claudio Censorium funus, & mox consecratio. *Quâ ergo notâ eximium hoc funus? Credo istâ, vt omnia in eo purpurea essent, vestes stragulaq;. in alijs, tantùm purpura prætexta. Non obscurè annuere mihi videtur Polybius, libro* VI. Vbi autem præclarus aliquis ex domesticis obijt, instituunt funeris apparatum, & circumfusi qui similes magnitudine ac staturâ videntur, vestes capiunt; si consul vel prætor fuit, purpurâ prætextas; si censor, purpureas; si * triumphalis, auro intextas. *Postrema Græcè sic habent:* Ἐὰν μὲν ὕπατος καὶ στρατηγὸς ἢ γεγονώς, περιπορφύρους (*intellege* ἐσθῆτας λαμβάνεσι.) ἐὰν δὲ τιμητὴς, πορφυρᾶς, ἐὰν δὲ καὶ τεθριαμβεύκως, διαχρύσους. *Publico autem funeri opponitur, Tacitum. id est, sine pompâ, sine designatore, sine ludis, præcone, indictione, silens & quietum. Seneca, De Tranquillitate lib.* I. *cap.* I. Quid opus est sęculis duratura componere? Vis tu nunc id agere, ne te posteri taceant? morti natus es. minus molestiarum habet funus Tacitum.

ADD. *E Polybij verbis suspicêre distinctum Censorium funus à Triumphali fuisse, & hoc dignius. Mihi ita non videtur. Primùm, quia nemo Latinorum Triumphale nominat. Deinde, quia Censorium reperio Principibus ipsis ductum (vt Claudio, vt Pertinaci:) quos constat honestissimo affectos. Tertiò, quia illa ipsa ornamenta quæ triumphali tribuit Polybius, reperire est in isto. Vide Xiphilinum in Seuero. Currum huic interuenisse, ritu triumphantium, non opinor. Nam quod in Propertio legis,*

Cuius honoratis ossa vehantur equis:

verius est, aquis. *& ille ipse poëta superiori eius libri Elegiâ, in amne infero distinxit duplices sedes &* *nauigationes. *Quod in Dione etiam scriptum funere Augusti, imaginem eius vnam (tres enim fuerunt) vectam* ἐφ' ἅρματος πομπικῆς, *id est,* curru triumphali, *vt interpretes volunt: ego mallem,* curru pompali. *& Carpentum intellegam, quo per pompam Circensium dij transuecti. Hoc enim noui honoris genus appositè tributum nouo diuo.*

44. APVD FORVM AVGVSTI.] *Vbi in vtrâque porticu ab ipso Augusto locatæ statuæ omnium veterum ducum. Suetonius.*

45. PROCVRATOR ASIÆ.] *Eadem omnia è Tacito Dio, lib.* LVIII. *in extremo.*

46. NAM

A ac forma, principe viro digna, notis in eum Seiani odijs ob periculum gratiora. Sub idem tempus de flamine Diali, in locum Seruij Maluginensis defuncti legendo, simul rogandâ nouâ lege, disseruit Cæsar. [46] *Nam patricios confarreatis parentibus genitos, tres simul nominari, ex quis vnus legeretur, vetusto more: neque adesse, vt olim, eam copiam, omissâ confarreandi adsuetudine, aut inter paucos retentâ. pluresque eius rei caussas adferebat, potissimam, penes incuriam virorum feminarumque. Accedere ipsius cærimoniæ difficultates, quæ consultò vitarentur.* [47] *Et quando exiret è iure patrio, qui id flaminium apisceretur, quæque in manum flaminis conueniret. Ita medendum senatus decreto, aut lege; sicut Augustus quædam ex horridâ illâ antiquitate, ad præsentem vsum flexisset.* Igitur tractatis religionibus, placitum, instituto flaminum nihil demutari: sed lata lex, quâ [48] flaminica Dialis sacrorum caussâ in potestate viri, cetera promiscuo feminarum iure ageret. & filius Maluginensis patri suffectus. Vtque glisceret dignatio sacerdotum, atque ipsis promtior animus foret ad capessendas cærimonias, decretum Corneliæ virgini, quæ in locum Scantiæ capiebatur, * LLS. xx. & quoties Augusta theatrum introisset, vt [49] sedes inter Vestalium B consideret. Cornelio Cethego, Visellio Varrone Coss. Pontifices eorumque exemplo ceteri sacerdotes, cùm pro incolumitate Principis [50] vota susciperent, Neronem quoque & Drusum ijsdem dijs commendauêre; non tam caritate iuuenum, quàm adulatione: quæ moribus corruptis, perinde anceps si nulla, & vbi nimia est. Nam Tiberius haut vmquam domui Germanici mitis, tum verò æquari adolescentes senectæ suæ, impatienter indoluit: accitosque Pontifices percontatus est, num id precibus Agrippinæ, aut minis tribuissent. Et illi quidem quamquam abnuerent, modicè perstricti, (etenim pars magna è propinquis ipsius, aut primores ciuitatis erant:) ceterùm in senatu, oratione monuit in posterum, ne quis mobiles adolescentium animos, præmaturis honoribus ad superbiam extolleret. Instabat quippe Seianus, incusabatque *diductam ciuitatem, vt ciuili bello. esse qui se partium Agrippinæ vocent: ac ni resistatur, fore pluris. neque aliud gliscentis discordiæ remedium, quàm si vnus alterve maximè promti subuerterentur.* Quâ caussâ C. Silium, & Titium Sabinum, adgreditur. amicitia Germanici pernicioſa vtrique: Silio, & C quod ingentis exercitus septem per annos moderator, partisque apud Germaniam triumpha-

Sub Flaminis abitio, Cap. 16.

De vxore eius, aliquid nouatum. Honos Vestalibus additus.

* quinquaginta millia Philipp.

Cap. 17. A. V. C. DCCLXXVII. Votis publicis inserti Nero & Drusus: Indignante principe.

Quem admit Seianus.

Cap. 18. Amici Germanici petuntur.

46. NAM PATRICIOS CONFARREATIS PARENTIBVS.] *Non alibi tam expressi ritus in legendo Diali. Ait,* patricios. *Quia cùm quindecim Flamines essent, ex ijs tres primi instituti à Numâ, non nisi ex patribus legebantur: ijq; Maiores dicti. alij etiam è plebe, appellatiq; Flamines minores. Addit,* confarreatis parentibus. *quia, vt Plinius ait,* in sacris nihil religiosius confarreationis vinculo erat. *Triplex enim matrimonij contrahendi mos, Vsu, Farre, Coëmptione. Antiquissimum genus, Farre videtur, quod Dionysius appellat* γάμον κατὰ τὰς ἱερὰς νόμους. *eratq; necessum non solùm Flaminem nasci confarreatis parentibus, sed & ipsum cum Flaminicâ farre iungi. Seruius Danielis in excerptis à Pythœo:* Tribus D modis apud veteres nuptiæ fiebant, Vsu, si, verbi gratiâ, mulier anno vno cum viro, licet sine legibus fuisset. Farre, cùm per Pontificem Max. & Dialem Flaminem per fruges & molam salsam coniungebantur: vnde Confarreatio appellatur, ex quibus patrimi & matrimi nascebantur. Coëmptione verò atque in manu conuentione, cùm illa in filiæ locum, maritus in patris veniebat, vt si quis prior fuisset defunctus, locum hereditatis iustum alteri faceret. *Iterùm alibi:* Quid enim est aliud dextræ, quàm in manum conuenire? quæ conuentio eo ritu perficitur, vt aquâ & igni adhibitis duobus maximis elementis, natura coniuncta habeatur: quæ res ad farreatas nuptias pertinet, quibus Flaminem & Flaminicam iure Pontificio in matrimonium necesse est conuenire. *Et paullò pòst:* Mos fuit Flamini ac Flaminicæ vt per Farreationem in nuptias conuenirent, sellas duas iugatas, ouili pelle superiectâ poni, eius ouis quæ hostia fuisset: & ibi nubentes velatis capitibus in confarreatione Flamen ac Flaminica residerent. Confarreationes autem tonitru dirimit. *Pulchræ reliquiæ. Adde Festum in Diffarreatio, & Arnobium lib.* IIII. Vxores enim dij habent, atque in coniugalia fœdera conditionibus veniunt antè quæsitis. Vsu, farreo, coëmptione, genialis lectuli sacramenta conducunt.

47. ET QVANDO EXIRET.] *Defectum locum censeo: & deesse quæ ad cæremoniarum difficultatem pertinent. Qui cautus cæremoniæq; Flaminio adiunctæ, habes apud Agellium lib.* X. *cap.* XV.

48. FLAMINICA DIALIS.] *Flaminia, appellari mulier ipsa videtur, ex lapide prisco,* MARCELLA. FLAMINIA. AVGVSTÆ.

49. SEDES INTER VESTALIVM.] *Quibus locus è regione Prætoris. Suetonius Aug. cap.* XLIIII. Solis virginibus Vestalibus locum in theatro separatim, & contra Prætoris tribunal dedit.

50. VOTA SVSCIPERENT.] *De quibus dicam Annali* XVI. *Ceterùm notat Dio hoc anno prima decennalia Tiberij Cæsaris celebrata: quorum originem pete ab eodem scriptore lib.* LIII.

phalibus Sacrouiriani belli victor, quantò maiore mole procideret, plus formidinis in alios dispergatur. Credebant plerique auctam offensionem ipsius intemperantiâ, immodicè iactantis, suum militem in obsequio durauisse, cùm alij ad seditiones prolaberentur: neque mansurum Tiberio imperium, si ijs quoque legionibus cupido nouandi fuisset. Destrui per hæc fortunam suam Cæsar, imparemque tanto merito rebatur. Nam beneficia eò vsque læta sunt, dum videntur exsolui posse: vbi multum anteuenêre,[51] pro gratiâ odium redditur. Erat vxor Silio Socia Galla, caritate Agrippinæ inuisa Principi. Hos corripi, dilato ad tempus Sabino, placitum: immissusque Varro consul, qui paternas inimicitias obtendens, odijs Seiani per dedecus suum gratificabatur. Precante reo breuem moram, dum accusator consulatu abiret, aduersatus est Cæsar: *solitum quippe magistratibus, diem priuatis dicere. nec infringendum consulis ius, cuius vigilijs niteretur, ne quod Resp. detrimentum caperet.* Proprium id Tiberio fuit, scelera nuper reperta priscis verbis obtegere. Igitur multâ adseueratione, quasi aut legibus cum Silio ageretur, aut Varro consul, aut illud Resp. esset, coguntur patres: silente reo, vel si defensionem cœptaret, non occultante cuius irâ premeretur. Conscientiâ belli Sacrouir diu dissimulatus, victoria per auaritiam fœdata, & vxor Socia arguebantur. nec dubiè repetundarum criminibus hærebant: sed cuncta quæstione maiestatis exercita; & Silius imminentem damnationem voluntario fine præuertit. Sæuitum tamen in bona,[52] non vt stipendiarijs pecuniæ redderentur, quorum nemo repetebat: sed[53] liberalitas Augusti auulsa, computatis singillatim quæ fisco petebantur. ea prima Tiberio erga pecuniam alienam diligentia fuit. Socia in exsilium pellitur Asinij Galli sententiâ, qui partem bonorum publicandam, pars vt liberis relinqueretur, censuerat. contrà * M. Lepidus quartam accusatoribus[54] secundùm necessitudinem legis, cetera liberis concessit. Hunc ego Lepidum, temporibus illis, grauem & sapientem virum fuisse comperio. Nam pleraque ab sæuis adulationibus aliorum, in melius flexit: neque tamen temperamenti egebat, cùm æquabili auctoritate & gratiâ apud Tiberium viguerit. Vnde dubitare cogor, fato & sorte nascendi, vt cetera, ita ptincipum inclinatio in hos, offensio in illos; an sit aliquid in nostris consilijs, liceatque inter abruptam contumaciam, & deforme obsequium, pergere iter ambitione ac periculis vacuum. At Messallinus Cotta, haut

Cap. 19. *Silius primò.*

Quem Consul Varro accusat.

Sed Silius sponte vitâ abijt.

Cap. 20.

Vxor eius pulsa.

* *M. id est* Manius.

Lepidi egregia laudatio.

A

B

C

D

51. PRO GRATIA ODIVM REDDITVR.] *Seneca epist.* XIX. Quidam quò plus debent, magis oderunt. Leue es alienum, debitorem facit: graue, inimicum.

52. NON VT STIPENDIARIIS.] *Id est Gallis prouincialibus, quos exhauserat.*

53. LIBERALITAS AVGVSTI AWLSA.] *Alij aliter, in loco, vt solet, obscuro. & ferè intellegunt, auulsis separatisq; ijs, quæ Augustus dono ei dederat, reliqua petita in fiscum. Ego putarem, illa vel maximè obnoxia fuisse, & vt ab ingrato repetenda. Sed meo iudicio, nihil hîc de primo Augusto, de Tiberio ipso sermo est: & hîc denique auaritiam eius se reuelasse, anteà occultam. Legerem pro hoc sensu,* Augusti conuulsa. *Suprà Tacitus dixit,* Tiberium aduersus pecuniam satis firmum fuisse: *& alibi sic ostendit.*

54. SECVNDVM NECESSITVDINEM LEGIS.] *Legis, vt censeo, Iuliæ de Maiestate. Nam quod alij de Papiâ suspicantur, refuto. Dicit à me Tacitus, qui cuncta in hac quæstione exercita scribit lege Maiestatis. Quarta autem præmium, non in hac solùm, sed etiam De repetundis lege. de quâ ipsâ nihil abnuo, quin hîc accipiamus. Asconius in Verrem non vno loco ostendit, Quadruplatores dictos à præmio quartæ, quam consequebantur. Innuit ipse Cicero lege & more id receptum:* Non enim, *inquit,* spolia C. Verris, sed existimationem populi Rom. concupiui. *Fortasse & in criminibus alijs præmium idem. Ideò vulgare præmium id interpreter in Paullo, l.* XIII. *De iure fisci:* Heredem, *ait,* eius vltra vulgare præmium nihil consecuturum. *De lege Maiestatis, auctor mihi adfirmandi Iosephus lib.* XIX. *vbi de seruis, quos Caius in dominos emittebat:* ῥᾴδιον γάρ, *inquit,* ψευσαμένοις τε καὶ τοὺς κυρίων σκεπάσαντι τὰ χρήματα ἐνδιέξασιν ὠνῆσθαι, ἅμα ἐλευθέροις τε εἶναι καὶ πλουσίοις, μίσθωσιν τῆς κατηγορίων, ἧς τὰ ἆθλα ὠνοῖς σκοπεῖσθαι τὰς ὀργὰς τῆς ἐτίων: Facile enim ijs & mentientibus contra dominos credi, & opes aperientibus simul liberis diuitibusque fieri: propter præmium accusationum, quo octaua bonorum pars ijs proposita. *Si octaua seruo; benè colligo, libero quartam. Nec in seruili accusatione aliud capere persuadeor, quàm crimen Maiestatis. Illud moneo, Principum æuo, non tam ex lege quàm arbitrio Senatus præmia decreta. Libro* VI. *infrà:* Quâ damnatâ cùm præmium accusatori decerneretur, Iunius Otho trib. pl. intercessit. *Sic libro* XVI. Liberto & accusatori præmium operæ (*non pecunia vlla sed*) locus in theatro inter Tribunicios viatores datur. *Interdum certa pecunia attributa, vt Eprio Marcello quinquagies* H-S, *Thraseâ damnato: Regulo septuagies* H-S. *& sacerdotium, damnato Crasso. Tacitus Ann. lib.* XVI. *& Histor.* IIII. *Nec prætereundus hîc Dionis locus, qui de præmijs eorum qui Cæsaris percussores*

A haut minùs claris maioribus, ſed animo diuerſus, cenſuit [55] cauendum ſenatuſconſulto, vt quamquam inſontes magiſtratus, & culpæ alienæ neſcij, prouincialibus vxorum criminibus, perinde quàm ſuis plecterentur. Actum dehinc de Calpurnio Piſone, nobili ac feroci viro. Is namque, [56] vt rettuli, ceſſurum ſe vrbe ob factiones accuſatorum in ſenatu clamitauerat: & ſpretâ potentiâ Auguſtæ, trahere in ius Vrgulaniam, domoque Principis excire auſus erat. Quæ in præſens Tiberius ciuiliter habuit. ſed in animo reuoluente iras, etiam ſi impetus offenſionis languerat, memoria valebat: [57] Piſonemque grauiùs ſecreti ſermonis incuſauit aduersùm maieſtatem habiti. adiecitque in domo eius [58] venenum eſſe, eumque gladio accinctum introire curiam. Quod vt atrocius vero tranſmiſſum. ceterorum quæ multa cumulabantur, receptus eſt reus, neque peractus ob mortem opportunam. Relatum & de [59] Caſſio Seuero exſule, qui ſordidæ originis, maleficæ vitæ, ſed orandi validus, [60] per immodicas inimicitias, [61] vt iudicio iurati ſenatus Cretam amoueretur, effecerat: atque illîc eadem actitando, recentia veteraB que odia aduertit: boniſque exutus interdicto igni atque aquâ, [62] ſaxo Seriphio [63] conſenuit. Per idem tempus [64] Plautius Siluanus prætor, incertis cauſſis Aproniam coniugem

Cap. 21. *Piſo accuſatur.* *Ante damnationem moritur.* *Caſſio Seuero pœna exaugetur.* Cap. 22. *Apronia à marito præcipitata.*

cuſſores accuſabant, χρήματα, inquit, ἐκ τῶν ἀλόντος οὐσίας, καὶ τῶν τιμῶν ἢ τῶν ἀρχῶν τῶν ἐκείνου, εἴ τινα ἄρα ἔχων τυγχάνοι, τό, τε μηκέτι ἐπ' αὐτὸν, τάς τε ὑμετέρας, τάς τε ἐγγόνους αὐτῶν σφαλεύσῃς, ἐλάμβανον. id eſt: Præmium accuſationis pecuniam accipiebant è bonis damnati, & honorem aut magiſtratum quemcumque is gerebat: item vacationem à militiâ, ſibi, liberis, nepotibus. *Vt videantur legis eius Pedi.æ exemplo inſtituta præmia accuſatorum.*

55. CAVENDVM SENATVSCONSVLTO.] *Et cautum non dubiè hoc anno. Si enim antè; quorſum hæc ſententia? Tamen Vlpianus De Officio Proconſulis; decretum id refert ad Cottam & Meſſallam Coſſ. id eſt, ad quartum antè annum. Ait:* Proficiſci quidem Proconſulem melius eſt ſine vxore; ſed & cum vxore poteſt, dummodò ſciat Senatum Cottâ & Meſſallâ Coſſ. cenſuiſſe futurum, vt ſi quid vxores eorum qui ad officia proficiſcuntur deliquerint, ab ipſis ratio & vindicta exigatur. *Vir* doctiſſimus conatur legere*, Senatum Cottâ Meſſallino conſulente cenſuiſſe. *acutè: ſed me iudice, non exſoluet vllum acumen Domitium hac culpâ.*

56. VT RETTVLI.] *Libro* I.

57. PISONEMQVE GRAVIVS.] *Mendum arguunt multa. Primum, quòd accuſator nemo expreſſus, vt ſolet. quòd Tiberius ipſe incuſaſſe eum dicitur, inſolens Imperatori. quòd pars accuſationis ſpreta dicitur, vt atrocior vero: quod non euenißet Principe accuſante. Nequis dicat non legitimam accuſationem fuiſſe, tantùm Principis mandatum: ecce addit,* Ceterorum receptus eſt reus, neque peractus ob mortem opportunam. *At reus recipi ſine accuſatore non potuit. Lego igitur,* Piſonem Q. Granius. *Granij Romæ non ignoti iaminde à Lucilij æuo, apud quem Granius præco: & infrà libro* VI. *Granius Martianus, ſuprà lib.* I. *Granius Mircellus.*

58. VENENVM ESSE.] *Quo fine? an vt Cæſari præberet; an potiùs ipſe in neceſsitate vteretur? atque ita liberior ſcilicet, prouiſo exitu, ferociorq; agitaret. Et apparet ita mox factum, ac mortem ſumpſiſſe.*

59. CASSIO SEVERO.] *Qui primus flexiſſe dicitur ab illâ rectâ & vetere dicendi viâ. quem & hiſtoriam ſcripſiſſe comperior ex Tertulliani Apolog. & Suetonij Vitellio, cap.* II. *Eius laudes vide apud Senecam patrem lib.* III. *Controuerſ. initio.*

60. PER IMMODICAS INIMICITIAS] *ſuſpectum.*

61. VT IVDICIO IVRATI SENATVS.] *Quod ſub Auguſto ei accidit, ſcriptis etiam libriſq; abolitis. Sueton. Calig. capite* XVI. *noſter ſuprà. lib.* I. *Ait,* iudicio iurati Senatus. *quod erat, cùm Senatus deum teſtem aduocabat, ſe cenſiturum, quod è fide ſuâ req; publicâ videretur. Liuius libro* XLII. Vt iuratus Senatus decerneret, qui eam rem quæreret decerneretque. *Libro* XXX. Patres igitur iurati (ita conuenerat) ita cenſuerunt, vti Conſules prouincias inter ſe compararent. *Appianus libro* II. *Ciuil.* Τοῦτο μόνῳ δεξάμενοι τὸ λεχθὲν οἱ ἕτεροι, ἤτοιμοι σφίσι φῆφον ἀναδοθῆναι περὶ τῶν Καίσαρος; ὅτι ὄρκῳ. *Tacitus hoc ipſo libro:* P. Suillium amouendum in inſulam cenſuit tantâ contentione animi, vt & iureiurando obſtringeret è Rep. id eſſe. *Morem eum poſteà obtinuiſſe in omni Senatu, idq; lege quâdam Traiani, colligas ex Plinij verbis, libro* V. *Epiſtol.* Quinetiam Dextrum, qui primus diuerſum cenſuerat, perlatâ lege de Senatu habendo, iurare coëgit è republicâ eſſe quod cenſuiſſet. *Græci id vocabant ἐπομνύναι συμβαλλῶ: & formula eius eleganter expreſſa apud Xenophontem* περὶ ἀναβάσεως Κύρου, *lib.* V. *in oratione Hecatonymi.* Εἰ μὲν συμβαλεύομαι ἃ βέλτιστά μοι δοκεῖ εἶναι, πολλή μοι ἀγαθὰ γίγνοιτο. εἰ δὲ μή, τἀναντία. αὕτη γὰρ ἱερὰ συμβολὴ λεγομένη ἐστί, δοκεῖ μοι παρεῖναι. *Sed is mos quando primùm cœpit? haud temerè diuerim. Puto tamen Coriolani æuo. in cuius cauſsâ Tribuni plebis volunt & impetrant, vt* Senatus iuratus ſententiam dicat, vti ſolet in conſeſſu iudicum. *Dionyſius ait, lib.* VII.

*Cuiac. Obſeruat. lib. VI. cap. XXX.

62. SAXO SERIPHIO.] *Verè,* ſaxo. *Vide Strabonem lib.* X.

63. CONSENVIT.] *Benè,* conſenuit. *Nam annis* XXV. *in exſilio heſit. Euſebius Chronicis:* Caſſius Seuerus orator egregius XXV. exſilij ſui anno, ſummâ inopiâ, moritur: vix panno verenda contectus.

64. PLAVTIVS SILVANVS.] *Similis at non eadem res narrata Quinctiliano lib.* VII. *cap.* III. Id autem genus, de quo nouiſſimè dixi, non ſolùm in ſcholis ſæpè tractatur, ſed etiam in foro. Nam id eſt in cauſſa Nævij Apruniani (*lego* Nonij Aproniani)

gem in præceps iecit; tractuſque ad Cæſarem ab L. Apronio ſocero, turbatâ mente reſpondit, tamquam ipſe ſomno grauis atque eò ignarus, & vxor ſponte mortem ſumſiſſet. A
Non contanter Tiberius pergit in domum, viſit cubiculum; in quo reluctantis & impulſæ veſtigia cernebantur. Refert ad ſenatum, datiſque iudicibus [65] Vrgulania Siluani auia pugionem nepoti miſit. quod perinde creditum, quaſi Principis monitu, ob amicitiam Auguſtæ cum Vrgulaniâ. Reus fruſtrà tentato ferro, venas præbuit exſoluendas.

Iſq; ad mortem actus.

Mox Numantina, prior vxor eius, accuſata iniecciſſe carminibus & veneficijs vecordiam
Cap. 23. marito, inſons iudicatur. Is demum annus populum Romanum longo aduersùm Numidam Tacfarinatem bello abſoluit. Nam priores duces [66] ſibi impetrando triumphalium inſigni ſufficere res ſuas crediderant, hoſtem omittebant. Iamque [67] tres laureatæ in vrbe ſtatuæ; & adhuc [68] raptabat Africam Tacfarinas, auctus Maurorum auxilijs, qui [69] Ptolemæo Iubæ filio iuuentâ incurioſo, libertos regios, & ſeruilia imperia bello mutauerant. Erat illi prædarum receptor, ac ſocius populandi, rex Garamantum; B
non vt cum exercitu incederet, ſed miſſis leuibus copijs, quæ ex longinquo in maius audiebantur: ipſaque è prouinciâ, vt quis fortunæ inops, moribus turbidus, promtiùs ruebant, quia Cæſar poſt res à Blæſo geſtas, quaſi nullis iam in Africâ hoſtibus, reportari Nonam legionem iuſſerat. nec [70] proconſul eius anni P. Dolabella retinere auſus erat,

Bellum vltimum cum Tacfarinate.

Cap. 24. iuſſa principis magis, quàm incerta belli metuens. Igitur Tacfarinas, diſperſo rumore, rem Romanam alijs quoque ab nationibus lacerari, eoque paullatim Africâ decedere, ac poſſe reliquos circumueniri, ſi cuncti, quibus libertas ſeruitio potior, incubuiſſent: auget vires, poſitiſque caſtris [71] Thubuſcum opidum circumſidet. At Dolabella contracto quod erat militum, terrore nominis Romani, & quia Numidæ peditum aciem ferre nequeunt, primo ſui inceſſu ſoluit obſidium, locorumque opportuna permuniuit: ſimul principes Muſulamorum defectionem cœptantes ſecuri percutit.

Dolabella comprimit.

Dein quia pluribus aduersùm Tacfarinatem expeditionibus cognitum, non graui nec vno incurſu conſectandum hoſtem vagum: excito cum popularibus rege Ptolemæo,

Denique diuiſis copijs opprimit:

quattuor agmina parat, quæ legatis ac tribunis data: & prædatorias manus, dilecti C
Cap. 25. Maurorum duxêre. Ipſe conſultor aderat omnibus. Nec multò pòſt adfertur, Numidas apud caſtellum ſemirutum, ab ipſis quondam incenſum, cui nomen Auzea, poſitis mapalibus conſediſſe: fiſos loco, quia vaſtis circùm ſaltibus claudebatur. Tum expeditæ

niani) ſolùm quæſitum. Præcipitatáne eſſet ab eo vxor, an ſe ipſa ſuâ ſponte iecciſſet. Quam actionem equidem ſolam in hoc tempus emiſeram: quod ipſum feciſſe ſeductum iuuenili cupiditate gloriæ fateor. *De hoc ipſo autem Plautio lapis:*

TI. PLAVTIO. M. F. M. N.
SILVANO. ÆLIANO
PONTIF. SODALI. AVGVSTALI
III. VIR. A. A. A. F.F. Q. TI. CÆSARIS
LEG. LEG. V. IN. GERMANIA.

Id eſt, Triumuiro auro argento æri flando feriundo, Quæſtori Tiberij Cæſ. Legato Legionis quintæ.

65. VRGVLANIA.] *Vrgulanij in gente Plautiâ ſunt. Lapis:* A. PLAVTIVS. M. F. VRGVLANIVS. *& Suetonij Claudio. Plautia Vrgulanilla, non Herculanilla eius vxor: quod rectè monuit ex veteri libro Torrentius.*

66. SIBI IMPETRANDO.] *Corrigo,* vbi impetrando.

67. TRES LAVREATÆ.] *Furij Camilli, L. Apronij, Iunij Blæſi. De ſtatuis triumphalibus Plinius. & Tacitus in Agricolâ:* Igitur triumphalia ornamenta, & illuſtris ſtatuæ honorem, & quidquid pro triumpho datur, multo verborum honore cumulata decerni iubet.

68. RAPTABAT AFRICAM.] *Non,* reptabat, *vt vulgò. Alibi:* Igitur raptare inter ſe, immittere latronum globos.

69. PTOLEMÆO IVBÆ FILIO.] *Quem Caius poſteà interfecit. Sueton. cap.* XXVI. Ptolemæum regis Iubæ filium conſobrinum ſuum (erat enim & is M. Antonij ex Selenâ filiâ nepos) interfecit. *Seneca De Tranquillitate:* Ptolemæum regem Africæ, Mithridatem Armeniæ, inter Caianas cuſtodias vidimus. Alter in exſilium miſſus eſt: alter, vt meliore fide mitteretur optabat. *Ex verbis Senecæ* D
appâret dimiſſum Ptolemæum, ſed per viam iuſſu Caij interfectum.

70. PROCONSVL EIVS ANNI P. DOLABELLA.] *Cuius memoriam in Illyrico ſeruat lapis:*

P. CORNELIO
DOLABELLÆ. COS.
VII. VIRO. EPVLONI
SODALI. TITIENSI
LEG. PRO. PR. DIVI. AVGVSTI
ET. TI. CÆSARIS. AVGVSTI
CIVITATES. SVPERIORIS
PROVINCIÆ. HILLYRICI

71. THVBVSCVM OPIDVM.] *Mauritaniæ Cæſarienſis. aliàs, Tubuſuptus, & Succubæ dictum.*

72. Di-

A peditæ cohortes alæque, quam in partem ducerentur ignaræ, cito agmine rapiuntur. Simulque cœptus dies, & concentu tubarum, ac truci clamore aderant semisomnos in barbaros: præpeditis Numidarum equis, aut diuersos pastus pererrantibus. Ab Romanis confertus pedes, dispositæ turmæ, cuncta prœlio prouisa: hostibus contrà omnium nescijs, non arma, non ordo, non consilium, sed pecorum modo, trahi, occidi, capi. Infensus miles memoriâ laborum, & aduersùm eludentes optatæ toties pugnæ, se quisque vltione & sanguine explebant. Differtur per manipulos, Tacfarinatem omnes, notum tot prælijs, consectentur: non nisi duce interfecto, requiem belli fore. At ille, [72] dilectis circùm stipatoribus, vinctoque iam filio, & effusis vndique Romanis, ruendo in tela, captiuitatem haut inultâ morte effugit. Isque finis armis impositus. Dola- bellæ petenti abnuit triumphalia Tiberius, Seiano tribuens, ne Blæsi auunculi eius laus obsoleſceret. Sed neque Blæsus ideò inlustrior, & huic negatus honor gloriam intendit. quippe minore exercitu, insigneis captiuos, cædem ducis, bellique confecti famam de-
B portarat. Sequebantur & Garamantum legati, rarò in vrbe visi, quos Tacfarinate cæso, perculsa gens [73] & culpæ nescia, ad satisfaciendum populo Rom. miserat. Cognitis dehinc Ptolemæi per id bellum studijs, repetitus ex vetusto mos, missusque è senatoribus, qui scipionem eburnum, togam pictam, [74] antiqua patrum munera daret, regemque & socium atque amicum appellaret. Eadem ætate, mota per Italiam seruilis belli semina fors oppressit. Auctor tumultus T. Curtisius, quondam prætoriæ cohortis miles. primò cœtibus clandestinis, apud Brundisium, & circumiecta opida; mox positis propalàm libellis, ad libertatem vocabat agrestia per longinquos saltus & ferocia seruitia: cùm velut munere deûm, tres biremes adpulêre ad vsus commeantium illo mari. Et erat ijsdem regionibus Curtius Lupus quæstor, cui prouincia vetere ex more [75] Cales euenerat. Is dispositâ Classiariorum copiâ, cœptantem cum maximè coniurationem disiecit. Missusque à Cæsare properè Statius tribunus cum validâ manu, ducem ipsum & proximos audaciæ in vrbem traxit; iam trepidam, ob multitudinem familia-
C rum, quæ glisceba immensùm, minore in dies plebe ingenuâ. Ijsdem consulibus miseriarum ac sæuitiæ exemplum atrox, reus pater, accusator filius, [76] nomen viri, Q. Vibius

Ipso Tacfarinate cæso.

Cap. 26. *Triumphalia tamen non impetrat.*

Ptolemæo regi dona, ritu prisco.

Cap. 27. *Bellum seruile nascitur.*

Sed in herbâ opprimitur.

Cap. 28. *Q. Serenus à filio accusatus.*

72. DILECTIS CIRCVM.] *Mercerus* disiectis. *Ego etiam statim*, offusis vndique, *malim.*

73. ET CVLPÆ NESCIA.] *Imò*, culpæ conscia. *atque ita scribo. Nam suprà ait*, prædarum receptorem & socium prædandi fuisse Garamantum regem, missis leuibus copijs. *Non ergo extra culpam.*

74. ANTIQVA PATRVM MVNERA.] *Et valdè quidem antiqua. Siquidem Porsenæ regi ea missa lego apud Dionysium lib.* V. Ἡ δὲ τῆς Ῥωμαίων βουλὴ μετὰ τὴν ἀπαλλαγὴν τῆς Τυρρηνῶν συμμαθοῦσα, ἐψηφίσατο Πορσίνῃ μὲν πέμψαι θρόνον ἐλεφάντινον καὶ σκῆπτρον, καὶ στέφανον χρύσεον, καὶ θριαμβικὴν ἐσθῆτα ὑπ' ἧς οἱ βασιλεῖς ἐκοσμοῦντο. *Nec prius vestigium, opinor, eius ritus.*

75. CALES EVENERAT.] *Vtrùm Calles hîc legimus, an Cales? Si Calles: interpretor ex Suetonij loco, in Iulio cap.* XIX. Opera ab optimatibus data est, vt prouinciæ futuris Consulibus minimi negotij, id est, siluæ calleſque decernerentur. *Vt antiquitus quidem calles, (eo nomine intelligimus curam publicorum saltuum calliumq́, in quibus pecora pascebantur, ære aliquo constituto,) prouincia Quæstorum fuerit: interdum & Consulum, si bella nusquam aut hostis. Sed nec Cales mihi displiceat: vt in eo opido Quæstoris fuerit sedes. Sic enim in Liuio lego, Pisas Consulibus decretas, &, Tarentum Prætoribus: & lib.* XXV. Nero prætor Sueſſulam sortitur. *quibus opidorum nominibus, loca scio intellegi vicina. Veteri autem rep. ante Sullam, cùm octo Quæstores essent, exq́ ijs duo Militares, duo Vrbani: satis constat quattuor reliquos prouincias in Italiâ aut certè Siciliâ habuisse: externis prouincijs imperio nondum adiunctis. Eas puto sic constituendas, (quid enim nisi arbitrium interponam in re casca & obscurâ?)* * *Aquariam siue Frumentariam, Ostiæ: cuius mentio Ciceroni pro Cn. Plancio, pro Murenâ: & interrogatione in Vatinium testem. cui Quæstori ora tota maris inferi, subuectio frumenti, res nautica, aliaq́ talia curæ secundam Gallicam, Arimini. Meminit Suetonius in Claudio, capite* XXIIII. Detractâ Quæstoribus Ostiensi & Gallicâ prouinciâ, curam ærarij Saturni reddidit. *Video ibi* * *virum doctum velle*, callium prouinciâ: *eruditè fateor & acutè. & tamen sustinet assensionem meam Plutarchi locus Sertorio: quem Quæstorem designatum ait Galliæ circumpadanæ.* Ταμίας, *inquit*, ἀποδείκνυσι τῆς περὶ Πάδον Γαλατίας. *Tertiam Calibus, ad Vulturnum flumen. qui Quæstor tractui Campano Sidicinoq́ præfuit Brundisium vsque. Eam non alio tibicine fulcire possum, quàm hoc loco. Quartam adhuc quæro. nisi si fuerit in Siciliâ Lilybæi. argumento, quod ea primæ prouinciarum facta: & quòd etiam inferiori æuo cùm missus illuc Prætor, semper in Siciliâ duo Quæstores Syracusanus & Lilybætanus.*

* Vide Antiquas meas, lib. I. cap. XII.

* Torrentium in eum locum.

76. NOMEN VIRI, Q. VIBIVS.] *Puto legendum*

bius Serenus, in ſenatum inducti ſunt, ab exſilio retractus, illuuieque ac ſqualore obſitus, & tum catenâ vinctus [77] perorante filio. Præparatur adoleſcens multis munditijs, alacri vultu. *ſtructas principi inſidias, miſſoſque in Galliam concitores belli,* index idem & teſtis dicebat; adnectebatque, *Cæcilium Cornutum prætorium miniſtrauiſſe pecuniam.* qui tædio curarum, & quia periculum pro exitio habebatur, mortem in ſe feſtinauit. At contrà reus nihil infracto animo, obuerſus in filium, quatere vincula, *vocare vltores deos, vt ſibi quidem redderent exſilium, vbi procul tali more ageret, filium autem quandoque ſupplicia ſequerentur. adſeuerabatque innocentem Cornutum, & falſa exterritum: idque facile intellectu, ſi proderentur alij. non enim ſe cædem principis & res nouas, vno ſocio cogitaſſe.* Cap. 29. Tum accuſator Gn. Lentulum, & Seium Tuberonem, nominat: magno pudore Cæſaris, cùm primores ciuitatis, intimi ipſius amici, Lentulus ſenectutis extremæ, Tubero defecto corpore, tumultus hoſtilis, & turbandæ Reip. arceſſerentur. Sed hi quidem ſtatim exemti. in patrem, ex ſeruis quæſitum: & quæſtio aduerſa accuſatori fuit. qui ſcelere vecors, ſimul vulgi rumore territus, [78] robur & ſaxum, aut parricidarum pœnas minitantium, ceſſit vrbe: ac retractus Rauennâ, exſequi accuſationem adigitur; non occultante Tiberio vetus odium, aduerſus exſulem Serenum. Nam [79] poſt damnatum Libonem, miſſis ad Cæſarem litteris exprobrauerat, ſuum tantum ſtudium ſine fructu fuiſſe: addideratque quædam contumaciùs, quàm tutum apud aures ſuperbas & offenſioni proniores. Ea Cæſar octo poſt annos rettulit, medium tempus variè arguens; etiam ſi tormenta, peruicaciâ ſeruorum, contrà eueniſſent. Cap. 30. Dictis dein ſententijs vt Serenus more maiorum puniretur, quò molliret inuidiam, [80] interceſſit. Gallus Aſinius, Gyaro aut Donuſâ claudendum cenſere: id quoque aſpernatus eſt, egenam aquæ vtramque inſulam referens, dandoſque vitæ vſus, cui vita concederetur. Ita Serenus Amorgum reportatur. Et quia Cornutus ſuâ manu ceciderat, actum de præmijs accuſatorum abolendis, ſi quis maieſtatis poſtulatus ante perfectum iudicium ſe ipſe vitâ priuauiſſet: ibaturque in eam ſententiam, ni duriùs contraque morem ſuum palàm pro accuſatoribus Cæſar, *Inritas leges, Remp. in præcipiti* conqueſtus eſſet. *ſubuerterent potiùs iura, quàm cuſtodes eorum amouerent.* Sic delatores, genus hominum publico exitio repertum, & pœnis quidem numquam ſatis coërcitum, per præmia eliciebantur. Cap. 31. His tam adſiduis, tamque mæſtis, modica lætitia interijcitur, quòd C. Cominium equitem Roma-

Odium Tiberij in eum, & cauſſa.

Damnatur, & deportatur.

Præmia accuſatorum à Cæſare firmantur.

dum totum locum, reus pater, accuſator filius (nomen vtrique Vibius Serenus (in Senatum inducti ſunt. *quod poſteà firmatum à veteri lectione didici, quæ eſt,* virique. *Nec malè etiam coïuerit hiulca aliàs oratio, traiectis verbis:* reus pater, accuſator filius in Senatum inducti ſunt. Nomen viri Q. Vibius Serenus, ab exſilio retractus.

77. PERORANTE FILIO. PRÆPARATVR ADOLESCENS MVLTIS MVNDITIIS.] *Audio virum magnum & meritis in litteras clarum Err. Memmium legere:* Perorante filio Pater. Paratur adoleſcens. *Et rei & hominis cauſſâ quis non comprobet?*

78. ROBVR ET SAXVM.] Robus, *ait Feſtus,* in carcere is locus, quò præcipitatur maleficorum genus, quod antè arcis robuſteis includebatur. *Liuius* XXXVIII. Vt in carcere inſtar furis & latronis vir clariſſimus includatur, & in robore ac tenebris exſpiret, deinde ante carcerem nudus proijciatur. *Plautus Pœnulo.*

Vos ego iam detrudam ad molas: inde porrò ad puteum atque robuſtum codicem.

Et alluſit per iocum idem Capteiueis:

At ego faciam vt pudeat, nam in ruborem te totum dabo.

vbi malim ſcribi, in robur. *Nec tamen omiſerim, hîc in Tacito, Robur videri potiùs ſupplicij locum, quàm cuſtodiæ. Valerius ita accepit, lib.* VI. *cap.* III. Quinetiam familiares Gracchorum, nequis reip. inimicis amicus eſſe vellet, de robore præcipitati ſunt. *& Lucanus lib.* II.

Sæua Tribunicio maduerunt robora tabo.

Itémque Calpurnius, ſcitus ſanè declamator, Declamat. V. Video carcerem publicum ſaxis ingentibus ſtructum, anguſtis foraminibus tenuem lucis vmbram recipientem. In hunc coniecti, robur Tullianum proſpiciunt: & quoties iacentes ferrati poſtis ſtridor excitat, exanimantur & alienum ſupplicium aſpectando (*ita inibi lego*) ſuum diſcunt. *Ex quo clarè diſcas robur hoc in Tulliano fuiſſe, id eſt carceris inferiore loco. Liuius* XXXIV. Pleminius in inferiorem demiſſus carcerem eſt, necatuſque.

79. POST DAMNATVM LIBONEM.] *At in damnatione Libonis nulla mentio huius Sereni, nullæ partes.*

80. INTERCESSIT GALLVS ASINIVS.] *Vulgò vitioſa diſtinctio. Scribe totum locum,* interceſſit. Gallus Aſinius G. a. D. claudendum cenſere. *id eſt, cenſebat. Intercedendi Aſpernandiq; verba ad Cæſarem ipſum referenda ſunt, qui iure Tribuniciæ poteſtatis interceſſit decreto, inuidiæ minuendæ.*

81. SVIL-

A Romanum, probrosi in se carminis conuictum, Cæsar precibus fratris, qui senator erat, concessit. Quò magis mirum habebatur, gnarum meliorum, & quæ fama clementiam sequeretur, tristiora malle. neque enim secordiâ peccabat; nec occultum est, quando ex veritate, quando abumbratâ lætitiâ, facta Imperatorum celebrentur. quin ipse compositus aliàs, & velut eluctantium verborum, solutiùs promtiusque eloquebatur, quoties subueniret. At P. [81] Suilium, quæstorem quondam Germanici, cùm Italiâ arceretur, conuictus pecuniam ob rem iudicandam cepisse, amouendum in insulam censuit; tantâ contentione animi, vt & iurando obstringeret è Rep. id esse. Quod asperè acceptum ad præsens mox in laudem vertit, regresso Suilio: quem vidit sequens ætas præpotentem, venalem, & Claudij Principis amicitiâ diu prosperè, numquam benè vsum. Eadem pœna in Catum Firmium senatorem statuitur, tamquam falsis maiestatis criminibus sororem petiuisset. Catus, vt rettuli, Libonem inlexerat insidijs, deinde B indicio perculerat. eius operæ memor Tiberius, sed alia prætendens, exsilium deprecatus est: quò minùs senatu pelleretur, non obstitit. Pleraque eorum quæ rettuli, quæque referam, parua forsitan & leuia memoratu videri non nescius sum: sed nemo Annales nostros cum scripturâ eorum contenderit, qui veteres populi Romani res composuêre. Ingentia illi bella, expugnationes vrbium, fusos captosque reges; aut, si quando ad interna præuerterent, discordias consulum aduersùm tribunos, agrarias frumentariasque leges, plebis & optimatium certamina, libero egressu memorabant. Nobis in arto, & inglorius labor. immota quippe aut modicè lacessita pax, mæstæ vrbis res, & Princeps proferendi imperij incuriosus erat. Non tamen sine vsu fuerit, introspicere illa primo aspectu leuia; ex quîs magnarum sæpe rerum [82] motus oriuntur. Nam cunctas natio- C nes & vrbes populus, aut primores, aut singuli regunt. delecta ex his & constituta Reip. forma, laudari facilius, quàm euenire; vel si euênit, haut diuturna esse potest. Igitur vt olim plebe validâ, vel cùm patres pollerent, noscenda vulgi natura, & quibus modis temperanter haberetur; senatusque & optimatium ingenia qui maximè perdidicerant, eallidi temporum & sapientes credebantur: sic conuerso statu, [83] neque alia rerum quàm si vnus imperitet, hæc conquiri tradique in rem fuerit. quia pauci prudentiâ, honesta ab deterioribus, vtilia ab noxijs discernunt: plures, aliorum euentis docentur. [84] Ceterùm vt profutura; ita minimum oblectationis adferunt. nam situs gentium, varietates prœliorum, clari ducum exitus, retinent ac redintegrant legentium animum: nos sæua iussa, continuas accusationes, fallaces amicitias, perniciem innocentium, [85] & easdem exitu caussas coniungimus; obuiâ rerum similitudine, & satietate. Tum quòd antiquis scriptoribus rarus obtrectator, neque refert cuiusquam, Punicas Romanásve acies lætiùs extuleris: at multorum, qui Tiberio regente pœnam vel infamiam subiêre, posteri mánent. vtque familiæ ipsæ iam exstinctæ sint; reperies qui ob similitudinem morum, aliena malefacta sibi obiectari putent. etiam gloria ac virtus infensos habet, [86] vt animus ex propinquo diuersa arguens. Sed ad incepta redeo. Cornelio Cosso, Asinio Agrippâ Coss. Cremutius Cordus postulatur, nouo ac tunc primùm audito crimine, quòd edi- D tis annalibus, laudatoque M. Bruto, [87] C. Cassium *Romanorum vltimum* dixisset. Accusa-

C. Caminio ignotum, ob fratrem.

P. Suilius deportatur.

Cap. 32. *De scriptione istâ iudicium.*

Et quis eius vsus

Cap. 33.

Cap. 34. A. V. C. DCCLXXIIX. *Cremutius postulatur. nouo & futili crimine.*

81. SVILIVM, QVÆSTOREM.] *Gloriatur ipse in oratione contra Senecam:* Se Quæstorem Germanici; illum domus eius adulterum fuisse.

[82. MOTVS ORIVNTVR.] *Lego*, monitus oriuntur. *Non enim vllos motus ex accusatione aliisque talibus oriri vult: sed rerum salubrium exempla monitionesque. Qui reuerâ pulcherrimus historiæ fructus.*

83. NEQVE ALIA RERVM.] *Emendaui*, neque aliâ re Rom. *Rem Romanam hoc sensu non semel dixit.*

84. CETERVM VT PROFVTVRA.] *Dixit idem Thucydides* Καὶ ἐς μὲν ἀκρόασιν ἴσως τὸ μὴ μυθῶδες αὐτῶν ἀτερπέστερον φανεῖται.

85. ET EASDEM EXITV CAVSSAS.] *Id est, pares exitus à paribus causis. Passim damnati, ob suspiciones, delationes: innocentes, aut illustres. Vidi qui legeret*, easdem exitij.

86. VT ANIMVS EX PROPINQVO.] *Legam*, vt nimis ex prop. *Si laudes nuperam virtutem, offendis: at de antiquis, ferre possumus, vt æuo dissitis, & oggerere*, Aliud sæculum *fuisse. At si propinqua laudes, arguis & vris qui dissimiles. Si voles etiam*, vt animos ex propinquo, *non refutem.*

87. C. CASSIVM ROMANORVM VLTIMVM.] *Hoc quidem Bruti ipsius elogium fuit de Cassio iam mortuo: publiceque dixit*: Ἔχατον ἄνδρα Ῥωμαίων τὸν Κάσ-

cusabant [88] Satrius Secundus, & Pinarius Natta, Seiani clientes. id perniciabile reo, & Cæsar truci vultu defensionem accipiens: quam Cremutius, relinquendæ vitæ certus, in hunc modum exorsus est *Verba mea, P.C. arguuntur: adeò factorum innocens sum. Sed neque hæc in principem, aut principis parentem, quos lex maiestatis amplectitur: Brutum & Cassium laudauisse dicor: quorum res gestas cùm plurimi composuerint, nemo sine honore memorauit. Titus Liuius, eloquentiæ ac fidei præclarus in primis, Gn. Pompeium tantis laudibus tulit, vt Pompeianum eum Augustus appellaret: neque id amicitiæ eorum offecit. Scipionem, Afranium, hunc ipsum Cassium, hunc Brutum, nusquam [89] latrones & parricidas, quæ nunc vocabula imponuntur, sæpe vt insignis viros nominat. [90] Asinij Pollionis scripta, egregiam eorumdem memoriam tradunt. Messalla Coruinus, imperatorem suum Cassium prædicabat: & vterque opibusque atque honoribus peruiguêre. Marci Ciceronis libro, quo Catonem cælo æquauit, quid aliud dictator Cæsar quàm rescriptâ oratione, velut apud iudices respondit? Antonij epistolæ, Bruti conciones, falsa quidem in Augustum probra, sed multâ cum acerbitate habent. carmina Bibaculi & Catulli, referta contumelijs Cæsarum leguntur. Sed ipse diuus Iulius, ipse diuus Augustus, & tulêre ista, & reliquêre; haut facilè dixerim, moderatione magis, an sapientiâ. namque spreta exolescunt: si irascare, adgnita videntur. Non attingo Græcos, quorum non modò libertas, etiam libido impunita: aut si quis aduertit, dictis dicta vltus est. Sed maximè solutum, & sine obtrectatore fuit, prodere de ijs quos mors odio aut gratiæ exemisset. Num cum armatis Cassio & Bruto, ac Philippenses campos obtinentibus, belli ciuilis caussâ populum per conciones incendo? An illi quidem [91] septuagesimum ante annum peremti, quo modo imaginibus suis noscuntur, quas nec victor quidem aboleuit, sic partem memoriæ apud scriptores retinent? Suum cuique decus posteritas rependit. nec deerunt, si damnatio ingruit, qui non modò Cassij & Bruti, sed etiam mei meminerint.* Egressus dein senatu, [92] vitam abstinentiâ finiuit. [93] libros per ædiles cremandos cen-

Lit erâ & pulchr a eius defensio.

Vitâ fortiter abijt.

Cap. 35.

A B

Κάσσιον. *Plutarchus in Bruto. Inde ergo magnificam eam vocem Cremutius sumpsit. Neque aliter* Romanus quispiam Philopœmenem laudans, Vltimum Græcorum dixit: *quod in eodem Plutarcho leges. At in similem sententiam de Bruto, & ad Brutum, Lucanus canit:*

O decus imperij, spes ô suprema Senatus,
Extremum tanti generis per sæcula nomen.

88. SATRIVS SECVNDVS, ET PINARIVS NATTA.] *Alterius mentio Senecæ, in Consolatione ad Martiam huius Cremutij filiam:* Propone, *inquit*, illud acerbissimum tibi tempus quo Seianus patrem tuum clienti suo Satrio Secundo congiarium dedit. Irascebatur illi ob vnum aut alterum liberius dictum: quod tacitus ferre non potuerat, Seianum in ceruices nostras non imponi quidem, sed descendere. *scribo*, escendere. *id est, pedetentim & per gradus Imperatorem fieri.*

89. LATRONES ET PARRICIDAS.] *Adspexit ad has seruilis adulationis voces idem Lucanus, de Pompeij cæde:*

——scelus hoc quo nomine dicent,
Qui Bruti dixere nefas?

Qui poëta vbique tam liberi imò licentis stili in Principes est, vt mirer ea scripta sub Principe. & quidem tali.

90. ASINII POLLIONIS SCRIPTA.] *Qui* XVII. *libros Historiarum scripsit, auctore Suidâ. Citat Suetonius, & alij.*

91. SEPTVAGESIMVM ANTE ANNVM.] *Rotundum numerum posuit, non verum. qui erat* LXVI. *Facilis supputatio. Nam bellum Philippense anno vrbis* DCCXI. *at nunc annus* DCCLXXIIX.

92. VITAM ABSTINENTIA FINIVIT.] *Distinctè totam historiam Seneca:* Vsus itaque balneo, & quò plus imponeret, in cubiculum se quasi gustaturus contulit: & dimissis pueris, quædâ per fenestram, vt videretur edisse, proiecit à cænâ. Deinde quasi (*corrupta interpunctio ab ignaris moris prisci, scribe.* proiecit. A cænâ deinde quasi. *Mos vulgo obtinebat vt in balneo, aut statim post balneum aliquid sumerent, quod vocabant Gustare & Gustum, & deinde nihilominùs venirent ad legitimam cænam*) iam satis in cubiculo edisset, abstinuit: alteroque die & tertio idem fecit. Quarto ipsâ infirmitate corporis faciebat indicium. Cognito consilio eius, publica voluptas erat, quòd è faucibus auidissimorum luporum educeretur præda. Accusatores, Seiano auctore, adeunt consulum tribunalia: queruntur mori Cordum, vt interpellarent quod coëgerant. Adeò illis Cordus videbatur effugere. Magna res erat in quæstione, an mortis rei perderentur. Dum deliberatur, dum accusatores iterùm adeunt, ille se absoluerat. *Quem locum eo libentiùs adscripsi, vt ab alijs depositum emendarem. Corruptum enim illud*, an mortis rei perderentur: *& ad Oedipum relegat nos Pincianus. In libro manuscripto legi*, proderentur. *itaque cum adseueratione emendo*, an morte rei prohiberentur. *Probat ipse Seneca, statim:* Fles quòd quemquam tuorum mori necesse fuit? Pænè non licuit.

93. LIBROS PER ÆDILES.] *Aliàs id per Triumuiros factum. In vitâ Agricolæ.* Delegato Triumuiris ministerio, vt monumenta clarissimorum ingeniorum in comitio ac foro vrerentur. *Aliàs per prætorem. Valerius:* Græcos Numæ libros L. Petillius

C D

A censuêre patres, sed manserunt [94] occultati, & editi. Quò magis secordiam eorum inridere libet, qui præsenti potentiâ, credunt extingui posse etiam sequentis æui memoriam. Nam contrà, punitis ingenijs glisci auctoritas: neque aliud externi reges, aut qui eâdem sæuitiâ vsi sunt, nisi dedecus sibi, atque illis gloriam peperêre. Ceterùm postulandis reis, tam continuus annus fuit, vt feriarum Latinarum diebus, [95] Præfectum vrbis Drusum, [96] auspicandi gratiâ tribunal ingressum, adierit Calpurnius Saluianus in Sex. Marium. [97] quod à Cæsare palàm increpitum, caussa exsilij Saluiano fuit. Obiecta publicè Cyzicenis [98] incuria cærimoniarum diui Augusti, additis violentiæ criminibus aduersum ciues Romanos. & amisêre libertatem, quam bello Mithradatis meruerant circumsessi; nec minùs suâ constantiâ, quàm præsidio Luculli pulso rege. At Fonteius Capito, qui proconsul Asiam curauerat, absoluitur; comperto ficta in eum crimina, per Vibium Serenum. neque tamen id Sereno noxæ fuit, quem odium publicum tutiorem faciebat. [99] nam vt quis districtior accusator, velut sacrosanctus erat: leues, ignobiles,

B pœnis adficiebantur. Per idem tempus Hispania vlterior, missis ad senatum legatis orauit, vt exemplo Asiæ delubrum Tiberio matrique eius exstrueret: quâ occasione Cæsar, validus alioqui spernendis honoribus, & respondendum ratus ijs quorum rumore

Libri eius exusti; frustrà, & augenda fama. Cap. 36.

Cap. 37. *Templum Hispani Tiberio structum voluêre.*

tilius Prætor vrbanus ex auctoritate Senatus per victimarios igne facto in conspectu populi cremauit. *Primus Romanorum hanc ingenij sui pœnam subijt Labienus. Vide pulchra apud Senecam patrem lib.* x. *Controu. initio.*

94. OCCVLTATI, ET EDITI.] *Occultati à filiâ, & ab eâdem posteà editi. Itaque nihil muto. Vertranio tamen placet,* & abditi. *Non moris Tacito, bina verba ponere eiusdem rei. Vide Senecæ* I. *caput Consolat. ad*

C *Marciam. Scripserat hic Cremutius bella ciuilia & res Augusti: exstantq; fragmenta, ex quibus genus dicendi colligas, in Suasoriâ Senecæ de morte Ciceronis.*

95. PRÆFECTVM VRBIS DRVSVM.] *Capio Drusum Germanici filium. Moris enim vt Latinarum diebus præficeretur vrbi adolescens aliquis ex primâ nobilitate. Dico adolescens, quoniam, vt Mutius ait,* ex eâ ætate præfectus fiat, quæ non sit Senatoria. *apud Agell.* XIV. *cap. vlt. Dio tamen indicare videtur ab Augusto id institutum, lib.* XLIX. Ἐν δὲ ταῖς ἀνοχαῖς αἱρετοὶ ὑπὸ τοῦ Καίσαρος πολίαρχοι παῖδες ἄνηβοι ἐξ ἱππέων, ἀλλ' ἀπ' ἐπὶ βουλῇ γεγονότες ἦρξαν. *Ita & Nero Præf. vrbi à Claudio. Sueton. cap.* VII.

96. AVSPICANDI GRATIA.] *Moris vt quicumque munus aut magistratum caperent, primo eius die leuiter aliquid delibarent, auspicij saltem caussâ. Asconius ad illud Ciceronis in Verrem.* Qui auspicatò à

D Chelidone surrexisset: Auspicari dicuntur ineuntes magistratus: & quia Chelidon, id est hirundo, vrbem frequentat, facetè vrbanam prouinciam Chelidonis, auspicio meretricis dicit esse susceptam. *Itaque appellabant primum illum,* * *Auspicalem diem. Panegyristes:* Illum tamen primum Consulatus tui auspicalem diem tacitus præterire nullo modo possum: quo tu solus omnium consecutus es, vt quod tempus anteà incipiendis tantummodò rebus aptum esse videbatur, tunc primùm potuerit sufficere peragendis, vnóque sol curriculo & officia te Consulis incohantem videret, & Imperatoris implentem. *Non alia fax clarior ad hunc ritum. & benè ait, incipiendis rebus: quia tantùm leues quædam & trlaticiæ caussæ proponi solent, dicis gratiâ. Suetonius Nerone:* Auspicatus est & iurisdictionem Præfectus vrbi *(ita lego, non,* præfecti vrbis) sacro Latinarum, celeberrimis patronis non translaticias, vt assolet, & breues, sed maximas plurimasque postulationes certatim ingerentibus: quamquam interdictum à Claudio esset. *Nec magistratus solùm, sed etiam priuati homines vulgò Kal. Ianuarijs artes suas, religionis ominisq; caussâ auspicabantur. Ouidius,*

Tempora commisi nascentia rebus agendis,
Totus ab auspicio ne foret annus iners.
Quisque suas artes ob idem delibat agendo,
Nec plus quàm solitum testificatur opus.

Seneca epistolâ LXXXIV. Ille tantus Psychrolutes, qui Kal. Ianuarijs in Euripum saltabam: qui anno nouo, quemadmodum legere, scribere, dicere aliquid, sic auspicabar in Virginem desilire. *Suetonium eódem traho, Nerone, cap.* XLVI. Kal. Ianuarijs auspicanti, Sporus anulum muneri obtulit, cuius gemmæ sculptura erat Proserpinæ raptus. *Illud proprium studiosis, vt auspicarentur lucubrationes suas nocturnas, vt opinor, Volcanalibus ipsis. Appâret ex Plinij verbis epist. ad Macrum de auunculi sui vitâ studijsq;:* Lucubrare Vulcanalibus incipiebat, non auspicandi caussâ, sed studêdi. *Volcanalia autem* IX. *Kal. Septembres.*

97. QVOD A CÆSARE PALAM INCREPITVM.] *Iure, quia, vt dixi, non seriæ caussæ, sed leues quædam tunc agi solitæ: multo minùs capitales, & ominis sæui ac scæui.*

98. INCVRIA CÆRIMONIARVM DIVI AVGVSTI.] *Quòd fanum honori eius cœptum non perfecissent, & quòd ciues quosdam Rom. in vincla habuissent. Dio & Suetonius cap.* XXXVII. Cyzicenis in ciues Rom. violentiùs quædam ausis publicè libertatem ademit, quam bello Mithradatico meruerant. *Ademerat sanè Cyzicenis libertatem & Augustus. ob ciues item Rom. flagris cæsos: sed mox restituit. vti apud Dionem reperies lib.* LIV. *actis anni* DCCXXXIV. *&* DCCXL. *Strabo lib.* XII. *Cyzicum liberam fuisse ait suo etiam æuo. ex quo vides magnum illum scriptorem desiisse viuere aut scribere, ante hunc Tiberij annum.*

* A quo more *auspicia consulatus* Symmacho, l. 1 ep. 10

99. NAM VT QVIS DISTRICTIOR.] *Planè ex illo Sallustiano oraculo, sub Tyrannis:* Quàm quisque pessimè fecit, tàm maximè tutus est.

Eius sententia de hoc honorum genere.

rumore arguebatur in ambitionem flexisse, huiusmodi orationem cœpit. *Scio. P. C.* A *constantiam meam à plerisque desideratam, quòd Asiæ ciuitatibus nuper idem istud petentibus, non sim aduersatus. ergo & prioris silentij defensionem; & quid in futurum statuerim, simul aperiam. Cùm* [100] *diuus Augustus, sibi atque vrbi Romæ templum apud Pergamum sisti non prohibuisset; qui* [101] *omnia facta dictaque eius vice legis obseruem, placitum iam exemplum promptiùs secutus sum, quia cultui meo veneratio senatus adiungebatur. Ceterùm vt semel recepisse, veniam habuerit; ita per omnes prouincias effigie numinum sacrari, ambitiosum, superbum. &*

Cap. 38. *vanescit Augusti honor, si promiscuis adulationibus vulgatur. Ego me P. C. mortalem esse, & hominum officia fungi, satisque habere, si locum principem impleam, & vos testor, & meminisse posteros volo. qui satis superque memoriæ meæ tribuent, vt maioribus meis dignum, rerum vestrarum prouidum, constantem in periculis, offensionum pro vtilitate publicâ non pauidum, credant. Hæc mihi in animis vestris templa, hæ pulcherrimæ effigies, & mansuræ. Nam quæ saxo struuntur, si iudicium posterorum in odium vertit, pro sepulchris spernuntur. Proinde socios, ciues, &* [102] *deos & deas ipsas, precor: hos, vt mihi ad finem vsque vitæ, quietam & intelli-* B *gentem humani diuinique iuris mentem duint; illos, vt quandocumque concessero, cum laude & bonis recordationibus, facta atque famam nominis mei prosequantur.* Perstititque posthac, secretis etiam sermonibus, aspernari talem sui cultum. quod alij modestiam; multi quia diffideret; quidam vt degeneris animi interpretabantur. Optumos quippe mortalium, altissima cupere. Sic Herculem & liberum apud Græcos, Quirinum apud nos, deûm numero additos. Meliùs Augustum, qui sperauerit. Cetera Principibus statim adesse: vnum insatiabiliter parandum, prosperam sui memoriam. nam contemtu famæ, contemni virtutes. At Seianus nimiâ fortunâ * secors, & muliebri insuper cupidine incensus, promissum matrimonium flagitante Liuiâ, componit ad Cæsarem codicillos. [103] moris quippe tum erat, quamquam præsentem, scripto adire. eius talis forma fuit. *Beneuolentiâ patris Augusti, & mox pluribus Tiberij iudicijs, ita insueuisse, vt spes votaque sua non priùs ad deos, quàm ad Principum aures conferret. Neque fulgorem bonorum vmquam precatum: excubias ac labores, vt vnum è militibus, pro incolumitate Imperatoris* C *malle. Attamen quod pulcherrimum, adeptum, vt* [104] *coniunctione Cæsaris dignus crederetur. hinc initium spei. Et quoniam audiuerit Augustum, in conlocandâ filiâ, nonnihil* [105] *etiam de equi-*

Viri magni magna fama auidi.

Cap. 39. * secors, *Seianus nuptias Liuiæ petit: Idq; scripto.*

100. DIVVS AVGVSTVS SIBI.] *Exemplum huius adulationis à Persis, de quibus apud Q. Curtium postremus seruorum Cleo:* Persas non solùm piè, sed etiam prudenter reges suos inter deos colere: maiestatem enim imperij, salutis esse tutelam. **Eadem Augusto mens. sed vt leniret inuidiam, non sibi soli permisit templa statui, sed coniunctim vrbi Romæ: quæ iampridem scilicet inter deas. Suetonius:* Templa quamuis sciret etiam Proconsulibus decerni solere. in nullâ tamen prouinciâ nisi communi suo Romæque nomine recepit. *Ita à communi Asiæ Pergami statutum templum, de quo hîc Tacitus, & denarij veteres: in quibus templi forma cum inscriptione,* COM. ASIÆ. ROM. ET. AVG. *id est, Commune Asiæ Rom. & Augusto. de quo satis multa Dio lib.* LI. *in actis anni* DCCXXV. *Facit quod in lapidibus legimus,* FLAMINI. ROM. ET. AVG. *& apud Rufum Templum Romæ & Augusti, in ipsâ vrbe.*

* *De quo Philo ad Caium*: accepisse eum honores eiusmodi, non quòd probaret, sed quia id postularet amplitudo imperij; cui veneratio quædam parabatur his artibus.

101. OMNIA FACTA DICTAQVE.] *Quod de se hic Tiberius, tribuit illi etiam Strabo, lib.* VI. *extremo:* Tiberius, *inquit*, successit Augusto: Καίνοντα δ διοικήσεως καὶ τῶν πραγμάτων τοιοῦτος ἐκεῖνος: regulam normamque gubernationis & imperij illum faciens.

102. DEOS ET DEAS IPSAS.] *Optimè, nec, vt alij,* Deas *reijcias. Est sollennis precatio, exemplo Græcorum. Demosthenes:* Θεοῖς εὔχομαι πᾶσι καὶ πάσαις: *& sæpiùs. Est à fonte Homerico:*

Κέκλυτέ μευ πάντες τε θεοὶ, πᾶσαί τε θέαιναι:

Omnes dij me audite, atque omnes me quoque diuæ.

103. MORIS QVIPPE TVM ERAT.] *Probus sapiénsque mos, & quem ego sanè laudem. Repertorem eius C. Cæsarem fuisse moneatur à me iuuentus. Ita enim Plutarchum accipio in Cæsare:* Λέγεται δὲ καὶ τὸ διὰ γραμμάτων τοῖς φίλοις ὁμιλεῖν, Καίσαρα πρῶτον μηχανήσασθαι, τὴ καὶ πρόσωπον ἐντεῦξιν ὑπὲρ τῶν ἐπειγόντων, τὸ καιρὸ, διά τε πλῆθος ἀσχολιῶν, καὶ τὸ πόλεως τὸ μέγεθος, μὴ περιμένοντος: Ferunt & Cæsarem primum rationem repperisse amicos per litteras conueniendi, cùm coràm agendi de rebus ijs quæ incidissent, nec multitudo occupationum, nec vrbis magnitudo semper spatium darent. *Quod referri non nisi ad amicos præsentes posse, clarum est. Tenuit coluitq; eumdem morem Augustus, qui* sermones cum singulis, atque etiam cum Liuiâ suâ, grauiores, non nisi in scriptis & è libello habebat; ne plus minúsve loqueretur. *Suetonius cap.* LXXXIV.

104. CONIVNCTIONE CÆSARIS.] *Filia eius Claudij filio desponsa.*

105. ETIAM DE EQVITIBVS ROMANIS.] *Suetonius:* Agrippâ defuncto, multis ac diu etiam ex equestri

A *equitibus Romanis consultauisse: ita si maritus Liuiæ quæreretur, haberet in animo amicum, solâ necessitudinis gloriâ vsurum. Non enim exuere imposita munia: satis æstimare, firmari domum aduersum iniquas Agrippinæ offensiones: idque* [106] *liberorum caussâ. nam sibi multum superque vitæ fore, quod tali cum Principe expleuisset.* Ad ea Tiberius, laudatâ pietate Seiani, suisque in eum beneficijs modicè percursis, cùm tempus tamquam ad integram consultationem petiuisset, adiunxit. [107] *Ceteris mortalibus in eo stare consilia, quid sibi conducere putent: Principum diuersam esse sortem, quibus præcipua rerum ad famam dirigenda. ideò se non illuc decurrere, quod promptum rescriptu: posse ipsam Liuiam statuere, nubendum post Drusum, an in penatibus iisdem tolerandum haberet: esse illi matrem & auiam, propiora consilia. simpliciùs acturum. de inimicitijs primùm Agrippinæ: quas longè acriùs arsuras, si matrimonium Liuiæ, velut in partes, domum Cæsarum distraxisset. Sic quoque erumpere æmulationem feminarum, eaque discordiâ nepotes suos connelli: quid si intendatur certamen, tali coniugio?* [108] *Falleris enim Seiane, si te mansurum in eodem ordine putas, & Liuiam, quæ*

B [109] *C. Cæsari, mox Druso nupta fuerit, eâ mente acturam vt cum equite Romano senescat. Ego vt sinam, credis ne passuros, qui fratrem eius, qui patrem maioresque nostros, in summis imperijs vidêre? Vis tu quidem istum intra locum sistere. sed illi magistratus & primores qui te inuito perrumpunt,* [110] *omnibusque de rebus consulunt,* [111] *excessisse iam pridem equestre fastigium, longeque antisse* [112] *patris mei amicitias, non occulti ferunt, perque inuidiam tui me quoque incusant. At enim Augustus filiam suam equiti Romano tradere meditatus est. Mirum herculè, si cùm in omnis curas distraheretur, immensumque attolli prouideret, quem coniunctione tali super alios extulisset,* [113] *C. Proculeium & quosdam in sermonibus habuit, insigni tranquillitate vitæ, nullis Repub. negotijs permixtos. Sed si dubitatione Augusti mouemur; quanto validius est quòd M. Agrippæ, mox mihi conlocauit? Atque ego hæc, pro amicitiâ, non occultaui: ceterùm neque tuis, neque Liuiæ destinatis, aduersabor. Ipse quid intra animum volutauerim, quibus adhuc necessitudinibus immiscere te mihi parem; omittam ad præsens referre. id tantùm aperiam, nihil esse tam excelsum, quod non Virtutes istæ, tuusque in me animus mereantur. datoque tempore, vel in senatu, vel in concione non reticebo.* Rursum Seianus, non tam Cap. 41. *Callidum Seiani consilium.*

C de matrimonio, sed altiùs metuens tacita suspicionum: vulgi rumorem, ingruentem inuidiam deprecatur. Ac ne assiduos in domum cœtus arcendo, infringeret potentiam, aut receptando, facultatem criminantibus præberet; huc flexit, vt Tiberium ad vitam procul Româ, amœnis loci degendam, impelleret. Multa quippe prouidebat. suâ in manu aditus, litterarumque magnâ ex parte se arbitrum fore, cùm [114] per milites commearent: *Qui Principem abducit.*

Cap. 40. *Obliquè negat Tiberius*

equestri ordine circumspectis conditionibus, Tiberium priuignum suum elegit.

106. LIBERORVM CAVSSA.] *Non hoc dicit, quod in fronte videtur: velle se matrimonium, liberorum caussâ, vti formula & lex erant: sed firmandæ Drusi domus, quæ desolata iam illo mortuo erat, contra Agrippinam. Firmandæ, inquam, liberorum Drusi gratiâ: & vt illos (nepotes Tiberij) tueretur. Sequentia id adfirmant, alioqui longinqua:* nam sibi satis vitæ, *&c. quasi dicat, De se non angi, aut suâ posteritate: felice, si cum Principe viuat, obeatq;.*

107. CETERIS MORTALIBVS.] *Vix abest quin ad Sallustium respexerit, quem non legit solùm sedulò, sed sublegit. Nam apud eum Cæsar, pari sententiâ disserit:* Alijs alia licentia est P.C. qui demissi in obscuro vitam agunt. si quid iracundiâ deliquêre, pauci sciunt: fama atque fortuna eorum pares sunt. Qui magno imperio præditi in excelso ætatem agunt, eorum facta cuncti mortales nouêre. Ita in maximâ fortunâ minima licentia est.

108. FALLERIS ENIM SEIANE.] *Respondet illi parti,* Non enim exuere se imposita munia.

109. C. CÆSARI.] *Augusti filio.*

110. OMNIBVSQVE DE REBVS CONSVLVNT.] *Senatores igitur intellegere videtur, qui publicè consulunt, & de rep. censent. Neque de priuatis ceperim, qui Tiberio consilium darent.*

111. EXCESSISSE IAM PRIDEM.] *Quare? aut quo in facto? Credo, quia Prætorijs honoribus insignitus Seianus à Tiberio, atque ita velut exemtus Equiti, & insertus in Senatum. Sed & posteà Consulem eum fecit, & Senatorem palàm. Suetonij igitur scriptio, adfirmantis (in Tito c. VI.)* Præfecturam Prætorij, numquam ad id tempus, nisi ab equite Ro. administratam, *nónne legenda cautè? videtur: & cum exceptione huius, atque etiam * alius, (vt alibi dicam) exempli.*

* In Clemente Aretino. lib. IV. Hist.

112. PATRIS MEI AMICITIAS.] *Id est, amicos. Intellegit Augusti Agrippam aut Mæcenatem.*

113. C. PROCVLEIVM.] *Qui frater Varronis Murenæ, illius qui in Augustum conspirauit: cuius etiam soror Mæcenati vxor. Dio* LIV. *Laudat eum Horatius:*

Viuet extento Proculeius æuo
Notus in fratres animi paterni.

114. PER MILITES COMMEARENT.] *Obserua*

Cauſſa, quibus perjuader.

mearent : mox Cæſarem vergente iam ſenectâ ſecretoque loci mollitum, munia imperij faciliùs tramiſſurum: & minui ſibi inuidiam , ademtâ ſalutantum turbâ, ſublatiſque inanibus, verâ potentiâ augere : Igitur paullatim negotia vrbis, populi adcurſus, multitudinem adfluentium increpat, extollens laudibus quietem & ſolitudinem : quîs abeſſe A

Cap. 42. tædia & offenſiones, ac præcipua rerum maximè agitari. Ac fortè habita per illos dies de [115] Votieno Montano, celebris ingenij viro, cognitio, contantem iam Tiberium perpulit, vt vitandos crederet patrum cœtus voceſque , quæ plerumque veræ & graues coràm ingerebantur. nam poſtulato Votieno ob contumelias in Cæſarem dictas, teſtis Æmilius è militaribus viris , dum ſtudio probandi cuncta refert , & quamquam inter obſtrepentes magnâ adſeueratione nititur ; audiuit Tiberius probra, quîs per occultum lacerabatur : adeoque perculſus eſt , vt ſe vel ſtatim, vel in cognitione purgaturum clamitaret : precibuſque proximorum , adulatione omnium , ægrè componeret animum.

Plures accuſati damnati.

Et Votienus quidem [116] maieſtatis pœnis adfectus eſt : Cæſar obiectam ſibi aduerſus reos inclementiam eò peruicaciùs amplexus, Aquiliam adulterij delatam , cum Vario B Ligure, quamquam Lentulus Getulicus conſul deſignatus [117] lege Iuliâ damnaſſet, exſilio puniuit : Apidiumque Merulam, quòd in acta diui Auguſti non iurauerat, [118] albo

Cap. 43. *Controuerſia ſuper templo: Inter Lacedæmonios & Meſſenios*

ſenatorio eraſit. Auditæ dehinc Lacedæmoniorum & Meſſeniorum legationes, de iure templi [119] Dianæ Limenetidis; quod ſuis à maioribus, ſuaque in terrâ dicatum, Lacedæmonij firmabant annalium memoriâ, vatumque carminibus. Sed Macedonis Philippi, cum quo bellaſſent , armis ademptum ; ac pòſt C. Cæſaris & M. Antonij ſententiâ redditum. Contrà Meſſenij , veterum inter Herculis poſteros diuiſionem Peloponneſi protulêre, ſuoque regi [120] Dentheliatem agrum , in quo id delubrum , ceſſiſſe : monimentaque

litteras per milites ſolere tranſmitti , & quidem per eos qui Speculatores dicti. Plutarchus in Galbâ Nymphidium præfectum prætorio valdè offenſum ſcribit, quòd Conſules litteras & diplomata μὴ πᾶρ᾽ αὐτὲ καὶ σφραγίδα καὶ σκαπώτας λαβόντες ἀνέπεμψαν. *ſine ſigno ſuo & militibus miſiſſent. Nec alîus ſententiæ illud Taciti lib.* II. *Hiſtor.* Vix credibile memoratu eſt, quantum ſuperbiæ Vitellio acceſſerit, poſtquam ſpeculatores Syriâ Iudæaque adactum in verba eius Orientem nuntiauêre. *Hæc clara, & firmandæ Suetonij ſcripturæ , quæ in omnibus ferè manuſſ. Cal. cap.* XLIV. Magnificas Romam litteras miſit , monitis ſpeculatoribus vt vehiculo ad forum vſque & Curiam pertenderent. *Deprauarunt vulgò*, ſæpè latoribus.

115. VOTIENO MONTANO.] *Cuius inter celebres oratores mentio Senecæ lib.* V. *controuerſ.* VII. *& Præfatione lib.* IX. *Etiam inter poëtas Ouidio:*

Quique vel imparibus numeris Montane vel æquis
Sufficis, & gemino carmine nomen habes.

116. MAIESTATIS POENIS ADFECTVS EST.] *Quibus pœnis , propiùs diſce ex Euſebio in Chronicis:* Votienus Montanus Narbonenſis orator , in Balearibus inſulis moritur, illuc à Tiberio relegatus.

117. LEGE IVLIA DAMNASSET.] *Adulterij pœnæ quæ olim, non in promptu : recluſi , quà potui, & tenebris priſci æui radium aliquem nouæ lucis dedi, in* EXCVRS. *quem huic rei vide, in* A.

118. ALBO SENATORIO.] *Album* τὸ λεύκωμα; *id eſt, tabulæ albatæ in quibus nomina aliúdve quid inſcriptum. Sic legis Album Prætoris, Album Decurionum, Album Iudicum : & in Tertulliano, Album Apoſtolorum. Senatorum autem Album primus inſtituit Auguſtus, anno* DCCXLVI. *cum recenſo Senatu, mulctas infrequentibus impoſuiſſet , & ſimul definiſſet numerum intra quem SC. non fieret. Eas ad res viſum neceſſarium Album: quod renouatum quotannis, & in Curiâ propoſitum. Dio:* Τά τε ὀνόματα συμπάντων βουλευόντων ἐς λεύκωμα ἀναγράψας ἐξέθηκε, καὶ ἐξ ἐκείνου καὶ νῦν κατ᾽ ἔτος ἕτω ποιεῖται. *id eſt:* Nomina omnium Senatorum in albo deſcripta propoſuit : atque ex eo, quotannis etiam nunc ita fit. C

119. DIANÆ LIMENETIDIS.] *Scripturam eam iuuare aliquid Callimachi verſus videntur in Dianæ Hymno :* — Καὶ μὰν ἀγραῖς Ἔασι καὶ λιμνήσιον ἐπίσκοπος. *quaſi eadem illa dea vijs præſit portibúſque. Ac tu nihil ambigens repone,* Limnatidis. *Ita hiſtoria hîc poſtulat, & conſenſio ſcriptorum. Siue enim à Limnis vico (qui aliter Amyclæ dictus) Meſſeniæ : ſiue* ἀπὸ τῆ λίμνης, *à palude, agnominata ea dea, certè Limnatis ſcribendum, ſiue Limnetis , Prioris ſententiæ Strabo eſſe videtur.* VIII. Τὸ δ᾽ ἐν Λίμναις τῆς Ἀρτέμιδος ἱερὸν, Λιμναῖον , ἐφ᾽ ᾧ Μεσσήνιοι περὶ τὰς παρθένους ὑβρίσαι δοκοῦσι τὰς ἀφιγμένας ἐπὶ τὴν θυσίαν, ἐν μεθορίοις ὄντι τῆ Λακωνικῆς καὶ τῆ Μεσσηνίας. Ὁπτικοινὸν συνετέλουν πανήγυριν καὶ θυσίαν ἀμφότεροι. *Nec diſſimilia libro ſexto. At à lacu deriuat clarè Pauſanias libro* IV. *&* VI. *itemq; Artemidorus lib.* II. *qui Dianam in ſomnijs viſam boni ominis piſcatoribus eſſe vult, quoniam &* Λιμνᾶτις *dicatur.* D

120. DENTHELIATEM AGRVM.] *Lectionis & hiſtoriæ obſcuræ locus. Placet ,* regi Penthilo Eleatem agrum. *Penthilus Arcadiæ, & niſi fallor, Meſſeniorum rex, filius Oreſtis. Strabo libro* XIII. Ὀρέστου δὲ ἐν Ἀρκαδίᾳ τελευτήσαντος τὸν βίον, δεδέχθαι τὸν υἱὸν αὐτὸν Πένθιλον λέγουσι , καὶ περελθεῖν μέχρι Θράκης, ἑξήκοντα ἔτεσι τὴν Τροϊκὴν ὕστερον , ὑπ᾽ αὐτοῦ τὴν Ἡρακλειδῶν εἰς Πελοπόννησον κάθοδον. *id eſt :* Oreſti in Arcadiâ defuncto ſucceſſiſſe in regno Penthilum filium eius aiunt , & proceſſiſſe in Thraciam

A taque eius rei sculpta saxis, & ære prisco manere. Quòd si vatum, annalium, ad testimonia vocentur; plures sibi ac locupletiores esse. neque Philippum potentiâ, sed ex vero statuisse. idem regis Antigoni, idem Imperatoris Mummij iudicium: sic Milesios, permisso publicè arbitrio, postremo Atidium Geminum, prætorem Achaiæ, decreuisse. Ita secundùm Messenios datum. Et Segestani, ædem Veneris, [121] montem apud Erycum vetustate delapsam, restaurari postulauêre: nota memorantes de origine eius, & læta Tiberio. suscepit curam libens, [122] vt consanguineus. Tunc tractatæ Massilienssium preces, probatumque [123] P. Rutilij exemplum. namque eum legibus pulsum, ciuem sibi Smyrnæi addiderant. quo iure Vulcatius Moschus, exsul in Massilienses receptus, bona sua Reip. eorum, vt patriæ reliquerat. Obiêre eo anno viri nobiles, Gn. Lentulus, & L. Domitius. [124] Lentulo super consulatum & triumphalia de Gætulis, gloriæ fuerat benè tolerata paupertas, dein magnæ opes innocenter partæ & modestè habitæ. [125] Do-

Vincunt Messenij.

Cap. 44. *Lentuli & Domitij mors, & elogia.*

B ciam vsque, sexaginta ferè post Troicas res annis: quo ipso tempore in Peloponnesum redierunt posteri Herculis. * *Velleius l.* 1. Post Orestis interitum filij eius Penthelus & Tisamenus, regnauere triennio. Tum, ferè anno octogesimo *(Strabo numerauit annos dumtaxat sexaginta)* post Troiam captam, centesimo & vigesimo quàm Hercules ad deos excesserat, Pelopis progenies, quæ omni hoc tempore, pulsis Heraclidis, Peloponnesi imperium obtinuerat, ab Herculis progenie expellitur. *Tempora & res satis conueniunt: disconuenit fortasse Tacitus, qui regem ipsum è posteris Herculis facere videtur. At cùm omnia Græcorum scrinia excussi, qui progeniem Herculis prodidêre, intérque alios Theophilum l.* II. *aduersum gentes: Penthilum*
C *nullum reperio. Turbat etiam, quod Pausanias libro quarto, vbi Messeniorum reges ordine enumerat, neminem recenset hoc nomine. Quid si legas ergo* Pentheo Eleatem agrum? *quid si,* Temeno? *qui certè inter Heraclidas est. Sed is Argis regnum habuit, vt Pausanias auctor. Quem eumdem in hac historiâ si sequimur, Cresponti nomen fuit Messeniorum regi: cui in diuisione per fraudem liquescentis sortis, terra ea obuênit. Scripserim ergo,* suoque regi dein Eleatem agrum. *Eleatem sanè retineo: quia Strabo mihi auctor totam regiunculam inter Dymen & Messenam, Eleam vocatam fuisse. * Dentheleatem, siue potiùs Dentheletem recipere non possum, quia Thraciæ ij populi; apud quos quî potuit esse hoc templum? Dixi multa. si erro. da sodes coronam: quia taurum toties non ferire difficile est, ait ille.*

ADD. *Mercerus,* Tegeatem, *aut* Thuriatem *mallet: & cum eo Pausanias profectò. quem vide. Nec*
D *enim ἔργα facio, historiarum hæc παράργα.*

121. MONTEM APVD ERYCVM.] *Imò,* Erycem. *Eryx enim Siciliæ ille mons dictus, descriptus Polybio lib.* I. *cum ipso templo, & Straboni in* VI. *De eo Virgilius:*

Tum vicina astris Erycino in vertice sedes
Fundatur Veneri Idaliæ.

Et ad eius instar etiam Romæ templum erectum Veneris Erycinæ ad portam Collinam. de quo Ouidius & Liuius. At illud mirum, quod noster hic Tiberio tribuit, id Suetonium Claudio adscripsisse, cap. XXV. Templum in Siciliâ Veneris Erycinæ vetustate collapsum, vt ex ærario P.R. reficeretur, auctor fuit. *An Suetonius id scripsit ἀλογιστί? an verè instauratum iterùm à Claudio fuit? Quod tamen haud facile creditu, tam pauco annorum interuallo.*

122. VT CONSANGVINEVS.] *Quia Segestani pariter à Troianis orti. Panegyricus tamen scriptor, ad solos in Siciliâ Mamertinos eam gloriam transfert:* Imputauêre se origine fabulosâ, *inquit*, in Siciliâ Mamertini, in Asiâ Ilienses.

* Aliquid hac de re & Tertul. De Pallio.

123. P. RVTILII EXEMPLVM.] *De quo Ouidius:*

Et graue magnanimi robur mirare Rutili
Non vsi reditus conditione dati.
Smyrna virum tenuit, non Pontus & hostica tellus.

Velleius, Cicero, Seneca, omnes scriptores.

124. LENTVLO SVPER CONSVLATVM.] *Plures Lentuli sub hoc æuum, & vereor vt confuderint quosdam viri docti. Lentulum Augurem eumdem fuisse cum hoc Gætulico censent. Non consentio ego. Primùm, quia ille semper Auguris cognomine, quasi ad discrimen adfectus: quod desiisset, facto loco agnomini meliori. Vbi, inquam, ille Augur nominatur, nusquam adiectum Gætulici nomen. Iterùm, quia huic Auguri liberi nulli. Colligo ex Suetonij Tiberio, qui ait* Cn. Lentulum Augurem, cui census maximus fuerit, angore & metu ad fastidium vitæ à Tiberio actum: & vt ne quo nisi ipso herede moreretur. *Non tam impudens Tiberius, (præsertim hoc imperij sui æuo) qui id exprimeret ab homine, cui suus heres. At Lentulo Gætulico filius, vti docebo, cognomine eodem. Denique notari Augurem, vt inertem,* * Quæ opinio Vertranij est. *sine ingenio, sine linguâ, à Senecâ video: illum laudari à Tacito hic & l.* I. Præcipuè infensi Cn. Lentulo, quòd is ante alios ætate & gloriâ belli firmare Drusum credebatur, & illa militiæ flagitia primus aspernari. *Non mouet me quòd opes magnas Gætulico Tacitus tribuit, magnas item Auguri Seneca Suetoniúsque. Disparitas enim elucet eo ipso. Gætulico gloriæ fuerunt opes innocenter partæ & modestè habitæ, ait noster: vitio Auguri, cuius sordes & sterilitatem notat Seneca his verbis:* Cn. Lentulus Augur diuitiarum maximum exemplum, antequam illum libertini pauperem facerent (hic quater millies H.S. suum vidit. propriè dixi: nihil enim ampliùs quàm vidit) ingenij fuit tam sterilis, quàm animi. Cùm enim esset auariissimus, nummos citiùs emittebat, quàm verba. tanta erat illi inopia sermonis. *Censeo ergo diuersum ab Augure Gætulicum fuisse: censeo tamen, non pugno. Sed & Gætulici duo, Pater, filiusq;. Pater ecce, qui hoc anno mortuus: filius, qui sequenti consul. Nominant Fasti, Dio, Tacitus ipse. Velleius clarissimè:* Sed Cossus etiam victoriæ testimonium in cognomen filij contulit,

125 Domitium decorauit pater, ciuili bello maris potens: donec Antonij partibus, mox Cæsaris miſceretur. Auus, Pharſalicâ acie, pro optimatibus ceciderat: ipſe electus, cui *In Suetonio eſt, mator* * minor Antonia Octauiâ genita in matrimonium daretur. Pòſt, exercitu flumen Albim tranſcendit; longiùs penetratâ Germaniâ, quàm quiſquam priorum. eaſque ob res *Item L. Antonij:* inſignia triũphi adeptus eſt. Obijt & L. Antonius, multâ claritudine generis, ſed improſperâ. nam patre eius Iulo Antonio ob adulterium Iuliæ morte punito, hunc admodum adoleſcentulum, 126 ſororis nepotem, ſepoſuit Auguſtus in ciuitatem Maſſilienſem: vbi ſpecie ſtudiorum nomen exſilij tegeretur. Habitus tamen ſupremis honor: oſſaque tu-
Cap. 45. mulo Octauiorum inlata, per decretum ſenatus. Ijſdem conſulibus, facinus atrox in citeriore Hiſpaniâ admiſſum à quodam agreſte, 127 nationis Termeſtinæ. is prætorem *Piſo Prætor Hiſpaniæ interficitur.* prouinciæ, L. Piſonem, pace incurioſum ex improuiſo in itinere adortus, vno vulnere in mortem adfecit: ac pernicitate equi profugus, poſtquam ſaltuoſos locos attigerat, dimiſſo equo, per dirupta & auia ſequenteis fruſtratus eſt: neque diu fefellit. nam prehenſo ductoque per proximos pagos equo, cuius foret cognitum. & repertus cùm tormen- *Mira conſtantia interfectoris.* tis edere conſcios adigeretur; voce magnâ, ſermone patrio, fruſtrà ſe interrogari clamitauit, adſiſterent ſocij ac ſpectarent: nullam vim tantam doloris fore, vt veritatem eliceret. 128 idemque cùm poſterò ad quæſitionem retraheretur, eo niſu proripuit ſe cuſtodibus, ſaxoque caput adflixit, vt ſtatim exanimaretur. Sed Piſo Termeſtinorum dolo cæſus habetur: qui pecunias è publico interceptas, acriùs, quàm vt tolerarent barbari,
Cap. 46. cogebat. Lentulo Gætulico, C. Caluiſio Coss. decreta triumphi inſignia Poppæo
A. V. C. DCCLXXII. Sabino, contuſis Thracum gentibus, 129 qui montium editis, inculti, atque eo ferociùs *In Thracâ motus & bellum.* agitabant. Cauſſa motus, ſuper hominum ingenium, quòd pati dilectus, & validiſſimum quemque militiæ noſtræ dare aſpernabantur; ne regibus quidem parêre niſi ex libidine ſoliti; aut ſi mitterent auxilia, ſuos ductores præficere, nec niſi aduersùm accolas belligerare. Ac tum rumor inceſſerat fore, vt diſiecti alijſque nationibus permixti, diuerſas in terras traherentur. Sed antequam arma inciperent, misêre legatos, amicitiam, obſequiumque memoraturos; & manſura hæc, ſi nullo nouo onere tentarentur. ſin vt victis ſeruitium indiceretur; eſſe ſibi ferrum & iuuentutem, & promtum libertati, aut ad mortem animum. Simul caſtella rupibus indita, conlatoſque illuc parentes & coniuges oſtentabant, bellumque impeditum, arduum, cruentum, minitabantur.
Cap. 47. At Sabinus, donec exercitus in vnum conduceret, datis mitibus reſponſis, dum Pom-
Otiàm prudenter & cautè Sabinus it. ponius Labeo è Mœſiâ cum Legione, rex Rhœmetalces cum auxilijs popularium, qui fidem non mutauerant, veniret: additâ præſenti copiâ, ad hoſtem pergit, compoſitum

* Lib III. c. III. adoleſcentis in omnium virtutum exempla geniti. *Filius eſt, cui locus inter doctos: cuius Hiſtoriæ & poëmata laudantur à priſcis. Hiſtoria, à Suetonio, Cal. cap.* VIII. Cn. Lentulus Gætulicus Tiburi genitum ſcribit. *Poëmata, Martiale, Præfatione quâpiam, Sidonio, & Probo. Leguntur & hodie quædam Græca* III. *&* VI. *Anthologiæ, vbi corruptè titulus,* Γετυλλίυ *pro* Γετυλικῦ. *Superuixit iſte ad Caij principatum, interfectus ab eo cùm Germaniæ præfuiſſet decem annos. Dio,* LIX.

125. DOMITIVM DECORAVIT PATER.] *Vide Suetonium in Nerone cap.* I. *Velleium* II.

126. SORORIS NEPOTEM.] *Natus enim ex Iulo Antonio & Marcellâ Octauiæ F. Conſule Auguſti noſtrum Stemma.*

127. NATIONIS TERMESTINÆ.] *Termiſum opidum clarum in Hiſpanijs agnoſcit Appianus:* Τερμισὸν δὲ μεγάλῳ πόλιν ἀεὶ δυσπειθῆ Ῥωμαίοις ὑπομμύλιν, ἐξ ἐρυμνῦ κατήγαγον ἐς τὸ πεδίον, καὶ ἀνέλυσεν οἰκεῖν ἀτειχίστως. *Et credo me verè emendaſſe illud Salluſtij*: Hi ſaltibus occupatis Termeſtinorum agros inuasêre. *vbi vulgò*, tum externorum agros. *Opidum ipſum Termes * Plinio dictum: vnde Termeſtini.*

128. IDEMQVE CVM POSTERO.] *Vertranius notat*, Deeſt hîc nomen, die. *Imò iudicium hîc tibi. Solens priſcis ſine additione dicere, Heſternò, Cottidianò, Annò, Hornò, Poſterò: & ferè Aduerbiorum in morem. Exempla, iuuentutis cauſsâ, ſint iſta. Tacitus* XV. *Annal.* Poſterò, cùm ad eoſdem cruciatus retraheretur, geſtamine ſellæ, *&c. Plautus Capteiueis*: Niſi cottidianò ſeſquiopus confeceris. *vbi perperàm legas*, cottidianos, *vulgò. Sic idem ille Annò, non ſemel dixit, vt alibi notaui & correxi. Sic Cicero lib.* IV. *ad Atticum, Anniuerſariò, item Voluntariò, Commodò, & plura. Heſternò etiam eâdem ratione mihi lectum.*

129. QVI MONTIVM EDITIS.] *Hi ſunt quòs ὀρεινὰς Θρᾷκας Thucydides appellat, deſcribitq. libro* II. Παρεκάλει δὲ καὶ τοὺς ὀρεινοὺν Θρᾳκῶν τὲς πολλὲς τοὺς ὐτονόμων ἢ μαχαιροφόρων, οἳ Δῖοι καλῦνται, τλὼ Ῥοδοπίῳ οἱ πλεῖσοι οἰκῦντες. *Quod ait eos* αὐτονόμους: *idem Tacitus voluit, cùm hic ſcripſit,* ne regibus quidem niſi ex libidine parêre ſolitos.

130. AVT

A situm iam per angustias saltuum. quidam audentiùs apertis in collibus visebantur. quos dux Romanus acie suggressus, haut ægrè pepulit, sanguine barbarorum modico, ob propinqua suffugia. Mox castris in loco communitis, validâ manu montem occupat, angustum, & æquali dorso continuum vsque ad proximum castellum, quod magna vis armata [130] aut incondita tuebatur. simul in ferocissimos qui ante vallum [131] more gentis cum carminibus & tripudijs præsultabant, mittit dilectos sagittariorum. Ij dum eminus grassabantur, crebra & multa vulnera fecêre, propiùs incedentes, eruptione subitâ turbati sunt, receptique subsidio Sugambræ cohortis, quam Romanus promtam ad pericula, nec minùs cantuum & armorum tumultu trucem, haut procul instruxerat. Translata dehinc castra hostem propter, relictis apud priora munimenta Thracibus, quos nobis adfuisse memoraui. ijsque permissum vastare, vrere, trahere prædas, dum populatio lucem intrà sisteretur, noctemque in castris tutam & vigilem capesserent. id primò seruatum: mox versi in luxum, & raptis opulenti, omittere stationes, lasciuiâ

B epularum, aut somno & vino procumbere. Igitur hostes incuriâ eorum compertâ, duo agmina parant: quorum altero, populatores inuaderentur; alij castra Romana adpugnarent, non spe capiendi, sed vt clamore, telis, suo quisque periculo intentus, sonorem alterius prœlij non acciperet. tenebræ insuper dilectæ, augendam ad formidinem. Sed qui vallum legionum tentabant, facilè pelluntur. Thracum auxilia repentino incursu territa, cùm pars munitionibus adiacerent, plures extrà palarentur, tanto infensiùs cæsi, quanto perfugæ & proditores ferre arma ad suum patriæque seruitium incusabantur. Posterâ die Sabinus exercitum æquo loco ostendit; si barbari successu noctis alacres, prœlium auderent. & postquam castello, aut coniunctis tumulis non digrediebantur; obsidium cœpit per præsidia, quæ opportunè iam muniebat. dein fossam [132] loricamque contexens, quattuor millia passuum ambitu amplexus est. Tum paullatim, vt aquam pabulumque eriperet, contrahere claustra, artaque circumdare. & struebatur agger, vnde saxa, hastæ, ignes propinquum iam in hostem iacerentur. sed nihil æquè

C quàm sitis fatigabat, cùm ingens multitudo bellatorum, imbellium, vno reliquo fonte vterentur. [133] Simul æquè armenta (vt mos barbaris) iuxtà clausa, egestate pabuli exanimari: adiacêre corpora hominum, quos vulnera, quos sitis peremerat: pollui cuncta sanie, odore, contactu. Rebusque turbatis, [134] malum extremum discordia accessit: his deditionem, alijs mortem, & mutuos inter se ictus parantibus. & erant qui non inultum exitium, sed eruptionem suaderent: neque ignobiles, quamuis diuersi sententijs.

Primo impetu pellit.

Cap. 48.

Illi populatores suos vagos cædunt.

Cap. 49.

Sed à Sabino arctiùs obsidentur.

Aquarum inopiâ premuntur.

Verùm è ducibus, Dinis prouectus senectâ, & longo vsu vim atque clementiam Romanam edoctus, ponenda arma, vnum adflictis id remedium, differebat. Primusque se cum coniuge & liberis victori permisit: secuti ætate aut sexu imbecilli, & quibus maior vitæ quàm gloriæ cupido. At iuuentus Tarsam inter & Turesim distrahebatur. vtrique destinatum cum libertate occidere: sed Tarsa properum finem, abrumpendas pariter spes ac metus clamitans, dedit exemplum, demisso in pectus ferro.

Cap. 50.

Dissident super deditione.

Tarsæ nimis virile consilium, & factum.

nec

D 130. AVT INCONDITA.] *Rectè Rhenanus*, at incondita, *præter Taciti mentem.*

131. MORE GENTIS.] *Notat barbaricum eum ritum eleganter Thucydides in oratione Brasidæ, libro* IV. Οὗτοι δὲ τῷ μέλλησιν μὴ ἔχουσι τοῖς ἀπειρίοις φοβερόν. Καὶ γὰρ πλήθει ὄψεως δεινοί, καὶ βοῆς μεγέθει ἀφόρητοι. Ἥ τε ἀλαλαγμὸς ἐπανάστασις τῆς ὁπλῶν ἔχει τινὰ δήλωσιν ἀπειλῆς. προσμίξαι δὲ τοῖς ὑπομένουσιν ὡσὰ ἐχ ὁμοίοι. *Vbi scribi velim*, πλήξει ὄψεως. *quod Tacitus transtulit ad Germanos*, corpus visu totuum. *De hoc ritu in loco plura.*

132. LORICAMQVE CONTEXENS.] *Id est, exiguum vallum, & sæpè è cratibus, aut sepis instar: ideoq; hîc*, contexens. *Vide Poliorcetica nostra, lib.*II. *Dial.*II.

133. SIMVL ÆQVE ARMENTA.] *Malim*, simulque armenta. *Possit etiam*, Simul equi, armenta: *sed hoc præfero.*

134. MALVM EXTREMVM DISCORDIA.] *Neque nollem*, malorum extremum. *Ceterùm ad vitam & vsum notanda gnome. quam adfirmat item Polybius lib.*V. Διόπερ ἔφη, *inquit*, ἀμφισβητήσεως, φιλοτιμίας, ὀργῆς τ' ἐν ἀλλήλοις πάντα πλήρη. Τοῦτο δὴ φιλεῖ γίγνεσθαι, καὶ περὶ κοινὰ πράγματα καὶ περὶ τὰς κατ' ἰδίαν βίους, ὅταν ἐλλείπωσιν αἱ χορηγίαι τὰς ἑκάστων ὑπιβολάς: Quamobrem suspicionis, contentionis, iræ omnia plena erant. Hoc enim & in publicis & in priuatis rebus vsuuenire solet, cùm incepta nostra deserunt successus & sumptus. *Hæc talia, quisquis vir es, obserua & decerpe, serios historiarum fructus.*

nec defuere qui eodem modo oppeterent. Turesis suâ cum manu noctem opperitur, A haut nescio duce nostro. Igitur firmatæ stationes densioribus globis : & ingruebat nox nimbo atrox, hostisque clamore turbido, modò per vastum silentium incertos obsessores effecerat : cùm Sabinus circumire, hortari, ne ad ambigua sonitus, aut simulationem quietis, casum insidiantibus aperirent, sed sua quisque munia seruarent immoti, telisque non in falsum iactis. Intereà barbari cateruis decurrentes, nunc in vallum manualia saxa, præustas sudes, decisa robora iacere : nunc virgultis, & cratibus, & corporibus exanimis, complere fossas : quidam pontes & scalas antè fabricati, inferre propugnaculis, eaque prehensare, detrahere, & aduersus resistenteis cominus niti. Miles contra deturbare telis, pellere vmbonibus, muralia pila, congestas lapidum moles prouoluere. His partæ victoriæ spes, & si cedant, insignitius flagitium: illis extrema iam salus, & adsistentes plerisque matres & coniuges, earumque lamenta addunt animos. Nox alijs in audaciam, alijs ad formidinem opportuna : incerti ictus, vulnera improuisa: suorum atque hostium ignoratio : & montis anfractu repercussæ velut à tergo voces, adeò cuncta miscuerant, vt quædam munimenta Romani quasi perrupta omiserint. Neque tamen peruasêre hostes, nisi admodum pauci : ceteros, deleto promtissimo quoque aut saucio, adpetente iam luce, trusêre ad summa castelli. vbi tandem coacta deditio, & proxima sponte inimicorum recepta : reliquis, quò minùs vi aut obsidio subigerentur, præmatura montis Hæmi & sæua hiems subuênit. At Romæ commotâ principis domo, vt series futuri in Agrippinam exitij inciperet, [135] Claudia Pulchra sobrina eius postulatur, accusante Domitio Afro. Is recens præturâ, modicus dignationis, & quoquo facinore properus claresceré, crimen impudicitiæ, adulterum Furnium, veneficia in principem & deuotiones obiectabat. Agrippina semper atrox, tum & periculo propinquæ accensa, pergit ad Tiberium, ac fortè sacrificantem patri repperit. quo initio inuidiæ, *Non eiusdem ait mactare diuo Augusto victimas, & posteros eius insectari. non in effigies mutas diuinum spiritum transfusum*; [136] *sed imaginem veram cælesti sanguine ortam* [137] *intelligere discrimen*, [138] *suscipere sordes. Frustrà Pulchram præscribi, cui sola exitij causa sit, quòd Agrippinam stultè prorsus ad cultum dilegerit, oblita Sosiæ ob eadem adflictæ.* Audita hæc raram occulti pectoris vocem elicuere, correptamque [139] Græco versu admonuit : *ideò lædi, quia non regnaret.* Pulchra & Furnius damnantur. Afer primoribus oratorum additus, diuulgato ingenio, & secutâ adseueratione Cæsaris, quâ [140] suo iure disertum eum appellauit. Mox capessendis accusationibus, aut reos tutando, prosperiore eloquentiæ quàm morum famâ fuit. nisi quòd ætas extrema multum etiam eloquentiæ demsit, dum fessâ mente retinet silentij impatientiam. At Agrippina peruicax iræ, & morbo corporis implicata, cùm viseret eam Cæsar, profusis diu ac per silentium lacrymis, mox inuidiam & preces orditur : *subueniret solitudini, daret maritum, habilem adhuc iuuentam sibi, neque aliud probis, quàm ex matrimonio solatium* : [141] *esse in ciuitate, Germanici coniugem:*

Cap. 51. *Alij erumpunt, & castra tentant.*

Cap. 52. *Claudia Pulchra accusata Roma :*

Indignante Agrippinâ.

Domitij Afri laus.

Cap. 53.

Agrippina maritum petit.

Conatu irrito. Ita ad extremum dediti.

B C

ac

135. CLAVDIA PVLCHRA SOBRINA.] *Dionem adi, qui historiam hancce recensuit inter acta Caij, vbi de Domitio. Sobrina hæc Claudia quomodo Agrippinæ fuerit, nondum repperi : hoc tantùm, filium eius Quinctilium Varum, desponsum filiæ Germanici. quod ostendo infrà.*

136. SED IMAGINEM VERAM.] *Assentior Mureto,* se imaginem.

137. INTELLIGERE DISCRIMEN.] *Periculum scire, quod immineret,* sordes suscipere, *vt in reatu propinquorum. De se Agrippina sentit.*

138. SVSCIPERE SORDES.] *Hoc ad Agrippinam, quæ ipsa in sordibus, vt videtur, ob reatum Pulchræ sobrinæ.*

139. GRÆCO VERSV ADMONVIT.] *Suetonius extulit,* Si non dominaris filiola, iniuriam accipere existimas? *Ex quo Canterus noster diuinat,* Εἰ μὴ κρατεῖς, τεκνίον, ὑβρίζεσθαι δοκεῖς. *Sed non est dubium quin ad Iasonis vocem aspexerit Tiberius, quam ille in Tragœdiâ quapiam emiserit. cuius mens hæc & verba apud Aristotelem* III. *Polit. capite* III. Καὶ διὰ τοῦτ' ἴσως Ἰάσων ἔφη, φεύγειν ὅτε μὴ τυραννοῖ, ὡς οὐκ ὀρθῶς ἰδιώτης ἄν : & ob hoc non iniuriâ Iason dixit, Lædi se quia non regnaret : scilicet inscius priuatum agere.

D

140. SVO IVRE DISERTVM.] *Et sanè magnificat eum vbique Quinctilianus, quem senem ab se adolescentulo cultum ait, lib.* V.

141. ESSE IN CIVITATE * GERMANICI.] *Non ego medicus huic loco : vidi qui legeret* : esse in ciuitate, qui Germanici. c. *Sed in manuscripto cùm palàm lacuna sit,* ciuitate ..... Germanici, *cur non defectum arbitremur?*

142. Ex

A *ac liberos eius recipere dignaretur.* Sed Cæsar non ignarus quantum [142] ex Rep. peteretur: ne tamen offensionis aut metus manifestus foret, sine responso, quamquam instantem, reliquit. Id ego à scriptoribus annalium non traditum, repperi in [143] commentarijs Agrippinæ filiæ: quæ Neronis principis mater, vitam suam & casus suorum posteris memorauit. Ceterùm Seianus mærentem & improuidam altiùs perculit, immissis qui per speciem amicitiæ monerent, paratum ei venenum, vitandas soceri epulas. Atque illa simulationum nescia, cùm propter discumberet, non vultu aut sermone flecti, nullos attingere cibos; donec aduertit Tiberius, fortè, an quia audiuerat? idque quò acriùs experiretur, poma vt erant adposita laudans, nurui suâ manu tradidit. Aucta ex eo suspicio Agrippinæ, & intacta ore, [144] seruis tramisit. nec tamen Tiberij vox coràm secuta, sed obuersus ad matrem, non mirum ait, si quid seuerius in eam statuisset, à quâ veneficij insimularetur. Inde rumor, parari exitium: neque id imperatorem palàm audere, secretum ad perpetrandum quæri. Sed Cæsar quò [145] famam auerteret, adesse frequens senatui, legatosque Asiæ ambigentes quánam in ciuitate [146] templum statueretur, pluris per dies audiuit. Vndecim vrbes certabant pari ambitione, viribus diuersæ. neque multum inter se distantiam memorabant, de vetustate generis, studio in populum Romanum, per bella Persi & Aristonici aliorumque regum. Verùm Hypæpeni Trallianique Laodicenis & Magnetibus simul tramissi, vt parùm validi. Ne Ilienses quidem, cùm parentem vrbis Romæ Troiam referrent, nisi antiquitatis gloriâ pollebant. paullùm addubitatum, quòd Halicarnassij mille & ducentos per annos nullo motu terræ nutauisse sedes suas, viuoque in saxo fundamenta templi adseuerauerant. Pergamenos (eo ipso nitebantur) æde Augusto ibi sitâ, satis adeptos creditum. Ephesij, Milesijque, hi Apollinis, illi Dianæ cærimoniâ occupauisse ciuitates visi. Ita Sardianos inter, Smyrnæosque deliberatum. Sardiani decretum Etruriæ recitauêre, vt consanguinei. nam Tyrrhenum Lydumque [147] Atye rege genitos, ob multitudinem diuisisse gentem. Lydum patrijs in terris resedisse; Tyrrheno datum nouas vt conderet sedes. Et ducum è nominibus indita vocabula, illis per Asiam, his in Italiâ: auctamque adhuc Lydorum opu-
C lentiam, missis in Græciam populis, [148] cui mox à Pelope nomen: simul litteras imperatorum, & icta nobiscum fœdera bello Macedonum, vbertatemque fluminum suorum, temperiem cæli, ac dites circùm terras memorabant. At Smyrnæi repetitâ vetustate, [149] seu Tantalus Ioue ortus, illos, siue Theseus diuinâ & ipse stirpe, siue vna Amazonum condidisset: transcendêre ad ea, quîs maximè fidebant in populum Romanum officijs,

Non impetrat.

Cap. 54. *Insidiæ in eum Seiani.*

Cap. 55. *Certamen Asiaticarum vrbium pro templo Augusti.*

Singularum argumenta & inductiones.

Cap. 56.

142. EX REP. PETERETVR. [*Cui, illo coniugio cum Augusti nepte, velut alterum caput dabatur. Ideò de* metu *sequitur, quem silentio dissimulauit.*

143. COMMENTARIIS AGRIPPINÆ FILIÆ.] *Quæ mulier perita & industria præter sexum. Citat eam Plinius indice libri* VII. *vocátque Agrippinam Claudij: scilicet vxorem. Et libro* VII. Neronem
D paullò antè principem, pedibus genitum parens eius scribit Agrippina. *Non pertinent ad hanc, vt vir doctus nuper censuit, Augusti laudes apud Suetonium cap.* LXXXVI. Et quâdam epistolâ Agrippinæ neptis ingenium collaudans: Sed opus est, inquit, dare te operam ne molestè scribas aut loquare. *Manifestus est ἀναχρονισμός. Pertinent ad matrem huius, quæ Augusto neptis: ista proneptis. Nec dubium, quin hæc quidem viuo Augusto planè adhuc puera.*

144. SERVIS TRAMISIT.] *Qui ad fulcra lecti, ex more.*

145. FAMAM AVERTERET.] *Et populi sermones alibi occuparet. Eo enim fine ipse in Senatu creber, & resluit riores actæ; ne vacare ipse priuatis videretur, néve populo de ijs loqui esset.*

146. TEMPIVM STATVERETVR.] *Illud, quod destinatum, Tiberio & Senatui, à communi Asiæ.*

147. ATYE REGE GENITOS.] *Atys Herculis & Omphales filius, è duobus filijs sorte iactâ alterum retinuit Lydum nomine, alterum in Italiam misit coloniæ deducendæ: cui nomen Tyrrhenus, & ab eo Tyrrhenia terra. Ita ferè Strabo libro* V. *conuenienter ad Taciti verba: & Tertullianus, De spectaculis,* Lydos ex Asiâ transuenas in Etruriâ consedisse Timæus refert, duce Tyrrheno, qui fratri successerat, (*lego*, cesserat, *siue*, secesserat) regni contentione. *Paullò diuersus tamen ab istis Dionysius lib.* I. *quem licet legas, Velleiumq; lib.* I.

148. CVI MOX A PELOPE NOMEN.] *Quem Pelopem vulgò Phrygem, Pausanias & quidem Lydum faciunt.*

149. SEV TANTALVS IOVE ORTVS.] *Variantes has sententias super conditâ Smyrnâ notabis passim. De Theseo & Athenienses, sensit Epigrammatarius lib.* IV. Εἰς εἰκόνα Πεισιστράτου. *vbi Athenienses hoc argumento Homerum sibi vindicant.*

Ἡ μέτερος δ' ἐκεῖνος ὁ χρύσεος ὦ πολίτης,
Εἴπερ Ἀθηναῖοι Σμύρναν ἀπῳκίσαμεν.

De Ama-

officijs, missâ nauali copiâ non modò externa ad bella, sed quæ in Italiâ tolerabantur: A
[150] seque primos templum vrbis Romæ statuisse, M. Porcio consule, magnis quidem iam Romani populi rebus, nondum tamen ad summum elatis, stante adhuc Punicâ vrbe, & validis per Asiam regibus. Simul L. Sullam testem adferebant, grauissimo in discrimine exercitus ob asperitatem hiemis, & pænuriam vestis, cùm id Smyrnam in concionem nuntiatum foret, omnes qui adstabant detraxisse corpori tegmina, nostrisque legionibus mississe. Ita rogati sententiam patres, Smyrnæos prætulerunt. censuitque Vibius Marsus, vt M. Lepido, cui ea prouincia obuenerat, super numerum legaretur, qui templi curam susciperet: & quia Lepidus ipse diligere per modestiam abnuebat, Valerius Naso è prætorijs sorte missus est. Inter quæ diu meditato, prolatoque sæpiùs consilio, tandem [151] Cæsar in Campaniam specie dedicandi templum apud Capuam Ioui, [152] apud Nolam Augusto; sed certus procul vrbe degere. Caussam abscessus quamquam secutus plurimos auctorum ad Seiani artes rettuli, quia tamen cæde eius patratâ, [153] sex posteà annos pari secreto coniunxit, plerumque permoueor, num ad ipsum referri verius sit, sæuitiam ac libidinem cùm factis promeret, locis occultantem. B Erant qui crederent, in senectute quoque corporis habitum pudori fuisse. [154] quippe illi prægracilis & incurua proceritas, nudus capillo vertex, vlcerosa facies, ac plerumque medicaminibus interstincta: & Rhodi secreto, vitare cœtus, recondere voluptates insuêrat. Traditur etiam matris impotentiâ extrusum, quam dominationis sociam aspernabatur; neque depellere poterat, cùm dominationem ipsam donum eius accepisset. Nam dubitauerat Augustus Germanicum sororis nepotem, & cunctis laudatum, rei Romanæ imponere: sed precibus vxoris euictus, Tiberio Germanicum, sibi Tiberium adsciuit. idque Augusta exprobrabat, reposcebat. Profectio arto comitatu fuit. vnus senator consulatu functus, Cocceius Nerua, cui legum peritia: eques Romanus, præter Seianum, ex

Vincunt Smyrnæi.

Cap. 57. *Tiberius Româ abit. Varij varias caussas dant: Seianum:*

Sæuitiam eius: Deformem formam:

Matrem.

Cap. 58. *Paucæ illius comites.*

De Amazone, quæ nomen Smyrnæ à se dederit, initio libri XIV. *Strabo. Ceterùm lapides nummiq; hoc opidum Zmyrnam scribunt, non vt obtinuit per Sigma.*

150. SE PRIMOS TEMPLVM VRBIS.] *Obseruabit Philologus. Accidit hoc anno vrbis* DLVIII. *Secuti exemplum sunt Alabandenses annis* XXIV. *circiter posteriùs. gloriantur apud Liuium, l.* XLIII. Alabandenses templum vrbis Romæ se fecisse commemorauerunt, ludosque anniuersarios ei Diuæ instituisse. *Prudentius de hâc Deâ:*

——colitur nam sanguine & ipsa
More deæ, nomenque loci ceu numen habetur:
Atque Vrbis Veneris que pari se culmine tollunt
Templa, simul geminis adolentur thura deabus.

Vbi vides commune Romæ templum in ipsâ vrbe cum Venere fuisse. Ad hanc quoque Diuam ille poëta:

Exaudi regina tui pulcherrima mundi
Inter sidereos Roma recepta polos.

Claudianus in monte Palatino collocat, lib. II. *De laudib. Stilic. vbi Prouincias facit Romæ supplicantes:*

Conueniunt ad tecta Deæ, quæ candida lucent
Monte Palatino.

151. CÆSAR IN CAMPANIAM.] *Vox abest sententiæ explendæ. Lego,* Cæsar ijt Campaniam.

152. APVD NOLAM.] *Loco vbi mortuus. Adi Dionem lib.* LVI. *in extremo: Suetonium cap.* XL.

153. SEX POSTEA ANNOS.] *Abijt vrbe Tiberius, anno* DCCLXXIX. *nec redijt: abijt vitâ* DCCXC. *Vndecim ergo abfuit continuos annos. Errorem Plutarchi non dissimulo, aut potiùs exscriptoris, Libello de exsilio: vbi legitur Tiberius septem annis Capreas inhabitasse. Verba sunt:* Τιβέριος δὲ Καῖσαρ ἐν Καπρέαις ἑπτὰ ἔτη διητήθη μεχρὶ δ τελευτῆς. *Falsum. Nec iuuerit eum, quod non statim Capreas secesserit. Vix enim in Campaniâ hæsit dimidiatum annum, vt liquet ex Cornelio nostro. Damna ergo lectionem, nisi mauis Plutarchum, & scribe,* δέκα, *vel* ἐνδέκα ἔτη. *Etiam in Suetonij loco, vbi de hac absentiâ, adhæresco, cap.* LI. Toto quidem triennio, quo viuente matre abfuit, semel omnino eam, nec ampliùs quàm vno die, ac paucissimis vidit horis. *& malim,* toto biennio. *Egressus enim Tiberius fine anni* DCCLXXIX. *obijt illa principio anni* LXXXII. *vt ex Tacito clarum. Non ergo fuerunt inter toti tres anni.* C

154. QVIPPE ILLI PRÆGRACILIS.] *Pugnat hæc delineatio, è diametro, cum Suetonij verbis:* Corpore fuit amplo atque robusto. staturâ, quæ iustam excederet. latus ab humeris & pectore: ceteris quoque membris vsque ad imos pedes æqualis & congruens. *De veritate, secundùm neutrum pronuntio. Quod sequitur,* Vlcerosa facies, ac plerumque medicaminibus interstincta: *explicat idem Suetonius* Facie honestâ, in quâ tamen crebri & subtiles tumores. *In cuius verbis vitium. quid enim est subtilis tumor? Libri aliquot Pulmanni nostri,* subiti tumores. *nihilo melius. At tu me duce scribe,* substilli tumores. *vel etiam,* substilles. *Non potuit magis aptiore verbo exprimi liquor saniesq;, quæ in eiusmodi tumoribus minutatim stillat. Ita Substillum Festo, tempus ante postq; pluuiam, quòd iam stillaret aut nondum desijsset. Tertullianus:* Aut imbres ruunt, & si qua missilia cum imbribus, dehinc substillum, & denuò sudum. *Cato De re rustică, in Stranguriâ vsurpat:* Nunc de ijs quibus ægrè lotium it, quibusque substillum est. D

155. CVR

A ex inlustribus [155] Curtius Atticus. ceteri liberalibus studijs præditi, fermè Græci, quorum sermonibus leuaretur. Ferebant periti cælestium, ijs motibus siderum excessisse Româ Tiberium, vt reditus illi negaretur. vnde exitij caussa multis fuit, properum finem vitæ coniectantibus, vulgantibusque. neque enim tam incredibilem caussam prouidebant, vt vndecim per annos libens patriâ careret. Mox patuit breue confinium artis, & falsi, veraque quàm obscuris tegerentur. nam in vrbem non regressurum, haut forte dictum: ceterorum nescij egere, cum propinquo rure, aut litore, & sæpè mœnia vrbis adsidens, extremam senectam compleuerit. Ac fortè illis diebus oblatum Cæsari anceps periculum, auxit vana rumoris: præbuitque ipsi materiem, cur amicitiæ constantiæque Seiani magis fideret. Vescebantur in [156] villâ, cui vocabulum Speluncæ, [157] mare Amuclanum inter Fundanosque montes, natiuo in specu. eius os lapsis repentè saxis, obruit quosdam ministros. hinc metus in omnes, & fuga eorum qui conuiuium celebrabant. Seianus [158] genu, vultuque & manibus super Cæsarem suspensus, opposuit sese incidentibus: atque habitu tali repertus est à militibus, qui subsidio venerant. Maior ex

B eo, & quamquam exitiosa suaderet, vt non sui anxius, cum fide audiebatur. Adsimulabatque iudicis partes aduersus Germanici stirpem, subditis qui accusatorum nomina sustinerent, maximeque insectarentur Neronem proximum successioni, & quamquam modestâ iuuentâ, plerumque tamen quid in præsentarium conduceret oblitum: dum à libertis & clientibus apiscendæ potentiæ properis exstimulatur, vt erectum & fidentem animi ostenderet: velle id populum Romanum: cupere exercitus: neque ausurum contra Seianum, qui nunc patientiam senis, & segnitiam iuuenis iuxtà insultet. Hæc atque talia audienti, nihil quidem prauæ cogitationis, sed interdum voces procedebant contumaces, & inconsultæ: quas adpositi custodes exceptas auctasque cùm

C deferrent, neque Neroni defendere daretur, diuersæ insuper solicitudinum formæ oriebantur. Nam alius [159] occursum eius vitare, quidam salutatione redditâ statim auerti, plerique inceptum sermonem abrumpere; insistentibus contrà inridentibusque, qui Seiano fautores aderant. Enimuerò Tiberius toruus, aut [160] falsum renidens vultu, seu loqueretur, seu taceret. iuuenis crimen ex silentio, ex voce: ne nox quidem secura, [161] cùm vxor vigilias, somnos, suspiria matri Liuiæ, atque illa Seiano patefaceret. qui fratrem quoque Neronis Drusum traxit in partes, spe obiectâ principis loci, si priorem ætate & iam labefactum demouisset. Atrox Drusi ingenium, super cupidinem potentiæ, & solita fratribus odia, accendebatur inuidiâ: quòd mater Agrippina promtior Neroni erat. neque tamen Seianus ita Drusum fouebat, vt non in eum quoque femina futuri exitij meditaretur: gnarus præferocem, & insidijs magis opportunum. Fine anni excessêre

Mira prædictio super emansione eius.

Cap. 59. *Periculum Cæsaris.*

Et Seiani impauida fides.

Nero iuueniliter incautus.

Cap. 60. *Et defertur ad Tiberium*

Cuius frater Drusus in fratrem armatur:

Cap. 61.

155. CVRTIVS ATTICVS.] *Est ille, quem lib.* VI. *subuersum artibus Seiani ait: & ad quem Ouidij Elegia* IV. *&* VII. *libri secundi De Ponto.*

156. VILLA, CVI VOCABVLVM SPELVNCÆ.] *Prætorium Suetonius appellat, more sui sæcli; quo omnes*

D *villæ elegantiores & non rustici vsus, Prætoria dictæ. Nomen illi à re, quia imposita vel adiuncta huic natiuæ speluncæ. Id secutos in positurâ villæ Romanos, docet Senecæ locus de villâ Vatiæ:* Speluncæ sunt duæ, *inquit,* magni operis, laxo atrio, paries manufactus *(scribo,* pares manufactis:) quarum altera solem non recipit, altera vsque in Occidentem tenet. *Ceterùm hoc ipso in facto recensendo non sine censioæ Suetonium dimitto. cuius vulgati libri:* In Prætorio cui Spelunca nomen erat, incænante eo, complura & ingentia saxa fortuitò supernè delapsa sunt. *& aio rescribendum:* in cænantem eum. *Addo, hodieq; nomen manere, & opidulum esse: extremis montibus Fundanis, ad mare adiacens.*

157. MARE AMVCLANVM INTER.] *Amyclæ duplices. Alteræ Laconum quæ silentio perierunt, vt paræmia est: altera Italorum, inter Caietam & Tarracinam, quas à Serpentibus deletas crediderunt Solinus Pliniusq;. Ab his Amyclis, mari illi nomen.*

158. GENV, WLTVQVE.] *Hæc positio facilè capitur, si cogitas iacentem in lecto Tiberium: vt solent vescentes. Ipse igitur tali habitu super eum, vt tueretur.*

159. OCCVRSVM EIVS VITARE.] *Pulchra & graphica descriptio eorum, qui amant, metuunt; volunt, nolunt iungi. Et simillima in Sidonio, de sese delato ob Satyram* Alij tamen mihi plus quàm deceret ad genua volui; alij ne salutarent, fugere post statuas, occuli post columnas; alij tristes vultuosique iunctis mihi lateribus incedere.

160. FALSVM RENIDENS WLTV.] *Distinguo sic:* renidens vultu. seu loqueretur, seu taceret iuuenis; crimen ex silentio, ex voce. *Turbant vulgò.*

161. CVM VXOR.] *Iulia Drusi F quæ Neroni nupta: quamq; posteà Claudius, Messallinæ dolo, interfecit. Sueton. & Dio.*

162. ASI-

Agrippa & Haterij mors.

sêre insignes viri, [162] Asinius Agrippâ, claris maioribus quàm vetustis, vitaque non degener. Et [163] Q. Haterius familiâ senatoriâ, eloquentiæ quoad vixit celebratæ: monimenta ingenij eius haut perinde retinentur. Scilicet impetu magis, quàm curâ vigebat. vtque aliorum meditatio & labor in posterum valescit; sic Haterij canorum illud & profluens, cum ipso simul exstinctum est. A

Cap. 62. A. V. C. DCCXXC. M. Licinio, L. Calpurnio Coss. ingentium bellorum cladem æquauit malum improuisum. eius initium simul & finis extitit. Nam cœpto apud Fidenam amphitheatro, [164] Atilius quidam libertini generis, quo spectaculum gladiatorum celebraret, neque fundamenta per solidum subdidit, neque firmis nexibus ligneam compagem superstruxit: vt qui non abundantiâ pecuniæ, nec municipali ambitione, sed in sordidâ mercede id negotium quæsiuisset. Adfluxêre auidi talium, imperitante Tiberio procul voluptatibus habiti, virilis ac muliebris sexus, omnis ætas, ob propinquitatem loci effusius. vnde grauior pestis fuit, confertâ mole, dein conuulsâ, dum ruit intus, aut in exteriora effunditur: immensamque vim mortalium spectaculo intentos, aut qui circùm adstabant, præceps trahit atque operit. Et illi quidem quos B principium stragis in mortem adflixerat, vt tali sorte, cruciatum effugêre. Miserandi magis, quos abruptâ parte corporis, nondum vita deseruerat: qui per diem visu, per noctem vlulatibus & gemitu, coniuges aut liberos noscebant. Iam ceteri famâ exciti, hic fratrem, propinquum ille, alius parentes lamentari. etiam quorum diuersâ de causâ amici aut necessarij aberant, pauere tamen: neque dum comperto, quos illa vis perculisset, latior ex incerto metus. Vt cœpêre dimoueri obruta; concursus ad exanimos, complectentium, osculantium: & sæpè certamen, si confusior facies, & par forma aut ætas, errorem adnoscentibus fecerat. [165] Quinquaginta hominum milia, eo casu debilitata vel obtrita sunt. Cautumque in posterum senatusconsulto, ne quis gladiatorium munus ederet, cui minor * quadringentorum milium res; néve amphitheatrum imponeretur, nisi solo firmitatis spectatæ. Atilius in exsilium actus est. Ceterùm sub recentem cladem patuêre procerum domus, fomenta, & medici passim præbiti: fuitque vrbs C per illos dies, quamquam mœstâ facie, veterum institutis similis, qui magna post prœlia

Cap. 64. *Incendium Romæ atrox.*

saucios largitione, & curâ sustentabant. Nondum ea clades exoleuerat, cùm ignis violentia vrbem vltra solitum adfecit, deusto monte Cælio: feralemque annum ferebant, & ominibus aduersis susceptum principi consilium absentiæ, qui mos vulgo, fortuita ad culpam trahentes, ni Cæsar obuiàm isset, tribuendo pecunias ex modo detrimenti. Actæque ei grates apud senatum, ab inlustribus: famaque apud populum, quia sine ambitione, aut proximorum precibus, ignotos etiam & vltrò accitos munificentiâ iuuerat. Adduntur sententiæ, vt mons Cælius in posterum [166] Augustus appellaretur: quando cunctis circùm flagrantibus, sola Tiberij effigies sita in domo Iunij senatoris, inuio-

** Decem millia Philipp. census olim equester.*

Cæsar liberalitate mitigat.

Idq; magnâ strage hominum corruit

** Ipse rotam stringit muto sufflamine consul.*

162. ASINIVS AGRIPPA.] *Censeo filium Asinij Galli: ideoq; addit, clariores illi maiores, quàm vetustiores. Nam Asinia gens in lucem protracta ab Augusto, qui non iniuriâ extulit auum huius Pollionem.*

163. Q. HATERIVS, ELOQVENTIÆ CELEBRATÆ.] *Inter declamatores recenset Seneca pater, inuritq; eamdem notam quam hîc Tacitus.* Q. Haterius, *inquit*, pulcherrimam imaginem mouit. Cœpit enim subito quo solebat cursu orationis scribere (*vellem*, describere) quasi exaudiret aliquem tumultum, vastari omnia ac rapi, comburi incendijs villas, fugas agrestium. & cùm omnia implesset terrore, adiecit, Quid exhorruisti adolescens? socer tuus venit. *De eodem homine vitioq; corrigendus Seneca filius, epist.* XL. Namque Echeri cursum suis temporibus oratoris celeberrimi, longè abesse ab homine sano volo. *lege*, Nam Q. Hateri. *Elegans in hanc rem Augusti iocus*, Haterius noster *sufflaminandus est. *quod à curribus tractum. Ad hunc hominem Eusebiana ista refer in Chronicis:* Q. Haterius (*male in eo* Atherius) promptus & popularis orator, vsque ad XC. prope annum summo honore consenescit. D

164. ATILIVS QVIDAM LIBERTINI GENERIS.] *Ergóne permissum libertis edere ludos? Appâret. Suetonius tamen aliud indicare videtur Claudij cap.* XXVIII. *De Harpocrâ magnæ gratiæ apud Imp. liberto:* Cui, *ait*, lectîcâ per vrbem vehendi, spectaculaque publicè edendi ius tribuit. *Sed credo vetitum Romæ tantùm, non in municipijs coloniisque.*

165. QVINQVAGINTA HOMINVM MILIA.] *Nihil mutemus. Suetonius & Orosius viginti hominum millia periisse eo casu aiunt: noster quinquaginta, sed latiùs sumens, debilitatos non solùm obtritos.*

166. AVGVSTVS APPELLARETVR.] *Vide Suetonium, cap.* XLVIII.

167. CLAV-

A inuiolata manſiſſet. *Eueniſſe id olim* [167] *Claudiæ Quinctiæ, eiusque ſtatuam vim ignium bis elapſam, maiores apud ædem Matris deûm conſecrauiſſe. Sanctos acceptosque nùminibus Claudios: & augendam cærimoniam loco, in quo tantum in Principem honorem dij oſtenderint.* Haut fuerit abſurdum tradere, montem eum antiquitus Querquetulanum cognomento fuiſſe, quòd talis ſiluæ frequens, fecunduſque erat: mox Cælium appellitatum [168] à Cæle Vibennâ, qui dux gentis Etruſcæ, cùm [169] auxilium *appellatum ductauiſſet, ſedem eam acceperat à Tarquinio Priſco, ſeu quis alius regum dedit. nam ſcriptores in eo diſſentiunt. cetera non ambigua ſunt, magnas eas copias per plana etiam ac foro propinqua habitauiſſe, [170] vnde Tuſcum vicum è vocabulo aduenarum dictum. Sed vt ſtudia procerum, & largitio principis, aduerſum caſum ſolatium tulerant; ita accuſatorum maior in dies & infeſtior vis ſine leuamento graſſabatur. corripueratque [171] Varum Quinctilium, diuitem & Cæſari propinquum, Domitius Afer, Claudiæ Pulchræ matris eius condemnator;

B nullo mirante, quòd diu egens, & parto nuper præmio malè vſus, plura ad flagitia accingeretur. Publicum Dolabellam ſocium delationis exſtitiſſe, miraculo erat; quia claris maioribus, & Varo connexus, ſuam ipſe nobilitatem, ſuum ſanguinem perditum ibat. Reſtitit tamen ſenatus, & opperiendum imperatorem cenſuit. quod vnum, vrgentium malorum ſuffugium in tempus erat. At Cæſar dedicatis per Campaniam templis, quamquam edicto monuiſſet, ne quis quietem eius inrumperet, concurſuſque opidanorum diſpoſito milite prohiberentur; peroſus tamen municipia, & colonias, omniaque in continenti ſita, [172] Capreas ſe in inſulam abdidit, trium milium freto ab extremis

Statua eius intacta igni. Cap. 65. Cælij montis nomẽ, vnde? * appellatus Cap. 66. Quinctilius Varus accuſatur. Cap. 67. Tiberius Capreas conceſſit.

167. CLAVDIÆ QVINCTIÆ.] *Duo nomina gentilitia huic fœminæ? Non eſt Romanum Scribo,* Claudiæ Quintæ. *Tertia, Secunda, Quarta, Quinta, mulierum agnomina ab ordine naſcendi. Ita Liuio libro* XL. Calpurnius Piſo necatus à Quartâ Hoſtiliâ vxore dicebatur. *In vetuſto lapide,* QVARTA. LIVIA. *& alibi,* QVINCTA. NONIA. *Eóque exemplo hîc, Quinta Claudia. Iudicium meum firmat hiſtoria, quia Ap. Claudio huius patri quinque filiæ fuerunt. Cicero in Catone*: Quattuor robuſtos filios, & quinque filias Appius regebat, & ſenex & cæcus. *Malè ergo in ſcriptore de viris illuſtribus, Liuia Claudia. Quod ad hiſtoriam hanc, miraculumque: habes apud ſolum, niſi aberro, Valerium. lib.* I. *cap.* VIII. Poſſunt & illa miraculorum loco poni, quòd Q. Claudiæ ſtatua in veſtibulo templi Matris deûm poſita, bis eâ æde incendio conſumptâ, priùs P. Naſicâ Scipione, L. Beſtiâ; item M. Seruilio & L. Lamiâ Coss. in ſuâ baſi flammis intacta ſtetit.

168. A CÆLE VIBENNA.] *Mutant annales, in nomine. in tempore, in re. Nomen illi Cælem, noſter & Varro faciunt libro* IV. *Cælium, Dionyſius & Tabula Claudiana, quæ Lugduni. Tempus aduentus eius, ad Romulum Varro & Dionyſius rettulêre: ad Tarquinium, Tacitus & Claudius in tabulâ dictâ. Feſtus (vt Fragmenta ſunt) de Tarquinio item inſeruit: ſed diſpeſcuit nomen; & Cælem ac Vibennam facit duos fratres. In re ipsâ: Dionyſius Romam migraſſe eum, impulſum Romuli famâ; Tacitus, auxilij ferendi cauſsâ; Claudius, exactum variâ fortunâ pulſumque, deſcribunt. Tabulæ illius Claudianæ verba digna adſcribi.* Seruius Tullius, ſi noſtros ſequimur, captiuâ natus Ocreſiâ: ſi Tuſcos, Cæli quondam Viuennæ ſodalis fideliſſimus omniſque eius caſus comes, poſtquam variâ fortunâ exactus cum omnibus reliquijs Cæliani exercitus Etruriâ exceſſit, montem Cælium occupauit, & à duce ſuo Cælio ita appellitatus. Mutatoque nomine (nam Tuſcè Maſtarna ei nomen erat) ita appellatus eſt, vt dixi.

169. AVXILIVM APPELLATVM *TAVISSET.] *Hæc ſcriptura, aiunt, codicis Medicæi. Variè reſtituunt. Putem* tò appellatum, *è priore lineâ repetitum fruſtrà, delendumque. Ita legerim*, cùm auxilium tuliſſet.

170. VNDE TVSCVM VICVM.] *Aliter viſum Liuio, qui lib.* II. *cognominatum vult à reliquijs exercitus Porſenæ, qui è fugâ receperant ſe Romam, victi ad Ariciam à Cumanis.* Pars, *inquit*, perexigua duce amiſſo, quia nullum propius perfugium erat, Romam inermes & fortunâ & ſpecie ſupplicum delati ſunt. His locus ad habitandum datus, quem deinde Tuſcum vicum appellarunt. *Varro item leuiter diſſentit.* Hi poſt Cælis obitum, *inquit*, quòd nimis munita loca tenerent, neque ſine ſuſpicione eſſent, deducti dicuntur in planum. Ab eis dictus Vicus Tuſcus & ideò ibi Vortumnum ſtare, quòd is Deus Etruriæ. *De Vortumno quod ait, confirmat Propertius.*

Tuſcus ego, Tuſcis orior: nec pœnitet inter
Prœlia Volſcinos deſerüiſſe focos.

Vbi perperàm Volſcinos, quia Volſci in Etruriâ non fuerunt. Libri manuſſ. Volſanos. *quos ſequor, aut certè*, Volſinios.

171. VARVM QVINCTILIVM.] *Cenſeo filium eſſe infelicis patris, qui in Germaniâ cæſus. Sed quomodo Cæſari propinquus? Credo, quia Germanici filiam duxerat vxorem; Seneca libro* I. *Controu.* III. Declamauerat apud illum hanc controuerſiam Varus Quinctilius, tunc Germanici gener & prætextatus. *Itaque abſocer illi Tiberius fuit. An etiam propinquus aliâ de cauſsâ? Puto, quia Claudia Pulchra Vari mater, ſobrina Agrippinæ dicitur ſuprà. nec tamen vltrà repperi.*

172. CAPREAS.] *Scholiaſtes Iuuenalis, ad hæc*

Descripta ea insula.

tremis Surrentini promontorij diiunctam. Solitudinem eius placuisse maximè credide- A
rim, quoniam importuosum circa mare, & vix modicis nauigijs [173] pauca subsidia. ne-
que adpulerit quisquam, nisi gnaro custode. cæli temperies hieme mitis, obiectu montis
quo sæua ventorum arcentur. æstas in Fauonium obuersa, & aperto circùm pelago per-
amœna, prospectabatque pulcherrimum sinum, antequam Vesuuius mons ardescens
faciem loci verteret. Græcos ea tenuisse, Capreasque [174] Thelebois habitatas, fama tra-
dit. Sed tum Tiberius duodecim villarum nominibus, & molibus insederat; quantò
XII ibi Cæsaris villæ. intentus olim publicas ad curas, tantò occultior in luxus, & malum otium resolutus.
In loco occulto, occulta calumnia. Manebat quippe suspicionum & credendi temeritas, quam Seianus augere etiam in vr-
be suetus, acriùs turbabat, non iam occultis aduersum Agrippinam & Neronem insidijs.
quîs additus miles, nuntios, introitus, aperta, secreta, velut in annales referebat: vltro-
que struebantur, qui monerent perfugere ad Germaniæ exercitus, vel celeberrimo fori
effigiem diui Augusti amplecti, populumque ac senatum auxilio vocare. Eaque spreta
Cap. 68. ab illis, velut pararent, obijciebantur. Iunio Silano & Silio Neruâ Coss. fœdum B
A. V. C. DCCXXCI. anni principium incessit, tracto in carcerem [175] inlustri equite Romano Titio Sabino,
Titius Sabinus in carcerem datus: ob amicitiam Germanici. neque enim omiserat coniugem, liberosque eius percolere,
sectator domi, comes in publico, post tot clientes vnus; eoque apud bonos laudatus, &
* Petilius grauis iniquis. Hunc Latinius Latiaris, Porcius Cato, * Petitius Rufus, M. Opsius,
prætura functi adgrediuntur, cupidine consulatus; ad quem non nisi per Seianum adi-
Circumuentus turpi fraude. tus. neque Seiani voluntas, nisi scelere quærebatur. Compositum inter ipsos, vt Latiaris,
qui modico vsu Sabinum contingebat, strueret dolum, ceteri testes adessent: deinde
accusationem inciperent. Igitur Latiaris iácere fortuitos primùm sermones: mox lau-
dare constantiam; quod non, vt ceteri, florentis domus amicus, adflictam deseruisset:
simul honora de Germanico, Agrippinam miserans, differebat. Et postquam Sabinus,
vt sunt molles in calamitate mortalium animi, effudit lacrymas, iunxit questus; auden-
tiùs iam onerat Seianum, sæuitiam, superbiam, spes eius. ne in Tiberium quidem con-
uicio abstinet. Ijque sermones, tamquam vetita miscuissent, speciem artæ amicitiæ fa- C
cere. Ac iam vltrò Sabinus quærere Latiarem, ventitare domum, dolores suos quasi ad
Cap. 69. fidissimum deferre. Consultant quos memoraui, quónam modo ea plurium auditu
acciperentur. nam loco, in quem coibatur, seruanda solitudinis facies; & si ponè fores
adsisterent, metus visus, sonitus, aut fortè ortæ suspicionis erat. [176] Tectum inter & la-
quearia, tres senatores, haut minùs turpi latebrâ quàm detestandâ fraude, sese abstru-
dunt; foraminibus & rimis aurem admouent. Intereà Latiaris repertum in publico Sa-
binum, velut recèns cognita narraturus, domum & in cubiculum trahit: præteritaque
& instantia, quorum affatim copia, ac nouos terrores cumulat. Eadem ille, & diutiùs;
quando

poëtæ —augustâ Caprearum in rupe sedentis: Sedentis, *inquit*: significat & diuem turpiter vixis-
se Capreis Tiberium. *Corrige*, & diu & turpiter.

173. PAVCA SVBSIDIA.] *Id est, stationes & tutiora loca, in quibus naues subsidere, & suffugium habere possent.*

174. THELEBOIS HABITATAS.] *Ideò Theleboæ pro ipsis Capreis, Ausonio:*

——virideque resultant
Theleboæ.

Virgilius causam nominis tangit:

—Theleboûm Capreas dum regna teneret.

Emit, siue permutauit eas cum rep. Neapolitanorum Imp. Augustus, traditis earum vice Pithecusis, siue, vt Suetonius appellat, Aenariâ, Aug. cap. XCII. *Notat Dio* LII. *in extremo, & clarè Strabo lib.* V. Αἱ δὲ Κάπρεαι δύο πολίχνας εἶχον τὸ παλαιὸν, ὕστερον δὲ μίαν. Νεαπολῖται γὰρ τὴν ταύτῃ κατέχον, πολέμῳ δὲ ἀποβαλόντες τὰς Πιθηκούσας, ἀπέλαβον πάλιν, δόν- τος αὐτοῖς Καίσαρος τοῦ Σεβαστοῦ, τὰς δὲ Καπρέας ἴδιον ποιησαμένου κτῆμα. *Ab hac causâ ergo Capreæ in censu Cæsarum: quam Tiberius* XII. *villarum nominibus insedit, ait noster. Iis villis nomina fuisse* D
censeo XII. *deorum ex Suetonio, qui Capreis adsignat* Villam cui nomen Iouis, *cap.* LXV. *Sed & Pharus in eâ insulâ, vsui nautis. Idem,* Turris Phari terræ motu Capreis concidit. *quod ponit inter omina Tiberianæ mortis. Exstructa iterùm, ex his Statij versibus:*

Theleboumq; domos: trepidis vbi dulcia nautis
Lumina noctiuagæ tollit Pharus æmula Lunæ.

175. INLVSTRI EQVITE R. TITIO SABINO.] *Titum prænomen illi dat Plinius*: Ap. Iunio, *ait*, P. Silio Cos. Cùm animaduerteretur ex causâ Neronis, Germanici F. in T. Sabinum & Seruitia eius.

176. TECTVM INTER ET LAQVEARIA.] *Dicaq; auctores perdant tam scelestæ fraudis. cuius tamen*

A quando mæsta, vbi semel prorupêre, difficiliùs reticentur. Properata inde accusatio, missisque ad Cæsarem litteris ordinem fraudis, suumque ipsi dedecus narrauêre. Non alias magis anxia & pauens ciuitas,[177] egens aduersùm proximos. congressus, colloquia, notæ ignotæque aures vitari; etiam muta atque inanima, tectum & parietes circumspectabantur. Sed Cæsar[178] sollennia incipientis anni Kalen. Ianuarias, epistolâ precatus: vertit in Sabinum, corruptos quosdam libertorum, & petitum se arguens, vltionemque haut obscurè poscebat. nec mora, quin decerneretur. & trahebatur damnatus, quantum obductâ veste & adstrictis faucibus niti poterat, clamitans, *Sic inchoari annum, has Seiano victimas cadere. quò intendissent oculos, quò verba acciderent, fuga, vastitas: deseri itinera, fora: & quidam regrediebantur, ostentabantque se rursum, id ipsum pauentes, quod timuissent. Quem enim diem vacuum pœnâ,*[179] *vbi inter sacra & vota, quo tempore verbis etiam profanis abstineri mos esset, vincla & laqueus inducantur?*[180] *Non imprudentem Tiberium*

Cap. 70. *Kalendæ anni violantur.*

B

men exemplum ab Ephoris esse, moneo iuuentutem Pausaniam Spartæ regem, cùm ad Ephoros detulisset Argilius quidam proditionis, & occultæ cum Rege societatis, eamq; in rem litteras eius ostendisset: vt tamen ipsi coram ea audirent cognoscerentq;, commenti fraudem sunt, vt in templum perfugeret Argilius quasi ad aram. vbi Pausaniæ in os hæc exprobraret, apud conscium non negaturo: Ephori autem in occulto laterent, duplici quodam tabulato discluso. Pete hæc à Thucydide disertim narrante lib. I. *Nec dubitabis, quin perfidiæ nouum exemplum sit à facto illo.*

177. EGENS ADVERSVM PROXIMOS.] *Litterulâ additâ restituo:* tegens. *Dictio similis in Cicerone, pro Roscio,* Tecti esse ad alienos possumus: socium verò fallere quî possumus?

C 178. SOLLENNIA INCIPIENTIS ANNI.] *Illudit nobis vir doctus, dum interpretatur, Tiberium ipso Kalendarum die à Senatu populoq; strenas per epistolam exegisse. & id multis verbis. Quanto procliuius & verius erat dicere, Tiberium initio epistolæ præfatum (ita scripserim, quàm* precatum) *de Kalendis noui anni, quæ festæ & sacræ vulgò? Nec,* precatus, *damno sententiâ istâ: vt sacra auspiciaq; eius diei primâ epistolâ veneratus Cæsar sit. Ita suprà legi.* Sed principio litterarum veneratus deos. *Sanè dies ille, siquis alius, religiosus in vulgus. Plinius:* Primum incipientis anni diem lætis precationibus inuicem faustum ominamur. *Templa aperiebant, vota concipiebant pro suâ quisque publicaq; salute. Prudentius:*

——— Iano etiam celebri de mense litatur
Auspicijs epulisque sacris: quas inueterato,
D Heu miseri, sub honore agitât, & gaudia ducunt
Festa Kalendarum.

Vide & Ouidium in Fastis. Sed & ludi tum in palatio. Iulianus in Misopog. Εἶργω τὴν θεάτρων ἐμαυτὸν ὑπ' ἀβελτηρίας, οὐδ' εἴσω τ' αὐλῆς ὦδα δ' ἔχομαι τλὼ θυμέλλω, ἔξω δ' νεομηνίας τὰς ἔτας. *At de stipe strenisq; quæ est ratio? cùm adeò auersatus eum morem Tiberius sit, (homo aliàs abhorrens omnes eiusmodi vitæ amœnitates) vt plerumque extra vrbem Kalendis ipsis egerit, ne admitteret strenas. Clarè Dio:* Τότε δ' ἂν ἥνεκα ἔξω πως τ' νεμηνίας δ' ἦγε, καὶ ἵνα μηδένα τὴν ἀνθρώπων ἄχολον περί τε τὰς νέας ἀρχὰς καὶ περὶ τλὼ ἑορτλὼ ἔχοντα ποιῇ, ἢ καὶ ἀργύριον παρ' αὐτὴν λαμβάνῃ. Οὐδὲ γὰρ ἐδὲ τὸν Αὔγουστον ὅπι τότω ἐπῄνει, δι' τὸ πολλλὼ δυχέρειαν ἐν ἀωτῷ, πολλλὼ δὲ καὶ ἀνάλωσιν ἐπ' ἀντιδόσεως γίγνεσθ. *Religionem & auspicia Kalendarum illustrabit etiam hic. D.** *Maximi locus viri docti, vetusti, (æuum illius ante mille annos:) è Sermone cui titulus,* De Kalendis Ianuarijs increpatio. *In quo multa appositè in hanc vanitatem: & istud.* Nouum annum Ianuarias appellant Kalendas, cùm vetusto semper errore & horrore sordescant. Auspicia etiam vanissimi colligere se dicunt: ac statum vitæ suæ inanibus indicijs æstimantes per incerta auium ferarumque signa, imminentis anni futura rimantur: cùm vtique apud Deum solum sit notitia futurorum. *At de Epulis illo die, vide omnino epist.* LXIV. *D. Augustini ad Aurelianum.*

* Quamquam ista & Ambrosio tributa, vt multa alia.

179. VBI INTER SACRA ET VOTA.] *Nihil enim triste publicè priuatimq; primo illo die patrabant: nedum vt punirent. Plutarchus in Mario:* Καὶ προστελθὼν (ὁ Μάριος) αὐταῖς καλάνδαις Ι' ανουαρίαις, ἔτας ἀρχῆ, Σέξτον τινα Λικίννιον κατεκρήμνισεν. Ὁ κἀκείνοις τῇ πόλει τ αὐθις ἐδόκει κακῶν γεγονέναι σημεῖον μέγιστον. *Id est:* Progressusque Marius Calendis ipsis Ianuarijs, initio anni, Sextum quemdam Licinium de saxo iecit. quod & illis & vrbi impendentium malorum maximum visum præsagium. *Nec mirum si Romani diem illum eximium habuerint à pœnâ: quippe qui omnes dies festos. Seneca pater l.* V. *controuersiâ* IV. Accusatus est à fratre parricidij, & damnatus. Diebus festis intercedentibus, pœna ex lege dilata est. *Suetonius de Tiberij sæuitiâ:* Nullus à pœnâ hominum cessauit dies, ne religiosus quidem & sacer. *Philo Iudæus contra Flaccum:* Τοῖς ὀρθῶς πολιτευομένοις τὴν ἀρχόντων ἔθος ὄτι μηδένα κολάζειν τὴν κατακρίτων, ἄχρις ἂν αἱ ὄψεις αἱ ὁπφανεῖς ·χυέθλιοι καὶ πανηγύρεις αὗται τὴν ὁπφανῶν σεβασῶν διεξέλθωσιν. *Id est:* Bonis & benè administrantibus Præsidibus mos est, in neminem damnatum animaduertere, donec sollennes celebritates natalitijque dies Augustorum præterierint. *Similis Athenis lex, vt in morte Socratis Xenophon expressit.* Ἀνάγκη μὴν γὰ ἐγένετο ἀωτὴν μετὰ τ κρίσιν τριάκοντα ἡμέρας βιῶναι, ἀλλὰ τὸ Δήλια μὴν ἐκείνη τῷ μῆνος ἦ), τ δὲ νόμον μηδένα ἐᾶν δημοσίᾳ ὑποθνήσκειν, ἕως ἂν ἡ θεωρία ἐν Δήλῳ ἐπανέλθῃ. *Sed & videntur Romani etiam in bello, per Kalendas istas, abstinuisse ab armis. Subindicat Appianus* V. *Ciuilium:* Νουμηνίας δὲ ἔτας ἐς τ ὕπατον ἡμέραν ὕσης, φυλάξας ὁ Λεύκιος τ ἑορτλὼ, ὡς ἀμελείας τοῖς πολεμίοις αἰτίαν, ἐξεθορε νυκτὸς ὅπι τὰς πύλας ἀωτῆς.

180. NON IMPRVDENTEM.] *Scriptus codex,*

rium tantam inuidiam adijsse : quæsitum meditatumque, ne quid impedire credatur, quò minùs noui magistratus, quo modo delubra & altaria, sic carcerem recludant. Secutæ insuper litteræ, grates agentis, quòd hominem infensum Reip. puniuissent. adiecto, trepidam sibi vitam, suspectas inimicorum insidias, nullo nominatim compellato: neque tamen dubitabatur in Neronem & Agrippinam intendi. Ni mihi destinatum foret, suum quæque in annum referre; auebat animus anteire, statimque memorare exitus, quos [181] Latinius atque Opsius, ceterique flagitij eius repertores habuêre, non modò postquam C. Cæsar rerum potitus est, sed incolumi Tiberio. qui scelerum ministros, vt peruerti ab alijs nolebat; ita plerumque satiatus, & oblatis in eamdem operam recentibus, veteres & prægraues adflixit. verùm has atque alias sontium pœnas, in tempore trademus. Tum censuit Asinius Gallus, cuius liberorum [182] Agrippina matertera erat, petendum à Principe, vt metus suos senatui fateretur, amouerique sineret. Nullam æquè Tiberius, [183] vt rebatur, ex virtutibus suis quàm dissimulationem diligebat. eò ægriùs accepit, recludi quæ premeret: sed mitigauit Seianus, non Galli amore, verùm vt [184] contationes Principis aperirentur: gnarus lentum in meditando, vbi prorupisset, tristibus dictis atrocia facta coniungere. Per idem tempus [185] Iulia mortem obijt, quam neptem Augustus conuictam adulterij damnauerat, proiecerat que in insulam Trimerum; haut procul Apulis litoribus. Illîc viginti annis exsilium tolerauit, Augustæ ope sustentata: quæ florentes priuignos cùm per occultum subuertisset, misericordiam erga adflictos palàm ostentabat. Eodem anno Frisij transrhenanus populus pacem exuêre, nostrâ magis auaritiâ, quàm obsequij impatientes. Tributum ijs Drusus iusserat modicum, pro angustiâ rerum: vt [186] in vsus militares, coria boum pénderent non intentâ cuiusquam curâ, quæ firmitudo, quæ mensura: donec Olennius è primipilaribus, regendis Frisijs impositus, terga vrorum dilegit, quorum ad formàm acciperentur. Id alijs quoque nationibus arduum, apud Germanos difficiliùs tolerabatur, quîs ingentium belluarum feraces saltus, [187] modica domi armenta sunt. Ac primò boues ipsos, mox agros, postremò corpora coniugum aut liberorum, seruitio tradebant. Hinc ira & questus [188] & postquam non subueniebat, remedium ex bello. rapti qui tributo aderant milites, & patibulo adfixi. Olennius infensos fugâ præuênit, receptus castello [189] cui nomen Fleuum: & haut spernenda illîc ciuium sociorumque manus litora Oceani præsidebat.

Quod vbi L. Apronio inferioris Germaniæ proprætori cognitum, vexilla legionum è superiore prouinciâ, peditumque & equitum auxiliarium dilectos acciuit: ac simul vtrumque

Ministri scelerum, seriùs aut citiùs puniti. Cap. 71.

Tiberius recludi mentem suam indignatur.

Neptis Iuliæ mors.

Cap. 72. *Frisij rebellant.* *Auariter habiti.*

Seuiunt in Romanos præsidiarios.

Cap. 73. *L. Apronius it obuiàm.*

prudentem: *sed malè. Obijcit liberè Sabinus, De industriâ & consultò Tiberium hæc patrare, vt omnibus constaret, omni tempore omnia in reos licere. Ita nemo excusset, inquit, tamquam ignarus aut incogitans hunc diem polluisset.*

181. LATINIVS ATQVE OPSIVS.] *De Opsio in his libris nihil: de Latinio habes libro* VI.

182. AGRIPPINA MATERTERA ERAT.] *Nimirum quia Vipsania vxor Asinij, consanguinea Agrippinæ soror: id est, eodem patre Vipsanio natæ ambæ, diuersâ matre. Vide nostrum Stemma.*

183. VT REBATVR.] *Ad sequentia refer. Putabat hanc virtutem esse, non erat.*

184. CONTATIONES PRINCIPIS.] Contationes *non aptè aut rectè* aperiri *mihi dicuntur, siue quis mallet,* operiri. *Ego,* cogitationes, *magis scribam. Tum explico: Seianum mitigasse Tiberium, quia non nolebat frigus & lentitudinem illam excitari, ac cogitationes eius produci: vt denique voti sui compos fieret, duobus illis afflictis. quod præuidebat fore, vt Tiberius occultam adhuc iram promeret, & atroce facto ostenderet, cùm non vltrà lateret. Et sanè ita euênit, statimq; initio anni proximi duo illi (Agrippina & Nero) accusati & damnati. An quis etiam,* operiretur, *mallet? Tum esset, mitigasse ideò Seianum, quia nondum maturum videbatur sensus Principis aperiri, excusauitq; Asinium eius dicti: vt scilicet maius odium morâ conciperet, & denique tristibus factis efferret.*

185. IVLIA.] *Iuliæ filia, quæ nupta Aemilio Paullo. Scholiastes Iuuenalis in Sat.* VI. à barbaro relegatam *scribit: sed corrigendum,* ab auo.

186. IN VSVS MILITARES.] *Nempe ad scuta, ad tentoria militum, etiam ad machinarum paratum. Simile tributum in Bosphoro, tempore Græcanicorum Imperatorum, pensum Cedrenus docet, & appellat* τὰς σωτελείας τῆς βοός. *Addit autem (quàm verè, nescio)* Bosphoro inde nomen esse, ἀπὸ τὸ τελεῖν Ῥωμαίοις κατ' ἔτος ἀντὶ χρημάτων βόας: ab eo quòd penderent Romanis quotannis, pro pecuniâ, tributum boum. *Lego &* equos datos à Dalmatis, *in tributo: idq; medio & inferiore æuo.*

187. MODICA DOMI ARMENTA.] *Aliter est nostro æuo, & eminent.*

188. ET POSTQVAM NON SVBVENIEBAT.] *Legendum,* subueniebatur: *aut,* nemo subueniebat.

189. CVI NOMEN FLEVVM.] *Scriba in libris Histor.*

190. ALAM

A trumque exercitum Rheno deuectum, Frisijs intulit; soluto iam castelli obsidio, & ad sua tutanda digressis rebellibus. Igitur proxima æstuaria aggeribus & pontibus, traducendo grauiori agmini, firmat. atque interim, repertis vadis, [190] alam Caninefatem, & quod peditum Germanorum inter nostros merebat, circumgredi terga hostium iubet. qui iam acie compositi pellunt turmas sociales, equitesque legionum subsidio missos. Tum tres leues cohortes; ac rursum duæ; dein tempore interiecto, acriùs eques immissus. satis validi si simul incubuissent, per interuallum aduentantes, neque constantiam addiderant turbatis, & pauore fugientium auferebantur. Cethego Labeoni legato quintæ legionis, quod reliquum auxiliorum tradit. atque ille dubia suorum re, in anceps tractus, missis nuntijs vim legionum implorabat. Prorumpunt Quintani ante alios, & acri pugnâ hoste pulso, recipiunt cohortis alasque fessas vulneribus. Neque dux Romanus vltum ijt, aut corpora humauit: quamquam multi tribunorum præfectorumque & insignes centuriones cecidissent. Mox compertum à transfugis, nongentos Romano-
B rum apud lucum, quem Baduhennæ vocant, pugnâ in posterum extractâ, confectos: & aliam quadringentorum manum, occupatâ Cruptoricis quondam stipendiarij villâ, postquam proditio metuebatur, mutuis ictibus procubuisse. Clarum inde inter Germanos Frisium nomen: dissimulante Tiberio damna, ne cui bellum permitteret. Neque senatus in eo cura, an imperij extrema dehonestarentur: pauor internus occupauerat animos, cui remedium adulatione quærebatur. Ita quamquam diuersis super rebus consulerentur, aram Clementiæ, aram Amicitiæ, effigiesque circùm Cæsaris ac Seiani censuêre: crebrisque precibus efflagitabant, visendi sui copiam facerent. Non illi tamen în vrbem, aut propinqua vrbi digressi sunt: satis visum, omittere insulam, & in proximo Campaniæ adspici. eò venire patres, eques, magna pars plebis, anxij erga Seianum; cuius durior congressus, atque eò per ambitum, & societate consiliorum parabatur. Satis constabat auctam ei adrogantiam, fœdum illud in propatulo seruitium spectanti. quippe Romæ, sueti discursus: & magnitudine vrbis, incertum, quod quis-
C que ad negotium pergat. Ibi campo aut litore iacentes, nullo discrimine noctem ac diem, iuxta gratiam aut fastus ianitorum perpetiebantur: donec idque vetitum. & reuenêre in vrbem trepidi, quos non sermone, non visu dignatus erat: quidam malè alacres, quibus infaustæ amicitiæ grauis exitus imminebat. Cap. 74. Ceterùm Tiberius neptem Agrippinam, Germanico ortam, cùm coràm Gn. Domitio tradidisset, in vrbe celebrari nuptias iussit. In Domitio, super vetustatem generis, propinquum Cæsaribus sanguinem dilegerat. Nam is [191] auiam Octauiam, & per eam Augustum auunculum præferebat. Cap. 75.

Parùm prouidus, aut felix.

Clades duplex Romanorum.

Dissimulata Tiberio.

Seiani potentia, & fastus.

Agrippina nubit Domitio.

190. ALAM CANINEFATEM.] *Cuius mentio Vulsinij in lapide.* PRÆF. EQVITVM. ALÆ. PRIMÆ. CANNANEFATVM.

191. AVIAM OCTAVIAM.] *Quia filius L. Domitij ex Antoniâ maiore. Antonia autem ex Octauiâ & M. Antonio fata. Auunculus ergo maior illi Augustus. Est autem hic Domitius, qui pater Principis Neronis.*

C. CORNELII TACITI AB EXCESSV DIVI AVGVSTI ANNALIVM LIBER V.

BREVIARIVM LIBRI.

IVIA *Augusta moritur : eoque Seiani potentia crescit. Agrippina & Nero Principis litteris accusantur. Nec multò pòst Seianus ipse, detectâ cupidine imperij, peruertitur : cum magnâ amicorum eius strage. (Quæ omnia Tacito singillatim tradita æuum aboluit.) Falsus apud Cycladas Drusus se ostendit. sed diligentiâ & astu Poppæi Sabini capitur. Hæc gesta annis circiter tribus,*

C. RVBELLIO GEMINO. C. FVFIO GEMINO
M. VINVCIO QVARTINO. C. CASSIO LONGINO Coss.
TIBERIO CÆSARE V. L. ÆLIO SEIANO

Cap. I. A. V. C. DCCXCII. *Mors Iuliæ, & de eâ elogium.*

RVBELLIO & Fufio Coss. quorum vtrique Geminus cognomentum erat, [1] Iulia Augusta mortem obijt, ætate extremâ, nobilitatis per Claudiam familiam, & adoptione [2] Liuiorum Iuliorumque clarissimæ. primum ei matrimonium & liberi fuêre, cum Tiberio Nerone : qui bello Perusino profugus, pace inter Sex. Pompeium ac triumuiros pactâ, in vrbem redijt. Exin Cæsar cupidine formæ aufert marito, incertum an inuitam, adeò properus, vt ne spatio quidem ad enitendum dato, penatibus suis grauidam induxerit. Nullam posthac subolem edidit, sed [3] sanguini Augusti per coniunctionem Agrippinæ & Germanici adnexa, communes pronepotes habuit ; sanctitate domus priscum ad morem, comis vltrà quàm antiquis feminis probatum, mater impotens, [4] vxor facilis, & cum artibus mariti, simulatione filij benè composita. Funus eius modicum,

Funus.

COMMENTARIVS.

1. IVLIA AVGVSTA MORTEM OBIIT.] *De cuius vitæ annis dissensus est scriptorum. Plinius lib.* XIV. *cap.* VI. *annos ei tribuit* LXXXII. Iulia, *inquit*, Augusta LXXXII. annos vitæ Pucino rettulit acceptos, non alio vino vsa. *At Dio*: Ἐν τῷ αὐτῷ χρόνῳ, *ait*, ἡ Λιουία μετήλλαξεν, ἐξ καὶ ὀγδοήκοντα ἔτη ζήσασα. *Sed labor, vt Plinium è Dione corrigendum censeam.*

2. LIVIORVM IVLIORVMQVE.] *Duas ergo familias complexa per adoptionem Liuia. Ipsa enim è Claudijs, vnde & cognomen tenuit Drusillæ. Sed pater eius insertus adoptione in Liuios, quod hîc Tacitus voluit dictum. Nec aliter accipies quod scriptum extremo libro sexto :* Quamquam mater in Liuiam, & mox Iuliam familiam adoptionibus transierit. *Non enim ipsa, sed pater : cui nomen apud Velleium, Liuius Drusus Claudianus. Vocat simpliciter Dio libro* XLVIII. *Liuium Drusum : & cùm à Bruto stetisset, post pugnam Philippensem manus ait adtulisse sibi. Clara hæc è Suetonio, in Tib. cap.* III. Ex hac stirpe Claudiâ Tiberius Cæsar genus trahit, & quidem vtrumque : paternum à Tiberio Nerone, maternum ab Ap. Pulchro : qui ambo Appij Cæci filij fuerunt. Insertus est & Liuiorum familiæ adoptato in eam materno auo. *Ad quæ verba tamen interpretes conniuent.*

3. SANGVINI AVGVSTI.] *Nam Germanicus Druso ortus, Liuiæ sanguis : Agrippina, ex Iuliâ sanguis Augusti.*

4. VXOR FACILIS.] *Nemo meliùs explicauerit, quàm ipsa Liuia. cuius hoc inter apophthegmata Dio recenset :* Interrogante quodam, quâ ratione & arte Augustum ita sibi deuinxisset, ac pænè subiecisset? respondit : Οὐδὲν ἀνθρώπῳ τε ἀνειβῶς σωφρο-

A dicum, teſtamentum diu inritum fuit, laudata eſt pro roſtris à C. Cæſare pronepote, qui mox rerum potitus eſt. At Tiberius quòd ſupremis in matrem officijs defuiſſet, nihil mutatâ amœnitate vitæ, magnitudinem negotiorum per litteras excuſauit: honoreſque memoriæ eius ab ſenatu largè decretos, quaſi per modeſtiam imminuit, paucis admodum receptis, & addito, ne [5] cæleſtis religio decerneretur: ſic ipſam maluiſſe. Quin & parte eiuſdem epiſtolæ increpuit amicitias muliebres, Fufium conſulem obliquè perſtringens. is gratiâ Auguſtæ floruerat, aptus alliciendis feminarum animis, dicax idem, & Tiberium acerbis facetijs inridere ſolitus: quarum apud præpotentes in longum memoria eſt. Ceterùm ex eo [6] prærupta iam & vergens dominatio. nam incolumi Auguſtâ, erat adhuc perfugium: quia Tiberio inueteratum erga matrem obſequium; neque Seianus audebat auctoritati parentis anteire. Tunc velut frenis exſoluti proruperunt. miſſæque in Agrippinam ac Neronem litteræ; quas pridem adlatas & cohibitas ab Auguſtâ credidit vulgus. haut enim multum poſt mortem eius recitatæ ſunt. Verba inerant
B quæſitâ aſperitate: ſed non arma, non rerum nouarum ſtudium, amores iuuenum, & impudicitiam nepoti obiectabat. in nurum ne id quidem confingere auſus; adrogantiam oris & contumacem animum incuſauit, magno ſenatus pauore ac ſilentio: donec pauci, quîs nulla ex honeſto ſpes, & publica mala ſingulis in occaſionem gratiæ trahuntur, vt referretur poſtulauêre, promtiſſimo Cottâ Meſſallino cum atroci ſententiâ. ſed alijs à primoribus, maximeque à magiſtratibus, trepidabatur: quippe Tiberius etſi infensè inuectus, cetera ambigua reliquerat Fuit in ſenatu Iunius Ruſticus, [7] componendis patrum actis dilectus à Cæſare, eoque meditationes eius introſpicere creditus: is fatali quodam motu (neque enim antè ſpecimen conſtantiæ dederat) ſeu prauâ ſollertiâ, dum [8] imminentium oblitus incerta pauet, inſerere ſe dubitantibus, ac monere conſules ne relationem inciperent: diſſerebatque, breuibus momentis ſumma verti poſſe, [9] dandumque interſtitium pœnitentiæ ſenis. Simul populus effigies Agrippinæ ac Neronis gerens, circumſiſtit curiam; feſtiſque in Cæſarem ominibus, falſas litteras, & Principe inuito exitium domui eius intendi clamitat. ita nihil triſte illo die patratum. Ferebantur etiam ſub nominibus conſularium fictæ in Seianum ſententiæ, exercentibus pleriſque per occultum, atque eò procaciùs, libidinem ingeniorum. vnde illi ira violentior,

Cap. 2. *Tiberius etiam mortua parum æquus.*

Cap. 3. *Deterius iam imperium.*

Agrippina & Nero accuſati.

Quibus criminibus?

Anceps in hoc iudicio Senatus.

Cap. 4. *Quem ad mitiora inclinat Ruſticus.*

Etiam populi fauor.

C

σωφρονεῖσα, καὶ πάντα τὰ δοκοῦντα αὐτῷ ἡδέως ποιοῦσα, καὶ μήτε ἄλλοτι τῆς ἐκείνου πολυπραγμονοῦσα, καὶ τὰ ἀφροδίσια αὐτοῦ ἀθύρματα μήτε διώκουσα, μήτε αἰσθανομένη προσποιοῦσα: Ipſa eximiè pudica & ſobria; omnia eius mandata alacriter obiens; neque in facta eius alia inquirens, minimè autem in luſus amatorios, eoſque diſſimulans. *En facilitatem.*

5. CÆLESTIS RELIGIO.] *Quam tamen poſteà ei tribuit Claudius, effigie eius in templo Auguſti conſecratâ, ſacriſq;, quæ Veſtales facerent, inſtitutis: edicto etiam, vt per nomen eius feminæ iurarent. Dio* D *lib.* LX. *& Suetonius cap.* XI. *Claudij. Exſtant Nummi,* DIWS. AVGVSTVS. PATER. *caput radiatum, ara ante pedes: parte auersâ,* S. P. Q. R. DIVÆ. IVLIÆ. AVGVSTI FIL. *carpentum, cui ſubiuncti duo muli. Nec dubito, quin conſecrata hæc Iulia habitu & nomine Iunonis. Prudentius,*

Adiecere ſacrum, fieret quo * Liuia Iuno,
Non minùs infamis thalami ſortita cubile,
Quàm cùm fraterno caluit Saturnia lecto.

Quamquam eo nomine adfecta à poëtis etiam viua. Ouidius:

Cùm tibi contigerit vultum Iunonis adire.

Vt autem Liuia habitu Iunonis, ſic Druſilla à Caio conſecrata Veneris, cognomento Pantheæ. Auctor idem Dio LIX. *Quò refero inſcriptionem priſcam,*

VENERI. CÆLESTI
AVGVSTÆ. SACR.
NVMMIA. C. F. DORCAS
S. P. F. C.

6. PRÆRVPTA ET VERGENS.] *Ita repoſui. & intellego, cadentem aut præcipitem: non vltrà in ſtatu. Vulgo* vrgens, *quod ſæuum explicant, neſcio quo exemplo.*

7. COMPONENDIS PATRVM ACTIS.] *Duplicia Acta reperio, Senatus, Populiq;. Acta Senatus alio nomine, Commentarij Senatus, Tacito lib.* XV. *Acta populi, aliàs Diurna, aliàs Publica. Dixi diſtinctè de vtriſque, quia confundi video non à iuuentute, ſed & à doctis: dixi, inquam, in* EXCVRS. A.

8. IMMINENTIVM OBLITVS.] *Mala præſentia & pericula neglegit, præ futuris. Plus ſcilicet timebat ab heredibus, quos deſtinabat, quàm à Tiberio.*

9. DANDVMQVE INTERSTITIVM.] *In Florentino*: quandoque germanicis ſtitium pœnitentiæ ſenis. *Poſſet elici:* dandumque germanicis, interſtitium (*ſiue placet* ſpatium) pœnitentiæ ſenis. *Suadebat iſte, ſaltem vel Germanicorum memoriæ magnæ (Druſi aui, & filij, qui pater aut maritus horum) Germanicorum, inquam, memoriæ hoc largiendum, vt ſpatium eſſet pœnitentiæ ſenis. Poſſe enim illum ad bonam mentem redire, ſi tempus medium eſſet, nec iußio eius ſtatim patraretur. Sanè aliquid de Germanicis fuit: etſi locus fortaſſe non plenus.*

Libri vett. Iulia rectè ſi adoptionem ſpectes.

tior, & materies criminandi. *Spretum dolorem Principis,* [10] *ab Senatu desciuisse populum: audiri iam & legi nouas conciones, noua patrum consulta. quid reliquum, nisi vt caperent ferrum? & quorum imagines pro vexillis secuti forent, duces imperatoresque diligerent?* Igitur Cæsar repetitis aduersum nepotem & nurum probris, increpitaque per edictum plebe; questus apud patres, quòd fraude vnius senatoris imperatoria maiestas elusa publicè foret, integra tamen sibi cuncta postulauit. nec vltrà deliberatum, quò minùs non quidem extrema decernerent, id enim vetitum, sed paratos ad vltionem [11] vi principis impediri testarentur. [12] * Quattuor & quadraginta orationes super eâ re habitæ, ex quîs ob metum paucæ, plures adsuetudine, * [13] *mihi pudorem aut Seiano inuidiam allaturum censui.*

versa est fortuna, & ille quidem collegam & generum adsciuerat, sibi ignoscit. ceteri quem per dedecora fouêre, cum scelere infectantur.

miserius sit ob amicitiam accusari, an amicum accusare, haut discreuerim, [14] * *non crudelitatem, non* * *clementiam cuiusquam experiar, sed liber & mihi ipsi probatus antibo periculum. vos obtestor, ne memoriam nostri per mærorem quàm læti retineatis, adijciendo me quoque ijs, qui fine egregio publica mala effugerunt.* [15] Tunc singulos, vt cuique adsistere, alloqui animus erat, retinens aut dimittens, partem diei absumsit. multoque adhuc cœtu, & cunctis intrepidum vultum eius spectantibus, cùm supersse tempus nouissimis crederent, gladio quem sinu abdiderat incubuit. Neque Cæsar vllis criminibus aut probris defunctum insectatus est, [16] cùm in Blæsum multa fœdaque incusauisset. [17] Relatum inde de P. Vitellio, & Pomponio Secundo. illum indices arguebant, claustra ærarij, cui præfectus erat, & militarem pecuniam rebus nouis obtulisse: huic à Consdio præturâ functo obiectabatur * Velij Galli amicitia, qui punito Seiano, in hortos Pomponij quasi fidissimum ad subsidium perfugisset. neque aliud periclitantibus auxilij, quàm [18] in fratrum constantiâ fuit, qui vades exstitêre. mox crebris prolationibus spem ac metum iuxtà grauatus Vitellius, petito [19] per speciem studiorum scalpro, leuem ictum venis intulit, vitamque ægritudine animi finiuit. At Pomponius multâ morum elegantiâ, & ingenio illustri, dum aduersam fortunam æquus tolerat, Tiberio superstes fuit. Placitum posthac, vt in reliquos Seiani liberos aduerteretur: vanescente quamquam plebis irâ, ac plerisque per priora supplicia lenitis. Igitur portantur in carcerem, filius imminentium intelligens, [20] puella adeò nescia, vt crebrò interrogaret, *quod ob delictum, & quò traheretur? neque facturam vltrà. & posse se puerili verbere moneri.* Tradunt temporis eius auctores, quia [21] triumuirali supplicio affici virginem inauditum habebatur, à carnifice laqueum

Cap. 5. *Cæsar agerrimè accipit.*

Cap. 6. * Magnus hiatus historiæ. desunt triennij ferè gesta.

Etiam virguncula: heu, per scelus priùs violata.

Cap. 7.

Cap. 8. *Vitellius & Pomponius accusati.*

* Ælij. cuius gentis cognomen Gallus.

Ille se interficit: Hic moram trahit, & superuiuit.

Cap. 9. *Liberi Seiani puniti*

10. AB SENATV.] *Distingue contra vulgus*, spretum dolorem principis ab Senatu, desciuisse populum.

11. VI PRINCIPIS IMPEDIRI TESTARENTVR.] *Malum tuum, Corneli, fatum! Non paginæ aliquot, sed libri hîc perierunt, quibus gesta ferè triennij continebantur, de Agrippinæ liberûmq; eius exitu, de Seiani spe conatuq;, de eiusdem cum agmine amicorum strage, de Liuiæ flagitijs & morte. ad summam, flos quasi historiæ tuæ. Adeò bonis illis patribus cura otiumq; fuit describere Orosios & Vopiscos, & huiusmodi quisquilias, præ tuo auro.*

12. QVATTVOR ET QVADRAGINTA ORATIONES.] *Quæ præcunt, gesta sunt Fusio & Rubellio Coss. initio anni: hæc autem C. Memmio Regulo & Fulcinio Trione. Ita interciderunt acta pleraque anni* DCCLXXXII. *acta omnia anni sequentis, quo Coss. M. Vinucius & L. Cassius. Item huius anni, quo ex Kal. Maij suffecti Tiberio & Seiano Consules Regulus & Trio.*

13. MIHI PVDOREM, AVT.] A' ἀποσιώπητον *ex oratione cuiuspiam damnandi ob Seianum, vti & sequens membrum.*

14. NON CRVDELITATEM.] *Magni animi voces, vel abrupti. & similes à Vibio Virio prolatæ, quem Liuius suâ manu moriturum ita loqui facit, l.* XXVI. Cruciatus contumeliasque, quas sperat hostis, dum liber, dum mei potens sum, effugere morte præterquam honesta, etiam leui, possum.

15. TVNC SINGVLOS.] *Quis iste? dignus erat quem nossemus, ob constantiam mortis.*

16. CVM IN BLÆSVM.] *Mallem deletâ voculâ,* Cùm Blæsum.

17. RELATVM INDE DE P. VITELLIO.] *Vide Suetonium Vitellij cap.* II.

18. IN FRATRVM CONSTANTIA.] *Suetonius ita narrat, vt de vno fratre modò dicat.* Publius, *inquit,* post Præturæ honorem, inter Seiani conscios arreptus, & fratri in custodiam datus, scalpro librario venas incidit: & obligari se passus, in eâdem custodiâ morbo perijt.

19. PER SPECIEM STVDIORVM.] *Doctus enim fuit, & scripta reliquit. Tertullianus De animâ:* In Vitellij commentarijs conditum est.

20. PVELLA ADEÒ NESCIA.] *illa ipsa quæ sponsa Claudij filio, vt hîc notat Dio.*

21. TRIVMVIRALI SVPPLICIO AFFICI VIRGINEM.] *Triumuiri, qui aliàs Iudices capitales, prorsus*

A laqueum iuxtà compreſſam: exin obliſis faucibus, id ætatis corpora in Gemonias abiecta. Per idem tempus Aſia atque Achaia exterritæ ſunt, acri magis, quàm diuturno rumore, Druſum Germanici filium apud Cycladas inſulas, mox in continenti viſum. & erat iuuenis haut diſpari ætate, quibuſdam Cæſaris libertis velut agnitus, per dolumque comitantibus. Alliciebantur ignari famâ nominis, & promtis Græcorum animis ad noua & mirâ. [22] quippe lapſum cuſtodiâ, pergere ad paternos exercitus, Ægyptum aut Syriam inuaſurum fingebant ſimul, credebantque. Iam iuuentutis concurſu, iam publicis ſtudijs frequentabatur, lætus præſentibus & inanium ſpe; cùm auditum id Poppæo Sabino. Is Macedoniæ tum intentus, [23] Achaiam quoque curabat. Igitur quò vera ſeu falſa anteiret, [24] Toronæum Thermæumque ſinum præfeſtinans, mox Eubœam Ægæi maris inſulam, & Piræum Atticæ oræ, dein Corinthienſe litus, anguſtiaſque Iſthmi euadit: marique alio Nicopolim Romanam coloniam ingreſſus, [25] ibi demum cognoſcit. ſollertiùs interrogato, quis nam foret? dixit ſe M. Silano genitum, & multis ſectatorum dilapſis, aſcendiſſe nauem, tamquam Italiam peteret. ſcripſitque hæc Tiberio: B [26] neque nos originem finémve eius rei vltrà comperimus. Exitu anni, diu aucta diſcordia conſulum erupit. nam Trio facilis capeſſendis inimicitijs & foro exercitus, vt ſegnem Regulum ad opprimendos Seiani miniſtros obliquè perſtrinxerat: ille niſi laceſſeretur modeſtiæ retinens, non modò retudit collegam, ſed vt noxium coniurationis ad diſquiſitionem trahebat. Multiſque patrum orantibus, ponerent odia in perniciem itura, mansêre infenſi ac minitantes, donec magiſtratu abirent.

Cap. 10. *Pſeudo Druſus.*

Quem Salinus capit.

Cap. 11.

prorſus ijdem Romæ qui vndecimuiri Athenis. Munus eorum præeſſe carceri, punire damnatos: itemq; cognoſcere de furtis admiſſiſq; ſeruorum aut eiuſmodi viliorum capitum ad Mæniam columnam. Quod idem in Athenienſibus fuiſſe, diſco ex Suidâ. Ἐνδεκα, *inquit,* ἀρχὴ ἐν Ἀθήναις ἐπιμελομένη τῆς ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ κατακειτων, ἐφ' ᾧ ἀνήγοντο οἱ κλέπται καὶ οἱ ἀνδραποδισαί. *Nec ambigo quin Romanis exemplum inde. Alia de his habes apud Reuardum* II. *Varior. & Fabrum, quæ non recoquam ego. Sed cur ait inauditum virginem adfici triumuirali ſupplicio, id eſt laqueo? Id quidem ita ceperim quaſi non ſimpliciter virginem dixerit, ſed impubem inueſtemq;. Lex enim non tam virginitati ignotum cautumq; voluit, quàm ætati. Ita nec pueros interfici fas, niſi togâ ſumptâ & relatos in viros. Hinc apud Dionem ſcriptum, à Triumuiris in proſcriptione iuſſum puerum quemdam Togam virilem ſumere, vt ſcilicet iure poſſet interfici,* l. XLVII. Καὶ ἄλλα τε, *ait,* δι' ἃ τοῦτο πολλὰ παρενομήθη, καὶ παιδίσκον τινὰ ἐς ἐφήβους ἐσήγαγον, ἵν' ὡς εἰς ἄνδρας ἤδη τελῶν ἀποθάνῃ. *Appuleius* II. *apol. de puero præcoci malitiâ.* Hoc magis noxius, quòd cum veniâ pernicioſus eſt: & nondum pœnæ, iam iniuriæ ſufficit. *Quam cauſſam & hîc ſubeſſe arbitror, vt compreſſa deuirginataq;, mulier videretur & plena annis.*

22. QVIPPE LAPSVM.] *Fortè,* elapſum.

23. ACHAIAM QVOQVE CVRABAT.] *Ex decreto illo, lib.* I. *quo* Achaiam & Macedoniam onera deprecantes leuari proconſulari imperio, tradiſque Cæſari placuit.

24. TORONÆVM THERMÆVMQVE SINVM.] *Quorum ille ad Toronem Macedoniæ vrbem; hic iuxta Macedoniam, Axij fluuij receptor.*

25. IBI DEMVM COGNOSCIT.] *Locus inter mancos. Nec enim vbi aut quomodo deprehenſus fugitiuus ille, narratum. Poſt,* cognoſcit, * *ergo ponenda nota. Et ſtatim ſcribe,* interrogato.

26. NEQVE NOS.] *At reppererunt Zonaras & Dio, qui miſſum eum ad Tiberium tradiderunt, Caligulæ nuptias Antij celebrantem.*

C. COR-

C. CORNELII TACITI
AB EXCESSV DIVI AVGVSTI
ANNALIVM LIBER VI.

BREVIARIVM LIBRI.

TIBERII *arcanæ & fœdæ libidines. Multorum accusationes: interque eos M. Terentij equitis R. cuius libera & egregia defensio inserta. L. Pisonis Præfecti vrbis mors & funus: & per occasionem de origine eius muneris & progressu. De Sibullarum carminibus recipiendis consultatio: & quæ in ijs cautio. Seditio Romæ ob grauitatem annonæ. Germanici duæ filiæ nuptum datæ, L. Cassio, & M. Vinicio. Fœneratores accusati. repressæ vsuræ. & liberalitate Cæsaris fides multorum refecta. Iterùm accusationes maiestatis: & vno edicto omnes conscij Seianianæ coniurationis necati. C. Cæsar Caligula Claudiam vxorem accipit: eius mores & callida simulatio in auum. Tiberij præsagium de Ser. Galbâ: & per caussam eam de Mathematicis aliquid & Thrasullo. Drusi Germanici filij miseranda mors: item Agrippinæ. Nerua Iureconsultus inediâ voluntariâ obijt. aliquot aliorum inlustrium mortes. Phœnix in Ægypto visa, & super eâ veterum narrationes ac iudicia. Accusationes variæ & mortes. Parthorum legati in vrbem venêre, ad nouum regem petendum. & Tiberius vnum, deinde alterum misit. L. Vitellius Orienti præfectus: eiusque ingenium. Prælia inter Armenios & Parthos. Artabanus regno exutus, & in Scythiam profugus, cui Teridates sufficitur Vitellij consilio & armis. At Romæ illustrium damnationes & mortes. Clitæ Cappadoces regi suo rebelles & repressi. Teridates rex discidio procerum pellitur, & Artabanus in regnum iterùm accîtur. Romæ incendium atrox: quod Cæsar liberalitate suâ mitigauit. Tiberij deliberatio de successore: eiusque morbus & mors. Gesta hæc annis circiter sex,*

CN. DOMITIO. M. FVRIO CAMILLO
SER. SVLPICIO GALBA. L. CORNELIO SVLLA
PAVLLO FABIO PERSICO. L. VITELLIO COSS.
C. CESTIO GALLO. M. SERVILIO RVFO
Q. PLAVTIO. SEX. PAPINIO
CN. ACERRONIO. C. PONTIO

Cap. 1. CN. DOMITIVS & Camillus Scribonianus consulatum inierant; cùm Cæsar, tramisso quod Capreas & Surrentum interluit freto, Campaniam prælegebat, ambiguus an vrbem intraret: seu quia contrà destinauerat, speciem venturi simulans. & sæpè in propinqua digressus, aditis [2] iuxta Tiberim hortis, saxa rursum & solitudinem maris repetijt, pudore scelerum & libidinum: quibus adeò indomitis exarserat, vt more regio pubem ingenuam stupris pollueret. nec formam tantùm & decora corpora; sed in his modestam pueritiam, in alijs imagines maiorum, incitamentum cupidinis habebat. Tuncque primùm ignota antè vocabula reperta sunt, [3] sellariorum & spintriarum, ex fœditate loci ac multiplici patientiâ. præpositique serui qui quærerent, pertraherent. dona in promtos, minas aduersum abnuentes; & si retinerent propinquus aut parens, vim, raptus, suaque ipsi libita velut in captos exercebant. At Romæ principio anni, quasi recèns cognitis Liuiæ flagitijs, ac non pridem etiam punitis, atroces sententiæ dicebantur, [4] in effigies quoque

A. V. C. DCCLXXXV. Tiberius Romam adit, non init.

Capreas redit.

Ili libidines fœdè exercet.

Cap. 2. *Decreta in Seianum & Liuiam.*

ac

A ac memoriam eius. & bona Seiani ablata ærario, vt in fiscum cogerentur, [5] tum rettulêre Scipiones. Hæc & Silani & Cassij, ijsdem fermè aut paullùm immutatis verbis adseueratione multâ censebant; cùm repentè Togonius Gallus, dum ignobilitatem suam magnis nominibus inserit, per deridiculum auditur. Nam Principem orabat diligere senatores, ex quîs viginti sorte ducti & ferro accincti, quoties curiam inisset, salutem eius defenderent. crediderat nimirùm epistolæ, subsidio sibi alterum ex consulibus poscentis, vt tutus à Capreis vrbem peteret. Tiberius tamen ludibria serijs permiscere solitus, egit gratias beneuolentiæ patrum: *sed quos omitti posse? quos diligi? semper ne eosdem an subinde alios? &* [6] *honoribus perfunctos, an iuuenes? priuatos, an è magistratibus? Quam deinde speciem fore, sumentium in limine curiæ gladios? neque sibi vitam tanti, si armis tegenda foret.* Hæc aduersus Togonium, verbis moderans: neque vltrà abolitionem sententiæ suadere. At Iunium Gallionem, qui censuerat vt prætoriani actis stipendijs, ius

B apiscerentur [7] in quattuordecim ordinibus sedendi, violenter increpuit; velut coràm rogitans, *quid illi cum militibus?* [8] *quos neque dicta imperatoris, neque præmia nisi ab imperatore accipere par esset. Reperisse prorsus, quod diuus Augustus non prouiderit. an potiùs discordiam & seditionem à satellite Seiani quæsitam? quâ rudes animos, nomine honoris, ad corrumpendum militiæ morem propelleret.* Hoc pretium Gallio meditatæ adulationis tulit, statim curiâ, deinde Italiâ exactus. & quia incusabatur facilè toleraturus exsilium, dilectâ Lesbo insulâ, nobili & amœnâ, retrahitur in vrbem, [9] custoditurque domibus magistratuum.

Togonij adulatoria sententia.

Refutata Tiberio.

Cap. 3. *Altera Gallionis. Acerrimè increpita.*

Imò & punita.

COMMENTARIVS.

C 1. TENITIVM *sexti libri arbitrario hîc iure constitui, non certo. Cui enim probes tantam vim rerum, quantam dixi, trienniq; gesta vno libro cum sequentibus inclusa fuisse? Secreui igitur. non quia liqueret mihi initium in his demùm verbis faciundum: sed quia magnitudinem resq; gestas æstimanti, ita videbatur. Denique vt scires saltem, hunc vulgò quintum librum in duos esse tribuendum.*

2. IVXTA TIBERIM HORTIS.] *Hortos Cæsaris accipio, de quibus Horat.*

Trans Tiberim longè cubat is prope Cæsaris hortos.

Ii vicini Naumachiæ fuerunt, siquidem eâdem de re Suetonius Tiber. c. LXXII. Bis omnino toto secessus tempore Romam redire conatus, semel triremi vsque ad proximos naumachiæ hortos subuectus est, dispositâ statione per ripas Tiberis, quæ ob-

D uiàm prodeuntes submoueret. *Vide ijs de hortis & Sueton. Iulio, cap.* LXXXIII.

3. SELLARIORVM ET SPINTRIARVM.] *Vide si lubet Suetonium Tiber. cap.* XLIII. *& Turnebum l.* V. *cap.* I. *Qui tamen non satis explicant, cur Sellarij dicti à fœditate loci. Sed ego non violo te Pudor.*

4. IN EFFIGIES QVOQVE AC MEMORIAM EIVS.] *Crebra talium mentio: disce semel hunc morem, si placet, è nostro* EXCVRSV. *in* A.

5. *TVM RETTVLERE SCIPIONES.] *Stigmatias locus non fruſtrà.* * *Desunt enim quædam. Vel hoc argumento, quòd rettulisse Scipiones dicit. ac relatio Consulum erat, censio tantùm Senatorum. Posit si fortè, legi:* vt in fiscum cogerentur coss. rettulêre. Scipiones hæc, & Silani & Cassij, *&c. Sed vt tectum sit, non sanatum vulnus.*

6. HONORIBVS PERFVNCTOS, AN IVVENES?] *Quidam ergo in Senatu, honoribus nondum functi. Quod manauit ab Augusto:* qui liberis Senatorum, quo celeriùs reip. adsuescerent, protenus virili togæ latum clauum inducere, & curiæ interesse permisit. *ait Sueton. Aug. c.* XXXVIII. *Tacitus Annali* XIII. Iulius Montanus Senatorij ordinis, sed qui nondum honorem capessisset. *Plura ibi.*

7. IN QVATTVORDECIM ORDINIBVS SEDENDI.] *Tamquam equites essent. Caussam sententia sumpsit à Primipilaribus, qui functi militiâ, Equites censebantur. Simile volunt in Prætorianis. Vide me in Milit. lib.* II. *Dial* VIII.

8. QVOS NEQVE DICTA IMPERATORIS.] *Hæret sententia, fortasse explicanda, si legas:* dicta non Imperatoris: *negatione insertâ.*

9. CVSTODITVRQVE DOMIBVS MAGISTRATVVM.] *Præter carcerem & custodiam militarem, custodia alia duplex: Apud Magistratus, & Apud vades. Apud Magistratus, cùm reus Consuli, Prætori, Aedili (interdum & Senatori, etiam non è Magistratu) committebatur. quod non nisi in reis illustrioribus vsurpatum, eaq; custodia libera dicta. Sallustius in Catilinario:* Senatus decreuit vti abdicato magistratu Lentulus itemque ceteri in liberis custodijs haberentur. itaque Lentulus P. Lentulo Spintheri, qui tum ædilis erat, Cethegus Q. Cornificio, Statilius C. Cæsari, Ceparius Cn. Terentio Senatori traduntur. *Cicero in Bruto:* Domi teneamus eam septam liberali custodiâ. *quasi si alia illa, seruilis. Iulius Firmicus:* In custodiâ quandoque, sed liberâ exponetur. *Et sanè hæc Libera, digniorum tantùm & plerumque Senatorum. Hieronymus contra Vigilantium:* Sint ergo non tetro aliquo carcere, sed amœnâ & liberâ custodiâ, tamquam patres quidam ordinis Senatorij. *Dio optimè lib.* LVIII. *de Asinio Gallo: qui hanc custodiam, φυλακὴν ἀδέσμον*

* Vide Disputat.

Sestius Paconianus * Paconianum.

tuum. Ijsdem litteris Cæsar [10] Sestium * Pagonianum prætorium perculit, magno pá- A
trum gaudio, audacem, maleficum, omnium secreta rimantem, dilectumque à Seiano, cuius ope dolus C. Cæsari pararetur. quod postquam patefactum, prorupêre concepta [11] per idem odia, & summum supplicium decernebatur, ni professus indicium foret. Vt verò Latinium Latiarem [12] ingressus est accusator Acrius, iuxtà inuisi, gratissimum spectaculum præbebatur. Latiaris, vt rettuli, præcipuus olim circumueniendi Titij Sabini, & tunc luendæ pœnæ primus fuit. Inter quæ Haterius Agrippa consules anni prioris inuasit, *cur mutuâ accusatione intentâ, nunc silerent?* [13] *metum prorsus & noxam conscientiæ pro fœdere haberi: at non patribus reticenda quæ audiuissent.* Regulus manere tempus vltionis, seque coram Principe exsecuturum: Trio æmulationem inter collegas, & si qua discordes iecissent meliùs oblitterari, respondit. Vrgente Agrippâ, [14] Sanquinius maximus è consularibus orauit senatum, ne curas Imperatoris, conquisitis insuper acerbitatibus augerent: sufficere ipsum statuendis remedijs. sic Regulo salus, & Trioni dilatio exitij quæsita. Haterius inuisior fuit, B
quia somno aut libidinosis vigilijs marcidus, & ob segnitiam, quamuis crudelem principem non metuens, inlustribus viris perniciem inter ganeum ac stupra meditabatur. Exin Cotta Messallinus, sæuissimæ cuiusque sententiæ auctor, eoque inueteratâ inuidiâ, vbi primùm facultas data, [15] arguitur pleraque, C. Cæsarem [16] quasi incestæ virilitatis, & cùm [17] die natali Augustæ [18] inter sacerdotes epularetur, [19] No-

Cap. 4. *Latinius Latiaris.*

Renouatur discidium inter Consules.

Maximus sedat.

Cap. 5. *Cotta Messallinus accusatur.*

μον vocat, id est liberam & sine vinclis. additq; πρός τε γὰρ τὴν ἀεὶ ὑπάτων ἐτηρεῖτο, ἔξω δ' τε τῶ Τιβερίε ἀρχῆς. Τότε γὰρ πρὸς τὴν σφετηγὼν ἐφυλάχθη, ἵνα μὴ φύγη, ἅμα Δί, ἀλλ' ἵνα μὴ τελοὐτήσῃ. *Id est,* Custodiebaturque semper à Consulibus, nisi cùm Tiberius Consul esset. tunc enim à Prætoribus obseruabatur, non herclè ne effugere, sed ne mori posset. *Sidonius* 1. *Epist. de Aruando*: In Capitolio custodiebatur à Flauio Asellio hospite, Comite sacrarum largitionum. *Custodia apud vades, cùm eorum periculo fideiussoribus reus tradebatur. Tacitus lib.* v. Nec aliud periclitantibus subsidij, quàm in constantiâ fratrum fuit, qui vades exstitêre. *Clariusq; de eâdem re Suetonius Vitell. cap.* 11. Publius post Prætura honorem inter Seiani conscios arreptus, & in custodiam fratri datus. *Vlpianus l.* 1. *De custod. reorum:* De custodiâ reorum æstimare Proconsul solet, vtrùm in carcerem recipienda sit persona, an militi tradenda, an fideiussoribus committenda. *Symmachus l.* 1. *Epist.* Statui vt Felix vadibus, qui Fulgentio non essent cogniti, traderetur.

10. SESTIVM PAGONIANVM.] *Sextius Paconianus scribitur infrà*: Nec dispares Trebellieni Rufi & Sextij Paconiani exitus.

11. PER IDEM ODIA.] *Emendo*, concepta pridem.

12. INGRESSVS EST ACCVSATOR ACRIVS.] *Restitui non malè*, aggressus est, accusator ac reus iuxtà inuisi. *Paconius & Latiaris odiorum duo nomina. Itaque gaudium patrum fuit perculso Paconio à Cæsare: gaudium alterum nominato, ab eo indice, Latiari.*

13. METVM PRORSVS ET NOXAM.] *Si examinas, stabis à Grosiotio legente:* noxæ conscientiam. *Ego etiam velim*, habere, *non*, haberi: *sententiâ volente.*

14. SANQVINIVS MAXIMVS.] *Verius vt grandiori litterâ notes*, Sanquinius Maximus, *vt sit eius gentis cognomen. Nam maximum æuo inter Consulares fuisse, non placet, nec verum est. Consul enim suffectus demùm fuit ante annos quattuor, Vrbis anno* DCCLXXXI. *Præfectum vrbis eum fuisse comperior sub Caio, ex Dionis corruptis verbis, libro* LIX. Τριάκοντα δὲ δὴ ἡμέρας ἦρξε, (*Caius videlicet*) καίτοι Λευκίῳ Α'ρρωνίῳ τῷ σωμάρχοντι ἐξ μῆνας ὑπερέψας, καὶ αὐτὸν Σανκίνιος Μάξιμος στολιαρχῶν διεδέξατο. *scribe,* Σαγκίνιος, *& hunc cape, qui tunc Præf. vrbi & secundùm Consul. Præfuit & inferiori Germaniæ, ex Tacito lib.* XI. Chauci nullâ dissensione domi, & morte Sanquinij alacres. C

15. ARGVITVR PLERAQVE * C. CÆSAREM.] *Ne hunc quidem locum, ex Ædilitio edicto, perhibeo sanum integrumq;. Remedium aliquod, si legas:* Arguitur pleraque: C. Cæsarem quasi incestæ virilitatis, & cum die natali Augustæ inter sacerdotes epularetur nouemdialem eam cœnam dixisset, *vt, inquam,* τὸ dixisset, *reducas etiam ad priora, statimq; eodem exemplo legas*, addidisset. *Sed metuo vt hæc, cum Aristophane, sit συκίνη ὑπαυρεία.*

16. QVASI INCESTÆ VIRILITATIS.] *Constabit sententia iocusq;*, Incertæ virilitatis. *Atque ita scribe. sic alibi*, Abdus ademtæ virilitatis. *Notat autem Caligulam quasi ambiguè virum, quique, vt Suetonius ait, pudicitiæ neque suæ neque alienæ peperceri. Infrà:* Siue composuerat quædam in C. Cæsarem vt impudicum, siue facto habita fides. *Iocus aliquis in verbis: quasi dicas Androgynum eum fuisse,* ἀμφοτέρων ἀφροδίτων τυφόμενον. D

17. DIE NATALI AVGVSTÆ.] *Imo verò*, Augusti. *Liuiæ quidem natalem post mortem eius epulo ludisve celebratum non inuenio. Nec verò Tiberius, aliàs haud pronus in matrem, id permiserit: cùm etiam minores quosdam honores à Senatu ei decretos vetuerit abrogaritq;. Dionem vide, vbi de ijs quæ Liuiæ decreta: verbum nullum de natali. At de Augusti certum est: cuius vitalis dies annuis ludis epulisq; celeber. Repete ea quæ scripsi, de Augusti alibus ludis ad lib.* I.

18. INTER SACERDOTES EPVLARETVR.] *Observa*

A [19] Nouemdialem eam cænam dixisse: querentemque de potentiâ [20] M. Lepidi, ac L. Aruntij,

seruа ergo illo die epulum fuisse, &, vt appâret, per collegia. Dio auctor, Senatores tunc conuiuatos in Capitolio. lib. LIV. Τὰ γενέθλια, *inquit*, τοῦ Αὐγούστου ὁ Τιβέριος ὁ τοῦ Αὐτωνίου παῖς θεάτροις, καὶ ἱπποδρομίᾳ καὶ σφαγαῖς θηρίων ἐώρτασε. Καὶ ἐν τῷ Καπιτωλίῳ καὶ ἐκεῖνον καὶ τὸν βασιλῶν, καθ' ὁδόν τινα αὐτῶν, εἰστίασεν: Natalem Augusti Iulus Antonij filius, tunc Prætor, celebrauit Circensibus & Venatione. Senatum etiam & ipsum Augustum, ex decreto patrum, epulo excepit in Capitolio. *Videtur idem scriptor hoc Conuiuium extendere ad vulgus etiam hominum, libro eodem infrà:* Καὶ ὠνὸν, δι' ἃ τε ταῦτα καὶ δι' ἄλλα, ἀνδριάσι τε ἐκ σωτελείας ἐτίμησαν, καὶ τῷ, τοῖς τε ἀγύνοις καὶ ταῖς ἀναδρομαῖς καὶ σωθεῖσαν τοῖς ἄλλοις, καὶ σωδεῖ πνεῖν ἐν τοῖς γενεθλίοις αὐτῷ, δῆναι. Et ipsum (*Augustum*) ob hæc & alia merita, cùm statuis ex ære collato honorarunt, tum etiam isto, quòd permiserunt vt ij quibus vxor non esset aut quibus vir deesset, spectare nihilominus vnà cum aliis & conuiuari in Natali eius possent. *Sed fallor, aut hoc de iis tantùm, qui quæve Senatorij gradus. Pòst Principes seruarunt, imò lætitiam eius diei etiam auxerunt. D. Maximus quædam mihi suppeditat sine præuaricatione non omittenda, Sermone In Vigiliis Natalis Dominici.* Lætitia quanta sit, *inquit*, quantusque concursus cùm Imperatoris mundi istius Natalis celebrandus est, benè nostis. quemadmodum Duces eius & Principes, omnes etiam militantes, accurati sericis vestibus, C accincti operosis cingulis auro fulgente preciosis, ambiant solito nitidiùs in conspectu regis incedere. *Et paullò posteriùs:* Deinde, quia in die Natalis sui sciunt eum largum futurum ac donaturum plurima vel ministris suis, vel his qui in domo eius abiecti putantur & viles: tantâ priùs thesauros eius replere diuitiarum varietate festinant, vt inquantum erogare voluerit, intantum prærogatio copiosa non desit, & antè voluntas donandi deficiat quàm substantia largiendi. Hæc autem ideò sollicitè faciunt, quia maiorem sibi remunerationẽ pro hac sollicitudine sperant futuram. *Quibus in postremis, nota mihi morem donandæ stipis Principi; natum, vt opinor, ex more Augusti. qui Kalendis, & aliàs, solitus largiter munera capere & dare.*

19. NOVEMDIALEM EAM CÆNAM.] *Caussam* D *ioci paullò altiùs petendum. Mortuis ritu Romano, non ante diem nonum parentabatur. Tunc iis iusta, ludi, epulæ, inscriptio, & funeri finis. Donatus Phormione:* In nuptiis septimus dies instaurationem voti habet, vt in funere nonus, quo parentalia concluduntur. *Poëtæ alludunt. Vt Virgilius:*

Prætereà si nona diem mortalibus almum
Aurora extulerit.

Vt Statius in Archemori funere:

Roscida iam nouies cælo dimiserat astra
Lucifer.

Et ab eâ mente Iustinianus in Nouellâ quâdam scribit, in nonum diem fieri μνήμας defunctorum. *Glossæ:* Nouemdialia, Ἔνναται ὅτι νεκροῦ ἀγόμενα. *Augustinus in Genesim:* Nescio vtrùm inueniatur alicui sanctorum in scripturis celebratum esse luctum nouem dies, quod apud Latinos Nouemdial appellant. *Nono ergo illo die, præter alia, cænæ funebris epulæq; Iulius Obsequens:* In sacro Nouemdiali cæna deæ posita, à cane adesa, antequàm delibaretur. *etsi ambigo an id ad sacrum Nouemdiale referendum, quod* *solitum fieri post lapidum imbrem. Tertullianus de Testimonio animæ:* Vocàs securos mortuos, siquando extra portam cum obsoniis & *mattiis tibi potiùs parentans ad busta cedis, aut à bustis dilutior redis. *Idem de Resurrectione carnis:* At ego magis ridebo vulgus tunc quoque cùm ipsos defunctos atrocissimè exurit, quos postmodum gulosissimè nutrit: iisdem ignibus & promerens & offendens. *Eam vocat Apuleius Cænam feralem lib.* IV. *Florid.* Procul igitur faces abigerent, procul ignes amolirentur, cœnam feralẽ à tumulo ad mensam referrent. *Et Iuuenalis,*

——dimidio constrictus gammarus oûo
Ponitur, exiguâ feralis cæna patellâ.

*Vbi notâ * oua videri in eiusmodi cœnis tralaticia fuisse, vti * lentem & salem:* Ἀνομίζουσι Ῥωμαῖοι πένθιμα, καὶ προτίθεν τοῖς νέκυσιν, *ait in Crasso Plutarchus. Sanè certos quosdam cibos proprios fuisse huic mortuali cœnæ, docet etiam Xiphilinus in Domitiano, vbi de simulato illo sepulcrali epulo:* Καὶ μετὰ τοῦτο φανὲν ὅσαπερ ἐν τοῖς ἐναγίσμασι καθαγίζεται, καὶ ἐκείνοις μέλανα ἐν σπένδεσιν ὁμοίως προσηνέχθη. *Hanc cænam Silicernium vocatam, docent Nonius, Festus. & Tertullianus:* Quo differt ab epulo Iouis silicernium? à simpuuio obba? ab aruspice pollinctor? *Hunc morem transisse ad Christianos etiam Augustinus narrat & leuiter excusat, De ciuit. Dei lib.* IX. *cap. vlt.* Quicumque, *inquit*, epulas suas eò (*ad sepulchra martyrum*) deferunt: quod quidem à Christianis melioribus non fit, & in plerisque terris nulla est talis consuetudo: tamen quicumq; id faciunt, eas cùm apposuerint, orant, & auferunt vt vescantur. *Et lib.* VI. *Confess. cap.* II. *de matre suâ.* Cùm ad memorias sanctorum, sicut in Africâ solet, pultes, & panem & merum attulisset. *addit mox, vetitum ab Ambrosio,* quòd illa parentalia superstitioni gentium essent simillima. *Paullini locum huic rei subtexo, in Felicis Natali* IX.

——ignoscenda tamen puto talia, paruis
Gaudia quæ ducunt epulis. quia mentibus error
Inrepit rudibus: nec tantæ conscia culpæ
Simplicitas pietate * cadit, malè credula sanctos
Perfusis halante mero gaudere sepulcris.

Vbi rusticulos suos in Italiâ excusat, quòd vsi vel abusi per simplicitatem, veteri gentilium more ad sepulchrum ipsum D. Felicis. Ad eas ergo nouemdiales epulas hîc alluſum. & cùm natalis Augusti celebraretur, dies lætus auctorq; vitæ, videri sibi Cotta ferales potiùs eas epulas dixit. siue quia ille natus, exitij causſa multis; siue quia ante nouem fortè dies, multi à Tiberio animaduersi interfectique. Quod placet. & mirum ni exciderit is iocus (verior liberiorq; quàm vt Cottam deceat) post stragem Seiani. Non absimile Plauti illud:

Cocus ille nundinalis est, in nonum diem
Solet ire coctum.

id est, Feralis nouemdialisq;, & qui mortuis tantùm parat in cœnam. vt præit nobis benè Festus.

20. M. LEPIDI.] *Manij, vt sæpè.*

*Quod instituit Tullus rex, de quo abundè Liuius l. I.

*Aliquid Suidas in μελετῆσαι.

*Quia adhiberi ad lustrationem solita.

*In Plut. Crasso est φακὸς ἡ ἄλφι: at in Appiani Parth. eadem narrantis, φακὸς ἡ μάζαν, lentem & libum.

*Legam, caret,

runtij, cum quibus ob rem pecuniariam disceptabat, addidisse, *Illos quidem senatus, me autem tuebitur Tiberiolus meus.* neque contatiùs à primoribus ciuitatis reuincebatur: iisque instantibus, ad Imperatorem prouocauit. Nec multò pòst litteræ adferuntur, quibus in modum defensionis, repetito inter se atque Cottam amicitiæ principio, crebrisque eius officiis commemoratis, ne verba praue detorta, neu conuiualium fabularum simplicitas in crimen duceretur, postulauit. Insigne visum est earum Cæsaris litterarum initium; nam his verbis exorsus est. *Quid scribam vobis P.C. aut quomodo scribam, aut quid omnino non scribam hoc tempore, dij me deaque peius perdant quàm perire quotidie sentio, si scio.* Adeò facinora atque flagitia sua ipsi quoque in supplicium verterant. Neque frustrà [21] præstantissimus sapientiæ firmare solitus est, si recludantur tyrannorum mentes, posse aspici laniatus & ictus, quando vt corpora verberibus, ita sæuitiâ, libidine, malis consultis, animus dilaceretur. Quippe Tiberium non fortuna, non solitudines protegebant, quin tormenta pectoris suasq; ipse pœnas fateretur. Tum factâ patribus potestate statuendi de Cæciliano senatore, qui plurima aduersum Cottam promserat, placitum eamdem pœnam inrogari, quam in Aruseium & Sanquinium accusatores L. Arruntij. quo non aliud honorificentius Cottæ euênit, qui nobilis quidem, sed egens ob luxum, per flagitia infamis, [22] sanctissimis Arruntij artibus dignitate vltionis æquabatur. Quintus Seruæus posthac, & Minutius Thermus inducti. Seruæus præturâ functus, & quondam Germanici comes: Minutius equestri loco, modestè habitâ Seiani amicitiâ. vnde illis maior miseratio. contrà Tiberius præcipuos ad scelera increpans, admonuit [23] C. Cæstium patrem dicere senatui, quæ sibi scripsisset: suscepitque Cæstius accusationem. quod maximè exitiabile tulêre illa tempora, cùm primores senatus infimas etiam delationes exercerent, alij propalàm, multi per occultum: neque discerneres alienos à coniunctis, amicos ab ignotis, quid repens, aut vetustate obscurum: perinde in foro, in conuiuio, quaque de re locuti incusabantur, vt quis præuenire & reum [24] destinare properat; pars ad subsidium sui, plures infecti quasi valetudine & contactu. Sed Minutius & Seruæus damnati, [25] indicibus accessêre. Tractique sunt in casum eumdem Iulius Africanus è Santonis Gallicâ ciuitate, Seius Quadratus. originem non repperi. Neque sum ignarus à plerisq; scriptoribus, omissa multorum pericula & pœnas, dum copiâ fatiscunt; aut quæ ipsis nimia & mœsta fuerant, ne pari tædio lecturos adficerent, verentur. Nobis pleraque digna cognitu obuenêre, quamquam ab aliis incelebrata. Nam eâ tempestate quâ Seiani âmicitiam ceteri falsò exuerant, ausus est eques Romanus M. Terentius ob id reus, amplecti, ad hunc modum apud senatum ordiendo. *Fortunæ quidem meæ fortasse minùs expediat adnoscere crimen, quàm abnuere. sed vtcumque casura res est;* [26] *fatebor & fuisse me Seiano amicum, & vt essem expetisse,*

Prouocat ad Cæsarem.

Ab eoq; eripitur.

Cap. 6. *Mira confessio Tiberij & notabilis.*

Tyrannorũ occulta supplicia.

Cap. 7. *Cæcilianus accusator Cottæ, ipse damnatur.*

Seruæus & Thermus damnati.

Passim delationes, vt sub tyrannis.

Cap. 8. *M. Terentius accusatur.*

21. PRÆSTANTISSIMVS SAPIENTIÆ.] *Credo Socrati hoc elogium, & iure tribuit. Apud Platonem sanè in nono De rep. gnome talis:* Ἔστιν ἄρα τῇ ἀληθείᾳ, κἂν εἰ μήτῳ δοκῇ, ὁ τῷ ὄντι τύραννος τῷ ὄντι δοῦλος τὰς μεγίστας θωπείας καὶ δουλείας, καὶ κόλαξ τῶν πονηροτάτων, καὶ πένης τῇ ἀληθείᾳ φαίνεται, ἐάν τις ὅλῳ ψυχῷ ὀφῇ θεάσασθαι, καὶ φόβων γέμων ὅσα πάντας τοὺς βίους, σφαδασμῶν τε καὶ ὀδυνῶν πλήρης: Est igitur, etsi alicui haud videatur, is qui verè tyrannus est, verè seruus, maximæ adulationis & seruitutis, idemque adulator pessimorum: & reipsâ pauper apparet, siquis totam eius mentem possit inspicere, denique metus in omni vitâ plenus, agitationumque & angorum. *Sed & antè & posteà (magnus enim locus est) plura huic rei Socrates effatur, & istis similia: etsi noster contraxit.*

22. SANCTISSIMIS ARRVNTII ARTIBVS.] *De eo dixi, suprà ad lib.* 1. *At de accusatione eius, nihil in libris qui nunc sunt.*

23. C. CÆSTIVM PATREM.] *Duo ergo Cæstij Romæ, pater filiusq.? Non inueni. Fuit qui Cæstium Pium vellet legi: quia frequens declamatoris eius Senecæ mentio. Mihi, siquid mutandum, placeat,* Cæstium Prætorem. *potuitq; obijci error ex notis. Cæstius quidem Prætor fuit, illeipse, vti diuino, de quo Romæ inscriptio,*

C. CESTIVS. L. F. POB. EPVLO. PR. TR. PL. VII. VIR. EPVLONVM.

Itaque appâret scribendum Cestius, *litterâ spretâ, quoniam & in nummis* L. CESTIVS.

24. DESTINARE PROPERAT.] *Non abiecerim,* poterat.

25. INDICIBVS ACCESSERE.] *Id est, seruati sunt, quia indicium professi. Ita suprà:* Summum supplicium decernebatur, nisi indicium professus foret.

26. FATEBOR ET FVISSE ME.] *Tota hæc Terentij oratio, vt & caussa, simillima est illi Amyntæ apud*

A *tisse, & postquam adeptus eram, lætatum. Videram collegam patris regendis prætoriis cohortibus, mox vrbis & militiæ munia simul obeuntem. illius propinqui & adfines honoribus augebantur: vt quisque Seiano intimus, ita ad Cæsaris amicitiam validus. contrà quibus infensus esset, metu ac sordibus conflictabantur. nec quemquam exemplo adsumo: cunctos qui nouissimi consilij expertes fuimus, meo vnius discrimine defendam. Non enim Seianum Vulsiniensem, sed* [27] *Claudiæ & Iuliæ domus partem, quas adfinitate occupauerat, tuum Cæsar generum, tui consulatus socium, tua officia in Rep capessentem colebamus. Non est nostrum æstimare, quem supra ceteros, & quibus de caussis extollas. tibi summum rerum iudicium dij dedere; nobis obsequij gloria relicta est. Spectamus porrò quæ coràm habentur, cui ex te opes, honores, quis plurima iuuandi nocendi-ve potentia. quæ Seiano fuisse, nemo negauerit. abditos Principis sensus, & si quod occultius parat, exquirere inlicitum, anceps: nec ideò adsequare. Ne P. C. vltimum Seiani diem, sed sexdecim annos cogitaueritis, etiam* [28] *Satrium atque Pomponium venerabamur: li-*

B *bertis quoque ac ianitoribus eius notescere, pro magnifico accipiebatur. Quid ergo? indistincta hæc defensio & promiscua dabitur? imò iustis terminis diuidatur. Insidiæ in Remp. consilia cædis aduersum Imperatorem, puniantur: de amicitiâ & officiis, idem finis & te Cæsar & nos absoluerit.*

Diserte & liberè se defendit.

Constantiâ orationis, & quia repertus erat qui efferret, quæ omnes animo agitabant, eò vsque potuêre, vt accusatores eius, additis quæ antè deliquerant, exsilio aut morte mulctarentur. Secutæ dehinc Tiberij litteræ in Sex. Vestilium prætorium, quem Druso fratri percarum, [29] in cohortem suam transtulerat. caussa offensionis Vestilio fuit, seu composuerat quædam in C. Cæsarem vt impudicum, siue ficto habita fides. atque ob id conuictu Principis prohibitus, cùm senili manu ferrum tentauisset, obligauit venas: pre-

Cap. 9. *Ipse absolutus; qui arguerant, damnati. Vestilius se interimit.*

apud Curtium lib. VII. *Et membra sanè aliquot sunt, quæ dicas illinc translata. Nam Amyntas ita:* Amicitiam quæ nobis cum Philotâ fuit, adeò non inficior, vt expetisse quoque nos, magnosque ex eâ

C fructus percepisse confitear. An verò Parmenionis, quem tibi proximum esse voluisti, filium, omnes pænè amicos tuos dignatione vincentem, cultum à nobis esse miraris? Tu herculè, si verum audire vis rex, huius nobis periculi caussa es. Quis enim alius effecit, vt ad Philotam decurrerent, qui placere vellent tibi? Ab illo traditi, ad hunc gradum amicitiæ tuæ adscendimus. Is apud te fuit, cuius & gratiam expetere, & iram timere possemus. *Et mox*: Igitur si hoc crimen est, paucos innocentes habes, imò herculè neminem. Omnes enim Philotæ amici esse voluerunt: sed totidem quot volebant, esse non poterant. Ita si à conscijs amicos non diuidis, nec ab amicis quidem separabis illos qui idem esse voluerunt. *Quæ delector, ita me deus amet, exscribere candidissimè & disertissimè dicta. At postrema verba etiam correctiuncula iuuo & interpunctis.* Omnes enim Philotæ amici esse voluerunt. Sed totidem quot volebant, esse non poterant. Ita. sed si à conscijs, *&c. Prorsus ita legendum, ex Amyntæ quidem mente. quod facilè videbis, qui ipse eam habes.*

D

27. CLAVDIÆ ET IVLIÆ.] *Claudiæ per filium, Iuliæ per se: quia Liuiam duxerat Germanici sororem.*

28. SATRIVM ATQVE POMPONIVM.] Satrius *est ille, qui Cremutium accusauit suprà:* Pomponium *puto*, Quintum *prænomine, qui* moribus inquies, *ait noster infrà, hæc & talia* factitari à se prętendebat, vt periculis Pomponij Secundi fratris mederetur: *de quo in extremo lib.* V.

29. IN COHORTEM SVAM.] *Cohortem amicorum. ita enim vocabant exemplo prætoriæ cohortis. Seneca De Clementiâ*, Sallustium, & Cocceios, & Deillios, & totam cohortem primam interioris admissionis ex aduersariorum castris conscripsit. *Vbi vides plures fuisse amicorum* * *cohortes, & quasi gradus. Quod originem habuit à Graccho & Liuio Tribunis. Idem scriptor, De beneficiis*: Apud nos primi omnium Gracchus & Liuius Drusus instituerunt segregare turbam suam, & alios in secretum recipere, alios cum pluribus, alios cum vniuersis. Habuerunt itaque isti amicos primos, habuerunt & secundos, * numquam veros. *Itaque dicebantur Amici primæ, secundæ, tertiæ admissionis. ex ordine, quo admittebantur. Illeipse.* Non sunt isti amici qui agmine magno ianuam pulsant, qui in primas & secundas admissiones digeruntur. *Lampridius in Alexandro:* Moderationis tantæ fuit, vt amicos non solùm primi ac secundi loci, sed etiam inferioris, ægrotantes viseret. *Et Tiberius ipse amicos solitus describere in tres classes. Vide Sueton. cap.* XLVI. *Ab hoc more Admissiones manarunt,* * *Admissionales, & Officium admittendi. Admissionum eius facilitatem in Traiani laudatione Plinius admiratur: Alexandrum* quasi vnum è Senatoribus, patente velo, Admissionalibus remotis, salutatum esse *Lampridius scribit: & Accoleius* magister admissionum *nominatur in Flauij Aureliano. Id munus fuit libertorum, vt clarum ex Suetonij Vespas. c.* XIV. Quidam ex officio admissionis simul expellens, abire Morbonian iusserat. *Fuit autem is libertus Phœbus. Plinius hoc idem ostendit loco non sano, libro* XXIII. *cap.* III. Fuit & alia Claudij principatu differentia, in solis his quibus admissionem liberti eius dedissent imaginem principis in anulo ex auro gerendi, magnâ criminum occasione: quæ omnia salutaris exortus Vespasiani principis aboleuit, æqualiter publicando principem. *quem corrigo*, quibus admissionum liberti ius dedissent. *Quod ait criminum occasionem fuisse:*

* Suet. Calig. c. XIX.

* Legerim, *numquid*, interrogatione sententiâ erectâ.

* Quos Arrianus describit libro IV Diss. Οἱ, inquit, ἐπὶ τῶ καίτω- ν & μὴ οἱ ἀπαλείοντες τὰς εἰσόντας.

Plures gregatim accusati.

precatusque per codicillos,immiti rescripto, venas resoluit. Aceruatim ex eo [30] Annius Pollio, Appius Silanus, Scauro Mamerco simul, ac Sabino Caluisio, maiestatis postulantur, & [31] Vicinianus Pollioni patri adiiciebatur,clari genus,& quidam summis honoribus. contremuerantque patres. Nam quotusquisque adfinitatis, aut amicitiæ tot inlustrium virorum, expers erat? ni Celsus vrbanæ cohortis tribunus, tum inter indices, Appium & Caluisium discrimini exemisset. Cæsar Pollionis, ac Viciniani, Scauriqúe caussam vt ipse cum senatu nosceret,distulit;datis quibusdã in Scaurum tristibus notis. A

Cap.10. *Etiam femina.*

Ne feminæ quidem exsortes periculi,quâ occupandæ Reip.argui non poterant,[32] ob lacrymas incusabantur. necataque est anus Vitia [33] Fufij Gemini mater, quòd filij necem fleuisset. Hæc apud senatum. Nec secus apud Principem, Vescularius Atticus ac Iulius Marinus ad mortem aguntur,è vetustissimis familiarium Rhodum secuti,& apud Capreas indiuidui. Vescularius insidiarum in Libonem internuntius: Marino participe, Seianus [34] Curtium Atticum oppresserat. quo lætiùs acceptum, sua exempla in consultores recidisse. [35] Per idem tempus [36] L. Piso Pontifex, rarum in tantâ claritudine, fato obiit: nullius seruilis sententiæ sponte auctor, & quoties necessitas ingrueret,sapienter moderans. Patrem ei [37] Censorium fuisse memoraui, ætas ad octogesimum annum processit. decus triumphale [38] in Thraciâ meruerat: sed præcipua ex eo gloria, quòd præfectus vrbi recens, continuam potestatem, & insolentiâ parendi grauiorem, mirè temperauit. Namque anteà profectis domo regibus, ac mox magistratibus, ne vrbs sine imperio foret, in tempus diligebatur qui ius redderet, ac subitis mederetur. ferunteque ab Romulo Dentrem Romulium, pòst ab Tullo Hostilio Numam Marcium, & ab Tarquinio Superbo Spurium Lucretium impositos. dein consules mandabant: duratque simulacrum, quoties ob ferias Latinas præficitur, qui consulare munus B

L. Pisonis mors, & laudatio.

Cap.11. *Præfecturæ vrbis origo, & progressus.*

refer ad ea quæ de imagine Principis dicta mihi in l. III. *& quæ Seneca De Benef.* III. *cap.* XXVI.

30. ANNIVS POLLIO.] *Est ille,qui postea in Neronem coniurauit, amicorum eius præcipuus. Tacitus lib.* XV.

31. VICINIANVS.] *Lego*, Vinicianus. *auctore Dione, l.* LX. *qui hunc Annium Vinicianum coniurasse in Claudium cum Scriboniano adserit.*

32. OB LACRYMAS INCVSABANTVR.] *Heu, misera conditio sub tyrannis: vbi nec liber, liberrimus affectuum, dolor. Claudianus hoc pulchrè exprimit:*

——— tacitique sepultos
Suspirant gemitus, indignarique verentur.

33. FVFII GEMINI.] *Qui antè Consul.*

34. CVRTIVM ATTICVM.] *Equitem R. ex inlustribus, qui Tiberio comes Capreas. suprà l.* IV.

* L. XVIII. cap. XIII. *11 Annal.

35. PER IDEM TEMPVS.] *Quid ergo* * *Iosepho* * *Zonaræq; in mentem venit viuum eum facere Tiberio iam defuncto? Nec enim alium habeo de quo possint illa intellegi:* à Caio binas epistolas missas, vnam ad Senatum de Tiberij morte & suo imperio; alteram ad Pisonem Præf. vrbis,quâ iubebat Agrippam à castris transferri in priscas suas ædes. *An imposuit Syro celebritas nominis Pisonis, & per Syrum(nam ab illo hausit) Græco? An alius aliquis Piso tunc præfectus? quod non repperi. huic quidem Pisoni Aelius Lamia suffectus est, de quo Dio:* Τόν τε Πείσωνα τὸν πολίαρχον τελευτήσαντα δημοσίᾳ ταφῆ ἐτίμησεν. Καὶ Λέκιον ἀντ' αὐτοῦ ταμίαν ἀνθείλετο, ὃν πρεσβυτῇ τῇ ἡλικίᾳ πρεσβεύσας κατεῖχε ἐν τῇ Ῥώμῃ. *scribe* Λαμίαν. *Ridiculus interpres, qui vertit,* Lucium ei Quæstorem suffecit, *inductus puerili errato. Sed ille ipse paullò pòst obyt, vt habes mox in nostro: & successit Lentulus Cossus. Disco ex Senecâ epist.* LXXXIV. L. Piso vrbis custos, ebrius ex quo semel factus fuit, maiorem partem noctis in conuiuio exigebat, vsque in horam sextam ferè dormiebat.hoc erat eius matutinum. Officium tamẽ suum, quo tutela vrbis continebatur, diligentissimè administrauit. Huic & D. Augustus dedit secreta mandata cùm illum præponeret Thracię,quam perdomuit: & Tiberius proficiscens in Campaniam, cùm multa in vrbe & suspecta relinqueret & inuisa. Puto quia illi benè cesserat Pisonis ebrietas,posteà Cossum fecit vrbis præfectum, virum grauem, moderatum, sed mersum vino & madentem. *Lego ex libro manuss.* ebrius, ex quo semel factus est, fuit. *id est, post vnam illam ebrietatem (quæ tam benè cesserat, & cuius pretium Præfecturam ipsam habebat, vt Plinius scribit lib.* XIV. *cap. vlt. & Suet. Tib. cap.* XLII.) *semper placuit ei esse ebrium. Iacet alioqui sententia, nec à me erigi potest.* C D

36. L. PISO PONTIFEX.] *Nescio an ex notis error. scribendúmque*, Piso P. V. *id esset, Præfectus vrbi.*

37. CENSORIVM FVISSE MEMORAVI.] *Non quidem in his libris qui exstant. Tamen intellegi vult L. Pisonem socerum C. Cæsaris, qui Censor cum Appio Claudio, anno vrbis* DCCIV. *quo ipso anno, vt ratio ætatis Tacito constet(ait enim vixisse octoginta annos) natus fuisse debuit hic Piso.*

38. IN THRACIA MERVERAT.] *Velleius:* Atrox in Thraciâ bellum ortum, omnibus eius gentis nationibus in arma accensis, L. Pisonis, quem hodieq; diligentissimum atque leniss imum securitatis vrbanæ custodem habemus, virtus compressit. *Vide & Dionem* LIII.

39. CIL-

A nus vsurpet. Ceterùm Augustus bellis ciuilibus [39] Cilnium Mæcenatem equestris ordi- *Cilnius Mæcenas.*
nis, cunctis apud Romam atque Italiam præposuit. Mox rerum potitus, ob magnitudinem populi, ac tarda legum auxilia, sumsit è consularibus qui [40] coërceret seruitia, & quod ciuium audaciâ turbidum, nisi vim metuat. [41] primusque Messalla Coruinus eam potestatem, & paucos intra dies finem accepit, quasi nescius exercendi. Tum Taurus Statilius, quamquam prouectâ ætate, egregiè tolerauit. Dein Piso, [42] viginti per annos pariter probatus, publico funere ex decreto senatus celebratus est. Relatum inde ad Patres à Quinctiliano tribuno plebei de libro Sibullæ, quem Caninius Gallus quindecimuir recipi inter ceteros eiusdem vatis, & eâ de re senatusconsultum postulauerat. quo per discessionem facto, misit litteras Cæsar modicè tribunum increpans, ignarum antiqui moris ob iuuentam: Gallo exprobrabat, quòd scientiæ cærimoniarumq; vetus, incerto auctore, ante sententiam collegij, non, vt assolet, [43] lecto per magistros æstimatoque carmine, apud infrequentem senatum egisset. Simul commonefecit: quia multa vaB na sub nomine celebri vulgabantur, [44] sanxisse Augustum, quem intra diem ad prætorem vrbanum deferrentur, neque habere priuatim liceret. quod à maioribus quoque decretum erat, post exustum [45] sociali bello Capitolium, quæsitis Samo, Ilio, Erythris, per Africam etiam, ac Siciliam, & Italicas colonias carminibus Sibullæ; vna seu plures fuêre; datoque sacerdotibus negotio, quantum humana ope potuisset, vera discernere. Igitur tunc quoque notioni quindecimuirûm is liber subiicitur. Iisdem consulibus, Cap. 13. grauitate annonæ iuxta seditionem ventum. multaque & plures per dies, in theatro licentiùs efflagitata, quàm solitum aduersum Imperatorem. quîs commotus, incusauit magistratus patresque, quòd non publicâ auctoritate populum coërcuissent: addi- *Cæsar eum reiicit.* *Seditio pænè ob annonam artam.*

39. CILNIVM MÆCENATEM.] *Non vt receptum est*, Cillinium. *Cilnius enim gentile nomen patris huius & altoris Musarum. Cui domus prisca Ar*C *retium, vt olim ex Liuio * docui; & adde Silij versus huiusce rei:*

Cilnius Arreti Tyrrhenis ortus in oris
Clarum nomen erat.

etsi ibi quoque vulgò, Cilinus. *Nam Silius, vt solet, historiam exornat flore hominum sui superiorisq; æui. Præfecit autem Romæ Italiæq; Mæcenatem Augustus per bellum Siculum. Consule Dionem* XLIX. *in actis anni* DCCXVIII.

40. COERCERET SERVITIA.] *Circumscribit potestatem Præfecturæ, quæ tamen aucta. Suadeo legas Dionem in Oratione Mæcenatis lib.* LII.

41. PRIMVSQVE MESSALLA CORVINVS.] *Tradit idem Eusebius Chronico:* Messalla Coruinus, *inquit*, primus Præfectus vrbis factus, sexto die magistratu se abdicauit, inciuilem potestaD tem esse contestans. *At Dio libro* LIV. *in actis anni* DCCXXXIV. *ita narrat, vt M. Agrippam primum faciat Præfectum vrbi. cui mox anno* DCCXXXVIII. *Taurum sufficit, huius Coruini nullâ mentione.*

42. VIGINTI PER ANNOS PROBATVS.] *Ligat me nodus. Quid? viginti per annos Præfectus Piso? Fuerit ergo necesse est ab anno vrbis* DCCLXV. *Nam ab eo die in hoc tempus viginti ipsi anni. Atqui Augustus tunc vixit, imperauitq;. Quomodo ergo verum, quod Plinius Suetoniusq; consensu tradiderunt, à principe Tiberio Pisonem factum Præf. vrbis, propter bidui assiduam compotationem? Illius verba sunt l.* XIV. Eaque commendatione (*ebrietatis scilicet*) credidêre L. Pisonem vrbis Romæ curæ ab eo delectum, quòd biduo duabusque noctibus perpotationem continuasset apud ipsum iam principem. *Nota ea*, apud ipsum iam principem. *Suetonius cap.* XLII. Posteà princeps in ipsâ publicorum morum correctione cum Pomponio Flacco & L. Pisone, noctem (*dissentit Plinius, qui ait duas noctes*) continuumque biduum epulando potandoque consumpsit: quorum alteri Syriam prouinciam, alteri Præfecturam vrbis confestim detulit. *Ait disertè*, Posteà princeps. *Atqui vel ab initio principatus Tiberij ad hunc diem Pisonianæ mortis anni dumtaxat* XVII. *Sed hoc amplius ex Suetonio colliges, factum Pisonem Præfectum, sub idem tempus quo Pomponius Syriæ prætor. Ille autem * Syriæ non ante annum* DCCLXXIII. *præponi potuit (Mæsiam enim prouinciam administrabat anno* DCCLXXII. *vti ex Taciti libro* II. *clarum:) non ergo tot annos Piso Præfectus vrbi. His rationibus cogor vt in Tacito restituam*, Piso decem per annos. *quia Pomponium Syriæ præfuisse ante annum* LXXV. *non probabile. Sit ergo hic error ex notis geminatis.*

* Antiq. Lect. lib. 1. cap. XXII.

* Mortuus enim est in administratione Syriæ: vt Tac. inf.

43. LECTO PER MAGISTROS.] *Magistri sunt sacerdotum. Valerius l.* I. A patre suo collegij Saliorum magistro iussus. *Plinius lib.* XXVIII. *cap.* II. Quindecimuirûm collegij magister. *In Lapide:* ORDO. SACERDOTVM. MAGISTRO. SVO. *Et Sueton. Calig. cap.* XXII. *Domit. cap.* IV. *Capitolinus*, Fuit in eo sacerdotio, & vates, & præsul, & magister.

44. SANXISSE AVGVSTVM.] *Pete è Suetonio, cap.* XXXI. *in Augusto.*

45. SOCIALI BELLO.] *Quid ais? Sociali siue Italico bello Capitolium flagrauit? Non alios, sed te, in te aduoco. qui scribis Histor. lib.* 3. Capitolium flagrasse L. Scipione, C. Norbano Coss. *Atqui tunc tamdiu positum Sociale bellum. Tullius tibi adsit, à memoriæ vitio non excuset.* Ciuili bello *scripsisse omnino te ex historiâ oportuit.*

addiditque quibus è prouinciis, & quanto [46] maiorem quàm Augustus rei frumentariæ copiam, aduectaret. Ita castigandæ plebi compositum senatusconsultum, priscâ seueritate. [47] neque segniùs consulès edixêre. silentium ipsius non ciuile, vt crediderat, sed in superbiam accipiebatur. Fine anni Geminius, Celsus, Pompeius, equites Romani cecidere coniurationis crimine. Ex quîs Geminius prodigentiâ opum, ac mollitiâ vitæ amicus Seiano, nihil ad serium. Et Iulius Celsus tribunus, in vinclis laxatam catenam, & circumdatam in diuersum tendens, suam ipse ceruicem perfregit. At Rubrio Fabato, tamquam desperatis rebus Romanis, Parthorum ad misericordiam fugeret, custodes additi. [48] sanus repertus apud fretum Siciliæ, retractusque per centurionem, nullas probabiles causas longinquæ peregrinationis adferebat. Mansit tamen incolumis, obliuione magis quàm clementiâ. Ser. Galbâ, L. Sulla Coss. diu quæsito quos neptibus suis maritos destinaret Cæsar, postquam instabat virginum ætas, [49] L. Cassium, M. Vinicium legit. Vinicio opidanum genus. [50] Calibus ortus, patre atque auo consularibus, cetera equestri familiâ erat, mitis ingenio, & comtæ facundiæ. Cassius plebei Romæ generis, verùm antiqui honoratique, & seuerâ patris disciplinâ eductus, facilitate sæpiùs quàm industriâ commendabatur. Huic Drusillam, Vinicio Iuliam, Germanico genitas coniungit. superque eâ re senatui scripsit, leui cum honore iuuenum. dein redditis absentiæ caussis [51] admodum vagis, flexit ad grauiora, & offensiones [52] ob Remp. cœptas: vtque Macro præfectus, tribunorumque & centurionum pauci, secum introirent quoties curiam ingrederetur, petiuit. Factoque largè, & sine præscriptione generis, aut numeri, senatusconsulto; ne tecta quidem vrbis, adeò publicum consilium numquam adiit, deuiis plerumque itineribus [53] ambigens patriam & declinans. Interea magna vis accusatorum in eos inrupit, qui pecunias fænore auctitabant, [54] aduersum legem dictatoris Cæsaris, quâ de modo credendi, possidendique intra Italiam cauetur; omissam olim, quia priuato vsui bonum publicum postponitur. Sanè vetus vrbi fænebre malum, & seditionum discordiarumque creberrima caussa: eoque cohibebatur antiquis

Decreto & Edicto coërcita.

Cap. 14.

Cap. 15. A. V C. DCCLXXXVI. *Progeneri Cæsari quæsiti & lecti. M. Vinicius: L. Cassius.*

Cap. 16. *Fœneratores in ius tracti.*

A B C D

46. MAIOREM QVAM AVGVSTVS.] *Aliquid hac de re scripsi in Electis cap. De Annonâ. Sed modum tributi Aegyptiaci, qui tunc me latuit, erui ex Sex. Victore, in Augusto:* Huius, *inquit,* tempore ex Ægypto vrbi annua ducenties centena millia frumenti inferebantur. *velim interseri,* centena millia modiûm frumenti. *quæ vox, litterâ saltem notata, M. vt solet, perijt.*

47. NEQVE SEGNIVS.] *Fortè,* sequius.

48. SANVS REPERTVS.] *Quasi dicat illuc tantùm itare solitos ægros? Suspecta lectio, Mercero placebat,* sanè is.

49. L. CASSIVM.] *Ita rectè, estque ille qui consul cum M. Vinicio Quartino fuit, anno vrbis* DCCLXXXIII. *Nam Suetonius disertè notat Drusillam collocatam L. Cassio Longino consulari. Pomponius de Origine iuris manum adijt * viris magnis, qui scribenti credunt, C. Cassium Longinum illum qui Iurisconsultus, consulem fuisse cum Quartino Tiberij temporibus. Atque censent hunc ipsum esse, qui progener Cæsari nunc factus. Mihi cautio est ne temerè credam homini, etiam aliàs fallaci. Erras. Non est hic, Pomponi, iuris antistes ille quem censes. Primùm, quia Tacitus inter elogia morum generisque, laudem ei nullam tribuit iuris: deinde, quia prænominibus diuersi. Lucius hic est; Caius ille tuus, constanti veterum scripto. Cassiodorus ecce L. Cassium & M. Vinicium Coss. nominat: Suetonius in Caio,* Lucium Cassium Longinum: *& Tacitus in hoc loco. Diuersi vitâ etiam, & morte. Iurisconsultus ille in honore sub Claudio fuit, Syriam administrauit, pulsus à Nerone, per Vespasianum rediit, & omne illud tempus vixit: iste sub Caio proconsul Asiæ, & monentibus sortibus caueret Cassium, à tyranno cæsus est. Sueton. cap.* LVII. *& Dio* LIX. *qui tamen malè Caium vocat. Denique quid respondes ad illud Taciti,* Facilitate sæpiùs quàm industriâ commendabatur? *Demit ecce illi industriam ingeniumque: & audeant dicere, hæc conuenire in magnum illum sacerdotem. Plura de hoc C. Cassio, lib.* XVI.

* Onuphrio in Fastis, & Antonio Augusti. De Familijs Rom.

50. CALIBVS ORTVS.] *Hic est M. ille Vinicius (placet aliis Vinucius scribi, etsi Dio semper,* Οὐϊνίκιος*) ad quem historiam suam Velleius misit, cuique indecorè & seruiliter blanditur. Produxit vitam ad Claudium, & à Messallinâ, quia pudorem seruauit, interfectus. Habes in Dione libro extremo. Pater eius Publius, Consul anno vrbis* DCCLV. *Auus Marcus, anno* DCCXXXV.

51. ADMODVM VAGIS.] *Nescio an melius,* vanis. *vt caussas dicat futiles leuesque. Tamen non malè,* vagis: *quasi alienis & parùm certis.*

52. OB REMP. COEPTAS.] *An magis,* captas, *an cum Mureto,* susceptas?

53. AMBIGENS PATRIAM.] *Beato placuit,* ambiens. *Vulgatam tueri videtur, quod suprà scriptum:* Campaniam prælegebat, ambiguus an vrbem intraret; *ni suspecta esset dictionis nouitas.*

54. ADVERSVM LEGEM CÆSARIS.] *Suggerit eam legem apertè, quòd sciam, solus Dio l.* XLI. Ἐπεὶ δή τε συχνοὶ πολλὰ χρήματα τέκνων καὶ πάντα αὐτὰ ἀποκρύπτειν ἐλέγοντο, ἀπηγόρευσε μηδένα πλεῖον πεντακισχιλίων καὶ μυρίων δραχμῶν ἐν ἀργυρίῳ ἢ καὶ

Leges & scita funebria.

A quis quoque & minùs corruptis moribus. Nam primò[55] duodecim tabulis sanctum, ne quis vnciario fœnore amplius exerceret, cùm anteà ex libidine locupletium agitaretur.[56] dein rogatione tribuniciâ, ad semuncias redacta:[57] postremò vetita versura. multisque plebis scitis obuiàm itum fraudibus, quæ toties repressæ, miras per artes rursum oriebantur. Sed tum Gracchus Prætor, cui ea quæstio euenerat, multitudine periclitantium subactus, rettulit ad senatum: trepidique patres (neque enim quisquam tali culpâ vacuus) veniam à Principe petiuêre: & concedente, annus in posterum, sexque menses dati, quîs secundùm iussa legis, rationes familiares quisque componerent. Hinc inopia rei nummariæ, commoto simul omnium ære alieno: & quia tot damnatis, bonisque eorum diuenditis, signatum argentum fisco vel ærario attinebatur. ad hoc senatus præscripserat,[58] duas quisque fœnoris partes in agris per Italiam conlocaret. Sed creditores in solidum appellabant: nec decorum appellatis, minuere fidem. Ita primo concursatio, & preces; dein strepere prætoris tribunal. eaque quæ remedio quæsita, venditio, & emtio, in contrarium mutari; quia fœneratores omnem pecuniam mercandis agris condiderant. Copiam vendendi secutâ vilitate, quanto quis obæratior ægriùs distrahebant. multique fortunis prouoluebantur: euersio rei familiaris dignitatem ac famam præceps dabat: donec tulit opem Cæsar, dispositò per mensas millies sestertio, factaque mutuandi copiâ sine vsuris per triennium, si debitor populo in duplum* prædiis cauisset. Sic refecta fides. & paullatim priuati quoque creditores reperti: neq; emtio agrorum exercita ad formam senatusconsulti, acribus, vt fermè talia, initiis, incurioso fine.

Remedium exuberanti malo: Cap. 17.

Quòd panè in exitium vertit. Nisi Cæsar subuenisset, Egregiâ liberalitate.

** Quidam, prædibus*

Cap. 18.

Dein redeunt priores metus, postulato maiestatis Considio Proculo. qui nullo pauore diem natalem celebrans, raptus in curiam, pariterque damnatus interfectusque. & sororì eius Sanciæ aquâ atque igni interdictum, accusante Q. Pomponio. Is moribus inquies, hæc & huiuscemodi à se factitari prætendebat, vt partâ apud Principem gratiâ, periculis Pomponij Secundi fratris mederetur. Etiam in Pompeiam Macrinam exsilium statuitur, cuius maritum Argolicum, socerum Laconem è primoribus Achæorum,

Considius accusatus, damnatus, necatus. Q. Pomponij prauitas.

C Cæsar adfixerat. Patér quoque inlustris eques Romanus, ac frater Prætorius, cùm damnatio instaret, se ipsi interfecêre. datum erat crimini, quòd[59] Theophanem Mitylenæum proauum eorum, Gn. Magnus inter intimos habuisset: quodque defuncto Theo-

Heu crimina! risu, ap lacrimis digna.

ne fœnerare liceret. *Magis cum Tacito adfirmat Appianus lib.* I. *Ciuilium:* Τὰ δ' αὐτὰ χρόνῳ καὶ τὸ ἄσυ οἱ χρῆσαι πρὸς ἀλλήλους ἐξασίαζαν, οἱ μὲν πρότερον τοντες τὰ χρέα σὺν τόκοις, νόμῳ τινὸς παλαιοῦ (Gennutij legem intellegit) προσαγορεύοντος μὴ δανείζειν ἐπὶ τόκοις, ἢ ζημίαν τὸ ἔτω δανείσαντα προσόφλειν. Ἔπειτα δὲ χρονίᾳ τοὺς τόκους βεβαιοῦντος, οἱ μὲν καὶ τὸ ἔθος ἦγον, οἱ δὲ οἷον ἐκ πολέμων τε καὶ στάσεων ἀνέβαλλοντο τὰς ἀποδόσεις. εἶσι δ' οἱ καὶ τὴν ζημίαν τοὺς δανείσαντας ἐκτίσειν ἠπείλουν.

D 55. DVODECIM TABVLIS SANCTVM.] *At eam sanctionem Liuius ad M. Duellium Trib. pl. refert post* XII. *tabulas, aliquot annis. Lib.* VII. C. Marcio, Cn. Manlio Coss. de vnciario fœnore à M. Duellio Tribunopl. rogatio est perlata: & plebs aliquanto eam cupidiùs sciuit, accepitque.

56. DEIN ROGATIONE TRIBVNICIA.] *Decem annis post illam Duellij. Liuius*: T. Manlio Torquato, C. Plautio Coss. semunciarium tantùm ex vnciario fœnus factum.

57. POSTREMÒ VETITA VERSVRA.] *Id est, sublatum omne fœnus. quod ambiguè Liuius ponit in actis anni* CDXII. *quinto anno, post semunciam constitutam:* Præter hæc, *inquit*, inuenio apud quosdam L. Genutium Tribunumpl. tulisse ad populum

καὶ χρυσίῳ κεκτῆσθαι. *id est:* Et quoniam complures pecuniam multam habere & occultare dicebantur: edixit nequis in argento auróve amplius posslideret quàm LX. sestertia. *Et alludunt alij scriptores, vt Suet. Tib. cap.* XLIX. *dum scribit quosdam damnatos*, quibus nihil aliud sit obiectum, quàm quòd partem rei familiaris in pecuniâ haberent. *Partem, scilicet maiorem quàm pro lege. In quâ Suetonij verâ sententiâ eruendâ Scholiastæ sunt frustrà. Reliquum pecuniæ conferri Cæsar voluit in agros.*

58. DVAS QVISQVE FOENORIS PARTES.] *Sueton. Tiber. cap.* XLVIII. *Simile quod Plinius l.* VI. *epist. de Senatu sui æui*: Patrimonij tertiam partem conferre iussit in ea quæ solo continerentur. *Capitolinus de M. Antonino*: Iussit vt senatores peregrini quartam partem in Italiâ possiderent.

59. THEOPHANEM MITYLENÆVM PROAVVM.] *Horum auus fuit M. Pompeius Theophanes, Asiæ Procurator, Tiberio ex intimis amicis. Strabo lib.* XIII. Οὗτος δὲ (Θεοφάνης) καὶ πολιτικὸς ἀνὴρ ὑπῆρξε, καὶ Πομπηίῳ τῷ Μάγνῳ κατέστη φίλος, μάλιστα δὲ διὰ τὴν ἀρετὴν αὐτοῦ, καὶ πάσας συγκατώρθωσεν αὐτῷ τὰς πράξεις. Καὶ ἑαυτὸν πάντων Ἑλλήνων ἐπιφανέστατον ἀνέδειξεν. ὅν τε ἀπέλειπε Μάρκον Πομπήϊον, ὃν τῆς Ἀσίας ἐπίτροπον κατέστησέ ποτε Καῖσαρ ὁ Σεβαστός. Καὶ νεῦ ἐν τοῖς πρώτοις ἐξετάζεται τῆς Τιβερίου φίλων.

Cap. 19. *Sex. Marius incesti arguitur.* Theophani, cælestes honores Græca adulatio tribuerat. Post quos Sex. Marius Hispaniarum ditissimus, defertur incestasse filiam, & saxo Tarpeio deiicitur. ac ne dubium haberetur, [60] magnitudinem pecuniæ malo vertisse, aurariasque eius, quamquam publicarentur, sibimet Tiberius seposuit. inritatusque suppliciis, cunctos qui carcere attinebantur accusati societatis cum Seiano, necari iubet. [61] Iacuit immensa strages: omnis sexus, omnis ætas: inlustres, ignobiles: dispersi, aut aggregati. neque propinquis, aut amicis adsistere, inlacrymare, ne visere quidem diutiùs dabatur. sed circumiecti custodes, & in mærorem cuiusque intenti, corpora putrefacta adsectabantur, dum in Tiberim traherentur. vbi fluitantia, aut ripis adpulsa, non cremare quisquam, non contingere. Interciderat [62] sortis humanæ commercium * vi metus; quantumque sæuitia glisceret, miseratio arcebatur. Subidem tempus, C. Cæsar discedenti Capreas auo comes, Claudiam M. Silani filiam coniugio accepit; immanem animum subdolâ modestiâ tegens, non damnatione matris, non exsilio fratrum ruptâ voce, [63] qualem diem Tiberius induisset, pari habitu, haut multùm distantibus verbis. Vnde mox scitum Passieni oratoris dictum percrebuit, *Neque meliorem vmquam seruum, neque deteriorem dominum fuisse.* Non omiserim [64] præsagium Tiberij, de Ser. Galbâ tum consule; quem accitum, & diuersis sermonibus pertentatum, postremò Græcis verbis in hanc sententiam adlocutus: [65] *Et tu Galba quandoque degustabis imperium.* seram ac breuem potentiam significans, scientiâ Chaldæorum artis, cuius apiscendæ, otium apud Rhodum, magistrum [66] Trasullum, habuit, peritiam eius hoc modo expertus. Quoties super negotio consultaret, editâ domus parte, ac liberti vnius conscientiâ vtebatur. is litterarum ignarus, corpore valido, per auia ac derupta (nam saxis domus imminet) præibat eum cuius artem experiri Tiberius statuisset: & regredientem, si vanitatis aut fraudum suspicio incesserat, in subiectum mare præcipitabat, ne index arcani existeret. Igitur Trasullus iisdem rupibus inductus, postquam percontantem commouerat, imperium ipsi, & futura sollerter patefaciens: interrogatur, an suam quoque genitalem horam comperisset, quem tum annum, qualem diem haberet. Ille positus siderum, ac spatia dimensus, hærere primò, dein pauescere: & quantum introspiceret, magis ac magis trepidus admiratio- C nis

Promiscua & miseranda cædes: Quam nec licuit miserari.

** vi, metu;*

Cap. 20. *C. Cæsar vxorem accipit.*

Tegens sui & fallax eius animus.

Tiberij vaticinium.

Ex arte Chaldaâ: quòd ego abnuo.

Cap. 21.

Thrasylli exploratio,

60. MAGNITVDINEM PECVNIÆ MALO VERTISSE.] *De quâ vide Dionem libro* LVIII. *& de hac historiâ totâ. nescio an hic idem ille Marius qui ante annos aliquot postulatus. suprà lib.* IV. Drusum auspicandi gratiâ tribunal ingressum adiit Calpurnius Salianus in Sex. Marium.

61. IACVIT IMMENSA STRAGES.] *Mirum tragœdias eas verborum Tacitum miscere, si interfecti non plures viginti. Ita enim Suetonius cap.* LXI. Viginti vno die abiecti, tractique, inter eos pueri & feminæ. *Sed numerum eum, reipsâ admonente, corruptum dixero: substituoque, ∞: id est, mille. quod fatuus exscriptor interpretatus est Viginti. Certè de maiori numero fatebitur, qui Taciti verba vigilans leget. Menda numerorum in Suetonio plura, & quædam magnæ rei. vt Nerone, cap.* XII. Exhibuit ad ferrum etiam quadringentos Senatores, sexcentosque; equites Romanos. *Quadringenti Senatores, dimidia Senatus pars. quos omnes depugnasse in arenâ, fuge credere. Corrigo*, quadragenos. *De equitibus etiam malim*, sexagenos. *firmante coniecturam Dione, qui auctor est pugnasse tantùm equites triginta. Simile in Claudij, cap.* XXXII. Conuiuia & ampla & assidua agitauit, ac ferè patentissimis locis, vt plerumque sexcenteni simul discumberent. *Scribo*, plerumque sexageni. *Sexcenti conuiuæ, epulum publicum, non conuiuium. Plura huius generis aliàs. Statim etiam in Taciti verbis lego*, intercederat sortis hu. commercium vi, metu.

62. SORTIS HVMANÆ.] *Sors humana, mors est & inopinati aut incerti casus. Ita l.* I. *Annal.* Permoto ad miserationem exercitu, ob casus bellorum, & sortem hominum. *At sortis eius* commercium *est miseratio & agnitio similis fortunæ: quæ omnibus potest euenire. Hanc sequitur auxilium vel solatium, & sepultura, communi quodam iure.*

63. QVALEM DIEM.] *Corruptè. Videntur verba huc tralata ex paginâ sequenti:* quem tum annum, qualem diem haberet. *Vertranius conatur*, qualem die Tiberius. *hoc sensu, Caligulâ talem habitum induebat, qualem Tiberius quoque die induisset. Coniectura, quam ego non emerim sestertio nummo.*

64. PRÆSAGIVM TIBERII.] *Pugnat Suetonius, qui non Tiberio sed Augusto præsagium hoc tribuit; nec de Consule Galbâ, sed puero. Lege eum lib.* VII. *cap.* IV. *A Tacito stant Iosephus & Dio.*

65. ET TV GALBA.] *Hoc de Consule Tiberius: at Suetonius de puero refert*, Augustum apprehensâ eius bucculâ dixisse, καὶ σὺ τέκνον τῆς ἀρχῆς ἡμῶν ἀπολαύσῃ. *Quæ sunt ipsa, quæ hîc Tiberio adscribuntur: quod idem cum nostro & Dio facit. Ità censeat aliquis Suetonium vel alios auctores secutum, vel memoriolâ lapsum: etsi potuit vterque diuerso tempore prædixisse, sed itáne verbis ijsdem?*

66. TRASVLLVM.] *Qui etiam de re medicinâ libros composuisse videtur, laudante Plinio plus vno loco. Pete fusè hæc à Dione, lib.* LV.

67. IN

A nis & metus postremò exclamat, ambiguum sibi ac propè vltimum discrimen instare. Tum complexus eum Tiberius, præscium periculorũ, & incolumem fore gratatur; quæque dixerat oraculi vice accipiens, inter intimos amicorum tenet. Sed mihi hæc, ac talia audienti, in incerto iudicium est, fatóne res mortalium & necessitate immutabili, an forte voluantur. quippe sapientissimos veterum, quiq; sectam eorum æmulantur, diuersos reperies: ac multis insitam opinionem, non initia nostri, non finem, non denique homines diis curæ. Ideò creberrima & tristia in bonos, læta apud deteriores esse. Contrà alij, fatum quidem congruere rebus putant, sed non è vagis stellis, verùm apud principia, & nexus naturalium causarum. ac tamen electionem vitæ nobis relinquunt: quam vbi elegeris, certum imminentium ordinem. neque mala vel bona, quæ vulgus putet: multos qui conflictari aduersis videantur, beatos; ac plerosque, quamquam magnas per opes, miserrimos: si illi grauem fortunã constanter tolerent, hi prosperâ inconsultè vtantur. Ceterùm plurimis mortalium non eximitur, quin primo cuiusq; ortu ventura destiB nentur: sed quædam secus quàm dicta sint cadere, fallaciis ignara dicentium. ita corrumpi fidem artis, cuius clara documenta, antiqua ætas & nostra tulerit. Quippe à filio eiusdem Trasulli, prædictum Neronis imperium,[67] in tempore memorabitur, ne nunc incepto longiùs abierim. Iisdem consulibus [68] Asinij Galli mors vulgatur, quem egestate cibi peremtum haud dubium: sponte vel necessitate, incertum habebatur. Consultusq; Cæsar an sepeliri sineret, non erubuit permittere, vltroq; incusare casus, qui reum abstulissent antequam coràm conuinceretur. scilicet medio triennio defuerat tempus subeundi iudicium consulari seni, [69] tot consularium parenti. Drusus deinde exstinguitur, cùm se miserandis alimentis, mandendo è cubili tomento, nonum ad diem detinuisset. Tradidere quidam, [70] descriptum fuisse Macroni, si arma ab Seiano tentarentur, extractum custodiâ iuuenem, (nam in palatio attinebatur) ducem populo imponere. mox quia rumor incedebat, fore vt nurui ac nepoti conciliaretur Cæsar; sæuitiam, quàm pœnitentiam maluit. C Quin & inuectus in defunctum, probra corporis, exitiabilem in suos, infensum Reip. animum obiecit: recitariq́ue factorum dictorumq; eius descripta per dies iussit. quo non aliud atrocius visum. Adstitisse tot per annos, qui vultum, gemitus, occultum etiam murmur exciperent. & potuisse auum audire, legere, in publicum promere, vix fides; nisi quòd Actij centurionis, & Didymi liberti epistolæ, seruorum nomina præferebant, vt quis egredientem cubiculo Drusum pulsauerat, exterruerat. Etiam sua verba centurio sæuitiæ plena, tamquam egregium, vocesq́ue deficientis adiecerat; quîs primò alienationem mentis simulans, quasi per dementiam, funesta Tiberio, mox vbi exspes vitæ fuit, meditatas compositasq́ue diras imprecabatur: vt quemadmodum nurum, filiumq́ue fratris, & nepotes, domumq́ue omnem cædibus compleuisset; ita pœnas nomini generiq́ue maiorum, & posteris exsolueret. Obturbabant quidem patres, specie detestandi. sed penetrabat pauor, & admiratio, callidum olim & tegendis sceleribus obscurum, huc confidentiæ veniisse, vt tamquam dimotis parietibus ostenderet nepotem sub verbere centurionis, inter seruorum ictus, extrema vitæ ali-
D menta frustrà orantem. Nondum is dolor exoleuerat, cùm de Agrippinâ auditum. quam interfecto Seiano spe sustentatam prouixisse reor: & postquam nihil de sæuitia remittebatur, voluntate exstinctam. nisi si negatis alimentis, adsimulatus est finis, qui videretur sponte sumtus. Enimuerò Tiberius fœdissimis criminationibus exarsit, impudicitiam arguens, & Asinium Gallum adulterum, eiusq́ue morte ad tædium vitæ compulsam.

Et certa præscientia.

Cap. 22. *Ambigit de Gubernatione nõster: Fatalis ea, an Fortuita. Sed illam probat magis.*

Fidem etiam Mathematicis adstruit, sed quibus Genius.

Cap. 23. *Asinij Galli mors:*

Et Drusi, filij Germanici.

Cap. 24. *Nec mortuo parcit Cæsar. Varia in eum atrocitas.*

Diræ illius in Tiberium.

Cap. 25. *Agrippina mater, inediâ exstincta. Hanc quoque Cæsar criminatur.*

67. IN TEMPORE MEMORABITVR.] *Non est in libris qui supersunt id vaticinium; ne in Suetonio quidem.*

68. ASINII GALLI MORS.] *Quem eodem die & conuiuam Tiberij fuisse, & eo suborname damnatum, narrat Dio l.* LVIII. *in actis anni* DCCXXCII. *Est ille qui filium Pollionis Asinij librum edidit, quo patrem Ciceroni comparauit: cui rescripsit imperator Claudius. Suetonius in eius vitâ, & Plinius in Epistolis. Agellius lib.* XVII. *cap.* I. *Eusebius in Chronicis notat* Asinium Gallum diris suppliciis mactatum anno ante T. Liuij mortem.

69. TOT CONSVLARIVM PARENTI.] *Plures enim filios habuit, qui Consules. Vide ea quæ notaui in fine libri tertij Annal. suprà.*

70. DESCRIPTVM FVISSE.] *Muretus,* præscriptum.

71. NER-

Purgat nofler.

pulsam. Sed Agrippina æqui impatiens, dominandi auida, virilibus curis, feminarum vitia exuerat. Eodem die defunctam, quo biennio antè Seianus pœnas luisset, memoriæque id prodendum addidit Cæsar: iactauitque quòd non laqueo strangulata, neque in Gemonias proiecta foret. Actæ ob id grates, decretumque vt quintodecimo Kal. Nouembris, vtriusq; necis die, per omnis annos, donum Ioui sacraretur. Haut multò pòst Cocceius [71] Nerua continuus Principis, omnis diuini humanique iuris sciens, integro statu, corpore inlæso, moriendi consilium cepit. Quod vt Tiberio cognitum; adsidere, causas requirere, addere preces; fateri postremò graue conscientiæ, graue famæ suæ, si proximus amicorum, nullis moriendi rationibus, vitam fugeret. auersatus sermonem Nerua, abstinentiam cibi coniunxit. Ferebant gnari cogitationum eius, quantò propiùs mala Reip. viseret, irâ, & metu, dum integer, dum intentatus, honestum finem voluisse. Ceterùm Agrippinæ pernicies, quod vix credibile, Plancinam traxit. Nupta olim Gn. Pisoni; & palàm læta morte Germanici, cùm Piso caderet, precibus Augustæ, nec minùs inimicitiis Agrippinæ defensa erat. Vt odium & gratia desiêre; ius valuit. petitaque criminibus haut ignotis, suâ manu, sera magis, quàm immerita supplicia persoluit. Tot luctibus funestâ ciuitate, pars mæroris fuit, quòd Iulia Drusi filia, quondam Neronis vxor, denupsit in domum Rubellij Blandi, [72] cuius auum Tiburtem equitem Romanum plerique meminerant. Extremo anni mors Ælij Lamiæ funere censorio celebrata; qui administrandæ Syriæ imagine tandem exsolutus, vbi præfuerat. genus illi decorum, viuida senectus, & non permissa prouincia dignationem addiderat. Exin [73] Flacco Pomponio Syriæ proprætore defuncto, recitantur Cæsaris litteræ, quîs incusabat egregium quemque, & regendis exercitibus idoneum, abnuere id munus: seque eâ necessitudine ad preces cogi, per quas consularium aliqui capessere prouincias adigerentur. oblitus Arruntium ne in Hispaniam pergeret, decimum iam annum attineri. Obiit eodem anno & [74] M. Lepidus, de cuius moderatione, atque sapientiâ in prioribus libris satis conlocaui. neque nobilitas diutiùs demonstranda est: quippe Æmilium genus fecundum bonorum ciuium, & qui eâdem familiâ corruptis moribus, inlustri tamen fortuna egêre.

Cap. 26.

Cocceius Nerua sponte vitâ abit. Nec Tiberio oranti cedit.

Plancina se interficit.

Cap. 27.

Iulia Rubellio denupsit.

Ælij Lamiæ mors.

Manij Lepidi mors.

Cap. 28.

A. V. C. DCCXXCVII.

Phœnix visus

Quæ illa auis, & quàm vitalis.

[75] Paullo Fabio, L. Vitellio Coss. post longum sæculorum ambitum, auis Phœnix in Ægyptum venit; præbuitque materiem doctissimis indigenarum, & Græcorum, multa super eo miraculo differendi. de quibus congruunt, & plura ambigua, sed cognitu non absurda promere libet. Sacrum soli id animal, [76] & ore ac distinctu pinnarum à ceteris auibus diuersum, consentiunt qui formam eius definiêre. De numero annorum varia traduntur: maximè vulgatum, quingentorum spatium. sunt qui adseuerent, mille quadringentos [77] sexaginta vnum interici; prioresque alites Sesostride primùm, pòst Amasidæ, dominantibus, dein Ptolemæo, qui ex Macedonibus tertius regnauit, in ciuitatem, cui Heliopolis nomen, aduolauisse, multo ceterarum volucrum comitatu, nouam faciem mirantium. Sed antiquitas quidem obscura. inter Ptolemæum

Multorum iudicio falsus: & meo certè.

ac

71. NERVA CONTINVVS PRINCIPIS.] *Celeber iuris auctor, de quo Pomponius:* Hic etiam Nerua Cæsari familiarissimus fuit. *Consul fuit cum Vibio Rufino anno* DCCLXXV.

72. CVIVS AVVM TIBVRTEM.] *At pater eius tamen consularis, de quo l.* III. Solus Lepido è consularibus Rubellius Blandus adsensit. *Consul suffectus fuit anno* DCCLXXI.

73. FLACCO POMPONIO.] *De eodem Suetonius cap.* XLII. *Tiberij:* Posteà princeps in ipsâ publicorum morum correctione, cum Pomponio Flacco & L. Pisone, noctem continuumque biduum epulando potandoque consumpsit: quorum alteri Syriam prouinciam, alteri præfecturam vrbis confestim detulit. *Vbi aliquot libri*, Pompeio Flacco. *malè. est enim ille ipse, qui ante* XV. *annos Mœsiæ præfuerat. Tacit. l.* II.

74. M. LEPIDVS.] *Iterùm*, Manius.

75. PAVLLO FABIO, L. VITELLIO COSS.] *Dio, Solinus, Plinius, biennio posteriùs venisse eum volunt, Q. Plautio, Sex. Papinio Coss. Vereor vt stare sententia Taciti possit, contra tot testes. Nota autem ex Dione hospipsos Consules post celebrata decennalia Tiberij pœnâ adfectos. quod tacuit noster. Ex quo non vanè dixerim, narrationi huic annali deesse quædam. Non enim Consulum supplicium certè omisisset.*

76. ET ORE AC DISTINCTV.] *Haud mutem. nam os ei etiam eximium*, cristis faciem caputque (*ait Plinius*) plumeo apice cohonestantibus. *Ingeniosè alioqui Pichena*, colore ac.

77. SEXAGINTA VNVM.] *Nimis minutum aut curiosum de* vno *anno. Itaque Muretus sententiam expedisse mihi videtur:* sexaginta: vnum in terris. *Neque enim probabile, hoc omissum, de vanitate.*

A ac Tiberium minùs ducenti quinquaginta anni fuerunt. vnde nonnulli falsum hunc Phœnicem, neque Arabum è terris credidêre, nihilq; vsurpauisse ex his quæ vetus memoria firmauit. confecto quippe annorum numero, vbi mors propinquet, suis in terris struere nidum, eiq́ue vim genitalem adfundere: ex quâ fetum oriri, & primam adulto curam sepeliendi patris. neque id temerè, sed sublato murrhæ pondere, tentatoq́ue per longum iter, vbi par oneri, par meatui sit, subire patrium corpus, inq́ue Solis aram perferre, atque adolere. hæc incerta & fabulosis aucta. Ceterùm aspici aliquando in Ægypto eam volucrem non ambigitur. At Romæ cæde continuâ, Pomponius Labeo, quem præfuisse Mœsiæ rettuli, per abruptas venas sanguinem effudit: æmulataq́ue est coniunx Paxæa. nam promtas eiusmodi mortes, metus carnificis faciebat: & quia damnati, publicatis bonis, [78] sepulturâ prohibebantur: eorum [79] qui de se statuebant, humabantur corpora, manebant testamenta, pretium festinandi. Sed Cæsar missis ad senatum litteris, disserüit, *morem fuisse maioribus, quoties dirimerent amicitias, interdicere domo,*
B *eumq́ue finem gratiæ ponere: id se repetiuisse in Labeone. atque illum, quia malè administratæ prouinciæ, aliorumq́ue criminum vrgebatur; culpam inuidiâ velauisse, frustrà conterritâ vxore, quam etsi nocentem, periculi tamen expertem fuisse.* [80] Mamercus dein Scaurus rursum postulatur, insignis nobilitate & orandis caussis, vitâ probrosus. nihil hunc amicitia Seiani, sed labefecit haut minùs validum ad exitia Macronis odium, qui easdem artes occultiùs exercebat: detuleratq́ue [81] argumentum tragœdiæ à Scauro scriptæ, additis

Cap. 29. *Pomponius Labeo moritur sponte Multiq; tunc alij, & quaret*

Scaurus Mamercus accusatus:

78. SEPVLTVRA PROHIBEBANTVR.] *Sepulturâ luctuq; adfinium prohiberi, nisi magnorum scelerum damnatos (puta parricidij, perduellionis; itemq; suspendiosos) non moris apud priscos. Inualuit sub Tyrannis, ideoq; quasi nouum, in Tiberij sæuitiâ Sueton. notat, cap.* LXI. Interdictum ne capite damnatos propinqui lugerent. *itemq;:* Nemo punitorum
C non in Gemonias abiectus, vncoq́ue tractus. *Qui autem tracti, Tiberis eis sepultura. Idem in publicatione bonorum fuit. quæ apud antiquos in crimine perduellionis & hostilitatis tantùm exercita, & fortasse parricidij. ita Sp. Mælij* bona contacta pretiis regni mercandi vendere atque in publicum redigere Quæstores iussi, *ait Liuius: ita Ciceronis damnati, à Clodio: M. Lepidi, à Senatu publica facta, quia secutus Antonij sectam. Primus publicationem ad omnia crimina (publica intellego) traxit Cæsar: qui, vt Suetonius ait,* pœnas facinorum auxit: & cùm locupletes eò faciliùs scelere se obligarent, quòd integris patrimoniis exsulabant: parricidas, [vt *Cicero scribit] bonis omnibus, reliquos dimidiâ parte multauit. *Tenuit ea lex sub Augusto; qui tamen, cùm multis diuitibus vel dimidia pars, nimiæ essent*
D *opes, & in ipso exsilio caussa luxus; sanxit, vt iis omnibus quibus aquâ & igni interdictum (id est Iurisconsultorum verbo, Deportatis) non plus possidere liceret quingentis millibus nummûm. Dio* LVI. *Intenditq; iterùm sæuitiam eam Tiberius, latâ lege, quâ interdictis aquâ & igni adempta omnis testamenti factio. Idem Dio* LVII. *Quam legem interpretans Caius l.* VIII. *Qui test. fac. possunt:* Si cui aquâ & igni interdictum sit, *inquit,* eius nec illud testamentum valet quod antè fecerit, nec id quod posteà. Bona quoque quæ tunc habuit cùm damnaretur, publicabuntur.

79. QVI DE SE STATVISSENT.] *Non mirum, quia ne damnati quidem, nec peracti rei. Dio hæc omnia exprimere voluit, in actis anni* DCCLXXXIV. Ἔς τε τὴν ἀγορὰν τὰ σώματα ἁπάντων ἐρρίπτετο, καὶ μετὰ τοῦτο ἐς τὸν ποταμὸν ἐνεβάλλετο. Ἤδη δὲ καὶ ὅπως οἱ ποῦδες τῶν ἀστῶν ἀυτὸς κληρονομῶσιν. *vbi puero mendum clarum, scribendumq;, μὴ κληρονομῶσιν, insertâ voce. Ideò enim obiecta corpora tractaq;, ne liberi succedere in bona possent, quæ iam publica vt damnatorum palàm punitorumq;. Mirum ex sequentibus Dionis verbis interpretem id non vidisse. Bona ergo manebant, siquis præueniisset damnationem, & testamenta. Sed quid in præmiis accusatorum? nihilo seciùs dari solere, ostendit Taciti locus suprà, l.* IV. Et quia Cornutus suâ manu ceciderat, actum de præmiis accusatorum abolendis, siquis maiestatis postulatus, ante perfectum iudicium sêipse vitâ priuauisset. ibaturq́ue in eam sententiam, ni durius contraq́ue morem suum palàm pro accusatoribus Cæsar, inritas leges, & remp. in præcipiti conquestus esset. Sic delatores, genus hominum publico exitio repertum, per præmia eliciebantur. *Dari non solere, Seneca in narrandâ Cremutij morte, quæ sub hoc Tiberij tempus.* Cognito consilio eius, *inquit,* publica voluptas erat, quòd è faucibus auidissimorum luporum eriperetur præda. Accusatores adeunt Consulum tribunalia, queruntur Cordum mori, vt interpellarent quod coëgerant. Adeò illis Cordus videbatur effugere. Magna res erat in quæstione, an morte rei prohiberentur. *Nec satis scio, quomodo in concordiam reducam eos locos. Sub Claudio & Nerone fortean aliud fuerit: & Senecam deceperit mos sui æui.*

* A. Glossemate sunt, tolle.

80. MAMERCVS SCAVRVS.] *Malè hic à Dione,* Μάρκος. *De probrosâ eius vitâ, lege Senecam l.* IV. *de Benef. cap.* XXXI. *aut potiùs non lege impuritatem hominis & ἄῤῥητον υἷξιν. Notat eum breui stigmate Tertullianus de Pallio:* Dabo catharcticum impuritati Scauri, & aleæ Curij, & vinolentiæ Antonij.

81. ARGVMENTVM TRAGOEDIÆ.] *Cui nomen Atreus fuit. Versus qui in Tiberium flecti videbatur, ex Euripide:*

Τὰς τῶν κεκτάντων ἁμαρτίας χρεὼν φέρειν.

Adi Dionem.

82. AB

ditis versibus qui in Tiberium flecterentur. Verùm [82] ab Seruilio & Cornelio accusatoribus, adulterium Liuiæ, magorum sacra obiectabantur. Scaurus, vt dignum veteribus Æmiliis, damnationem anteit; hortante* Sexitiâ vxore: quæ incitamentum mortis, & particeps fuit. At tamen accusatores, si facultas incideret, pœnis adficiebantur: vt Seruilius Corneliusque perdito Scauro famosi, quia pecuniam à Vario Ligure omittendæ delationis ceperant, in insulas, interdicto igni atque aquâ, demoti sunt. & Abudius Ruso functus ædilitate, dum Lentulo Getulico, sub quo legioni præfuerat, periculum facessit, quòd is Seiani filium generum destinasset, vltrò damnatur, atque vrbe exigitur. Getulicus eâ tempestate superioris Germaniæ legiones curabat; mirumque amorem adsecutus erat, effusæ clementiæ, modicus seueritate, & proximo quoque exercitui per L. Apronium socerum non ingratus. Vnde fama constans, ausum mittere ad Cæsarem litteras, *Adfinitatem sibi cum Seiano haut sponte, sed consilio Tiberij cœptam: perinde se, quàm Tiberium falli potuisse. neque errorem eumdem illi sine fraude; aliis exitio habendum. Sibi fidem integram, & si nullis insidiis peteretur, mansuram: successorem non aliter quàm indicium mortis accepturum. firmarent velut fœdus, quo Princeps ceterarum rerum potiretur, ipse prouinciam retineret.* Hæc mira quamquam, fidem ex eo trahebant, quòd vnus omnium Seiani adfinium incolumis, multaque gratiâ mansit: reputante Tiberio publicum sibi odium, extremam ætatem, magisque famâ quàm vi, stare res suas. C. Cestio, M. Seruilio Coss. nobiles Parthi in vrbem venêre, ignaro rege Artabano. Is metu Germanici fidus Romanis, æquabilis in suos; mox superbiam in nos, sæuitiam in populares sumsit. fretus bellis, quæ secunda aduersum circumiectas nationes exercuerat, & senectutem Tiberij vt inermem despiciens; auidusque Armeniæ, cui defuncto rege Artaxiâ, Arsacem liberorum suorum veterrimum imposuit, additâ contumeliâ. & missis qui gazam à Vonone relictam in Syriâ Ciliciaque reposcerent, simul veteres Persarum ac Macedonum terminos: seque inuasurum possessa Cyro, & pòst Alexandro, per vaniloquentiam ac minas iaciebat. Sed Parthis mittendi secretos nuntios validissimus auctor fuit Sinnaces, insigni familiâ ac perinde opibus; & proximus huic Abdus, ademtæ virilitatis. [83] Non despectum id apud barbaros, vltroque potentiam habet. Ij adscitis & aliis primoribus, quia neminem gentis Arsacidarum summæ rei imponere poterant, interfectis ab Artabano plerisque aut nondum adultis; Phrahatem regis Phrahatis filium Româ poscebant. Nomine tantùm & auctore opus, vt sponte Cæsaris, vt genus Arsacis, ripam apud Euphratis cerneretur. Cupitum id Tiberio. ornat Phrahatem, accingitque paternum ad fastigium: destinata retinens, consiliis & astu res externas moliri, arma procul habere. Intereà cognitis insidiis, Artabanus tardari metu; modò cupidine vindictæ inardescere. Et barbaris contatio, seruilis: statim exsequi, regium videtur. Valuit tamen vtilitas, vt Abdum specie amicitiæ vocatum ad epulas, lento veneno inligaret, Sinnacem dissimulatione ac donis, simul per negotia, moraretur. Et Phrahates apud Syriam, dum omisso cultu Romano, cui per tot annos insueuerat, instituta Parthorum sumit, patriis moribus impar, morbo absumtus est. Sed non Tiberius omisit incepta. Tiridatem sanguinis eiusdem, æmulum Artabano, reciperandæque Armeniæ

A se absolutus. * Sextiâ Cap. 30.

Getulicus postulatus

Mirâ fidaciâ euadit.

Epistola eius ad Tiberium.

Cap. 31. A. V C. DCCLXXXIIX.

Parthi in vrbem venerunt, Artabanum amoturi, qui suis Romanisq; insidiis.

Phrahatem ad regnum postulant. Permittit Cæsar. Cap. 32.

Sed ille moritur.

Alium submittit Tiberius:

A B C D

82. AB SERVILIO ET CORNELIO.] *Cornelio fuit cognomen Thusci. Seneca pater Suasoriâ* II. Thuscus ille qui Scaurum Mamercum, in quo Scaurorum familia exstincta est, maiestatis reum fecerat, homo quàm improbi animi, tam infelicis ingenij.

83. NON DESPECTVM.] *Ex instituto Cyri apud Xenophontem lib.* VII. *qui custodiam curamq; sui corporis solis commisit Eunuchis: & intimam aulam ex hoc semiuiro genere constituit, quasi fidissimo. Itaque deinceps in honore. Sed & Persæ primi priuasse viro creduntur. Stephanus de Vrbibus:* Σπάδα, ἀδ ετέρφς, κώμη Περσικὴ, ἐν ᾗ πρώτη εὐνουχισμὸς γέγονεν. *Petronius,*

Persarum ritu, malè pubescentibus annis
Surripuêre viros, exsectaque viscera ferro
In Venerem fregêre.

Alij ad Semiramim referunt, vt Ammianus. Vtramque famam posuit Claudianus in Eutropium, libro I.

——seu prima Semiramis astu
Assyriis mentita virum, ne vocis acutæ
Mollities, læuesque genæ se prodere possent,
Hos sibi coniunxit similes: seu Persica ferro
Luxuries vetuit nasci lanuginis vmbram.

Vbi scriptum etiam, Parthica. *nullo vitio, quia populi ij tunc confusi.*

84. Ex-

A meniæ Hiberum Mithradatem diligit,conciliatque fratri Pharasmani,qui gentile imperium obtinebat: & cunctis,quæ apud Orientem parabantur,L. Vitellium præfecit. Eò de homine haut sum ignarus siniſtram in vrbe famam,pleraque fœda memorari : ceterùm regendis prouincijs priscâ virtute egit. Vnde regressus,& formidine C. Cæsaris,familiaritate Claudij,turpe in seruitium mutatus;[84] exemplar apud posteros adulatorij dedecoris habetur. cesseruntque prima postremis, & bona iuuentæ senectus flagitiosa obliterauit. *Vitellio Orienti præfecto.* *Eius mores & ingenium.*

At ex regulis,priot Mithradates Pharasmanen perpulit,dolo & vi conatus suos iuuare: repertique corruptores,ministros Arsacis multo auro ad scelus cogunt,simul Hiberi magnis copijs Armeniam irrumpunt,& [85] vrbe Artaxata potiuntur. Quæ postquam Artabano cognita;[86] filium Orodem vltorem parat,datque Parthorum copias,mittit qui auxilia mercede facerent. Contrà, Pharasmanes adiungere Albanos, [87] accipere Sarmatas, quorum Sceptruchi vtrimque donis acceptis, more gentico diuersa induêre. Sed Hiberi locorum potentes,Caspiâ viâ Sarmatam in Armenios raptim effundunt. [88] At qui Parthis aduentabant,facilè arcebantur, cùm alios incessus hostis clausisset, vnum reliquum, [89] mare inter & extremos Albanorum montes,æstus impediret. quia flatibus Etesiarum implentur vada,hibernus Auster reuoluit fluctus,pulsoq; introrsus freto,breuia litorum nudantur. Interim Orodem sociorum inopem,auctus auxilio Pharasmanes vocare ad pugnam,& detrectantem incessere,adequitare castris,infensare pabula; ac sæpè, modum obsidij,stationibus cingebat: donec Parthi contumeliarum insolentes,circumsisterent regem,poscerent prœlium. atq; illis sola in equite vis: Pharasmanes & pedite valebat. nam Hiberi Albaniq; saltuosos locos incolentes,duritiæ patientiæq; magis insueuêre. Feruntq; se [90] Thessalis ortos;quâ tempestate Iason post auectam Medeam, genitosq;ex eâ liberos, inanem mox regiam Æëtæ, vacuosq; Colchos repetiuit.[91] Multaque de nomine eius,& oraculum Phryxi celebrant. Nec quisquam ariete sacrificauerit,credito vexisse Phryxum: siue id animal, seu nauis insigne fuit. Ceterùm directâ vtrimque acie, Parthus imperium Orientis,claritudinem Arsacidarum: contraque ignobilem Hiberum,mercenario milite, [92] differebat. Pharasmanes, *integros semet à Parthico dominatu: quanto maiora peterent, plus decoris victores, aut si terga darent, flagitij atq; periculi laturos. simul horridam suorum aciem, picta auro Medorum agmina; hinc viros, inde prædam ostendere.* Enimuerò apud Sarmatas non vna vox ducis. se quisq; stimulant, ne pugnam per sagittas inirent, impetu & comminus præueniendum. Cap. 33. *Coeruntur in Parthum.* *Ille Orodem in eos mittit.* Cap. 34. *Sed viribus imparem.* *Hiberi & Albani vnde orti.* *Pugna committitur.* Cap. 35.

84. EXEMPLAR APVD POSTEROS.] *Corrigamus ergo Senecam. vbi vulgò lib.* IV. *Natur. Quæst. c.* I. Alius adulatione clàm vtetur,alius ex aperto palàm, rusticitate simulatâ, quasi simplicitas illa non ars sit. Plancus artifex ante Villeum maximus,aiebat, non esse occultè, nec ex dissimulato blandiendũ. *& legamus,* ante Vitellium. *Villeus enim ignotus : at Vitellij huius mirum in adulando ingenium,etiam Suetonius celebrat,c.* II. *in Vitellio. & Dio* LVIII. *Plancus autẽ in Senecâ,est is qui apud Fuluiã Antonij magnus: de cuius adulatorijs moribus Appianus lib.* III. *Ciuil.*

85. VRBE ARTAXATA.] *Malim,* vrbem. *Tamen & Artaxatam & Tigranocertam priore numero, noster alijq; scripserunt.*

86. FILIVM ORODEM.] *Omnis hæc historia apud Iosephum, libro* XVIII. *cap.* VIII.

87. ACCIPERE SARMATAS.] *Profectò fuit,* acciere Sarmatas: *id est arcessere & aduocare.*

88. AT QVI PARTHIS ADV.] *Nempe Sarmatæ, qui diuersa, vt dixit, more gentis induerant : & hodie faciunt Tartari, qui ea loca tenent.*

89. MARE INTER ET.] *Mare, nempe Caspium: & res ita habet. Extremi fines Albanorum, versus Sarmatiam, Caspium mare tangunt. Ad illud vsque, perpetuis ferè montibus à Sarmatis separantur : ergo aditus in Albaniam, per litoris eius oram, & plana vicina. Sed hæc quoque, inquit, clausa tunc Sarmatis. quia ab Oriente Etesiæ flabant, & vndas fluctusq; in plana impellebant, atque ita restagnabant. Transitus autem Sarmatis non alius in Armeniam,quàm per Albanos ; & in Albanos, per illud litus.*

90. THESSALIS ORTOS.] *Strabo lib.* XI. *qui de Oraculo item Phryxi, & vetitâ arietis cæde,his verbis:* Ἐν τῇ Μηδικῇ τὸ τοῦ Λευκοθέας ἱερόν, Φρίξου ἵδρυμα, καὶ μαντεῖον ἐκείνου, ὅπου κριὸς ἀ θύεται. *At aliter Iustinus, qui hos ad Orientem Albanos,deducit ex Italiâ ab Albano monte. Eius verba lib.* XLII. Cum Albanis fœdus percussit *Iason.* qui Herculem ex Italiâ ab Albano monte, cùm Geryone exstincto, armenta eius per Italiam duceret,secuti dicuntur : quique memores Italicæ originis, exercitum Cn. Pompeij, bello Mithridatico fratres salutauere.

91. MVLTAQVE DE NOMINE EIVS.] *Id capio, loca siue templa de nomine eius dici. Ita Strabo,* Iasonem,cum Armenio Thessalo,profectum vsque ad mare Caspium : Ὡς, *inquit,* μαρτυρεῖ τά τε Ἰασώνεια, καὶ ἄλλα ὑπομνήματα: sicut testantur Iasonéa,& alia monumenta. *Iasonéa,acceperim sacella aut templa Iasonis honori. Iustinus* XLII. Iasoni totus ferè Oriens, vt conditori, diuinos honores templaque constituit. *Quem etiam vide super hoc reditu in Colchos, Medeâ rursum adsumptâ : vt hîc noster tetigit.*

92. DISSEREBAT.] *Magis pro sententiâ esset,* differebat.

ueniendum. Variæ hinc bellantium ſpecies. cùm Parthus ſequi vel fugere pari arte ſuetus, diſtraheret turmas, ſpatium ictibus quæreret: Sarmatæ omiſſo arcu, quo breuiùs valent, contis gladijſque ruerent. modò equeſtris prœlij more,[93] frontis & tergi vices; aliquando, vt conſerta acies, corporibus & pulſu armorum pellerent, pellerentur. Iamque & Albani Hiberique prenſare, detrudere, ancipitem pugnam hoſtibus facere. quo ſuper, eques, & propioribus vulneribus pedites adflictabant. Inter quæ Pharaſmanes Orodesque dum ſtrenuis adſunt, aut dubitantibus ſubueniunt, conſpicui, eoque gnari, clamore, telis, equis concurrunt: inſtantiùs Pharaſmanes. nam vulnus per galeam adegit, nec iterare valuit, prælatus equo, & fortiſſimis ſatellitum protegentibus ſaucium. Fama tamen occiſi[94] falsò credita, exterruit Parthos, victoriamque conceſſere. Mox Artabanus totâ mole regni[95] vltimi. id peritiâ locorum, ab Hiberis meliùs pugnatum. nec ideò abſcedebat, ni contractis legionibus Vitellius, & ſubdito rumore tamquam Meſopotamiam inuaſurus, metum Romani belli feciſſet. Tum omiſſa Armenia, verſæque Artabani res: inliciente Vitellio, deſererent regem ſæuum in pace, & aduerſis prœliorum exitioſum. Igitur Sinnaces, quem antè infenſum memoraui, patrem Abdageſem, alioſque[96] occultos conſulit, & tunc continuis cladibus promtiores ad defectionem trahit: adfluentibus paullatim, qui metu magis quàm beneuolentiâ ſubiecti, repertis auctoribus ſuſtulerant animum. Nec iam aliud Artabano reliquum, quàm ſi qui externorum, corpori cuſtodes aderant, ſuis quiſque ſedibus extorres; quîs neque boni intellectus, neque mali cura, ſed mercede aluntur, miniſtri ſceleribus. His adſumtis, in longinqua & contermina Scythiæ fugam maturauit, ſpe auxilij: quia Hyrcanis Carmanijſque per adfinitatem innexus erat. Atque interim poſſe[97] Parthos abſentium æquos, præſentibus mobiles, ad pœnitentiam mutari.

In quâ Orodes ſuccubuit, ac parè occubuit. Cap. 36.

Artabano omnia infeſta, infida.

Scythiam aufugit.

Cap. 37. *Vitellius ad Euphratem Rom. exercitum ducit.*

At Vitellius profugo Artabano, & flexis ad nouum regem popularium animis, hortatus Tiridaten parata capeſſere, robur legionum, ſociorumque, ripam ad Euphratis ducit. Sacrificantibus, cùm hic more Romano[98] Suouetaurilia daret, ille equum placādo amni adornaſſet; nuntiauere accolæ Euphraten nullâ imbrium vi, ſponte & immensùm attolli: ſimul albentibus ſpumis[99] in modum diadematis ſinuare orbes; auſpicium proſperi tranſ-

93. FRONTIS ET TERGI VICES.] *Scribo*, vice. *& ſententiam expedio. A Salluſtio eſt, qui in hiſtorijs:* More equeſtris prœlij, ſumptis tergis, atque redditis. *Et in Iugurthâ:* Quibus illi freti, non vti equeſtri prœlio ſolet, ſequi, dein cedere: ſed aduorſis equis concurrere, implicare, ac perturbare aciem. *Frontis & tergi vice. id eſt, alternâ mutatione modò frontis modò tergi.*

94. FALSÒ CREDITA.] *Lego*, dedita. *vel* didita. *At Ioſephus reuerâ occiſum eum tradit lib.* XVIII.

95. VLTIMI * ID PERITIA.] *Niſi quiddeſit (nec puto herclè, quoniam totâ hac narratione belli externi conciſus Tacitus) commodò reſtituemus:* regni vltum ijt. peritiâ l. a. H. m. pugnatum. *Amat ita loqui noſter, & Salluſtius:* Quàm maximâ curâ vltum ire iniurias feſtinat.

96. OCCVLTOS CONSVLIT.] *Scribo*, conligit.

97. PARTHOS ABSENTIVM ÆQVOS.] *Prorſus idem conſilij datum, & ſucceſſu ſimili, regi Chilperico, ratione item pari, in Franciâ. Vide Aimoinum libro* I. *cap.* VII.

98. SVOVETAVRILIA DARET, ILLE EQVVM.] *De Suouetaurilibus dico ad lib.* IV. *Hiſtoriarum. De equo res ſic habet. Sollennis Perſarum victima Soli, equus. Iuſtinus*: Solem vnum eſſe deum Perſæ credunt, & equos eidē deo ſacratos ferunt. *Xenophon lib.* IV. περὶ Κύρου ἀναβάσ. Καὶ ἵππον δὲ εἰλήφει παλαιότερον, δίδωσι (Ξενοφῶν) τῷ κωμάρχῃ ἀναθρέψαντι καταθῦσαι, ὅτι ἤκουσεν αὐτὸν ἱερὸν εἶναι τοῦ ἡλίου, δεδιὼς μὴ ἀποθάνῃ. *Et lib.* VIII. Κύρου παιδείας. Περσῶν μὲν ἦγοντο τῷ Διὶ ταῦροι πάγκαλοι εἰς τέσσαρας, μετὰ δὲ τούτους, ἵπποι ἦγον· θῦμα τοῦ ἡλίου. *Idemq; Pauſaniæ in Laconicis notatum. At de amne, nihil nobis lectum. Sed & alijs gentibus victima, equus. Apud Romanos, Marti. Feſtus, in Equus. Et apud Myſios: Florus:* Illi ſtatim ante aciem immolato equo, concepêre votum, &c. *Apud Maſſagetas, item Soli. Strabo lib.* XI. Θεὸν δὲ ἥλιον μόνον ἡγοῦνται, τούτῳ δὲ ἱππο θυτοῦσι: *Pugnat cum ſuperioribus, quod idem Strabo lib.* XV. *de Carmanis ſcribit:* Οἶνον τε θύουσι τῷ Ἄρει, ὃν Πέρσαι σέβουσι θεῶν μόνον. *Alij enim Perſis Solem, quem Mithram dicunt, deum vnicum tribuunt, non Martem, vbi hîc (per obliuionem fortè) Strabo.*

99. IN MODVM DIADEMATIS.] *Ad diadematis formam aſpicit: quam, ſi vacat, à me cape. Diadema commune olim inſigne regum, non aliud quàm faſcia tenuis cingens caput. Seneca:* Vides illum Scythiæ Sarmatiæve regem inſigni capitis decorum? ſi vis illum æſtimare, totumque ſcire qualis ſit, faſciam ſolue. multum mali ſub illâ latet. *Florus libro* III. Ipſe veſte purpureâ, argenteoque baculo, & regium in morem fronte redimitâ. *Atque ea faſcia, alba. Tacitus hîc:* Albentibus ſpumis, in modum diadematis. *Silius lib.* XVI. *de Iubâ rege.*

——regnique inſigne vetuſti
Geſtat læua decus, cinguntur tempora vittâ
Albenti.

Plinius: Regibus apum in fronte macula, quodam diademate candicans. *Ab hac cauſſâ*, quidam è turbâ (*apud Suetonium in Iulio, cap.* LXXIX.) ſtatuæ

A transgressus. quidam callidiùs interpretabantur, initia conatus secunda, neque diuturna: quia eorum quæ terrâ cælóve portenderentur, certior fides, fluminum instabilis natura, simul ostenderet omina, raperetque. Sed ponte nauibus effecto, tramissoque exercitu, primus Ornospades multis equitum millibus in castra venit: exsul quondam, & Tiberio, cùm Dalmaticum bellum conficeret, haut inglorius auxiliator, eoque ciuitate Romanâ donatus. mox repetitâ amicitiâ regis, multo apud eum honore, præfectus campis, qui Euphrate & Tigre inclutis amnibus circumfluì Mesopotamiæ nomen acceperunt. Neque multo pòst, Sinnaces auget copias: & columen partium Abdageses, gazam & paratus regios adicit. Vitellius ostentasse Romana arma satis ratus, monet Tiridaten primoresque: hunc, Phrahatis aui & altoris Cæsaris, quæ vtrobique pulchra, meminerit: illos, obsequium in regem, reuerentiam in nos, decus quisque suum & fidem retinerent. Exin cum legionibus in Syriam remeauit. Quæ duabus æstatibus gesta coniunxi, quò requiesceret animus à domesticis malis. Non enim Tiberium, quamquam triennio post cædem
B Seiani, quæ ceteros mollire solent, tempus, preces, satias, mitigabant, quin incerta vel abolita pro grauissimis & recentibus puniret. Eo metu Fulcinius Trio ingruentis accusatores haut perpessus, [100] supremis tabulis multa & atrocia in Macronem ac præcipuos libertorum Cæsaris composuit: ipsi fluxam senio mentem, & continuo absceslu velut exsilium obiectando. Quæ ab heredibus occultata, recitari Tiberius iussit: patientiam libertatis alienæ ostentans, & contemtor suæ infamiæ; an scelerum Seiani diu nescius, mox quoquo modo dicta vulgari malebat, veritatisque, cui adulatio officit, per probra saltem gnarus fieri. Ijsdem diebus Granius Martianus senator à C. Graccho maiestatis postulatus, vim vitæ suæ attulit: Tatiusque Gratianus præturâ functus, lege eâdem extremum ad supplicium damnatus. Nec dispares [101] Trebellieni Rufi, & Sextij Paconiani exitus. Nam Trebellienus suâ manu cecidit; Paconianus in carcere, [102] ob carmina illîc in principem factitata, strangulatus est. Hæc Tiberius non mari, vt olim, diuisus, neque per longinquos nuntios accipiebat, sed [103] vrbem iuxta; eodem vt die, vel noctis interiectu, litC teris consulum rescriberet: quasi aspiciens vndantem per domos sanguinem, aut manus carnifi-

Ponte eum iungit.

Aggregantur fautores aut conscij.

Copias reducit Vitellius. Cap. 38.

Tiberij tenax sæuitia.

Trionis in eum suprema libertas.

Plurium mortes. Cap. 39.

Tiberius ad vrbem.

tuæ Cęsaris coronam lauream candidâ fasciâ prę-ligatam imposuit: *quasi diadema illi attribuens. Et apud Valerium lib.* VI. *cap.* II. *Pompeio* candidâ fasciâ crus alligatum habenti, Fauonius, Non refert, inquit, quâ in parte corporis sit diadema. *Corrige Egesippum, belli Iudaici lib.* II. *cap.* I. Quid enim sella aurea, allatumque diadema, nisi regni forent insignia? *& scribe*, albatumque. *Apud Persas paullò aliter. quibus nec omnino candidum diadema, nec capiti nudo circumplexum, sed Cidari siue Tiaræ. Xenophon libro* VIII. Habebat Cyrus diadema circum Tiaram, vti & cognati eius idem insigne fe-
D rebant. *Curtius libro* III. Cidarim Persæ vocabant regium capitis insigne. hoc cærulea fascia distincta albo circuibat. *Quæ verba* ἐξ ὑπολῆς, *pronuncio parùm sana. Damnat ipse Curtius, lib.* VI. *de Alexandro:* Itaque purpureum diadema distinctum albo, quale Darius habuerat, capiti circumdedit, vestemque Persicam sumpsit. *Si purpureum, quomodo cæruleum? nec sanè cærulum colorem inter regios aut Principales lêgi. An illîc scribendum*, coccinea fascia? *an*, hoc cæruleum? *vt insigne capitis tali colore fuerit, non fascia ipsa. De medicinâ enim certâ alius viderit: non hîc mihi cognomen Sullæ.*

100. SVPREMIS TABVLIS.] *Quæ testamentorum licentia adeò recepta, vt plerique ingeniorum petulantiam non alio velo exercerent. Ita Fabricius Veiento* multa & probrosa in patres & sacerdotes composuit, ijs libris quibus nomen Codicillorum dederat. *ait Tacitus lib.* XIV. *Et ab hac mente in Augusto Suetonius cap.* LVI. Iocis quoque quorumdam inuidiosis aut petulantibus lacessitus, contradixit edicto. Et tamen de inhibendâ testamentorum licentiâ, ne Senatus quidquam constitueret, intercessit. *Ab hac, inquam, mente. nec virum doctum, C. Sigonium quisquam audiat corrigentem*, de inhibendâ scommatorum licentiâ. *Enimuerò exempla huius libertatis in extremâ tabulâ habebis in Tacito plura. Et hæc autem & quæ sequuntur, tantumnon ad verbum conuertit Dio: addito, Trionem vitâ interfeciisse seipsum. quod nescio an intellegi satis habuerit Tacitus; an expressum ab eo per ignauiam describentium exciderit.*

101. TREBELLIENI RVFI.] *Illius, qui præturâ functus, tutor à Senatu liberis Cotyis Thraciæ regis datus fuit. lib.* II. *suprà.*

102. OB CARMINA ILLIC IN PRINCIPEM FACTITATA.] *Video esse qui transponant*, ob carmina in Principem factitata, illic strangulatus est. *Quasi carmina extra carcerem facta. Fallunt, fallunturq;. Ante triennium enim hic Paconianus in carcere fuit, & quia indicium professus erat, retentus: donec carmina exitium illi maturauêre. Legè initium libri huius.*

103. VRBEM IVXTÀ.] *Tusculi, aut in Albano. Dio.*

Poppæi Sabini exitus.

carnificum. fine anni [104] Poppæus Sabinus conceſſit vitâ, modicus originis, principum amicitiâ conſulatum ac triumphale decus adeptus: maximiſque prouincijs per quattuor & viginti annos impoſitus, nullam ob eximiam artem, ſed quòd par negotijs, neque ſuprà erat. Q. Plautius Sex. Papinius Coss. ſequuntur. [105] Eo anno, neque quòd L. Aruſeius morte adfecti forent, adſuetudine malorum vt atrox aduertebatur; ſed exterruit, quòd [106] Vibulenus Agrippa eques Romanus, cùm peroraſſent accuſatores, in ipsâ curiâ depromptum ſinu venenum hauſit: prolapſuſque ac moribundus, feſtinatis lictorũ manibus in carcerem raptus eſt, fauceſque iam exanimis laqueo vexatæ. Ne Tigranes quidem Armeniâ quondam potitus, ac tunc reus, nomine regio ſupplicia ciuium effugit. At C. Galba conſularis, & duo Blæſij voluntario exitu cecidêre. [107] Galba triſtibus Cæſaris litteris prouinciam ſortiri prohibitus; Blæſijs ſacerdotia integrâ eorum domo deſtinata, conuulsâ, diſtulerat: tunc vt vacua contulit in alios. quod ſignum mortis intellexêre, & exſecuti ſunt. Et [108] Æmilia Lepida, quam iuueni Druſo nuptam rettuli, crebris criminibus maritum inſecuta, quamquam inteſtabilis, tamen impunita agebat, dum ſuperfuit pater Lepidus. pòſt à delatoribus corripitur, ob ſeruum adulterum: nec dubitabatur de flagitio. Ergo omiſsâ defenſione, finem vitæ ſibi poſuit. Per idem tempus [109] Clitarum natio Cappadociæ, Archelao ſubiecta, quia noſtrum in modum deferre cenſus, pati tributa adigebatur, in iuga Tauri montis abſceſſit: locorumque ingenio ſeſe contra imbelles regis copias tutabatur: donec M. Trebellius legatus à Vitellio præſide Syriæ cum quattuor millibus legionariorum, & dilectis auxilijs miſſus, duos collis, quos barbari inſederant (minori Cadra, alteri Dauara nomen eſt) operibus circumdedit. & erumpere auſos ferro; ceteros ſiti, ad deditionem coêgit. At Tiridates volentibus Parthis Nicephorium & Anthemuſiada, ceteraſque vrbes, quæ Macedonibus ſitæ, Græca vocabula vſurpant, Halumque & Artemitam Parthica opida recepit; certantibus gaudio, qui Artabanum Scythas inter eductum ob ſæuitiam exſecrati, come Tiridatis ingenium Romanos per artes ſperabant. Plurimum adulationis Seleucenſes induêre, ciuitas potens, ſepta muris, neque in barbarum corrupta, ſed conditoris Seleuci retinens. Trecenti opibus, aut ſapientiâ dilecti, vt ſenatus. ſua populo vis, & quoties concordes agunt, ſpernitur Parthus: vbi diſſenſere, dum ſibi quiſque contra æmulos ſubſidium vocant, accitus in partem, aduerſum omnes valeſcit. Id nuper acciderat Artabano regnante, qui plebem primoribus tradidit ex ſuo vſu. nam populi imperium, iuxtà libertatem; paucorum dominatio, regiæ libidini propior eſt. Tum aduentantem Tiridatem extollunt, veterum regum honoribus, & quos recens ætas largiùs inuênit. ſimul probra in Artabanum fundebant, maternâ origine Arſaciden, cetera degenerem. Tiridates rem Seleucenſem populò permittit. mox conſultans quo nam die ſollennia regni capeſſeret; litteras Phrahatis & Hieronis, qui validiſſimas præfecturas obtinebat, accipit, breuem moram precantium. placitumque opperiri viros præpollentis. Atque interim [110] Cteſiphon ſedes imperij petita.

Cap. 40. A. V. C. DCCLXXXII.

Fœda mors Agrippæ. Tigranes ex-rex Armeniæ damnatur.

Cap. 41.

Lepida vitam ipſa ſibi finit.

Cappadoces rebellant. Trebellius ſub iugum reducit.

Tiridati regi proſpera initia.

Cap. 42.

Seleucia, ciuitas opulens.

Ei ſe adiungit.

104. POPPÆVS SABINVS CONCESSIT VITA.] *Suâ ſponte, non fato. Vide Dionem.*

105. EO ANNO, NEQVE QVOD L. ARVSEIVS.] *Deſunt non dubiè propria aliquot nomina eorum qui damnati occiſiq;. Vertranius labentem locum immiſsâ voce fulcit,* Eo anno neque quòd alij, neque quòd L. Aruſeius. *ſed tibicine non bono.*

106. VIBVLENVS AGRIPPA.] *Vibilius dicitur Dioni.*

* Suet. Veſpaſ. cap. VII. I.

107. GALBA TRISTIBVS CÆSARIS LITTERIS.] *Frater eſt illius, qui poſteà Princeps. Suetonius:* Caius attritis facultatibus vrbe ceſſit, prohibituſque à Tiberio ſortiri anno ſuo Proconſulatum, voluntariâ morte obijt.

108. ÆMILIA LEPIDA, QVAM IVVENI DRVSO NVPTAM RETTVLI.] *Nuſquam id in his libris ſcriptum.*

109. CLITARVM NATIO CAPPADOCIÆ, ARCHELAO SVBIECTA.] *Malè vulgò*, Citarum. *Idem Clitæ, Cilices, non Cappadoces dicuntur ab eodem Tacito lib.* XII. Nec multo pòſt agreſtium Cilicum nationes, quibus Clitarum cognomentum eſt. *Ideò hîc legerim*, Clitarum natio, Cappadoci Archelao ſubiecta. *Nam Cilicia cognomento Trachea, proprios reges habuit ad tempora* * *Veſpaſiani. Caue enim de Archelao acceperis Cappadocum rege, qui pridem mortuus, & regnum eius in prouinciam redactum. Neſcio tamen an hic Archelaus eius filius fuerit: ideò Cappadox dictus. Poſteà à Pichenâ monitum, in ſcripto ſic etiam eſſe.*

110. CTESIPHON SEDES IMPERII.] *Vt Herodianus ait,* ἔνθα ἦν τὰ βασίλεια τῶν Παρθυαίων. *Ea vrbs, ſiue pagus potiùs vicinus Seleuciæ. Strabo:* Πλησίον δ' ἐστὶ κώμη Κτησιφὼν λεγομένη, μεγάλη. ταύτην

A tita.sed vbi diem ex die prolatabant,multis coràm & adprobantibus,Surena patrio more Tiridatem insigni regio euinxit. Ac si statim interiora,ceteraſque nationes petiuisset;oppressa contantium dubitatio,& omnes in vnum cedebant. Adsidendo castellum,in quod pecuniam & pellices Artabanus contulerat, dedit spatium exuendi pacta. Nam Phrahates & Hiero,& si qui alij dilectum capiendo diademati diem non concelebrauerant,pars metu,quidam inuidiâ in Abdagesen,qui tum aulâ,& nouo rege potiebatur,ad Artabanum vertêre.Isque in Hyrcanis repertus est, inluuie obsitus, & alimenta arcu expediens.ac primò tamquam dolus pararetur,territus; vbi data fides reddendæ dominationi venisse, adleuatur animum, & quæ repentina mutatio exquirit. Tum Hiero puericiam Tiridatis increpat: neque penes Arsacidem imperium, sed inane nomen apud imbellem externâ mollitiâ:vim in Abdagesis domo. Sensit vetus regnandi,falsos in amore, odia non fingere. nec vltrà moratus, quàm dum Scytharum auxilia conciret, pergit properus, & præueniens inimicorum astus, amicorum pœnitentiam. Neque exuerat
B pædorem, vt vulgum miseratione aduerteret. non fraus,non preces;nihil omissum,quo ambiguos inliceret, promti firmarentur. Iamque multâ manu propinqua Seleuciæ aduentabat; cùm Tiridates simul famâ atque ipso Artabano perculsus, distrahi consilijs, iret contrà,an bellum contatione tractaret.Quibus prœlium & festinati casus placebant, disiectos & longinquitate itineris fessos, ne animo quidem satis ad obsequium coaluisse differunt; proditores nuper hostesque eius, quem rursum foueant. Verùm Abdageses regrediendum in Mesopotamiam censebat, vt amne obiecto Armenijs interim Elymæisque & ceteris à tergo excitis,aucti copijs socialibus, & quas dux Romanus misisset, fortunam tentarent.Ea sententia valuit,quia plurima auctoritas penes Abdagesen,& Tiridates ignauus ad pericula erat.sed fugæ specie discessum,ac principio à gente Arabum facto,ceteri domos abeunt,vel in castra Artabani:donec Tiridates cum paucis in Syriam reuectus, pudore proditionis omnes exsoluit. Idem annus graui igne vrbem adficit,
deustâ parte Circi,quæ Auentino contigua,ipsoque Auentino. quod damnum Cæsar ad
C gloriam vertit, exsolutis domuum & insularum pretijs. [111] Millies sestertiûm eâ munificentiâ conlocatum: tanto acceptius in vulgum,quanto modicus priuatis ædificationibus. Ne publicè quidem nisi duo opera struxit, [112] templum Augusto,& scenam Pompeiani theatri: eaque perfecta contemtu ambitionis, an per senectutem, haut dedicauit. sed æstimando cuiusque detrimento quattuor progeneri Cæsaris,Gn.Domitius,Cassius Longinus,M. Vinicius, Rubellius Blandus dilecti, additusque nominatione consulum P. Petronius. Et pro ingenio cuiusque quæsiti decretique in Principem honores. Quos amiserit receperítve in incerto fuit,ob propinquum vitæ finem. Neque enim multo pòst supremi Tiberio consules,Gn. Acerronius,C. Pontius magistratum occepere, nimiâ iam potentiâ Macronis: qui gratiam C.Cæsaris numquam sibi neglectam, acriùs in dies fouebat. impuleratque post mortem Claudiæ, quam nuptam ei rettuli, vxorem suam Enniam immittendo,amore iuuenem inlicere,pactoque matrimonij vincire, nihil abnuentem dum dominationis apisceretur. Nam & si commotus ingenio; simulationum tamen falsa,in sinu aui perdidicerat. Gnarum hoc Principi. eoque dubitauit de tradenD dâ Rep.Primùm inter nepotes,quorum Druso genitus, sanguine & caritate propior, sed nondum

Coronatur Tiridates. Cap.43. *Sed morâ res suas corrumpit. Abeunt ab eo qui antè proni.* *Artabanum reducunt.* Cap.44. *Is propere agit.* *Tiridates leniè.* *Et cedit hosti.* Cap.45. *Incendium Romæ. Cui solamen à Cæsare.* A. V. C. DCCXC. *Macro præfectus prætorio. Caligulam captat, & ipse captatur. Tiberius ambigit de successore.* Cap.46.

τλω δ' ἐποιοῦτο χειμάδιον οἱ τῆς Παρθυαίων βασιλεῖς. *Plinius:* Ctesiphontem iuxta tertium ab eâ lapidem in Chalonitide condidêre Parthi. *Et conditorem eius Vardanem regem facit Ammianus, libro* XXIII. *Pugnat tamen ijs Procopius lib.* II. *De bello Persico:* Apud Assyrios ciuitates duæ maximæ sunt Seleucia & Ctesiphon Macedonum ædificia. *De vrbis huius situ, & duplici munitissimâ arce, lege Gregorium Nazianzenum,Orat.* IV. *in Iulianum.*

111. MILLIES SESTERTIVM.] *Sunt vicies quinquies centena millia Philippicûm. Egregia munificentia, & quam mirum est Suetonio non dictam, aut neglectam. Nam vbi ex proposito de hac re, Tiberij cap.* XLVIII. Publicè munificentiam bis omnino exhibuit,proposito millies HS. gratuito in triennij tempus; & rursus dominis insularũ,quæ in monte Cælio deflagrauerant,pretio restituto.*Sed vtraque hæc munificentia præiuit,& in Tacito narrata est: hæc posterior, & insignis, Suetonium effugit.*

112. TEMPLVM AVGVSTO.] *Vide Sueton. cap.* XLVII. *in Tiberio, & cap.* XXI. *Calig. qui leuiter dissentit. Ille enim semiperfecta opera fuisse ait, quæ noster perfecta.*

nondum pubertatem ingressus: Germanici filio robur iuuentæ, vulgi studia. eaque apud A
auum odij caussa. Etiam de Claudio agitanti, quod is composità ætate, bonarum artium
cupiens erat, imminuta mens eius obstitit. Sin extra domum successor quæreretur, ne me-
moria Augusti, ne nomen Cæsarum in ludibria & contumelias verteret, metuebat. quip-
pe illi non perinde curæ gratia præsentium, quàm in posteros ambitio. Mox incertus ani-
mi, fesso corpore, consilium cui impar erat, fato permisit: iactis tamen vocibus, per quas
Præsagia eius. intelligeretur prouidus futurorum. Namque Macroni non abditâ ambage, [113] *Occiden-*
tem ab eo deseri, Orientem spectari exprobrauit. Et C. Cæsari fortè orto sermone L. Sullam
inridenti, *omnia Sullæ vitia, & nullam eiusdem virtutem habiturum* prædixit, simul crebris
cum lacrymis minorem ex nepotibus complexus, truci alterius vultu: *occides hunc tu*, in-
Morbum dissimulat. quit, *& te alius*. Sed grauescente valetudine, nihil è libidinibus omittebat, in patientiâ fir-
mitudinem simulans: [114] solitusque eludere medicorum artes, atque eos qui post tricesi-
mum ætatis annum ad internoscenda corpori suo vtilia vel noxia, alieni consilij indige- B
Cap. 47. rent. Interim Romæ futuris etiam post Tiberium cædibus semina iaciebantur. Lælius
Balbus Acutiam, P. Vitellij quondam vxorem, maiestatis postulauerat: quâ damnatâ,
cùm præmium accusatori decerneretur, Iunius Otho tribunus plebei intercessit. vnde il-
Albucilla accusata, cum alijs illustribus. lis odia, mox Othoni exsilium. Dein multorum amoribus famosa Albucilla, cui matri-
monium cum [115] Satrio Secundo coniurationis indice fuerat, defertur impietatis in Prin-
cipem. connectebantur vt conscij & adulteri eius, Gn. Domitius, Vibius Marsus, L. Ar-
runtius. de claritudine Domitij suprà memoraui: Marsus quoque vetustis honoribus, &
inlustris studijs erat. Sed testium interrogationi, tormentis seruorum Macronem præse-
disse, commentarij ad senatum missi ferebant: nullæque in eos Imperatoris litteræ, suspi-
cionem dabant, inualido ac fortasse ignaro, ficta pleraque ob inimicitias Macronis notas
Cap 48. in Arruntium. Igitur Domitius defensionem meditans, Marsus tamquam inediam de-
Arruntius vitâ abit, tadio temporum. stinauisset, produxere vitam. Arruntius contationem & moras suadentibus amicis: *Non*
eadem omnibus decora, respondit. *sibi satis ætatis: neque aliud pœnitendum, quàm quòd inter*
[116] *ludibria & pericula anxiam senectâ tolerauisset, diu Seiano, nunc Macroni, semper alicui potentium inuisus; non culpâ, sed vt flagitiorum impatiens. Sanè paucos & supremos Principis dies posse vitari; quemadmodum euasurum imminentis iuuentam? An cùm Tiberius post tantam rerum experientiam, vi dominationis conuulsus & mutatus sit: C. Cæsarem vix finitâ pueritiâ, ignarum omnium, aut pessimis innutritum, meliora capessiturum, Macrone duce? qui vt deterior ad opprimendum Seianum dilectus, plura per scelera Remp. conflictauisset. Prospectare iam se acrius seruitium, eoque fugere simul acta & instantia.* Hæc vatis in modum dictitans, venas resoluit. Docu-
Benè vaticinatur de ætatis Caligula. mento sequentia erunt, benè Arruntium morte vsum. Albucilla inrito ictu à semet vulne-
rata, iussu senatus in carcerem fertur. Stuprorum eius ministri, Grasidius Sacerdos præto-
rius, vt in insulam deportaretur, Pontius Fregellanus amitteret ordinem Senatorium: &
eædem pœnæ in Lælium Balbum decernuntur. id quidem à lætantibus, quia Balbus truci
Cap. 49. eloquentiâ habebatur, promtus aduersùm insontes. Ijsdem diebus Sex. Papinius consu-
Papinius se præcipitat: In matre (nefas) suspectus. lari familiâ, repentinum & informem exitum dilegit, iacto in præceps corpore. caussa ad
matrem referebatur, quæ pridem repudiata, adsentationibus atque luxu [117] perpulisset iu- D
uenem

* *Adorant.* id ad morem orientalium populorum referendum.

113. OCCIDENTEM AB EO DESERI.] *Gloria acuti dicti penes Pompeium, qui Sullæ abneganti triumphum confidenter dixit.* Ὅτι τὸν ἥλιον ἀνατέλλοντα πλείονες, ἢ δύοντα * προσκυνοῦσιν. ὡς ἀυτῷ μὲν αὐξανομένης, μειουμένης δὲ καὶ μαινομένης ἐκείνῳ τῆς δυνάμεως: Quòd plures Solem orientem, quàm occidentem adorarent. significans, suam crescere potentiam, illius vanescere & marcêre. *Fons dicti ab eo, quod plerisque populis religione receptum, salutare Solem orientem: vt alibi dicam.*

114. SOLITVS ELVDERE.] *Tiberianum hoc apophthegma etiam Plutarchus inseruit præceptis de valetudine tuendâ; sed corruptus, vereor, in numero:* ἤκουσα Τιβερίου ποτε Καίσαρα εἰπεῖν, ὡς ἀνὴρ ὑπὲρ ἑξήκοντα γεγονὼς ἔτη, καὶ προτείνων ἰατρῷ χεῖρα, καταγέλαστός ἐστιν. *Nam post sexagesimum annum ait, quod noster tricesimum non dubiè verius. Reseripserim, ὑπὲρ τριάκοντα ἔτη. iuuante etiam Suetonio.* Valetudine prosperrimâ vsus est, quamuis à trigesimo ætatis anno arbitratu eam suo rexerit, sine adiumento consilioque medicorum.

115. SATRIO SECVNDO.] *Ille idem est, qui suprà cliens Seiani, & nunc, vt appâret, eius euersor.*

116. LVDIBRIA ET PERICVLA.] *Scriptus codex,* pericularia. *An* pericula varia?

117. PERPVLISSET IVVENEM AD EA.] *Intellegit incestum simile, quale obiectum Ciceroni in Tullio-*

A uenem ad ea,quorũ effugium non niſi morte inueniret. Igitur accuſata in ſenatu, quamquam genua patrum aduolueretur,[118] luctumque communem,& magis imbecillum tali ſuper caſu feminarum animum,aliaque in eundem dolorem mœſta,& [119] miſeranda diu ferret, vrbe tamen in decem annos prohibita eſt, donec minor filius lubricum iuuentæ exiret. Iam Tiberium corpus,iam vires,nondum diſſimulatio deſerebat. Idem animi rigor ,ſermone ac vultu intentus,quæſitâ interdum comitate,quamuis manifeſtam defectionem tegebat: mutatiſque ſæpiùs locis,tandem apud promontorium Miſeni conſedit, [120] in villâ,cui L. Lucullus quondam dominus. illîc eum adpropinquare ſupremis, tali modo compertum. Erat medicus arte inſignis , nomine Charicles , non quidem regere valetudines Principis ſolitus,conſilij tamen copiam præbere. Is velut propria ad negotia digrediens,& [121] per ſpeciem officij manum complexus, pulſum venarum attigit: neque fefellit. Nam Tiberius incertum an offenſus , tantoque magis iram premens,inſtaurari epulas iubet,diſcumbitque vltra ſolitum ; quaſi honori abeuntis amici tribueret. Charicles tamen labi ſpiritum , nec vltra biduum duraturum Macroni firmauit. Inde cuncta colloquijs inter præſentes , nuntijs apud legatos & exercitus feſtinabantur. Decimo ſeptimo Kalend. Aprilis interclusâ animâ , creditus eſt mortalitatem expleuiſſe. Et multo gratantum concurſu , ad capienda imperij primordia C. Cæſar egrediebatur : cùm repentè adfertur , redire Tiberio vocem ac viſus , vocarique qui recreandæ defectioni cibum adferrent. Pauor hinc in omnes ; & ceteri paſſim diſpergi, ſe quiſque mœſtum aut neſcium fingere. Cæſar in ſilentium fixus, à ſummâ ſpe, nouiſſima exſpectabat. Macro intrepidus ,opprimi ſenem iniectu multæ veſtis iubet ,diſcedique ab limine. Sic Tiberius finiuit,[122] octauo & ſeptuageſimo ætatis anno. Pater ei Nero,& vtrimque origo gentis Claudiæ, quamquam mater in Liuiam, & mox Iuliam familiam, adoptionibus tranſierit. caſus primâ ab infantiâ ancipites. Nam proſcriptum patrem exſul ſecutus, vbi domum Auguſti priuignus introijt,multis æmulis conflictatus eſt ; dum Marcellus & Agrippa , mox Caius Luciuſque Cæſares , viguere. Etiam frater eius Druſus proſperiore ciuium amore erat. Sed maximè in lubrico egit , acceptâ in matrimonium Iuliâ : C impudicitiam vxoris tolerans ,[123] aut declinans. Dein Rhodo regreſſus, vacuos principis penates duodecim annis , mox rei Romanæ arbitrium tribus fermè & viginti obtinuit. Morum quoque tempora illi diuerſa. egregium vitâ famaque quoad priuatus, vel in imperijs ſub Auguſto fuit : occultum ac ſubdolum fingendis virtutibus , donec Germanicus ac Druſus ſuperfuere. Idem inter bona malaque mixtus , incolumi matre : inteſtabilis ſæuitiâ , ſed obtectis libidinibus, dum Seianum dilexit, timuítve. Poſtremò in ſcelera ſimul ac dedecora prorupit , poſtquam remoto pudore & metu , ſuo tantùm ingenio vtebatur.

Cap. 50. *Tiberius aegrè fert, ſe tegit.*

Medicus aſtu comperit.

Macroni enunciat.

Ille moritur.

Non ſine vi & fraude.

Cap. 51. *Decoctogium.*

Tulliolam. de quo infami ſermone Seruius ad illud Virgil. Hic thalamum inuaſit natæ.

118. LVCTVMQVE COMMVNEM.] *Anne etiam,* lectum ?

D 119. MISERANDA DIV FERRET.] *Emendo,* miſeranda differret , *coniunctis vocibus quas diduxerant.*

120. IN VILLA , CVI L. LVCVLLVS.] *De eâ ferè his verbis Plutarchus in Mario :* Villam in Miſenenſi Marius amœnam & molliùs exſtructam poſſidebat, quàm deceret virum militarem & tot bellorum victorem. Eam aiunt LXXV. ∞. denariûm emiſſe Corneliam , nec multo pòſt L. Lucullũ quingentis millibus denariûm & ducentis. Tantum breui luxuria creuit,& ciuitas inualuit in abundantes opes.

121. PER SPECIEM OFFICII.] *Neſcio an* , per ſpeciem oſculi. *Ea quidem mens. Suetonius* : cùm manum ſibi oſculandi cauſsâ apprehendiſſet.

122. OCTAVO ET SEPTVAGESIMO ÆTATIS ANNO.] *Vel vt Victor, poſt ſeptuageſimum octauum annum & menſem quartum. Dio tamen anno toto diuerſus ab iſtis , qui ait vixiſſe ἐπὶ τῇ ἑβδομήκοντα ἔτη , καὶ πέντε τέσσαρας , καὶ ἡμέρας ἕνδεκα. Et herclè veriùs , ſi Suetonio credendum & actis : qui natum Tiberium ponunt anno vrbis* DCCXII. *Munatio & Lepido Coſſ.* XVI. *Kal. Decembres. mortuus autem eſt, conſenſu omnium, anno* DCCXC. XVII. *Kal. Aprilis. Quamquam & Dionis rationes non planè ad eum calculum pariaueris.*

123. AVT DECLINANS.] *Tolerauit in vrbe , & coràm : declinauit,cùm Rhodum ſeceſſit.*

C. CORNELII TACITI

AB EXCESSV DIVI AVGVSTI

ANNALIVM LIBER XI.

BREVIARIVM LIBRI.

VALERIVS *Asiaticus fraude Messallinæ & Vitellij euertitur. Aduocatis præmij modus pro patrocinio definitus. Parthorum res inteſtino regum diſcidio turbatæ. Ludi ſæculares Romæ editi. Litteræ tres nouæ à Claudio repertæ: & eâ occaſione de primis litteris. Italus Cheruſcis rex imponitur. Corbulo inferiori Germaniæ præficitur, & ipſam, militemque ſeuerè regit. Curtius Rufus triumphalia adſequitur: deque ipſo viro. De Quæſtorum munere & numero. Galliæ proceres ius plenum ciuitatis Romanæ adipiſcuntur, Patricij augentur, luſtrum conditur. Meſſallina impudiciſſima feminarum, amore vecors, C. Silio palàm nubit. res ad Claudium defertur: qui in vxorem & adminiſtros libidinum, impulſu libertorum, animaduertit. Hæc geſta annis ferè duobus,*

C. VALERIO ASIATICO. M. VALERIO MESSALLA
A. VITELLIO. L. VIPSANIO Coss.

Cap. 1. *Horti Lucullæi.*

1 NAM Valerium Aſiaticum bis conſulem, fuiſſe quondam [2] adulterum eius credidit: pariterque hortis inhians, quos ille [3] à Lucullo cœptos inſigni magnificentiâ extollebat, Suilium accuſandis vtriſque immittit. Adiungitur [4] Soſibius Britannici educator, qui per ſpeciem beneuolentiæ moneret Claudium, [5] auri vim atque opes principibus infenſas: præcipuum auctorem Aſiaticum interficiendi Cæſaris

Aſiaticus clàm accuſatur.

COMMENTARIVS.

1 HVNC *librum ἀνέσαλον eſſe nè moneri quidem neceſſe eſt. Deſunt autem, à fine libri* VI. *ad huius initium, res geſtæ annorum circiter decem. In quibus C. Caligulæ principatus in vniuerſum, & Claudiani imperij primores anni ſex perierunt. Olim adoleſcens contexui Caianam hiſtoriam, & initia Claudij, Corneliano exemplo ſtiloq;. Diſtuli aut ſpreui edere, poſteà in migrationibus meis, vt alia quædam, perijt mihi hic labor, fraude an caſu, non dicam.*

2. ADVLTERVM EIVS.] *Poppææ, vt apparet.*

3. A LVCVLLO COEPTOS.] *Libri vett.* à Lucullo emptos. *ijdem* extollebat, *non quod Rhenano ſupponere viſum,* excolebat. *Luculliani horti infrà ſæpiùs nominati: & in principis res peruenerunt, manſeruntq; ad ætatem Traiani. De ijs quidem Plutarchus:* Ὅπου καὶ νῦν, ἐπίδοσιν τοιαύτην τῆς τρυφῆς ἐχούσης, οἱ Λευκουλλιανοὶ κῆποι, τῶν βασιλικῶν ἐν τοῖς πολυτελεστάτοις ἀριθμοῦνται). *id eſt*: Ex quo etiamnunc, tantâ acceſſione factâ ad luxum, horti Luculliani inter ſumptuoſiſſimas res principis cenſentur.

4. SOSIBIVS.] *Neſcio an ille ſit, qui Arnobio nominatus libro* IV. Nam ab Hippocöontis liberis ipſum Soſibius Herculem cruciatum rettuliſſe pronunciat. *itemq; Clementi Alexandrino, Adgentes. Suidas etiam litteratoris meminit hoc nomine, in* Σωσίβιος.

5. AVRI VIM ATQVE OPES.] *In vulgatis eſt,* Caueri vim. *& turbant in reſtituendo loco Rhenanus & Maurus. Mihi veræ lectionis auctor Farneſianus liber, in quo* cauri. *e. litterâ ſuperiùs adpictâ: & hiſtoria ipſa, quoniam auri vis Aſiatico cauſſa necis. Dio:* Ὁ δ' Ἀσιατικὸς ἀφῆκε τὸν ἀρχὸν ὑπ' αὐτῷ τῷ πλόῳ, ὑφ' ὅτου καὶ ἀπέθανεν. *& ſi otium eſt, adde reliqua, cum ijs quæ apud Zonaram excerpta. Auri vis, optima dictio, quam iterùm vſurpat noſter lib.* XVI. Specum altitudine immenſâ, quo magna vis auri contineretur. *Quod Vertranius interpunctione iuuari locum exiſtimat,* per ſpeciem b. moneret, Claudium caueret, vim atque opes. *quaſi Soſibius Aſiaticum monuiſſet, non Claudium: clarè ſequentia aſpernantur. Denique quid hoc ſit, vim eſſe principibus infenſam? quaſi non cuiuis etiam è plebe. Nam omnis certè vis, omnibus mala.*

ADD.

A saris, [6] non extimuisse concionem populi Romani, gloriamque facinoris vltrò petere. clarum ex eo in vrbe, [7] deditâ per prouincias famâ, parare iter ad Germanicos exercitus; quando genitus Viennæ, multisque & validis propinquitatibus subnixus, turbare gentiles nationes [8] promtum haberet. At Claudius nihil vltrà scrutatus, citis cum militibus tamquam opprimendo bello, Crispinum prætorij præfectum misit: à quo repertus est apud Baias, vinclisque inditis in vrbem raptus, neque datâ senatus copiâ, intra cubiculum auditur, Messallinâ coram. Et Suilius, corruptionem militum, quos pecuniâ & stupro in * omni flagitio obstrictos arguebat, exin adulterium Poppææ, ac postremùm mollitiam corporis obiectare. Ad quod [9] victo silentio prorupit reus, & *Interroga*, inquit, *Suili filios tuos, virum me esse fatebuntur*: ingressusque defensionem, commoto maiorem in modum Claudio, Messallinæ quoque lacrymas exciuit. quibus abluendis cubiculo egrediens, , monet Vitellium ne elabi reum sineret. Ipsa ad perniciem Poppææ festinat, subditis qui terrore carceris ad voluntariam mortem propellerent: adeò ignaro Cæsare, vt paucos post dies epulantem apud se maritum eius Scipionem percontaretur, cur [10] sine vxore discubuisset? atque ille functam fato responderet.

Cap. 2. *In vr. em rapitur.* *Clàm auditur.* * omne flagitium.

Sed consultanti super absolutione Asiatici, flens Vitellius commemoratâ vetustate amicitiæ, vtque [11] Antoniam Principis matrem pariter obseruassent, dein percursis Asiatici

Cap. 3. *Fraude Vitellij euertitur.*

ADD. *Repugnauerunt mihi quidam è superuacuo, in verisimâ emendatione. quam probet ijs vel Aristoteles,* IV. *Politic. cap.* XI. Οἱ μὲν ὑπερεχοῦς εὐτυχημάτων ὄντες, ἰσχύος καὶ πλέτου, καὶ φίλων, καὶ τῆς ἄλλων τῆς τοιούτων, ἄρχεσθαι ἔτε βέλονται ἔτε ἐπίστανται: Qui in affluentiâ fortunæ, virium, opum, & amicorum aliorumque talium, constituti sunt: regi atque obedire neque volunt, neque norunt. *Ex quo vides, Sosibium nimis verè monuisse* aurum C & opes Principibus infensa.

6. NON EXTIMVISSE CONCIONEM.] *Ex scriptis legas*, non extimuisse concione populi Rom. fateri, gloriamque. *Id est, in concione. Quòd autem ait præcipuum auctorem interficiendi Cæsaris Asiaticum, addicit ei Seneca lib.* II. *De Tranq. cap.* XVIII. Ea referam quæ illum (*Caium*) exitio dederunt: Asiaticum Valerium in primis amicis habebat, ferocem virum & vix æquo animo alienas contumelias laturum. Huic in conuiuio, item in *concione, clarissimâ voce, qualis in concubitu esset vxor eius, obiecit. Di boni, hoc virum audire, principem scire, & vsque eò licentiam peruenisse, vt non dico consulari, non dico amico, sed tantùm marito, princeps & adulterium suum narret & fastidium? *Vide Iosephum Antiquitatum Iudaicarum libro* XIX. *cap.* I. *circa finem.*

D 7. DEDITA PER PROVINCIAS.] *siue mauis,* didita. *Lucretius:*

——rerum simulacra feruntur
Vndique, & in cunctas iaciuntur didita partes.

Virgilius:

Cognatique patres, tum terris didita fama
Coniunxêre tibi.

8. PROMTVM HABERET.] *Alter Vatic.* propretij haberet. *Nihil elicio, quod anteferam vulgatæ.*

9. VICTO SILENTIO.] *Veteres,* indicto. *rectè, vt prorupisse ad loquendum intellegamus, etsi silentium antè iussum.*

10. SINE VXORE DISCVBVISSET.] *Discis hinc vxores vulgò adhiberi solitas ad conuiuia. Aemilius Probus:* Quem enim Romanorum pudet vxorem ducere in conuiuium? *Et olim quidem cubantibus viris sedere solitæ, (vt Seruius ex Varrone notat, ad illud,* Perpetuis soliti patres considere mensis. *& Valer. Maximus lib.* II. *De matrimoniorum ritu:) postea etiam accumbere. In accubitu ille mos, vt recumberent in sinu virorum. Ouidius ad puellam, quæ cum viro cænatura:*

Alteriusque sinus aptè subiecta fouebis?
Inijciet collo cùm volet ille manum?

Iterumq.:

Nec premat indignis finito tua colla lacertis,
Mite nec in rigido pectore pone caput.

Sed & amicæ pueriq. meritorij non aliter iacebant apud amatores. Id vocabant interiorem iacere. Scipio in Oratione aduersus Gallum: Qui in conuiuijs adolescentulus cum amatore, cum chirodotâ tunicâ interior (*etsi Agellij in libris*, inferior, *scriptum: non idem malè*) accubuerit; eúmne quisquam dubitet quin idem fecerit, quod cinędi facere solent? *Itaque arguit ecce mollitiam à decubitu ipso. Suetonius in Cæsare, cap.* XLIX. *Cæsarem à Dolabellâ dictum ait*, spondam interiorem regiæ lecticæ: *non ab aliâ causâ, ne interpretes vltrà alucinentur. Eódem faciunt Tranquilli verba de Caij libidinibus, capite* XXIV. Cum omnibus sororibus suis stupri consuetudinem fecit, plenoque conuiuio singulas infra se vicissim collocabat, vxore supra cubante. *Nam sorores infra se, id est in sinu, collocabat, quasi iustas vxores: legitimâ consorte, loco pulsâ. Nec aliud Cicero significat in Epistolâ quâdam hilariore:* Infra Eutrapelum Cytheris accubuit. *Liuius libro* XXXIX. *de scorto*: Tum illam infra eum accubantem, negasse, vmquam vidisse quemquam securi ferientem. *Vbi liber optimus*, in terra eum. *vt videatur fuisse*, intra. *& fortè sic in prioribus.*

* Fortè, *cognitione*, cùm vide licet adsessor ei consiliarius q; Asiaticus esset.

11. ANTONIAM.] *De quâ lapis Romæ,*

ANTONIAE
AVGVSTAE
DRVSI
SACERDOTI. DIVI
AVGVSTI
MATRI. TI. CLAVDI.
CÆSARIS. AVG. P. P.

12. LIBE-

Asiatici in remp. officijs recentiq́ue aduersus Britanniam militiâ, quæq́ue alia conciliandæ misericordiæ videbantur: [12] liberum ei mortis arbitrium permisit. & secuta sunt Claudij verba, in eandem clementiam. [13] Hortantibus dehinc quibusdam inediam & lenem exitum, remittere beneficium Asiaticus ait: & vsurpatis quibus insueuerat exercitationibus, lauto corpore, hilarè epulatus, cùm se honestiùs calliditate Tiberij, vel impetu C. Cæsaris periturum dixisset, quàm quòd fraude muliebri & [14] impudico Vitellij ore caderet, venas exsoluit. viso tamen antè rogo, iussoq́ue transferri partem in aliam, ne opacitas arborum vapore ignis minueretur. Tantum illi securitatis nouissimæ fuit. Vocantur post hæc patres, pergitq́ue Suilius addere reos [15] equites Romanos illustres, [16] quibus Petra cognomentum. At caussa necis ex eo quòd domum suam [17] Mnesteris & Poppææ congressibus præbuissent. Verùm nocturnæ quietis species alteri obiecta, tamquam vidisset Claudium [18] spiceâ coronâ euinctum, spicis retro conuersis:

Securè moritur.

Cap. 4. *Equites Rom. duo interfecti:*

A

B

12. LIBERVM EI.] *Satis confusè ista, vt pleraque omnia hoc libro: quem scio interpolatum à malâ & imperitâ manu. Sententia tamen hæc ex Dione: vt subornatus Vitellius quasi Valerij nomine culpam agnoscentis, peteret mortis arbitrium: idq́; à Claudio concessum.*

13. HORTANTIBVS DEHINC QVIBVSDAM.] *Excidit vocula, puto: scribendumq́;*: quibusdam ad inediam. *si non imposuit olim mihi Orbilius meus.*

14. IMPVDICO VITELLII ORE.] *Quiáne inter Ligures Vitellius? an quia, vt Suetonius ait*, amore libertinę perinfamis, etiam saliuis eius melle commistis, cottidie palàm arterias & fauces pro remedio fouebat?

15. EQVITES ROMANOS ILLVSTRES.] *Qui sunt Equites illustres? Neque enim temerarium est certè, quòd totiens is titulus repetitus. Vt lib.* IV. *Annal.* Eques Romanus ex illustribus Curtius Atticus. *Libro* VI. Pater quoque illustris eques Romanus ac frater Prætorius. *Lib.* XV. Die pactâ Tiberius Alexander illustris eques Romanus, minister bello datus. *Hoc ipso libro*: eadem constantia & illustres equites Rom. cupidos maturæ necis fecit. *Suspicor ego sic dictos, qui non quidem Senatores, sed & censum habebant & spem Senatoriæ dignitatis. Imò etiam ordinis eius insigne, id est latum clauum. Colligo, quòd Tacitus Equites illustres cum Senatoribus coniungit pari gradu. Lib.* II. *Annal.* Acerrimè increpuit quòd contra instituta Augusti Alexandriam introisset. Nam Augustus inter alia dominationis arcana, vetitis, nisi permissu ingredi Senatoribus aut equitibus Rom. illustribus, sepositit Ægyptum. *Et clarè Annal* XVI. Mella & Crispinus equites Romani, dignitate Senatoriâ. *Hæreo an ad hanc rem Dionis verba accommodem lib.* LIX. Τῶ τε τέλως τῆ ἱππέων ὀλιγανδρῶντος, τὰς πρώτους ἐξ ἁπάσης καὶ τ' ἔξω ἀρχῆς τοῖς τε συγγένεσι καὶ ταῖς περιουσίαις μεταπεμψάμενος κατελέξατο, καί τισιν αὐτῶν καὶ τῆ ἐσθῆτι τῆ βουλευτικῆ καὶ πρὸς ἄρξαι τινὰ ἀρχῶν δι' ἧς ἐς τὸν γερουσίαν ἐσερχόμεθα, χρῆσθαί τισι τῆ τ' βουλῆς ἐλπίδι ἔδωκε. Πρότερον γὰρ μόνοις, ὡς ἔοικέ πως τοῖς ἐκ τῆς βουλευτικῆς φύλης γεγενημένοις τοῦτο ποιεῖν ἐξῆν. *Id est:* Cùm ordo autem equestris ad paucos redigeretur, primores ex omni imperio etiam extra Italiam qui genere & opibus excellerent in eum allegit: & quibusdam eorum etiam Senatoriâ veste, priusquam magistratum vllum cepissent, vti dedit in spem dignitatis. Nam anteà non nisi ijs qui Senatoriâ stirpe essent (*malè ista & contra historiam verterat vir doctus*) id permissum. *Hæreo, inquam, an ea faciant istuc. apta quidem, sed à Caio id statutum Dio ait: Illustrium autem titulus ante eum. Refero ergo potiùs ad Augustum, (etsi de veste negare non possumus, quin sit à Caio) qui anno* DCCXLII. *legem tulit, vt ex Equitibus, qui non minùs decies sestertio possiderent, eligerentur à magistratibus, è quibus tribuni Senatoresq́; fierent: qui gesto Tribunatu aut retinerent Senatorium ordinem si vellent, aut iterùm redirent ad equestrem. Verba sunt Dionis lib.* LIV. Τῶ δὲ δημαρχίαν ὀλίγων σφόδρα αἰτούντων, ἐνομοθέτησεν, ἐκ τῆς ἱππέων τῆς μὴ ἔλαττον πέντε καὶ εἴκοσι μυριάδας κεκτημένων προβάλλεσθαι τοὺς ἐν ταῖς ἀρχαῖς ἕνα ἕκαστον, καὶ τούτων τὸ πλῆθος τοὺς ἐνδέοντας αἱρεῖσθαι. εἰ μὴ καὶ βουλεύειν μετὰ τοῦτο ἐθέλοιεν, εἰ δὲ μή, ἐς τὸν ἱππάδα αὖθις ἐπανιέναι ἐξεῖναι. *Qui ergo in hoc seminario Senatus equites, dicti illustres. Reperio & insignes, vt hoc libro:* Samius insignis eques Romanus. *iterumq́;*: Cn. Nouius insignis eques Rom. *Item Splendidos, vt Plinius libro* VI. *Epistol.* Passienus Paulus splendidus eques Rom. *& alibi idem*: Scribis Robustum splendidum equitem Rom. *Et Cicero ipse non semel in Verrem. Sed hi duo tituli infra illum non dubiè: & à famâ ducti, opibusq́;. Alij ab istis Illustres sunt, qui in Codice Iustinianæo, & Cassiodoro.*

C

16. QVIBVS PETRA COGNOMENTVM.] *A quibus ala Petrina, opinor, nominata lib.* IV. *Historiarum*: *itemq́; in Notitiâ imperij.*

17. MNESTERIS ET POPPÆÆ CONGRESSIBVS.] *Veterum editionum lectio*, Valerij & Poppææ. *apta sanè ad historiam, quia Valerio Asiatico obiectum adulterium Poppææ: & fortè equitibus istis, quod interpretes & administri. Libri tamen scripti*, Nesteris, *aut* Nestoris. *Ex quo Rhenanius* M. Nestoris, *nec rectè. Germanum illi Pantomimo nomen, Mnester: vel lapidis fide, qui in ædibus Crepanicorum Romæ:*

TI. IVLIO.
AVG. L.
MNESTERI

Nescio ergo an Poppææ etiam adulterium obiectum dilecti huius mimi: in quo & Messallina deperijt. Ceterùm hæc Poppæa illa est quæ cunctas ætatis suæ fœminas pulchritudine supergressa, gloriam reliquit filiæ, quæ scortum siue vxor Neroni. Quem genuit ex priore marito, T. Ollio.

D

18. SPICEA CORONA EVINCTVM.] *Quæ Cereris propria, & sacerdotum item Arualium, vt Plinius*

A uersis : eaque imagine grauitatem annonæ dixisset. [19] Quidam pampineam coronam albentibus folijs visam, atque ita interpretatum tradidere, [20] * vergente autumno mortem Principis ostendi. Illud haut ambigitur, qualicumque insomnio, ipsi fratrique perniciem allatam. Sestertiûm quindecies, & insignia præturæ Crispino decreta. Adiecit Vitellius sestertiûm decies Sosibio: quòd Britannicum præceptis, Claudium consilijs iuuaret. Rogatus sententiam & Scipio: *cùm idem*, inquit, *de admissis Poppææ sentiam quod omnes, putate me idem dicere quod omnes.* eleganti temperamento inter coniugalem amorem, & senatoriam necessitatem. Continuus inde & sæuus accusandis reis Suilius, multique audaciæ eius æmuli. Nam cuncta legum & [21] magistratuum munia in se trahens Princeps, materiam prædandi patefecerat. nec quidquam publicæ mercis tam venale fuit, quàm aduocatorum perfidia: adeò vt Samius insignis eques Romanus, quadringentis nummorum milibus Suilio datis, & cognitâ præuaricatione, ferro in domo eius incubuerit. Igitur incipiente C. Silio consule designato, cuius de potentiâ & exitio in
B tempore memorabo, consurgunt patres, [22] legemque Cinciam flagitant, quâ cauetur antiquitùs, ne quis ob caussam orandam pecuniam donúmve accipiat. Deinde obstrepentibus his quibus ea contumelia parabatur, discors Suilio Silius acriter incubuit, veterum oratorum exempla referens, *qui famam in posteros, præmia eloquentiæ cogitauissent pulcherrima. Alioquin & bonarum artium principem sordidis ministerijs fœdari: nec fidem integram manere, vbi magnitudo quæstuum spectetur. Quòd si in nullius mercedem* * *negotia tueantur, pauciora fore: nunc inimicitias, accusationes, odia, & iniurias foueri, vt quomodo vis morborum pretia medentibus, sic fori tabes pecuniam aduocatis ferat.* [23] *Meminissent C. Asinij, & Messallæ, ac recentiorum Arruntij & Esernini: ad summa prouectos incorruptâ vitâ & facundiâ.* Talia dicente consule designato, consentientibus alijs parabatur sententia, quâ lege repetundarum tenerentur: cùm Suilius, & Cossutianus, & ceteri, qui non iudicium (quippe in manifestos) sed pœnam statui videbant, circumsistunt Cæsarem, antè acta deprecantes. [24] Et postquam annuit tacens, incipiunt. *Quem illum tantâ superbiâ esse, vt*
C *æternitatem famæ spe præsumat? vsui & rebus subsidium præparari, ne quis inopiâ aduocatorum potentioribus obnoxius sit. Neque tamen eloquentiam gratuitò contingere: omitti curas familiares,*

Idq; ob somnium.

* Var. vertente.

Scipionis cauta modestia dictum. Cap. 5.

Aduocatorum vulgò perfidia.

Cui coërcendæ lex Cincia postulatur. Cap. 6.

* Vet. negotiantur.

Repugnant cœtus. Cap. 7.

nius notat lib. XVIII. *cap.* II. *Corona ea aliàs non infelix, omen triste habuit, quòd spicis esset retro conuersis: sicut quod ante pugnam in Philippis, corona inuersa Cassio imposita.*

19. QVIDAM PAMPINEAM CORONAM.] *Consentit cum interpretatione huius somnij Artemidorus lib.* I. *cap.* LXXIX. *vbi obseruat coronam è vite præter Dionysiacos artifices mortem ac vincla significare, propter pampinos implicatos & inflexos. Similia crimina valuisse apud Constantium non inscitè Ammianus narrat, lib.* XV. Mercurius Solemniorum appellatus comes, si per quietem quisquam vidisse
D aliquid amico narrasset, id venenatis artibus coloratum in peius, patulis Imperatoris auribus infundebat. & ob hoc homo, tamquam inexplicabili obnoxius culpæ, graui mole criminis pulsabatur. Hæc augente vulgatiùs famâ, tantum aberat, vt proderet quisquam visa nocturna, vt ægrè homines dormisse sese præsentibus faterentur externis: mærebantque docti quidam, quòd apud Atlantæos nati non essent, vbi memorantur somnia non videri.

20. VERGENTE AVTVMNO.] *Farnes.* vertente.

21. MAGISTRATVVM MVNIA.] *Farnes.* nece, *refert, pro*, munia. *Deleo verò vtrumque, vt glossema: scribo*, cuncta legum & magistratuum in se trahens.

22. LEGEMQVE CINCIAM FLAGITANT.] *Certa ea scriptura ex libris, & historiâ. Legem de donis & muneribus* (*Muneralem aptè Plautus dixit*) *tulit M. Cincius trib. pl. anno vrbis* DXLIX. *Rettulit iterùm Augustus euanescentem vetustate, & firmauit nouo consulto Senatus. Dio* LIV. Καὶ τὲς ῥήτορας ἀμισθεὶ συναγορεύειν, ἢ τετραπλάσιον ὅσον ἂν λάβωσιν ἐκτίνειν ἐκέλευσε. *Noto eò, nequis miretur cùm plebiscitum fuerit, vocari Senatusconsultum à Tacito lib.* XIV. Eius opprimendi gratiâ repetitum credebatur Sc. pœnaque Cinciæ legis, aduersus eos qui pretio causas orauissent. *Et Plinio epistolâ vltimâ libri* V. Caussa dilationis Nepos Prætor, qui legi De muneribus præposuerat breue edictum. admonebat accusatores, admonebat reos exsecuturum se quæ Sc. continerentur. Suberat edicto Senatusconsultum. hoc omnes qui quid negotij haberent, iurare priusquam agerent iubebantur, nihil se ob aduocationem cuiquam dedisse, promisisse, cauisse. His enim verbis & mille prætereà & venire aduocationes, & emi vetabantur. *Sed id* Sc. *credo fuisse à Traiano. Cetera super hac lege vide apud Manutium, cuius scrinia non compilo. Legem Titiam quisquis hîc reposuit* (*ea enim scriptura in vulgatis*) *Rhemmiæ pœnâ dignus ipse.*

23. MEMINISSENT C. ASINII.] *Omisi verba, quæ non repperi in libris scriptis, aliunde inculcata.*

24. ET POSTQVAM ANNVIT TACENS.] *Veteres*, tacere. *Lego*, postquam annuit, agere incipiunt.

25. MVL-

res, vt quis se alienis negotijs intendat. [25] *multos militiâ, quosdam exercendo agros tolerare vitam: nihil à quoquam expeti, nisi cuius fructus antè prouiderit. Facilè Asinium, & Messallam, inter Antonium & Augustum bellorum præmijs refertos, aut ditium familiarum heredes Eserninos & Arruntios, magnum animum induisse. Promta sibi exempla, quantis mercedibus P. Clodius aut C. Curio concionari soliti sint. se modicos senatores,* [26] *qui à Rep. nulla nisi pacis emolumenta peterent:* [27] *cogitare plebem, quâ togâ enitesceret: sublatis studiorum pretijs, etiam studia peritura, vt minùs decora.* Hæc ita haut frustrà dicta Princeps ratus, capiendis pecuniis posuit modum, [28] vsque ad dena sestertia, quæ egressi repetundarum tenerentur. A

Princeps moderatur & præmium definit.

Cap. 8.

Sub idem tempus Mithradates, quem imperitasse Armenijs, & ad præsentiam Cæsaris [29] vectum memoraui, monente Claudio in regnum remeauit, fisus Pharasmanis opibus. Is rex Hiberis, idemque Mithradatis frater, nuntiabat discordare Parthos: summaque imperij ambiguâ, minora sine curâ haberi. Nam inter Gotarzis pleraque sæua (qui necem fratri Artabano, coniugique ac filio eius præparauerat, vnde metus eius in ceteros) acciuêre Bardanem. Ille vt erat magnis ausis promtus, biduo [30] tria millia stadiorum * inuadit, ignarumque & exterritum Gotarzem proturbat: neque contatur, quin proximas præfecturas corripiat, solis Seleucensibus dominationem eius abnuentibus. In quos, vt patris sui quoque defectores, irâ magis quàm ex vsu præsenti accensus, implicatur obsidione vrbis validæ, & munimentis obiecti amnis, muroque & commeatibus firmatæ. Interim Gotarzes Daharum Hyrcanorumque opibus auctus, bellum renouat: coactusque Bardanes omittere Seleuciam, Bactrianos apud campos castra contulit. B

Mithridates in Armeniam redit: Dum Parthi discordes.

** Vel, euadit, Gotarzes pellitur.*

Sed reparat vires.

Cap. 9.

Tunc distractis Orientis viribus, & quónam inclinarent incertis; casus Mithradati datus est occupandi Armeniam, vi militis Romani ad excidenda castellorum ardua, simulq; Hibero exercitu campos persultante: Nec enim restitere Armenij, fuso qui prœliũ ausus erat Demonacte præfecto. Paullulum contationis attulit rex minoris Armeniæ Cotys, versis illuc quibusdam procerum; deinde litteris Cæsaris coërcitus. & cuncta in Mithradatem fluxere, atrociorem quàm nouo regno conduceret. At Parthi imperatores cùm pugnam pararent, [31] fœdus repentè faciunt, cognitis popularium insidijs, quas Gotarzes fratri patefecerat. congressique primò contanter, deinde complexi dextras, apud altaria deûm pepigere, fraudem inimicorum vlcisci, atque ipsi inter se concedere. Potior Barda- C

Pacem deinde cum Bardane init.

25. MVLTOS MILITIA.] *Ad eam sententiam Sallustius,* Humillimus quisque in armis, aut militiâ, nullius honestæ rei egens, satis sibi, satisque patriæ erat: *vt verè emendauit nobilissimus noster Dousa.*

26. QVI A REPVBLICA.] *Quidam scripti,* qui & a: *ex quo Pichena,* quietâ rep. *& mox deinde,* petere. *Assentior.*

27. COGITARE PLEBEM.] *Displicent quæ scripsi olim, & induco. Vett.* cogitaret. *Scribo,* cogitare & plebem, quâ togâ enitesceret. *id est, etiam quemuis è plebe occupatum esse, vt emergeret se, & nitidiore togâ vti posset. Sed reuerâ (iterabo hunc animi mei sensum) & narrationes & orationes istæ, turbatæ, concisæ. Confer, sodes, hunc* XI. *librum, cum vno quouis è primoribus: iurabis elapsum eum imperitorum manibus, velut è pugnâ aliquâ Cannensi.*

28. VSQVE AD DENA SESTERTIA.] *Eandem summam Nero etiam definijt, credo. de quo Suetonius cap.* XVII. Item vt litigatores pro patrocinijs certam iustamque mercedem darent. *Sæpiùs enim relata hæc lex, cùm perrumperet improbitas forensis. Eandem summam capere & Traianus aduocatis permisit, sed dumtaxat post negotia peracta. Plinius lib.* V. Peractis tamen negotijs permittebantur pecuniam dumtaxat decem millium dare. *Nam decem millia* H-S. *idem quod dena* H-S. *idem, quod centum aurei, vt alibi docebo. Quod honorarium patrono Vlpianus tribuit in singulas causas, l.* 1. *De varijs & extr. cognit.*

29. VECTVM MEMORAVI.] *In libris scilicet, quibus descriptæ res Caij. Dio lib.* LX. *rem breuiter tangit:* Τὸν Μιθριδάτην τὸν Ἴβηρα ὁ Γάϊος μεταπεμψάμενος ἐδεδέκει, οὐκ ἀδεῶς ἀναλήψιν τῆς ἀρχῆς ἀπεπεμψεν. *Id est,* Mithridatem Iberum, quem Caius accersitum in vinclis habuerat, domum ad reciperandum regnum remisit. *Quod hîc in Tacito est,* vectum; *manus.* vinctum. *Legerim,* ad præsentiam Cæsaris vectum vinctumque memoraui. *Quamquam Seneca non vinctum modò, sed in exsilium missum fuisse significat, De Tranquillit. cap.* XI. Ptolemæum Africæ regem, Armeniæ Mithridatem inter Caianas custodias vidimus. Alter in exsilium missus est, (*Mithridates scilicet:*) alter vt meliore fide mitteretur, optabat. D

30. TRIA MILLIA.] *Est ingens cursus in biduo: sed noctes etiam haud dubiè assumptæ. Faciunt* trecenta septuagintaquinque *milliaria Romana. est idem cursus, quem Annibal confecit, à Scipione victus: & vide me, si voles, Centuriâ Epist. ad Italos, epist.* LIX.

31. FOEDVS REPENTE FACIVNT.] *Non vt in libris hodie,* iaciunt. *Benè etiam Maurus,* iciunt. *Porrò an hic* Bardanes *sit, quem in eo tractu, regem à se*

A Bardanes visus retinendo regno. At Gotarzes, ne quid æmulationis exsisteret, penitus in Hyrcaniam abijt: regressoque Bardani * deditur Seleucia, septimo post defectionem anno; non sine dedecore Parthorum, quos vna ciuitas tamdiu eluserat. Exin validissimas præfecturas inuasit. [32] & reciperare Armeniam, * ni Vibio Marso Syriæ legato bellum minitante cohibitus foret. Atque interim Gotarzes pœnitentiâ concessi regni, & reuocante nobilitate, cui in pace durius seruitium est, contrahit copias. & huic contrà itum ad amnem Erindem: in cuius transgressu multum certato, peruicit Bardanes, prosperisque prœlijs medias nationes subegit [33] ad flumen Ginden, quod Dahas Arioisque disterminat. Ibi modus rebus secundis positus. nam Parthi quamquam victores, longinquam militiam aspernabantur. Igitur exstructis monimentis, quibus opes suas testabatur, nec cuiquam ante Arsacidarum tributa illis de gentibus * parata, regreditur: ingens gloriâ, atque eò ferocior, & subiectis intolerantior. Qui dolo antè compositò, incautum
B venationique intentum interfecere, primam intra iuuentam, sed claritudine paucos inter senum regum, si perinde amorem inter populares, quàm metum apud hostes quæsiuisset. Nece Bardanis turbatæ Parthorum res, inter ambiguos quis in regnum acciperetur. Multi ad Gotarzen inclinabant; quidam ad Meherdatem [34] prolem Phrahatis, obsidio nobis datum. Deinde prævaluit Gotarzes. [35] potitusque regiâ, per sæuitiem ac luxum adegit Parthos mittere ad Principem Romanum occultas preces, quîs permitti Meherdatem patrium ad fastigium orabant. Ijsdem consulibus ludi sæculares octin-
C genteſimo post Romam conditam, [36] quarto & sexagesimo quàm Augustus ediderat, spectati sunt. Vtriusque principis [37] rationes prætermitto, satis narratas libris quibus res Imperatoris Domitiani composui. nam is quoque edidit ludos sæculares, ijsque intentiùs affui sacerdotio Quindecimuirali præditus, ac tum prætor. quod non iactantiâ refero, sed quia [38] collegio Quindecimuirûm antiquitus ea cura, & [39] magistratus potissimùm exsequebantur officia cærimoniarum. Sedente Claudio Circensibus ludis, cùm pueri nobiles equis ludicrum Troiæ inirent, interque eos Britannicus Imperatore
C genitus, & L. Domitius adoptione mox in imperium & cognomentum Neronis adscitus;

Ita vt hic in regno maneat.

Cap. 10.

* *Alter Vat.* dedit se vrbs Sel.

Sed pax ea haud in longum.

Iterùm dissident, pugnant, victore Bardane.

* parta.

Quem superbientem sui interimunt.

Gotarzes iterùm regnat.

Cap. 11.

Ludi sæculares Romæ.

Domitius Nero spe destinatur imperio.

à se visum & conuentum Apollonius apud Philostratum dicit, nescio. Aetas patiatur: sed & ibi notatur, pulsum eum regno fuisse, & tertium tunc annum iterùm regnasse. *Lib.* 1.

32. ET RECIPERARE ARMENIAM.*] *Non sanus locus: de quo velut in tenebris micabo. Libri scripti voce auctiores*, reciperare Armeniam habebat. *Et rectúmne illud? vt sit Græcorum ἔχω, ἀντὶ τῦ δύναμαι: quomodo Cicero, Apuleius, Agellius, aliíq; è Latinis interdum. An*, hauebat? *an*, audebat? *verbum quidem infarciendum est, ruenti sententiæ sustentandæ. Venetâ editione*, reciperare Armeniam parabat, *expressum inuenies. In Vat. opt.* (*siquid hoc ad rem*) habeat, *scribitur. litterâ aliâ supernè adiectâ.*
D *Quid si etiam*, reciperare Armeniam ibat? *siue* vadebat?

33. AD FLVMEN GINDEN.] *Vett.* Sinden. *Gindes fluuius nominatur etiam Senecæ* III. *de Irâ*: Cyrus cùm Babylonem oppugnaturus festinaret ad bellum, Ginden latè fusum amnem vado transire tentauit, *& quæ sequuntur: è quibus hauris sententiam Tibulliani versus,*

——aut rapidus Cyri dementia Gindes.

Vbi malè vett. libri, Cydnus. *Nam & Herodoto Gyndes.*

34. PROLEM PHRAHATIS.] *Non filium, ne erres, sed nepotem ex Vonone. Ipse Tacitus infrà.*

35. POTITVSQVE REGIA.] *Vat. opt.* regiam. *Itaq; scripsit.*

36. QVARTO ET SEXAGESIMO.] *Plinius:* Eò minùs miror Stephanionem, qui primus togatas saltare instituit, vtrisque sæcularibus ludis saltasse, & diui Augusti, & quos Claudius Consulatu suo quarto fecit: quando & sexagintatres non ampliùs interfuêre anni.

37. RATIONES PRÆTERMITTO.] *Quæ tamen claræ sunt. Augustus enim priscam institutionem secutus est, & edidit quinctos ludos sæculares anno centesimo & nono* (*decimo debuisset, si paruisset artæ legi*) *exacto. Claudius ita rationem instituit, vt centesimo quoque anno censuerit celebrandos: quasi sæculum rotundo centum annorum numero definiens. Itaque insuper habitâ computatione Augusti & priscâ: rettulit nunc octingentesimo vrbis anno, se* IIII. *& L. Vitellio* III. *Coss. Plura si cupis, vade ad Onufrij Panuini eâ super re libellum: viri industrij diligentis, & cui Romanæ memoriæ* (*curam tantùm ferre potuisset aut limam*) *debent, debebuntq;.*

38. COLLEGIO QVINDECIMVIRVM.] *Ideò Horatius in Carmine sæculari:*

Quindecim Diana preces virorum
Curet. ——

Et in Nummis Augusti: IMP. CÆS. AVG. LVD. SÆC. XV. S. F. *id est*, Quindecimuiri sacris faciundis. *Quamquam ad eos & aliorum ludorum curam pertinuisse, alibi mihi dictum.*

39. MAGISTRATVS POTISSIMVM.] *Hoc ad id spectat, quòd Prætorem se tunc præmisit: eoq;, inquit, gnarum huius rei & permixtum.*

tus ; fauor plebis acrior in Domitium, loco præsagij acceptus est. vulgabaturque affuisse infantiæ eius dracones in modum custodum, fabulosa & externis miraculis assimilata. nam ipse haut quaquam sui detractor, [40] vnam omnino anguem in cubiculo visam narrare solitus est. Verùm inclinatio populi supererat ex memoriâ Germanici, cuius illa reliqua suboles virilis: & matri Agrippinæ miseratio augebatur, ob sæuitiam Messallinæ. quæ semper infesta, & tunc commotior, quo minùs strueret crimina & accusatores, nouo & furori proximo amore distinebatur. Nam in C. Silium, iuuentutis Romanæ pulcherrimum, ita exarserat, vt Iuniam Syllanam nobilem feminam, matrimonio eius exturbaret, vacuoque adultero potiretur. Neque Silius flagitij aut periculi nescius erat; sed certo si abnueret exitio, & nonnullâ fallendi spe, simul magnis præmijs, opperiri futura, & præsentibus frui pro solatio habebat. Illa non furtim, sed multo comitatu ventitare domum, [41] egressibus adhærescere, largiri opes, honores: postremò velut translatâ iam fortunâ, serui, liberti, paratus principis apud * adulterum visebantur. At Claudius matrimonij sui ignarus, & munia censoria vsurpans, theatralem populi lasciuiam seueris edictis increpuit, quòd [42] in P. Pomponium consularem (is carmina scenæ dabat) inque feminas illustres probra iecerat. Et lege latâ, sæuitiam creditorum coërcuit, [43] ne in mortem parentum pecunias filijs familiarum fenori darent: fontesque aquarum [44] Simbruinis collibus deductos, vrbi intulit. Ac nouas litterarum formas addidit, vulgauitque:

C p. 12.

Messallinæ in Silium amor:

Palàm & quasi in iustum virum.

* *Manuscr.* alterum

Cap. 13.

At Claudius aliud agit.

Leges fert.

Aquas ducit.

Nouas litteras format.

40. VNAM OMNINO ANGVEM.] *Paullò aliter Xiphilinus, qui exuuias dumtaxat serpentis ad caput Neronis pueri inuentas ait: idq; vates ita interpretatos, magnam potentiam ab homine sene capturum. quia serpentes positis exuuijs senectutem exuerent. En vanitatem!*

41. EGRESSIBVS ADHÆRESCERE.] *Qui mos Romæ colendi potentiores.*

42. IN P. POMPONIVM CONSVLAREM.] *Qui consul fuit anno* DCCXXCII. *iterùm sub Caio, anno* DCCXCIIII. *Sed de prænomine illustris viri & poëtæ, quæro. Hîc Publius dicitur: infrà, Lucius*; Deinde L. Pomponius Legatus auxiliares Vangiones ac Nemetas, *&c. Loqui enim eum de hoc poëtâ, docent quæ subiunxit:* decretusque Pomponio triumphalis honos, modica pars famæ eius apud posteros, in quîs carminum gloria præcellit. *At Dioni est* Quintus· ἔπειτα τοὺς ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ ὄντας ἀπέλυσεν, ὧν εἷς ἦν Κόϊντος Πομπώνιος ἐπὶ ὅλοις ἔτεσιν ἐν τῷ οἰκήματι μετ' ὑπάτειαν πεπωθείς. *Quæ ipsa de hoc vate accipienda, clarum ex ijs quæ Tacitus lib.* VI. *Vbi cùm descripsisset custodiam huius Pomponij apud fratrem, addit:* At Pomponius multâ morum elegantiâ, & ingenio illustri, dum fortunam æquus tolerat, Tiberio superstes fuit. *Et sunt ab eo tempore, ad liberationem è custodiâ, anni septem. Hanc nominis litem dabam secundùm Dionem (quippe integrè perscriptum apud eum prænomen est:) nisi submonuisset Tacitus fratrem poëtæ fuisse Quinctum, lib.* V I. Sanciæ aquâ & igni interdictum, accusante Q. Pomponio. Is moribus inquies, hæc & huiusmodi à se factitari prætendebat, vt partâ apud principem gratiâ, periculis Pomponij Secundi fratris mederetur. *Itaque nihil constituo. Est autem hic, non Atellanarum scriptor, (qui L. Pomponius Bononiensis dictus, Ciceroni, Senecæ, Macrobio, Nonio, Festo, laudatus:) sed tragœdiarum. Quinctil.* Eorum quos viderim, longè princeps Pomponius Secundus, quem senes parùm Tragicum putabant, eruditione ac nitore præstare confitebantur. *Plinius in epist.* Pomponius Secundus scriptor Tragœdiarum, siquid fortè familiarior amicus tolleret, dum ipse retinendum arbitraretur, dicere solebat, Ad populum prouoco. *Hic est quem tanti Plinius alter fecit, vt vitam eius miserit in scripta. Libro* XIV. Nobili exemplo docuimus, referentes vitam Pomponij Secundi vatis, cænamque quam Principi dedit. *Et alibi*: Ita sunt longinqua monumenta Tiberij Caijque Gracchorum manus, quæ apud Pomponium Secundum vatem ciuemque clarissimum vidi annos ferè post ducentos.

43. NE IN MORTEM PARENTVM.] *Quæ circumscriptio iuuentutis iam antè vetita, Lætoriâ Lege. Sed paullò aliter. Nam Lætoria lex saltem cauerat ijs, qui intra* XXV. *annos alios insuper habuerat: Claudius vniuersè constituit de omnibus filijs familiarum, etiam supra legitimam ætatem. Lætoria etiam lex, fenoris aut pecuniæ nullâ mentione, simpliciter vetabat,* minorem vigintiquinque annis stipulari, *id est,* ἐπερωτᾶσθαι, *ait Priscianus, siue stipulanti respondere. De eâ non dubiè Plautus sensit:*

Perij, an nõ tum me lex perdit quina-vicenaria?
Metuunt credere omnes.

Et alibi:

Ni dolo malo instipulatus sies, níve etiamdum siem
Quinque & viginti natus annos.

Asperiùs eamdem Claudij legem rettulit Vespasianus, Ne filiorum-familias feneratoribus exigendi crediti ius vmquam esset, ne post patrum quidem mortem. *Satis multa Ictì ad* Sc. *Macedonianum.*

44. SIMBRVINIS COLLIBVS.] *Vett.* Sub Imbruinis. *Lego,* sub Imbriuinis. *Prorsum addî eam voculam placet. Non enim ex ipsis collibus deductam aquam vult: sed fontes aquarum qui sub collibus, Romam perductos. Locus ipse in melioribus Liuij libris,* Imbriuium, *lib.* VIII. *& Silio:*

——gelidoque rigantur
Imbriuio.

Apud Celsum tamen Simbruinas item aquas legas, lib. IV. *cap.* V. Consistere in frigidis medicatisque fontibus, quales Cutiliarum, Simbruinarumque sunt, salutare est.

45. PRI-

A uitque: comperto Græcam quoque litteraturam non ſimul cœptam, abſolutamque.
[45] Primi per figuras animalium Ægyptij ſenſus mentis effingebant;[46] & antiquiſſima Cap.14.
monumenta memoriæ humanæ impreſſa ſaxis cernuntur; & litterarum ſemet inuentores perhibent. Inde Phœnicas, quia mari præpollebant, intuliſſe Græciæ, gloriamq; adeptos, tamquam repererint quæ acceperant. Quippe [47] fama eſt Cadmum claſſe Phœnicum vectum, rudibus adhuc Græcorum populis artis eius auctorem fuiſſe. Quidam [48] Cecropem Athenienſem, vel Linum Thebanum, & [49] temporibus Troianis Palamedem Argiuum memorant, ſexdecim litterarum formas; mox alios, ac præcipuum Simonidem ceteras reperiſſe. At in Italiâ Etruſci ab Corinthio Demarato, Aborigenes [50] Arcade ab Euandro didicerunt. Et formæ litteris Latinis, quæ veterrimis Græcorum. [51] ſed nobis quoque paucæ primùm fuêre: deinde additæ ſunt. Quo exemplo [52] Claudius tres litteras adiecit, quæ vſui imperitante eo, pòſt oblitteratæ, aſpiciuntur etiam nunc
[53] in ære
B

45. PRIMI PER FIGVRAS ANIMALIVM:] *Non animalium ſolùm, ſed & rerum mutarum: quæ Hieroglyphicæ notæ dictæ. Litteras tamen poſteà Aegyptijs ſiue Iſis regina tradidit, ſiue Mercurius: ſed ita, vt priſcas illas notas, quas ἱερὰς dicebant, Sacerdotes retinerent: alias, quas δημώδους, vulgus.*

46. ET ANTIQVISSIMA MONVMENTA.] *Lego,* ea antiquiſſima.

47. FAMA EST CADMVM.] *Atque ita creditum pleriſque ſcriptoribus. vt Clementi Alexandrino, Strom.* I. Κάδμος δὲ Φοίνιξ ὢν, ὁ τῆς γραμμάτων Ἕλλησιν εὑρετὴς, ὡς φησὶν Εὔφορος (*verius,* Ἔφορος) ὅθεν καὶ Φοινικήια τὰ γράμματα Ἡρόδοτος κεκλῆσθαι γράφει. *Q. Curtius:* Si famæ libet credere, hæc gens (*Phœnices*) litteras prima aut docuit, aut didicit. *Iſidorus:* Græcarum litterarum vſum primi Phœnices reppererunt. Hinc eſt quòd phœniceo colore librorum capita deſcribuntur, quia ab ipſis litteræ initium habuerunt. *Quod ait de colore capitum ſiue titulorum in libris, verum & vetus eſt. Ouidius,*

C Nec titulus minio, nec cedro charta notetur.

Cauſſa tamen inepta, & ex pectore Iſidori. De Cadmo inuentore Agenoris F. vide & Plinium lib. VII. *& Suidam, in* Φοινικήια.

48. CECROPEM ATHENIENSEM, VEL LINVM.] *Cecropem tamen plerique Aegypto ortum fatentur, & illinc intuliſſe litteras. Linus eſt Apollinis & Terpſichoræ filius, de quo Suidas:* λέγεται δὲ πρῶτος οὗτος ἀπὸ Φοινίκης γράμματα εἰς Ἕλληνας ἀγαγεῖν. *Ita vides in diuerſitate ſententiarum, conſentire tamen omnes de Phœnice aut Aegypto: & benè Plinius, numquam dubitaſſe ait quin litteræ ab Aſſyrijs eſſent.*

D 49. TEMPORIBVS TROIANIS PALAMEDEM.] *Videamus. Troianis temporibus repertæ primùm litteræ? Imò ſiue Cadmus, ſiue Cecrops eas repperit, trecentis propemodum ante id bellum annis. Quin & Orpheus Poëta vixit ſcripſitq; maior illo æuo. At quidam ita memorant de Palamede. Sed vix tamen aliqui veterum: & ad fidem rerum emendes:* Quidam Cecropem Athenienſem, vel Linum Thebanum ſedecim litterarum formas, & Troianis temporibus Palamedem Argiuum tres memorant, mox alios ac præcipuè Simonidem ceteras repperiſſe. *Ita res habet. Sedecim litteræ primò: Palamedes tres addidit, vt Iſidorus cenſet; ſiue quattuor, vt Plinius,* **Suidas*, (*& per me quidem in Tacito etiam legeris,* Palamedem Argiuum IIII. memorant. *nam ex notis omiſsis confuſiſq; hic error.*) *alias Simonides Pythagoraſq;. Poſsis etiam verbis non traiectis ſcribere:* Quidam Cecropem Athenienſem vel Linum Thebanum. Et temporibus Troianis Palamedem Argiuum memorant IIII. litterarum formas, *&c. Etſi fateor tamen in Gorgiæ declamatione, pro Palamede, eum dici* auctorem litterarum, *ἁπλῶς & indefinitè. Itaque non nimis pertendo. etſi pro meâ ſententiâ licet Irenæum etiam addas, libro* I. *aduerſ. Hereſ. cap.* XII.

50. ARCADE AB EVANDRO.] *Siue à Carmentâ eius matre, vt viſum aliis.*

51. SED NOBIS QVOQVE PAVCÆ.] *Latinis primò non niſi* XVI. *litteræ. Kappa, Salluſtius ludimagiſter inuenit: Gamma, Spurius Caruilius: litteram X. ætas Auguſti.*

52. CLAVDIVS TRES LITTERAS ADIECIT.] *Suetonius,* Nouas etiam commentus eſt litteras tres, ac numero veterum quaſi maximè neceſſarias addidit. *Vterque eſſe litteras tres ait. Sed quærimus eas: & quibuſdam viſum promptius, dubitare de Suetonij ſcripturâ. Non adhibebo id mantelium ignauiæ meæ ego. Planiſsimè tres Claudius repperit. Aeolicum Digamma, cuius facies litteræ* Ⅎ. *inuerſæ. Quinctilianus:* Nec inutiliter Claudius Æolicam illam Ⅎ. ad hos vſus litterarum adiecerat. *Et iterùm:* Æolicæ quoque litteræ, quâ ceruom ſeruomque dicimus, etiamſi forma à nobis repudiata eſt, vis tamen manet. *Hanc non Claudius ſolus inter litteras habendam cenſuit, ſed & Varro: ſi credimus Annæo Cornuto.* Hanc litteram, *inquit in Orthographiâ,* Terentius Varro dum vult demonſtrare, ita præſcribit. VA. Qui ergo in hac ſyllabâ ſonus eſt, idem litteræ erit. *Hoc digamma etiam hodie in lapidibus Claudianis:* TERMINAⅎIT AMPLIAⅎITQVE. *&*, DIⅎI. AVGVSTI. *De hac ergo clarum. Secundam eruo è Priſciano lib.* I. *Antiſigma. Ait*; S. & P. loco Græcæ Ψ. fungitur. Pro quo Claudius Cæſar antiſigma ⋔ hac figurâ ſcribi voluit: ſed nulli auſi ſunt antiquam ſcripturam mutare. *Antiſigma ideò, quia duo ſigma obuerſo dorſo* ↃC. *Hac enim ſemilunæ figurâ, priſci Græci ſigma formabant. In tertiâ litterâ hæremus. nec auxilio eſt Grammaticorum manus. Non ille, qui* AI. *diphthongum fuiſſe cenſet, quia in Claudij æuo lapidibus,* ANTONIAI. DIⅎAI. *& ſimilia ſcripta. Conſtat enim antiquitus creberrimè vſurpatam hanc diphthongum.* *In voce Παλαμήδης.

Cap.15. *Haruſpices firmat.*

53 in ære publicandis plebiſcitis per fora ac templa fixo. Rettulit deinde ad ſenatum A ſuper collegio haruſpicum, ne 54 *vetuſtiſſima Italiæ diſciplina per deſidiam exoleſceret: ſæpè aduerſis Reip temporibus accitus, quorum monitu redintegratas cærimonias, & in poſterum rectiùs habitas. primoresque Etruriæ ſponte, aut patrum Romanorum impulſu, retinuiſſe ſcientiam, & in familias propagaße: quod nunc ſegniùs fieri, publicâ circa bonas artes ſecordiâ, & quia externæ ſuperſtitiones valeſcant. Et læta quidem in præſens omnia; ſed benignitati deûm gratiam referendam, ne ritus ſacrorum inter ambigua culti, per proſpera oblitterarentur.* Factum ex eo

Cap.16. *Cheruſci regem Româ petunt.*

ſenatuſconſultum: viderent pontifices, quæ retinenda firmandaque haruſpicum. Eodem anno Cheruſcorum gens regem Româ petiuit, amiſſis per interna bella nobilibus, & vno reliquo ſtirpis regiæ, qui apud vrbem habebatur, nomine Italus. Paternum huic genus è Flauio, fratre Arminij. Mater 55 ex Catumero, principe Cattorum erat. ipſe formâ decorus, & armis equiſque in patrium noſtrumque morem exercitus. Igitur Cæſar, *Et Cæſar mittit.* auctum pecuniâ, additis ſtipatoribus, hortatur gentile decus magno animo capeſſere. Illum primum Romæ ortum, nec obſidem, ſed ciuem, ire externum ad imperium. Ac B *Accipitur gratè primò:* primò lætus Germanis aduentus, atque eò magis, quòd nullis diſcordijs imbutus pari in omnes ſtudio ageret; celebrari, coli, modò comitatem & temperantiam nulli inuiſam, *Sed mox vileſcit.* ſæpiùs vinolentiam ac libidines, grata barbaris, vſurpans. Iamque ad proximos, iam *In eum ſurgitur.* longiùs clareſcere; cùm potentiam eius ſuſpectantes qui factionibus floruerant, diſcedunt ad conterminos populos, ac teſtificantur, *Adimi veterem Germaniæ libertatem, & Romanas opes inſurgere. adeò neminem ijſdem in terris ortum, qui Principis locum impleat: niſi exploratoris Flauij progenies ſupra cunctos attollatur? Fruſtrà* 56 *Arminiũ præſcribi: cuius ſi filius hoſtili in ſolo adultus, in regnũ veniſſet, poſſe extimeſci, infectum alimoniâ, ſeruitio, cultu, omnibus externis. At ſi paterna Italo mens eſſet, non alium infenſiùs arma contra patriã ac deos penates, quàm parentes eius exercuiſſe.* His atque talibus, magnas copias coëgêre: neq; pauciores Italum ſe-

Cap.17. *Ipſe quoque ſe parat.*

quebantur. *Non enim irrupiſſe ad inuitos, ſed accitũ memorabant. quando nobilitate ceteros anteiret, virtutem experirentur, an dignum ſe patruo Arminio, auo Catumero præberet. Nec patrem illi rubori eſſe, quòd fidem aduerſus Romanos, volentibus Germanis ſumtam, numquam omiſiſſet. falsò libertatis vocabulum obtendi ab ijs, qui priuatim degeneres, in publicum exitioſi, nihil ſpei, niſi per diſcordias habeant.* Aſtrepebat huic alacre vulgus, & magno* inter Barbaros præ- C

Et prælio vincit.
* magno vt inter

lio victor rex; dehinc ſecundâ fortunâ ad ſuperbiam prolapſus, pulſuſque, ac rurſus Lan-

Cap.18. *Chauci Belgicam infeſtant.*

gobardorum opibus refectus, per læta per aduerſa res Cheruſcas afflictabat. Per idem tempus Chauci, nullâ diſſenſione domi, & 57 morte Sanquinij alacres, dum Corbulo aduentat, inferiorem Germaniam incurſauere, duce Gannaſco. qui natione Caninefas,

58 auxi-

Non etiam ille, qui litteram neſcio quam inuentam à Claudio leniendo R. putat, ex corruptis Velij Longi verbis: in quibus prioribus de Aeolico digamm â ſaltem egiſſe Velium ſcio. Sed nec Martianus Capella, qui ſic ſcribit. Huic litteræ S. Diuus Claudius P. adiecit aut C. propter ↓. & Ξ. Græcas, Pſalterium, ſaxa. *Cenſet enim ille à Claudio nouum* X. *repertum. quod vanum puto, quia* X. *in vſu temporibus iam Auguſti, vt diſertè monet Iſidorus. Sed &* X. *inter eas à Varrone & Quinctiliano cenſetur, quæ non neceſſariæ. Varro in Fragmento quopiam, ex libro De Grammaticâ.* Litterarum partim ſunt, & dicuntur, vt A. B partim dicuntur, & non ſunt, vt H. & X. partim ſunt, neque dicuntur, vt Φ. ↓. *Ex quibus verbis non abſurdè collegeris, duabus his litteris, quæ neceſſariæ Varrone teſte, nouam formam induiſſe Claudium nomenq;. Et de* ↓. *quidem clarum, cui Antiſigma reſpondit: de* Φ *Claudiano neglexerunt tradere Grammatici, & ego non diuino. Phi quidem littera, non dubiè neceſſaria, & alius eius ſonus quàm* F. *vti monuit etiam Quinctilianus. Hæc in re Grammaticâ nugamur: & omittere licuiſſet ſi Claudij liber exſtaret, quem de ratione harum litterarum edidit.*

53. IN ÆRE PVBLICANDIS PLEBISCITIS.] *Ego verò cum Imperatoribus tollo hæc plebiſcita: quæ vim vſumq; Claudij temporibus habere non potuerunt, omni poteſtate tralatâ ad vnum. Quære exempla in hiſtoriâ principum, non inuenies. Legerim.* publican- D
dis ſcitis. *Sciti nomen generale eſt, & ad decreta omnia pertinet ac iuſſa. Et haud dubiè ea ſcriptura obſeruata non ſolùm in plebiſcitis (vt demus ea fuiſſe) ſed in legibus alijs, edictisq;.*

54. VETVSTISSIMA.] *Quam ipſi Romani liberos ſuos capere volebant, ac publicè mittebantur. Vide Valerium lib.* I. *de Relig. & Ciceronem* II. *de Diuinat.*

55. EX CATVMERO.] *In Vatic. eſt,* Actumero: *Strabone* Οὐικρόμιρος ἡγεμὼν Κάττων, *id eſt,* Vcromerus. *vel ad etymon Germanicum veriùs,* Acromerus.

56. ARMINIVM PRÆSCRIBI.] *Qui illi patruus, & tamquam in eius gratiam honoremq; Principatu ornatus eſſet.*

57. MORTE SANQVINII.] *Sanquinij Maximi, de quo ſuprà dixi.*

58. AVXI-

A [58] auxiliaris, & diu meritus, pòst transfuga, leuibus nauigijs prædabundus, Gallorum maximè oram vastabat, non ignarus dites & imbelles esse. At Corbulo prouinciam ingressus, magnâ cum curâ & mox gloriâ, cui principium illa militia fuit, triremes alueo Rheni, ceteras nauium, vt quæque habiles, per [59] æstuaria & fossas adegit: lintribusque hostium depressis, & exturbato Gannasco, vbi præsentia satis composita sunt, legiones operum & laborum ignaras, populationibus lætantes, veterem ad morem reduxit: ne quis agmine decederet, nec pugnam nisi iussus iniret. stationes, vigiliæ, diurna nocturnaque munia, in armis agitabantur. Feruntque militem, quia [60] vallum non accinctus, atque alium quia pugione tantùm accinctus foderet, morte punitos. Quæ nimia & incertum an [61] falsò iacta, originem tamen è seueritate ducis traxere: intentumque & magnis delictis inexorabilem scias, cui tantum asperitatis etiam aduersus leuia credebatur. Ceterùm is terror milites hostesque in diuersum affecit. [62] nos virtutem auximus; Barbari feroB ciam infregere. Et natio Frisiorum, [63] post rebellionem clade L. Apronij cœptam infensa, aut malè fida, datis obsidibus consedit apud agros à Corbulone descriptos. Idem senatum, magistratus, leges imposuit. Ac ne iussa exuerent, [64] præsidium immuniuit; missis qui maiores Chaucos ad deditionem pellicerent, simul Gannascum dolo aggrederentur. Nec irritè aut [65] degeneres insidiæ fuere aduersus transfugam, & violatorem fidei. Sed cæde eius motæ Chaucorum mentes, & Corbulo semina rebellionis præbebat; vt lætâ apud plerosque, ita apud quosdam sinistrâ famâ. *cur hostem conciret? aduersa in Rempublicam casura:* [66] *cùm prosperè egisset, formidolosum paci, virum insignem, & ignauo principi prægrauem.* Ideò Claudius adeò nouam in Germanias vim prohibuit; vt referri præsidia cis Rhenum iuberet. Iam castra in hostili solo molienti Corbuloni, hæ litteræ redduntur. Ille re subitâ, quamquam multa simul offunderentur, metus ex imperatore, contemptio ex barbaris, ludibrium apud socios, nihil aliud prolocutus, quàm [67] *Beatos quosdam duces Romanos*, signum receptui dedit. [68] Ne tamen miles otium exueret, [69] inter
C Mosam Rhenumque, trium & viginti millium spatio, fossam produxit, [70] quâ incerta Oceani vetarentur. insignia tamen triumphi indulsit Cæsar, quamuis bellum negauisset.

Corbulo eos reprimit.

Disciplinam apud suos firmat.

perquàm seuerè.

Cap. 19.

Sed cum magno fructu. Frisios componit.

Gannascum interficit.

Claudius ardorem eius frangit.

Cap. 20.

Fossa corbulonis.

Nec

58. AVXILIARIS, ET DIV MERITVS, PÒST TRANSFVGA.] *Vaticana scriptura*, auxiliare esd in meritis. *Fortasse*, auxiliaris, dein emeritis. *Nam & auxilia, illo ævo, credam adstricta ad militiæ certum modum. Mercero placet*, Auxiliare æs diu meritus.

59. ÆSTVARIA ET FOSSAS.] *Per Drusianam fossam, & lacus, qui plures tunc, in vnum Meridionalem coiuerunt.*

60. VALLVM NON ACCINCTVS.] *Aliud est ac si dixisset, Discinctus. Non accinctum fodere, est sine gladio fodere: Discinctum fodere, est solutâ fluxaq; tunicâ in morem muliebrem. At ex disciplinâ erat,*
D *cum gladio opus facere. Vegetius* III. Milites gladio cincti fossam aperiunt.

61. FALSÒ IACTA.] *Venet. editio*; iacta, aucta. *hæsitante librario vtrum præferret, vtrumque adscripsit. Ego quidem hîc malim*, falsò aucta.

62. NOS VIRTVTEM AVXIMVS.] *Vereor vt scripserit*, virtute auximus. *Augendi verbum patiendi significatu, vt infrà.*

63. POST REBELLIONEM.] *Non vt receptum*, per rebell. *Historia ipsa narrata fine libri* IV.

64. PRÆSIDIVM IMMVNIVIT.] *Ita manuß. At vulgi lectio*, inde muniuit. *Suspicari possis antiquè fuisse* endomuniuit. *Vti apud Liuium lib.* v. Iuuentutem militarem Senatusque robur in arcem Capitoliumque conscendere: armisque & frumento collatis, ex loco inde munito deos hominesque & Romanum nomen defendere. *scripserim*, endomunito.

65. DEGENERES INSIDIÆ.] *Non indignæ nomine Romano, aut ipso Corbulone: quia nempe in transfugam, & militiæ desertorem. Hoc enim est, quòd* fidei violatorem *dicit: id est, sacramenti.*

66. CVM PROSPERE EGISSET.] *Iosiæ Merceri lectio verior*, sin prosperè, *& approbata quibusdam libris. Sententia, Aduersa reip. nocitura; prospera, ipsi Corbuloni.*

67. BEATOS QVOSDAM DVCES.] *Corruptione litteræ, perijt huic dicto Venus. Scribe*, quondam. *id est, olim liberâ rep. Persuadet Dio, qui sic extulit:* ὦ μακάριοι οἱ πάλαι ποτὲ στρατηγήσαντες.

68. NE TAMEN MILES.] *Sententia scripturam eam damnat. Lege ergo*, Vt tamen.

69. INTER MOSAM RHENVMQVE.] *Dio consentit*, διετάφρευσε, *inquit*, πᾶν τὸ μεταξὺ τοῦ τε Ῥήνου καὶ τοῦ Μόσου, σταδίους ἑβδομήκοντα καὶ ἑκατὸν μάλιστα. *Nam stadia centum* LXX. *milliaria conficiunt* XXIII. *duobus stadijs & semi minùs: ita vt septem stadia cum dimidio pro milliari capias. quod Plutarchus, Suidas, aliiq; monuerunt. Interpres tamen Dionis milliaria* XXI. *vertit: & addit non conuenire illi cum Cornelianâ ratione.*

70. QVA INCERTA OCEANI VETARENTVR.] *Rectè. non* vectarentur. *Dio interpretatur*, ἵνα μὴ οἱ ποταμοὶ ἐν τῇ τοῦ ὠκεανοῦ πλημμυρίδι ἀναῤῥέοντες πελαγίζω-

Nec multo pòst Curtius Rufus eumdem honorem adipiscitur, qui [71] in agro Mattiaco recluserat specus, quærendis venis argenti: vnde tenuis fructus, nec in longum fuit. At legionibus cum damno labor, ecfodere riuos, quæque in aperto grauia, humum infrà moliri. quîs subactus miles, & quia plures per prouincias similia tolerabantur, componit occultas litteras nomine exercituum, precantium imperatorem, vt quibus permissurus esset exercitus, triumphalia antè tribueret. [72] De origine Curtij Rufi, quem gladiatore genitum quidam prodidere, neque falsa promserim, & vera exsequi pudet. Postquam adoleuit, [73] sectator quæstoris cui Africa obtigerat, dum in opido Adrumeto vacuis per medium diei porticibus secretus agitat, [74] oblata ei species muliebris vltra modum humanum, & audita est vox: *Tu es Rufe, qui in hanc prouinciam pro consule venies.* Tali omine in spem sublatus, digressusque in vrbem, & largitione amicorum, simul acri ingenio, quæsturam, & mox nobiles inter candidatos præturam principis suffragio assequitur: cùm hisce verbis Tiberius dedecus natalium eius velauisset, *Curtius Rufus videtur mihi ex se natus.* Longâ post hæc senectâ, & aduersus superiores tristi adulatione, arrogans minoribus, inter pares difficilis, consulare imperium, triumphi insignia, ac postremò Africam obtinuit: atque ibi defunctus, fatale præsagium impleuit. Interea Romæ, nullis palàm neque cognitis mox caussis, Gn. Nouius insignis eques Romanus, [75] ferro accinctus reperitur in cœtu salutantium Principem: nam postquam tormentis dila-

Cap. 21. *Curtius Rufus.*

Circa eum miraculum.

Grandia incrementa.

Cap. 22. *Nouius cum ferro, in Principem.*

A

B

λαγίζωσιν. ne fluuij in Oceani æstu refluentes superstagnarent. *Fuisse ergo necessum est fossam eam inferioris Batauiæ parte, inter Rhenum veterem, Mosamq́: vbi ferè vbique inter duos fluuios* XXIII. *milliarium interuallum. Supra agrum Batauum, inter Mosam & adhuc integrum Rhenum, esse non potuit: quoniam illîc certè periculum nullum ab æstu. Vertranius, cui legi placet,* vitarentur *(hoc sensu, vt fossam eam perduxerit, quâ commeari à Mosâ ad Rhenum posset, ne Oceani pericula necessum esset subire) non placet. Multò minùs Ferretus, qui μετιωρος certè fuit, cùm Mosam hîc cum Mosellâ confudit, & ea scripsit quæ rideant Batauorum pueri.*

71. IN AGRO MATTIACO.] *Suspectum esse, & potiùs* Maciaco, *vel* Mazyaco *legendum videri (qui populi Africæ sunt) docui in Saturnalium* II.

72. DE ORIGINE CVRTII RVFI.] *Est qui hunc censeat esse illum, qui memoriam scripsit rerum Alexandri, purè mehercules & Latinè. Modius certè noster, cuius censuræ Curtius non leuiter debet, testatum reliquit cognomen ei Rufi tribui à libris. Pugnare tamen ætas videatur, si quidem ad Augustum referenda illa sunt è libro eius* X. Proinde iure meritoque populus Rom. salutem se principi suo debere profitetur, cui noctis, quam pænè supremam habuimus, nouum sidus illuxit. Huius herculè, non solis ortus lucem caliganti reddidit mundo, cùm sine suo capite discordia membra trepidarent. Quot ille tum exstinxit faces? quot condidit gladios? quantam tempestatem subitâ serenitate discussit? Non ergo reuiresci solùm, sed etiã floret imperium. Absit modò inuidia, excipiet huius sæculi tempora eiusdem domus vtinã perpetua, certè diuturna posteritas. *Sed non sunt: nec quidquam hîc de sidere Iulio, vt nugantur. Refutant sequentia: quoniam Augustus cùm ad imperium venit, non exstinxit bellorum faces, non gladios condidit: sed accendit, eduxit. Refutat & ille locus è lib.* III. *de vrbe Tyro.* Multis ergo casibus defuncta, & post excidium renata, nunc tamen, longâ pace cuncta refouente, sub tutelâ Romanæ consuetudinis acquieuit. *Nam ait & agnoscit* longam pacem *in re Romanâ. An ea sub initia Augusti? imò viginti annorum bella. Itaque priora illa refero ad Caij Caligulæ cædem, & confusionem quæ secuta: Senatu imperium abrogante, milite & plebe stabiliente. Hæc sunt illa sine capite discordia membra; & Claudius ipse, nouum sidus. Tamen incerta hæc mihi, fateor: & facilè manum dedero, siquis adferet verisimiliora.*

C

73. SECTATOR QVÆSTORIS.] *Vatic.* Sector. *nec sperno. Ad hastam enim sectiones exercebant. Vulgatam tamen firmat Plinius de hoc ipso Curtio Rufo libro* VII. *epistol.* Tenuis adhuc & obscurus obtinenti Africam comes hæserat. *Ait enim, comes.*

74. OBLATA EI SPECIES MVLIEBRIS.] *Plinius super eodem miraculo:* Inclinato die spatiabatur in porticu. offertur ei mulieris figura, humanâ grandior, pulchriorque. perterrito, Africam se futurorum prænunciam dixit. iturum enim Romam, honoresque gesturum, atque etiam cum summo imperio in eandem prouinciam reuersurum, ibique moriturum. *Quod ait vltra modum humanum: semper ita antiqui, vt fidem diuinitatis adstruant eiusmodi idolis. Virgilius:*

Visa mihi ante oculos, & notâ maior imago.

Iuuenalis:

——tua sacra & maior imago

D

Humanâ, turbat pauidum cogitque fateri.

Xenophon lib. VIII. παιδείας. Ἔδοξεν αὐτῷ προσελθὼν, χρείττων τις ἢ κατ' ἄνθρωπον, εἰπεῖν, Συσκεύαζε, ὦ Κῦρε. ἤδη γὰρ εἰς θεοὺς ἄπει. *Tacitus* I. *Histor.* Erupisse cellâ Iunonis maiorem humanâ speciem.

75. FERRO ACCINCTVS REPERITVR.] *Ideò Claudius primus (& fortasse hac occasione) scrutatores instituit, qui promiscuè omnes ad principem salutandi vel quâ aliâ caussâ venientes excuterent. Suetonius:* Salutatoribus scrutatores semper apposuit, & quidem omnibus, & acerbissimos. *Quos tamen Vespasianus iterùm sustulit, narrante eodem Suetonio, cap.* XII. *Verba Dionis ad hunc morem digna*

A dilaniabatur, [76] de se Nouius * conscios non edidit, incertum an occultans. Ijsdem consulibus P. Dolabella censuit [77] spectaculum gladiatorum per omnes annos celebrandum, pecuniâ eorum, qui quæsturam adipiscerentur. Apud maiores virtutis id præmium fuerat, cunctisque ciuium, si bonis artibus fiderent, licitum petere magistratus: ac ne ætas quidem distinguebatur, quin primâ iuuentâ consulatum ac dictaturas inirent. Sed quæstores, regibus etiam tum imperantibus, instituti sunt: quod lex curiata ostendit, ab L. Bruto repetita. Mansitque consulibus potestas diligendi, donec eum quoque honorem populus mandaret. creatique primùm [78] Valerius Potus, Æmylius Mamercus, [79] LXIII. anno post Tarquinios exactos, vt rem militarem comitarentur. Dein glisscentibus negotijs, duo additi qui Romæ curarent. [80] Mox duplicatus numerus, stipendiariâ iam Italiâ, & accedentibus prouinciarum vectigalibus. Pòst lege Syllæ [81] viginti creati supplendo senatui, cui iudicia tradiderat. & quamquam equites iudicia reciperauissent; quæstura tamen ex dignitate candidatorum, aut facilitate tribuentium, gratuitò

Quæstoribus necessitas muneris imposita. Ex occasione de quæsturâ.

B concedebatur, donec sententiâ Dolabellæ velut venundaretur. A. Vitellio, L. Vipsanio consulibus, cùm de supplendo senatu agitaretur, primoresque Galliæ, quæ Comata appellatur, [82] fœdera & ciuitatem Romanam pridem assecuti; ius adipiscendorum in vrbe honorum expeterent: multus eâ super re variusque rumor, & studijs diuersis apud Principem certabatur, asseuerantium, *Non adeò ægram Italiam, vt senatum suppeditare vrbi suæ*

Cap. 23. A. V. C. DCCCI.

Galli ciuitatem plenam adfectant.

Contradicitur.

digna legi: Κλαύδιος τότε ἄλλα ἀκριβῶς ἐφυλάττετο, καὶ πάντας τοὺς προσιόντας οἱ μὴ ἄνδρας μὴ γυναῖκας ἐρεύνᾶσθαι ἐποίει, μήτε ξιφίδιον ἔχωσιν. ἔντε τοῖς συμποσίοις πάντως πινὰς σκοπιώτας σιωπῶντας εἶχε. καὶ τοῦτο μὲν ἐξ ἐκείνου κατεδείχθη, μὴ δεῦρο ἀεὶ γίγνεται. ἢ δὲ δὴ ἔρευνα ἡ ἀφ' ἁπάντων ἀφ' Οὐεσπασιανοῦ ἐπαύσατο: Claudius cùm alia acriter obseruabat, tum omnes qui ad ipsum venirent, viros & fœminas explorari iubebat, nequem gladium aut sicam haberent. in conuiuijs etiam vbique milites quosdam adstantes habebat: atque id ab eo ostensum, deinceps ad hoc æui seruatur: at scrutatio illa omnium, per Vespasianum sublata est. *Mansit igitur de Militibus: at de Scrutatione Vespasianus sustulit. quod vide in Suetonio, cap.* XII. *& fac ab istis lucem. Mos iste scrutandi vetus, & Græcis quoque. Tangit Plutarchus in Timoleonte: vbi Dionysium iam exsulem, irrisum à quodam ait,* qui intrans ad eum vestem excussit vt tyrannis fieri solet. *Locum totum vide.*

76. DE SE NOVIVS * CONSCIOS.] *Non integer locus vel indicio libri Farnesiani, qui cum lacunâ refert:* De se noui ∴∴∴∴∴ conscios. *Videmur non incommodè explere posse:* de se Nouius confessus, conscios non edidit.

D 77. SPECTACVLVM GLADIATORVM.] *Suetonius:* Collegio Quæstorum, pro stratura viarum, gladiatorium munus iniunxit. *Quod mutauit Nero, qui censuit,* vt ne designatis quidem Quæstoribus edendi gladiatores necessitas esset, *ait Tacitus lib.* XIII. *Iterùm induxit Domitianus, notante Suetonio cap.* IV. *& perseuerauit. Tertullianus:* Transijt hoc genus editionis ab honoribus mortuorum ad honores viuentium, Quæsturas dico, & magistratus, & Flaminia & Sacerdotia. *Plura de his, proprio libro.*

78. VALERIVS POTVS.] *Ita libri scripti. Lego,* Potitus, *quod Valeriæ gentis cognomen est. In vulgatis Valerius Postumius, imperitè. Est autem ille ipse qui Consul* posteà anno V. CCLXXXIV. *Quod clarè ex Dionysio hauries lib.* IX.

79. LXIII ANNO POST.] *Error numeri. nisi placet de primis quæstoribus totos* XL. *annos à Liuio & Dionysio discrepare Tacitum. Nam anno vrbis* CCLXIX. *Q. F. Ser. Cornelio Coss. Liuio primi Quæstores nominati, L. Valerius & Cæso Fabius: itemq; Dionysio lib.* VIII. *Ac ex hac Taciti putatione, circa annum demum vrbis* CCCVIII. *Quæstores statuamus necesse est. Quod falsùm esse, liquet vel ex eo, quòd Liuius & Dionysius post annum illum* CCLXIX. *sæpiùs iam Quæstores nominant. Corrige hîc ergo,* XXIII. anno. *vt ratio constet. In altero tamen Quæstore manet adhuc dissensus: qui Liuio & Dionysio est Cæso Fabius, non Mam. Aemilius, vt nostro. Nam Plutarchus planè diuersus, qui P. Veturium & M. Minutium nominat.*

80. MOX DVPLICATVS NVMERVS.] *Epitome Liuij* XV. Quæstorum numerus ampliatus est, vt octo essent. *Quod accidit circiter annum vrbis* CDLXXXVIII.

81. VIGINTI CREATI SVPPLENDO SENATVI.] *Vti à Cæsare Dictatore quadraginta, eâdem, ni fallor, caussâ. Vide Dionem* XLIII.

82. FOEDERA ET CIVITATEM.] *Duplex Gallia, Cisalpina, Transalpina. Cisalpini iterùm duplices, Cispadani, Transpadani. Ex his qui cis Padum, ius ciuitatis assecuti sunt post bellum Marsicum: qui trans Padum, ius Latij eodem tempore, ferente Pompeio Strabone, qui pater Magni. Ea lex, Pompeia dicta. Sed non contenti Latinitate Transpadani, turbas sæpè mouerunt: incitante etiam post Quæsturam C. Cæsare. Nec enim de alijs Suetoniana illa capio;* Decedens ergo ante tempus colonias Latinas de petendâ ciuitate agitantes adijt, & ad audendum aliquid concitasset, nisi consules conscriptas in Ciliciam legiones paullisper ob idipsum retinuissent. *Donec ille Cæsar Dictator primùm, transtulit eos in ciuium ius, narrante Dione lib.* XLI. Τοῖς Γαλάταις τοῖς ἔντος τῶν Ἄλπεων ὑπὲρ τὸν Ἠρίδανον οἰκοῦσι τὸ πολιτείαν, ἅτε καὶ ἄρξας αὐτῶν, ἀπέδωκε. *At de Transalpinis non liquidè pureq; aliquid scriptum reperio, nisi quòd Strabo ostendit Cauaros, Salyesq;*

ſuæ nequiret : ſuffeciſſe olim [83] *indigenas conſanguineis populis, nec pœnitere veteris Reip. Quin adhuc memorari exempla, quæ priſcis moribus ad virtutem & gloriam Romana indoles prodiderit. An parum, quòd* [84] *Veneti & Inſubres curiam inruperint,* [85] *niſi cœtus alienigenarum velut captiuitas inferatur? quem vltrà honorem reſiduis nobilium?* [86] *aut ſi quis pauper è Latio ſenator foret? Oppleturos omnia diuites illos, quorum aui proauíque, hoſtilium nationum duces, exercitus noſtros* [87] *ferro viíque ceciderint; diuum Iulium apud Aleſiam obſederint. Recentia hæc. quid ſi memoria eorum inoriretur,* [88] *qui Capitolio &* [89] *arâ Romanâ manibus eorumdem proſtratis. Fruerentur ſanè vocabulo ciuitatis : inſignia patrum, decora magiſtratuum, ne vulgarent.* Cap. 24. *Sed ab iis eſt Princeps.* His atque talibus haut permotus Princeps; etiam ſtatim contrà diſſeruit, & vocato ſenatu [90] ita exorſus eſt. *Maiores mei (quorum antiquiſſimus Clauſus origine Sabinâ, ſimul in ciuitatem Romanam & in familias patriciorum adſcitus eſt) hortantur, vti paribus conſilijs Remp. capeſſam, transferendo huc quod vſquam egregium fuerit. Neque enim ignoro Iulios Albâ, Coruncanios Camerio, Porcios Tuſculo; & ne vetera ſcrutemur, Etruriâ Lucaniáque, & omni Italiâ, in ſenatum accitos. Poſtremò ipſam ad alpes promotam, vt non modò ſinguli viritim, ſed terræ gentesque in nomen noſtrum coaleſcerent. Tunc ſolida domi quies, & aduerſus externa floruimus, cùm Tranſpadani in ciuitatem recepti, cùm ſpecie* [91] *deductarum per orbem terræ legionum, additis prouincialium validiſſimis feſſo imperio ſubuentum eſt. Num pœnitet Balbos ex Hiſpaniâ, nec minùs inſignes viros è Galliâ Narbonenſi tranſiuiſſe? Manent poſteri eorum, nec amore in hanc patriam nobis concedunt. Quid aliud exitio Lacedæmonijs & Athenienſibus fuit, quamquam armis pollerent, niſi quòd victos pro alienigenis arcebant? At conditor noſter Romulus tantum ſapientiâ valuit, vt pleroſque populos eodem die hoſtes, deinciues habuerit. Aduenæ in nos regnauerunt.* [92] *Libertinorum filijs magiſtratus mandari,* [93] *non, vt plerique falluntur,* * *recens, ſed*

A

B

lyeſq; ciuitate donatos, tempore tamen non expreſſo. Παντας, *inquit,* ὅτω προσαγορεύεσι (*Cauarorum nomine, ſcilicet*) τὰς ταύτῃ βαρβάρους, ἀδὲ βαρβάρους ἔτι ὄντας, ἀλλὰ μετακειμένους τὸ πλέον εἰς τὸν τῶν Ρωμαίων τύπον καὶ τῇ γλώττῃ καὶ τοῖς βίοις, πολὺ δὲ καὶ τῇ πολιτείᾳ. *id eſt,* Omnes ita appellant, qui ibi incolunt, Barbaros: etſi nunc non Barbaros, quia plerique eorum ad Romanum habitum tranſierunt & linguâ & moribus, quidam etiam in ciuitatem eorum recepti. *Donatos tamen non dubium eſt ab Auguſto: túncne cùm Italiam ad Alpes promouit? an potiùs in diuturnâ illâ peregrinatione, cùm ad res Galliæ conſtituendas biennium continuum illic egit? Quod obiter ſuadere Dio videtur lib.* LIV. *qui Auguſtum in eâ peregrinatione libertatem & ius ciuitatis alijs dediſſe ait, alijs ademiſſe. Ciuitatem autem accipimus, ſine iure ſuffragij: quod nunc à Claudio demum adſecuti.*

83. INDIGENAS CONSANGVINEIS.] *Senſus videatur. Olim Latinos (qui indigenæ) ſuffeciſſe Romanis, ſanguine & affinitate cum ijs iunctis: cur non nunc tota Italia? Poſſis etiam,* indigenas conſanguineos populos: *eodem ſenſu.*

84. VENETI ET INSVBRES.] *Qui populi Tranſpadani. Ex his colligas, Cauaros, de quibus Strabo, pleno ciuium iure non fuiſſe. Eos enim potiùs hîc nominaſſent.*

85. NISI COETVS ALIENIGENARVM.] *Quod ſanè haut diu pòſt euenit. adeò vt Auguſtinus verè ſcripſerit,* Numquid non multi Senatores in alijs terris, qui Romam ne facie quidem norunt? *libro* V. *De ciuit. cap.* XVI.

86. AVT SIQVIS PAVPER.] *Negandi vim habet. quaſi dicat: an aliquis etiam pauper è Latio Senator fiet? non fiet. poſſet etiam,* aut ecquis.

87. FERRO VIQVE CECIDERINT.] *Ita in meis libris, & rectè. vulgò,* Ferro ignique. *Simile mendum ſcio eſſe in Suetonij Claudio, cap.* XXI. Diu cunctatus, an omnes igni ferroque abſumeret, tandem è ſuâ ſede proſiluit, *Lege,* vi, ferroque.

88. QVI CAPITOLIO ET ARA ROMANA.] *Locus fractus corruptusq;, vti oratiuncula hæc tota. Nec iſta Attius Nauius pater augurum reſtituerit, ſine libris: nedum vt Beatus nobis perſuadeat germanam lectionem eſſe,* qui Capitolio & arâ Romanâ? manibus eorumdem parceretis? *Eſt enim, inquit, Apoſiopeſis: ſubaudiendumq;, potiti ſunt. quâ figurâ medius fidius vellem ipſe vſus eſſet. Mei libri,* memoria eorum memoretur qui Capitolio & æra Romana manibus eorumdem per ſe ſatis.

C

89. ARA ROMANA.] *Aram Maximam intellegit, quæ inter ſacerrima Romæ.*

90. ITA EXORSVS EST.] *Quæ oratio Principis memoriæ cauſſâ Lugduni habita, celeberrimâ vrbe Galliarum, & in æs inciſa. Tabula manet illicò etiam nunc; & dignum lectu exemplar eius, quod, exſcriptorum fide, propoſui in* EXCVRSV A. *eò magis, quòd multa in eo ad Taciti lucem.*

D

91. DEDVCTARVM PER ORBEM.] *In colonias nempe deductarum. Iisq;, miſti è prouincialibus ferè ſemper aliqui, eodem iure.*

92. LIBERTINORVM FILIIS.] *Hoc illud eſt quod Suetonius notat in Claudio:* Appium Cæcum Cenſorem, proauctorem generis ſui, libertinorum filios in Senatum allegiſſe docuit: ignarus temporibus Appij, & deinceps aliquamdiu libertinos dictos, non ipſos qui manumitterentur, ſed ingenuos ex his procreatos. *Et notat verè. Nam libertorum filij adeò à curiâ remoti temporibus priſcis, vt nec in militiam ſint admiſſi. & bello Italico libertini primùm militare cœperunt, vt notat Epitome Liuiana* LXXIII.

93. NON, VT PLERIQVE FALLVNTVR, RECENS.]

A *sed priori populo factitatum est. At cum Senonibus pugnauimus. scilicet Volsci & Æqui, numquam aduersam nobis aciem struxere? Capti à Gallis sumus. sed & Tuscis obsides dedimus, & Samnitium iugum subiuimus. Attamen si cuncta bella recenseas, nullum* [94] *breuiore spatio quàm aduersus Gallos confectum. continua inde ac fida pax. Iam moribus, artibus, affinitatibus nostris mixti, aurum & opes suas inferant potiùs, quàm separati habeant.* [95] *Omnia P.C. quæ nunc vetustissima creduntur, noua fuere. plebei magistratus post patricios, Latini post plebeios, ceterarum Italiæ gentium post Latinos. Inueterascet hoc quoque: & quod hodie exemplis tuemur, inter exempla erit.* Orationem Principis secuto patrum consulto, primi Ædui senatorum in vrbe ius adepti sunt. datum id fœderi antiquo, & quia [96] soli Gallorum fraternitatis nomen cum populo Romano vsurpant. Ijsdem diebus in numerum Patriciorum asciuit Cæsar [97] vetustissimum quemque è senatu, aut quibus clari parentes fuerant: paucis iam reliquis familiarum, quas [98] Romulus maiorum, & L. Brutus minorum gentium appellauerant, exhaustis etiam quas dictator Cæsar lege Cassiâ, & princeps [99] Augustus lege Sæniâ

B sublegêre. Lætaque hæc in R.P. munia, multo gaudio* Censoris inibantur. Famosos probris

Cap. 25. *Igitur impetrant.*

Patricij supplentur.

*Farn. Cæsaris

CENS.] *Non herclè antiquius, quàm à Cæsare. Primus ille libertorum filios allegit in Senatum, & magistratu ornauit. Dio* XLIII. καὶ παμπληθεῖς μὲν ὅτι τῷ χρυσίῳ, μηδὲν δικαίνων, μητ' εἴ τις στρατώτης, μήτ' εἰ ἀπελεύθερου παῖς ὢν, ἐσέγραψεν: *id est,* Multos in Senatũ allêgit, nihil dijudicans vtrùm quis miles esset, vtrúmve filius liberti.

94. BREVIORE SPATIO.] *Ita, si Galliam comatam spectas, de quâ hîc agitur: nam decimo anno à Cæsare perdomita est. Aliter in alijs: quod historiæ dicent.*

59. OMNIA P.C. QVÆ NVNC.] *Pulchram*

C *& acutam Sententiam reperio à Synesio Cyrenensi Episcopo, haud disparibus sanè verbis, expressam in epistolâ* LVII. πολλὰ τῆς δεόντως ὁ χρόνος ἐξεῦρε, καὶ διωρθώσατο. οὐχ ἅπαντα πρὸς εὐδαιμόνημα γίνεται, καὶ τῆς ὑμνημένων ἕκαστον ἀρχὴ ἔσχε. ἡμεῖς ἀρχὴ δώμην ἔδει βελτίονι. *Verto:* Multas rerum vtilium tempus inuênit, aut correxit. Non omnia ad exempla fiunt, & singula quæ facta sunt initium semel habuerunt. Demus & nos principium meliori consuetudini. *Simile, sed breuiter, Tertullianus aduers. Marc.* I. *cap.* IX. Omnis res anterior posteriori normam præministrauit.

96. SOLI GALLORVM FRATERNITATIS NOMEN.] *In Panegyrico Flauiensium nomine apud Constantinum dicto:* Quænam igitur gens toto orbe terrarum in amore Romani nominis Ædui se

D postulet anteponi? qui primi omnium inter illas immanes & barbaras Galliæ gentes plurimis Senatusconsultis fratres populi Rom. appellati sunt: & cùm à ceteris Rhodano ad Rhenum vsque populis ne pax quidem posset nisi suspecta sperari, soli consanguinitatis nomine gloriati sunt. *Et posteà*: Imputauêre se origine fabulosâ in Siciliâ Mamertini, in Asiâ Ilienses: soli Ædui non metu territi, non adulatione compulsi, sed ingenuâ & simplici caritate fratres populi Rom. crediti sunt. *Benè ait, crediti. Neque enim aliunde, vt credo, fratres, quàm ex sermone communi Gallorum Germanorumq;, quo fideles socij, fratres amiciq; dicuntur. non quia ab Iliaco sanguine, vt suggerunt quidam. Sed quòd Tacitus dicit solos Æduos id nomen vsurpasse: repugnat Lucanus, qui tribuit etiam Aruernis:*

Et docilis rector monstrati Belga couini,
Aruernique ausi Latio se fingere fratres
Sanguine ab Iliaco populi.

Et lapis antiquus, qui Batauis. GENS. BATAVORVM. AMICI. ET. FRATRES. ROM. IMP. *quæ inscriptio eruta armamentario Britannico, ad ostium veteris Rheni. Tamen Diodorus etiam pro Tacito, libro* V. ἡ γαλατία κατοικεῖται μὲν ὑπὸ πολλῶν ἐθνῶν διαφόρων τοῖς μεγέθεσι. ὧν ὅσιν ἓν πρὸς ῥωμαίους ἔχον συγγένειαν παλαιὰν καὶ φιλίαν, τῶν μέχρι τῆς καθ' ἡμᾶς χρόνων διαμένσαν.

97. VETVSTISSIMVM QVEMQVE E SENATV.] *Aliud Patricij, aliud Senatores. Senatores multi è plebe, vt septuennibus pueris notum. Claudius igitur, ne extingui, & intermori patriciorum familias pateretur, antiquissimum quemque è plebeis Senatoribus rettulit in patres. Dico antiquissimum; siue ætatis ratione, seu potiùs temporis, quo in Senatu fuit. Hæc clara Taciti mens. At vir iuris & antiquitatis consultus, quasi in Cimmerios delatus esset, ita hîc cæcutit. Vertit se in omnes formas, & tandem definit scribendum esse:* vetustissimum quemque è se natum. *Sapis lector, & non rides?*

98. ROMVLVS MAIORVM.] *Tacitus sensisse videtur omnes patricios qui à regibus lecti (plures enim reges post Romulum legerunt) Maiores fuisse: qui à Bruto, Minores. Liuius tamen & alij, contrà. cuius rei confusam veritatem vide apud Onufrium in Fastis, quem non exscribo. Sed Tacito, vt opinor, auctores sui. Lud. Viues tamen, patrum æuo doctrinâ celebri, verbis aliquot insertis hîc legebat:* Romulus maiorum gentium, L. Tarquinius minorum, Brutus conscriptorum appellauerant. *cuius epistolam eâ super re publicauit amicus meus dum vixit G. Canterus in Nouis suis. At mihi nondum animus adsentiendi: nec tibi quidem, si cum iudicio excusseris, quæ Onufrius per satyram & confusè, vt solet, collêgit.*

99. AVGVSTVS LEGE SÆNIA.] *Ille idem Viues scribit,* Seruiâ. *Ius & mos Belgæ, dissentiendi ab Ibero.* Sæniâ *enim vera lectio. Colligo ex Dione* LII. *qui hunc patriciorum dilectum confert in annum vrbis* DCCXXV. τό τε τῆς εὐπατριδῶν ὄχλος, *inquit,* σωεπλήθυσε, τῆς βελῆς οἱ δῆθεν ὑπὸ ἐφάσης τοῦτο ποιῆσαι. *id est;* Patriciorum numerum impleuit; Senatu scilicet id ei iubente. *Ex quo vides* Sc. *aliquod fuisse*

Senatum purgat Cæsar, clementiâ.

bris quo nam modo senatu depelleret anxius, [100] mitem & recens repertam quandam [101] ex seueritate priscâ rationem adhibuit: monendo, secum quisque de se consultaret, peteretque [102] ius exeundi ordinis. facilem eius rei veniam. & motos senatu, & excusatos simul propositurum: vt iudicium censorum ac pudor sponte cedentium permixti, ignominiam mollirent. Ob ea Vipsanius consul rettulit, [103] *patrem senatus appellandum esse Claudium. quippe promiscuum patris patriæ cognomentum: noua in Remp. merita, non vsitatis vocabulis honoranda.* Sed ipse cohibuit consulem vt nimiùm assentantem. condiditque

Lustrum condit.

lustrum, quo censa sunt ciuium [104] LXIX. centena, & LXIIII. millia. Isque illi finis inscitiæ erga domum suam fuit, haut multo pòst, flagitia vxoris noscere ac punire adactus, vt

Cap. 26. *Messallina ruit. Præcipiti etiam Silio.*

deinde ardesceret in nuptias incestas. Iam Messallina facilitate adulterorum in fastidium versa, ad incognitas libidines profluebat; cùm abrumpi dissimulationem etiam Silius, siue fatali vecordiâ, an imminentium periculorum remedium ipsa pericula ratus, vrgebat. *Quippe non eò ventum, vt senecta Principis opperiretur. insontibus innoxia consilia; flagitijs manifestis, subsidium ab audaciâ petendum. Adesse conscios paria metuentes: se cælibem, orbum, nuptijs & adoptando Britannico paratum. mansuram eandem Messallinæ potentiam, additâ securitate, si præuenirent Claudium, vt insidijs incautum, ita iræ properum.* Segniter hæ voces acceptæ, non amore in maritum, sed ne Silius summa adeptus, sperneret adulteram, sceluscque inter ancipitia probatum, veris mox pretijs æstimaret. nomen tamen ma-

Viuo marito, alium inducit.

trimonij concupiuit; [105] ob magnitudinem infamiæ: cuius apud prodigos nouissima voluptas est. Nec vltrà exspectato, quàm dum [106] sacrificij gratiâ Claudius Hostiam

Cap. 27. *Incredendâ audaciâ, an impudentiâ:*

proficisceretur, cuncta nuptiarum sollennia celebrat. Haut sum ignarus fabulosum visum iri, tantum vllis mortalium securitatis fuisse, in ciuitate omnium gnarâ & nihil reticente: nedum consulem designatum, cum vxore Principis, prædictâ die, adhibitis qui obsi-

fuisse eius rei, siue legem. Legibus nomina à consulibus: & consul suffectus prioris anni, L. SÆNIVS. *in monumentis. Vertranium ergo, qui* Sentiam *reposuit, non audiemus.*

100. MITEM ET RECENS REPERTAM.] *Repertam ab Augusto. Habes in Dione libro* LII. *in extremo.*

101. EX SEVERITATE PRISCA.] *Alucinor, aut scribendum voce additâ:* Haud ex seueritate. *Sententiam eam esse, id mihi certum. Hæc ita scripseram: sed ecce Pichena ex Florentino codice verè emendat:* repertam, quàm ex: *sententiâ illâ meâ, id est* (*Cornelianâ phrasi*) potius quàm.

102. IVS EXEVNDI ORDINIS.] *Solos Ciliciæ abite nebulones. Enimuerò Latinitas scribi vult,* ordine. *aut potiùs,* exuendi ordinis. *Ita lib.* III. Piso exutâ dignitate in decem annos relegatur.

103. PATREM SENATVS.] *Quod imitati, sibi sumpserunt Balbinus & Pupienus Augusti. In Nummis:* IMP. CÆS. PVPIEN. MAXIMVS. AVG. *Tum parte versâ:* PATRES SENATVS.

104. LXIX. CENTENA, ET LXIIII. MILLIA.] *Conuenit cum Cassiodori ratione sexaginta nouem centena millia exprimentis. cum libris haud planè conuenit. è quibus Vatic. ille fidus exprimere videtur* quinquaginta octo centena & octogintaquattuor millia & LXXII. *Nec miremur de granditate numeri: cùm iam tunc sub Augusto (nondum tot populis in ciuitatem acceptis) censa reperiam* quadragies centena millia. *Lapidis inscriptio quam obtrudunt,* TEMPORIBVS CLAVDII TIBERII FACTA HOMINVM ARMIGERVM OSTENSIONE IN ROMA SEPTIESDECIES CENTENA MILLIA LXXXVII. *parùm vera aut fida mihi est. & tamen cùm de his saltem qui arma ferrent agat, nihil nobis obstat.*

105. OB MAGNITVDINEM INFAMIÆ.] *Elegantissima gnome. cuius acumen non cepit Ferretus. Explicat vnus Seneca epist.* CXXIII. Nolunt solita peccare, quibus peccandi præmium infamia est. *vbi tamen malè, & præter reliquum iudicium, Pincianus,* in famâ est, *legi voluit. Ita autem est. hominibus perditis & ad flagitia proiectis, ipsa infamia voluptas est. Audi Valerium Maximum, de Polemone, lib.* VI. *cap De mutatione morum.* Perditæ luxuriæ Athenis adolescens Polemo, neque illecebris tantùm sed ipsâ infamiâ gaudens. *Vbi addo voculam è libro veteri,* neque illecebris eius tantùm: *sententiâ omnino volente.*

106. SACRIFICII GRATIA HOSTIAM.] *Imò rei frumentariæ gratiâ, ait Dio: pellicum caussâ, Victor. Sed sacrificium credo à Claudio institutum rei frumentariæ caussâ, in Castorum æde. Id enim numen ibi cultum, ventorum marisq; caussâ. Ita lego apud Ammianum lib.* XIX. *in summâ inopiâ frumenti, Tertullum qui Præf. annonæ,* apud Ostiam in æde Castorum sacrificasse, tranquillitatemque mare molliuisse. *Id sacrum perpetuum fuit, & suspicor à Claudio institutum, qui portum illum celebrem & farum Ostiæ exstruxit. Celebrabatur sollenni quadam lætitiâ, mense Maio: ideoq; post-sæculo Maiuma dictum. Suidas:* Μαϊουμᾶς. πανήγυρις ἐγίνετο ἐν τῇ Ῥώμῃ κατὰ τὸ Μαΐου μῆνα. ἢ θάλλιον καταλαμβάνοντες πόλιν τὴν λεγομένην Ὄστίαν, οἱ τὰ πρῶτα τῆς πόλεως τελοῦντες, ἡδυπαθεῖν ἠνείχοντο ἐν τοῖς θαλαττίοις ὕδασιν, ἀλλήλους ἐμβάλλοντες. *Iulianus Cæsar in Antiochico:* ὑμῶν δὲ ἕκαστος ἰδίᾳ μὲν εἰς τὰ δεῖπνα καὶ τὰς ἑορτὰς τὰ Μαϊουμᾶ χρήματα ἀπολέσαντες, ὑπὲρ δ' ὑμῶν

A obsignarent velut [107] suscipiendorum liberorum caussâ, conueniſſe: atque illam audiſſe auſpicum verba, [108] ſubiſſe, ſacrificaſſe apud deos, [109] diſcubitum inter conuiuas, oſcula, complexus, noctem denique actam licentiâ coniugali. Sed nihil compoſitum miraculi caussâ, verùm audita ſcriptaque ſenioribus [110] tradam. Igitur domus Principis inhorruerat; maximeque quos penes potentia, & ſi res verterent, formido, non iam ſecretis colloquijs, ſed apertè fremere. [111] *Dum induſtria cubiculum principis occulit adulteros, dedecus quidem illatum,* [112] *ſed* * *excidium procul abfuiſſe. nunc iuuenem nobilem,* [113] *dignitate formæ, iuuentâ, ac propinquo conſulatu, maiorem ad ſpem accingi. nec enim occultum, quid poſt tale matrimonium ſupereſſet.* Subibat ſine dubio metus, reputantes hebetem Claudium & vxori deuinctum, multaſque mortes iuſſu Meſſallinæ patratas. Rurſus ipſa facilitas Imperatoris fiduciam dabat, ſi atrocitate criminis præualuiſſent, poſſe opprimi damnatam antequam ream. Sed in eo diſcrimen verti, ſi defenſio audiretur, vtque clauſæ aures etiam confitenti forent. Ac primò Caliſtus iam mihi [114] circa necem Cæſaris narratus, B & [115] Appianæ cædis molitor Narciſſus, flagrantiſſimaque eo tempore gratiâ Pallas, agita-

Idq; ſollenniter.

Cap. 28. *Palatium & Palatini turbantur.*

* exitium

Cap. 29. *Deliberant.*

δ' ὑμὰν ὠνῆς καὶ τῆς σωτηρίας ἡ πόλεως ἕδεις θύει. Nec aliud intellexit Aethicus in Coſmographiâ: Tiberis inſulam facit inter portam vrbis & Oſtiam ciuitatem, vbi populus Rom. cum vrbis Præfecto vel Conſule, Caſtorum celebrandorum caussâ egreditur, ſollennitate iucundâ. *Vbi vides Caſtorum ſollenne, & Maiumam, idem eſſe. Hanc Originem Maiumæ nec inſcitam, nec alienam à vero puto.*

107. SVSCIPIENDORVM LIBERORVM CAVSSA.] *Ea formula in nuptijs legitimis ſollennis, ad coniugij verum finem.* Nec enim ob aliud, *ait Auguſtinus*, femina nubit, quàm, vt mater fiat. *vnde & matrimonium ominis caussâ dictum. Ideò Græci* C *definiunt, γάμον, σύνοδον ἀνδρὸς καὶ γυναικὸς ἐπ' νόμον, ὅπῃ γνησίων τεκνῶν σπορᾶ. Et apud Athenienſes (ait Iſidorus Peluſiota lib.* III. *epiſt.* CCXLIII.) *ἡ συναφεια ἡ ἐπ' νόμον, ἐπ' ἀρότῳ παίδων ἐλέγετο γνήσιος*: Legitima coniunctio, ad ſeminandos liberos dicebatur fieri. *Menander etiam pulchrè, apud Clementem:*

Παίδων σπόρῳ τῆδ' γνησίων δίδωμι σοὶ
Γετλῶ ἐμαυτὲ θυγατέρα.

Et Auguſtus ſenile quoddam coniugium iniuſtum pronunciauit, quoniam non quærendorum liberûm caussâ initum, *ait Valerius lib.* VII. *cap.* VII. *In ipſis autem tabulis ea verba ſolita exprimi. Auguſtin. lib.* XIV. *De ciuit.* Quid concubitus coniugalis, qui ſecundùm matrimonialium præſcripta tabularum, procreandorum fit caussâ liberorum? *Adde & Sueton. Iul. cap.* LI.

D 108. SVBISSE, SACRIFICASSE.] *Verbum* ſubiſſe, *corruptum iudico. Fortean*, nupſiſſe, *id eſt, ſollenni luteo flammeo, qui mos nouis nuptis, faciem velaſſe. Scripſi & ſenſi ita olim. at nunc delibero etiam atque etiam, & ambigo an ſubeundi verbum non hîc germanum & inter legitima nuptiarum. Quinctilianus ſuſpicionem facit in ſermone Declamationis* CCXLVII. Dicit pars diuerſa. non fuiſti vxor. non ſubſiſti cum illo. *Legerim*, non ſubijſti. *Et ſubitionem hanc intellegam, ſiue cùm deducta ſubiret mariti domum: ſiue de iugo. modò is ritus tamen ſatis certus.*

109. DISCVBITVM INTER CONVIVAS.] *Et quidem formâ nuptiali: quæ volebat vt noua nupta in gremio mariti iaceret. Morem eum exprimit Iuuenalis:*

——ingens
Cæna, ſed & gremio iacuit noua nupta mariti.

quaſi ecce id inter ſollennia nuptiarum. Appuleius de nuptijs Pſyches: Accumbebat ſummum thorum maritus, Pſychen gremio ſuo complexus. *Ideò rectè in Catullo,*

Adſpice intus vt accubans
Vir tuus Tyrio in thoro
Totus immineat tibi.

Nec rectè magnus ille cenſor, quem vnum æmulor mirorq;, Adſpice imus, *emendauit. Imúſne in illo geniali ſuo epulo maritus? imò ſummus, vel Appuleio teſte. Intus accubare, vt intus canere. Interior autem maritus, reſpectu ſponſæ ad quam hîc ſermo. Siquid tamen mutandum, legerim*, vnctus. *qui mos Romanis in omni conuiuio ſollenni.*

110. TRADAM.] *Magis pro mente*, trado. *iam enim illa incredenda ſcripſit.*

111. DVM INDVSTRIA CVBICVLVM.] *Regem olim feci, qui emendaſſet hunc locum. itaque concurſum à multis ad coronam, & non vnus mihi indicauit ſcribendum*: Dum hiſtrio cubiculo Principis occultatur, dedecus. *veriſimè. intellegit enim Mneſterem illum Pantomimum, qui diu in delicijs Meſſallinæ. Libri ſcripti non longè abeunt ab hac lectione*, Dum inſtruo cubiculum Principis exultauero, dedecus. *Poſſis extrema item ſcribere*, cubiculo Principis exultat, verè dedecus.

112. SED EXCIDIVM.] *In Florentino eſt*, ſed & ſcidium: *è quo Pichena*, diſſidium. *Sed profectò plus quàm diſſidium hîc timebatur, &* exitium, *atque extrema.*

113. DIGNITATE FORMÆ, IVVENTA.] *Ita lego, non* formâ. *Dignitas formæ propriè de viris, vti notat vetus litterator Agrætius. illud*, iuuentâ, *ſuſpectum facit Vatic. qui refert*, Vimentis. *Ex quo Palmerius diductim legebat*, vi mentis.

114. CIRCA NECEM CÆSARIS NARRATVS] *C. Cæſaris Caligulæ: cuius necis conſcius particepsq; fuit hic libertus, narrante Ioſepho lib.* XIX. *cap.* I. *Scilicet autem Tacitum hoc narraſſe in libris qui de Caligulâ.*

115. APPIANÆ CÆDIS MOLITOR.] *Vide Sueton. cap.* XXXVII. *in cuius verbis*, Nec multo pòſt ex compoſito irrumpere Appius nunciatus, qui pridie ad id temporis vt adeſſet, præceptum erat: quaſi planè repræſentaretur ſomnij fides, accerſi

Dissentiunt. agitauêre; [116] num Messallinam secretis minis depellerent amore Silij, cuncta alia dissimulantes. deinde metu, ne ad perniciem vltrò traherentur, desistunt, Pallas per ignauiam, Calistus [117] prioris quoque regiæ peritus, & potentiam cautis quàm acrioribus consilijs tutius haberi. perstitit Narcissus, solum id immutans, ne quo sermone præsciam criminis & accusatoris faceret. Ipse ad occasiones intentus, longâ apud Hostiam Cæsaris morâ, duas pellices, [118] quarum is corpori maximè insueuerat, largitione ac promissis, & vxore deiectâ plus potentiæ ostentando, perpulit delationem subire. Exin Calpurnia (id pellici nomen) vbi datum secretum, Cæsaris genibus prouoluta nupsisse Messallinam Silio exclamat. simul Cleopatram, quæ idem opperiens adstabat, an comperisset, interrogat: atque illâ annuente, cieri Narcissum postulat. Is veniam in præteritum petens, quòd ei [119] cis Vectium, cis Plautium dissimulauisset, nec nunc adulteria obiecturum ait, [120] ne domum, seruitia, & ceteros fortunæ paratus reposceret; frueretur imò ijs, & redderet vxorem [121] rumperetque tabulas nuptiales. *An dissidium, inquit, tuum nosti? nam matrimonium Silij vidit populus, & senatus & miles: ac ni properè agis, tenet vrbem maritus.* Tum potissimum amicorum vocat, [122] primumque rei frumentariæ

Narcissus tamen ausus detegere.

Cap. 30. *Sed per pellices.*

Cap. 31. *Claudius amicos consulit.*

A

B

præ-

accersi statim, ac mori iussus est, *menda est. Quò enim accersi iubetur, qui iam aderat? Non fugit Torrentium, qui ex libris legit*, arcessi, *pro accusari, vt interpretatur. Mihi*, arceri, *verum videatur: vt exclusum eum à Claudio intellegamus, nec admissum. Transscripserim etiam*, arceri, ac statim mori. *Historiam pete à Dione.*

116. NVM MESSALLINAM SECRETIS.] *Obscura examinanti, nec scio an satis nexa. Sententia videtur. deliberasse libertos bifariàm: primò, an ad Claudium deferrent, quæ pars præiuit: hîc iam, an ipsam Messallinam secretò de Silio monerent, alia adulteria dissimulantes. Destitêre ab vtroque alij:* Narcissus perstitit, *sed in sententiâ priore, id est de Claudio admonendo.*

117. PRIORIS QVOQVE REGIÆ.] *Sub Caio, apud quem in gratiâ potentiaq; fuit. Dio, vbi de Domitio Afro, lib.* LIX. *Et eleganter Seneca, epistolâ quadam:* Stare ante limen Callisti dominum suum vidi, & eum qui illi impegerat titulum, qui inter ridicula mancipia produxerat, alijs intrantibus excludi. *Sed fuit non minùs magnus apud Claudium. estq; illeipse cui Scribonius Largus medicus eius æui opus suum inscribit, & appellat C. Iulium Callistum.*

118. QVARVM IS CORPORI.] *Vatic.* corporibus.

119. CIS VECTIVM, CIS PLAVTIVM.] *Emendaui præeunte Vaticano, qui habebat*, Cis Vecticis Plautio. *Et verè. Duo enim famosi in hac Messallinâ & quasi primorum ordinum adulteri, Vectius Valens & Plautius Lateranus: quos tamen dissimulasse, & siluisse se dicit. Sed an magis pro hac sententiâ*, bis Vectium, bis Plautium? *An*, Circa Vectium? *Non accusatos quidem illos, aut certè iterùm excusatos, sequentia etiam dicunt. Ceterùm famosi, vt dixi, hi adulteri. De Vectio, mox noster, & Plinius de Medicis:* Exortus mox est Vectius Valens adulterio Messallinæ Claudij Cæsaris nobilitatus. *Item Scribonius Largus:* Hoc medicamentum Apulei Celsi fuit, præceptoris Valentis & nostri. *De Plautio mox, & lib.* XIII. Secutaque lenitas in Plautium Lateranum, quem ob adulterium Messallinæ ordine remotum reddidit Senatui. *At viri docti desperatam huius loci restitutionem censebant: cùm vulgò esset*, cis Vectium Plantium.

120. NE DOMVM, SERVITIA, ET CETEROS FORTVNÆ PARATVS REPOSCERET.] *Contaminatissimum locum Ferretus esse vult: qui mihi castus, purus. Inuidiosâ concessione libertus: Fruatur sanè, inquit, Silius domo tuâ, seruis, veste, & gazâ omni regiâ (nam hæc tralata ab adulterâ ad Silium, notante etiam Dione:) reddat saltem vxorem.*

121. RVMPERETQVE TABVLAS NVPTIALES.] *Ad legitimum matrimonij actum Tabulæ & signatores adhibiti. Tabulis & dos continebatur, & illa sollennis coniugij caussa, Liberûm quærendorum. Iuuenalis,*

Signatæ tabulæ, dictum, Feliciter.

Appuleius, Quòd in villâ non in opido tabulæ sint consignatæ quarto & vltimo loco obiecêre. *Meminerunt non semel Iurisconsulti: & proprio huic rei libro Cl. V. Brissonius, cuius accuratæ diligentiæ doctrinæq; non à me, non ab alijs quidquam addo. Vt ergo eæ tabulæ matrimonio firmando: sic eædem ruptæ, disparando. Iuuenal.*

——— tabulas quoque ruperat, & iam
Signabat, totâ vix hæc ego nocte redemi.

De his tabulis locum accipio, qui in priscis Glossis: λεγόσης τινὸς γυναικὸς τὴν ὀπίδοσιν τῶ ἰδίω υἱοῦ ἀφηρῆσθαι ὑπό τινος, αὐτόν τε υἱὸν ἴδιον εἶ, καὶ πρὸς αὐτὸν ἀνήκειν τὴν ὀπίδοσιν, ἠρνήσατο ἄλλος. ἀπεκρίθη γυνὴ, ῥωμαϊκῶ αὐτῶ γεγρῆσθαι, καὶ δέλτους μὲν γεγράφθαι, γάμους δὲ μὴ γεγονέναι. μὴ δυνηθέντος δὲν αὐτὸν ἀποδεῖξαι υἱὸν ἴδιον εἶ περὶ ὃ ἐπράττετο, Ὁπότε μὴ εἶη σὸς υἱὸς, τῶν ὀπίδοσιν ἀπόδος. Dicente quadam muliere congiariũ filij sui ablatum esse à nescio quo, eumque filium suum esse, & ad se pertinere congiarium: negauit alius. Respondit mulier, Latinam se fuisse, & tabulas quidem scriptas fuisse, nuptias verò non fuisse. Cùm ergo non potuisset eum ostẽdere filium suum de quo agebatur, Cùm non sit tuus filius, congiarium redde.

122. PRIMVMQVE REI FRVMENTARIÆ PRÆF. TVRRANIVM.] *Dixi aliquid ad lib.* I. *Annalium, & videtur primus in hoc munere fuisse. Tamen ambigo de totâ hac sententiâ, & ne veriùs legi:* Tum potissimos amicorum vocat, primumque rei fr. Præf. *hac mente: vocat præcipuos amicos, ac primò Turranium, deinde Getam.*

C

D

123. LVSIVM

A præfectum Turranium, pòst [123] Lusium Getam prætorianis impositum, percontatur. [124] Quibus fatentibus, tum certatim ceteri circumstrepunt, iret in castra, firmaret prætorias cohortes, securitati antequam vindictæ consuleret. Satis constat, eo pauore offusum Claudium, vt identidem interrogaret, *an ipse imperij potens? an Silius priuatus esset?* At Messallina non aliâs solutior luxu, [125] adulto autumno, simulacrum Vindemiæ per domum celebrabat: vrgeri præla, fluere lacus, & feminæ pellibus accinctæ assultabant, vt sacrificantes vel insanientes Bacchæ. [126] ipsa crine fluxo, thyrsum quatiens; iuxtaque Silius hederâ vinctus, gerere cothurnos, iacere caput, strepente circum procaci choro. Ferunt Vectium Valentem lasciuiâ in præaltam arborem conniſum, interrogantibus quid aspiceret, respondisse, *tempestatem ab Hostiâ atrocem.* siue ceperat ea species, seu fortè lapsa vox in præsagium vertit. Non rumor intereà, sed vndique nuntij incedunt, qui gnara Claudio cuncta, & venire promtum vltioni afferrent. Igitur Messallina [127] Lucullianos in hortos, Silius dissimulando metu, ad munia fori digrediuntur. Ceteris passim dilabentibus, affuêre centuriones, inditaque sunt vincula, vt quis reperiebatur in publico aut per B latebras. Messallina tamen, quamquam res aduersæ consilium adimerent, ire obuiàm, & aspici à marito, quod sæpè subsidium habuerat, haut segniter intendit: iussitque vt Britannicus & Octauia in complexum patris pergerent. Et Vibidiam virginum Vestalium

Trepidè trepidat.

Messallina interea bacchatur,

Cum vecordi suo cœtu.

Cap. 32.

Milites eos dissipant, & quosdam capiunt.

Illa preces & artes parat.

Marito obuiat.

123. LVSIVM GETAM.] *Id illi verum & gentile nomen, non* Lucium, *aut* Luscium. *Duo autem hoc tempore Prætorij Præfecti, Lucius Geta & Rufus Crispinus.*

124. QVIBVS FATENTIBVS.] *Libri mei scripti,* tacentibus.

125. ADVLTO AVTVMNO, SIMVLACRVM VINDEMIÆ PER DOMVM CELEBRABAT.] *Adulto Autumno, id est mense Octobri. Itaque etiam in Horologio veteri Romæ signatum eo mense,* C VINDEMIÆ SACRVM LIBERO. *Et persuasum mihi non aliud esse hoc Vindemiale festum, quàm sacra Liberi quæ C. Cæsar primus Romæ celebrauit: etsi Athenienses mense Nouembri celebrasse, in Philostrati quarto legi. De ipsâ re, Seruius ad eos versus,* Daphnis & Armenias, *&c.* Hoc, *inquit,* apertè ad Cæsarem pertinet, quem constat primùm sacra Liberi patris transtulisse Romam. *Ideò nummus percussus Cæsari, in cuius parte* C. VIBIVS RVFVS. *& impressa ara cui persona histrionia imposita, item thyrsus, & tigris adiuncta. ad memoriam non dubiè huius rei. Lampridius in Heliogabalo:* Cùm ad vindemiam vocasset amicos nobiles, & ad corbes sedisset, grauissimum quemque percontari cœpit an esset promptus in Venerem: posteaquam senes vidit erubescere, con- D tulit se ad iuuenes. à quibus cùm audiret ætati congrua, gaudere cœpit, & dicere verè liberam (*emendo*, Liberi. *in eo enim lusum, quasi ea libertas vindemialis digna verè libero deo*) vindemiam esse, quam sic celebrarent. Ferunt multi ab ipso primùm repertum, vt in Vindemiarum festo multa in dominos iocularia & audientibus dominis dicerentur. *Capitolinus in M. Antonino:* Vindemias priuato modo cum amicis agebat. *Videturq; ritus posteà Imperij fuisse, vt Princeps extra vrbem, dies aliquot lasciuiret & vacaret huic Vindemiali festo. Paullus Diaconus libro* III. *De gestis Longobard. cap.* VI. Procedente itaque Tiberio ad villam, vt iuxta ritum Imperialem triginta dies ad Vindemiam iocundaretur, Sophia vocatum ad se Iustinianum voluit ad imperium sublimare. *Idem festum, Magnam coronam dictum esse, suspicor ex Tertulliani his verbis:* Sed & aliâs Liberum principem coronæ planè laureæ etiam vulgus agnoscit, cùm dies in illum sollennes Magnam appellat coronam. *Alia ab hoc festo, ne erres, Liberalia: quæ antiquæ liberæq; reip. & incidebant in* XV. *Kal. Apriles. De queis Varro libro* V. *& Kalendarium Romanum.*

126. IPSA CRINE FLVXO, THYRSVM QVATIENS; IVXTAQVE SILIVS HEDERA VINCTVS, GERERE COTHVRNOS.] *Eodem habitu Antonium depingit Velleius, qui Liberum se ferebat:* Cùm Liberum patrem appellari se iussisset, cùm redimitus hederâ, coronaque velatus aureâ, & thyrsum tenens, cothurnisque succinctus curru velut Liber pater vectus esset Alexandriæ. *De cothurnis, etiam Virgil.*

——nudataque musto
Tinge nouo mecum direptis crura cothurnis.

De thyrso, præter alios Iustinus: Ὥσπερ αἱ Βάκχαι δι' ἀχήματος εἰρηνικῆς τὰς λόγχας ἐν τοῖς θύρσοις περιφέρουσιν. *id est,* Veluti Bacchæ per speciem habitumque pacis lanceas in thyrsis circumferunt. *Vide & Plinium* XVI. *cap.* XXIV. *Athenæus eiusmodi Bacchi insignia in Pyrrhicâ saltatione recepta fuisse ostendit lib.* XIII. Ἡ δὲ καθ' ἡμᾶς πυρρίχη Διονυσιακή πως ἔοικεν εἶναι, ὅπλοις ἐοικυῖα τῆς ἀρχαίας. Ἔχουσι γὰρ οἱ ὀρχούμενοι θύρσους ἀντὶ δοράτων, φέρειν δὲ ἐπ' ἀλλήλους, καὶ νάρθηκας, καὶ λαμπάδας φέρουσιν. Ὀρχοῦνται δὲ τὰ περὶ τὸν Διόνυσον, καὶ τὰ περὶ τὰς Ἰνδὰς, καὶ τὰ περὶ τὸν Πενθέα. *Quæ verba lucem dare volo ijs quæ hîc præcedunt,* feminæ pellibus accinctæ assultabant, velut sacrificantes vel insanientes Bacchæ.

127. LVCVLLIANOS IN HORTOS.] *De quibus initio huius libri. Tamen & Luciliana prædia reperio, & hîc manuss. constanter hortos Lucilianos. Lapis Romæ:*

D. M.
CRESCENTIS. NEPOTI. FORTVNATI
CÆSARIS. N. SER. EXACTORIS.
PRÆDIORVM. LVCILIANORVM.

ſtalium [128] vetuſtiſſimam orauit, Pontificis maximi aures adire, clementiam expetere. A
Atque interim tribus omnino comitantibus (id repentè ſolitudinis erat) ſpatium vrbis pedibus emenſa, vehiculo quo purgamenta hortorum eripiuntur, Hoſtienſem viam intrat: nullâ cuiuſquam miſericordiâ, quia flagitiorum deformitas præualebat. Trepidabatur nihilominùs à Cæſare. quippe Getæ prætorij præfecto haut ſatis fidebat, ad honeſta ſeu praua iuxtà leui. Ergo Narciſſus, aſſumtis quibus idem metus, non aliam ſpem incolumitatis Cæſaris affirmat, quàm ſi ius militum vno illo die in aliquem libertorum transferret: ſeque offert ſuſcepturum. Ac ne, dum in vrbem vehitur, ad pœnitentiam à L. Vitellio, [129] P. Largo Cæcinâ mutaretur; [130] in eodem geſtamine ſedem poſcit ſumitque. Crebra poſt hæc fama fuit, inter diuerſas Principis voces, cùm modò incuſaret flagitia vxoris, aliquando ad memoriam coniugij, & infantiam liberorum reuolueretur, non aliud prolocutum Vitellium, quàm *O facinus, ô ſcelus*! Inſtabat quidem Narciſſus * aperire ambages, & veri copiam * facere: ſed non ideò peruicit, quin ſuſpenſa & quò B
ducerentur inclinatura reſponderet; exemploque eius Largus Cæcina vteretur. Et iam erat in aſpectu Meſſallina, clamitabatque audiret Octauiæ & Britannici matrem: cùm obſtreperet accuſator, Silium & nuptias referens. ſimul codicillos libidinum indices tradidit, quibus viſus Cæſaris auerteret. Nec multo pòſt vrbem ingredienti offerebantur communes liberi, niſi Narciſſus amoueri eos iuſſiſſet. Vibidiam depellere nequiuit, quin multâ cum inuidiâ flagitaret, ne indefenſa coniunx exitio daretur. Ergo auditurum Principem, & fore diluendi criminis facultatem reſpondit: iret interim virgo & ſacra capeſſeret. Mirum inter hæc ſilentium Claudij: Vitellius ignaro propior: omnia libertо obediebant. Patefieri domum adulteri, atque illuc deduci Imperatorem iubet. Ac primùm [131] in veſtibulo, effigiem patris Silij conſulto ſenatus abolitam, demonſtrat: tum [132] quidquid habitum Neronibus & Druſis, in pretium probri ceſſiſſe. incenſumque & ad minas prorumpentem, caſtris infert, paratâ concione militum; apud quos, præmonente Narciſſo, pauca verba fecit. nam & ſi iuſtum dolorem, pudor impediebat. Cohortium clamor dehinc continuus, nomina reorum & pœnas flagitantium: admotuſque Silius tribunali, non defenſionem, non moras tentauit, precatus vt mors acceleraretur. eadem conſtantia & illuſtres equites Romanos cupidos maturæ necis fecit. Titium Proculum [133] cuſtodem [Silio ac] Meſſallinæ datum, & [134] indicium offerentem

Cap. 33. *Claudius, ſui ſimilis, natat,*

Et nutat.

Cap. 34. *Narciſſus virum, imò principem agit.*

* *Aliquot. libri, aperiret & faceret.*

Vibidia auditur, non exauditur.

Cap. 35. *Domum Silij adeunt.*

Inde caſtra.

Mox ſontium cædes.

128. VETVSTISSIMAM.] *Eſt eadem, quæ* Virgo maxima *dicitur. Nam ab ætate præerat, & ſic dicebatur. Nos in* Veſtâ.

129. P. LARGO CÆCINA.] *Fratre, opinor, C. Cæcinæ Largi, qui Conſul cum Claudio fuit, anno vrbis* DCCXCV. *& in conſulatu interfectus. Quem intellegit Aſconius, in pro M. Scauro:* Scauri domum poſſidet nunc Longus Cæcina, qui conſul fuit cum Claudio. *ſcribe,* Largus. *& diſce quæ hinc Aſconij certa ætas.*

130. IN EODEM GESTAMINE.] *id eſt, geſtatoriâ ſellâ. quæ à Claudio deducta in vulgi vſum, vt* * *docui. Sic libro* XIV. Geſtamine Baulos peruectam. *Appâret tamen in vno geſtamine plures ſellas fuiſſe, vt hîc vides in Narciſſo, qui eodem geſtamine ſellam poſcit ſumitq;.*

* in Electis.

131. IN VESTIBVLO EFFIGIEM PATRIS SILII CONSVLTO SENATVS ABOLITAM DEMONSTRAT.] *In atrio ſiue in veſtibulo ædium, imagines maiorum: vti hîc Silij patris. Sed enim Silius Legatus olim inferioris Germaniæ damnatus crimine maieſtatis cum vxore Soſiâ Gallâ, vt lib.* IV. *narratum: ideoq; & imagines abolitæ, quas tamen filius reſtituerat. Criminatur ergo id libertus.*

132. QVIDQVID HABITVM NERONIBVS.] *Legе,* auitum: *quod monuit me* Ic. *Claudius Chiffletius.*

133. CVSTODEM SILIO AC MESSALLINÆ DATVM.] *Quis dederit Silio cuſtodem? Claudiúſne, qui omnium ignarus? Logi. In Vat. eſt,* Cuſtodem Meſſallinæ dat. *alienâ deinde manu adpictum,* ac Silio. *Lego igitur:* Cuſtodem Meſſallinæ datum. *vel etiam:* Cuſtodem à Silio Meſſallinæ datum. *Alterum quidem verum eſt, vt hic Titius ſiue à Claudio adpoſitus vxori cuſtos; ſiue à Silio, vt amicæ. Vtrumque enim ſolens Romanis. De maritis, Tibullus,*

Ipſe malus docui, quo poſſet ludere pacto
Cuſtodes. D

De amatoribus, Propertius,

Quos igitur tibi cuſtodes, quæ limina ponam?

Miſellus ille euſtos! cui id monſtrum commiſſum, quod non Argus cum Mercurio cuſtodiſſet. Vertranius inexplicabilem locum cenſet, niſi cuſtodem pro exactore interpretemur, ſcilicet qui mortis pœnas exigat. Verum merumq; ſomnium.

134. INDICIVM OFFERENTEM.] *Benè confeſſum. Nam indicium, ait in Eunucho Donatus, propriè eſt eius qui vnà peccauerit. Aſconius ad illud Ciceronis:* Quapropter ſi indicium tibi poſtulas dari. *ait:* Index eſt, qui facinoris, cuius ipſe eſt conſcius, latebras indicat, impunitate propoſita. *Quæ tamen*

A tem Vectium Valentem & confeſſum, & Pompeium Vrbicum, ac [135] Saufellum Trogum ex conſcijs trahi ad ſupplicium iubet. [136] Decius quoque Calpurnianus vigilum præfectus, Sulpicius Rufus ludi procurator, Iuncus Virgilianus ſenator, eâdem pœnâ affecti. Cap. 36.

Solus Mneſter contationem attulit, dilaniatâ veſte clamitans *aſpiceret verberum notas, reminiſceretur vocis, quâ ſe* [137] *obnoxiũ iuſſis Meßallinæ dediſſet. Alijs largitione aut ſpei magnitudine, ſibi ex neceſſitate culpam: nec cuiquam antè pereundum fuiſſe, ſi Silius rerum potiretur.* Commotum his, & pronum ad miſericordiam Cæſarem, perpulêre liberti, ne tot illuſtribus viris interfectis, hiſtrioni conſuleretur: ſponte an coactus tam magna peccauiſſet, nihil referre. Ne Trauli quidem Montani, equitis Romani, defenſio recepta eſt. is modeſtâ iuuentâ, ſed corpore inſigni, accitus vltrò, noctemque intra vnam à Meſſallinâ proturbatus erat, paribus laſciuijs ad cupidinem & faſtidio. Suilio Ceſonino, & Plautio Laterano mors remittitur: huic [138] ob patrui egregium meritum; Ceſoninus vitijs B protectus eſt, tamquam in illo fœdiſſimo cœtu [139] paſſus muliebria. Interim Meſſallina Luculliani in hortis prolatare vitam, componere preces, nonnullâ ſpe, & aliquando irâ. tantâ inter extrema ſuperbiâ agebat. Ac ni cædem eius Narciſſus properauiſſet, verterat pernicies in accuſatorem. Nam Claudius domum regreſſus, & tempeſtiuis epulis delinitus, vbi vino incaluiſſet, iri iubet nuntiariique miſeræ (hoc enim verbo vſum ferunt) dicendam ad cauſſam poſterâ die adeſſet. Quod vbi auditum, & langueſcere ira, redire amor, ac ſi contarentur, propinqua nox, & vxorij cubiculi memoria timebantur; prorupit Narciſſus, denunciatque centurionibus & tribuno qui aderant, exſequi cædem. ita Imperatorem iubere. Cuſtos & exactor è libertis, Euodus datus. iſque raptim in hortos progreſſus, reperit fuſam humi, [140] aſſidente matre Lepidâ: quæ florenti filiæ haut concors, ſupremis eius neceſſitatibus ad miſerationem euicta erat: ſuadebatque ne percuſſorem opperiretur. tranſiſſe vitam, neque aliud quàm [141] morte

Cap. 37.

Opropudium femina!

Tamen fruſtrà.

Meſſallina etiam nunc ferox.

Et ſanè languebat Claudius:

Niſi libertus aſtu præueniſſet.

C *tamen impunitas circumſcripta eſt: quia, vt idem notat,* Certa ſunt in quibus impunitas indici datur, vt in cauſsâ proditionis, maieſtatis, & ſi quid huiuſmodi.

135. SAVFELLVM TROGVM.] *Vatic.* Saufelium. *Scribo,* Saufeium. *& induxit librarios illud I. longiuſculum, vt L. ſcriberent. Horum omnium mentio Senecæ in Menippeâ de Claudij morte. vbi tamen diſiunctim ſcribe* M. Heluius, Trogus. *Qui hîc etiam Traulus, malè fortaſſe in Senecâ,* Sex. Trallus.

136. DECIVS QVOQVE CALPVRNIANVS.] *Scripti libri,* Deorius. *Puto,* Decrius. *quod nomen & infrà inuenies.*

137. OBNOXIVM IVSSIS MESSALLINÆ.] *Commentum feminæ lepidum. Mimum iſtum deperibat Meſſallina. ſollicitat. Ille tergiuerſari, metuere Imperatorem. Quid ergo ſi maritus ipſe iubeat? inquit. Et cum marito egit, quaſi operâ Mneſteris aliquâ in re illi vſus. Ille vocatum mimum malè accipit, iubet in omnibus vxori obediat pareatq;. Paruit. & id iuſſum* D *valere ſibi nunc vult ad veniam obtinendam & vitam. Dio* LX.

138. OB PATRVI EGREGIVM MERITVM.] *A. Plautij, ſuſpicor, qui Britanniam Claudio ſubegit.*

139. PASSVS MVLIEBRIA.] *Simile illorum inuentum in Suetonij Domitiano cap.* X. Qui ſe quò faciliùs expertes culpæ oſtenderent, impudicos probauerant. *Dij deæq; iſtos, non corpore non animo viros. Adeò turpior omni morte hæc fuga mortis.*

140. ASSIDENTE MATRE LEPIDA.] *Quænam hæc Lepida? Ego verò reperiſſe me cenſeo famoſæ feminæ (Meſſallinam dico) ſtirpem & matrem. Suetonius ſcribit:* Poſt has Valeriam Meſſallinam Barbati Meſſallæ conſobrini ſui filiam in matrimonium accepit. *vbi diſsimulant interpretes, quomodo hic Valerius Claudio conſobrinus. Dicam ego. Ex L. Domitio & maiore Antoniâ natus eſt Cn. Domitius pater Neronis principis, & item Lepida amita eiuſdem, de quâ * infrà. Hæc Lepida, eſt illa ipſa quæ* * Lib. XIII. *nupta Valerio Meſſallæ, & quæ hîc Meſſallinæ dicta mater. At Claudius natus ex Druſo & minore Antoniâ, vti clarum. Stemma iſtud:*

M. ANTONIVS III. vir.	ANTONIA *maior.*	CN. DOMITIVS.	NERO IMP.
		AGRIPPINA *vxor.*	
		DOMITIA LEPIDA.	
	L. DOMITIVS *maritus.*	VALERIVS MESSALLA *maritus.*	VALERIA MESSALLINA *vxor Claudij.*
	ANTONIA *minor.*		
OCTAVIA.	DRVSVS *maritus.*	GERMANICVS.	
		CLAVDIVS IMP.	

Vides ergo Claudium & Lepidam Domitiam (id enim duplex illi nomen fuiſſe alibi oſtendo) verè conſobrinos. Atque hac ratione fortè maritum ipſum Lepidæ, Suetonius dixerit Claudij conſobrinum. Tamen tutius putarim legi, Barbati Meſſallæ & conſobrinæ ſuæ filiam. *Sententia quidem non alia eſt: & hæc Lepida Neronis amita, Meſſallinæ mater. Sueton. Claudij cap.* XXVI.

[141] morte decus quærendum. Sed animo per libidines corrupto, nihil honestum inerat: A lacrymæque & questus irriti ducebantur. Tum impetu venientium pulsæ fores, astitit tribunus per silentium, ac libertus increpans multis ac seruilibus probris. Tunc primùm fortunam suam introspexit, ferrumque accepit, quod frustrà iugulo ac pectori per trepidationem admouens, [142] ictu tribuni transfigitur. corpus matri concessum. Nuntiatumque Claudio epulanti perisse Messallinam, non distincto suâ an alienâ manu: nec ille quæsiuit, poposcitque poculum, & solita conuiuio celebrauit. Ne secutis quidem diebus, odij, gaudij, iræ, tristitiæ, vllius denique humani affectus signa dedit; non cùm lætantes accusatores aspiceret, non cùm filios mærentes. Iuuitque obliuionem eius senatus, censendo nomen & effigies priuatis ac publicis locis demouendas. decreta Narcisso Quæstoria insignia, [143] leuissimum fastigij eius, cùm secundum Pallantem & Callistum ageret, honesta quidem, sed ex quibus deterrima orirentur, * flagitijs inultis.

Cap. 38. *Agrippina ea interficitur.*

Claudius nec quærit, nec curat.

* Corrupta.

141. MORTE DECVS.] *Placet*, morti, *vt in Veneto.*

142. ICTV TRIBVNI TRANSFIGITVR.] *Malim*, transigitur.

143. LEVISSIMVM FASTIGII EIVS.] *Hæc cum lineis postumis, corrupta, hiulca. nec iuuant aut discrepãt libri, nisi quòd*, Tristitijs inultis, *non* Flagitijs, *vti substituisse fatetur Rhenanus. Ego ab eiusmodi vlceribus sanandis, sani hominis censeo abstinere manum. Nam sine librorum ope, irrita abierit Hygia ipsa.* B



C. COR.

A

C. CORNELII TACITI
AB EXCESSV DIVI AVGVSTI
ANNALIVM LIBER XII.
BREVIARIVM LIBRI.

B LAVDIVS *de matrimonio deliberat: & Agrippina alijs præfertur, Germanici fratris eius filia. Eæ nuptiæ decreto Senatus firmatæ, & legitimæ habitæ. L. Silanus mortem sibi consciscit, Claudij gener. Annæus Seneca ab exsilio redit. Octauia Claudij filia Neroni desponsa. Parthi regem Româ petunt Meherdatem: qui prælio congressus à Gotarze vincitur. Mithridates Ponti regnum reciperare tendit irrito conatu. victus Romam tandem perducitur. Lollia inlustris femina Agrippinæ artibus damnata. Claudius pomœrium vrbis profert: & qui ante eum protulerint. Nero Domitius à Claudio adoptatur. Colonia in Vbios deducta. Catti latrocinia agitantes vincuntur. Vannius Sueuorum rex, pellitur regno. P. Ostorij in Britanniâ res, & de Caractaco rege victoria. Britannicus Agrippinæ fraudibus Neroni posthabetur, & fidelissimi comitum paullatim ab eo remouentur. Prodigia aliquot, & Romæ annonæ caritas. Bellum inter Armenios & Hiberos: cui Parthi & Romani quoque miscentur. Furius Scribonianus relegatus. S. C. Claudianum de feminis quæ seruo succumberent. Motus aliquis in Iudæâ inter incolas & Romanos milites. Claudius lacum Fucinum emisit, & nauale spectaculum præbuit. Procuratorum in prouincijs auctoritas ab eodem stabilita. Coïs immunitas concessa.*
C *Byzantijs tributum ad tempus remissum. Lepida ad mortem agitur. Claudius denique veneno non obscurè ab vxore tollitur. Nero primordia imperij capit. Gesta hæc annis sex,*

C. POMPEIO. Q. VERANNIO.
C. ANTISTIO. M. SVILIO RVFO
TI. CLAVDIO. V. SER. CORNELIO ORFITO
P. CORNELIO SVLLA. L. SALVIO OTHONE — COSS.
D. IVNIO SILANO. Q. HATERIO
M. ASINIO MARCELLO. M. ACILIO AVIOLA

D CÆDE Messallinæ conuulsa Principis domus, orto apud libertos certamine, quis diligeret vxorem Claudio [1] cælibi vitæ intonanti, & coniugum imperijs obnoxio. Nec minore ambitu feminæ exarserant, suam quæque nobilitatem, formam, opes, contendere, ac digna tanto matrimonio ostentare. Sed maximè ambigebatur inter Lolliam Paullinam, [2] M. Lollij consularis filiam, & Iuliam Agrippinam Germanico genitam. huic Pallas, illi Callistus, fautores aderant. at Ælia Petina è familiâ Tuberonum, Narcisso fouebatur. Ipse modò huc, modò illuc, vt quemque suadentium audierat promtus, discordantes in concilium vocat, ac promere sententiam, & adijcere rationes iubet. Narcissus vetus matrimonium, familiam communem (nam Antonia ex Petina erat) nihil in penatibus eius nouum differebat, si sueta coniunx rediret, haut quaquam nouercalibus odijs visura Britannicum & Octauiam, proxima suis pignora. Callistus improbatam longo dissidio, ac si rursus assumeretur, eo ipso superbam, longeque rectiùs Lolliam induci, quando nullos liberos genuisset, vacuam æmulatione, & priuignis parentis loco futuram. At Pallas id maximè in Agrippinâ laudare, quod Germanici nepotem secum traheret dignum prorsus imperatoriâ fortunâ, stirpem nobilem [3] & familiæ

Cap. 1. *Claudius vxorem quærit: Vxores ipsum.*

Liberti alij aliam commendant.

Cap. 2. *Aeliam, Narcissus:*

Lolliam, Callistus:

Agrippinã, Pallas.

liæ Claudiæ, quæ posteros coniungeret; ne femina experta fecunditatis, integrâ iuuentâ, A claritudinem Cæsarum aliam in domum ferret. Præualuere hæc adiuta Agrippinæ illecebris. Quæ ad eum per speciem necessitudinis crebrò ventitando pellicit patruum, vt prælata ceteris, & nondum vxor, potentiâ vxoriâ iam vteretur. Nam vbi sui matrimonij certa fuit, struere maiora, nuptiasque Domitij, quem ex Gn. Ænobarbo genuerat, & Octauiæ Cæsaris filiæ moliri: quod sine scelere perpetrari non poterat, quia L. Silano desponderat Octauiam Cæsar. [4] iuuenemque & alia clarum, insigni triumphalium, & gladiatorij muneris magnificentiâ, protulerat ad studia vulgi. Sed nihil arduum videbatur in animo Principis, cui non iudicium, non odium erat, [5] nisi indita & iussa. Igitur Vitellius nomine Censoris, [6] seruiles fallacias obtegens, ingruentiumque dominationum prouisor, quò gratiam Agrippinæ pararet, consilijs eius implicari, ferre crimina in Silanum, cui sanè decora & procax soror Iunia Caluina haut multum antè Vitellij nurus fuerat. hinc initium accusationis, [7] fratrisque non incestum, sed incustoditum amorem ad infamiam traxit. & præbebat Cæsar aures, accipiendis aduersum generum B suspicionibus caritate filiæ promtior. At Silanus insidiarum nescius, ac fortè eo anno prætor, repentè per edictum Vitellij ordine senatorio mouetur, quamquam lecto pridem Senatu, lustroque condito. simul affinitatem Claudius diremit. adactusque Silanus eiurare magistratum, & reliquis præturæ dies in Eprium Marcellum collatus est.

C. Pompeio, Q. Verannio Coss. pactum inter Claudium & Agrippinam matrimonium. [8] Iam famâ, iam amore illicito firmabatur, nec dum celebrare sollennia nuptiarum audebant, nullo exemplo deductâ in domum patrui, fratris filiâ. [9] Quin & incestum, ac si sperneretur, ne in malum publicum erumperet, metuebatur. Nec antè omissa contatio, quàm Vitellius suis artibus id perpetrandum sumsit. Percontatusque Cæsarem,

Qui Senatu eum pellit: Claudius à speratâ suâ abiungit.

Et hic vincit: insinuante se etiam Agrippinâ.

In Silanum dolus struitur.

Cap. 3.

Cap. 4. *Administro Vitellio.*

Cap. 5. A. V. C. DCCCII. *Agrippinam ipse habet, nondũ ducit. Idq; infamia metu Vitellius rem perficit.*

COMMENTARIVS.

C

1. CÆLIBI VITÆ INTONANTI.] *In manuscriptis quibusdam,* cælibis: *& vellet Pichena,* cælibis vitæ intoleranti. *Illud vulgatum, nescio quo modo, mihi pro moribus & sermone Claudij videtur.*

2. M. LOLLII CONSVLARIS FILIAM.] *Non prisci illius Lollij, qui moderator C. Cæsari datus, ne erres. sed filij eius. qui tamen quando consul fuerit, ignoro. Tempora suadent, & clarissimè Plinius l.* IX. *c.* XXXV. *qui hanc Lolliam Paullinam neptem illius Lollij appellat.*

3. ET FAMILIÆ CLAVDIÆ.] *Expediri sententia potest: tamen mauelim scribi,* & familiæ Claudiæ. quin posteros coniungeret. *vt quasi hortantis ea sint liberti.*

4. IVVENEMQVE ET ALIA CLARVM.] *Ita disertè Vatic. vereq;. Transmarina forma sermonis est,* νεανίσκον τά τ' ἄλλα λαμπρὸν, *crebrumq; apud Latinos, Homo cetera bonus, & similia: in Agellio, Homo pleraque non indiligens.*

5. NISI INDITA ET IVSSA.] *Muretus,* indicta.

6. SERVILES FALLACIAS OBTEGENS.] *Dubitaui ne prisco verbo scrib.* seruiles pellacias. *Apud Lucretium scriptum.*

Subdola cùm ridet placidi pellacia ponti.

& conuenientior huic sententiæ visa ea vox. Non enim tam fraudes erant, quàm adulationes humiles & demissæ ad pelliciendam parandamq; gratiam Agrippinæ, vt addit noster.

7. FRATRISQVE NON INCESTVM.] *Vatic.* fratrumque. *quod probo. In reliquâ scripturâ pendeo animi. Vulgatam si ferimus: sententiam esse volo, Tractum in crimen esse non amorem incestum inter fratrem sororemq;, sed tantùm incustoditum. id est, amorem parùm cautum circumspectumq;, & qui sine crimine, rapi tamen in crimen potuerit. Simillimum illud Plinij è l.* VI. *epistolar.* Tuitus sum Iulium Bassum, vt incustoditum nimis & incautum, ita minimè malum. *Siquid mutandum, legerem,* incustoditum sermonem. *E Senecâ certè clarum non aliud verè obiectum huic Silano, quàm verba aduersus sororem nuptialia, & parùm cauta. Ait in Ludo de morte Claudij:* Qui, quantum quidem in ipso fuit, damnatum incesti L. Silanum generum suum occidit. Oro propter quid? Sororem suam festiuissimam omnium puellarum, quam omnes Venerem vocarent, maluit Iunonem vocare. *ita enim restitui eum locum nuper.* D

8. IAM FAMA.] *Distinguunt libri mei,* matrimonium, iam famâ. *Et rectè. quoniam ante istos consules matrimonium pactum. Suprà enim Scriptum:* quæ postquam matrimonij sui certa fuit. *Statim etiam è Farnes. scripseris,* deductæ in domum patrui fratris filiæ.

9. QVIN ET INCESTVM.] *Sententiam loci censeo: Fruebantur quidem matrimonij bonis Claudius & Agrippina: at non securi. quia & incestum subesse videbatur, nondum firmatis eiusmodi nuptijs; & periculum ne populus, ab exemplo, passim vsurparet, publico malo.*

10. Ci-

A Cæsarem, an iussis populi, an auctoritati senatus cederet? vbi ille vnum se [10] ciuium & consensui imparem respondit, opperiri intra palatium iubet. ipse curiam ingreditur, [11] summamque Reip. agi obtestans, veniam dicendi ante alios exposcit, orditurque. *Grauissimos Principis labores, quis orbem terræ capessat, egere adminiculis, vt domesticâ curâ vacuus, in commune consulat. quod porrò honestius censoriæ mentis leuamẽ, quàm assumere coniugem prosperis dubijsque sociam? cui cogitationes intimas, cui paruos liberos tradat; non luxui aut voluptatibus assuefactus, sed qui primâ ab iuuentâ legibus obtemperauisset.* Postquam hæc fauorabili oratione præmisit, multaq; patrum assentatio sequebatur; capto rursus initio, *Quando maritandum Principem cuncti suaderent, diligi oportere feminam nobilitate puerperijs, sanctimoniâ insignem. Nec diu inquirendum, quin Agrippina claritudine generis anteiret. datum ab eâ fecunditatis experimentum, & congruere artes honestas. Id verò egregium, quod prouisu Deûm* [12] *vidua iungeretur Principi, sua tantùm matrimonia experto. audiuisse à parentibus,* [13] *vidisse ipsos, arripi coniuges ad libita Cæsarum: procul id à præsenti modestiâ. Statue-*
B *retur imò* [14] *documentum, quo vxorem Imperator acciperet. At enim noua nobis in fratrum filias coniugia, sed alijs gentibus sollennia, nec lege vllâ prohibita. Et* [15] *sobrinarum diu ignorata,* [16] *tempore addito percrebuisse: morem accommodari prout conducat, & fore hoc quoque in his quæ mox vsurpentur.* Haut defuere qui certatim, si contaretur Cæsar, vi acturos testificantes, erumperent curiâ. Conglobatur promiscua multitudo, populumque Romanum eadem rogare clamitat. Nec Claudius vltrà exspectato, obuium apud forum præbet se gratantibus. Senatumque ingressus [17] decretum postulat, quo iustæ inter patruos

Cap. 6. *Senatu adiuuante.*

Cap. 7. *Et vulgus mox in partibus. Ita lex lata pro incesto.*

10. CIVIVM ET CONSENSVI.] *Delenda copula. vel, quod verius, addenda vox scriptori elapsa*, ciuium, & S. consensui. *id est, Senatus. Ita respondebit Claudij oratio, Vitelliana. Tamen aliquis ceperit (aut iam cepit) quasi esset,* Vnum se ciuium, & consensui imparem: *quod ego non probem, nec certè*
C *Princeps vnus è vulgo ciuium est: non.*

11. SVMMVMQVE REIP. AGI.] *Scribo*, summamque Rempublicam.

12. VIDVA IVNGERETVR.] *Vidua Agrippina mortuo, sub initia imperij Claudiani, Crispo Passieno, cui post Domitium nupserat. Plinius libro* XVI. Arborem mori eximiam ætate nostrâ adamauit Passienus Crispus bis consul, orator, Agrippinæ matrimonio & Nerone priuigno clarus. *Sueton. Nerone:* Verùm Claudio imperium adepto, non solùm paternas opes recuperauit, sed & Crispi Passieni vitrici sui hereditate ditatus est. *Tamen idem ille Passienus anteà maritus Domitiæ sororis Aenobarbi. Quod ex Quinctiliano colligas lib.* VI. *cap.* II. *Apud Senecam de hoc eodem lib.* IV. *Natur.*
D *Quæst. initio*: Crispus Passienus, quo ego nil noui acutius in omnibus rebus, maximè in distinguendis (*omnino scrib.* distringendis) & curandis vitijs, sæpè dicebat: Adulationi opus esse non claudere ostium, sed aperire, & quidem sic quemadmodum amicę solet. quę si impulit, grata est: gratior, si effregit. *Iterùm scribe*, sed operire. *id est, leuiter obducere, opponere ostium: ne pereat dicto sua Venus. Plusc*ula *etiam in* EXCVRS. A. *vide.*

13. VIDISSE IPSOS.] *Principe Caio.*

14. DOCVMENTVM, QVO VXOREM.] *Nugax oratio. quid enim? non anteà Imperatoribus semper vxor? semper. Quid ergo opus ei rei documento? Tu corrige*, quomodo vxorem. *Id enim vult adulator homo, prodendum esse posteris exemplum, vt Imperator vxorem Senatu suasore & auctore capiat.*

15. SOBRINARVM.] *Sobrinas appellat: tamen palàm est, intellegi debere de Consobrinis. Quis enim hoc censeat, eos quos propriè Sobrinos, legum auctores appellant, arceri inter se nuptijs? numquam factum. Sed veteres hæc miscebant, vocularum haud æquè curiosi captatores. In Glossis priscis legas*, Ἀνέψιος, Consobrinus, Sobrinus. *Alibi:* Θεῖα πρὸς μητρός, Consobrina. *Et:* Ἐξάδελφος, ἐκ δύο ἀδελφῶν θηλειῶν, Consobrinus. *Quid, quòd Velleius simili libertate*, Consobrinum Ti. Gracchi *Scipionem Nasicam appellat: qui Iurisconsultorum finitione Sobrinus sit?*

16. TEMPORE ADDITO PERCREBVISSE.] *Malim*, tempore percrebuisse, *reiectâ voce quæ glossographum sapit: aut potiùs inuertam*, tempore adeò. *& id verum puto. De reipsâ, Plutarchus auctor in Caussis, quæst.* VI. *diu apud Romanos sobrinarum coniugia (ἀνεψιάς ipse appellat, & benè vertit Xylander) fuisse inuisa: cœpisse tamen à leuiculâ caussâ, quam ipse denarrat. factumq; decretum populi,* Πᾶσιν ἐξεῖναι γαμεῖν ἄχρις ἀνεψιῶν, τὰ δὲ ἀνωτέρω κεκωλῦσθαι. *id est*, licere omnibus ducere vsque ad consobrinas, suprà autem vetari. *Hoc quando propriè cœperit, non dicit: satis vetus esse, ex Liuio discas. apud quem, libro* XLII. *ita loquitur Sp. Ligustinus:* Cùm primùm in ætatem veni, pater mihi vxorem fratris sui filiam dedit: *imò quasi in laudem hoc recensebat. Sanè coniugia ea deinceps crebra: & sic inter illustres, M. Marcellus Iuliam Augusti F. duxit, sibi sobrinam: alijq; plures. Sustulit tamen eas ipsas nuptias Theodosius, de quo Victor:* Tantum, *inquit*, pudori tribuit & continentiæ, vt consobrinarum nuptias vetuerit, tamquàm sororum: *permiseruntq; iterùm Arcadius & Honorius l.* XIX. *C. De nuptijs.*

17. DECRETVM POSTVLAT.] *Zonaras:* Ψήφισμα ἐποιήσωντο, ἐξεῖναι Ῥωμαίοις ἀδελφίδας ἄγεσθαι. *Ait Tacitus, Fratrum filias: & strictè capias; non enim licuit sororum. Quod notauit accuratè & diffusè,*

truos fratrumque filias nuptiæ etiam in posterum statuerentur. Neque tamen repertus A
est, nisi vnus talis matrimonij cupitor, [18] Talledius Seuerus eques Romanus, quem
Potens mariti & rerum Agrippina. plerique Agrippinæ gratiâ impulsum ferebant. Versa ex eo ciuitas, & cuncta feminæ
obediebant, non per lasciuiam, vt Messallina, rebus Romanis illudenti. [19] Addictum
quasi & virile seruitium. Palàm seueritas, ac sæpiùs superbia: nihil domi impudicum,
nisi dominationi expediret: cupido auri immensa obtentum habebat, quasi subsidium
regno pararetur. [20] Die nuptiarum Silanus sibi mortem consciuit. siue eò vsque spem
Cap. 8. *Silanus mortem ponte sumit.* vitæ produxerat; seu dilecto die, augendam ad inuidiam. [21] Caluina soror eius [22] Italiâ
pulsa est. Addidit Claudius, [23] sacra ex legibus Tulli regis, piaculaque apud lucum
Dianæ per pontifices danda: [24] irridentibus cunctis, quòd pœnæ procurationesque in-
cesti id temporis exquirerentur. At Agrippina ne malis tantùm facinoribus notesceret,
Magnus Seneca patriæ restituitur. Neroni præficitur. [25] veniam exsilij pro Annæo Senecâ, simul præturam impetrat, lætum in publicum ra-
ta, ob claritudinem studiorum eius; vtque Domitij pueritia [26] tali magistro adolesceret,
& consilijs eiusdem ad spem dominationis vteretur. quia Seneca fidus in Agrippi- B
Cap. 9. nam memoriâ beneficij, & infensus Claudio dolore iniuriæ credebatur. Placitum
Eidem Octauia desponsetur. dehinc non vltrà contari: sed designatum consulem Memmium Pollionem ingentibus
promissis inducunt, sententiam expromere, quâ hortaretur Claudius, despondere Octa-
uiam Domitio. quod ætati vtriusque non absurdum, & maiora patefacturum erat. Pol-
lio haut disparibus verbis, ac nuper Vitellius, censet: despondeturque Octauia. ac secun-
dùm priorem necessitudinem, sponsus iam & gener Domitius æquari Britannico,
studijs

fusè, quantum satis est, Cuiacius XIII. *obseru. c.* XVI. *quem non exscribo. Nec sustulit Nerua hoc* Sc. *vt idem verâ interpretatione collegit. De Claudij hoc facto Tragicus:*

Genitamque fratris, coniugem captus, sibi
Toris nefandis, flebili iunxit face.

vbi melius leges, Genitamque fratre coniugem captam. *Domitianus imitatus exemplum est, qui Iuliam habuit filiam Titi.*

18. TALLEDIVS SEVERVS.] T. Alledius *scribo. & vidi postea ita citare hunc locum Beroaldum. In monumentis priscis*, M. ALLIDI. *in Iuuenali,*

— tibi habe frumentum, Alledius inquit.

Quod noster vnum imitatorem sceleris eius facit; Suetonius dissentit, qui duos, c. XXXI. *Noster, credo, non habuit curæ nescio quem recensere libertinum. Vocat etiam equitem R. quem ille Primipilarem. Nec aberrat, quoniam primi pili comes, gradus equestris. Martialis:*

Et referes pili præmia clarus eques.

19. ADDICTVM QVASI.] *Arbitrio meo, transponentur verba*, Addictum & quasi virile. *Lectioni stabiliendæ (nam ego olim solicitaui) est, quod apud eundem Tacitum de moribus Germanorum scribitur:* Trans Lygios Gothones regnantur, paullò iam addictius quàm ceteræ Germanorum Gentes, nondum tamen supra libertatem. *Nec pœnitet tamen prorsus coniecturæ*, Adductum, *præsertim quæ firmatur codice Budensi, & item Florentino: de quo verbo in lib. Histor.*

20. DIE NVPTIARVM.] *Mala ergo distinctio, & historiæ vitiandæ, in Suetonij Claudio obtinuit, cap.* XXIX. Silanus abdicare se præturâ, moriique initio anni coactus. Die ipso Claudij & Agrippinæ nuptiarum in quinque & triginta Senatores trecentosque amplius equites animaduertit. *Apage. nulla cædes nuptiali eius die lecta. scribeq*, initio anni coactus, die ipso Cl. & Ag. nuptiarum. In quinque, *&c.*

21. CALVINA SOROR EIVS.] *Fortasse illa, quæ vitam produxit ad Vespasiani imperium. de quâ Suet. c.* XXIII. *Vespas.* Cùm Mausoleum repentè patuisset, ad Iuniam *(malè enim editum suppositumq. à Scholiastis*, Iuliam) Caluinam è gente Augusti pertinere dicebat. *Nam Silani isti inter abnepotes Augusti fuerunt, vt dicam.* C

22. ITALIA PVLSA EST.] *Si pulsa tantùm, quid ita Commentator Iuuenalis scribit eam à se interfectam?* Caluina, *inquit*, Prætoris cuiusdam soror, quæ se occidit tamquam infamis in fratrem *(lego*, fratre) Claudij temporibus. *Hoc notat ad illud è Satyr.* III.

——donat Caluinæ vel Catienæ.

Homo errat.

23. SACRA EX LEGIBVS TVLLI.] *Non alia sacra piaculaq. accipio, quàm quibus Tullus olim rex in Horatio sororiam cædem luit expiauitq. Liuius:* Itaque vt cædes manifesta aliquo tamen piaculo lueretur, imperatum patri vt filium expiaret pecuniâ publicâ. is quibusdam piacularibus sacrificijs factis (quæ deinde genti Horatiæ tradita sunt) transmisso per viam tigillo, velut sub iugum misit iuuenem. *Similiaq. Dionys. lib.* III. *qui addit ea sacra per Pontifices facta: conuenienter cum ijs, quæ hîc Tacitus.* D

24. IRRIDENTIBVS CVNCTIS.] *Et herclè ridiculum, quòd Claudius Silani cum sorore incestum piacularibus sacris lueret: ipse in eâdem culpâ. Nam piacula istæc caue aliò referas, quàm ad crimen Silani.*

25. VENIAM EXSILII.] *Relegatus enim Seneca post Quæsturam à Claudio in Corsicam insulam, ob suspicionem adulterij cum Iuliâ Germanici filiâ, Vinicij vxore. Cuius criminis scena à Messallinâ fuit. Scena dico. Non enim reipsâ expetit in te hæc culpa, ô Romani nominis & sapientiæ magne sol.*

26. TALI MAGISTRO ADOLESCERET.] *Magno, magno magistro: vtili priuatim & publicè, si*

Neronis

A ſtudijs matris, arte eorum quîs ob accuſatam Meſſallinam vltio ex filio timebatur. Per idem tempus legati Parthorum ad expetendum, [27] vt rettuli, Meherdatem miſſi, ſenatum ingrediuntur, mandata in hunc modum incipiunt. *Non ſe fœderis ignaros, nec defectione à familiâ Arſacidarum venire: ſed filium Vononis, nepotem Phrahatis, accerſere aduerſus dominationem Gotarzis, nobilitati plebiſque iuxtà intolerandam. Iam fratres, iam propinquos, iam longiùs ſitos, cædibus exhauſtos: adijci coniuges grauidas, liberos paruos, dum ſecors domi, [28] bellis infauſtus, ignauiam ſæuitiâ tegat. Veterem ſibi ac publicè cœptam nobiſcum amicitiam: & ſubueniendum ſocijs virium æmulis, cedentibusque per reuerentiam. Ideò regum obſides liberos dari, vt ſi domeſtici imperij tædeat, ſit regreſſus ad Principem patresque, quorum moribus aſſuefactus rex melior adſciſceretur.* Vbi hæc atque talia diſſertauêre, incipit orationem Cæſar de faſtigio Romano, Parthorumque obſequijs: ſeque diuo Auguſto adæquabat, petitum ab eo regem referens, omiſsâ Tiberij memoriâ, quamquam [29] is quoque miſerat. Addiditque præcepta (etenim aderat Meherdates) vt non dominationem & ſeruos, B ſed rectorem & ciues cogitaret, clementiamque ac iuſtitiam [30] quanto ignara barbaris, tanto tolerantiora capeſſeret. Hinc verſus ad legatos, extollit laudibus alumnum vrbis, ſpectatæ ad id modeſtiæ: ac tamen ferenda regum ingenia, neque vſui crebras mutationes. rem Romanam huc ſatietate gloriæ prouectam, vt externis quoque gentibus quietem velit datam. Poſt hæc C. Caſſio, qui Syriæ præerat, deducere iuuenem ripam ad Euphratis iubet. Eâ tempeſtate Caſſius [31] ceteros præeminebat peritiâ legum. nam militares artes per otium ignotæ, induſtrioſque ac ignauos pax in æquo tenet. Attamen quantum ſine bello dabatur, reuocare priſcum morem, [32] exercere legiones, curâ, prouiſu, agere perinde ac ſi hoſtis ingrueret. Ita dignum maioribus ſuis, & familiâ Caſſiâ ratus, [33] per illas quoque gentes celebratâ. Igitur excitis quorum de ſententiâ petitus rex, poſitiſque caſtris apud Zeugma, vnde maximè peruius amnis, poſtquam illuſtres Parthi [34] rexque Arabum Abbarus aduenerat; monet Meherdatem, barbarorum impetus acres, contatione langueſcere, aut in perfidiam mutari. itaque vrgeret cœpta. C Quod ſpretum fraude Abbari, qui iuuenem ignarum, & ſummam fortunam in luxu ratum, multos per dies attinuit apud opidum Edeſſam. Et vocante Carrhene, promtaſque res oſtentante ſi citi aduenisſent, non cominus Meſopotamiam, ſed flexu Armeniam petunt, id temporis importunam, quia hiems occipiebat. Exin niuibus & montibus feſſi, poſtquam campis propinquabant, copijs Carrhenis adiunguntur. Tranſmiſſoque amne Tigri, permeant Adiabenos, [35] quorum rex Iuliates ſocietatem Meherdatis palàm induerat: in Gotarzen per occulta & magis fida inclinabat. Sed capta in tranſitu vrbs Ninos vetuſtiſſima ſedes Aſſyriæ, [36] caſtellum inſigne famâ, quòd poſtremò

Cap. 10. *Parthi legati Romæ:*

Regem petentes.

Cap. 11. *Claudius eum mittit*

Et præceptis inſtruit ipſum, Et legatos.

Cap. 12. *C. Caſſius iuriſperitus.*

Nec belli negligens.

Meherdatem in regnum ducere conatur:

Sed co natur. Fraus & imperitia impedit.

Cap. 13.

Initia leuiter proſpera.

Neronis indoles, aut Romana fata, voluiſſent. Sed ad hiſtoriam, adde hæc Scholiaſtis, in Iuuenalis Sat. v. Seneca ſub Claudio, quaſi conſcius adulteriorum Iuliæ, Germanici filiæ, in Corſicam relegatus, poſt triennium reuocatus eſt. Qui etſi magno de- D ſiderio Athenas intenderet, ab Agrippinâ tamen, erudiendo Neroni, in palatium adductus, ſæuum immanemque natum & ſenſit citò, & mitigauit. inter familiares ſolitus dicere, Non fore ſæuo illi leoni, quin, guſtato ſemel hominis ſanguine, ingenita redeat ſæuitia.

27. VT RETTVLI.] *Libro* XI. *vide.*

28. BELLIS INFAVSTVS.] *Elegantiſſimi ingenij & doctrinæ noſter Modius obſeruat è libro vetere*, belli infauſtus. *rectè: eâ formâ, quâ Militiæ clarus.*

29. IS QVOQVE MISERAT.] *Et quidem tres miſerat, Vononem, Phraatem, Teridatem. Adi lib.* II. *ſuprà, &* VI.

30. QVANTO IGNARA BARBARIS.] *Ita edidi è Vatic. Farneſiano erat*, ignota: *vulgò*, ignoratiora. *Phraſis vulgata & obuia in Tacito.*

31. CETEROS PRÆEMINEBAT.] *Vatican.* ceteris præerat. *Accipio.*

32. EXERCERE LEGIONES.] *Vett.* exercitare.

33. PER ILLAS QVOQVE GENTES.] *Ob Caſſium illum qui τυφωνοκτόνος, cuius in Syriâ proſpera res poſt cladem Craſſi.*

34. REX ARABVM ABBARVS.] *Sollenne illis regibus nomen, vt Ptolemæus Aegyptijs. Vatic.* Acbarus *ſemper ſcriptum, & Appiano* Ἄχβαρος: *in Nummis antiquis,* Ἄβγαρος.

35. QVORVM REX IVLIATES.] *Ita edidi ex meis libris. Vulgò tamen*, Hyliates: *& ſtatim infrà*, Ezates, *etiam in manuſſ. Scito verum nomen eſſe*, Iazates. *Ita enim appellatur conſtanter Ioſepho libro* XX. *Antiq. cap.* II. III. *vbi & hiſtoria omnis explicita de origine huius regis & progreſſu. Narrat autem Ioſephus Iudaicæ religionis eum, & matrem Helenam fuiſſe: multaq; alia, quæ operæ ſit legere.*

36. CASTELLVM INSIGNE FAMA.] *Attentum lectorem non fallet vitium. Quid enim? An Ninon*

Profligia apud templum Herculis.

ſtremo inter Darium atque Alexandrum prœlio Perſarum illic opes conciderant. Interea Gotarzes apud montem cui nomen Sambulos, vota dijs loci ſuſcipiebat, præcipuâ religione Herculis: qui tempore ſtato, per quietem monet ſacerdotes, vt, templum iuxtà, equos venatui adornatos ſiſtant. equi vbi pharetras [37] telis onuſtas accepere, per ſaltus vagi, nocte demum vacuis pharetris, multo cum anhelitu redeunt. Rurſus deus quas ſiluas pererrauerint, nocturno viſu demonſtrat: reperiunturque fuſæ paſſim feræ. Ceterùm Gotarzes nondum ſatis aucto exercitu, flumine Cormâ pro munimento vti. Et quamquam per inſectationes & nuncios ad prœlium vocaretur, nectere moras, locos mutare, & miſſis corruptoribus exuendam ad fidem hoſtes emercari. Et quîs Ezates Adiabenus, * mox Abbarus Arabum, cum exercitu abſcedunt; leuitate gentili, & quia experimentis cognitum eſt, Barbaros malle Româ petere Reges quàm habere. At Meherdates validis auxilijs nudatus, ceterorum proditione ſuſpectâ, quod vnum reliquum, rem in caſum dare, prœlioque experiri ſtatuit. Nec detractauit pugnam Gotarzes, diminutis hoſtibus ferox. Concurſumque magnâ cæde, & ambiguo euentu: donec Carrhenem, profligatis obuerſis, longiùs euectum integer à tergo globus circumueniret. Tum omni ſpe perditâ, Meherdates promiſſa Parrhacis paterni clientis ſecutus, dolo eius vincîtur; traditurque victori. Atque ille non propinquum neque Arſacis de gente, ſed alienigenam & Romanum increpans, auribus deciſis viuere iubet, oſtentui clementiæ ſuæ & in nos dehoneſtamento. Dein Gotarzes morbo obijt, accituſque in regnum Vonones, Medis tum præſidens. Nulla huic proſpera aut aduerſa quîs memoraretur. breui & inglorio imperio perfunctus eſt: reſque Parthorum in filium eius Vologeſen tranſlatæ. At [38] Mithradates Boſphoranus amiſſis opibus vagus, poſteaquam Didium ducem Romanum, roburque exercitus abijſſe cognouerat, relictos in nouo regno Cotyn iuuentâ rudem, & paucas cohortium cum Iulio Aquilâ equite Romano; ſpretis vtriſque, concire nationes, illicere perfugas, poſtremò exercitu coacto, regem Dandaridarum exturbat, imperioque eius potitur. Quæ vbi cognita, & iam iamque Boſphorum inuaſurus habebatur, diffiſi proprijs viribus Aquila & Cotys, quia [39] Zorſines Soracorum rex hoſtilia reſumſerat, externas & ipſi gratias quæſiuere, miſſis legatis ad Eunonem qui [40] Adorſorum genti præcellebat. Nec fuit in arduo ſocietas, potentiam Romanam aduerſus rebellem Mithradatem oſtentantibus. Igitur pepigêre, equeſtribus prœlijs Eunones certaret, obſidia vrbium Romani capeſſerent. Tum compoſito agmine incedunt, cuius frontem & terga, Adorſi; media cohortes & Boſphorani, tutabantur, [41] noſtris, in armis. Sic pulſus hoſtis, ventumque Soza opidum Dandaricæ, quod deſertum à Mithradate, ob ambiguos popularium animos obtineri relicto ibi præſidio viſum. Exin Soracos pergunt. & tranſgreſſi amnem Pandam, circumueniunt vrbem Vſpen, editam loco, & mœnibus ac foſſis munitam, niſi quod mœnia non ſaxo, [42] ſed cratibus iunctis, ac mediâ humo, aduerſum irrumpentes inualida erat: eductæque altiùs turres, facibus atque haſtis turbabant obſeſſos. ac ni prœlium nox diremiſſet, cœpta patrataque expugnatio eumdem intra diem foret. Poſtero miſere legatos, veniam liberis

Cap. 14. *Gotarzes fraude & argenteis haſtis pugnat.*

* *Farn. & tex*

Ad extremum, verâ & ferreâ etiam pugnâ.

Vincit & hoſtem. Cui capto turpiter illudit: Sed mox moritur.

Cap. 15. *Mithradates Boſphori regnum affectat.*

Reſiſtitur à Cotye, & Romanis.

Cap. 16.

Ii pellunt hoſtem.

Vſpen opidum oppugnant.

Cap. 17.

non caſtellum vocat, quam paullò antè vrbem? Et vtrúmne apud Ninon poſtremum Darij cum Alexandro prœlium fuit? Imò haut procul Arbelâ, apud pagum Gaugamela. inſerüerim ergo vocem, ſedes Aſſyriæ, & Arbela caſtellum inſigne famâ: *aut certè ſi ſatis ſit id intelligi, additâ copulâ*, ſedes Aſſyriæ, & caſtellum.

37. TELIS ONVSTAS.] *Vatic.* telis omiſſis onuſtas. *nec ſcio quid voce eâ faciam. Fortè*, telis omnigenis onuſtas.

38. MITHRADATES.] *Dio Mithradatem quemdam nominat, prolem magni illius, cui Claudius regnum Boſphori largitus ſit. libro* LX. *Sed is alius debet fuiſſe ab iſto.*

39. ZORSINES SORACORVM REX.] *Farneſ.* Siracuſorum. *Vera ſcriptura*, Siracorum. *Nam & à Strabone in* XI. Τὰ ὑπὲρ Σιρακων φῦλα *dicuntur. Populi ſunt ad Caucaſum.*

40. ADORSORVM GENTI.] *Straboni, Plinio, Ptolemæo, hi populi dicti*, Aorſi: *inter Scythas.*

41. NOSTRIS, IN ARMIS.] *Aliter exaudio, quàm vulgus. id eſt, noſtri in lateribus erant, & ad armos. Nec enim ſolos Romanos in armis fuiſſe cenſendum: ſed cùm Aorſi in fronte agminis & tergo eſſent, in medio Boſphorani; Romanos latera tutatos eſſe. Niſi tamen legendum*, noſtris armis. *vt dicat Boſphoranos, Romano ritu inſtructos armatosq. : quod malo.*

42. SED CRATIBVS IVNCTIS.] *Vatic.* cratibus & vimentis, *probo.*

43. PLE-

A liberis corporibus orantes : Seruitij decem millia offerebant. quod aſpernati ſunt victores, quia trucidare deditos ſæuum, tantam multitudinem cuſtodiâ cingere arduum : vt belli potiùs iure caderent. Datumque militibus, qui ſcalis euaſerant, ſignum cædis. Excidio Vſpenſium metus ceteris iniectus, nihil tutum ratis, cùm arma, munimenta, impediti vel eminentes loci, amneſque & vrbes iuxtà perrumperentur. Igitur Zorſines diu penſitato Mithradatíſne rebus extremis, an patrio regno conſuleret: poſtquam præualuit gentilis vtilitas, datis obſidibus, apud effigiem Cæſaris procubuit, magnâ gloriâ exercitus Romani, quem incruentum & victorem, tridui itinere abfuiſſe ab amne Tanai conſtitit. Sed in regreſſu diſpar fortuna fuit ; quia nauium quaſdam, quæ mari remeabant, in litora Taurorum delatas circumuenêre barbari, præfecto cohortis, & [43] pleriſque centurionum interfectis, Intereà Mithradates nullo in armis ſubſidio, conſultat cuius miſericordiam experiretur. Frater Cotys proditor olim, deinde hoſtis metuebatur. Romanorum nemo id auctoritatis aderat, vt promiſſa eius magni penderentur. Ad Eunonem conuertit [44] proprijs odijs infenſum, & recèns coniunctâ nobiſcum amicitiâ, valida. Igitur cultu, vultuque quàm maximè ad præſentem fortunam comparato, regiam ingreditur, genibuſque eius prouolutus, *Mithradates*, inquit, *terrâ marique Romanis per tot annos quæſitus, ſponte adſum. Vtere vt voles prole magni Achemenis, quod mihi ſolum hoſtes non abſtulerunt.* At Eunones claritudine viri, mutatione rerum, & prece haut degenere permotus, alleuat ſupplicem, laudatque quòd gentem Adorſorum, quòd ſuam dexteram petendæ veniæ dilegerit. Simul legatos litteraſque ad Cæſarem in hunc modum mittit. *Po. Romani imperatoribus magnarumque nationum regibus, primam ex ſimilitudine fortunæ amicitiam : ſibi & Claudio, ex communione victoriæ eſſe. Bellorum egregios fines, quoties ignoſcendo tranſigatur. Sic Zorſini victo nihil ereptum. Pro Mithradate quando grauius mereretur, non potentiam, neque regnum precari; ſed ne triumpharetur, néve [45] pœnas capite expenderet.* Atque Claudius, quamquam nobilitatibus externis mitis, dubitauit tamen, accipere captiuum pacto ſalutis, an repetere armis rectius foret.* Hinc dolor iniuriarum, & libido vindictæ adigebat. Sed diſſerebatur contrà : *Suſcipi bellum auio itinere, importuoſo mari : ad hoc reges feroces, vagos populos, ſolum frugum egens: tum tædium ex morâ, pericula ex properantiâ ; modicam victoribus laudem, ac multum infamiæ ſi pellerentur. quin arriperet oblata, & ſeruaret exſulem: cui inopi quanto longiorem vitam, tanto plus ſupplicij fore.* His permotus, ſcripſit Eunoni, *meritum quidem nouiſſima exempla Mithradatem, nec ſibi vim ad exequendum deeſſe: verùm ita maioribus placitum, [46] quantâ peruicaciâ in hoſtem, tantâ beneficentiâ aduerſus ſupplices vtendum. nam triumphos de populis regniſque integris adquiri.*

Traditus poſt hoc Mithradates, vectuſque Romam per [47] Iunium Colonem procuratorem Ponti, ferociùs quàm pro fortunâ diſſeruiſſe apud Cæſarem ferebatur. Elataque vox eius in vulgum hiſce verbis: *Non ſum remiſſus ad te, ſed reuerſus : vel ſi non credis, dimitte & quære.* vultu quoque interrito permanſit, cùm roſtra iuxta, cuſtodibus circumdatus, viſui populo præberetur. Conſularia inſignia Coloni, Aquilæ prætoria decernuntur. Ijſdem conſulibus atrox odij Agrippina ac Lolliæ infenſa, quòd ſecum de matrimonio Principis certauiſſet; molitur crimina, & accuſatorem, qui obijceret Chaldæos, magos, interrogatumque Apollinis Clarij ſimulacrum ſuper nuptijs Imperatoris. Exin Claudius inauditâ reâ, multa de claritudine eius apud ſenatum præfatus,

Expugnant, & excidunt.

Zorſines deſerit Mithradatem.

Cap. 18. *Et ipſe ad mitiora inclinat. implorat fidem Eunonis.*

Cap. 19. *Qui eum attollit.*

Et apud Claudium intercedit.

Cap. 20. *Ille ambigit, venià an pœnâ afficiat.*

Vicit ſententia mollior.

Cap. 21. *Mithradates tamen ad Cæſarem venit. Ferocia eius verba.*

Cap. 22. *Lollia euerſa euerti.*

43. PLERISQVE CENTVRIONVM.] *A Rhenano eſt, ex emendatione, vt ait, codicis Bud. Nam mei mauſſ. itemq; editiones antiquæ*, pleriſque conſularium : *quidam*, conſiliarium. *Verum puto*, auxiliarium. *Nam præit de Præfecto cohortis.*

44. PROPRIIS ODIIS INFENSVM.] *Franc. Modius è Rodolphi Agricolæ codice negationem inſerit*, non infenſum. *Quod approbo. Non enim Eunones à ſe Mithradatem oderat, ſed in gratiam aſpectumq; Romanorum.*

45. POENAS CAPITE EXPENDERET.] *Farneſ.* exciperet. *At de more ipſo plectendi in carcere triumphate : duces, ſuadeo omnino legas Fabrum libro* II. *Semeſtr. cap.* III.

46. QVANTA PERVICACIA IN HOSTEM.] *A M. Antonio Mureto eſt, qui ingeniosè veram lectionem peruidit. Nam vulgò erat*, quantâlibet pertinaciâ in hoc tentatâ Peruicaciâ *autem in Vatic. ſcriptum.*

47. IVNIVM COLONEM.] *Hîc & infrà emendo*, Cilonem. *Dio auctor lib.* LX. *facetâ narratione inſertâ ſuper hoc homine. Præfuerat Bithynis, inquit.*

fatus, [48] sorore L. Volusij genitam, maiorem ei patruum Cottam Messallinum esse, [49] Memmio quondam Regulo nuptam; (nam de C. Cæsaris nuptijs consultò reticebat) addidit pernicioſa in Remp. consilia, & materiem sceleri detrahendam. Proin publicatis bonis, cederet Italiâ. Ita quinquagies sestertiûm ex opibus immensis exsuli relictum. Et Calpurnia illustris femina peruertitur, quia formam eius laudauerat Princeps, nullâ libidine, sed fortuito sermone. vnde vis Agrippinæ citra vltima stetit. In Lolliam mittitur tribunus, à quo ad mortem adigeretur. Damnatus & lege repetundarum [50] Cadius Rufus, accusantibus Bithynis. Galliæ Narbonensi ob egregiam in patres reuerentiam datum, [51] vt senatoribus eius prouinciæ, non exquisitâ Principis sententiâ, iure quo Sicilia haberetur, res suas inuisere liceret. Ituræique & Iudæi, defunctis regibus [52] Sohemo atque Agrippâ, prouinciæ Syriæ additi. [53] Salutis augurium quinque & viginti annis omissum

Etiam Calpurnia.

Cap. 23. *Pro Galliâ Narbonensi priuilegium.*

inquit. (nam Bithynia adiuncta, vt opinor, Ponticæ administrationi) & præfuerat nequiter, auarè. Questi Bithyni apud Claudium sunt, poposcerunt q. pœnas. Cùm parùm intellexisset Claudius in turbâ strepitq. adstantium, quid dixissent Bithyni, alios interrogat. Ibi Narcissus pronus in Cilonem, audaci mendacio edidit, gratias eos agere Ciloni. Tum ille, Præsit ergo eis alterum biennium. Dicitur autem Dioni Γ'ανιος Κίλων: *& firmat Velius Longus:* Cilones, *ait*, vocantur homines angusti capitis & longi: chilones à breuioribus labijs dicti. *Glossæ*: Cilo, *θερκέφαλος. Declamator in Sallustium, pro hominibus nequam improbisq. accepit:* Quidquid impudicorum, Cilonum, parricidarum, sacrilegorum, debitorum in totâ vrbe fuit. *Vide Festum, in* Chilo, *&* Cilones.

* Ideò in Tacito hîc *non exquisita Principis sententia.*

48. SORORE L. VOLVSII GENITAM.] *De cuius gentis nobilitate Rutilius in Itinerario:*

Qui Volusi antiquo deriuat stemmate nomen;
Et reges Rutulos, teste Marone, refert.

49. MEMMIO QVONDAM REGVLO.] *Vide Sueton. in Caio, cap.* XXV. *itemq. Dionem. Statim vox* Nuptijs *abest Farnes. codici: & illæsâ sententiâ potest.*

50. CADIVS RVFVS.] *Malè ego olim,* Claudius; *malè vir doctus, in Re nummariâ,* Cordius *restituit. Est ille, de quo* II. *Histor.* Redditus Cadio Rufo, Pedio Blæso Senatorius locus: qui repetundarum criminibus sub Claudio ac Nerone ceciderant. *Si mutamus: legerem,* Tadius.

51. VT SENATORIBVS EIVS PROVINCIÆ.] *Liberâ rep. liberum Senatoribus peregrinari etiam rei priuatæ causâ. Id tantùm excogitatum, vt legatio libera peteretur à Senatu, sumereturq.: quò maiori abessent cum dignitate. Cicero sæpè. At lapsâ rep. in seruitutem, Senatoribus etiam adempta hæc libertas. Augustus id instituit imperio firmando, & nequis illustriorum commeare ad exercitus aut conciliare milites prouincialésve posset. Dio eleganter* LII. *in extremo:* Περσαωεῖπε πᾶσι τοῖς βουλεύσι μὴ ἐκδημεῖν ἔξω τῆς Ἰταλίας, ἂν μὴ αὐτός τινι κελεύσῃ, ἢ καὶ ἐπιτρέψῃ. Καὶ τοῦτο καὶ δεῦρο ἀεὶ φυλάσσεται. *id est:* Edixit omnibus Senatoribus, nequis eorum peregrinari extra Italiam vellet, iniussu permissúve suo. quod interdictum ad hoc vsque æuum seruatur. *Quamquam præiuisse ad hoc factum Augusto Iulius videtur:* qui sanxit, nequis Senatoris filius nisi contubernalis aut comes Magistratus peregrè proficisceretur, *ait Sueton. c.* XLII. *Vbi libido mihi legendi,* nequis Senator Senatorísve filius. *Si enim filijs interdictum; maior ratio vt Senatoribus ipsis. In vsu autem, vt commeatus peregrinandi à Cæsare ac Senatu peterentur. Suetonius Calig. c.* XXIX. Prætorium virum ex secessu Anticyræ propagari sibi commeatum sæpiùs desiderantem, cùm mandasset interim, *&c. quo loco reiectâ voculâ scripserim,* Prætor. virum secessu Ant. *Sed Claudius à se solo id peti primus instituit. Sueton. c.* XXIII. *subobscurè:* Commeatus à Senatu peti solitos * sui beneficij fecit. *cui lucem do ex Dione:* Τοῖς δὲ οὐδ', *inquit*, αὐτεμβρίοις, ὥστε ἔξω τῆς Ἰταλίας ἀποδημῆσαι, ἐφίει μήτε καθ' ἑαυτὸν ἄνδρα τῆς βουλῆς. Τοῦτο μὲν καὶ νόμῳ τινὶ ὕστερον δοκεῖν ποιεῖν, δόγμα γράψας ἐπέλαβε. *id est:* Petentibus extra Italiam eundi commeatum, per se concessit, Senatu non consulto. quod tamen vt lege aliquâ facere videretur, iussit super eâ re confici Senatus decretum. *Vide & l.* XXII. *Ad municipalem. Atque inprimis Cassiodorum: apud quem expressa Formula ipsa dandi huius per principem commeatus, l.* III. *Variar. epist.* XXI. *Augustus tamen in hoc decreto suo Siciliam exceperat: sicut nunc Claudius Narbonensem. quia vtraque prouincia vicina & quasi suburbana. Dio:* Πλὴν δὲ ὅτι ἐς τε τὴν Σικελίαν. καὶ ἐς τὴν Γαλατίαν τὴν περὶ Νάρβωνα, ἐδ' αὖθις ἄλλοσε βουλευτὴν ἀποδημῆσαι ἔξεστιν. *id est:* Exceptâ enim Siciliâ, & Galliâ Narbonensi, nusquam aliò peregrinari Senatori fas est. *Ad hoc Claudianum interdictum respexit Suidas, etsi id paullò aliter effert, in* Κλαύδιος. *Ait:* Νόμον προύθηκε μὴ δύνασθαι βουλευτὴν ὑπὲρ ἑπτὰ σημεῖα τῆς πόλεως ὁδεύειν, χωρὶς δὲ τῆς Βασιλέως κελεύσεως. *id est:* Legem tulit, ne cui Senatori abire vrbe ad septimum lapidem fas esset, principis iniussu.

52. SOHEMO ATQVE AGRIPPA.] *Quorum ille Arabum Ituræorum, hic Iudææ rex. Sohemus autem scribendum, aut certè Soæmus ex Dione: non Sohennius, vt edition. vulgatæ. Dio de Caligulâ:* Ἐν δὲ τούτῳ, Σοαίμῳ τε τῷ Ἰτυραίων τῷ Ἀράβων, καὶ Πολέμωνι τῷ παρῴαν ἀρχὴν ἀφισαμένης τῆς βουλῆς ἐχειρίσατο. *De Agrippâ & mutatione secutâ vide Iosephum* XX. *Antiquit. qui tamen nihil apertè de contributione Iudæorum in Syros. Imò verò etiamnunc, vt antè, Præsides suos siue Procuratores habebant: qui adspiciebant quidem Legatum Syriæ, sed non assiduè audiebant. Quin & Agrippa iunior rex etiam fuit, patre defuncto. Quomodo igitur* prouinciæ Syriæ additi *nouiter, cogitandum sit, aut à peritioribus rogitandum.*

53. SALVTIS AVGVRIVM. [*Quod è tenebris primus*

A omissum repeti,ac deinde continuari placitum. Et [54] pomœrium vrbis auxit Cæsar more prisco ; quo iis qui protulêre imperium, etiam terminos vrbis propagare datur. Nec tamen duces Romani, quamquam magnis nationibus subactis, vsurpauerant, nisi [55] L. Sylla, & diuus Augustus. [56] Regum in eo ambitio, vel gloria, variè vulgata. Sed initium condendi, & quod pomœrium Romulus posuerit, noscere haud absurdum reor. Igitur à foro boario, vbi æreum tauri simulacrum aspicimus, quia id genus animalium aratro subditur, sulcus designandi opidi cœptus, vt magnam Herculis aram amplecteretur. Inde certis spatiis interiecti lapides, per ima montis Palatini ad aram Consi, [57] mox ad Curias veteres, tum ad sacellum Larium : forumque Romanum & Capitolium non à Romulo, sed à T. Tatio additum vrbi credidere. Mox pro fortunâ pomœrium auctum. Et quos tum Claudius terminos posuerit, facile cognitu, & publicis actis præscriptum. C. Antistio, M. Suilio Coss. [58] adoptio in Domitium auctoritate Pal-

B lantis festinatur. qui obstrictus Agrippinæ vt conciliator nuptiarum, & mox stupro eius illigatus, stimulabat Claudium, *consuleret Reip. Britannici pueritiam robore circumdaret. Sic apud diuum Augustum, quamquam nepotibus subnixum, viguisse priuignos : à Tiberio, super propriam stirpem, Germanicum assumtum. Se quoque accingeret iuuene, partem curarum capessituro.* His euictus, biennio maiorem natu Domitiũ filio anteponit, habitâ apud senatum oratione in eundem, quem à liberto acceperat, modum. Adnotabant periti, [59] nullam antehac adoptionem inter patricios Claudios reperiri, eosque ab [60] Attâ Clauso continuos durauisse. Ceterùm actæ Principi grates, exquisitiore in Domitium adulatione. Rogatáque lex, quâ in familiam Claudiam & nomen Neronis transiret. Augetur

Pomœrium prefertur.

Cap. 24.

Termini vrbis sub Romulo.

Cap. 25.

A. V. C. DCCCIII. *Domitius adoptatus : Pallante auctore.*

Cap. 26.

primus eruit Politianus. quem licet legas Miscell. capite XIII. *Dionem* XXXVII. *&* LI. *Festum in voce Maximus Prætor. Sed numerus in Tacito satin' verus ? delibero. Nam suprema mentio capti huius Augurij apud Dionem est anno vrbis* DCCXXV. *cùm & Ianus*

C *item ab Augusto clusus. atqui ab eo die ad hunc* DCCCII. *vrbis annum, non* XXV. *vti hîc scriptum, sed* LXXVII. *intersunt anni. Vt ergo verus iustúsque hic numerus sit, à Tiberio repetitum id augurium necesse est Cornelio Cethego. Visellio Varrone Coss. anno vrbis.* DCCLXXVII.

54. POMOERIVM VRBIS.] *Idq; lapis etiam nunc testatur Claudiani æui, Romæ :*

TI. CLAVDIVS
DRVSI F. CAISAR
AVG. GERMANICVS
PONT. MAX. TRIB. POT.
VIIII. IMP. XVI. COSS. IIII.
CENSOR. P. P.
AVCTIS. POPVLI. ROMANI
FINIBVS. POMERIVM
AMPLIAVIT. TERMINAVITQ.

Auxit, post Britanniam Romano imperio adiectam.

55. L. SYLLA, ET D. AVGVSTVS.] *Non defendo*

D *te, Corneli : erras. Etiam C. Cæsar auxit interiectus inter eos duos. Agellius auctor lib.* XIII. *c.* XIV. *Dio libro* XLIII. Ταῦτά τε ἐποίει, καὶ νόμους εἰσέφερε, τό, τε πωμήριον ὅπη πλεῖον ἐπεξήγαγε. *Apud eumdem Antonius in laudatione Cæsaris funebri :* Ὁ κὴ τὸ πωμήριον ὠπῆς (ἀ πόλεως) ἐπαυξήσας, ἐν πῷ βελτιερίῳ κατασφαγεὶς, *&c. Cicero ad Attic. lib.* XIII. De vrbe augendâ quid sit promulgatum, non intellexi. id sanè scire velim. *Iuuat tamen aliquid nostrum, quod Suetonius exactè in tabulis diligentiæ, nihil huius in Iulio commemorat : & fortean concepta à Iulio res, perfecta demum ab Augusto. Nam ille nugator apud* * *Senecam ridiculus, qui* Syllam vltimum Romanorum protulisse pomœrium tradidit : quod numquam Prouinciali sed Italico agro acquisito mos proferre apud antiquos fuit. *Vide quæ huc faciunt, apud Vopiscum in Aureliano.*

56. REGVM IN EO AMBITIO.] *Consule Onufrium in vrbe Româ.*

57. MOX AD CVRIAS VETERES.] *Ita manuss. & rectè. Varro de L. L.* Curiæ duorum generum. Nam & vbi curarent sacerdotes res diuinas, vt curiæ veteres : & vbi Senatus humanas, vt curia Hostilia. *Festus :* Nouæ curiæ ad compitum Fabricium factæ, quòd parùm amplæ veteres à Romulo factæ. *Plautus :* Sub veteribus ibi sunt qui dant, quique accipiunt fœnore. *Liuius* XLIV. Ædes P. Africani pone Veteres ad Vortumni signum laneasque *(scribe,* lanienasque) & tabernas coniunctas in publicum emit. *Ouidius eadem intellegit* III. *Fastor.*

Ianua tunc regis posita viret arbore Phœbi :
Ante tuas itidem Curia prisca fores.

58. ADOPTIO IN DOMITIVM.] *Agnosce ergo lector, & tolle librarij errorem (non enim ipsius Suetonij, puto) Neronis c.* VII. Vndecimo ætatis anno à Claudio adoptatus est, Annæoque Senecæ iam tunc Senatori in disciplinam traditus. *Adoptatus Nero* XI. *ætatis anno ? Falsum, vel te iudice & indice Suetoni. Nam idem scribis* XVII. *anno ad imperium eum peruenisse, quod & Tacitus & Dio adstruunt. Atqui ab hoc die ad imperium anni intersunt non quinque.* Duodecimo, *ergo in Suetonio scribendum : si ratio quidem constatura est.*

59. NVLLAM ANTEHAC ADOPTIONEM.] *Atqui Tiberius Germanicum adoptauit, vti notum. Excusabunt id curiosi, quòd Tiberius iam è Claudiis migrarat in gentem Iuliam.*

60. ATTA CLAVSO.] *Secuti sumus spectatæ fidei*

* De Breuit. vitæ c XIV.

Agrippina, Augusta appellata. tur & Agrippina cognomento Augustæ. quibus patratis, nemo adeò expers misericor- A
diæ fuit, quem non Britannici fortunæ mæror afficeret. [61] desolatus paullatim etiam ser-
Britannicus spretus & depressus. uilibus ministeriis, per intempestiua nouercæ officia, in ludibria vertebat, intelligens falsi.
Neque enim segnem ei fuisse indolem ferunt: [62] siue verum; seu periculis commenda-
Cap. 27. tus, retinuit famam sine experimento. Sed Agrippina, quò vim suam sociis quoque na-
Agrippinensis colonia deducta. tionibus ostentaret, in opidum Vbiorum, in quo genita erat, veteranos coloniamque
deduci imperat; cui nomen inditum [63] ex vocabulo ipsius. Ac fortè acciderat, vt eam
gentem Rheno transgressam [64] auus Agrippa in fidem acciperet. Iisdem temporibus in
Catti latrocinantur: haud impunè. superiore Germaniâ trepidatum, aduentu Cattorum latrocinia agitantium. [65] Deinde
L. Pomponius legatus auxiliares Vangiones ac Nemetas addito equite alario monuit, vt
anteirent populatores, vel dilapsis improuisi circumfunderentur. Et secuta consilium
Circumuenti & casi. ducis industria militum, diuisique in duo agmina, qui læuum iter petiuerant, recèns
reuersos, prædáque per luxum vsos & somno graues circumuenêre. Aucta lætitiâ, quòd
Cap. 28. quosdam è clade Varianâ, [66] post quadragesimum annum, seruitio exemerant. At qui B
dextris & propioribus compendiis ierant, obuio hosti & aciem auso, plus cladis fa-
ciunt. Et prædâ famáque onusti, ad montem Taunum reuertuntur, vbi Pomponius
cum legionibus opperiebatur, si Catti cupidine vlciscendi casum pugnæ præberent. Illi
metu ne hinc Romanus, inde Cherusci, cum quîs æternùm discordant, circumgrede-
Pomponius poëta tragicus. rentur, legatos in vrbem & obsides misere. decretusque Pomponio triumphalis honos,
modica pars famæ eius apud posteros, in quîs carminum gloriâ præcellit. Per idem
Cap. 29. tempus Vannius [67] Sueuis à Druso Cæsare impositus, pellitur regno, primâ imperij
ætate

codicem Vat. qui disertim habet Atto Cluso. *superiùs tamen alienâ manu I. addito, vt fieret, Attio. Vt mirer Iurisconsultum Vertranium scribere duos Vat.* Accio Clauso, *referre. Sed ille quidem nobis imposuit: ego si fallo, tum mihi quiuis oculos*

Istos, suppositis eruito manibus.

Facit à Vatic. in eadem bibliothecâ vetus Sueton. qui initio libri tertij, Attâ Claudio *refert. Et quídni probabile, cùm Clausius recens è Sabinis esset, prænomen eum habuisse terminatione Sabinum? Emendandus ita, me iudice, Liuius lib.* II. Atta Clausus, qui posteà Appio Claudio Romæ nomen fuit. *& l.* x. Principem nobilitatis vestræ, seu Attam Clausum, seu Ap. Claudium vultis. *De Clauso, manifestè post Virgilium Silius* XVII. *Punicor.*

Hic prisca ducens Clausorum ab origine nomẽ
Claudia.

Et Ouidius in Fastis:

Claudia Quincta genus Clauso referebat ab alto.

61. DESOLATVS PAVLLATIM.] *Ita capio. Britannicus spoliatus exutúsque paullatim non solùm honestiore comitatu, sed etiam seruulis; cùm Agrippina eos, quasi ad alia officia operáque auocaret. Desolatus,* μονωθεὶς, *solus relictus; vti libro.* I. Nonanus operiendas Tiberij epistolas clamitauerat; mox desolatus aliorum discessione, imminentem necessitatem spontè præuertit.

62. SIVE VERVM; SEV PERICVLIS.] *Desistite medici: nullum hîc vulnus. Siue, inquit, reuerâ non segnis illi indoles fuit: siue pericula, & ex periculis fauor, hanc ei famam circumdederunt. Alternans hic sermo per Tacito familiaris. Lib.* III. Longam & continuam absentiâ paullatim meditans, siue vt amoto patre Drusus munia consulatus solus obiret. *Lib.* II. De se nihil addidit metu inuidiæ, an ratus conscientiam factis satis esse. *Et exempla obuia.*

63. EX VOCABVLO IPSIVS.] *Parum ἀναλόγως ergo vulgò Colonia Agrippina dicitur, etsi ita passim in Æthico & Itinerario Antonini: melius Agrippinensis, aut Agrippinensium. Etiam Claudia agnominata, fide lapidis quem totum adscribamus ad gratiam celeberrimæ vrbis.* C

M. MARIO. M. F.
STEL. TITIO. RVFINO
COS.
LEG. LEG. I. MINER. P. F.
CVR. COL. CLAVD. AVG.
AGRIPPINENSIVM
PROCOS. PROV. SICILIÆ
CVR. AMITERNOR. PRÆF.
TR. PL. Q. PROV. MACEDON
SEVIR. TVRMAR. EQ. ROM.
TRIB. LATICI. LEG. I. ADIV. P. P.
IIII. VIRO. STLITIBVS. IVDIC.

Quo iure deducta colonia fuerit, Paulus libro. II. *De censibus:* In Germaniâ inferiore Agrippinenses iuris Italici sunt.

64. AVVS AGRIPPA.] *Quod factum credo Agrippâ & L. Gallo Coss. anno vrbis* DCCXVII. *ex Dione lib.* XLVIII. D

65. DEINDE L. POMPONIVS LEGATVS.] *Parum cohæret narratio. Cui rei enim illud,* Deinde? *Vereor vt exciderint ea quæ de Sulpicij Galbæ & P. Gabinij expeditione aduersum Cattos Marsósque Dio narrauit, lib.* LX. *Quamquam ea gesta annis aliquot antè.*

66. POST QVADRAGESIMVM ANNVM.] *Iusta supputatio. Clades illa enim accepta, anno* DCCLXIII.

67. SVEVIS A DRVSO CÆSARE.] *Non genti toti Sueuorum, sed iis qui Maroboduum & Catualdam reges comitati erant*: qui à Druso, ne quietas prouincias immixti turbarent, Danubium vltra

inter

A ætate clarus acceptuſque popularibus : [68] mox diuturnitatem in ſuperbiam mutans, & odio accolarum, ſimul domeſticis diſcordiis circumuentus. Auctores fuêre, Iubillius Hermundurorum rex, & Vangio ac [69] Sido ſorore Vannij geniti. Nec Claudius, quamquam ſæpè oratus, arma certantibus barbaris interpoſuit, tutum Vannio perfugium promittens ſi pelleretur. ſcripſitque [70] P. Attilio Hiſtro, qui [71] Pannoniæ præſidebat, legionem ipſáque è prouinciâ lecta auxilia, pro ripâ componeret, ſubſidio victis, & terrori aduerſus victores, ne fortunâ elati, noſtram quoque pacem turbarent. nam vis innumera Ligij, aliæque gentes aduentabant, famâ ditis regni, quod Vannius [72] xxx. per annos prædationibus & vectigalibus auxerat. Ipſi manus propria pedites, eques è Sarmatis Iazygibus erat, impar multitudini hoſtium : eoque caſtellis ſeſe defenſare, bellumque ducere ſtatuerat. Sed Iazyges obſidionis impatientes, & proximos per campos vagi, neceſſitudinem pugnæ attulere, quia Ligius Hermunduruſque illic ingruerant. Igitur digreſſus caſtellis Vannius, funditur prœlio ; quamquam rebus aduerſis laudatus, quòd
B & pugnam manu capeſſiit, & corpore aduerſo vulnera excepit. Ceterùm ad claſſem in Danubio opperientem perfûgit. Secuti mox clientes, & acceptis agris, in Pannoniâ locati ſunt. Regnum Vangio ac Sido inter ſe partiuêre. [73] egregiâ aduerſus nos fide : ſubiectis ſuóne an ſeruitij ingenio, dum adipiſcerentur dominationes multâ caritate, & maiore odio poſtquam adepti ſunt. At in Britanniâ P. Oſtorium proprætorem turbidæ res excepere, effuſis in agrum ſociorum hoſtibus, eò violentiùs, quòd nouum ducem exercitu ignoto, & cœptâ hyeme, iturum obuiam non rebantur. Ille gnarus primis euentibus metum aut fiduciam gigni, citas cohortes rapit : & cæſis qui reſtiterunt, diſiectos conſectatus, ne rurſus conglobarentur, infenſáque & infida pax non duci non militi requiem permitteret, detrahere arma ſuſpectis, [74] cinctoſque caſtris Antonam & Sabrinam fluuios cohibere parat. Quod primi Iceni abnuere, valida gens, nec [75] prœliis concuſſa, quia ſocietatem noſtram volentes acceſſerant. hiſque auctoribus circumiectæ nationes locum pugnæ dilegêre, ſeptum agreſti aggere & aditu anguſto, ne peruius equiti foret. Ea munimenta dux Romanus, quamquam ſine robore legionum ſociales copias
C ducebat, perrumpere aggreditur, & diſtributis cohortibus, [76] turmas quoque peditum ad

Vannius rex à ſuis inuaditur.

Negat auxilia Claudius.

Cap. 30.

Ille pugnâ vincitur.

Regnum cedit aliis.

Cap. 31.

In Britanniâ mouet ſe hoſtis.

Diſiicit P. Oſtorius.

Deinde & pugnâ vincit.

inter flumina Marum & Cuſum locati ſunt, dato rege Vannio gentis Quadorum, *ait noſter lib.* II. *Annal. Vannij regnum in parte deſcribit Plinius* : Campos & plana Iazyges Sarmatæ, montes verò & ſaltus pulſi ab his Daci ad Pathiſſum amnem, à * Moro, ſiue is Duria eſt, à Sueuis regnoque Vanniano dirimens eos.

68. Mox DIVTVRNITATEM.] *Lego*, diuturnitate. *Mutans, pro mutatus. quod appâret ex manuſſ. Varro :* In priore verbo graues proſodiæ quæ fuerunt, manent : reliquæ mutant.

69. Sido.] *Illeipſe qui poſteà in partibus Veſpaſiani. Tacit.* III. *Hiſt.* Trahuntur in partes Sido atque
D Italicus reges Sueuorum.

70. P. Attilio Histro.] *Vatic. & Flor.* Atellio. *In veteri inſcriptione reperio hominem : quæ ſic habet fide Aldi.*

SEX. PALPELIO. P. F. VEL.
HISTRO
LEG. TI. CLAVDI. CÆSARIS
AVG. PRO. COS.
PR. TR. PL. X. VIR. STL. IVDIC.
TR. MIL. LEG. XIV. GERMANICÆ
COMITI. PI. CÆSARIS. AVG.
DATO. SVB. DIVO. AVG.

Quæ ſi ad illum referenda, quod ego cenſeo : legend. hîc, ſcripſitque Palpelio.

71. Pannoniæ præsidebat.] *Quidam ſcripti*, Pannoniam : *nec rarò ita noſter, lib.* IV. Galliæ litus roſtratæ naues præſidebant. *Iterúmque :* Litora oceani præſidebat.

72. Triginta per annos.] *Legitima ratio eſſet* XXXIII. per annos.

73. Egregia adversvs nos fide.] *Ita Vatic. Liuius lib.* V. Quamquam aduerſus Rom. nulla eis amicitia erat. *Noſter lib.* III. Et priuignis cum vitrico leuior neceſſitudo, quàm auo aduerſus nepotem. *At vulgò*, apud nos fide *legeris*, *non Latinè.*

*Neſcio an corr. *Maro*,

74. Cinctosqve castris Antonam.] *Aciem omnem habui ad hunc locum, nec quidquam peruidi. Libri vett.* cunctiſque caſtris. *Fortè* : detrahere arma ſuſpectis, cinctiſque : caſtris Antonam ad * Sabrinam fluuium cohibere parat. *Siue, vt Agricola legebat*, iunctiſque caſtris. *Antona ſanè ciuitas videtur, manétque hodie Northamptona : quaſi dicas Septemtrionalis Hammonis ciuitas. Nam*, Ton, *priſcis Britannis ſemper ciuitas. Olim diuinaui*, cinctoſque caſtris, Antonâ & Sabrinâ fluuiis. *eo ſenſu, vt hoſtem vagum & metuentem pugnæ partim caſtris, partim fluminibus cingeret, & ab effusâ populatione arceret. Sed ludimus aleam, in loco fortaſſe non pleno.*

* Sabrina fl. Ptolemæo eſt, *Sabriana.*

75. Proeliis concvssa.] *Farn.* contuſi.

76. Tvrmas qvoqve peditvm.] *Ego ſcio numquam turmas peditum dici ; quod tamen libri*

ad munia accingit. Tunc dato signo perfringunt aggerem, suisque clauſtris impeditos turbant. Atque illi conſcientiâ rebellionis & obſeptis effugiis, multa & clara facinora fecere. Quâ pugnâ filius legati, M. Oſtorius, ſeruati ciuis decus meruit. Ceterùm clade Icenorum compoſiti qui bellum inter & pacem dubitabant; & [77] ductus in Cangos exercitus. Vaſtati agri, prædæ paſſim actæ: non auſis aciem hoſtibus, vel ſi ex occulto carpere agmen tentarent, punito dolo. Iam ventum haud procul mari, quod Hiberniam inſulam aſpectat; cùm ortæ apud Brigantes diſcordiæ retraxêre ducem, deſtinationis certum, ne noua moliretur, niſi prioribus firmatis. Et Brigantes quidem, paucis qui arma cœptabant interfectis, in reliquos datâ veniâ, reſedêre. Silurum gens, non atrocitate, non clementiâ mutabatur, quin bellum exerceret, caſtriſque legionum premenda foret. Idquò promptius veniret, [78] colonia Camalodunum validâ veteranorum manu deducitur in agros captiuos, ſubſidium aduerſus rebelles, & imbuendis ſociis ad officia legum. Itum inde in Siluras, ſuper propriam ferociam, [79] Caractaci viribus confiſos. quem multa ambigua, multa proſpera extulerant, vt ceteros Britannorum imperatores præmineret. [80] Sed aſtu, tum locorum fraude prior, vi militum inferior, transfert bellum in Ordouicas, additiſque [81] qui pacem noſtram metuebant, nouiſſimum caſum experitur: ſumto ad prœlium loco, vt aditus, abſceſſus, cuncta nobis importuna, & ſuis in melius eſſent. Tunc montibus arduis, & ſi qua clementer accedi poterant, in modum valli ſaxa præſtruit: & præfluebat amnis vado incerto, [82] cateruáque maiorum pro munimentis conſtiterant. Ad hoc gentium ductores circumire, hortari, firmare animos, minuendo metu, accendendâ ſpe, aliiſque belli incitamentis. Enimuerò Caractacus huc illuc volitans, *illum diem, illam aciem teſtabatur, aut reciperandæ libertatis,* [83] *aut ſeruitutis æternæ initium fore. vocabatque nomina maiorum, qui dictatorem Cæſarem pepulißent: quorum virtute vacui à ſecuribus & tributis, intemerata coniugum & liberorum corpora retinerent.* Hæc atque talia dicenti, adſtrepere vulgus; gentili quiſque religione obſtringi, non telis, non vulneribus ceſſuros. Obſtupefecit ea alacritas ducem Romanum: ſimul obiectus amnis, additum vallum, imminentia iuga, nihil niſi atrox & propugnatoribus frequens, terrebat. Sed miles prœlium poſcere, cuncta virtute expugnabilia clamitare, præfectique ac tribuni paria diſſerentes, ardorem exercitus incendebant. Tum Oſtorius, circumſpectis quæ impenetrabilia, quæque peruia, ducit infenſos, amnemque haut

Cap. 32. *Cangi vaſtantur.* *Brigantes componuntur.* *Camalodunum colonia deducta.* Cap. 33. *Caractacus rex Silurum:* *Prœlium in Romanos audet:* Cap. 34. *Suos excitat:* Cap. 35. *Et mire alacres reddit.* *Tamen Romani inuadunt, etſi loco ſiſos:*

A B C

* Camulus indigena deus, *idem qui Mars.*

omnes præ ſe ferunt. Poſſit legi, Turmas, quodque peditum. *Addo, Pichenam diſtinctione expedire,* Turmas quoque, peditum ad munia accingit. *Id eſt, turmas equitum (qui immunes) iubet peditum officia fungi.*

77. DVCTVS IN CANGOS EXERCITVS.] *Promontorium* Καγγανὸν *etiam Ptolemæus in Britanniâ agnoſcit. ſed qui fuerint propriè hi populi, certant. Ego hoc ſcio vicinos Icenis fuiſſe, & cum iis reſtituendos Cæſari l.* v. *Corruptè enim ibi legas,* Cenimagni, Segontiaci, Bibroci, miſſis legationibus, ſeſe Cæſari dediderunt. *Nam Cenimagni nuſquam lecti inter Britanniæ gentes. Diuido, & ſcribo:* Iceni, Cangi. *Capio iudicem te Guilielme Camdene, qui Britanniæ tuæ nebulas claro ingenij ſole nuper illuſtraſti.*

78. COLONIA CAMALODVNVM.] *Quod opidum anteà, regum in eo tractu ſedes. Dio* Καμυλόδυνον τὸ τῦ Κυνοβελλίνυ Βασίλειον *appellat. At Camalodunum lapidi priſco inſculptum, eccißi.* CENSITOR. CIVIVM. ROMANORVM. COLONIÆ. VICTRICENSIS. QVÆ. EST. IN. BRITANNIA. CAMALODVNI. *Duplex autem eo nomine opidum, alterum in Brigantibus, alterum in Trinobantibus, colliges ex Ptolemæo Plinióque. Neſcio an nomen illis à peculiari aliquo & indigenâ deo: cuius fortean mentio in hoc lapide:*

* CAMVLO. SANC.
FORTISS.
SAC.
TI. CLAVDIVS. TI. F. QVIR.
TERTIVS.
MIL. COG. VII. PR. T. VERI
L. D. D. D.

79. CARACTACI VIRIBVS.] *Dio* Καταράκατον *nominat, alij Catacratum: Zonaras Caratacum. Caradocum vocaſſe videntur Britanni. Certè etiam hodie locus eſt, & in eo parietinæ arcis, quem* Caer Caradoc *vocant: id eſt, opidum ſiue arcem Caradoci.*

D

80. SED ASTV, TVM.] *Amplector Florentinam ſcripturam. Sed* tum aſtu, locorum fraude prior: *vt ſit ſenſus, aſtu tranſlatum ab eo bellum, quia fraude ex locorum peritiâ prior eſſet. Monuit Pichena.*

81. QVI PACEM NOSTRAM.] *Libri aliquot editionum veterum,* pacem in iram, *Ego legerim,* pacem an iram noſtram. *Duplex ſcilicet ſtimulus capiendi arma in Romanos: ſiue quòd pacem & ſeruitutem multi timerent, ſiue quòd extrema ab iratis.*

82. CATERVAQVE MAIORVM.] *Lego,* cateruæque nationum. *Solitum ita Britannis Galliſq; ſtruere aciem per nationes, vt diſcreta virtus eluceret.*

83. AVT SERVITVTIS ÆTERNÆ.] *Neſcio an elegantius veriúſque,* aut ſeruitutis æternæ fore, *voce deletâ.*

84. SPA-

A haut difficulter euadit. Vbi ventum ad aggerem, dum miſſilibus certabatur, plus vulnerum in nos, & pleræque cædes oriebantur. Poſteaquam factâ teſtudine, rudes & informes ſaxorum compages diſtractæ; párque cominus acies; decedere Barbari in iuga montium. Sed eò quoque irrupere ferentarius grauiſque miles. illi, telis aſſultantes; hi, conferto gradu; turbatis contrà Britannorum ordinibus, apud quos nulla loricarum galearúmque tegmina: & ſi auxiliaribus reſiſterent, gladiis ac pilis legionariorum; ſi huc verterent, [84] ſpatis & haſtis auxiliarium ſternebantur. clara ea victoria fuit, captáque vxore & filiâ Caractaci, fratres quoque in deditionem accepti. Ipſe (vt fermè intuta ſunt aduerſa) cùm fidem Carthiſmanduæ reginæ Brigantum petiiſſet, vinctus ac victoribus traditus eſt, [85] nono pòſt anno quàm bellum in Britanniâ cœptum. Vnde fama eius euecta inſulas, & proximas prouincias peruagata, per Italiam quoque celebrabatur: auebántque viſere, quis ille, tot per annos, opes noſtras ſpreuiſſet. Ne Romæ quidem ignobile Caractaci nomen erat. Et Cæſar dum ſuum B decus extollit, addidit gloriam victo. Vocatus quippe vt ad inſigne ſpectaculum populus. Stetere in armis prætoriæ cohortes, campo qui [86] caſtra præiacet. Tunc incedentibus regiis clientelis phaleræ torqueſque, quæque externis bellis quæſierat, traducta; mox fratres & coniunx & filia: poſtremò ipſe oſtentatus. Ceterorum preces degeneres fuere, ex metu. At non Caractacus aut vultu demiſſo, aut verbis miſericordiam requirens, vbi tribunali aſtitit, in hunc modum locutus eſt. *Si quando nobilitas & fortuna mihi fuit, tanta rerum proſperarum moderatio fuiſſet; amicus potiùs in hanc vrbem, quàm captus veniſſem: neque dedignatus eſſes claris maioribus ortum, pluribus gentibus imperantem, fœdere pacis accipere. Præſens ſors mea vt mihi informis; ſic tibi magnifica eſt. habui equos, viros, arma, opes. quid mirum, ſi hæc inuitus amiſi? [87] Nam ſi vos omnibus imperitare vultis, ſequitur vt omnes ſeruitutem accipiant. Si ſtatim deditus traderer; neque mea fortuna, neque tua gloria inclaruiſſet: & ſupplicium mei [88] obliuio ſequeretur. At ſi incolumem ſeruaueris, æternum exemplar clementiæ ero.* Ad ea Cæſar veniam ipſique, & coniugi, & fratribus, tribuit. Atque illi vinculis exſoluti, Agrippinam quoque haut procul alio C ſuggeſtu conſpicuam, iiſdem quibus Principem laudibus gratibuſque venerati ſunt. Nouum ſanè, & moribus veterum inſolitum, feminam ſignis Romanis præſidere. Ipſa ſemet parti à maioribus ſuis imperij ſociam ferebat. Vocati poſthac patres, multa & magnifica ſuper captiuitate Caractaci diſſeruere. Neque minus id clarum, quàm cùm Siphacem P. Scipio, Perſem L. Paullus, & ſi qui alij victos reges populo Ro. oſtendêre. Cenſentur Oſtorio triumphi inſignia, proſperis ad id rebus eius, mox ambiguis: ſiue quòd amoto Caractaco, quaſi debellatum foret, minùs intenta apud nos militia fuit; ſiue hoſtes miſeratione tanti regis, acriùs ad vltionem exarſere. Præfectum caſtrorum, & legionarias cohortes exſtruendis apud Siluras præſidiis relictas, circumfundunt. [89] ac ni citò vicis & caſtellis proximis ſubuentum foret; copiæ tum occidione occubuiſſent.

Atque peruadunt.

Cadunt, aut capiunt: Cap. 36. *Ipſe dux deditus,*

Et Romam perductus.

Populóque, vt in triumpho, oſtentatus.

Cap. 37. *Verba eius erecta ad Cæſarem.*

Veniam impetrat, cùm ſuis.

Cap. 38.

Triumphalia Oſtorio decreta.

Cuius tamen res mox inclinarunt.

Præfe-

84. SPATIS ET HASTIS AVXILIARIVM.] *Obſerua diuerſa arma inter legionarios, auxiliaréſque.* D *illis gladios & pila; his ſpatas & haſtas tribuit. Spathas autem*, gladios maiores *interpretatur Vegetius, lib. II. cap. XV.*

85. NONO PÒST ANNO.] *Atqui bellum cœpit Claudio tertiùm, L. Vitellio ſecundùm Coſſ. vt Dio clarè tradidit: nec inde ad hunc diem plus annos ſeptem numeraueris, vt ſuſpicio iure numeralis mendi ſit. Pugnant etiam hæc cum iis quæ tertio Hiſtor. ſcribuntur:* Carthiſmandua, *inquit*, Brigantibus imperitabat, pollens nobilitate: & auxerat potentia, poſtquàm capto per dolum rege Caractaco inſtruxiſſe triumphum Claudij Cæſaris videbatur. *Nam triumphus Claudij aliquot annis anterior: nec in eo herclè ductus iſte Caractacus. Vt nihil dici poſſit, quin Tacitum in Hiſtoriis aut memoria feſellerit, aut prouexerit calor quidam ſcriptionis.*

86. CASTRA PRÆIACET.] *Vatic.* caſtris. *Et ſtatim lego* regiis clientelis.

87. NAM SI VOS OMNIBVS IMPERITARE.] *Falsò verò hoc & ineptè dicitur. Idne conſequens, vt qui velit, quod velit, poſſit? Ego me Britannis regem eſſe volo: illi accipiant? Emendo priorem voculam, &* Num *lego: atque ita ſententiam interrogatione inſpiro. Ego, inquit, vobis me oppoſui. quid mirum? An quia vos omnibus imperare vultis, omnes ſtatim imperari etiam velint? non hercules animoſi nos & liberi.*

88. OBLIVIO SEQVERETVR.] *Lego*, ſequetur, *& diſtinctione ſententiam expedio:* Et ſupplicium mei, obliuio ſequetur: at ſi incolumem, *&c.*

89. AC NI CITÒ VICIS.] *Editione priſcâ, & quibuſdam ſcriptis*: citò nunciis. *Suſpicor*, ni citis

Præfectus tamen & octo centuriones, ac promtissimus [90] quisque manipulus cecidere: A
nec multo pòst pabulantis nostros, ipsásque missas ad subsidium turmas profligant.

Cap.39. Tum Ostorius cohortes expeditas exposuit: nec ideò fugam sistebat, ni legiones prœlium excepissent. Earum robore æquata pugna, dein nobis pro meliore fuit. Effugêre hostes tenui damno, quia inclinabat dies. Crebra hinc prœlia, & sæpiùs in modum latrocinij: per saltus, per paludes, vt cuique sors, aut virtus: temerè, [91] prouisa: ob iram, ob prædam; iussu, & aliquando ignaris ducibus. ac præcipuâ Silurum peruicaciâ, quos accendebat vulgata Imperatoris Ro. vox: vt quondam Sugambri excisi, & in Gallias traiecti forent, ita Silurum nomen penitus exstinguendum. Igitur duas auxiliares cohortes, auaritiâ præfectorum incautiùs populantes, intercepere. Spoliáque & captiuos largiendo, ceteras quoque nationes ad defectionem trahebant, cùm tædio curarum fessus Ostorius, concessit vitâ, lætis hostibus, tamquam ducem haut spernendum; & si non prœlium, at certè bellum absumsisset. At Cæsar, cognitâ morte legati, ne prouincia sine rectore foret, A. Didium suffecit. Is properè vectus, non tamen integras res inuênit, ad- B
uersâ interim legionis pugnâ, cui Manlius Valens præerat. auctáque & apud hostes eius rei fama, quò venientem ducem exterrerent. atque illo augente audita, [92] vt maior laus compositi, vel si durauissent, venia iustior tribueretur. Silures id quoque damnum intulerant, lateque persultabant, donec accursu Didij pellerentur. Sed post captum Caractacum, præcipuus scientiâ rei militaris Venusius è [93] Iugantum ciuitate, vt suprà memoraui, fiduque diu, & Romanis armis defensus, cùm Carthismanduam reginam matrimonio teneret, mox orto dissidio, & statim bello, etiam aduersus nos hostilia induerat. Sed primò tantùm inter ipsos certabatur, callidisque Carthismandua artibus, fratrem ac propinquos Venusij intercepit. Inde accensi hostes, stimulante ignominiâ, [94] ne feminæ imperio subderentur, valida & lecta armis iuuentus regnum eius inuadunt. quod nobis præuisum, & missæ auxilio cohortes acre prœlium fecere, cuius initio ambiguo, finis lætior fuit. Neque dispari euentu pugnatum à legione, cui Cesius Nasica præerat. Nam Didius senectute grauis, & multâ copiâ honorum, per ministros agere, & arcere hostem C
satis habebat. Hæc, quamquam à duobus Ostorio Didioque proprætoribus plures per annos gesta, coniunxi, ne diuisa haut perinde ad memoriam sui valerent. Nunc ad

Cap.41. A. V. C. CCMIV. temporum ordinem redeo. Ti. Claudio quintùm, Ser. Cornelio Orfito Coss. [95] virilis toga Neroni maturata, quò capessendæ Reipub. habilis videretur. Et Cæsar adulationibus senatus libens cessit, [96] vt vicesimo ætatis anno consulatum Nero iniret: atque interim

Silures peruicaciter resistunt Romanis.

Ostorius moritur: Cap.40. *Succedit A. Didius.*

Res turbatas & fluxas inuenit.

Venusius Britannorum dux.

Nero in viros transit.

nuntiis è castellis. *nisi placet*, ni citò municipiis & castellis. *Malo etiam mox*, promptissimus quisque è manipulis cecidêre. *Et*, cohortes expeditas opposuit.

90. QVISQVE MANIPVLVS.] *Verius*, è manipulis.

91. PROVISA.] *Verius*, prouisu.

92. VT MAIOR LAVS COMPOSITI, VEL SI D.VRAVISSENT.] *Iudicaui deesse olim aliquid. malè. Scribe tantùm*, compositis, *& sententia liquida erit.*

93. IVGANTVM CIVITATE.] *Legit*, Brigantum, *Rodolphus. & sanè è tertio Historiarum ita appâret. Nam quod hîc ait suprà se rettulisse, non lego id quidem in his libris.*

94. NE FEMINÆ IMPERIO SVBDERENTVR.] *Vereor Tacite, vt mens tibi præsens. In tuis moribus, non in Britannorum fuisti, cùm hæc scripsisti. Numquid illis ignominiosum subdi feminæ? Te igitur audi.* Solitum quidem Britannis feminarum ductu bellare. *Quod clarè testatur Boudicæa tua, lib.* XIV.

95. VIRILIS TOGA NERONI MATVRATA.] *Benè, maturata. Non enim ex ritu populi Rom. debebatur ante expletum annum* XIV. *At ipse, ineunte cepit. Tertullianus De animâ:* Iura ciuilia abhinc *(id est à* XIV. *anno)* agendis rebus attemperant. *Idem De virginib. veland.* Ethnici feminas quidem à XII. annis, masculos verò à duobus ampliùs ad D
negotia mittunt. *Nec alîus sententiæ illud Cornelij infrà l.* XIII. Turbatus his Nero, & propinquo iam die quo quartumdecimum ætatis annum Britannicus explebat. *Nota quod ait, explebat: quia tunc referendus in viros, & ideò ab eo metus. Vetus Horatij interpres indicatum id voluit dum scribit*, Nobiles pueros prætextâ veste sub disciplinâ vsque ad annum decimumquintum vsos. *scilicet quia tunc togâ eam mutabant virili. Hoc verum est. nec velim pendêre vltrà viros doctos in Tyrocinij legitimo die. Nam quòd Augustus alijq; seriùs ceperint togam, ab aliâ quâuis causâ fuit, non à lege aut more.*

96. VT VICESIMO ÆTATIS ANNO.] *Decretum frustrà. Consulatum enim iniit decimoseptimo ætatis anno: sed iam princeps, & legum securus.*

97. PRO-

A interim designatus,[97] proconsulare imperium extra vrbem haberet, ac Princeps iuuentutis appellaretur. Additum nomine eius donatiuum militi, congiarium plebi. & ludicro Circensium, quod acquirendis vulgi studiis edebatur, Britannicus in prætextâ, Nero triumphalium veste transuecti sunt. Spectaret populus hunc decore imperatorio; illum puerili habitu, ac perinde fortunam vtriusque præsumeret. Simul qui centurionum tribunorumque sortem Britannici miserabantur; remoti fictis caussis, & alij per speciem honoris. etiam libertorũ si quis incorruptâ fide, depellitur.[98] Tali occasione obuij inter se, Nero Britannicum nomine, ille Domitium, salutauere. Quod vt discordiæ initium, Agrippina multo questu, ad maritum defert: sperni quippe adoptionem, quæque censuerint patres,[99] iusserit populus, intra penates abrogari: ac nisi [100] prauitas tam infensa docentium arceatur, eruptura in publicam perniciem. Commotus his quasi criminibus Claudius, optimum quemque educatorem filij exsilio ac morte afficit: datosque à nouercâ, custodiæ eius imponit. Nondum tamen summa moliri Agrippina audebat, ni
B prætoriarum cohortium curâ exsoluerentur Lusius Geta, & Rufus Crispinus, quos Messallinæ memores & liberis eius deuinctos credebat. Igitur distrahi cohortes ambitu duorum, & si ab vno regerentur, intentiorem fore disciplinam asseuerante vxore, transfertur regimen cohortium ad Burrhum Afranium egregiæ militaris famæ, gnarum tamen cuius sponte præficeretur. Suum quoque fastigium Agrippina extollere altiùs, carpento Capitolium ingredi, qui mos [101] sacerdotibus, & [102] sacris antiquitùs concessus, venerationem augebat feminæ: quam Imperatore genitam, sororem eius qui rerum

Princeps iuuentutis dicitur.

Omni in re Britannico præponitur.

Custodes fidi ab illo amouentur. Cap. 42.

Burrhus Prætorio præficitur.

97. PROCONSVLARE IMPERIVM.] *Initium fastigij Cæsaribus: quod eâ mente etiam Germanico tributum fuit, lib.* I.

98. TALI OCCASIONE OBVII.] *Quæ hæc occasio? Non enim præcessit: nec ad Circenses velim referri. At tu distingue,* Etiam libertorum siquis incor-
C ruptâ fide depellitur, tali occasione. Obuij inter se, *&c. Remouendi enim ministros fidiores occasio, nata ex hoc, quod denarrat, facto.*

99. IVSSERIT POPVLVS.] *Rogata enim lex fuit, quâ in familiam Claudiam, & nomen Neronis transiret, vt ait suprà.*

100. PRAVITAS TAM INFENSA DOCENTIVM.] *Ita accipio, quasi dicat magistros eos esse ad iras & offensas. Romanus tamen priscæ editionis codex,* Prauitas tum impensa, *præfert. quod magis approbo: id est, grandis, immodesta.*

101. SACERDOTIBVS, ET SACRIS.] *Emendatio à libris est. Nam vulgatâ quid ineptius,* & sacris Druidibus *? qui nihil ad res morésque Romanos. Ex quâ voce tamen Pythæus acutè,* virginibus, *faciebat. Sacerdotes, Vestales capio: sacra, deos ipsos statuásque,*
D *quas pompâ Circensi traduci in carpentis mos fuit. De Vestalibus, Prudentius:*

Fertur per medias vt publica pompa plateas
Pilento residens molli.

Idemq; de sacerdotibus feminis vniuersè Artemidorus adsignificat lib. I. *cap.* LVIII. *vbi curru in somniis per vrbem vehi, liberis mulieribus & virginibus bona sacerdotia ait portendere. Scilicet quia id sacerdotum insigne. De iis aut consecratis, Sueton. Claudio cap.* XI. Matri carpentum, quo per Circum duceretur. *Item Calig. cap.* XV. Matri Circenses carpentumque instituit, quo in pompâ traduceretur. *Olim tamen commune fuisse videtur, vt matronæ vulgò carpentis vterentur ad sacra. Ouidius:*

Nam priùs Ausonias matres carpenta vehebant.

Hæc quoque ab Euandri dicta parente reor. *Liuius l.* XXXIV. Ne mulier iuncto vehiculo nisi sacrorum publicorum caussâ veheretur. *Sed exoleuit scilicet ille mos, vtique post repertas lecticas. & mansit saltem in veneratione sacerdotum, deorúmque. Prima Messallina honorem hunc à Senatu cepit:* Καὶ τῇ Μεσσαλίνῃ, *ait Dio,* τὸ πρῶτον ἐξῆν ὠχεῖσθαι, καὶ τῷ καρπέντῳ φρῆναι ἔδοσαν. *& iuxta eam Agrippina nunc, de quâ idem scriptor:* Καὶ ἡ μὲν ταχὺ καὶ ὠστὶ Μεσσαλλίνα ἐχρήσατο, καὶ μάλιστα ὅτι καὶ τιμὰς ἄλλας τε καὶ τῷ καρπέντῳ ἐν ταῖς πανηγύρεσι χρῆσθαι τῷδε τὸ βουλῆς ἔλαβεν *Posteáque etiam* * *Præfecti prætorio carpentis vsi, & (nisi Vopisci locus in Aureliani initio fallit) etiam Præf. vrbis. Et mos satis certus: hæreo in Cornelianâ saltem lectione. Ait in Capitolium ingredi carpento, concessum Agrippinæ. quid? in Capitolium tantùm? vereor vt nimis anguste: & certè non ad exemplum Messallinæ, quæ etiam carpento mariti sui currum secuta, triumphantis. Denique Dio laxè,* ἐν ταῖς πανηγύρεσι *ait: id est, per festos omnes dies lætósque. Nec tamen muto quidquam aut repono. Carpenti formam veram erues ex Numis Agrippinæ: & quî differat à rhedâ, aliquid apud Pausaniam lib.* V. *in descriptione Olympiæ ludorum.*

* Cassiodor. l. VI. in formulâ præf. præt. Symmachus lib. X distinct. XVII.

102. SACRIS DRVIDIBVS.] *Vox reicula vnde irrepserit, meritò quæro. non enim fortuita est, nec à librario temerè inculcata. Galli sanè olim vsi carpentis, scio, sed pugnæ caussâ, non honoris: nec Druides soli, sed vulgus. Suspicari liceat (proinde vt fracti hi libri sunt) scriptum hîc aliquid de Druidibus fuisse. quorum religionem nomenque, quantum in se fuit, Claudius sustulit, Seneca in Menippeâ Claudianâ, & Suetonio teste. Etsi Plinio ad Tiberium id referre visum, lib.* XXX. Tiberij Cæsaris, *inquit,* principatus sustulit Druidas Gallorum, & hoc genus vatum medicorumque. *Sed Tiberium scilicet in vrbe tantùm sustulisse, Claudium in Galliâ ipsâ.*

rum potitus sit,& coniugem & matrem fuisse,[103] vnicum ad hunc diem exemplum est. A
Vitellius maiestatis defertur. Inter quæ præcipuus propugnator eius Vitellius, validissimâ gratiâ,ætate extremâ (adeò
Sed Agrippinæ eum eripit. incertæ sunt potentium res)accusatione corripitur,deferente Iunio Lupo senatore. Is crimina maiestatis,& cupidinẽ imperij obiectabat. Præbuissetque aures Cæsar,nisi Agrippinæ minis magis quàm precibus mutatus esset, vt accusatori aquâ atque igne interdiceret.[104] Hactenus Vitellius voluerat. Multa eo anno prodigia euenere.Infestum diris
Cap.43. *Prodigia Romæ.* auibus Capitolium: crebris terræmotibus prorutæ domus: ac dum latiùs metuitur, trepidatione vulgi,inualidus quisque obtritus. Frugũ quoque egestas,& orta ex eo fames,in
Annonæ penuria. prodigium accipiebatur. Nec occulti tantùm questus;sed iura reddentem Claudium circumuasere clamoribus turbidis, pulsumque in extremam fori partem vrgebant, donec militum globo infestos perrupit.[105] Quindecim dierum alimenta vrbi non ampliùs superfuisse constitit. magnáque deûm benignitate, &[106] modestiâ hiemis, rebus extremis subuentum.[107] At herculè olim ex Italiæ regionibus longinquas in prouincias commeatus portabant. nec nunc infecunditate laboratur, sed Africam potiùs & Ægyptum exer- B
Cap.44. *Motus in Armeniâ.* cemus,nauibusque & casibus vita populi Romani permissa est. Eodem anno bellum inter Armenios Hiberosque exortum, Parthis quoque ac Romanis grauissimorum inter se motuum caussa fuit. Genti Parthorum Vologeses imperitabat, maternâ origine ex pellice Græcâ, concessu fratrum regnum adeptus. Hiberos Pharasmanes vetustâ possessione, Armenios frater eius Mithradates obtinebat opibus nostris. Erat Pharasmani fi-
Rhadamistus regni auidus. lius nomine Rhadamistus, decorâ proceritate, vi corporis insignis, & patrias artes edoctus, claráque inter accolas famâ. Is modicum Hiberiæ regnum senectâ patris detineri ferociùs crebriusque iactabat; quàm vt cupidinem occultaret. Igitur Pharasmanes iu-
In Armeniam mittitur. uenem[108] potentiæ promtæ, & studio popularium accinctum, vergentibus iam annis suis metuens, aliam ad spem trahere, & Armeniam ostentare, pulsis Parthis datam Mithradati à semet memorando: sed vim differendam,& potiorem dolum,quò incautum opprimerent. Ita Rhadamistus simulatâ aduersus patrem discordiâ, tamquam
Patruo dolum struit. nouercæ odiis impar, pergit ad patruum. multaque ab eo comitate in speciem liberûm
Cap.45. cultus,primores Armeniorum ad res nouas illicit,[109] ignaro & ornante insuper Mithradate. Reconciliationis specie assumtâ,regressus ad patrem,[110] quæ fraude confici potuerint promta nuntiat, cetera armis exsequenda. Interim Pharasmanes belli caussas confingit. prælianti sibi aduersus regem Albanorum, & Romanos auxilio vocanti fratrem aduersatum; cámque iniuriam excidio ipsius vltum iturum. Simul magnas copias
Et tandem apertâ vi aggreditur. filio tradidit. Ille irruptione subitâ territum exutumque campis Mithradatem,compulit in Castellum Gorneas, tutum loco ac præsidio militum, quîs Cælius Pollio præfectus, centurio

103. VNICVM AD HVNC DIEM EXEMPLVM EST.] *Inter Romanos dumtaxat. aliâs parum cauta adfirmatio: sicut & illa Pliniana l.* VII. *nisi restringas ad Græcos.* Vna feminarum in omni æuo Lampido Lacedæmonia reperitur,quæ regis filia,regis vxor, regis mater fuit. *Nam apud Aegyptios aliósque Barbaros sunt exempla.*

104. HACTENVS VITELLIVS VOLVERAT.] *Potuisset enim sæuire in mortem eius: sed contentus hâc quasi deportatione fuit.*

105. QVINDECIM DIERVM ALIMENTA.] *Id est, Canon dierum* XV. *Maius autem isto periculum sub Caio; cùm septem aut octo certè dierum cibaria tantùm superfuisse Seneca notat ad Paulinum, capite* XVIII.

106. MODESTIA HIEMIS.] *Ita capio vt dicat modestâ & quietâ, præter solitum, hieme anni, frumentum nautibus subuectum: quod aliâs hieme aduehi, non moris. Vide Suetonium, cap.* XVIII. *Hæc scriptura codicum. alij tamen*, modestiâ vrbis, *alij*, molestiâ hiemis *reponunt. malè, malè.*

107. AT HERCVLE OLIM.] *Querela quæ expressa videri possit ex illâ Varroniana*: Igitur quod nunc intra murum ferè patres familiæ correpserunt, & manus mouere maluerunt in theatro ac Circo quàm in segetibus ac vinetis: frumentum locamus qui nobis aduehant, quî saturi fiamus, ex Africâ & Sardiniâ. *Post bella certè ciuilia, & fusum tantum sanguinis, Italiæ inducta vastitas. Lucani eâ in re sententias operæ sit legere lib.* VII. D

108. POTENTIÆ PROMTÆ.] *Malo*, promptum.

109. IGNARO ET ORNANTE INSVPER MITHRADATE.] *Ita emendaui, nescio an rectè. Distinctione potiùs peccatum est, scribendúmque:* Ignaro & ornante i. Mithradate, reconciliationis specie, *&c. sententiâ continuante.*

110. QVÆ FRAVDE CONFICI.] *Ita emendauimus. Malè vulgò*, quâ fraude confici potuerit, promptè nunciat. *sententia est. parata sibi promptáque, quæ ad fraudem spectent: cetera vim requirere.*

III. T. VI-

A centurio Caſperius præerat. Nihil tam ignarum barbaris, quàm machinámenta & aſtus oppugnationum. At nobis ea pars militiæ maximè gnara eſt. Ita Rhadamiſtus fruſtrà vel cum damno tentatis munitionibus, obſidium incipit. Et cùm vis negligeretur, auaritiam præfecti emercatur; obteſtante Caſperio, ne ſocius rex, ne Armenia donum populi Romani, ſcelere & pecuniâ venderentur. Poſtremò quia multitudinem hoſtium Pollio, iuſſa patris Rhadamiſtus obtendebant; pactus inducias abſcedit: vt niſi Pharaſmanem bello abſterruiſſet, [111] T. Vinidium Quadratum præſidem Syriæ doceret, quo in ſtatu Armeniæ forent. Digreſſu centurionis velut cuſtode exſolutus præfectus, hortari Mithradatem ad ſanciendum fœdus; *coniunctionem fratrum, ac priorem ætate Pharaſmanem, & cetera neceſſitudinum nomina referens, quòd filiam eius in matrimonio haberet, quòd ipſe Rhadamiſto ſocer eßet. Non abnuere pacem Hiberos, quamquam in tempore validiores, & ſatis cognitam Armeniorum perfidiam. nec aliud præſidij quàm caſtellum * commeatu egenum. ne dubitaret armis,* [112] *quàm incruentas conditiones malle.* Contante ad ea Mithradate, B & ſuſpectis præfecti conſiliis quòd pellicem regiam polluerat, inque omnem libidinem venalis habebatur; Caſperius interim ad Pharaſmanem peruadit: vtque Hiberi obſidio decedant, expoſtulat. Ille propalàm incerta, & ſæpiùs molliora reſpondens ſecretis nuntiis monet Rhadamiſtum, oppugnationem quoquo modo accelerare. Augetur flagitij merces, & Pollio occultâ corruptione impellit milites, vt pacem flagitarent, ſeque præſidio abituros minitarentur. Quâ neceſſitate, Mithradates diem locumque fœderi accepit, caſtelloque egreditur. Ac primò Rhadamiſtus in amplexus eius effuſus, ſimulare obſequium, ſocerum ac parentem appellare. Adiicit iuſiurandum, non ferro, non veneno vim allaturum: ſimul in lucum propinquum trahit, [113] prouiſum illic ſacrificium imperatum dictitans, vt diis teſtibus pax firmaretur. Mos eſt regibus quoties in ſocietatem coëant, [114] implicare dextras, polliceſque inter ſe vincire, nodoque præſtringere. Mox vbi ſanguis in artus extremos ſe effuderit, leui ictu cruorem eliciunt, atque inuicem lambunt. Id fœdus arcanum habetur, quaſi mutuo cruore ſacratum. Sed tunc qui C ea vincula admouebat, decidiſſe ſimulans genua Mithradatis inuadit, ipſumque proſternit: ſimulque concurſu pluriũ [115] iniiciuntur catenæ, ac compedes (quod dedecorum

Præfecti Romani perfidia:

Cap. 46.

**Farn.* commeatuum

Et libido.

Qui prodit Mithradatem.

Cap. 47.

Is in vincula datur.

Bar-

111. T. VINIDIVM QVADRATVM.] *Vatic. liber*, Tumidum. *Verum nomen*, Numidium. *Ex Ioſepho libro* XX. *qui vocat diſertè*, Νουμίδιον Κοδράτον τῆς Συρίας ἡγεμονεύοντα. *Sed & Plinius in epiſtolis non vno loco docet gentile nomen Quadratorum Numidium eſſe. Ita lib.* VI. *Numidia Quadratilla nominatur: libro* VII. *Numidius Quadratus adoleſcens.*

112. QVAM INCRVENTAS CONDITIONES.] *Ego*, incruentâ conditione. *At Groſlotius*, τὸ quàm *deletum it.*

113. PROVISVM ILLIC SACRIFICIVM.] D *Superfluit verbum alterum. quid enim refert prouiſum ſacrificium, an imperatum dixeris? Vera, puto, lectio*: prouiſu ſuo illic ſacrif. *ſiue etiam*: prouiſum illic ac ſacrif. paratum. *Video alios explicare vulgatum, Prouiſum ibi ſacrificium, quod imperaſſet: ſed vbi de imperato legitur? niſi intellegit à ſeipſo imperatum.*

114. IMPLICARE DEXTRAS.] *Morem hunc ſanciendæ priuatim publicéque amicitiæ vſitatos eſſe Scythas, Armenios, & in eâ orâ gentes legi. De Scythis Lucianus in Toxari, ſiue de Amicitiâ:* Οὐ γὰρ ἐντέμοντες ἅπαξ τὰς δακτύλους, ἐναλάξωμεν τὸ αἷμα εἰς κύλικα, καὶ τὰ ξίφη ἄκρα βάψαντες, ἅμα ἀμφότεροι ὑπισχόμενοι, πίωμεν, ἢν ἔστιν ὅ, τι μετὰ ταῦθ' ἡμᾶς διαλύσειεν ἄν. *Mela lib.* I. *cap.* II. Ne fœdera quidem incruenta ſunt: ſauciant ſe qui paciſcuntur, exemptumque ſanguinem, vbi permiſcuêre, deguſtant. *De Armeniis Valerius lib.* IX. Sariaſter aduerſus patrem ſuum Tigranem Armeniæ regem ita cum amicis conſenſit, vt omnes dextris manibus ſanguinem mitterent, atque eum inuicem ſorberent. *Et vniuersè Tertullianus Apologetico:* Legite necubi relatum ſit, diffuſum brachiis ſanguinem ex alterutro deguſtatum, nationes quaſdam fœderi comparaſſe. Neſcio quid & ſub Catilinâ deguſtatum eſt. *Atque is mos, patrum etiam ævo, paſſim repertus ab Hiſpanis, apud Barbaros noui orbis. Sed nec Romanis ipſis ignota cruenta potio quæ Aſſiratum iis dicta, quoniam Aſſir, ſanguis, vt aiunt Gloſſæ. Feſtum ita capio:* Aſſiratum apud antiquos dicebatur genus quoddam potionis ex vino & ſanguine temperatum, quòd Latini priſci ſanguinem Aſſir vocarent. *Etſi fortaſſe ea potio olim in ſacris. quod ſuadere videtur Salluſtius.* Fuêre, *inquit*, qui dicerent Catilinam humani corporis ſanguinem vino permixtum in pateris circumtuliſſe. inde cùm poſt exſecrationem omnes deguſtauiſſent, ſicuti in ſollennibus ſacris fieri conſueuit, apperuiſſe conſilium ſuum. *Ait enim conſuetum id in ſollennibus ſacris. Silius videatur innuere, libro* II.

Parte aliâ ſupplex infernis Annibal aris
Arcanum Stygiâ libat cum vate cruorem.

115. INIICIVNTVR CATENÆ, AC COMPEDES.] *Hæſi ipſe olim in his vinctis: vnde facilè me nunc expedio, ſcribóque:* iniiciuntur catenæ: ac com-

Barbaris) trahebatur. Moxque vulgus duro imperio habitum, probra ac verbera intentabat. Et erant contra, qui tantam [116] fortunæ commutationem miserarentur. Secutáque cum paruis liberis coniunx, cuncta lamentatione complebat. Diuersis & contectis vehiculis abduntur, dum Pharasmanis iussa exquirerentur. Illi cupido regni fratre & filiâ potior, animusque sceleribus paratus. visui tamen consuluit, ne coràm interficerentur. A

Denique spiritu exuitur. Et Rhadamistus quasi iurisiurandi memor, non ferrum, non venenum in sororem & patruum expromit, sed proiectos in humum, & veste multâ grauique opertos necat.

Cap. 48. *Romani deliberant de vlciscendo.* Filij quoque Mithradatis, quòd cædibus parentum illacrymauerant, trucidati sunt. At Quadratus cognoscens proditum Mithradatem, & regnum ab interfectoribus obtineri, vocat concilium, docet acta, & an vlcisceretur consultat. Paucis decus publicum curæ: plures tuta differunt. [117] *Omnes scelus externum, cum lætitiâ habendum. Semina etiam odiorum iacienda, vt sæpè Principes Romani eamdem Armeniam specie largitionis, turbandis Barbarorum animis præbuerint. Potiretur Rhadamistus malè partis, dum inuisus, infamis. quando id magis ex vsu, quàm* [118] *si cum gloriâ adeptus foret.* In hanc sententiam itum. Ne tamen B

Sed absistunt. Cap. 49. *Iulius Pelignus conatur aliquid: *ignauiâ* annuisse facinori viderentur, & diuersa Cæsar præciperet; missi ad Pharasmanem nuntij, vt abscederet à finibus Armeniis, filiumque abstraheret. Erat Cappadociæ procurator Iulius Pelignus, * ignaui animi, & deridiculo corporis iuxtà despiciendus. sed Claudio perquàm familiaris, [119] cùm priuatas olim conuersationes curaret, iners otium oblectaret. Is Pelignus auxiliis prouincialium contractis, tamquam recuperaturus Armeniam,

Infeliciter. dum socios magis quàm hostes prædatur, absceſſu suorum, & incursantibus Barbaris,

Et transit ad hostem. præsidij egens, ad Rhadamistum venit, donisque eius euictus, vltrò regium insigne sumere cohortatur: sumentique adest auctor & satelles. Quod vbi turpi famâ diuulgatum; ne ceteri quoque ex Peligno coniectarentur, Heluidius Priscus legatus cum legione mittitur, rebus turbidis pro tempore vt consuleret. Igitur properè montem Taurum transgressus, moderatione plura quàm vi composuerat: cùm redire in Syriam iubetur,

Cap. 50. *Parthi Armeniam inuadunt:* ne initium belli aduersus Parthos exsisteret. Nam Vologeses casum inuadendæ Armeniæ obuenisse ratus, quam à maioribus suis possessam, externus rex flagitio obtineret, contrahit copias, fratremque Tiridatem deducere in regnum parat, ne qua pars domus C

Nec subiiciunt. sine imperio ageret. Incessu Parthorum, sine acie pulsi Hiberi: vrbesque Armeniorum Artaxata & Tigranocerta iugum accepere. Dein atrox hiems, seu parum prouisi commeatus, & orta ex vtroque tabes, perpellunt Vologesen omittere præsentia. vacuámque rursus Armeniam Rhadamistus inuasit, truculentior quàm antea, tamquam aduersus defectores, & in tempore rebellaturos. Atque illi quamuis seruitio sueti, patientiam abrumpunt, armisque regiam circumueniunt.

Cap. 51. *Rhadamistus à suis pellitur.* Nec aliud Rhadamisto subsidium fuit, quàm pernicitas equorum, quîs seque & coniugem abstulit. Sed coniunx grauida, primam vtcumque fugam ob metum hostilem & mariti caritatem tolerauit. post festinatione continuâ, vbi quati vterus, & viscera vibrantur, orare vt morte honestâ contume-

liis

compede, quod dedecorum Barbaris, trahebatur. *Ad morem Romanum Tacitus narrat. Iectæ, inquit, catenæ: imò & oblongâ compede per viam tractus. qui ritus apud Romanos quidem receptus est in custodiâ militari; at apud Barbaros dedecori habetur & ignominiæ summæ. Verissima lectio, sententiáque. Ita Athenion Manium Aquillium (quasi per summam ignominiam) tractum describit ab equite catenam longam habente. quem locum omnino vide transcriptum à me ex Athenæo suprà De custodiâ militari, lib.* III.

116. FORTVNÆ COMMVTATIONEM.] *Malè vulgò*, commotionem.

117. OMNES SCELVS EXTERNVM.] *Sententiæ reddita lux, si scribas*, Omne scelus, *litterâ detractâ; vt sint verba ex oratione censentium.*

118. SI CVM GLORIA ADEPTVS.] *Scribo hæc omnia:* quanto id magis ex vsu, quàm si cum gloriâ adempta forent? *At nunc (vltimus curis) video, explicare Pichenam quod vulgatum est: Magis hoc ex vsu Romano, si cum infamiâ, quàm si cum gloriâ regnum adeptus: quia scilicet incertior futurus, odijsq; magis obnoxius. Non damno.* D

119. CVM PRIVATAS OLIM.] *Deprecor inuidiam: sed profectò hunc locum, siquem alium, propitiis Musis restitui, hoc modo:* Cùm priuatus olim conuersatione scurrarum iners otium oblectaret. *Claudius ante imperium vilis, abiectus, scurris & sordidissimis hominibus conuixit:* è quorum contubernio super veterem segnitiæ notam, ebrietatis quoque & aleæ infamiam subiit, *ait Sueton. cap.* V. *Inter eos hic Pelignus. Libri veteres, quorum vestigia insisti, habent:* cùm priuatis olim conuersationes curaret, iners otium obiectaret. *vnus Vatican.* cursationes, *pro*, conuersationes.

120. AD-

A liis captiuitatis eximeretur. Ille primò amplecti, alleuare, adhortari, modò virtutem admirans, modò timore æger, ne quis relictâ potiretur. Postremò violentiâ amoris, & facinorum non rudis, distringit acinacem, vulneratámque ad ripam Araxis trahit, flumini tradit, ne corpus etiam auferretur. Ipse præceps Hiberos ad patrium regnum peruadit. Interim Zenobiam (id mulieri nomen) placidâ illuuie, spirantem, ac vitæ manifestam, [120] aduertêre pastores; & dignitate formæ haud degenerem reputantes, obligant vulnus, agrestia medicamina adhibent; cognitoque nomine & casu, in vrbem Artaxata ferunt. vnde publicâ curâ deducta ad Tiridatem, comiterque excepta, cultu regio habita est. *Vxorem, vt putat, interfi.it.*

Fausto Syllâ, Saluio Othone Coss. Furius Scribonianus in exsilium agitur, quasi finem Principis per Chaldæos scrutaretur. adnectebatur crimini Iunia mater eius, vt casus prioris (nam relegata erat) impatiens. Pater Scriboniani Camillus arma per Dalmatiam mouerat. Idque ad clementiam trahebat Cæsar, qui stirpem hostilem iterùm conseruaret. Neque tamen exsuli longa posthac vita fuit: morte fortuitâ, an per venenum exstinB ctus esset, vt quisque credidit, vulgauere. De mathematicis Italiâ pellendis factum Senatusconsultum, atrox & irritum. Laudati dehinc oratione Principis, qui ob angustias familiares ordine senatorio sponte cederent, motique qui remanendo impudentiam paupertati adiicerent. Inter quæ, refertur ad patres de pœnâ feminarum, quæ seruis coniungerentur. Statuiturque vt ignaro domino ad id prolapsa, [121] in seruitutem sui consensisset, & qui nati essent, pro libertis haberentur. [122] Pallanti, quem repertorem eius relationis Cap. 52. A. V. C. CCMV. *Furius in exsilium pulsus.* *Item Mathematici.* Cap. 53. *Senatusconsultum super muliebri libidine.*

120. ADVERTERE PASTORES.] *Sic lib.* 11. Octo aquilæ petere siluas visæ aduertêre Imperatorem. *Id verbum eâ notione reddendum Liuio, lib.* 1. *de Metio Curtio in paludem coniecto:* aduerteratque eas res etiam Sabinos tanti periculo viri. *id est, conuerterat illuc animos oculósque Sabinorum. Nam libris omnibus,* auerterat, *scriptum, alio sensu.*

C 121. IN SERVITVTEM SVI CONSENSISSET.] *Non prompta lectio sententiáque huius loci: mihi quidem. Nam aliis omnia liquent. Aiunt non dubiam sententiam esse hanc: mulierem liberam, quæ cum alieno seruo solita sit domino insciente, seruam fieri velut proprio consensu: & natos item ex iis, liberos non haberi. Itaque nunc nuper ecce emendauit vir doctus;* vt ignaro domino ad id prolapsa, in seruitutem, ceu consensisset: & qui nati essent, pro liberis ne haberentur. *Sed mihi, per bonam gratiam, ius sit dissentire. Nego alterum illud membrum, de natis ex eo cœtu in seruitutem habendis, vsquam repperiri in legum libris: aio contra ius esse. Fauor libertatis exposcit, vt nati è libera sint liberi: adeóque superueniens calamitas matris, nocere ei qui in vtero est non debet, vt sufficiat matrem liberam vel medio tempore habuisse. Paullus lib.* 11. *Sentent. tit.* XXIV. *Marcianus l.* V. *De statu*

D *hominum. Quo iure ergo serui isti? Clementius vulgata lectio aiebat,* pro libertis haberentur: *sed non verius. Quomodo enim libertus, qui numquam seruus? Adde quòd manuscriptis vestigium nullum eius membri. verba, inquam, ea,* & qui nati essent, *absunt manuscriptis omnibus, etiam Budensi. Vt mihi quidem Farnesiani codicis scriptura certa sit:* vt ignaro domino ad id prolapsa, in seruitute: si consensisset, pro liberta haberetur. *Optimè. Duplex videlicet eius* Sc^ti *membrum, in eas quæ ignaro, quæq; sciente domino, peccatum id peccassent. Et si quidem ignaro, ait lex: serua esto. sin volente; habetor pro libertâ. Omnino enim propositum legislatori à seruili contubernio abstinere lubricum sexum: & siue sciente siue insscio domino ea mixtio, posuit pœnam. sed ἀναλόγως, & pro gradu noxæ intentiorem, remissiorémque. Sed cui rei, inquies, fuerit pro libertâ? Huic, vt vinculo aliquo teneatur domino serui, ad operas libertorum aliaq; eius ordinis præstanda. Ius item domino in feminæ bonis: & quidquid in veram libertam. Sed rectè,* pro libertâ: *non enim liberta verè. Rettulit hoc ipsum decretum posteà (credo quia abluerat, licentiâ temporum, & inusu) Vespasianus Princeps, de quo Suetonius:* Auctor Senatui fuit decernendi, vt quæ se seruo alieno iunxisset, ancilla haberetur. *ita tamen, vt apud Iurisconsultos nomen manserit consulti Claudiani: non à Claudio Pallante, qui repertor, sed à Claudio Principe qui rettulit. Tertullianus item adspexit, ad vxorem lib.* 11. Nónne insuper censuerunt (*Romani*) seruituti vindicandas, quæ cum alieno seruo, post dominorum denunciationem, in consuetudine perseuerarunt? *Plura ad hanc rem petes, si operæ tibi est, à P. Fabro libro* 1. *Semestr. cap.* XXV. *Reuerâ enim ad asciam factum, quidquid dedolauit ille faber.*

122. PALLANTI PRÆTORIA INSIGNIA.] *De quo inscriptio:*

TI. CLAVDIVS. AVG. L.
PALLAS
HVIC. SENATVS. OB. FIDEM
PIETATEM. QVE. ERGA
PATRONOS. ORNAMENTA
PRÆTORIA. DECREVIT
ET. H-S. CENTIES. QVIN
QVAGIES. CVIVS. HONORE
CONTENTVS. FVIT

Et indignatur iure in hoc facto maior Plinius, libro XXXV. *(ad Pallantem enim ea refero) cap. pænult.* Hoc est insigne vænalitiis gregibus, opprobriumque insolentis fortunæ. quos & nos adeò potiri rerum vidimus, vt prætoria quoque ornamenta decerni à Senatu, iubente Agrippinâ Claudij Cæsaris, viderimus: tantumque non cum laureatis fascibus remitti illò vnde cretatis pedibus aduenissent. *Itémque minor libro* VIII. *epistolarum epistol.* V. *quem vide.*

123. BA-

Adulatio in Pallantem

tionis ediderat Cæsar, prætoria insignia, & centies quinquagies sestertium censuit consul designatus [123] Barea Soranus: additum à Scipione Cornelio, grates publicè agendas, quòd [124] regibus Arcadiæ ortus, veterrimam nobilitatem vsui publico postponeret, seque inter ministros Principis haberi sineret. Assueuerauit Claudius, contentum honore Pallantem, intra priorem paupertatem subsistere. Et [125] fixum est publico Senatusconsultum, quo libertinus sestertij ter millies possessor, antiquæ parcimoniæ laudibus cumulabatur. At non frater eius cognomentum [126] Felix pari moderatione agebat, iampridem Iudææ impositus, & cuncta malefacta sibi impunè ratus, tantâ potentiâ subnixo. Sanè præbuerant Iudæi speciem motus ortâ seditione, postquam [127] cognitâ cæde Caij haut obtemperatum esset. manebat metus, ne quis Principum eadem imperitaret. Atque interim Felix intempestiuis remedijs delicta accendebat, æmulo ad deterrima Ventidio Cumano, cui pars prouinciæ habebatur: ita diuisis, vt huic Galilæorum natio, [128] Felici Samaritæ parerent discordes olim, & tum contemptu regentium minùs coërcitis odijs. Igitur raptare inter se, immittere latronum globos, componere insidias, & aliquando prœliis congredi, spoliaque & prædas ad procuratores referre. Hique primò lætari, mox glisscente pernicie, cùm arma militum interiecissent, cæsi milites. Arsissetque bello prouincia, ni Quadratus Syriæ rector subueniisset. Nec diu aduersus Iudæos, qui in necem militum proruperant, dubitatum, quin capite pœnas luerent: Cumanus & Felix contationem afferebant, quia Claudius caussis rebellionis auditis, ius statuendi etiam de procuratoribus dederat. Sed Quadratus Felicem inter iudices ostentauit, receptum in tribunal, quò studia accusantium deterrerentur. [129] damnatusque flagitiorum, quæ duo deliquerant, Cumanus; & quies prouinciæ reddita. Nec multo pòst agrestium Cilicum nationes, quibus Clitarum cognomentum, sæpè & aliâs commotæ, tunc * Trosobore duce, montes asperos castris cepêre. Atque inde decursu in litora aut vrbes, vim cultoribus ac opidanis, ac plerumq; in mercatores & nauicularios audebant. Obsessaque ciuitas Anemu-

Quadratus componit.

Cap. 54. *Felix Iudææ Præfectus.*

Res ibi turbat. Itémque Ventidius.

Cap. 55. *In Ciliciâ motus.*

** Vat hîc & infrà, Arosoboro*

A B C D

123. BAREA SORANVS.] *Lego in lapide*,
Q. MARCIO. BAREA.
T. RVSTIO. NVMMIO. COSS.
Si de isto; habemus viri celebris gentile nomen.

124. REGIBVS ARCADIÆ ORTVS.] *Vide quæso mancipium hoc togatum. Pallantem ad regum stirpem refert: credo, quia Pallas aliquis Virgilio alijsq; inter Arcadum reges. O opprobrium omnium Scipionum: & dignissime domino Pallante! Nos hunc nequissimum seruum trans mare aduectum inter vænales, ex Plinio scimus: & eumdem Antoniæ matri seruisse, ex Iosepho lib.* XVIII. *qui* Πάλλαντα *appellat* τὸν πιςότατον τῆ δ' ἄλλων αὐτῆς. *Ab eâ ergo ad Claudium peruênit.*

125. FIXVM EST PVBLICO.] *Ita libri scripti: & non abhorret à Cornelianâ phrasi. At vulgò*, ære publico, *legas, non sine additamenti suspicione.*

126. FELIX IAMPRIDEM.] *Non herclè ita pridem, si Iosepho in gentili historiâ credendum. Præpositus enim demum Iudææ est, post damnatum Cumanum. Iosephus lib.* 22. Ἰουδαϊκῆς ἀλώσεως, *cap.* XXII. *clarè:* Μετὰ ταῦτα, *inquit*, Ἰουδαίας μὲν ὁπίτροπον Φήλικα τὸν Πάλλαντος ἀδελφὸν ἐπέμπει τῆς τε Γαλιλαίας καὶ Σαμαρείας καὶ Περαίας. *Vt fortasse hîc rescribendum sit*, Felix haut pridem Iudææ impositus. *Hinc libertum, Claudium Felicem Iosephus, Suidas, Zonaras nominant: at Antonium Felicem Tacitus l.* V. *Histor.* Antonius Felix per omnem sæuitiam ac libidinem, ius regium seruili ingenio exercuit. *Ne te turbet; scies plerosque istos è libertis Antoniæ matris fuisse: eóque binomines, aliâs principis, aliâs patronæ mortuæ nomen tulisse.*

127. COGNITA CEDE CAII. *] *Lacuna hîc & hiatus. quem tamen ab historiâ facilè expleuero. Tangit enim motum illum Iudæorum, qui Caligulâ imperante fuit, ob statuas eius in templo erigi & coli iussas. Tacitus lib.* V. *Histor.* Dein iussi à C. Cæsare effigiem eius in templo locare, arma potiùs sumpsêre. quem motum Cæsaris mors diremit. *Et discerem omnem è Iosepho lib.* II. Ἀλώσεως. *itémque* XX. Ἀρχαιολογίας. *Tangit, adsero, illum motum. argumento claro in his verbis:* Cognitâ cæde Caij. *&* :. manebat metus, nequis principum eadem imperitaret. *Qui aliter medicinam adferunt, aberrant. Sed quid hoc, inquiunt, ad Felicem, qui tanto pòst successit? Nam ille quidem motus Petronio procuratore fuit. Dicam, Repetit rem ab alto Tacitus; & initia recensét motuum secutorum. quos auxit accenditq; infelix iste Felix. Apud Suidam tamen alterius mentio turbæ, cui componendæ Felix electus:* Στασιασάντων (*inquit in voce* Κλαύδιος) τῶν Ἰουδαίων κατὰ Χριστιανῶν, ἄρχοντα ἐπέστησεν αὐτοῖς Κλαύδιον Φήλικα, κελεύσας αὐτῷ πμωρεῖσθαι τούτους.

128. FELICI SAMARITÆ PARERENT.] *Apud Iosephum Felicis adhuc nullæ partes: contráque Cumanus à Samaritis stetisse legetur. Sed tu eum vide, non vnâ in re à nostro dissentientem, lib.* XX. *Antiq. cap.* IV. V.

129. DAMNATVS FLAGITIORVM.] *Apertè magis & distinctè scriptor Iudæus. Negat à Quadrato damnatum Cumanum, sed ipsum cum Celere Tribuno missum ad Cæsarem, qui de re cognosceret statuerétque. Ita Cumano exsilium irrogatum: Celerem remissum Hierosolyma, & vicatim discerptum.*

130. MA-

A Anemurienſis, & miſſi è Syriâ in ſubſidium equites cum præfecto Curtio Seuero turbantur: quòd duri circùm loci, peditibusque ad pugnam idonei, equeſtre prœlium haut patiebantur. Dein rex eius oræ Antiochus, blandimentis aduerſus plebem, fraude in ducem, cùm Barbarorum copias diſſociaſſet; Troſobore pauciſque primoribus interfectis, ceteros clementiâ compoſuit. Sub idem tempus, inter lacum Fucinum amnemque Lirin perrupto monte, quò [130] magnificentia operis à pluribus viſeretur, lacu in ipſo nauale prælium adornatur, vt quondam Auguſtus ſtructo [131] cis Tiberim ſtagno, ſed leuibus nauigiis & minore copiâ ediderat. [132] Claudius triremes quadriremesque & vndeuiginti hominum milia armauit, [133] cincto ratibus ambitu, ne vaga effugia forent: attamen ſpatium amplexus, ad vim remigij, & gubernantium artes, impetusque nauium prœlio ſolitos. in ratibus prætoriarum cohortium manipuli turmæq; adſtiterant, antepoſitis propugnaculis, ex quîs catapultæ baliſtæque tenderentur. Reliqua lacus, [134] claſſiarij tectis nauibus obtinebant. Ripas & colles, ac montium edita in modum theatri, B multitudo innumera compleuit, proximis è municipiis, & alij vrbe ex ipsâ, viſendi cupidine, aut officio in Principem. Ipſe inſigni paludamento, neque procul [135] Agrippina chlamyde auratâ præſedêre. Pugnatum, quamquã inter ſontes, fortium virorum animo: ac poſt multum vulnerum, occidioni exemti ſunt. Sed perfecto ſpectaculo apertum aquarum iter, & incuria operis manifeſta fuit, haut ſatis depreſſi ad lacus ima vel media. Eoque, tempore interiecto, [136] altiùs effoſſi ſpecus; & contrahendæ rurſus multitudini, gladiatorum ſpectaculum editur, inditis pontibus pedeſtrem ad pugnam. Quin & conuiuium effluuio lacus appoſitum magnâ formidine cunctos affecit, quia vis aquarum prorumpens, proxima trahebat, conuulſis vlterioribus, aut fragore & ſonitu exterritis. Simul Agrippina trepidatione Principis vſa, miniſtrum operis Narciſſum incuſat cupidinis, ac prædarũ. Nec ille reticet, impotentiam muliebrem nimiasq; ſpes eius arguens.

Rex Antiochus ſedat. Cap. 56. Naumachia in lacu Fucino. Magnâ pugnantium copi, Itemq; ſpectantium. Cap. 57. Lacus ipſe emiſſus: Parùm fideliter.

[137] D. Iunio, Q. Haterio Coss. ſedecim annos natus Nero Octauiam Cæſaris filiam in matrimonium accepit. Vtque ſtudiis honeſtis, & [138] eloquentiæ gloriâ niteſceret; cauſsâ

Cap. 58. A. V. C. DCCCVI. Nero Octauiam ducit.

C

130. MAGNIFICENTIA OPERIS.] *Quæ ex Euſebij ſiue Hieronymi notâ in Chronico elucebit.* Claudius, *inquit*, circa hæc tempora Fucinum lacum exſiccauit, vndecim annos triginta hominum millibus ſine intermiſſione operantibus.

131. CIS TIBERIM STAGNO.] *De quo Suetonius:* Edidit nauale prœlium, circa Tiberim cauato ſolo, in quo nunc Cæſarum nemus eſt.

132. CLAVDIVS TRIREMES.] *Cenſemus reponi numerum debere, ſcribimusq;*, Claudius centum triremes. *Tot enim fuiſſe, credimus Dioni:* Οἱ δὲ ναυμαχήσαντες, *inquit*, θανάτῳ καταδεδικασμένοι ἦσαν, ᾗ πεντήκοντα ναῦς ἑκάτεροι εἶχον, οἱ μὲν Ῥόδιοι, οἱ δὲ Σικελοὶ ὀνομαζόμενοι. *Si vtrimque naues quinquaginta: in vniuerſum ergo centum. Idemq; numerus in Xiphilino. At ecce Suetonius duodenas dumtaxat nominat.* Hoc ſpectaculo, *ait*, claſſis Sicula & Rhodia concurrerunt duodenarum triremiũ ſingulæ. *Falsò. Omitto Dionem: ſed quomodo hominum illa vis in duodenis vtrimque nauibus? quando vndeuiginti millia pugnaſſe hanc naualem pugnam Tacitus exprimat diſertè. Non ergo abeſt quin ad Dionis reiq; fidem corrigendus Tranquillus ſit*, quinquagenûm triremium.

133. CINCTO RATIBVS AMBITV.] *Quid ſi*, cratibus? *aut* trabibus? *Tale quid ſubſtitueris non inuito Dione, qui lacum muro ligneo circumdatum ſcribit:* τεῖχός τε περὶ τὴν λίμνην ξύλινον κατεσκεύασε, καὶ ἵππεις ἔπηξε. *Eius ergo quaſi Valli tutelæ præpoſitus Prætorij miles.*

134. CLASSIARII TECTIS NAVIBVS.] *Ita reſtitui, pro*, rectis. *Tectæ naues, idoneæ ad pugnam; αἱ τὰ καταστρώματα ἔχουσαι, vti Thucydides appellat.*

135. AGRIPPINA CHLAMYDE AVRATA.] *Dio etiam Neronem adiunxit:* Οἵ δὲ Κλαύδιος, ὅ, τε Νέρων στρατηγὸς ἐσάλπισαν, ἥ τε Ἀγριππῖνα χλαμύδι διαχρύσῳ ἐκοσμεῖτο. *Plinius*: Nos vidimus Agrippinam Claudij principis, edente eo naualis prœlij ſpectaculum, adſidentem ei indutam paludamento, auro textili, ſiue aliâ materiâ.

136. ALTIVS EFFOSSI SPECVS.] *De laborioſo hoc opere vide Plinium libro* XXXVI. *cap.* XV. *Quod ante Claudium tamen conceperat D.* * *Iulius, non inceperat: nec ritè perfecit ipſe Claudius, quoniam manus poſteà admouit & Hadrianus. Spartianus in eius vitâ.*

* Sueton. Iulij cap. XLIV.

D 137 D. IVNIO, Q. HATERIO COSS.] *Non concilio in hac omni narratione Tacitum cum Suetonio. Noſter matrimonium cum Octauiâ, cauſſarum dictiones, ad conſules refert quos poſuit: Suetonius geſto hæc vult toto anno antè, Claudio quintùm & Cornelio Orſito Coss. Nec enim de alio Claudij conſulatu intellexeris illa:* Apud patrem Conſulem pro Bononienſibus Latinè, & pro Rhodiis atque Ilienſibus Græcè verba fecit. Nec multò pòſt duxit vxorem Octauiam. *At inter eum conſulatum, & hunc Taciti annum, interiecti, Fauſtus Sulla, & Saluius Otho. Vter verior, mihi ſanè non liquet.*

138. ELOQVENTIÆ GLORIA NITESCERET.] *Profectò in Groſlotij mei correctionem inclino*, noteſceret.

Cauſſas§ agit.

cauſsâ Ilienſium ſuſceptâ, Romanum Troiâ demiſſum, & Iuliæ ſtirpis auctorem Æneam, aliaque haut procul fabulis vetera facundè exſecutus, [139] impetrat vt Ilienſes omni publico munere ſoluerentur. Eodem oratore Bononienſi Coloniæ igni hauſtæ ſubuentum, centies ſeſtertij largitione. [140] Redditur Rhodiis libertas, ademta ſæpè aut firmata, prout bellis externis meruerant, aut domi ſeditione deliquerant: tributumque Apamienſibus terræmotu conuulſis, in quinquennium remiſſum. At Claudius ſæuiſſima quæque promere adigebatur eiuſdem Agrippinæ artibus, quæ Statilium Taurum opibus illuſtrem hortis eius inhians peruertit, accuſante Tarquitio Priſco. Legatus is Tauri Africam imperio proconſulari regentis, poſtquam reuenerant, pauca repetundarum crimina, ceterùm magicas ſuperſtitiones obiectabat. Nec ille diutiùs falſum accuſatorem indignâ ſorte perpeſſus, vim vitæ ſuæ attulit, ante ſententiam ſenatus. Tarquitius tamen curiâ exactus eſt. quod Patres odio delatoris, contra ambitum Agrippinæ peruicere. Eodem anno ſæpiùs audita voxPrincipis, parem vim rerum habendam [141] à procuratoribus ſuis iudicatarum, ac ſi ipſe ſtatuiſſet. Ac ne fortuitò prolapſus videretur, Senatus quoque conſulto cautum pleniùs quàm anteà & vberiùs. Nam diuus Auguſtus apud equeſtres qui Ægypto præſiderent lege agi, decretaque eorum proinde haberi iuſſerat, ac ſi magiſtratus Romani conſtituiſſent: mox alias per prouincias, & [142] in vrbe pleraque conceſſa ſunt, quæ olim à prætoribus noſcebantur. Claudius omne ius tradidit, de quo toties ſeditione aut armis certatum, cùm Sempronii rogationibus equeſter ordo

Cap. 59. *Statilius Taurus damnatur.*

Cap. 60. *Procuratorum poteſtas aucta.*

Origo eius potentiæ.

A

B

139. IMPETRAT VT ILIENSES.] *Liber vet.* perpetrat, *rectè. Sed quid? non iam antè immunes Ilienſes? immunes pridem. Primus Alexander, poſt pugnam ad Granicum amnem,* ἐλεύθερον καὶ ἄφορον *eam vrbem pronuntiauit, ait Strabo in* XIII. *Certamen deinde Romanis, in honeſtandâ vrbe; vt credebant, parente. In fœdere quod cum Antiocho, immunitas Ilienſibus data, & Rhœteum ac Gergithum conceſſa: vt auctor eſt Liuius lib.* XXXVIII. *Epiſtola deinde Græca Senatus populiq; Romani ad Seleucum regem miſſa (Suetonij verba ſunt, Claudij cap.* XXV.) amicitiam & ſocietatem ita demum pollicentis, ſi conſanguineos ſuos Ilienſes ab omni onere immunes præſtitiſſet. *Sulla etiam, Aſiam conſtituens, eoſdem* ἐλευθέρους ἠφίει καὶ Ῥωμαίων ἀνέγεσθαι φίλους: Liberos dimiſit, & ſocios amicosque Romanorum ſcripſit, *ait Appianus. An hoc mutatum poſteà (& ſæpè ſolet) neſcio: Iulius quidem Cæſar iterum & agrum, & libertatem dedit, & immunitatem: nec imminuit Tiberius aut Auguſtus. Strabo:* Καῖσαρ ὁ θεὸς χώραν τε προσένειμεν αὐτοῖς, καὶ τὴν ἐλευθερίαν, καὶ τὴν ἀτελειτουργησίαν αὐτοῖς συνεφύλαξε. καὶ μεχρὶ νῦν συμβαίνουσιν ἐν τούτοις. *Quis ergo ea abſtulit, vt opus fuerit ſiue reddi à Claudio, ſeu firmari? An Caligula? nihil lectum. Credo equidem, nemo: ſed vel Claudius adiecit aliquid ad immunitatem olim datam, effecitq; vt pleniſſimâ vterentur, (atque ideò Tacitus ſcripſerit,* vt omni publico munere ſoluerentur, *quaſi anteà non omni:) aut conceſſâ, ſed publicanorum improbitate motâ, ſanxit in perpetuum ſtabiliuitq;. Suetonius:* Ilienſibus quaſi Romanæ gentis auctoribus tributa in perpetuum remiſit. *Calliſtratus, De excuſat.* Ilienſibus & propter inclytam nobilitatem ciuitatis, & propter coniunctionem originis Romanæ, iam antiquitus & Senatuſconſultis & principum conſtitutionibus pleniſſima immunitas tributa eſt, vt etiam tutelæ excuſationem habeant.

140. REDDITVR RHODIIS LIBERTAS.] *Ademptа nuper ab ipſo Claudio, propter ciues quoſdam Romanos in crucem actos, vt notat Dio. Sed reſtituta, orante Nerone. cuius honori iure Epigramma illud adſero, quod nomine Antiphili legitur primo Anthologiæ,* εἰς νήσους. *Nec enim aliò ſpectat, quàm ad hoc factum.*

Ὡς πάρος ἀέλιε, νῦν Καίσαρος ἡ Ῥόδος εἶμι
Νᾶσος, ἴσον δ' ἀνέχω φέγγος ἀπ' ἀμφοτέρων.
Ἤδη σε γνυμνὸν μὲν, νέα κατεφώτισεν ἀκτίς
Ἄλιε, καὶ σὸν φέγγος ἔλαμψε Νέρων.
Πῶς εἴπω; τίνι μᾶλλον ὀφείλομαι; ὅς μοι ἔδειξεν
Ἐξ ἁλὸς, ὅς δ' ἤδη ῥύσατο δυομένου.

C

Argutum Epigramma. & comparat Neronem eccecum Sole. quia vt ille Rhodum retexit radiis fecitq; oriri; ſic iſte preſſam & occidentem reſtituit, reduxitq; in lucem.

D

141. A PROCVRATORIBVS SVIS IVDICATARVM.] *Defunguntur vulgò leuiter interpretatione huius loci, & alterius Suetoniani paris:* Vt rata eſſent quę Procuratores ſui in iudicando ſtatuerēt, à Senatu precariò exegit. *Referunt enim ad Procuratores rei familiaris in prouinciis: quibus datum nunc ius volunt cognoſcendi ſtatuendiq; inter priuatos & fiſcum, in re pecuniariâ quidem: non enim criminum. argumento l.* II. *C. Si aduerſ. fiſ. l.* VIII. §. *Tranſactiones. De tranſact. l.* I. *C. De iuriſd. omn. iudic. Itaque non aliud Tacitum tam longâ & querulâ oratione indignari, quàm iuriſdictionem Procuratoribus mandatam in re & cauſsâ fiſcali pecuniariâ: eorumq; decreta firma à Claudio habita & rata. Sed mihi profectò, &, credo, Tacito alia mens eſt. cui lucem dare conamur in* EXCVRS B.

142. IN VRBE PLERAQVE CONCESSA.] *In vrbe Equitibus Romanis latè datum ius. vti ab Auguſto Mæcenati in Præfecturâ vrbis, vti Præfecto Prætorio ſemper: quia is ex Equite ad tempora Veſpaſiani. Sed & Procuratoribus Cæſaris in vrbe aliquod ius, extra res fiſci. Vlpianus:* Frequens eſt etiam legis Fabiæ cognitio in tribunalibus Præſidum: quamquam quidam Procuratores Cæſaris vſurpauerint, quàm Romæ tam in prouinciis.

143. SER-

A ordo in possessione iudiciorum locaretur, aut rursum [143] Seruiliæ leges senatui iudicia redderent. Mariusque & Sylla olim de eo vel præcipuè bellarunt. Sed tunc Ordinum diuersa studia: & qui vicerant, publicè valebant. C. Oppius & Cornelius Balbus primi Cæsaris opibus potuere conditiones pacis & arbitria belli tractare. [144] Matios posthac & Vedios, & cetera equitum Romanorum prævalida nomina, referre nihil attinuerit; cùm Claudius [145] libertos, quos rei familiari præfecerat, sibique & legibus adæquauerit.

Rettulit dein de immunitate Cois tribuendâ. Multaque super antiquitate eorum memorauit: [146] Argiuos vel cum Latonæ parente, vetustissimos insulæ cultores: mox aduentu Æsculapij artem medendi illatam, maximeque inter posteros eius celebrem fuisse, nomina singulorum referens, & quibus quisque ætatibus viguissent. Quin etiam dixit Xenophontem, cuius scientiâ ipse vteretur, eâdem familiâ ortum: precibusque eius dandum, vt omni tributo vacui in posterum Coi, sacram & tantùm dei ministram insulam colerent. neque dubium habetur, multa eorumdem in Pop. Rom. merita, sociaque ie B victorias potuisse tradi. Sed Claudius facilitate solitâ, quod vni concesserat, nullis extrinsecus adiumentis velauit. At Byzantij, datâ dicendi copiâ, cùm magnitudinem onerum apud senatum deprecarentur, cuncta repetiuere; orsi à fœdere quod nobiscum iecerant, quâ tempestate bellauimus aduersus regem Macedonum, cui vt degeneri, Pseudophilippi vocabulum impositum. [147] Missas posthac copias in Antiochum, Persen, Aristonicum, & piratico bello [148] adiutum Antonium. memorabantque quæ Sullæ, aut Lucullo, aut Pompeio obtulissent. Mox recentia in Cæsaris merita. quando ea loca insiderent, quæ transmeantibus terrâ marique ducibus, exercitibusque, simul vehendo commeatu opportuna forent. Namque artissimo inter Europam Asiamque diuortio, Byzantium in extremâ Europâ [149] posuere Græci. quibus Pythium Apollinem consulentibus vbi conderent vrbem, redditum oraculum est: *quærerent sedem, cæcorum terris aduer-*

Cap. 61. *Cois immunitas data.*

Cap. 62. *Byzantij seruari tributis postulant.*

Cap. 63. *Situs opportunitas eius oppidi:*

C 143. SERVILIÆ LEGES.] *Plures eo nomine: sed vna Iudiciaria, quam tulit Q. Seruilius Cæpio Consul. de quâ Cicero sæpiùs, & Asconius.*

144. MATIOS POSTHAC ET VEDIOS.] *Vedium intellegit Pollionem, & C. siue Cn. Matium. Etsi libri hîc omnes ineptè*, Macchyos, *vel*, Matthios. *C. Matij, qui inter amicos Iulij Cæsaris, mentio Suetonij cap.* LII. Quæ scire C. Matium, C. Oppium reliquosque Cæsaris amicos. *item Ciceroni ad Trebatium:* Quòd in C. Matij suauissimi doctissimique hominis familiaritatem venisti. *Et quia Cicero elogio doctissimi ornat, censui olim eumdem esse cum illo qui Mimiambos & Iliada scripsit, quem Agellius Macrobiusq; laudant, vt hominem impensè doctum. Sed tamen cum Cnæi prænomine: vti & apud Plinium Cn. Matius legitur inter amicos Augusti, lib.* XII. Cn. Matius ex equestri ordine D diui Augusti amicus. *Qui fortasse alius ab illo primo, & de quo hîc sermo. In lapide quodam geminatâ litterâ sculptum legi* P. MATTIVS. CHARITON.

145. LIBERTOS, QVOS REI FAMILIARI.] *Iuuare videtur eos qui Claudianum scitum ad Rationales tantùm referunt. Frustrà. Procuratores enim omnes primò rei familiari siue fisco præfecti, sed imago imperij quibusdam adiuncta.*

146. ARGIVOS VEL CVM LATONÆ PARENTE.] *Certissima emendatio est & elegantis ingenij clara index, quam à Iosiâ Mercero accepi:* Argiuos vel Cœum Latonæ parentem. *Pater enim eius dea* Κοῖος *vel* Κεῖος. *Hesiodus:*

Φοίβη δ' αὖ Κοίῳ πολυήρατον ἤλθεν ἐς εὐνὴν,
Κυσαμένη δ' ἔπειτα θεὰ θεῷ ἐν φιλότητι
Λητὼ κυανόπεπλον ἐγείνατο.

Et ab eo nomen ipsi insulæ datum. Huic ipsi rei Gryphus in Athenæi X. *ex veteri carmine:*

— μήτηρ δ' ἔστιν ἀριθμοῖο θαῖς: numeri mihi filia mater. Significatur Latona, *inquit Athenæus*, Cœi filia: *quia* Macedones Numerum, Cœum agnominant. *At de Xenophonte quod additur, est ille medicus, cuius Diogeni Laërtio mentio in fine Xenophontis Socratici:* Τέλος, ἰατρὸς Κῷος.

147. MISSAS POSTHAC COPIAS.] *Quid* posthac? *ergo Antiochus & Perses post Pseudophilippum? minimè, tempore hi anteëunt: sed scilicet Byzantij primùm, vt validius, fœdus memorant, quod tempore Pseudophilippi coïit: tum addunt de Auxiliis variæ latis. Itaque* posthac, *non tempus rei gestæ, sed dictæ notat. Malim tamen*, post hæc, *eo sensu.*

148. ADIVTVM ANTONIVM.] *Capio non de celebri notoq; Antonio, qui Triumuir: sed de M. Antonio, qui curator oræ maritimæ cum infinito imperio, sub initia Piratici belli, de quo illud Sallustij innotuit,* M. Antonius perdundæ pecuniæ genitus, vacuusque à curis nisi instantibus. *Vide Ciceronem, & Asconium, in Verrem.*

149. POSVERE GRÆCI.] *Pleraque Historia Spartanis adscribit conditam hanc nobilem vrbem, & fatalem imperiorum sedem. Iustinus & Isidorus à Pausaniâ rege; Claudianus à Byzante quodam non obscurè exstructam vult: in Eutropium lib.* II.

——hoc Byzas Constantinusque videbunt?

In Ioanne Sarisberiensi de nugis Curialium (in quo centone multos pannos purpuræ agnosco, & fragmenta æui melioris) lego: Chilon Lacedæmonius iungendæ societatis causâ missus Corinthum, duces & seniores populi ludentes inuênit in aleâ. Infecto

aduersam. Eâ ambage Chalcedonij monstrabantur, quòd priores illuc aduecti, [150] prævisâ locorum vtilitate, peiora legissent. Quippe Byzantium fertili solo, fecundoque mari. quia [151] vis piscium in Pontum erumpens, & [152] obliquis subter vndas saxis exterrita, omisso alterius litoris flexu, hos ad portus defertur. Vnde primò quæstuosi & opulenti; pòst magnitudine onerum vrgente, finem aut modum orabant, annitente Principe, qui [153] Thracio Bosphoranoque bello recèns fessos iuuandosque rettulit. Ira tributa in quinquennium remissa. M. Asinio, M. Acilio Coss. mutationem rerum in deterius portendi, cognitum est crebris prodigiis. Signa enim ac tentoria militum igne cæleſti arsere. Fastigio Capitolij [154] examen apum insedit. Biformes hominum partus. Et suis

Cap. 64. A. V. C. DCCCVII. *Prodigia multa Claudiana necis.*

A

itaque negotio reuersus est, dicens se nolle gloriam Spartanorum, quorum virtus constructo Byzantio clarescebat, hac maculare infamiâ, vt dicerentur cum aleatoribus contraxisse societatem. *At alij non conditam à Pausaniâ, sed saltem expugnatam tradiderunt; inter quos Aemilius Probus: Ammiano verò est* Atticorum colonia *lib.* XXII.

150. PRÆVISA LOCORVM VTILITATE.] *Ad sententiam fortassè aptiùs,* parum visâ locorum vtilitate. *Ideò enim cæci, oraculo dicti. Apud Strabonem denarrata tota res, lib.* VII. Τὸν Ἀπόλλω, *inquit,* φασὶ τοῖς κτίσασι τὸ Βυζάντιον ὕστερον, μετὰ τὴν ὑπὸ Μεγαρέων Χαλκηδόνος κτίσιν, χρησηριαζομένοις, πρόξενον ποιήσασθαι τὴν ἵδρυσιν ἀπέναντι τῆς τυφλῶν. τυφλὸς καλήσαντα τὸν Χαλκηδονίους, ὅτι πρότερον πλεύσαντας εἰς τὸν τόπους ἀφέντες τὴν πέραν καταχεῖν, τοσοῦτον πλοῦν ἔχουσαν, εἵλοντο τὴν λυπροτέραν. *Habes eadem in Herodoto, libro* IV. *nisi quòd illic dictum hoc & scomma in Chalcedonios Megabyzo Satrapæ tribuit. Septemdecim autem annis conditam Chalcedona ante Byzantium, ibidem etiam traditum.*

151. VIS PISCIVM IN PONTVM.] *Falsa lectio: damnata ab historiâ, & à libris. Nam libri omnes,* vis piscium in Metapontum erumpens. *Ex quîs verè corriges,* vis piscium innumera Pontum erumpens. *Ita scilicet res est: copia ista piscium (Pelamydes sunt) non intrantes è mari Aegæo Pontum, vt vulgata lectio suadet, sed exeuntes erumpentesq; capiuntur. Fœtura enim eorum in paludibus Mæotidis est; atque inde adulti, grege facto, Pontum Propontidemq; intrant. atque ibi captura. Strabo clarè lib.* VII. *super hac ipsâ re atque pisce:* Γεννᾶται ὡς τὸ ζῷον, *(Pelamydem intellegit)* ἐν τοῖς ἕλεσι τῆς Μαιώτιδος. ἰχύσαν δὲ μικρὸν, ἐκπίπτει διὰ τὸ στόματος ἀγεληδόν, καὶ φέρεται πρὸς τὴν Ἀσιανὴν πίονα μεχρὶ Τραπεζοῦντος καὶ Φαρνακίας. *Et pòst pauca addit:* Ἐπειδὰν δὲ ἥδη σωφλὴ ταῖς Κυανέαις, καὶ πρὸς ἀλλάξη ταύτας, ἐκ τῆς Χαλκηδονιακῆς ἀκτῆς λοξὴ τις φέρεται φερομένοις φοβεῖ τὸ ζῷον, ὡς τ' εὐθὺς ὀπισθοχωρίαν ἔχειν δοκεῖ. πρὸς ἀλλαβὼν δὲ ὁ ἐνταῦθα ῥοῦς ἅμα καὶ τῆς τόπων εὐφυῶν ὄντων πρὸς τὸ τὴν ἐκεῖ ῥοὴν τῆς θαλάττης, ὅτι τὸ Βυζάντιον καὶ τὸ πρὸς ἀυτὸ κέρας τετραφθαι φυσικῶς, σωρεύεται δεῦρο, καὶ παρέχει τοῖς Βυζαντίοις καὶ τῷ δήμῳ τῆς Ῥωμαίων πρόσοδον ἀξιόλογον. *Eademq; ex Aristotele colliges libro* VIII. *De Historiâ animalium, cap.* XIII. *Pliniani codicis mendam non sileo in hac narratione lib.* IX. *cap.* XV. Est in Euripo, *ait,* Thracij Bospori, in ipsis Europam Asiamque separantis freti angustiis, saxum miri candoris, à vado ad summa perlucens, iuxta Chalcedonem in latere Asiæ. Huius adspectu repentè territi, semper aduersum Byzantij promontorium, ex eâ causâ appellatum Chrysoceras, præcipiti petunt agmine. Itaque omnis eaptura Byzantij est; magnâ Chalcedonis penuriâ. B Opperiuntur autem Aquilonis flatum; vt secundo fluctu exeant è Ponto: nec nisi intrantes Pontum Byzantij capiuntur. *Quid? non capiuntur nisi intrantes Pontum? contrà antè dixit, capi exeuntes è Ponto, non intrantes. quod verissimum est. Itaque alij vice Ponti,* Propontidem *substituunt: Pincianus totum locum rescribit confidentiùs,* nec nisi infantes tunc Byzantij capiuntur. *Fortassè verius, simplicius certè,* intrantes portum Byzantij, *vt ad ipsum oppidum, & in portu fuerit ea captura. Nam cornu illud, ad quod deferebantur, fuit* πρόσεχὲς τῷ Βυζαντίῳ τείχει, *vt Strabo ait: imò, vt Plinius, in ipso illo promontorio, quod Cornu vocant, Byzantium vrbs. Atque ibi in multos sinus scissum, tamquam ramos* (εἰς ὃς ἐμπίπτουσα ἡ πλημμὺς ἀλίσκε)) *faciebat vrbi illi portum. Strabonem vide.* C

ADD. *Ad correctionem nostram, & exitum piscium è Ponto, facit valdè Sallustij locus, apud Seruium lib.* IV. *& Iuuenalis interpretem Sat.* IV. Quâ tempestate vis piscium Ponto erumpit. *Tamen, ne callidè dissimulem, vulgatam lectionem D. Ambrosius affirmare videtur, Hexaëm. libro* V. *capite* X. Pisces, *inquit,* ex plurimis locis, à diuerso sinu maris, innumeri, velut communi consilio conuenientes, coniuncto agmine flatus Aquilonis petunt; & ad illud Septemtrionalium mare partium quadam naturæ lege contendunt. Dicas, si ascendentes videas, rheuma quoddam esse. ita proruunt, fluctusque intersecant; per Propontidem in Euxinum Pontum violento impetu profluentes. *Sed mox addit, ingruente hieme, & postquàm ibi fœtificauerint,* immenso agmine regredi. *Vide locum: & vtramuis lectionem defendi posse, tu defendes.* D

152. OBLIQVIS SVBTER VNDAS.] *Quærunt, quæ hæc* saxa obliqua? *Ego dicam. è littore Chalcedonis saxa à latere se ostendunt, & velut ex transuerso (Straboni scriptum) atque ea igitur fugiunt. At Franciscus Medices, quia Strabo idem & Plinius* candidum saxum *id dicunt, vellet hîc legi,* albis, *vel* albidis, *pro voce,* obliquis. *Vellem & ego hominis caussâ. quis enim Musicus Medices non amet? sed non possum hanc per audacem coniecturam.*

153. THRACIO BOSPHORANOQVE BELLO.] *Thracium bellum intellegit, quod cum Thracibus montanis gestum, duce Poppæo Sabino; Bosphoranum, quod cum rege Mithridate. De illo, noster lib.* IV. *de hoc suprà, isto ipso libro.*

154. EXAMEN APVM.] *Quod semper inter portenta:*

A ſuis fetus editus, cui accipitrum vngues erant. Numerabatur inter oſtenta, diminutus omnium magiſtratuum numerus, quæſtore, ædili, tribuno, ac prætore, & conſule, paucos intra menſes defunctis. Sed in præcipuo pauore Agrippina vocem Claudij, quam temulentus iecerat, fatale ſibi, vt coniugum flagitia ferret, dein puniret, metuens, agere & celerare ſtatuit, [155] perditâ priùs Domitiâ leuibus & muliebribus cauſſis: quia Lepida [156] minore Antoniâ genita, auunculo Auguſto, [157] Agrippinæ ſobrinâ prior, ac Gnei mariti eius ſoror, parem ſibi claritudinem credebat. nec forma, ætas, opes multum diſtabant. & vtraque [158] impudica, infamis, vinolenta, haut minùs vitiis æmulabantur quàm ſi qua ex fortunâ proſpera acceperant. Enimuerò certamen acerrimum, amita potiùs an mater apud Neronem præualeret. Nam Lepida blandimentis & largitionibus iuuenilem animum deuinciebat; truci contrà ac minaci Agrippinâ, quæ filio dare imperium, tolerare imperitantem nequibat. Ceterùm obiecta ſunt [159] quòd coniugium Principis deuotionibus petiuiſſet, quodque parum coërcitis per Calabriam ſeruorum B agminibus pacem Italiæ turbaret. Ob hæc mors indicta, multum aduerſante Narciſſo, qui Agrippinam magis magiſque ſuſpectans, promſiſſe inter proximos ferebatur, *certam ſibi perniciem, ſeu Britannicus rerum, ſeu Nero potiretur. Verùm ita de ſe meritum Cæſarem, vt vitam vſui eius impenderet. Conuictam Meſſallinam & Silium.* [160] *Pares iterùm accuſandi cauſſas eſſe, ſi Nero imperitaret. Britannico ſucceſſore, nullum Principi meritum, ac nouercæ inſidiis domum omnem conuelli, maiore flagitio, quàm ſi impudicitiam prioris coniugis reticuiſſet. quamquam ne impudicitiam quidem nunc abeſſe, Pallante adultero. ne quis ambigat, decus, pudorem, corpus, cuncta regno viliora habere.* Hæc atque talia dictitans, amplecti Britannicum, robur ætatis quàm maturrimum precari: modò ad deos, modò ad ipſum tendere manus, adoleſceret, patris inimicos depelleret: matris etiam interfectores vlciſceretur. In tantâ mole curarum, Claudius valetudine aduersâ corripitur, refouendiſque viribus mollitie cæli & ſalubritate aquarum, [161] Sinueſſam pergit. Tum Agrippina ſceleris C olim certa, & oblatæ occaſionis propera, nec miniſtrorum egens, de genere veneni conſultauit: ne repentino & præcipiti facinus proderetur; ſi lentum & tabidum dilegiſſet, ne ad-

Agrippina in Lepidam æmulatio.

Vtriuſque mores.

Cap. 65.

Hæc accuſata: Et ad mortem acta.

Narciſſi libera voces.

Qui Britannico fidus.

Cap. 66.

Claudius ægrotat.

portenta: cùm viſum loco inſolenti. Silium Italicum emendari velim libro VIII. *de prodigiis quæ ante pugnam Cannenſem:*

Obſeditque frequens caſtrorum limina bubo:
Nec denſæ trepidis abſunt ſe inuoluere nubes
Ceſſaruntque aquilis: non vnus crine coruſco
Regnorum euerſor rubuit lethale cometes.

ſcribiq:

Nec denſæ trepidis apium ſe inuoluere nubes
Ceſſarunt aquilis. *Nubes apium, examina vocat, quæ inſederunt ſigna. Quod ſequitur,* Suis fetus editus, *libris omnibus erat,* fetum editum: *& fortaſſe nominandi caſu ſic dixerint etiam antiqui.*

D 155. PERDITA PRIVS DOMITIA.] *Nemo tam inconſpectus in legendo, qui vitium non videat malè hærentis & incoibilis orationis. Domitia, inquit, perdita eſt: & ſubdit quaſi de aliâ, quia inter Lepidam & Agrippinam æmulatio exercebatur. Corrige verò, & reduc aberrantem vocem:* perditâ priùs Domitiâ Lepidâ leuibus & muliebribus cauſſis: quia minore Antoniâ genita. *Scilicet Cn. Domitio duas fuiſſe filias, quarum vtraque Domitia gentis nomine dicta: ſed minor, de quâ hîc, diſcriminandi cauſſâ, cum Lepidæ cognomine. Ea nunc ad mortem adacta. Suetonius Nerone, cap.* VII. Amitam Lepidam ream teſtimonio coràm adflixit, gratificans matri à quâ rea premebatur. *At Domitia altera ſuperuixit, & mentio eius lib.* XIII. *eſtq; veneno ſublata à Nerone, paullò poſt mortem matris. Vide Suetonium Ner. cap.* XXXIV. *& Xiphilinum.*

156. MINORE ANTONIA GENITA.] *Culpant me, quòd non ſcripſerim,* maiore. *Non me, ſed Tacitum. Ita enim iterùm ſenſit ſcripſitq; noſter lib.* IV. *Annal.* Cn. Domitius electus, cui minor Antonia Octauiâ genita in matrimonium daretur. *At enim Suetonius & Plutarchus aliter. Quid ergo? nouum eſt, vt diſſenſus aliquis ſcriptorum ſit? Et tamen Plutarchus clarè id non dicit: clarè Suetonius, fateor, plus vno loco. ſed cur arbiter ego inter eos ſim? Soluo me iudicatu iſto; & bono veteriq; ritu, iuro mihi non liquere.*

157. AGRIPPINÆ SOBRINA PRIOR.] *Siue quod Iuriſconſulti ſuggerunt,* ſobrinâ propior: *etſi eadem vis alteri illi voculæ. Lepida autem Germanico patri Agrippinæ, conſobrina fuit. Filiæ ergo Germanici, Lepida ſobrinâ propior. Res ſatis clara ex Stemmate noſtro Auguſti.*

158. IMPVDICA, INFAMIS, VINOLENTA.] *Malim,* violenta: *vt ſuperba & commota animo vtraque fuerit. De vini notâ nihil legi.*

159. QVÒD CONIVGIVM PRINCIPIS.] *Id eſt, coniugem. Nam vt Claudij coniugium ipſa ambierit, non lectum. Abuſa ergo vetitis artibus ad perniciem Agrippinæ. Sic Seruitium pro ſeruo, & matrimonium pro matrona * alibi notaui, & Clientelas pro clientibus in Tacito.*

160. PARES ITERVM ACCVSANDI.] *Ita hæc diſtinguenda ſunt: etſi ſuſpecta mendi.*

161. SINVESSAM PERGIT.] *Sinueſſanæ aquæ lib.* I. *Hiſtor. & Plinio lib.* XXXI. *commendatæ, ob vim quamdam ſalubrem.*

* In Liuio lib. x. *Et conuocatis plebeis matrimoniis, conqueſta de inuriâ patriciarum,* &c.

ne admotus ſupremis Claudius, & dolo intellecto, ad amorem filij rediret. Exquiſitum A
aliquid placebat, quod turbaret mentem, & mortem differret. Diligitur artifex talium,
vocabulo Locuſta, nuper veneficij damnata, & diu inter inſtrumenta regni habita. Eius
mulieris ingenio paratum virus, cuius miniſter è ſpadonibus fuit Halotus, [162] inferre
Cap. 67. epulas, & explorare guſtu ſolitus. Adeoque cuncta mox pernotuere, vt temporum illo-
Boleto eum ſanat Agrippina. rum ſcriptores prodiderint, infuſum delectabili cibo boletorum venenum; nec vim me-
dicaminis ſtatim intellectam, ſecordiáne Claudij an vinolentiâ. ſimul ſoluta aluus ſub-
ueniſſe videbatur. Igitur exterrita Agrippina, & quando vltima timebantur, ſpretâ præ-
ſentium inuidiâ, prouiſam iam ſibi Xenophontis medici conſcientiam adhibet. Ille
tamquam niſus euomentis adiuuaret, pinnam rapido veneno illitam faucibus eius de-
miſiſſe creditur: haut ignarus ſumma ſcelera incipi cum periculo, peragi cum præmio.

Cap. 68. Vocabatur interim ſenatus, votaque pro incolumitate Principis conſules & ſacerdotes
Mors celatur. nuncupabant, cùm iam exanimis veſtibus & fomentis obtegeretur, dum res firmando
Neronis imperio componuntur. Iam primùm Agrippina, velut dolore victa & ſolatia B
conquirens, tenere amplexu Britannicum, veram paterni oris effigiem appellare, ac va-
riis artibus demorari, ne cubiculo egrederetur. Antoniam quoque & Octauiam ſorores
eius attinuit, & cunctos aditus cuſtodiis clauſerat; crebroque vulgabat, ire in melius va-
letudinem Principis, quo miles bonâ in ſpe ageret, tempuſque proſperum ex monitis
Cap. 69. Chaldæorum * attentaret. Tunc medio diei, tertio ante idus Octob. foribus palatij re-
** Quidam ſcripti, adquentaret.* pentè deductis, comitante Burrho Nero egreditur ad cohortem, quæ more militiæ ex-
Imperium Neroni traditur. cubiis adeſt. ibi monente Præfecto, feſtis vocibus exceptus, inditur lecticæ. Dubitauiſſe
quoſdam ferunt reſpectantes, rogitanteſque vbi Britannicus eſſet? mox nullo in diuer-
ſum auctore, quæ offerebantur ſecuti ſunt. Illatuſque caſtris Nero, & congruentia tem-
pori præfatus, promiſſo donatiuo, [163] ad exemplum paternæ largitionis, Imperator
conſalutatur. Sententiam militum ſecuta Patrum conſulta. nec dubitatum eſt apud pro-
Claudio funus, & conſecratio. uincias. Cæleſteſque honores Claudio decernuntur, & funeris ſollenne perinde ac diuo
Auguſto celebratur: æmulante Agrippinâ proauiæ Liuiæ magnificentiam. Teſtamen- C
tum tamen haut recitatum, ne antepoſitus filio priuignus, iniuriâ & inuidiâ animos
vulgi turbaret.

162. INFERRE EPVLAS, ET EXPLORARE] *Sic lib.* XIII. Quia cibos potuſque eius dilectus ex miniſtris explorabat. *Cui id munus, is paſſim in lapidibus dicitur, Prægustator: in quodam etiam,* A. POTIONE. *Athenæus lib.* IV. Οὓν νῦν καλοῦσιν οἱ Ῥωμαῖοι προγεύστην, τότε οἱ Ἕλληνες προτένθην ὠνόμαζον. *Mos qui liberâ rep. ignotus Romanis: quem tamen cœpiſſe coniicio ab Auguſto, non vano argumento lapidis qui Romæ:*

GENIO
CÆLI. HERODIAN.
PRÆGVSTATOR
DIVI AVGVSTI
IDEM. POSTEA. VILLICVS. IN
HORTIS SALLVSTIANIS
DECESSIT. NONIS. AVGVSTIS
M. COCCEIO. NERVA
C. VIBIO. RVFINO COSS.

Tenuitq́, Tiberius, de quo lego: TI. CLAVDIVS. FLAMMA. CLAVSVS. TI. AVG. PRÆGVSTATOR. *& deinceps alij. Traductum morem opinor à Perſis maximè, de quibus Xenophon lib.* I. παιδείας. Οἱ τοῦ βασιλέως οἰνοχόοι, ἐπειδὰν ἐνδιδῶσι τῷ φιάλῃ, ἀφύσαντες ἀπ' αὐτῆς τοῦ κυάθου, εἰς τὴν ἀριστερὰν χεῖρα ἐμπιάμενοι, καταῤῥοφῶσιν, ἢν δὴ εἰ φάρμακα ἐγχέοιεν, μὴ λυσιτελεῖν αὐτοῖς. *Vbi & ritum habes prægustandi.*

163. AD EXEMPLVM PATERNÆ LARGITIONIS.] *Promiſit ergo viritim* quinadena ſeſtertia. *vt Suetonius in Claudio expreſſit cap.* X. *ſiue vt Ioſephus,* quina millia drachmarum: *quæ ſunt* Seſtertia vi- D
cena, *ſiue nobis* quingenti Philippæi. *Nam quòd olim ex Dione dixi, de centenis nummis, erraui. ea enim donatio à Claudio vſurpata ſingulis deinceps natalibus imperij ſui.*

C. COR-

A

C. CORNELII TACITI
AB EXCESSV DIVI AVGVSTI
ANNALIVM LIBER XIII.
BREVIARIVM LIBRI.

B SILANVS *proconsul Asiæ, veneno necatus, Agrippinæ fraude. item Narcissus ad mortem actus. Claudio funus censorium ductum, & laudatur à Principe. Bona Neronis initia, & multa arbitrio Senatus constituta. Parthi Armeniam adfectant: quibus Domitius Corbulo opponitur. Nero Acten libertam amat, matre fremente. eáque caussa imminutæ maternæ potentiæ. Pallas libertus curâ rerum demotus. mox venenum Britannico properatum: & festinum eius funus. Agrippina Neroni offensior, & visa res nouas moliri. accusata eo nomine, absoluitur. Neronis luxus & lasciui per noctem discursus. Actum de libertis in seruitutem reuocandis, sed non peractum. Damnationes aliquot illustrium, itemque à fato mortes. Iterùm cum Parthis discordia, super Armeniâ. ad quod bellum priscâ seueritate & disciplinâ militem suum Corbulo firmauit. Is Armeniam ingreditur, castella aliquot exscindit, urbem Artaxata capit & incendit, rege Tiridate prælium aut defensionem nusquam auso. P. Suilius Romæ damnatur, adnitente Senecâ. Octauius Sagitta Pontiam tergiuersantem de nuptiis, impotentiâ amoris, ferro transadigit. libertus suum crimen id fatetur, magno exemplo. Poppæam Sabinam amare Nero*

C *occipit: deque ingenio & venere eius feminæ. Cornelius Sulla Massiliam amouetur, suspectus Principi. Publicanorum iniquitas temperata. In Germaniâ Frisij res mouent: & sedes iuxta Rhenum conantur figere. frustrà. quia pulsi ab Romano equite & disiecti. Eosdem agros mox Ansibarij occupant, sed eodem fato. Hermunduri Cattique inter se bellantur. sed magno prælio Catti ad exitium pænè gentis cæsi. Gesta hæc annis quattuor.*

IMP. CLAVDIO NERONE. L. ANTISTIO VETERE
Q. VOLVSIO. P. CORNELIO SCIPIONE
IMP. CLAVDIO NERONE. II. L. CALPVRNIO PISONE Coss.
IMP. CLAVDIO NERONE. III. VALERIO MESSALLA.

D PRIMA nouo Principatu mors [1] Iunij Silani proconsulis Asiæ, ignaro Nerone, per dolum Agrippinæ paratur. non quia ingenij violentiâ exitum irritauerit, segnis & dominationibus aliis fastiditus, adeò vt [2] C. Cæsar pecudem auream eum appellare solitus sit: verùm Agrippina fratri eius [3] L. Silano necem molita vltorem metuebat, crebrâ vulgi famâ, anteponendum esse vix dum pueritiam egresso Neroni, & imperium per scelus adepto, virum ætate compositâ, insontem, nobilem, & quod tunc spectaretur, è Cæsarum posteris. quippe & [4] Silanus D. Augusti abnepos erat. hæc caussa necis: ministri fuere [5] P. Celerius eques Romanus, & Ælius libertus, rei familiari Principis in Asiâ impositi. Ab iis proconsuli venenum inter epulas datum est, apertiùs quàm vt fallerent. Nec minùs properatò Narcissus Claudij libertus, de cuius iurgiis aduersus Agrippinam rettuli, asperâ custodiâ, & necessitate extremâ, ad mortem agitur; inuito Principe, cuius abditis adhuc vitiis per auaritiam ac prodigentiam mirè congruebat. Ibaturque in cædes, nisi Afranius Burrhus, & Annæus Seneca obuiàm issent. Hi rectores imperatoriæ iuuentæ, & [6] pari in societate potentiæ concordes, diuersâ arte ex æquo pollebant. Burrhus militaribus curis, & seueritate morum; Seneca præceptis eloquentiæ, &

Cap. 1. *Iunius Silanus.*

Palàm veneno necatus.

Narcissus etiam ad mortem actus

Cap. 2. *Burrhi & Seneca laudatio.*

comitate honestâ. iuuantes inuicem, quò faciliùs lubricam Principis ætatem, si virtutem aspernaretur, voluptatibus concessis retinerent. Certamen vtrique vnum erat contra ferociam Agrippinæ, quæ cunctis malæ dominationis cupidinibus flagrans, habebat in partibus Pallantem, quo auctore Claudius nuptiis incestis & adoptione exitiosâ semet peruerterat. Sed neque Neroni infra seruos ingenium; & Pallas tristi arrogantiâ modum liberti egressus, tædium sui mouerat. Propalam tamen omnes in eam honores cumula- A

COMMENTARIVS.

1. IVNII SILANI.] *Crebra in historia horum temporum mentio Silanorum, & confusa: quæ, cautio mihi est, ne turbet iuuentutem. Eâ re, non stemma quidem eius familiæ ponam (arduus ille & fortasse vanus labor:) sed illustrissimos quosque, quo Imperatore, quóque exitu fuerint, exsequar, cum temporum notâ. Exordio à Tiberio principe: quia quæ suprà, nihil ad Spartam meam.*

C. IVNIVS. C. F. SILANVS. *Consul fuit cum P. Cornelio Dolabellâ anno* DCCLXII. *sub Augusto: Proconsul Asiæ, sub Tiberio, damnatusq; repetundarum, & proiectus in Cytheram insulam. Tacit. lib.* III. *Annal.*

M. IVNIVS. M. F. SILANVS. *Consul fuit sub Tiberio,* DCCLXXI. *Proconsul Africæ fuit, auctore Tacito lib.* IV. *Histor.* Mox C. Cæsar turbidus animi, ac M. Silanum obtinentem Africam metuens. *Socer fuit Caij Caligulæ, & ab eodem interfectus, Sueton. cap.* XII. *&* XXIII. *item Dio.*

D. IVNIVS. M. F. SILANVS, *Marci prioris frater. Is adulter in Iulia nepte Augusti, in exsilium iuit; rediitq; per gratiam & potentiam M. fratris sui. Fuit posthac in vrbe, neque honores adeptus est. Tacit. lib.* III. *Annal.*

AP. IVNIVS SILANVS. *Consul fuit sub Tiber. anno* DCCLXXX. *Consocer Claudij dicitur Suetonio, propter L. Silanum filium eius Octauiæ sponsum. Proconsul Hispaniæ, & maritus Lepidæ matris Messallinæ. à Claudio, incerto crimine, occisus. Dio* LX. *Sueton. cap.* XXIX. *&* XXXVII.

Eius duo filij L. SILANVS, *&* M. SILANVS. *Lucius, gener Claudij fuit, Octauiæ sponsus, Agrippinæ artibus ad mortem actus. Marcus consul fuit cum Valerio Asiatico, anno* DCCXCIX. *in quo error insignis Onufrij, qui Asiatico collegam dat Messallam. quem Dio refutat & Fasti Græci. Proconsul Asiæ fuit, & à Nerone nunc interfectus. De eo Plinius lib.* VII. Diuus Augustus, in reliquâ exemplorum raritate, neptis suæ nepotem vidit genitum quo excessit anno, M. Silanum: qui cùm Asiam obtineret post consulatum (*malim scribi*, proconsulatu) Neronis principis successione, veneno eius sublatus est. *Etsi Plinius scelus hoc Neroni adscribit, quod noster reiicit in matrem.* B

Fuit & D. IVNIVS SILANVS, *consul anno* DCCCVI.

2. C. CÆSAR PECVDEM AVREAM.] *Vereor vt scriptori nostro constet ratio. Non enim in hunc M. Silanum expetit Caij dictum: sed in illum alterum, qui eius socer. Dio clarè:* Ὁ δὲ δὴ πενθερὸς αὐτῆς Μάρκος Σιλανὸς, ἐπειδὴ βαρὺς αὐτῷ ὑπό τε τῆς ἀρετῆς καὶ ὑπὸ τῆς συνηθείας ἦν, ἑαυτὸν κατεχρήσατο. ὁ δὲ Γάϊος τότε ἄλλα ἰσχυρῶς ἐφεπηλάκιζε, (καὶ τοι ὕστω καλῶς περὶ αὐτῆς φρονῶν, ὥστε καὶ χρυσοῦν αὐτὸν πρόβατον ὀνομάζειν) καὶ ὅπως μηκέτι πρὸς ὀπτῆφίζηται). &c. *Cui vt assentiar, ætas Silani me inducit. Natus enim est extremo, vt Plinius ait, Augusti anno: à quo ad hunc diem anni dumtaxat quadraginta sunt. Non ergo in eâ ætate hic adolescens formidini aut contemptui aliis dominationibus esse potuit, cuius adhuc ὐδ εἷς λόγος. Sed vt in homine Tacitus, sic in dicto aberrat Græcus. Putat enim laudis honorisq; fuisse: quod reuerà probri fuit, & falsè iactum in hominem diuitem, sed ignauum, hebetem, ouiculam meram.* C

3. L. SILANO.] *Conuenit cum historiâ: tamen libri scripti,* C. Silano.

4. SILANVS D. AVGVSTI ABNEPOS.] *Præit ad stemma aliquomodo Plinius, qui eum nepotem scribit Augusti neptis. Atqui Augusto è Iuliâ filiâ neptes duæ, Iulia & Agrippina. E Iuliâ hunc deriuo, hoc modo:*

D

IVLIA, *Aug F. cui vir M. Agrippa.* { IVLIA, *cui vir* L. *Aemilius Paullus. Suet. Aug. c.* LXIIII. { ÆMILIA LEPIDA *proneptis Augusti. Suet. cap.* XXVI. *in Claud. cui vir* AP. *Iunius Silanus. claro argumento, quia Suet. eum consocerum Claudij vocat. Posteà tamen alteri Lepidæ maritus, quæ mater Messallinæ. Ex Dione.* { M. SILANVS, *de quo hîc.* L. SILANVS *Claudij gener.*

Stemma hoc satis certum est. Ne fallat te tantùm Dio, qui Lepidam matrem Messallinæ, vxorem tribuit Appio: sed sub finem vitæ. At M. ille Silanus Augusti abnepos genitus fuit viuo Augusto. Appium hunc Silanum intelligit Augustus in epistolâ quadam, vocatq; ad finem Claudij ob hoc matrimonium, apud Sueton. Claud. cap. IV. Curare eum ludis Martialibus triclinium Sacerdotum non displicet nobis, si est passurus se ab Silano filio homine sibi adfini admoneri; nequid faciat quod conspici & derideri possit.

5. P. CELERIVS.] *Infrà,* P. Celer *dicitur.* P. Celerem accusante Asiâ, quia absoluere nequibat Cæsar, traxit, senectâ donec mortem obiret. Nam Celer interfecto, vt memoraui, Silano proconsule. *Hîc ergo corrige.*

6. PARI IN SOCIETATE POT.] *Siquid mutandum, legam:* paris in societate potentiæ. *Sed vix opus, etsi alij conantur.*

7. SIGNVM

A mulabantur, [7] signumque more militiæ petenti tribuno dedit, OPTIMÆ MATRIS. Decreti & à senatu [8] duo lictores, flaminium Claudiale, simul Claudio censorium funus, & mox consecratio. Die funeris, laudationem eius Princeps exorsus est. Dum antiquitatem generis, consulatus, ac triumphos maiorum enumerabat; intentus ipse & ceteri. Liberalium quoque artium commemoratio, & nihil regente eo Reip. triste ab externis accidisse, pronis animis audita. Postquam ad prouidentiam sapientiamque flexit; nemo risui temperare, quamquam oratio à Senecâ composita, multum cultus præferret: vt fuit illi viro ingenium amœnum, & temporis illius auribus accommodatum. Adnotabant seniores, quibus otium est vetera & præsentia contendere, primum ex iis qui rerum potiti essent Neronem, alienæ facundiæ eguisse. Nam dictator Cæsar summis oratoribus æmulus; & Augusto promta ac profluens, quæ deceret Principem, eloquentia fuit. Tiberius autem quoque callebat, quâ verba expenderet, tum validus sensibus aut consulto ambiguus. Etiam [9] C. Cæsaris turbata mens vim dicendi non corrupit. Nec
B in Claudio quoties meditata dissereret, elegantiam requireres. Nero puerilibus statim annis, viuidum animum in alia detorsit. Cælare & pingere, cantus aut regimen equorum exercere. & aliquando carminibus pangendis, inesse sibi elementa doctrinæ ostendebat.

Honores in Agrippinam.

Cap. 3. *Laudatio funebris Claudij.*

Non sine audientium irrisu.

Nero infans: At non ceteri Principes.

Ceterùm peractis tristitiæ imitamentis, curiam ingressus, & de auctoritate patrum, & consensu militum præfatus, consilia sibi & exempla capessendi egregiè imperij memorauit: nec iuuentam armis ciuilibus, aut domesticis discordiis imbutam: nulla odia, nullas iniurias, nec cupidinem vltionis afferre. Tum formam futuri principatus præscripsit, ea maximè declinans, quorum recens flagrabat inuidia. Non enim se negotiorum omnium iudicem fore, vt clausis vnam intra domum accusatoribus & reis, paucorum potentiâ grassaretur. Nihil in penatibus suis vænale, aut ambitioni peruium: discretam domum & Remp. Teneret antiqua munia senatus. Consulum tribunalibus Italia & [10] publicæ prouinciæ assisterent. [11] Illi patrum aditum præberent; se mandatis exercitibus consulturum. Nec defuit fides. Multaque arbitrio senatus constituta sunt, Ne
C quis ad caussam orandam mercede aut donis emeretur; Ne designatis quidem quæstoribus

Cap. 4. *Eius honesta oratio in curiâ.*

Forma gubernandi.

Senatui auctoritas restituta.

Cap. 5.

7. SIGNVM MORE MILITIÆ.] *Signum siue Tessera semper Tribunis data, etiam rep. antiquâ. Liuius lib.* XXVIII. Forma tamen Romanorum castrorum constabat, quòd Tribunos & iura reddere in principiis sinebant, & signum ab iis petebant, & in stationes ac vigilias ordine ibant. *Dabatur à Consule, Prætore, eóve qui exercitui toti præerat. Idem Liuius:* In Prætorio tetenderunt Albius & Atrius, classicum apud eos cecinit, signum ab iis petitum est. *At Prætorij Tribunus à solo Principe. Ideò suprà lib.* I. *inter signa accepti imperij Tacitus posuit:* Defuncto Augusto signum prætoriis cohortibus, vt Imperator, dederat. *Super hac re*
D *plura in* EXCVRS. A.

8. DVO LICTORES, FLAMINIVM CLAVDIALE.] *At Liuiæ decretus lictor tantùm vnus, & idipsum recusante Tiberio. Flaminium Claudiale quomodo ad honestandam facit Agrippinam? Credo vt ipsa Flaminia Claudij esset: exemplo Liuiæ quæ Augusti. Nam eam sacerdotem Augusti fuisse docui ad lib.* I. *velimq; addi Paterculi locum, quem viri docti emendare conati frustrà, lib.* II. Liuia Romanarum eminentissima, quam posteà coniugem Augusti vidimus, quam transgressi ad eos sacerdotem ac filiam. *Legunt*, quin transgressa ad eos sacerdotem penè habuit ac flaminem. *quasi ad Liuiam ipsam referenda sint, quæ mortua cælesti religione culta per flamines ac sacerdotes. Campas loquuntur & floccos: tu lege mecum,* quam transgressi ad deos. *Liuia enim est, Liuia, quæ mariti sui in deos relati & sacerdos fuit & filia. Satis dictum suprà.*

9. C. CÆSARIS.] *Qui etiam libros scripsit De arte dicendi, vt vult Suidas:* Γαΐος Καῖσαρ ὃς ἐπεκλήθη Καλλιγόλας ῥητορικὴν τεχνὴν ἔγραψε Ῥωμαϊκῶς. *quem tamen puto ego falli: eosq; Germanici fuisse.*

10. PVBLICÆ PROVINCIÆ.] *Spectat ad diuisionem Augustæam. Claudius pleraque omnia ad se traxerat: at Nero populi prouincias (eæ enim publicæ) earumq; controuersias solis Consulibus curæ fore: se Cæsarianis prouinciis, in quibus exercitus, velle consulere prædixit.*

11. ILLI PATRVM ADITVM.] *Non muto. Consules, inquit, præbeant prouincialibus aditum Patrum. At hæc oratio Senecæ adeò grata Patribus, ait Xiphilinus,* ὥστε καὶ ἐς ἀργυρᾶν στήλην ἐγγραφῆναι, καὶ ἐν ταῖς νέαις τῶ ἀεὶ ὑπάτων ἀρχαῖς ἀναγινώσκεσθαι ψηφισθῆναι: vt in argenteam columnam inciſa sit, & Kalendis anni noui cùm Consules ineunt ex decreto deinceps lecta. *Nec nouum id Senatus decretum: excipio de argento. Nam & anteà semper Principum orationes in æs inciſæ, & Kalendis Ian. recitatæ. Morem quem non nimis notum suggerit mihi Dio lib. vltimo:* Τότε δὲ λόγους τινὰς ἐν τῇ νεμηνία τῶ τε Αὐγούστου καὶ τῶ Τιβερίου καὶ δόγμα ἀναγινωσκομένους, ὥστε καὶ μεχρὶ τῆς ἑσπέρας τὰς βουλὰς διατείνεσθαι, ἔπαυσεν, ἀρκοῦν εἶναι φήσας, ἐν ταῖς στήλαις αὐτὰς ἐγγεγράφθαι. *id est:* Cùm legerent in Senatu Orationes quasdam Augusti & Tiberij ex decreto, ita vt ad vesperam Senatus detineretur, legentes Claudius inhibuit: sufficere dicens, quòd ex in

Agrippinæ supra feminam cura.

ribus [12] edendi gladiatores necessitas esset. Quod quidem aduersante Agrippinâ, tamquam acta Claudij subuerterentur, obtinuere patres, [13] qui in palatium ob id vocabantur, vt astaret [14] abditis à tergo foribus velo discreta, quod visum arceret, [15] aditus non adimeret. Quin & legatis Armeniorum caussam gentis apud Neronem orantibus, [16] escendere suggestum Imperatoris, & præsidere simul parabat; nisi ceteris pauore defixis, Seneca admonuisset, venienti matri occurreret. Ita specie pietatis, obuiam itum dedecori. Fine anni turbidis rumoribus prorupisse rursum Parthos, & rapi Armeniam, allatum est; pulso Rhadamisto, qui sæpè regni eius potitus, dein profugus, tum quoque bellum deseruerat. Igitur in vrbe sermonum auidâ, quemadmodum Princeps vix septemdecim annos egressus, susciperet eam molem aut propulsare posset: quod subsidium in eo qui à feminâ regeretur: num prœlia quoque & oppugnationes vrbium, & cetera belli per magistros administrari possent, anquirebant. Contrà. *Alij melius euenisse dissérunt, quàm si inualidus senectâ & ignauiâ Claudius, militiæ ad labores vocaretur, seruilibus iussis obtemperaturus. Burrhum tamen & Senecam multarum rerum experientiâ cognitos: & Imperatori quantum ad robur deesse? cùm octauodecimo ætatis anno Gn. Pompeius, nonodecimo Cæsar Octauianus, ciuilia bella sustinuerint. Pleraque in summâ fortunâ auspiciis & consiliis, quàm telis & manibus geri. Daturum planè documentum, honestis an secus amicis vteretur, si ducem amotâ inuidiâ egregium, quàm si pecuniosum & gratiâ subnixum per ambitum diligeret.* Hæc atque talia vulgantibus, Nero & iuuentutem proximas per prouincias quæsitâ supplendis Orientis legionibus admouere, legionesque ipsas propiùs Armeniam collocari iubet. Duosque veteres reges [17] Agrippam & Iocchum expedire copias, quîs Parthorum fines vltrò

Cap. 6. *Armenia turbat. Sermones hinc in Neronem.*

Et alij pro Nerone.

Cap. 7. *Ipse curam belli suscipit.*

A

B

C

D

cæ in columnis inciſæ essent. *Lucem hinc do Plinij Panegyrico:* Acclamationes nostras, *inquit*, nequa interciperet obliuio, P. C. in publica acta mittendas, & incidendas in ære censuistis. Antè Orationes principum tantùm eiusmodi genere monumentorum mandari æternitati solebant: acclamationes quidem nostræ parietibus Curiæ claudebantur. *Et ab hoc ritu est, quod Q. Haterius apud Tacitum lib.* III. *censet* eius diei Senatusconsulta aureis litteris in curiâ figenda: *Ingerunt & Iurisconsulti, apud quos locis aliquot Orationes hæ Principum laudatæ. Sed nec ab aliâ caussâ euenisse crediderim, quòd Claudij oratio Lugduni nostro æuo reperta in Tabulâ æris.*

12. EDENDI GLADIATORES NECESSITAS.] *Pertinet ad abolendum Claudij scitum, qui, auctore Dolabellâ, sanxit* spectaculum gladiatorum per omnes annos celebrandum pecuniâ eorum qui Quæsturam adipiscerentur: *ait Tacitus lib.* XI. *Vbi suspecta vox*, adipiscerentur. *Cur enim hîc* ἐμφατικῶς *scriptum*, Ne designatis quidem: *nisi quia anteà ex eâ sanctione, dabant etiam Candidati? Atque ita in Lampridij Alexandro lego:* Quæstores candidatos *(malim* Quæsturæ) ex suâ pecuniâ iussit munera populo dare, sed vt post Quæsturam Præturam acciperent. *Ceterùm hoc Neronis decretum aboleuit iterùm Domitianus: de quo Suetonius capite* IV.

* Vide Suet. Aug. cap. XXIX.

13. QVI IN PALATIVM.] *Puto in templum * Apollinis Palatini. Suprà lib.* II. Quattuor filiis ante limen Curiæ adstantibus, cùm in Palatio Senatus haberetur.

14. ABDITIS A TERGO FORIBVS VELO DISCRETA.] *Melius*, obditis. *Intellegit autem vela quæ prætenta foribus: quibus etiam Claudius se texit. Sueton. cap.* X. Prorepsit ad solarium proximum, interque foribus prætenta vela se abdidit. *Et Heliogabalus, narrante Lampridio:* Subito militum strepitu exterritus, in angulum se condidit, obiectuque veli cubicularis, quod in introitu cubiculi erat, se texit. *Iulius Pollux describit lib.* X. Περὶ μὲν τῶν κοιτώνος ὅπη ταῖς θύραις, ὧν ἀπετασμάτων σοι δεῖ, εἴτε ἁπλῶν εἴη τὸ ἀπέτασμα λευκὸν ἐξ ὀθόνης, εἴτε καὶ πολύχρων. *Id velum leuabatur, in admissionibus. Seneca, epist.* LXXXI. Non crepuit subinde ostium, non alleuabatur velum. *Lampridius in Alexandro:* Salutabatur quasi vnus de Senatoribus, patente velo, admissionalibus remotis. *Inde apud Ictos caussas cognoscere leuato velo; id est palam omnibus admissis, l.* V. *C. De naufragiis:* De submersis nauibus decernimus vt leuato velo istæ caussæ cognoscantur. *Ad hæc & talia vela facit lapis vetus Romæ:*

TI. CL. THALLVS.
PRÆPOSITVS VELARIORVM
DOMVS AVGVSTIANÆ.

Erant tamen & alia vela in cœnationibus arcendi frigoris, itémque ornatus caussâ: de quibus Seneca lib. IV. *Quæst. Nat. & Tertullianus de habitu muliebri.*

15. ADITVS NON ADIMERET.] *Imò verò adimebat aditus: nec adiri conspicive Agrippina voluit. Scribo*, auditus.

16. ESCENDERE SVGGESTVM.] *Probissima vox, & repperi ita in Farnesiano: sicuti paullò pòst in Vatican.* anquirebant. *Nemo autem tinctus hac meliori literaturâ, cui non ista hodie nota.*

17. AGRIPPAM ET IOCCHVM.] *Agrippam intellegit Agrippæ filium, cognomento Iuniorem: qui Galilææ, Trachonitidis, & partis Iudææ rex. de quo Iosephus lib.* XX. *satis. Sed Iocchus iste quis? Vtrùm* Bocchus *rescribendum? an potiùs, expletâ voce* Antiochus? *Quod verum censeo. Intellegit Antiochum regem Commagenes & in parte Ciliciæ. de quo Iosephus*

A vltrò intrarent, ſimul pontes per amnem Euphratem iungi. Et [18] minorem Armeniam Ariſtobulo, regionem [19] Sophenem Sohemo cum inſignibus regiis mandat. Exortuſque in tempore æmulus Vologeſo, filius Vardanes. Et abſceſſere Armeniâ Parthi, tamquam differrent bellum. Sed apud ſenatum omnia in maius celebrata ſunt, ſententiis eorum, qui ſupplicationes & diebus ſupplicationum veſtem Principi triumphalem, vtq; ouans vrbem iniret, effigiesque eius pari magnitudine ac Martis Vltoris, eodem in templo cenſuere: præter ſuetam adulationem læti, quòd Domitium Corbulonem retinendæ Armeniæ præpoſuerat. Videbaturque locus virtutibus patefactus. Copiæ Orientis ita diuiduntur, vt pars auxiliarium cum duabus legionibus apud prouinciam Syriam, & legatum eius [20] Quadratum Vinidium, remaneret; par ciuium ſociorumque numerus Corbuloni eſſet, additis cohortibus alisque, quæ apud Cappadociam hiemabant. Socij reges, prout bello conduceret, parêre iuſſi. Sed ſtudia eorum in Corbulonem promtiora erant. qui vt famæ inſeruiret, quæ in nouis cœptis validiſſima eſt, itinere properè

B confecto, [21] apud Egas ciuitatem Ciliciæ obuium Quadratum habuit, illuc progreſſum, ne ſi ad accipiendas copias Syriam intrauiſſet Corbulo, omnium ora in ſe verteret, corpore ingens, verbis magnificus, & ſuper experientiam ſapientiamque, etiam [22] ſpecie inanium validus. Ceterùm vterque Vologeſem regem nuntiis monebant, pacem quàm bellum mallet; datisque obſidibus, ſolitam prioribus reuerentiam in populum Romanum continuaret. Et Vologeſes quo bellum [23] ex æquo modo pararet, an vt æmulationis ſuſpectos per nomen obſidum amoueret, tradit nobiliſſimos ex familiâ Arſacidarum. Accepitque eos [24] centurio Hoſtorius ab Vinidio miſſus, fortè [25] priore de cauſsâ adito rege. Quod poſtquam Corbuloni cognitum eſt; ire præfectum cohortis Arrium Varum, & * recipere obſides iubet. Hinc ortum inter præfectum & centu-

C rionem iurgium, ne diutiùs externis ſpectaculo eſſet, arbitrium rei obſidibus legatisq; qui eos ducebant, permiſſum. Atque illi ob recentem gloriam, & inclinatione quâdam etiam hoſtium, Corbulonem prætulere. Vnde diſcordia inter duces. querente Vinidio prærepta quæ ſuis conſiliis patrauiſſet; teſtante contrà Corbulone, non priùs conuerſum regem ad offerendos obſides, quàm ipſe dux bello dilectus, ſpes eius ad metum mutaret. Nero quò componeret diuerſos, ſic euulgari iuſſit: Ob res à Quadrato & Corbulone proſperè geſtas, laurum [26] faſcibus Imperatoriis addi. quæ in alios conſules egreſſa, con-

Parthi Armeniam amittunt. Cap. 8.

Inde honores in Principem, vani & nimij.

Corbulo Armeniæ rebus præfectus.

Copias à Quadrato accipit.

Cap. 9.

Vologeſes ad pacem inclinat.

Obſides dat.

* *Vat.* recipetare

Vnde diſſidium inter Romanos duces.

Nero componit.

phus libro XIX. Ἀντίοχον δὲ ὃν εἶχεν βασιλείαν ἀφελόμενος, Κιλικίας μέρει τινι, καὶ Κομμαγληνῇ δωρεῖται. *Et Dio lib.* LX. *Confirmat eam ſcripturam noſter infrà, qui in auxiliis Corbulonis Antiochum nominat: iteratq; hoc mandatum.* Simul, *inquit*, Antiochum regem monet proximas ſibi Præfecturas petere. *Vaticano tamen eſt*, Lochium.

18. MINOREM ARMENIAM ARISTOBVLO.] *Ioſephus* XX. Τῷ τὴν μικρᾶς Ἀρμενίας ἡγεμονίαν, Ἀριστόβουλος Ἡρῴδου τοῦ Χαλκίδος βασιλέως παῖς, ὑπὸ Νέρωνος ἐγχειρίζεται. *& addit, id factum* τῷ πρώτῳ τῆς Νέρωνος ἀρχῆς ἔτει, *conuenienter planè cum Tacito.*

19. SOPHENEM SOHEMO.] *Neſcio an idem ſit qui à Caio conſtitutus Arabum Ituræorum rex, auctore Dione. Sed apud eum* Σοαῦμος *dicitur: & fortaſſe ita hîc ſcribendum.*

20. QVADRATVM VINIDIVM.] *Numidium, vt ſuprà.*

21. APVD EGAS.] *Libri mei*, Ægæas, *& rectè. Id enim Ciliciæ opidum. Strabo:* Μετὰ δὲ Μαλλὸν, Αἰγαῖαι πολίχνιον εὔφορμον ἔχον. *id eſt*: Poſt Mallum Ægææ opidulum, quod ſtationem nauibus habet.

22. SPECIE INANIVM VALIDVS.] *Reſtitui, meo animo, verè. Corbulo, inquit, non ſolùm verâ virtute ſapientiaq; magnus, ſed etiam animos allicere peritus ſpecie inanium; id eſt, geſtibus, verbis, habituq; externo. At noſtri Cenſores quàm hîc mente, vt ait ille, exſensâ! Beatus legit*, ſpe animum validus. *pro animorum inquit. Vertranius*, ſpe immanium, *ſcilicet rerum. Cum bonâ gratiâ, abite quæſo, & cucurbitas pingite.*

23. EX ÆQVO MODO.] *Niſi fallor*, τὸ modo παρέλκει: *aut certè cum Mercero legam*, ex commodo.

24. CENTVRIO HOSTORIVS.] *Vaticanus codex*, Centurio Hiſtius. *Parum, aut nihil eſt: tamen infrà, poſt triennium, in his locis* Iſtius Capito *eſt*, Caſtrorum præfectus.

25. PRIORE DE CAVSSA.] *Mureto accedo*, prior eâ de cauſsâ, *legenti.*

26. FASCIBVS IMPERATORIIS.] *De faſcibus Imperatorum ſiue Principum (nec enim alios hîc intelleges) docebo iuuenes: fors fuit, & quoſdam ſenes. Olim non niſi magiſtratus populi Romani, aut qui cum imperio in prouinciis, faſcibus vſi. Quid ergo Princeps in vrbe, ſi nullum gereret ordinarium magiſtratum? Nihilo ſecùs faſces duodecim illi. Origo rei ab Auguſto; cuius honori Senatus decreuit anno vrbis*

Cap. 10. ſa, coniunxi. Eodem anno Cæſar effigiem Gn. Domitio patri, conſularia inſignia Aſco- A
nio Labeoni, quo tutore vſus erat, petiuit à ſenatu: ſibique ſtatuas argento vel auro ſoli-
Populariter quædam Roma gerit. das, aduerſus offerentes prohibuit. Et quamquam cenſuiſſent Patres, vt principium anni
inciperet menſe Decemb. quo ortus erat Nero, veterem religionem kalendarum Ianu. in-
choando anno retinuit. Neque recepti ſunt in reos Carinas Celer ſenator, ſeruo accuſan-
Cap. 11. A. V. C. DCCCIIX. te; aut Iulius Denſus equeſter, cui fauor in Britannicum crimini dabatur. Claudio
Nerone, L. Antiſtio Coss. cùm in [27] acta Principum iurarent magiſtratus, in ſua acta
collegam Antiſtium iurare prohibuit: magnis patrum laudibus, vt iuuenilis animus le-
uium quoque rerum gloriâ ſublatus, maiores continuaret. Secutaque lenitas in [28] Plau-
Clementiam oſtentat. tium Lateranum, quem ob adulterium Meſſallinæ ordine remotum, reddidit ſenatui,
clementiam ſuam obſtringens crebris orationibus; quas Seneca, teſtificando quàm ho-
Cap. 12. neſta præciperet, [29] vel iactandi ingenij, voce Principis vulgabat. Ceterùm infracta
Amor eius in Acten. paulatim potentia matris, delapſo Nerone in amorem libertæ, [30] cui vocabulum Acte
fuit: ſimul aſſumtis in conſcientiam Othone & Claudio Senecione adoleſcentulis de- B
coris, quorum Otho familiâ conſulari, Senecio liberto Cæſaris patre genitus, ignarâ ma-
tre, dein fruſtrà obnitente, [31] penitus irrepſerat per luxum & ambigua ſecreta. [32] ne ſe-
uerioribus quidem Principis amicis aduerſantibus, mulierculâ nullâ cuiuſquam iniuriâ
cupidines Principis explente, quando vxore ab Octauiâ, nobili quidem & probitatis
ſpectatæ, fato quodam, an quia præualent illicita, abhorrebat. metuebaturq; ne in ſtu-
Cap. 13. pra feminarum illuſtrium prorumperet, ſi illâ libidine prohiberetur. Sed Agrippina
Qui Agrippinæ odioſus, Et auertere conatur minis: libertam æmulam, nurum ancillam, aliaque eundem in modum muliebriter fremere.
Neque pœnitentiam filij, aut ſatietatem opperiri: quantoque fœdiora exprobrabat,
acriùs accendere. donec vi amoris ſubactus, exueret obſequium in matrem, [33] Senecaq;
permitteret. Ex cuius familiaribus [34] Annæus Serenus, ſimulatione amoris aduerſus
eandem libertam primas adoleſcentis cupidines velauerat, præbueratq; nomen, vt quæ
Mox blandimentis. Princeps furtim mulierculæ tribuebat, ille palàm largiretur. Tum Agrippina verſis ar-
tibus, per blandimenta iuuenem aggredi, ſuum potiùs cubiculum ac ſinum offerre con-
tegendis quæ prima ætas, & ſumma fortuna expeterent. Quin & fatebatur intempeſti- C
uam ſeueritatem, & ſuarum opum quæ haut procul Imperatoriis aberant, copias trade-
Fruſtrà. bat. vt nimia nuper coërcendo filio; ita rurſum intemperanter demiſſa. Quæ mutatio
neque Neronem fefellit, & proximi amicorum metuebant, orabantque caueri inſidias
mulieris ſemper atrocis, tum & falſæ. Fortè illis diebus Cæſar inſpecto ornatu, quo
Principum coniuges ac parentes effulſerant, diligit veſtem & gemmas, miſitque donum
matri:

DCCXXXV. *vti Conſulari poteſtate ſemper eſſet, faſcibusq; duodecim veteretur. Dio* LIV. Ὁ δὲ Αὔγυςος τῷ τῆς ὑπάτων ἐξουσίαν ἀεὶ βίᾳ ἔλαβεν, ὥςε καὶ ταῖς δώδεκα ῥάβδοις ἀεὶ καὶ φανταχῇ χρῆσθαι, καὶ ἐν μέσῳ τῷ ἀεὶ ὑπατεύοντων ὅπι τὲ ἀρχικὲ δίφρου καθέζεσθαι. *Eumq; morem tenuerunt* * *Principes ſecuti: ita vt laurum tamen faſcibus non adderent, niſi in victoriâ: vti hîc factum. At ſtatim per adulationem irrupit, vt omnium Principum faſces, & ſemper laureati eſſent. eáque notâ maximè diſtinctus à vulgo Princeps. Herodianus de Gordiano libro* VII. Ἐπειτο δὲ αὐτῷ πᾶσα ἡ βασιλικὴ πομπὴ, τῆς μὲν στεφανηφόρου καὶ δορυφόρων περιόντων. αἵ τε ῥάβδοι ἐδαφηφόρουν, ὅπερ ὄρθι σύμβολον εἰς τὸ ἄγεσθαι τὰς βασιλικὰς ἀπὸ τῆς ἰδιωτικῆς. *Capitolinus in Maximinis:* Inde Carthaginem venit cum pompâ regali, & protectoribus, & faſcibus laureatis. *Quando id cœperit, ignoro: paullatim quidem non ſolùm laureati admiſſi faſces, ſed & aurati. Claudianus Panegyrico in* VI. *conſulatum Honorij,*

——agnoſcunt roſtra curules
Auditas quondam proauis: deſuetaque cingit
Regius auratis fora Faſcibus Vlpia lictor.

* Imò Domitianus XXIV. ſumpſit. Sueton.

27. ACTA PRINCIPVM.] *Non vt receptum,* principis. *Iurabant enim in acta non vnius qui imperitabat, ſed & priorum. Dicam multa ad lib.* XVI.

28. PLAVTIVM LATERANVM.] *Suprà lib.* XI.

29. VEL IACTANDI INGENII.] *Contaminarant impuræ manus*, cauſsâ iactandi. *At vox ea eleganter abeſt Vatic.*

30. CVI VOCABVLVM ACTE.] *Ex Aſiâ oriunda mulier: cuius genus Nero (vt ſplendorem ei adſtrueret) ad Attalum regem porrigebat. Xiphilinus.* D

31. PENITVS IRREPSERAT.] *Scribe*, irrepſerant. *ad Senecionem enim pertinet & Othonem: non ad Acten.*

32. NE SEVERIORIBVS QVIDEM.] *Libri ſcripti*, ſenioribus.

33. SENECÆQVE PERMITTERET.] *Hærere me iubent libri. Non Farneſ.* ſeque neci permitteret. *Vatic.* ſeque permitteret. *addito ſuperiùs*, neci. *E quibus*, ſeque Senecæ, *occurrebat: niſi aliud latet. Tamen de Senecâ fuiſſe, verba ſubſita ſtatim dicunt.*

34. ANNÆVS SERENVS.] *Qui Præfectus vigilum*

A matri: nullâ parcimoniâ, cùm præcipua & cupita alijs, prior deferret. Sed Agrippina non his inſtrui cultus ſuos, ſed ceteris arceri proclamat, diuidere filium, quæ cuncta ex ipsâ haberet. Nec defuere qui in deterius referrent. Et Nero infenſus ijs quibus ſuperbia muliebris innitebatur, [35] demouet Pallantem curâ rerum, quîs à Claudio impoſitus, velut arbitrum regni agebat. Ferebaturque digrediente eo, magnâ proſequentium multitudine, non abſurdè dixiſſe: *Ire Pallantem, vt eiuraret.* Sanè pepigerat Pallas, ne cuius facti in præteritum interrogaretur, [36] pareſque rationes cum Rep. haberet. Præceps poſt hæc Agrippina, ruere in terrorem & minas, neque Principis auribus abſtinere, quo minùs teſtaretur, *adultum iam eſſe Britannicum, veram dignamque ſtirpem ſuſcipiendo patris imperio; quod inſitus & adoptiuus, per iniurias matris exerceret. Non abnuere ſe, quin cuncta infelicis domus mala patefierent, ſuæ in primis nuptiæ, ſuum veneficium. Id ſolum dijs & ſibi prouiſum, quòd viueret priuignus. Ituram cum illo in caſtra. Audiretur hinc Germanici filia,* [37] *inde vilis rurſus Burrhus & exſul Seneca,* [38] *trunca ſcilicet manu, & profeſſoriâ linguâ, generis humani regimen expoſtulantes.* Simul intendere manus, aggerere probra: conſecratum Claudium, infernos Silanorum manes inuocare, & tot irrita facinora. Turbatus his Nero, & propinquo die, quo quartum decimum ætatis annum Britannicus explebat, volutare ſecum, modò matris violentiam, modò ipſius indolem, vt quidem experimento nuper cognitam, quo tamen fauorem latè quæſiuiſſet. Feſtis Saturno diebus [39] inter alia æqualium ludicra, [40] regnum luſu ſortientium, euenerat ea ſors Neroni. Igitur ceteris diuerſa, nec ruborem illatura: vbi Britannico iuſſit exſurgeret, progreſſuſque in medium cantum aliquem inciperet, irriſum ex eo ſperans pueri, ſobrios quoque conuictus, nedum temulentos ignorantis; ille conſtanter [41] exorſus eſt carmen, quo euolutum eum ſede patriâ rebuſque ſummis ſignificabatur. Vnde orta miſeratio manifeſtior, quia diſſimulationem nox & laſciuia exemerat. Nero intellectâ inuidiâ, odium intendit. Vrgenti-

Cap. 14. *Quia ipſe auertit ſe à matre.*

Pallantem eius ab alto detrahit.

Hinc minax oratio Agrippinæ.

Cap. 15. *Nero Britannicum ſuſpicit.*

Qui iniuriæ & miſeriæ ſuæ intelligens.

C *lum Neronis. Plinius l.* XXII. Fungi familias nuper interemêre & tota conuiuia, Annæum Serenum Præfectum Neronis vigilum & Tribunos & Centuriones. Quæ voluptas tanta ancipitis cibi? *De hoc amico ſuo capiendus Seneca, epiſt.* LXIII. Hæc tibi ſcribo, is qui Annæum Serenum cariſſimum mihi tam immodicè fleui, vt, quod minimè velim, inter exempla ſim eorum quos dolor vicit. *Et inſcripſit eidem libros ſuos De Tranquillitate, monumentum amoris.*

35. DEMOVET PALLANTEM CVRA RERVM.] *A rationibus Claudij fuit, ex Suet. cap.* XXVIII. *& lapide, in quo ſculptum:* PALLAS. CÆS. N. SER. ADIVTOR. A. RATIONIBVS.

36. PARESQVE RATIONES.] *Id eſt, (vti Iuriſconſulti loquuntur) vt pariator eſſet, ſiue ἀλοίπασος: nec reliqua vlla haberet. Sic parem rationem facere*
D *Seneca dixit, lib.* II. *epiſt. & lib.* VI. *De Benef. cap.* XL. *item Iuriſc. l. vlt. De doli except. l.* XX. *De manum. teſtam.*

37. INDE VILIS RVRSVS BVRRHVS.] *Vatic.* bibil. *Suſpicari poſſis, num* debilis, *legendum. Debilitas enim loco probri, quia & ſacris olim arcebantur, & decreto Auguſti etiam Senatu. Sequitur autem de hoc ipſo Burrho,* Truncâ ſcilicet manu. *Suſpectum æquè,* τὸ rurſus, *quòd hîc nulli rei. Puto fuiſſe,* rufus: *gloſſema ſcilicet ad cognomen Afranij, Burrhus. Nam Latini Burrhum, rufum dicebant, à Græco. Gloſſæ:* Burrum. Χανθὸν, πυῤῥόν. *Vide Feſtum.*

38. TRVNCA SCILICET MANV.] *Agricola adnotauit,* tunicata manu. *à séne, an à libris? Et ſanè videntur mollitiam Burrho obiectare & tunicas manicatas.*

39. INTER ALIA ÆQVALIVM LVDICRA.] *Interpretes ad illuſtrationem loci adferunt, quæ Pollux ſcribit lib.* IX. Βασιλίνδα, *inquit,* ἔστιν ὅταν ἁλισθέντες, ὁ μὲν βασιλεὺς πρόσταττη τὸ προσταττέον, ὁ δὲ ὑπηρέτης εἶναι λαχὼν πανταχόθεν ἀπεκπονῇ. *Magis facit Arriani locus libro* I. *Diſſertationum Epicteti.* Ἐν Σατορναλίοις λέλογχε βασιλεύς. Ἔδοξε γὰρ παίξαι ταύτῃ τῇ παιδίᾳ προστάσσει, Σὺ πίε, σὺ κέρασον, σὺ ὦσον, σὺ ἄπελθε, σὺ ἔλθε. Ὑπακούω, ἵνα μὴ παρ' ἐμὲ λύηται ἡ παιδία. *id eſt:* Saturnalium diebus rex eligitur. lubet enim ludere hunc luſum. Is imperat, Tu bibe, tu miſce, tu expelle, tu abi, tu veni. Pareo, ne meâ cauſsâ ſoluatur ludus. *Et maximè Luciani in Saturnalibus:* Ὁρᾷς ἥλικον τὸ ἀγαθὸν, ἔπι καὶ βασιλέα μόνον ἐφ' ἁπάντων ἁλέσθαι, τὸν ἀστραγάλῳ κρατήσαντα. Ὡς μήτε ὑπταχθείης γελοῖα ὑπιτάγματα, καὶ αὐτὸς ὑπιττεῖν ἔχοις, τὸν μὲν αἰσχρόν τι περὶ αὐτῷ ἀναβοῆσαι, τὸν δὲ γυμνὸν ὀρχήσασθαι, καὶ ἀσάμβυον τὴν ἀυλητρίδα τρὶς τὴν οἰκίαν περιελθεῖν. Vides (*inquit apud Græcum Saturnus magnificans ſuum regnum*) quantum bonum ſit regem inter omnes eligi, ſi viceris talo. Cùm neque quiſquam tibi ridiculum aliquid imperet, & tu imperare alijs poſſis: huic, vt turpe aliquid de ſeipſo vociferetur, illi vt ſaltet nudus, vtque ſublatâ in humeros tibicinâ ter domum circumeat.

40. REGNVM LVSV SORTIENTIVM.] *Eo ritu, quo regna conuiuiorum: id eſt talo. Ex Luciani ſuprà verbis. Florentinus etiam codex:* ludicra R. regnum: *quod valet,* Romanum.

41. EXORSVS EST CARMEN.] *Vetus illud ex Ennio tritum.*

O Pater, ô patria, ô Priami domus
Septum altiſono cardine templum, &c.

Venenò tollere eum parat:

gentibusque Agrippinæ minis, quia nullum crimen, neque iubere cædem fratris palàm A audebat, occulta molitur. Parari venenum iubet, ministro [42] Pollione Iulio, prætoriæ cohortis tribuno, cuius curâ attinebatur damnata veneficij nomine Locusta, multâ scelerum famâ. Nam vt proximus quisque Britannico, neque fas, neque fidem pensi haberet, olim prouisum erat. Primum venenum ab ipsis educatoribus accepit, transmisitque exsolutâ aluo parum validum, siue temperamentum inerat, ne statim sæuiret. Sed Nero

Et quidem præcipiti.

lenti sceleris impatiens, minitari tribuno, iubere supplicium veneficæ; quòd dum rumorem respiciunt, dum parant defensiones, securitatem morarentur. Promittentibus dein tam præcipitem necem quàm si ferro vrgeretur, cubiculum Cæsaris iuxta decoquitur

Cap. 16.

virus, cognitis anteà venenis rapidum. Mos habebatur, Principum liberos cum ceteris idem ætatis nobilibus [43] sedentes vesci in aspectu propinquorum, propriâ & parciore mensâ. Illic epulante Britannico, quia cibos potusque eius dilectus ex ministris gustu explorabat, ne omitteretur institutum, aut vtriusque morte proderetur scelus, talis dolus repertus est. [44] Innoxia adhuc ac præcalida, & libata gustu potio traditur Britannico. B

Datur ei in frigidâ. Illicò obit.

Dein postquam feruore aspernabatur, [45] frigidâ in aqua affunditur venenum; quod ita cunctos eius artus peruasit, vt vox pariter & spiritus eius raperentur. Trepidatum à circumsedentibus, diffugiunt imprudentes. At quibus altior intellectus, resistunt defixi, & Neronem intuentes. Ille vt erat reclinis, & nescio similis, solitum ita, ait, per comitialem morbum, quo primùm ab infantiâ afflictaretur Britannicus, & redituros paulatim visus sensusque. At Agrippinæ is pauor, ea consternatio mentis quamuis vultu premeretur, emicuit; vt perinde ignaram fuisse ac Octauiam sororem Britannici constiterit. quippe sibi supremum auxilium ereptum, & patricidij exemplum intelligebat. [46] Octauia quoque, quamuis rudibus annis, dolorem, caritatem, omnis affectus absconCap. 17. dere didicerat. Ita post breue silentium, repetita conuiuij lætitia. [47]. Nox eadem necem Britan-

42. POLLIONE IVLIO.] *Puto eum esse qui posteà Præf. prætorio fuit, sub Othone. Vide Plutarch. in Othone.*

43. SEDENTES VESCI.] *Suetonius super eodem ritu, Claudij c.* XXXII. Adhibebat omni cænæ & liberos suos cum pueris puellisque nobilibus, qui more veteri ad fulcra lectorum sedentes vescerentur. *Idem in Augusto, c.*LXIV. *de nepotibus eius:* Neque cænauit vnà, nisi in imo lecto adsiderent. *Vbi scripserim;* nisi vt imo. *Ex quibus vides pueros sedisse ad fulcra, pedesq; parentum. Sedisse, dico. Spernebant enim etiam tunc accubitum à pueris, à seruis: quasi luxuriæ ritum illi ætati ordinive non decorum. De seruis, Plautus Sticho:* Potiùs in subsellijs Cynicè accipiemur, quàm in lecto. *Idem Persâ:* Non postulo equidem med in lecto accumbere, Scis tu med esse imi subsellij virum. *Donatus in vitâ Terentij:* Iussus antè Cæcilio recitare, ad cænantem cùm venisset, quòd erat contemptiore vestitu, subsellio iuxta lectulum residens legisse dicitur: post paucos verò versus, inuitatus vt accumberet, cænasse vnà. *Senecam sic accipio De Tranquillit. lib.* II. *cap.*XV. Non accipiet sapiens contumeliam, si in conuiuio regis recumbere infra mensam, vescique cum seruis ignominiosa officia sortitis iubebitur. *Quâ contumeliâ à Caio Pomponius Secundus adfectus: qui cibum cum eo cepit,* ὡδὲ τοῖς ποσὶν ὥστε καθήμενος, *ait Dio:* scilicet quasi Veiouis illius seruus. *Nec aliò Plutarchus respexit, cùm in Conuiuio suo reliquos quidem accumbentes facit, at Æsopum qui seruus, sedentem in subsellio apud Solonem.*

44. INNOXIA ADHVC AC PRÆCALIDA.] *Retuli ad calidæ potionem in Electis. & velim ei capiti addi Arriani locum lib.*I.*cap.*XIII. Ὅταν δὲ θερμὸν αἰτήσαντος σῦ μὴ ὑπακούσῃ ὁ παῖς, ἢ ὑπακούσας C χλιαρώτερον ἐνέγκῃ ἢ μηδ' εὑρεθῇ ἐν τῇ οἰκίᾳ, τὸ μὴ χαλεπαίνειν μηδὲ μήνιδος, ἀκέσιον ἄρεσον τοῖς θεοῖς; *qui similimus illi Senecæ, quem adduxi è lib. De irâ. Ceterùm ex hac potione gustasse etiam Titus credebatur* Britannicum iuxta cubans, *ait Suetonius Titi cap.*II. *Miror cur* cubans *scripserit: nam ille verò* sedit, *vt hîc in Tacito, cum Britannico scilicet* simul, ac paribus disciplinis, & apud eosdem magistros institutus, *vt ipse Suetonius ibi scripsit. Nec probabile, in pari ætate, Titum supra Dominum honore affectum. Sed exciderit hoc Suetonio, pro vulgato more scribenti.*

45. FRIGIDA IN AQVA.] *Ita factum & Alexandro, ab eâdem causâ & cautione. Iustinus:* In aquâ frigidâ venenum habuerunt, quam prægustatæ iam potioni supermiserunt. *Est error hac in re, opinor, Aeliani in Var. Histor. lib.* V. *qui disertè* D *vult venenum ei in cibo datum, non potu.* Μυρίοι γ' ἦν, *inquit,* οἳ πίνοντές τι κακὸν κατέπιον, ὡς Ἀλέξανδρος, καὶ ἐδίοντες, ὡς Κλαύδιος ὁ Ῥωμαῖος, καὶ Βρεττανικὸς, ὁ τέτε παῖς. *Atqui de potu & Tacitus, & Suetonius, adfirmant.*

46. OCTAVIA QVOQVE.] *Scribe,* Octauiæ. *is pauor videlicet fuit.*

47. NOX EADEM.] *Miror ergo, quomodo vera quæ Græci tradiderunt, Britannici corpus gypso multo oblitum à Nerone fuisse, ne liuor appareret è veneno: sed pluuiam coortam eluisse gypsum, dum cadauer per forum effertur; omniumq; oculis scelus subiecisse. Hæc Zonaras, hæc Dio. Scitè, sed parum verè: vt Taciti quidem narratio est. Nam hæc omnia operire nox potuit.*

48. IN

A Britannici & rogum coniunxit, prouiso antè funebri apparatu, qui modicus fuit. [48] In campo tamen Martio sepultus est, adeò turbidis imbribus, vt vulgus iram deûm portendi crediderit aduersus facinus, cui plerique etiam hominum ignoscebant, antiquas fratrum discordias,& insociabile regnum existimantes. Tradunt plerique eorum temporum scriptores, crebris ante exitium diebus [49] illusisse pueritiæ Britannici Neronem. vt iam non præmatura, neque sæua mors videri queat, quamuis inter sacra mensæ, ne tempore quidem ad complexum sorori dato, ante oculos inimici properata sit, in illum supremum Claudiorum sanguinem, stupro priùs quàm veneno pollutum. Festinationem exsequiarum edicto Cæsar defendit, id à maioribus institutum referens, [50] *subtrahere oculis acerba funera, neque laudationibus, aut pompâ detinere. Ceterùm & sibi amisso fratris auxilio, reliquas spes in Rep. sitas: & tantò magis fouendum patribus populoque Principem, qui vnus supereſſet è familiâ summum ad fastigium genitâ.* Exin largitione potissimos amicorum auxit. Nec defuerunt, qui arguerent [51] viros grauitatem asseuerantes, quòd domos villasque id tem-
B poris quasi prædas diuisissent. Alij necessitatem adhibitam credebant à Principe, sceleris sibi conscio, & veniam sperante, si largitionibus validissimum quemque obstrinxisset. At matris ira nullâ munificentiâ leniri; sed amplecti Octauiam, crebra cum amicis secreta habere. Super ingenitam auaritiam, vndique pecunias quasi [52] in subsidium corripiens, tribunos & centuriones comiter excipere. Nomina & virtutes nobilium, qui etiam tum supererant, in honore habere: quasi quæreret ducem & partes. Cognitum id Neroni, excubiasque militares, [53] quæ vt coniugi Imperatoris soli tum & vt matri seruabantur, & [54] Germanos super eumdem honorem custodes additos digredi iubet. Ac ne cœtu salutantium frequentaretur, separat domum, matremque transfert in eam quæ Antoniæ fuerat: quoties ipse illuc ventitaret, septus turbâ centurionum, & post breue osculum digrediens. Nihil rerum mortalium tam instabile ac fluxum est, quàm fama potentiæ, non suâ vi nixæ. Statim relictum Agrippinæ limen. Nemo solari, nemo
C adire, præter paucas feminas, amore an odio, incertum. Ex quibus erat Iunia Silana, quam

Nocte effertur & vritur.

Edictum super eâ re Cæsaris.

Cap. 18. *Liberalitas ad redimendum scelus.*

Agrippina tamen mansit infensior:

Cui Nero excubias adimit.

Cap. 19. *Igitur cultores eam deserunt.*

48. IN CAMPO TAMEN MARTIO SEPVLTVS.] *Non tamen ibi combustus: sed reliquiæ eius in vrnâ, illatæ, vt opinor, monumento Augusti.*

49. ILLVSISSE.] *Prisci aliquot*, illusum esse. *scribe*, isse. Ludere *autem &* Illudere, *in re Veneris vsurpant: sed hoc ferè in fœdâ. Suetonius Tiberij cap.* XLV. Fœminarum capitibus illudere.

50. SVBTRAHERE OCVLIS ACERBA FVNERA.] *Nota ritum. Acerba enim & immatura funera, quæ intra Tyrocinij diem, pompâ funebri aut laudatione non dignata. Vide me ad Senecæ De Breuit. vitæ, cap. vlt.*

51. VIROS GRAVITATEM ASSEVERANTES.] *In Senecam & Burrhum crimi-*
D *natio spectat. quam diluit tamen leuiter ipse Tacitus, Senecæ vbique volens & amicus: aliter quàm ille Bithynus, qui inimicitias cum Senecâ indictas exercet, & ex professo.*

52. IN SVBSIDIVM CORRIPIENS.] *Vel* corripere.

53. QVÆ VT CONIVGI IMPERATORIS SOLI.] *Emendaui verisimè*: quæ vt coniugi Imperatoris olim, tum. *Iampridem, inquit, excubiæ Agrippinæ: Claudio quidem viuo, vt coniugi Principis: Nerone imperante, vt matri.*

54. GERMANOS SVPER EVMDEM HONOREM.] *Duplex ergo custodia Agrippinæ, vti & Principi ipsi: Prætoriani militis, Germaniq. Suetonius capite* XXXIV. Abductaque militum & Germanorum statione, contubernio quoque ac Palatio expulit. *Iampridem verò Germanis habitus is honos: & ante eos Hispanis. Nam Iulius Cæsar Hispanorum cohortem habuerat custodiæ suæ, Sueton. in Iul. capite* LXXXVI. *& Calagurritanorum manum Augustus, Suet. cap.* XLIX. *Sed ij dimissi: & eorum vicem allecti Germani. Quosipsos metu aliquo & suspicione ob Vari cladem * dimiserat; sed mox, vt opinor, recepit Augustus. Habuit certè eos inter initia Principatus, Tiberius, ex Tacito lib.* I. Robora Germanorum qui tum custodes Imperatori aderant. *alijq. ad Galbam vsque*, qui cohortem Germanorum olim à Cæsaribus ad custodiam corporis institutam atque multis experimentis fidelissimam dissoluit. *Sed & post eum iterùm recepta, vti clarum ex historiâ inferiore. Imò & externi reges vitam suam commisêre istis. De Herode quidem * lego Iudææ, habuisse eum in satellitiò Germanos. Faueo tibi pugnacissima & fidelissima gens, faueo hanc laudem. quæ tamen propria quodammodò Batauorum. Vti enim hodie Heluetij, sic illi olim eximij visi ad hoc munus. Itaque indiscriminatim modò Batani ij custodes appellati, modò Germani. Batauos Suet. Cal. cap.* XLIII. *nominat, Plutarchus in Othone, Dio apertissimè lib.* LV. *Ex cuius verbis etiam disces, Equites peditesq. in hac manu fuisse. sicut & in Constitutione Hadriani, inter Vexillationes Palatinas Batauos equites seniores iunioresq. recensitos reperies. Ad hos non dubiè custodes illa Arriani spectant de oblongis gladijs, quorum & nunc Germanæ genti vsus, l.* IV. *Dissertationum:* Δείκνυέ μοι τὰς μαχαίρας τῆς δορυφόρου. ἰδὺ, ἡλίκαι εἰσὶ, καὶ πῶς ὀξεῖαι; τί ἂν ποιοῦσιν αἱ μεγάλαι αὗται μάχαιραι καὶ ὀξεῖαι; ἀποκτιννύουσι. *id est:*

* Sueton. c. XLVIII.

* Apud Ioseph. l. XVII.

quam matrimonio C. Silij à Messallinâ depulsam, [55] suprà rettuli, [56] insignis genere, A formâ lasciua, & Agrippinæ diu percara. mox occultis inter eas offensionibus, quia [57] Sextium Africanum nobilem iuuenem à nuptijs Silanæ deterruerat Agrippina, impudicam & vergentem annis dictitans; non vt Africanum sibi seponeret, sed ne opibus & orbitate Silanæ maritus potiretur. Illa spe vltionis oblata, parat accusatores ex clientibus suis [58] Iturium & Caluisium, non vetera, & sæpiùs iam audita deferens, quòd Britannici mortem lugeret, aut Octauiæ iniurias euulgaret: sed destinauisse eam [59] Rubellium Plautum, per maternam originem pari ac Nero gradu à diuo Augusto, ad res nouas extollere; coniugioque eius etiam imperio Remp. rursus inuadere. hæc Iturius & Caluisius [60] Atimeto Domitiæ Neronis amitæ liberto aperiunt. Qui lætus oblatis (quippe inter Agrippinam & Domitiam infensa æmulatio exercebatur) Paridem histrionem libertum & ipsum Domitiæ impulit ire properè, crimenque atrociter deferre.

Silana in eam insurgit.

Insidiarum in Principem accusat.

Cap. 20. *Nero mirificè terretur.*

Prouecta nox erat, & Neroni per vinolentiam trahebatur. Cùm ingreditur Paris, solitus alioquin id temporis [61] lusus Principis intendere. Sed tunc compositus ad mæstitiam, expositoque indicij ordine, ita audientem exterret, vt non tantùm matrem Plautumque interficere, sed Burrhum etiam demouere præfecturâ destinaret tamquam Agrippinæ gratiâ prouectum, & vicem reddentem. [62] Fabius Rusticus auctor est, scriptos esse [63] ad Cæcinam Thuscum codicillos mandatâ ei prætoriarum cohortium curâ, sed ope B Senecæ

Ostende mihi gladios istos satellitum. Ecce, quàm magni, quamque acuti! Quid ergo faciunt isti magni gladij & acuti? occidunt. *Reperio & Frisios in hoc numero, vicinos scilicet Batauis ingenio, situque. Lapis Interamnæ:* HILARIVS. NERONIS. CÆSARIS. CORPORIS. CVSTOS. NATIONE. FRISO.

55. SVPRA RETTVLI.] *Libro* XI. *Credo sororem esse Marci Lucijque Silanorum.*

56. INSIGNIS GENERE, FORMA LASCIVA.] *Romana vetus editio*, formâ, lasciuiâ. *non displicet.*

57. SEXTIVM AFRICANVM.] *Scribe* Sex. *vt prænomen sit. l.* XIV. Census per Gallias à Q. Volusio & Sex. Africano Trebellioque Maximo acti sunt, æmulis inter se per nobilitatem Volusio atque Africano. *Nobilitatem hanc Africani repetendam arbitror à Iulo Antonio Marcellæ marito, cui cognomen Africano. Ei filius L. Antonius l.* V. *suprà: & hic, vt opinor, nepos.*

58. ITVRIVM.] *Verius*, Turium. *atque ita scribunt libri veteres infrà*, XIV. *Annali. Simile mendum* III. *ad Q. Fratrem libro:* Ad Labienum & ad Ligurium litteras dabo. *Malim*, Turium, *qui in Cæsaris legatis.*

59. RVBELLIVM PLAVTVM.] *Rectè Plautum. Noster l.* XIV. Et omnium more Rubellius Plautus celebratur, cui nobilitas per matrem ex Iuliâ familiâ. *Iterùm:* Compertoque Plautum & Syllam maximè timeri. *Lib.* XVI. Interfectum esse Rubellium Plautum generum L. Veteris. *Græcisque constanter semper*, Πλαῦτος. *Vbi ergo frons*, Plancus *aut* Blandus *substituentium? At enim pater illi fuit Rubellius Blandus. Homo incircumspecte, an nescis plerosque filiorum cognomine à patribus diuersos fuisse, hoc æuo? Taciti vna aut altera pagina tibi testis. In Iuuenali ergo corrige, Sat.* VIII.

——tecum est mihi sermo Rubelli
Plaute, tumes alto Drusorum sanguine.

Suetonius qui A Plancium quemdam iuuenem nominat, non tibi imponet: alius est ab isto, vt dicam lib. XIV. *vbi de morte huius Plauti. Quod ait Tacitus pari eum gradu à Diuo Augusto fuisse ac Neronem: id clarum. Rubellius Blandus maritus Iuliæ Drusi filiæ fuit. ex ijs genitus hic Rubellius Plautus. Tabulam nostram adi.*

60. ATIMETO DOMITIÆ.] *Aetas non abnuit, quin sit ille libertus, de quo hodie inscriptio in ædibus Cæsiorum*, ATIMETVS. PAMPHILI. TI. CÆSARIS. AVG. L. L. ANTEROTIANVS. *cum carmine Romano Græcoque, in mortem Homonææ coniugis. E domo enim Pamphili Tiberiani liberti transire ad hanc Domitiam potuit. De eodem fortasse Scribonij Largi locus est, sed vitiatus, cap.* CXIX. Cassij medici, *inquit*, colice bona, multis nota propter effectus, vera hæc est: vt ab eius seruo Atimeto accepi, legato Tiberij Cæsaris. *Quomodo enim seruus legatus Cæsaris sit? Scribam*, legato Tiberio Cæsari. *hac mente, vt à Cassio moriente legatum relictus sit Tiberio.* C

61. LVSVS PRINCIPIS INTENDERE.] *Nec malè*, luxus.

62. FABIVS RVSTICVS.] *Historias eorum temporum scripsit: de quo elogium nostri, in Agricolâ:* Liuius veterum, Fabius Rusticus recentium eloquentissimi scriptores.

63. AD CÆCINAM THVSCVM CODICILLOS.] *Benè & ad ritum eius æui, Codicillos. Nam officia omnia administrationesque dari à Principe moris, in codicillis. Tacitus in Agricolâ:* Credidêre plerique missum è secretioribus ministerijs libertum, codicillos quibus ei Syria dabatur, tulisse. *Sidonius l.* I. *Epist.* Vacante aulâ turbatâque repub. solus inuentus est, qui ad Gallias administrandas fascibus priùs quàm codicillis ausus accingi, *&c. Ingerit idem non conniuenti lectori Suetonius Claud. capite* XXIX. Suppositos aut etiam palàm immutatos datorum officiorum codicillos. *Et Arrian. lib.* III. *Dissert*, Ἀλλὰ καὶ κριτής εἰμι τῶν Ἑλλήνων. Οἶδας κρίνειν, τί σε ἐποίησεν εἰδέναι; Καῖσάρ μοι κωδίκελλον ἔγραψε. Γράψάτω σοι ἵνα κρίνῃς περὶ τῶν μισικῶν, καὶ τί σοι ὄφελος; *Zeno Imp. lib.* I. *C. Vt omnes iudices:* D Aut

A Senecæ dignationem Burrho retentam. [64] Plinius & [65] Cluuius nihil dubitatum de fide præfecti referunt. sanè Fabius inclinat ad laudes Senecæ, cuius amicitiâ floruit. Nos consensum auctorum secuturi, quæ diuersa prodiderint, sub nominibus ipsorum trademus. Nero trepidus, & interficiendæ matris auidus, non priùs differri potuit, quàm Burrhus necem eius promitteret, si facinoris coargueretur. *Sed cuicumque, nedum parenti defensionem tribuendam. nec accusatores adesse,* [66] *sed vocem vnius ex inimicâ domo afferri.* [67] *Refutare tenebras, & vigilatam conuiuio noctem, omniaque temeritati & insciticæ propiora.* *In eadem matris imminet.*

Sic lenito Principis metu & luce ortâ, itur ad Agrippinam vt nosceret obiecta dissolueretque, vel pœnas lueret. Burrhus ijs mandatis, Senecâ coram, fungebatur. Aderant & ex libertis, arbitri sermonis. Deinde à Burrho, postquam crimina & auctores exposuit, minaciter actum. Agrippina ferociæ memor. *Non miror,* inquit, *Silanam numquam edito partu, matrum affectus ignotos habere. Neque enim perinde à parentibus liberi, quàm ab impudicâ adulteri, mutantur. Nec si Iturius & Caluisius adesis omnibus fortunis, nouissimam suscipiendæ accusationis operam anui rependunt; ideò aut mihi infamia parricidij, aut Cæsari conscientia subeunda est. nam Domitiæ inimicitijs gratias agerem, si beniuolentiâ mecum in Neronem meum certaret. Nunc per concubinum Atimetum, & histrionem Paridem, quasi scenæ fabulas componit. Baiarum suarum piscinas excolebat, cùm meis consilijs adoptio, & proconsulare ius, & designatio consulatus, & cetera adipiscendo imperio præpararentur. Aut existat qui cohortes in vrbe tentatas, qui prouinciarum fidem labefactatam, denique seruos vel libertos ad scelus corruptos arguat.* [68] *Viuere ego Britannico potiente rerum poteram: at si Plautus aut quis alius Remp. iudicaturus obtinuerit; desunt scilicet mihi accusatores, qui non verba impatientiâ caritatis aliquando incauta, sed ea crimina obijciant, quibus nisi à filio mater absolui non possim.* Commotis qui aderant, vltroque spiritus eius mitigantibus, colloquium filij exposcit. Vbi nihil pro innocentiâ [69] quasi diffideret, nec beneficijs quasi exprobraret, differuit, sed vltionem in delatores & præmia amicis obtinuit. Præfectura annonæ [70] Senio Rufo, [71] cura

Cap. 21. *Coërcetur à Burrho.*

Agrippina seriò se purgat.

Filium ipsa conuenit.

Placat, & placatur.

Cap. 22.

C Aut codicilli alterius administrationis oblati. & *l.* XII. *C. De Dignitat.* Iudices qui se furtis & sceleribus fuerunt maculasse conuicti, ablatis codicillorum insignibus & honore exuti, *&c. Lampridium verè interpretemur ex istis, in Alexandro:* Pontificatus & Quindecimuiratus & Auguratus codicillares fecit, ita vt in Sedatum allegerentur. *Codicillares, id est, tribuit eos ipse per codicillos: cùm anteà cooptari à collegis, partim à plebe solerent. De hisdem codicillis interpretor Suetonij locum Tib. cap.* XLII. Alteri Syriam prouinciam, alteri præfecturam vrbis confestim detulit; codicillis quoque iocundissimos & omnium horarum amicos professus. *Cæcina Tuscus quem hîc nominat, est ille qui posteà Præf. Aegypti à Nerone relegatus est. Suet. c.* XXXV. Tuscum nutricis filium relegauit, quòd in pro-
D curatione Ægypti balneis in aduentum suum exstructis lauisset. *Dionem corrige:* Τί δὲ ὅτι καὶ Κίνναν Τᾶσιον ὑπερφέρεσθαι, ὅτι τῆς Αἰγύπτου ἄρχων ἐλέσατο ἐν τῷ βαλανείῳ ὁ ἐκείνῳ ὡς καὶ εἰς τιὼ Ἀλεξανδρέων ἥξοντι, ἐποιήθη. *& scribe,* τί δὲ ὅτι Καικίναν. *Superfuit tamen Neroni, & nominat iterùm noster libro* III. *Histor.* Apud Cæcinam Tuscum epulari multos, præcipuum honore Iunium Blæsum, nuntiatur.

64. PLINIVS.] *In libris Historiarum, quos à fine Aufidij Bassi composuit triginta & vnum. Ipse in Præfatione ad Titum:* Nos quidem omnes, patrem, te, fratremque diximus opere iusto, temporum nostrorum historiam orsi à fine Aufidij Bassi. *Eosdem libros intellegit,* II. *Histor. nat. capite* LXXXIII. Nec minùs mirum ostentum & nostra cognouit ætas, anno Neronis principis supremo, sicut in rebus eius exposuimus. *Et cap.* LIII. Amnes retrò fluere & nostra vidit ætas, Neronis principis supremis, sicut in rebus eius retulimus. *Credo autem scripsisse Aufidium à bellis ciuilibus ad res Claudij aut paullùm infrà. Certè vixit eâ ætate, & viri optimi (ita appellat) constantiam in lentâ morte Seneca describit epist.* XXX. *Citantur bina eius fragmenta in Suasoriâ pro Cicerone.*

65. CLVVIVS.] *Non,* Cluius. *Est Cluuius ille Rufus, vir consularis, qui huius inferiorisq; ætatis historiam scripsit. Plinius lib.* VIII. Ita secum aliquando Cluuium locutum, Scis Virgini, quæ historiæ fides debeatur: proinde, siquid in historijs meis legis aliter ac velles, rogo ignoscas. *Emenda Plutarchum in Othone, apud quem sub initium malè* Κλαύδιος Ῥοῦφος *scriptum & versum. Nominat aliquotiens noster, & Sueton.*

66. SED VOCEM VNIVS EX INIMICA DOMO.] *Hæsito num scrib.* vocem mimi ex mimicâ domo. *De Paride enim: & fatalis quidam librariorum in ijs vocibus error.*

67. REFVTARE TENEBRAS.] *Hæret sententia: quam explicari posse puto, si legas,* Reputaret tenebras.

68. VIVERE EGO BRITANNICO.] *Lege notâ interrogandi,* Viuere e. B. p. r. poteram? *Sequentia scripserim,* remp. iudicatúsve obtinuerit. *id est, si Plautus rerum, iudiciorúmve potiretur. Rodolphus legit,* remp. inuasurus.

69. QVASI DIFFIDERET.] *Rodolphus adnotauit,* quasi defenderet.

70. SENIO RVFO.] *Fenius illi nomen: atque ita semper infrà.*

71 cura ludorum qui à Cæsare parabantur Arruntio Stellæ; 72 Ægyptus C. Balbillo A
permittuntur. 73 Syria P. Anteio destinata, & varijs mox artibus illusus, ad postremum
Accusatores eius variè puniti. in vrbe retentus est. At Silana in exsilium acta. Caluisius quoque & Iturius relegantur.
De Atimeto supplicium sumtum, validiore apud libidines Principis Paride, quàm vt
Cap. 23. pœnâ afficeretur. Plautus ad præsens silentio transmissus est. Deferuntur dehinc consen-
Pallas, & Burrhus, delati. sisse Pallas, ac Burrhus, vt Cornelius Sulla claritudine generis, & affinitate Claudij, cui
per nuptias Antoniæ, gener erat, ad imperium vocaretur. Eius accusationis auctor exsti-
tit Pætus quidam, exercendis apud ærarium sectionibus famosus, & tum vanitatis ma-
Illius contemptrix superbia. nifestus. Nec tam grata Pallantis innocentia, quàm grauis superbia fuit. quippe nomi-
natis libertis eius, quos conscios haberet, respondit, nihil vmquam se domi, nisi nutu aut
manu significasse, vel si plura demonstranda essent scripto vsum, ne vocem consociaret.
Burrhus quamuis reus, inter iudices sententiam dixit. Exsiliumque accusatori irroga-
Cap. 24. tum, & tabulæ exustæ sunt, quibus oblitterata ærarij monimenta retrahebat. Fine anni
Miles à theatro remotus. 74 statio cohortis assidere ludis solita, demouetur, quo maior species libertatis esset; vt- B
que miles theatrali licentiæ non permixtus, incorruptior ageret, & plebs daret experi-
mentum, an amotis custodibus, modestiam retineret. Vrbem Princeps lustrauit è re-
Cap. 25. sponso haruspicum, quòd Iouis ac Mineruæ ædes de cælo tactæ erant. 75 Q. Volusio,
A. V. C. CCMIX. P. Scipione Coss. otium foris, fœda domi lasciuia, quâ Nero itinera vrbis, & lupana-
Neronis nocturna lasciuia. ria, & diuerticula, veste seruili in dissimulationem sui compositus pererrabat, comitan-
tibus qui raperent ad venditionem exposita, & obuijs vulnera inferrent, aduersus igna-
ros adeò, vt ipse quoque acciperet ictus, 76 & ore præferret. Deinde vbi Cæsarem esse
qui grassaretur pernotuit, augebanturque iniuriæ aduersus viros 77 feminasque in-
Quam vulgò imitati: Iulius Montanus infeliciter. signes, & quidam simili licentiâ sub nomine Neronis, 78 multi proprijs cum globis
eadem exercebant, & 79 in modum captiuitatis nox agebatur. 80 Iulius quidam Mon-
tanus senatorij ordinis, 81 sed qui nondum honorem capessisset, congressus fortè per
tenebras cum Principe, quia vim tentantem acriter repulerat, deinde agnitum orauerat,
quasi exprobrasset, mori adactus est. Nero autem metuentior in posterum, milites C
sibi, & plerosque gladiatorum circumdedit, qui rixarum initia modica, & quasi pri-
uata

71. CVRA LVDORVM ARRVNTIO STELLÆ.] *Inter dignitates ergo ea res fuit. sic libro* XI. Sulpicius Rufus ludi procurator. *In lapide prisco Tibure:* CVRAT. MVNERIS. PVBLICI. GLADIATORI. *Apud Sueton. Cal. cap.* XXVII. Curator munerum ac venationum.

72. ÆGYPTVS C. BALBILLO.] *De hoc Seneca l.* IV. *Nat. Quæst. cap.* II. Balbillus virorum optimus, in omni litterarum genere rarissimus, auctor est cùm ipse Præfectus obtineret Ægyptum, *&c. etsi malè vulgò*, Babillus. *Corruptum & in Plinio idem nomen, l.* XIX. *proœmio.* Galerius à freto Siciliæ Alexandriam septimâ die peruênit, Babilius sextâ, ambo Præfecti. *scribe*, Balbillus. *In lapidibus nominatur quidam*, TI. IVLIVS. BABILLVS. SACERDOS. SOLIS.

73. SYRIA P. ANTEIO.] *Ineptè vulgo*, Pantello. *errore duplici. Coniectura nostra certò firmatur è Taciti* XVI. Simul annuam pecuniam à P. Anteio ministrari cognoscit; neque nescium habebat Anteium caritate Agrippinæ inuisum Neroni.

74. STATIO COHORTIS.] *Non repeto quæ scripsi Epistolic. libro* III. *Epistolâ* XVIII.

75. Q. VOLVSIO, P. SCIPIONE.] *Ita mei libri, idq. Fasti comprobant, Lapis Neapoli,*

Q. VOLVSIO. SATVRN.
P. CORNELIO. SCIP. COS.
AVGVSTALES
QVI. NERONI. CLAVDIO
CÆSARI. AVGVST. ET
AGRIPPINÆ. AVGVSTÆ
I. O. M. ET. GENIO. COLONIÆ.
LVDOS. FECERVNT. XIII. XII. K. MART.

Nominat & Phlegon in Admirandis, Q. Volusium P. Scipionem coss.

76. ET ORE PRÆFERRET.] *Vera lectio. Beatus Maurusq. frustrà adlaborant in scripturâ codicis Budensis: quem ex hoc alijsq. locis sciàs fuisse non optimæ notæ. Legunt tamen illi*, & ore se Cæsarem præferret. *Ineptè. Hoc noster voluit clarè, excepisse eum ab ignaris ictus, & læsâ facie prætulisse. Plinius* D *l.* XIII. *de Thapsiâ:* Nero Cæsar claritatem ei dedit initio imperij, nocturnis grassationibus conuerberatam faciem illinens sibi cum thure ceraque, & secuto die contra famam cutem sinceram circumferens.

77. FEMINASQVE INSIGNES.] *Farn.* illustres.

78. MVLTI PROPRIIS.] *Melius*, inulti.

79. IN MODVM CAPTIVITATIS.] *Diuino scribend.* in modum captæ ciuitatis. *Ea enim facies potiùs, quàm carceris custodiæve.*

80. IVLIVS QVIDAM MONTANVS.] *Si memoria mihi firma, poëta quidam eo nomine apud Senecam patrem laudatur.*

81. SED QVI NONDVM HONOREM.] *Suetonius*

A uata ſinerent. ſi à læſis validiùs ageretur, arma inferebant. Ludicram quoque licentiam, & fautores hiſtrionum velut in prælia conuertit, impunitate & præmijs; atque ipſe occultus, & plerumque coràm proſpectans: donec diſcordi populo, & grauioris motus terrore, non aliud remedium repertum eſt, quàm vt hiſtriones Italiâ pellerentur, mileſque theatro rurſum aſſideret. Per idem tempus actum in ſenatu de fraudibus libertorum, efflagitatumque vt aduerſus malè meritos, [82] reuocandæ libertatis ius patronis daretur. Nec deerant qui cenſerent. Sed conſules relationem incipere non auſi ignaro Principe, [83] perſcripſere tamen conſenſum ſenatus. Ille auctor conſtitutionis fieret, vt inter paucos & ſententiæ aduerſos, quibuſdam coalitam libertate irreuerentiam eò prorupiſſe frementibus, [84] *vi an æquo cum patronis iure agerent, ſententiam eorum conſultarent, an verberibus manus vltrò intenderent, impelleréntve pœnam ſuam diſſuadentes. Quid enim aliud* [85] *læſo patrono conceſſum, quàm vt viceſimum vltra lapidem, in oram Campaniæ libertum releget? Ceteras actiones promiſcuas & pares eße. Tribuendum aliquod telum quod ſperni nequeat. Nec graue manumiſſis, per idem obſequium retinendi libertatem, per quod aſſecuti ſint. Ac criminum manifeſtos, meritò ad ſeruitutem retrahi; vt metu coërceantur, quos beneficia non mutauiſſent.* Differebatur contrà. *Paucorum culpam ipſis exitioſam eſſe debere. nihil vniuerſorum iuri derogandum. quippe latè fuſum id corpus. Hinc * plerumque tribus,* [86] *decurias,* [87] *mini-*

Miles iterùm in theatrum reductus.

Cap. 26. *De ingratis libertis deliberatio:*

Contra eos dictum:

Cap. 27. *Pro ijs dictũ.* *plera, quę

nius Laticlauium vocat: tu ſcito. Ante & ſub hoc ævum mos, vt liberi Senatorum, lato clauo induerentur vnà cum virili togâ, Curiæq; intereſſent. Ab Auguſto inſtitutum, qui Liberis Senatorum, quò celeriùs reip. adſueſcerent, protinus virili togæ latum clauum inducere, & Curiæ intereſſe permiſit. *A quo more Ouidius:*

C Liberior fratri ſumpta, mihique toga eſt:
Induiturque humeris cum lato purpura clauo.

Iidem ergo Laticlauij: ijdem capeßendis honoribus deſtinati. Noſter libro XIV. Valerius Fabianus capeſſendis honoribus deſtinatus. *Statius* III. *Siluarum:*

Notus adhuc tantùm maioris munere claui.

Alij ſunt Tribuni laticlauij, de quibus hæc non capio. Iulius ergo Montanus Senatorij quidem loci, ſed qui magiſtratum adhuc nullum cepiſſet, & tantùm laticlauius.

82. REVOCANDÆ LIBERTATIS IVS.] *Non ergo ratum * Claudij iudicium qui* Ingratos & de quibus patroni quererentur, reuocauit in ſeruitutem: *Sueton. cap.* XXV. *In quo Claudius exemplum Athenienſium ſecutus videri poteſt, apud quos* conuictus à patrono libertus ingratus, iure libertatis exuitur, *ait Valerius l.* II. *cap.* VI. *& Plutarch. in Solone: Iudicauit ergo quidem ita Claudius, ſed in legibus &* D *more Romano aliud fuit, vti audiemus.*

83. PERSCRIPSERE TAMEN CONSENSVM.] *Puto leg. interpungendumq;*, Perſcripſere tamen conſenſum Senatus illi, an auctor conſtitutionis fieret, vt inter paucos & ſententiæ diuerſos. *Firmant illa Taciti l.* XIV. At Conſules perficere Senatus decretum non auſi, de conſenſu ſcripſere Cæſari.

84. VI AN ÆQUO CVM PATRONIS.] *Occiſus locus, ita viuam & ſentiam ego. Ecce tamen Veſpillones aliquot (non enim medicos) ad hoc funus. Eſt qui legat.* Vi an æquo cùm patronis iure agerent, ſententiam eorum confutarent, ac verberibus vltrò manus intenderent, implere vel pœnam ſuam diſſuadentes. *Alius,* vt ne æquo cum p.i.a.ſ.e.conculcarent: ac v. v. m. intenderent, impleréntve p.ſ.d. *Parcite boni viri; non vos, non ego reſtituemus ſine libris, à quibus nihil hîc iuuor. Ludibria tamen mea hæc:* vt iam nec æquo cum patronis iure agerent. Sententia eorum conſultari, an verberibus manus vltrò intenderent, impunè vel pœnam ſuetam diſſuadentes. *Ad manuum intentionem facit aliquid locus à l.* III. *Annal.* Libertique etiam ac ſerui, patrono vel domino, cùm voces cùm manus intentarent, vltrò metuebantur.

85. LÆSO PATRONO CONCESSVM.] *Quando id aut quâ lege, patrono conceßum, quærimus. Suſpicor eſſe ab Auguſto, qui vt Dio ait, l.* LV. *conſtituit τὰ δικαιώματα οἷς οὔτε ἄλλοι πρὸς τὺς ἐλευθερουμένους, οὔτε αὐτοὶ οἱ δεσπόται σφῶν· χρώμενοι χρήσοιντο. id eſt,* iura, quibus erga libertos cùm alij, tum ipſi patroni vterentur. *Et relegatio quidem eſt ab exemplis ævi priſci. Vt enim patres olim filios rus relegabant pœnæ & moleſtiæ cauſſâ, (vti Roſcius Amerinus, vti Torquatus à patribus relegati leguntur:) ſic patronis relegandi libertos ius nunc tribuit ſiue quis alius, ſiue Auguſtus. Sed in numero numqua ratio? & cur non vltra* XX. *lapidem? Nihil reperio. Præfectus quidem vrbi intra centeſimum lapidem cognoſcebat: vltra, Præfectus Prætorio: vt notat Vlpianus in fragm. Pythœanis l.* IX. *de offic. proconſ. Eoq; exemplo Seuerus Imp. Prætorianos milites vltra centeſimum lapidem abeſſe ab vrbe iußit, apud Herodianum l.* II. *Et Proſper Aquitanus de Symmacho: quem, cùm Aram Victoriæ reſtitui poſtulaſſet;* iratus Princeps ſtatim à ſuis aſpectibus pulſum in centeſimo lapide, rhedæ non ſtratæ impoſitum, eâ die manere præcepit. *Dio tamen libro* LII. *vbi de Præfecto vrbis, iuriſdictionem eius anguſtiùs terminat, ἔξω τῆς πόλεως μέχρι πεντήκοντα καὶ ἑξακοσίων σταδίων: ea eſſent milliaria circiter* LXXXVII. *niſi in Dione reſcribendum ſit, ἑπτακοσίων: quod puto. Sanè ad Præf. vrbis pertinuiſſe, audire patronos quærentes de libertis, ex Vlpiano clarum l.* I. *de off. Præf. vrbis. Sed Tacitus patrono ipſi hanc relegationem, vt appâret, tribuit: nec tamen videtur vſurpari potuiſſe, ſine auctoritate maiori.*

* Adde his l. v. De iure patro. vbi ſtrictiùs de hac Claudij conſtitutione.

* Tit. de plagiarijs & l. I. de off. Præf. vrbis.

86. DECVRIAS.] *Iudicúmne decurias intellegit, an potiùs ſcribarum? Puto, ſcribarum. Qui ordo*

[87] *ministeria magistratibus & sacerdotibus,* [88] *cohortes etiam in vrbe conscriptas. & plurimis* A
equitum, plerisque senatoribus, non aliunde originem trahi. Si separentur libertini; manifestam
fore penuriam ingenuorum: non frustrà maiores cùm dignitatem ordinum diuiderent, libertatem
in communi posuisse. Quin & [89] *manumittendi duas species institutas, vt relinqueretur*
[90] *pœnitentiæ aut nouo beneficio locus. Quos vindictâ patronus non liberauerit; velut vinculo*
seruitutis attineri. Dispiceret quisque merita, tardéque concederet, quod datum non adimeretur.

Et hi obtinuêre. Hæc sententia valuit. Scripsitque Cæsar senatui, priuatim expenderent caussam libertorum, quoties à patronis arguerentur: in commune nihil derogent. Nec multò pòst,

Paris ingenuus iudicatus. [91] ereptus amitæ libertus Paris, quasi iure ciuili; non sine infamiâ Principis, cuius iussu perpetratum ingenuitatis iudicium erat. Manebat nihilominùs quædam imago Reip.

Cap. 28. Nam inter Vibullium prætorem & plebei tribunum Antistium ortum certamen, quòd immodestos fautores histrionum, & à prætore in vincula ductos, tribunus omitti iussisset. comprobauere patres, incusatâ Antistij licentiâ. Simul

Ius tribunicium coërcitum: [92] prohibiti tribuni ius prætorum & consulum præripere, aut vocare ex Italiâ cum quibus lege agi posset. Addidit B
L. Piso designatus consul, ne quid intra domum pro potestate animaduerterent: néve multam ab ijs dictam, quæstores ærarij in publicas tabulas ante quatuor menses referrent: medio temporis contradicere liceret. deque eo consules statuerent. Cohibita ar-

Item Ædilicium. tius & ædilium potestas, statutumque quantum curules, quantum plebei pignoris caperent, vel pœnæ irrogarent. Eò Heluidius Priscus tribunus plebis aduersus Obultronium Sabinum ærarij quæstorem contentiones proprias exercuit, tamquam ius hastæ

* ageret. aduersus inopes inclementer * augeret. Dein Princeps curam tabularum publicarum à

Cap. 29. quæstoribus ad præfectos transtulit. [93] Variè habita, ac sæpè immutata eius rei forma.

Nam

latè fusus Romæ, & non inhonestus. Liberti autem ordinem eum pretio certo emebant, vti è Cicerone haurias III. *l. in Verrem:* Ad eos me scribas reuoca: noli hos colligere, qui nummulis erogatis de nepotum donis ac scenicorum corollarijs, cùm decuriam emerunt, ex primo ordine explosorum in secundum ordinem ciuitatis se venisse dicunt. *Et paullò pòst, de ijsdem:* Mirabimur turpes aliquos esse in eo ordine, quò cuiuis pretio licet peruenire? *Scribæ ij diuisi per decurias. Sueton. in Claudio* c. I. Corpus eius per municipiorum coloniarumque primores, suscipientibus obuijs scribarum decurijs, ad vrbem deuectum. *Reperiesq; sparsim Quæstorios scribas, Aedilitios, Prætorios, item scribas ærarij, Portorij, &c.*

* Hæ sunt iterationes, quarũ mentio Iustin. Nouell. LXXVIII.

87. MINISTERIA MAGISTRATIBVS.] *Lictores, viatores, præcones, calatores, præcias.*

88. COHORTES ETIAM IN VRBE.] *Cohortes vigilum, quæ scriptæ primò ex milite libertino. Strabo. lib.* V. *Dio* XLVIII.

89. MANVMITTENDI DVAS SPECIES.] *Libertas duplex, Iusta, Non Iusta. Iusta quæ vindictâ, censu, testamento data: Non iusta, quæ inter amicos, in conuiuio, per epistolam. Seneca De vitâ beatâ, cap.* XXIV. Hominibus prodesse natura iubet, serui liberíve sint; ingenui an libertini; iustæ libertatis an inter amicos datæ. *Rectéq; libri veteres aliquot Suetonij Aug. cap.* XL. Seruos non contentus multis difficultatibus à libertate, multoque pluribus à libertate iustâ remouisse. *Iustâ illâ qui manumisi, planè pleneq; liberi: qui alterâ, vinclo adhuc quodam, vt Tacitus ait, attinebantur seruitutis. Imò retrahi poterant in seruitutem. Fragmentum quoddam Ic. veteris à Puteano.* Hi qui domini voluntate in libertate erant, manebant serui: & manumissores audebant in seruitute denuò eos per vim ducere. Interueniebat Prætor, & non permittebat manumissum seruire. *& addit pòst:* Sed nunc habent C
propriam libertatem qui inter amicos manumittuntur, & fiunt Latini Iuniani. *Scitè ergò ob hunc * iteratæ seruitutis metum Messenio seruus apud Plautum, qui inter amicos manumissus subijcit,*

Sed meliore est opus auspicio, liber perpetuò vt siem.

90. POENITENTIÆ, AVT NOVO BENEFICIO.] *Pœnitentiæ, vt retraheres in seruitutem: beneficio, vt vindictâ liberares. Ita apud Plinium l.* VII. *epist.* Facilè deflectet ad te, si voles vindictâ liberare, quos proximè inter amicos manumisisti.

91. EREPTVS AMITÆ LIBERTVS.] *Zamiam ergo aliquam in nos molitus Vlpianus, cùm scripsit l.* III. *De condict. cau. datâ:* Neratius etiam libro Membranarum refert, Paridem Pantomimum à Domitiâ Neronis filiâ, decem quæ ei pro libertate D
dederat, repetisse per iudicem. *filiamq; eam Neroni fecit, quæ est amita, magnâ suâ librariive culpâ. Sed librarium id peccasse, clementius est: scribendumq;,* Neronis amitâ: *aut potiùs* Neronis consilio. *quod firmat Tacitus, qui Neronis iussu patratum id ingenuitatis iudicium ait.*

92. PROHIBITI TRIBVNI.] *Non mirum. Quippe qui nec Romæ vocationem habuerint, auctore Varrone: cuius verba in A. Gellij Noct. l.* XIII. *cap.* XII. *in Italiâ multò minùs, quippe cùm potestas eorum vrbis dumtaxat finibus terminaretur. Vide Dionys. lib.* VIII.

93. VARIE HABITA, AC SÆPE IMMVTATA.] *Quam varietatem breuiter exposui, cùm temporum luce, in* EXCVRS. B. *Illinc ad variam Taciti, plures locos pete.*

94. AMI-

A Nam Augustus permisit senatui diligere præfectos. dein ambitu suffragiorum suspecto, sorte ducebantur ex numero prætorum qui præessent. Neque id diu mansit, quia sors deerrabat ad parum idoneos. Tunc Claudius quæstores rursum imposuit, ijsque ne metu offensionum segniùs consulerent, extra ordinem honores permisit. Sed deerat robur ætatis eum primum magistratum capessentibus. Igitur Nero * præfecturâ perfunctos, & experientiâ probatos dilegit. Damnatus ijsdem consulibus Vipsanius Lenâs, ob Sardiniam prouinciam auarè habitam. Absolutus Cestius Proculus repetundarum, cedentibus accusatoribus. Clodius Quirinalis, quòd præfectus remigum qui Rauennæ haberentur; velut infimam nationum, Italiam luxuriâ sæuitiaque afflictauisset, veneno damnationem anteuertit. [94] Aminius Rebius ex primoribus peritiâ legum, & pecuniæ magnitudine, cruciatus ægræ senectæ misso per venas sanguine effugit: haut creditus sufficere ad constantiam sumendæ mortis, ob libidines muliebriter infamis. At [95] L. Volusius egregiâ famâ concessit; cui tres & nonaginta anni spatium viuendi, præcipuaque opes B bonis artibus, inoffensa tot Imperatorum malitia fuit. Nerone secundùm, L. Pisone consulibus, pauca memoriâ digna euenêre. nisi cui libeat, laudandis fundamentis & trabibus, quîs [96] molem amphitheatri apud campum Martis Cæsar extruxerat, volumina implere: cùm ex dignitate populi Romani repertum sit, res illustres annalibus, talia diurnis vrbis actis mandare. Ceterùm coloniæ Capua atque Nuceria, additis veteranis, firmatæ sunt. plebeique congiarium [97] quadrageni nummi viritim dati, & sestertium quadringenties ærario illatum est ad retinendam populi fidem. [98] Vectigal quoque quintæ & vicesimæ venalium mancipiorum remissum, specie magis quàm vi. quia cùm venditor pendere iuberetur, in partem pretij emptoribus accrescebat. Edixit Cæsar, ne quis magistratus, aut procurator qui prouinciam obtineret, spectaculum gladiatorum, aut ferarum, aut quod aliud ludicrum ederet. Nam antè non minùs tali largitione, quàm corripiendis pecunijs, subiectos affligebant; dum quæ libidine deliquerant, ambitu propugnant. [99] Factum & S. consultum vltioni iuxtà & securitati, vt si quis à C suis seruis interfectus esset, ij quoque qui testamento manumissi sub eodem tecto mansissent, inter seruos supplicia penderent. Redditur ordini Lusius Varius consularis, aua-

De præfectis ærarij varia tio.

* prætura

Cap. 30.

L. Volusij mors & opes.

Cap. 31.

A. V. C. DCCCX.

Amphitheatrum Neronianum.

Edictum, ne Præsides ludos ederent.

Cap. 32.

Vita dominica consultũ.

94. AMINIVS REBIVS.] *Libri vet.* C. Aminius. *nescio an*, Caninius Rebilus. *Certè (& doleo) ignotus mihi, quicumque hic laudatus Iurisconsultus.*

95. L. VOLVSIVS.] *De huius senio Plinius l.* VII. Nuper L. Volusius Saturninus omnium quos in consulatu sententiam rogauerat superstes fuit. *Præfectum eum vrbi fuisse colligas ex altero Plinij loco:* Nuper L. Volusio Saturnino in Præfecturâ vrbis extincto, notum, è Corneliâ Scipionum gentis, * Volusium Saturninum, qui fuit Consul, D genitum post LXII. annum. *Et de diuitijs eius, Tacitus l.* XIV. Et quantum Volusio longa parcimonia quæsiuit, tantum in te mea liberalitas explere non potest. *Sed & tota Volusiorum domus diues. Tacitus Annal.* III. Volusio vetus familia, neque tamen Præturam egressa. ipse consulatum intulit, opumque quîs domus illa immensûm viguit, primus accumulator.

* Intellegit Plinius Q. Volusiũ, qui Cos. anno DCCCIX.

96. MOLEM AMPHITEATRI.] *Quod totum è ligno struxit, Sueton. cap.* XII. *Vide librum nostrum, si placet, De Amphiteatro.*

97. QVADRAGENI NVMMI.] *Illiberalis liberalitas. Corrigo*, quadringeni: *& do auctorem Suetonium cap.* X. Diuisis populo viritim quadringenis nummis, Senatorum nobilissimo cuique, *&c.*

98. VECTIGAL QVOQVE QVINTÆ ET VICESIMÆ.] *Ampla populi Rom. vectigalia: nullum, censeo, amplius eo quod è seruis, libertisq. Rem eam paullò vberiùs à capite mihi tractanti, aut gratia, aut venia esto. Antiquissimum vectigal Vicesimæ reperio, quæ ad libertos. Institutum anno vrbis* CCCXCVII. *C. Marcio Cn. Manlio Coss. Liuius lib.* VII. Ab altero Consule *(Cn. Manlio)* nihil memorabile gestum, nisi quòd legem nouo exemplo ad Sutrium in castris tributim, de Vicesimâ eorum qui manumitterentur, tulit. Patres, quia eâ lege haud paruum vectigal inopi ærario additum esset, auctores fuerunt. *Ea vicesima semper exhinc exercita, ad tempora Principum inferiorum. Itaque non infrequens memoria in libris. Ab hac aurum Vicesimarium deriuo, quod in sanctiore ærario: de quo Liuius lib.* XXVII. Consulibus aurum Vicesimarium, quod in sanctiore ærario ad vltimos casus seruaretur, promi placuit. *Plura ad hoc vectigal, in* EXCVRS. C. *& quæ ad Tacitum faciunt. Vide.*

99. FACTVM SC.] *Quod Pisonianum dictum, in l. Senatus. De* SC. *Silan. & Neronianum à Paullo, lib.* III. *Sentent. Certè conditum vulgatumq. est, Nerone* II. *& Pisone Coss. Latum eâ de re & anteà sub Augusto, P. Cornelio Dolabellâ, & C. Silano Coss. vnde nomen* SC. *Silaniani: sed minùs plenè. Dixerunt plura ante me, Vertranius hoc loco, & I. Cuiacius, I. Obseru. cap.* XVIII.

100. POM-

Pomponia Græcina.

auaritiæ criminibus olim perculsus. Et [100] Pomponia Græcina insignis femina Plau- A
tio, qui ouans se de Britannijs retulit, nupta, ac [101] superstitionis externæ rea, mariti iu-
dicio permissa. Isque prisco instituto, propinquis coram, de capite famaque coniugis
cognouit, & insontem nuntiauit. Longa huic Pomponiæ ætas, & continua tristitia fuit.
Nam [102] post Iuliam Drusi filiam, dolo Messallinæ interfectam, [103] per quadraginta
annos, non cultu nisi lugubri, non animo nisi mæsto egit. Idque illi imperitante Clau-
Cap. 33. dio impune, mox ad gloriam vertit. Idem annus plures reos habuit. quorum P. Cele-
P. Celer accusatur. rem, accusante Asiâ, quia absoluere nequibat Cæsar, traxit, senectâ donec mortem obi-
ret. Nam Celer interfecto, vt memoraui, Silano proconsule, magnitudine sceleris cete-
Et Cossutianus Capito. ra flagitia obtegebat. [104] Cossutianum Capitonem Cilices detulerant, maculosum fœ-
dumque, & idem ius audaciæ in prouinciâ ratum, quod in vrbe exercuerat. Sed peruicaci
accusatione conflictatus, postremò defensionem omisit, ac lege repetundarum dam-
Eprius Marcellus. natus est. Pro Eprio Marcello, à quo Lycij res repetebant, eò vsque ambitus præua-
Cap. 34. luit, vt quidam accusatorum eius exsilio mulctarentur, tamquam insonti periculum B
A. V. C. fecissent. Nerone tertiùm consule simul inijt consulatum Valerius Messalla, [105] cuius
DCCCXI. proauum oratorem Coruinum, diuo Augusto abauo Neronis, collegam in eo magi-
Messalla consulatus, & laus. stratu fuisse pauci iam senum meminerant. sed nobili familiæ honor auctus est, oblatis
Neronis liberalitas in illustres. [106] in singulos annos quingenis sestertijs, quibus Messalla paupertatem innoxiam sustenta-
ret. Aurelio quoque Cottæ & Haterio Antonino annuam pecuniam statuit Prin-
ceps, quamuis per luxum [107] auitas opes dissipassent. Eius anni principio, mollibus ad-
huc initijs prolatatum inter Parthos Romanosque de obtinendâ Armeniâ bellum,
In Armeniâ, & pro eâ, bellum. acriter sumitur: quia nec Vologeses sinebat fratrem Tiridatem dati à se regni expertem
esse, aut alienæ id potentiæ donum habere: & Corbulo dignum magnitudine populi
Romani rebatur, parta olim à Lucullo Pompeioque recipere. Ad hæc Armenij ambi-
guâ fide vtraque arma inuitabant, situ terrarum, similitudine morum Parthis propio-
res, connubijsque permixti, ac libertate ignotâ * illuc magis ad seruitium inclinantes.
* illud.
Cap. 35. Sed Corbuloni plus molis aduersus ignauiam militum, quàm contra perfidiam ho- C
Corbulo militem disciplinâ firmat. stium erat. Quippe Syriâ transmotæ legiones, pace longâ segnes, munia Romanorum
Certè desidem. ægerrimè tolerabant. Satis constitit fuisse in eo exercitu veteranos qui non stationem,
non vigilias inissent: vallum fossamque quasi noua & mira viserent: sine galeis, sine lo-
ricis, nitidi & quæstuosi, militiâ per oppida expletâ. Igitur dimissis quibus senecta, aut
vale-

100. POMPONIA GRÆCINA.] *Soror filiáve Pomponij Græcini qui consul sub Augusto: & ad quem Elegia Ouidij,* IV. *De Ponto.*

101. SVPERSTITIONIS EXTERNÆ REA.] *Christianismi credo accusatam hanc feminam, siue, vt tunc confundebant, Iudaismi. Non ergo superstitionis, sed religionis. Etsi vniuersè fateor, genus hoc ad θρησκείαν & inanem externumq; cultum, nimis pronum.*
* Lib. VII. ** Strabo pulchrè & ex Veri adyto: Ἅπαντες γὰρ τῆς δεισιδαιμονίας ἀρχηγὲς οἷον τὰς γυναῖκας. Αὗται δὲ καὶ τοὺς ἄνδρας προκαλοῦνται πρὸς τὰς ὑπερβολὰς θεραπείας τῆς θεῶν, καὶ ἑορτὰς, καὶ πανηγυρισμούς. ἀπάνιον δὲ εἶπας ἀνὴρ καθ' αὑτὸν ζῶν εὐσεβὴς τοιοῦτος.* Superstitionis auctores & duces esse fœminas, omnes opinantur. Eæ enimuerò viros inuitant ad superuacuos nimiosque deorum cultus, & dies festos, & venerationes. At rarò profectò vir celebs & sibi viuens inuenietur talis.

102. POST IVLIAM DRVSI FILIAM.] *Duas enim Iulias Claudius sustulit, suasu siue iussu Messallinæ: alteram Drusi, alteram Germanici prolem. Sueton. cap.* XXIX. *& Dio* LX. *Seneca in Ludo.*

103. PER QVADRAGINTA ANNOS.] *Luctus hic, vt clarum, ob Iuliam interfectam. Ab eius ergo cædequadraginta anni? Falsum. Nam ea cæsa paullò ante expeditionem Claudij in Britanniam, vti è Dione liquebit tibi. Scribe fideiubente me,* quatuordecim *annos. Mors enim Iuliæ in annum incidit vrbis* DCCXVI. *à quo ad hunc Neronis consulatum iusti* XIV. *anni.*

104. COSSVTIANVM CAPITONEM CILICES.] *Hunc aut alium sui æui intellegi Iuuenalis voluit* D
Sat. VIII.

——quàm fulmine iusto
Et Capito & Tutor ruerint damnante Senatu,
Piratæ Cilicum.

Sed magis certò Fabius libro VI. Egregiè nobis adolescentibus dixisse accusator Cossutiani Capitonis videbatur, Græcè quidem, sed in hunc sensum: Erubescit Cæsarem timere.

105. CVIVS PROAVVM ORATOREM.] *Vulgò* auctorem, *pessimè.*

106. IN SINGVLOS ANNOS QVINGENIS SISTERTIIS.] *Hunc ergo Suetonius intellexit capite* X. Senatorum nobilissimo cuique annua salaria, & quibusdam quingena constituit.

107. AVITAS OPES.] *Vulgò*, habitas, *errore tralatitio.*

108. ITA

A valetudo aduersa erat, supplementum petiuit. Et habiti per Galatiam ac Cappadociam dilectus. Adiectaque ex Germaniâ legio cum equitibus alarijs, & peditatu cohortium: retentusque omnis exercitus sub pellibus; quamuis hieme sæuâ adeò, vt obducta glacie, nisi effossa humus, tentorijs locum non præberet. Ambusti multorum artus vi frigoris, & quidam inter excubias exanimati sunt. Annotatusque miles, qui fascem lignorum gestabat, [108] ita prærigvisse manus, vt oneri adhærentes, truncis brachijs decidérent. Ipse cultu leui, capite intecto, in agmine, in laboribus, frequens adesse: laudem strenuis, solatium inualidis, exemplum omnibus ostendere. Dehinc quia duritiam cæli militiæque multi abnuebant, deserebantque, remedium seueritate quæsitum est. Nec enim, vt in alijs exercitibus, primum alterumque delictum venia prosequebatur, sed qui signa reliquerat, statim capite pœnas luebat. idque vsu salubre, & misericordia meliùs apparuit. Quippe pauciores illa castra deseruere, quàm ea in quibus ignoscebatur. Interim Corbulo legionibus intra castra habitis, donec ver adolesceret, dispositisque per ido-

Ille benè excitat,

Et exemplo præit.

Seueritas eius,

Re salubris.

Cap. 36.

B neos locos cohortibus auxiliarijs, ne pugnam [109] priores aditent, prædicit. Curam præsidiorum Pactio Orphito primipili honore perfuncto mandat. Is quamquam incautos Barbaros, & benè gerendæ rei casum offerri scripserat, tenere se munimentis, & maiores copias opperiri iubetur. Sed rupto imperio, postquam paucæ è proximis castellis turmæ aduenerant, pugnamque imperitiâ poscebant; congressus cum hoste funditur. Et damno eius exterriti qui subsidium ferre debuerant, sua quisque in castra trepidâ fugâ rediere. Quod grauiter Corbulo accepit. increpitumque Pactium, & præfectos, militesque [110] tendere omnes extra vallum iussit: inque eâ contumeliâ detenti, nec nisi precibus vniuersi exercitus exsoluti sunt. At Tiridates super proprias clientelas, ope Vologesi fratris adiutus, non furtim iam, sed palàm bello infensare Armeniam, quosque fidos nobis rebatur depopulari, & si copiæ contrà ducerentur, eludere, [111] huc quoque & illuc volitans, plura famâ quàm pugnâ extrahere. Igitur Corbulo, quæsito diu prælio, frustrà habitus, & exemplo hostium circumferre bellum coactus, dispartit vires, vt le-

Vetat suos excurrere;

Qui fecerant, multat.

Cap. 37.

Tiridates palàm incursat Armeniam.

Prælium tamen vitat.

C gati præfectique diuersos locos pariter inuaderent. simul [112] Antiochum regem monet, proximas sibi præfecturas petere. Nam Pharasmanes interfecto filio Rhadamisto, quasi [113] proditore suo, quo fidem in nos testaretur, vetus aduersus Armenios odium promtiùs exercebat. Tunc quoque primùm illecti Isichi, gens [114] ante alias socia Romanis, auia Armeniæ incursauit. Ita consilia Tiridati in contrarium vertebantur. Mittebatque oratores, qui suo Parthorumque nomine expostularent, *cur datis nuper obsidibus, redintegrataque amicitiâ, quæ nouis quoque beneficijs locum aperiret, vetere Armeniæ possessione depelleretur? Ideò nondum ipsum Vologesem commotum, quia causâ, quàm vi agere mallet. Sin persta-*

Ita copias ipse spargit.

Tiridates in metu legatos mittit.

108. ITA PRÆRIGVISSE MANVS.] *Significat ipsas manus, frigore præmortuas, vnà cum fasce deuolutas vel abiectas. Negat aut ridet* * *vir quidam scriptis & genere nobilis, olim mihi seriò inter amicos. Atquin & Dio notat in illo tractu vim frigoris esse* (*libro* XLIX. *actis anni* DCCXVIII.) *& Annales Turcici*, supra Trebizium, Soleimanni milites cùm Parthos insequerentur, tanto frigore oppressos, vt plurimi manus pedesque amitterent. *Hoc nostro æuo factum, anno* ∞. ID. XXXV. *neque igitur sic mirandum illud Taciti, aut ridendum. Scio & à gnaris similia aut maiora asseri, qui in Septemtrione fuerunt.*

D

109. PRIORES ADIRENT, PRÆDICIT.] *Probum quod in Romano libro est*, priores auderent. *Vellem etiam*, edicit.

110. TENDERE OMNES EXTRA VALLVM.] *Quod pœnæ militaris genus antiquum. Liuius l.* X. Cohortes quæ signa amiserant, extra vallum sine tentorijs destituit. *Valerius lib.* II. *cap.* VII. Néve quis eorum intra castra tenderet, néve locum extra assignatum vallo aut fossâ cingeret, néve tentorium ex pellibus haberet. *Vide & Polyb. lib.* VI. *Sed prolixè de hac ipsâ re, sic Frontinus* VI. *Stratagem.* Domitius Corbulo in Armeniâ duas alas & tres cohortes, quæ ad castellum initio hostibus cesserant, extra vallum iussit tendere.

* *Michaël Montanus.*

111. HVC QVOQVE ET ILLVC VOLITANS.] *Lego primùm*, hucque & illuc. *deinde, vt in libro opt.* pugnâ exterrere. *Vera sententia, scriptioque. Nam hoc ait, Tiridatem ostendisse potiùs arma, quàm intulisse; & plura exterruisse aduentus sui famâ, quàm pugnâ.*

112. ANTIOCHVM.] *Commagenæ regem, vt suprà dictum.*

113. PRODITORE SVO.] *Scribo*, sui.

114. ANTE ALIAS SOCIA.] *Nostro scilicet tempore socij & fidi super alios: etsi tunc illecti. Ita possis capere, fateor: nec displicet tamen meum vetus*: gens haut aliàs.

115. VE-

perſtaretur in bello; non defore Arſacidis virtutem fortunamque, ſæpiùs clade Romanâ expertam. A

Corbulo ſubmiſſionem ſuadet. Cap. 38.

Ad ea Corbulo, ſatis comperto, Vologeſem defectione Hyrcaniæ attineri, ſuadet Tiridati precibus Cæſarem aggredi: poſſe illi regnum ſtabile, & res incruentas contingere, ſi omiſsâ ſpe longinquâ & ſerâ, præſentem potioremque ſequeretur. Placitum dehinc, quia commeantibus inuicem nuntijs, nihil in ſummâ pacis proficiebatur, colloquio ipſorum tempus locumque deſtinari. Mille equitum præſidium Tiridates affore ſibi dicebat: quantum Corbuloni cuiuſque generis militum aſſiſteret, non ſtatuere, dum poſitis loricis & galeis, in faciem pacis veniretur. Cuicumque mortalium, nedum [115] veteri & prouido duci, barbaræ aſtutiæ patuiſſent. Ideò artum inde numerum finiri, & hinc maiorem afferri, vt dolus patraretur. Nam equiti ſagittarum vſu exercito ſi detecta corpora obijcerentur, nihil profuturam multitudinem. [116] Diſſimulato tamen intellectu, rectiùs de his quæ in publicum conſulerentur, totis exercitibus coram diſſertaturos reſpondit. Locumque dilegit, cuius pars altera colles erant clementer aſſurgentes, accipiendis peditum ordinibus; pars in planitiem porrigebatur, ad explicandas equitum B turmas. Dieque pacto, prior Corbulo ſocias cohortes & auxilia regum pro cornibus, medio ſextam legionem conſtituit: cui accita per noctem alijs ex caſtris, tria millia tertianorum permiſcuerat, vnâ cum aquilâ, quaſi eadem legio ſpectaretur. Tiridates vergente iam die procul aſtitit, vnde videri magis quàm audiri poſſet. Ita ſine congreſſu dux Romanus abſcedere militem ſua quemque in caſtra iubet. Rex ſiue fraudem ſuſpectans, quia plura ſimul in loca ibatur; ſiue vt commeatus noſtros Pontico mari, & Trapezunte opido aduentantes interciperet, properè diſcedit. Sed neque commeatibus vim facere potuit, quia per montes ducebantur præſidijs noſtris inſeſſos: & Corbulo, ne irritum bellum traheretur, vtque Armenios ad ſua defendenda cogeret, exſcindere parat caſtella. Sibique quod validiſſimum in eâ præfectura cognomento Volandum ſumit. minora Cornelio Flacco Legato, & [117] Iſteo Capitoni caſtrorum præfecto mandat. Tum circumſpectis munimentis, & quæ expugnationi idonea, prouiſis, hortatur milites, vt hoſtem vagum, neque paci aut prælio paratum, ſed perfidiam & ignauiam fugâ confi- C tentem, exuerent ſedibus, gloriaque pariter & prædæ conſulerent. Tum quadripartito exercitu, hos in teſtudinem conglobatos, ſubruendo vallo inducit; alios ſcalas mœnibus admouere; multos tormentis faces & haſtas incutere iubet. Libratoribus funditoribuſque attributus locus, [118] vnde eminus glandes torquerent: ne qua pars ſubſidium laborantibus ferret, pari vndique metu. Tantus inde ardor certantis exercitus fuit, vt intra tertiam diei partem, nudati propugnatoribus muri, obijces portarum ſubuerſi, capta eſcenſu munimenta, omneſque puberes trucidati ſint, nullo milite amiſſo, paucis admodum vulneratis. & imbelle vulgus ſub coronâ venundatum: reliqua præda victoribus ceſſit. Pari fortunâ legatus ac præfectus vſi ſunt, tribuſque vna die caſtellis expugnatis, cetera terrore, & alia ſponte incolarum, in deditionem veniebant. vnde orta fiducia [119] caput gentis Artaxata aggrediendi. Nec tamen proximo itinere ductæ legiones, quæ ſi amnem Araxem, qui mœnia alluit, ponte tranſgrederentur, ſub ictum dabantur: D

Qui tamen prodit:

Et eminus Tiridates. Sed irriti abeunt. Cap. 39.

Ille Armeniam ingreditur.

Caſtella expugnat.

Artaxata ipſa aggreditur.

De colloquio agitur.

In quo dolum Barbarus ſtruit.

Romanus intellegit.

115. VETERI ET PROVIDO DVCI.] *Cuius eruditionis etiam & ſtudij in litteris ſignum, quòd Plinius aliquotiens Corbulonem inter auctores laudat, quorum operâ vſus. vti Indice libri* V. *&* VI. *Patrem egregio viro fuiſſe ſuſpicor Pomponium, aut Orfitum, ſuadente Plinio lib.* VII. *cap.* V. Veſtilia, C. Herdicij ac poſteà Pomponij Orfiti (*ſcribe ex libris*, Pomponij atque Orfiti) clariſſimorum ciuium coniux, ex his quattuor partus enixa, Sempronium ſeptimo menſe genuit, Sullium Rufum vndecimo, Corbulonem ſeptimo, vtrumque conſulem: poſteâ Cæſoniam Caij Principis coniugem, octauo.

116. DISSIMVLATO TAMEN INTELLECTV.] *Ad Taciti phraſim magis*, intellecta.

117. ISTEO CAPITONI.] *Ex lapid.* Inſteio. *Mirum ni idem, qui ſuprà Hoſtorius dicitur, vbi de recipiendis obſidibus actum. Certè Vatic. liber eo loci,* Hiſteus, *non* Hoſtorius *præferebat. Nec moueor, quòd ibi centurio dicitur, hîc Præfectus caſtrorum. Potuit enim honore eſſe auctus.*

118. VNDE EMINVS GLANDES TORQVERENT.] *Libratores ergo glandes torquebant? imò tela, lapideſque. Integer locus, quod mirêre, apud Calepinum legitur:* vnde eminus lapides & glandes torquerent.

119. CAPVT GENTIS ARTAXATA.] *Conditam ab Artaxiâ rege, ſuaſu Annibalis Pœni. Plutarchum adi in Lucullo.*

120. ET

A bantur: procul & latioribus vadis transiere. At Tiridates pudore & metu, ne si concessisset obsidioni, nihil opis in ipso videretur: si prohiberet, impeditis locis, seque & equestres copias illigaret: statuit postremò ostendere aciem, [120] & dato die prælium incipere, vel simulatione fugæ, locum fraudi parare. Igitur repentè agmen Romanum circumfundit, non ignaro duce nostro, qui viæ pariter & pugnæ composuerat exercitum. Latere dextro tertia legio, sinistro sexta incedebat, medijs decumanorum dilectis: recepta inter ordines impedimenta, & tergum mille equites tuebantur. quibus iusserat, vt instantibus cominus resisterent, refugos non sequerentur. in cornibus pedes sagittarius, & cetera manus equitum ibat, [121] productior cornu in sinistro per ima collium, vt si hostis intrauisset, fronte simul & sinu exciperetur. Assultare ex diuerso Tiridates, non vsque ad iactum teli, sed cùm minitans, tum specie trepidantis, si laxare ordines & diuersos consectari posset. Vbi nihil temeritate solutum, nec ampliùs quàm decurio equitum audentiùs progressus, & sagittis confixus, ceteros ad obsequium exemplo firmauerat, pro-
B pinquis iam tenebris abscessit. Et Corbulo castra in loco meratus, an expeditis legionibus nocte Arraxata pergeret, obsidioneque circumdaret, agitauit, concessisse illuc Tiridatem ratus. Dein postquam exploratores attulere longinquum regis iter, & Medi an Albani peterentur, incertum, lucem opperitur: præmissaque leuis acmatura, quæ muros interim ambiret, oppugnationemque eminus inciperet. Sed opidani portis sponte patefactis, se suaque Romanis permisere. quod salutem ipsis tulit: Artaxatis ignis immissus, deletaque & solo æquata sunt. quia nec teneri sine valido præsidio, ob magnitudinem mœnium; nec id nobis virium erat, quod firmando præsidio, & capessendo bello diuideretur. vel si integra & incustodita relinquerentur, nulla in eo vtilitas aut gloria quòd capta essent. Adijcitur miraculum [122] velut numine oblatum. Nam [123] cuncta extra tecta hactenus sole illustria fuere: quod mœnibus cingebatur, ita repentè atrâ nube coopertum, fulguribusque discretum est, vt quasi infensantibus deis exitio tradi
C crederetur. Ob hæc consalutatus imperator Nero, & senatusconsulto supplicationes habitæ: statuæque & arcus, & continui consulatus Principi: vtque inter festos referretur dies, quo patrata victoria, quo nuntiata, quo relatum de eâ esset, aliaque in eamdem formam decernuntur adeò modum egressa, vt C. Cassius de ceteris honoribus assensus, si pro benignitate fortunæ dijs grates agerentur, ne totum quidem annum supplicationibus sufficere disseruerit. eoque oportere diuidi sacros & negotiosos dies, quis diuina colerentur, & humana non impedirent. Varijs deinde casibus iactatus, & multorum odia meritus reus, haut tamen sine inuidiâ Senecæ damnatur. Is fuit P. Suilius, imperitante Claudio terribilis ac venalis, & mutatione temporum, non quantum inimici cuperent demissus: quique se nocentem videri, quàm supplicem mallet. Eius opprimendi gratiâ repetitum credebatur senatusconsultum, pœnaque Cinciæ legis, aduersus eos qui pretio causas orauissent. nec Suilius questu aut exprobratione abstinebat, præter ferociam animi, extremâ senectâ liber, & Senecam increpans, *infensum amicis Claudij, sub quo iustissimum exsilium pertulisset. Simul studijs inertibus, & iuuenum imperitiæ*
D *suetum, inuidere ijs qui vtcunque & incorruptam eloquentiam tuendis ciuibus exercerent.* [124] *Se quæstorem Germanici; illum domus eius adulterum fuisse. An grauius existimandum, sponte litigatoris præmium honestæ operæ assequi, quàm corrumpere cubicula Principum feminarum? Quâ sapientiâ, quibus philosophorum præceptis, intra quadriennium regiæ amicitiæ,* [125] *ter millies*

Cap. 40. *Tiridates prohibere conatur.*

Locum fraudi & pugnæ quærit: Sed apud hostem non opportunum. Itaque abscedit.

Cap. 41.

Artaxata dedita: Combusta.

Neroni ob hæc honores.

Cap. 42. *P. Suilius reus.*

Qui acriter in Senecam inuehit.

Adulterium obijcit:

120. ET DATO DIE.] *Id est, primo die dato, cùm illuxisset. Ita* IV. *Annal.* datoque tempore, non reticeto: *id est, ablato.*

121. PRODVCTIOR CORNV IN SINISTRO.] *Expeditior omnino & verior erit lectio:* productiore cornuum sinistro. *E cornibus, inquit, productius erat sinistrum, & caussam addit.*

122. VELVT NVMINE OBLATVM.] *Farnesiano superadditum,* velut deùm numine.

123. CVNCTA EXTRA TECTA HACTENVS SOLE ILLVSTRIA FVERE.] *Puto,* cuncta extrà, tecta tenus: *siue quod in Florentino esse posteà didici,* tectis. *Sententia, Extra vrbem, vsque ad tecta domusq́, omnia sole liquida.*

124. SE QVÆSTOREM GERMANICI.] *Suilius Quæstor, Germanico bello. Annal.* IV. At P. Suilium Quæstorem quondam Germanici. *Adulterum Senecam in Iuliâ Germanici filiâ fuisse vult. Dixi antè.*

125. TER MILLIES SESTERTIVM.] *Summa eadem diuitiarum Senecæ, expressa à Dione; qui omnes*

Rapinas & auaritiam.

millies sestertiûm parauisset? Romæ testamenta & orbos, velut indagine eius capi: Italiam & prouincias, immenso fenore hauriri. At sibi labore quæsitam, & modicam pecuniam esse. Crimen, periculum, omnia potiùs toleraturum, quàm veterem ac [126] *olim partam dignationem subitæ* [127] *felicitati submittere.* Nec deerant qui hæc ijsdem verbis, aut versa in deterius Senecæ deferrent. Repertique accusatores, direptos socios cùm Suilius prouinciam Asiam regeret, ac publicæ pecuniæ peculatum detulêre. Mox quia inquisitionem annuam impetrauerat, breuius visum, suburbana crimina incipi, quorum obuij testes erant. Ij acerbitate accusationis [128] Q. Pomponium ad necessitatem belli ciuilis detrusum; Iuliam Drusi filiam, Sabinamque Poppæam ad mortem actas; & Valerium Asiaticum, Lusium Saturninum, Cornelium Lupum circumuentos; iam equitum Romanorum agmina damnata, omnemque Claudij sæuitiam Suilio obiectabant. Ille nihil ex his sponte susceptum, sed Principi paruisse defendebat, donec eam orationem Cæsar cohibuit, compertum sibi referens ex commentarijs patris sui, nullam cuiusquam accusationem ab eo coactam. Tum iussa Messallinæ prætendi, & labare defensio. Cur enim neminem alium electum, qui sæuienti impudicæ vocem præberet? Puniendos rerum atrocium ministros, vbi pretia scelerum adepti, scelera ipsa alijs delegent. Igitur ademtâ bonorum parte (nam [129] filio & nepti pars concedebatur, eximebanturque etiam quæ testamento matris aut aui acceperant) in insulas Baleares pellitur: non in ipso discrimine, non post damnationem fractus animo. Ferebaturque copiosâ & molli vitâ, secretum illud tolerauisse. Filium eius Nerulinum aggressis accusatoribus per inuidiam patris, & crimina repetundarum, intercessit Princeps, tamquam satis expletâ vltione. Per idem tempus Octauius Sagitta plebei tribunus, Pontiæ mulieris nuptæ amore vecors, ingentibus donis adulterium, & mox vt omitteret maritum emercatur; suum matrimonium promittens, ac nuptias eius pactus. Sed vbi mulier vacua fuit, nectere moras, aduersam patris voluntatem caussari, repertaque spe ditioris coniugis, promissa exuere. Octauius contrà modò conqueri, modò minitari, famam perditam, pecuniam exhaustam obtestans: denique salutem, quæ sola reliqua esset, arbitrio eius permittens. Ac postquam spernebatur; noctem vnam ad solatium poscit, quâ delinitus, modum in posterum adhiberet. Statuitur nox. Et Pontia consciæ ancillæ custodiam cubiculi mandat. Ille, vno cum liberto, ferrum veste occultum infert. Tum, vt assolet in amore & irâ, iurgia, preces, exprobratio, satisfactio; & pars tenebrarum libidine seposita. Et questu incensus, nihil metuentem ferro transuerberat, & accurrentem ancillam vulnere absterret, cubiculoque prorumpit. Posterâ die manifesta cædes, haud ambiguus percussor. quippe manstasse vnà conuincebatur. Sed libertus suum illud facinus profiteri, se patroni [130] iniurias vltum esse. Commoueratque quosdam magnitudine exempli: donec ancilla ex vulnere refecta, verum aperuit. postulatusque apud consules à patre interfectæ, postquam tribunatu abierat, sententiâ patrum, & lege Corneliâ de sicarijs condemnatur.

At ipse variè accusatus.

Et immane factum.

Quod libertus in se deriuat.

Cap. 43.

Cap. 44. *Octauij Sagitta vecors amor:*

Cap. 45. Non minùs insignis eo anno impudicitia, maiorum Reip. malorum initium fecit. Erat in ciuitate Sabina Poppæa, T. * Ollio patre genita, sed nomen aui materni sumserat, illustri memoriâ Poppæi Sabini consulari & triumphali decore præfulgentis. Nam [131] Ol-

** Forn. Ellio*

Poppæa genus.

nes res relictas habet præut culpet virum inculpatum. Ita adulterium illi obijcit cum Agrippinâ: pullarium eum fuisse ait, idemq; vitium ab illo insitum Neroni: caussam auctoremq; interfectæ matris: aliaq;, quæ homo vanus, præter fidem præterq; omnium mentem conuiciatur velut è plaustro. Quibus odij caussis? aut quo mendacij pretio? Nam Seneca tantò anterior, non iniuriâ non beneficio cognitus illi. Sed credo, iudicij quædam morumq; peruersitas fuit, quæ eumdem illum in Ciceronem exacuit, quæ in Cassium, Brutum, omnesq; bonos. Caueat ab his, moneo, iuuentus: & è campis illis ita antiquitatum & historiæ flores legat, vt non colligat venena. At quod ad diuitias elegantiamq; Senecæ attinet, vide lector & lege egregium eius libellum De vitâ beatâ: quem scripsit non aliâ re, quàm vt ora obstrueret calumniatoribus istis. præsertim à capite XVII.

126. OLIM PARTAM.] *Ex alijs libris liceat*, diu partam.

127. FELICITATI SVBMITTERE.] *Lege*, submitteret.

128. Q. POMPONIVM.] *Nihil legi. qui sequuntur, ij ferè nominati Senecæ in Ludo.*

129. FILIO ET NEPTI PARS CONCEDEBATVR.] *Ablego te ad Cuiacium, Obseru.* VI. *cap.* XXIII. *qui ante me abundè dixit.*

130. INIVRIAS VLTVM ESSE.] *Mallem*, vltum isse.

130. Ol-

A [131] Ollium honoribus nondum functum, amicitia Seiani peruertit. Huic mulieri cuncta alia fuere, præter honestum animum. Quippe mater eius ætatis suæ feminas pulchritudine supergressa, gloriam pariter & formam dederat. Opes claritudini generis sufficiebant. Sermo comis, [132] nec absurdum ingenium modestiam præferre,& lasciuiâ vti. rarus in publicum egressus; idque [133] velatâ parte oris, ne satiaret aspectum, vel quia sic decebat. Famæ numquam pepercit, maritos & adulteros non distinguens : neque affectui suo, aut alieno obnoxia. vnde vtilitas ostenderetur, illuc libidinem transferebat. Igitur agentem eam in matrimonio [134] Rufi Crispini equitis Romani, ex quo filium genuerat, Otho pellexit iuuentâ ac luxu, & quia flagrantissimus in amicitiâ Neronis habebatur. Nec mora, quin adulterio matrimonium iungeretur. [135] Otho, siue amore incautus, laudare formam elegantiamque vxoris apud Principem : siue vt accenderet, ac si eâdem feminâ potirentur, id quoque vinculum potentiam ei adijceret. Sæpè auditus est consurgens è conuiuio Cæsaris, se ire ad illam, [136] sibi concessam dictitans nobilitatem,
B pulchritudinem, vota omnium, & gaudia felicium. His atque talibus irritamentis, non longa contatio interponitur. Sed accepto aditu, Poppæa primùm per blandimenta & artes valescere, imparem cupidini se, & formâ Neronis captam simulans : mox acri iam Principis amore, ad superbiam vertens, si vltra vnam alteramque noctem attineretur, nuptam esse se dictitans, nec posse matrimonium amittere, deuinctam Othoni per genus vitæ, [137] quòd nemo adæquaret. Illum animo & cultu magnificum : ibi se summâ fortunâ digna visere. At Neronem pellice ancillâ, & assuetudine Actes deuinctum, [138] nil è contubernio seruili, nisi abiectum & sordidum traxisse. Deijcitur familiaritate suetâ, pòst congressu & comitatu, Otho : & postremò, ne in vrbe æmulatus ageret, prouinciæ Lusitaniæ præficitur. Vbi vsque ad ciuilia arma, non ex priore infamiâ : sed integrè sancteque egit, procax otij,& potestatis temperantior. Hactenus Nero flagitijs & sceleribus velamenta quæsiuit. Suspectabat maximè Cornelium Syllam, secors ingenium eius in contrarium trahens, callidumque & simulatorem interpretando. Quem
C metum Graptus ex libertis Cæsaris, vsu & senectâ [139] à Tiberio vsque domum Principum edoctus, tali mendacio intendit. Pons Miluius in eo tempore celebris nocturnis illecebris erat: ventitabatque illuc Nero, quò solutiùs vrbem extra lasciuiret. Igitur regredienti per viam Flaminiam compositas insidias, fatoque euitatas, quoniam diuerso itinere

Forma:

Mores, Pellacia.

Crispino ea nupta.

Cap. 46. *Mox Othoni. Qui apud Neronem laudat,*

Audientem, & mox vocantem.

Ea miris artibus hominem illicit.

Othoponitur.

Cap. 47. *Sulla suspectus Neroni.*

Et suspectior redditur liberti dolo

131. Ollivm honoribvs nondvm fvnctvm.] *Atqui Quæstorium eum fuisse Suetonius autumat, cap.* XXXV. *Sed Quæstura fortasse non tam honos, quàm aditus ad honorem. Ipse tamen Tacitus libro* XII. *Quæsturam inter magistratus recensuit, Agellius, & alij.*

132. Nec absvrdvm ingenivm.] *E Sallustio imitatum, qui de Sempronià*: Ingenium eius haud absurdum versus facere.

D 133. Velata parte oris.] *Ad æmulationem credo mulierum Arabiæ, de quibus Tertullianus in libello De virginibus velandis*: Arabiæ feminæ non caput, sed faciem quoque ita totam tegunt, vt vno oculo liberato, contentæ sint dimidiam frui lucem quàm totam faciem prostituere. *Sed caussa in hoc nobili scorto,& in illis dispar.*

134. Rvfi Crispini eqvitis.] *Alij*, Crispi. *Sed Crispinum ei cognomen Plutarchus in Galbâ, noster lib.* XV. *& clarissimè Seneca seu quis alius (non enim certè Philosophus) in Octauiâ. vbi Poppæa inducitur*:

——venientem intuor
Comitante turbâ coniugem quondam meum
Gnatumque. properat petere complexus meos
Crispinus, & intermissa libare oscula.

Rufinus Crispinus filius eius à Suetonio nominatur, capite XXXV.

135. Otho, sive amore incavtvs, lavdare formam elegantiamqve vxoris apvd Principem.] *Verè incautus. & simillimâ vecordiâ ille Candaules apud Iustinum libro* I. Hic vxorem, quàm propter pulchritudinem deperibat, prædicare omnibus solebat, non contentus voluptatum suarum tacitâ conscientiâ. prorsus, quasi silentium damnum pulchritudinis esset. *Vecordiâ inquam simili, sed & fato.*

136. Sibi concessam dictitans.] *Adhæresco. Fortean*, sibi concessam à dis iactans nobilitatem, pulchritudinem. *Aut*, sibi concessam dis dignam nobilitatem. *Budensi aiunt legi*, vbi concessam dictitaret. *ex eo diuinabam*, vbi congestam delibaret.

137. Qvod nemo adæqvaret.] *Vidi qui legeret*, quod Nero non adæquaret. *Ego*, Nero haud æquaret.

138. Nil e contvbernio servili.] *Propriè. Non enim nuptiæ cum seruis, sed contubernium.*

139. A Tiberio vsqve.] *Vatic.* Tiberio auousque. *ex quo fecerim*, Tiberio abusque, *deletâ priore præpositione.*

nere Salluſtianos in hortos remeauerit, auctoremque eius doli Syllam ementitur: quia fortè redeuntibus miniſtris Principis, quidam per iuuenilem licentiam, quæ tunc paſſim exercebatur, inanem metum fecerant. Neque ſeruorum quiſquam, neque clientium Syllæ agnitus: Maximeque deſpecta & nullius auſi capax natura eius, à crimine abhorrebat: perinde tamen quaſi conuictus eſſet, cedere patriâ, & [140] Maſſilienſium mœnibus coërceri iubetur. Ijſdem conſulibus auditæ Puteolanorum legationes, quas diuerſas ſenatorius ordo plebſque ad ſenatum miſerant: illi vim multitudinis; hi magiſtratuum & primi cuiuſque auaritiam increpantes. Cumque ſeditio ad ſaxa & minas ignium progreſſa necem & arma perliceret; C. Caſſius adhibendo remedio dilectus. quia ſeueritatem eius non tolerabant, precante ipſo, ad Scribonios fratres ea cura transfertur, datâ cohorte prætoriâ. cuius terrore & paucorum ſupplicio, redijt opidanis concordia. Non referrem vulgatiſſimum ſenatuſconſultum, quo ciuitati Syracuſanorum egredi [141] numerum edendis gladiatoribus finitum permittebatur; niſi Pætus Thraſea contradixiſſet, præbuiſſetque materiam obtrectatoribus arguendæ ſententiæ. *Cur enim ſi Remp. egere libertate ſenatoriâ crederet, tam leuia conſectaretur? quin de bello aut pace, de vectigalibus & legibus,* [142] *quibuſque alijs Romana continentur, ſuaderet diſſuaderétve? Licere patribus, quoties ius dicendæ ſententiæ accepiſſent, quæ vellent expromere, relationemque in ea poſtulare. An ſolum emendatione dignum, ne Syracuſis ſpectacula largiùs ederentur? Cetera per omnes imperij partes perinde egregia, quàm ſi non Nero, ſed Thraſea regimen eorum teneret? Quæ ſi ſummâ diſſimulatione tranſmitterentur, quantò magis inanibus abſtinendum?* Thraſea contrà, rationem poſcentibus amicis, non præſentium ignarum reſpondebat, eiuſmodi conſulta corrigere: ſed patrum honori dare, vt manifeſtum fieret, magnarum rerum curam non diſſimulaturos, qui animum etiam leuiſſimis aduerterent. Eodem anno crebris populi flagitationibus immodeſtiam publicanorum arguentis, dubitauit Nero an cuncta vectigalia omitti iuberet: idque pulcherrimum donum generi mortalium daret. Sed impetum eius, multum priùs laudatâ magnitudine animi, [143] attinuere ſenatores, diſſolutionem imperij docendo, ſi fructus, quibus Reſp. ſuſtineretur, deminuerentur. Quippe ſublatis portorijs, ſequens vt tributorum abolitio expoſtularetur. Pleraſque vectigalium ſocietates, à conſulibus & tribunis plebis conſtitutas, acri etiam populi Rom. tum libertate. Reliqua mox ita prouiſa, vt ratio quæſtuum & neceſſitas erogationum inter ſe congruerent. Temperandas planè publicanorum cupidines, ne per tot annos ſine querelâ tolerata, nouis acerbitatibus ad inuidiam verterent. Ergo edixit Princeps vt [144] leges cuiuſque publici occultæ ad id tempus, proſcriberentur: omiſſas petitiones, non vltrà annum reſumerent. Romæ prætor, per prouincias qui pro prætore aut conſule eſſent, iura aduerſus publicanos extra ordinem redderent. Militibus immunitas ſeruaretur, niſi in ijs quæ væno exercerent. Aliaque admodum æqua: quæ breui ſeruata, dein fruſtrà

Maſſiliam ablegatur. Cap. 48.

Puteolis diſcordia.

Cap. 49.

Thraſeas nec minuta reip. negligit. Id increpant.

Ipſe rationem dat.

Cap. 50. *Neroni impetus vectigalia tollere.*

Continetur à ſenioribus & ſanioribus.

Cap. 51. *Sed publicanis leges data.*

140. MASSILIENSIVM MOENIBVS.] *Relegandi genus tunc frequens. Sic Iulia opido Rheginorum ab Auguſto clauſa: Silanus à Nerone Bario municipio Apuliæ: Dolabella in coloniam Aquinatem ab Othone ſepoſitus.*

141. NVMERVM EDENDIS GLADIATORIBVS.] *Auguſtus edixit anno vrbis* DCCXXXII. Μήθ' ὁπλομαχίαν πλεοναχοῦ ἢ δὶς ἐν ἐνιαυτῷ ἔτει, μήτε πλείονων εἴκοσι καὶ ἑκατὸν ἀνδρῶν ποιεῖν. neque ſæpiùs quàm bis in anno gladiatores dare, neque vltra paria ſexaginta. *Dio* LIV. *Simile edictum anteà à Senatu, de quo Sueton. Iulij, cap.* X. Cùm multiplici vndique familiâ comparatâ inimicos exterruiſſet, cautum eſt de numero gladiatorum, quo ne maiorem cuiquam habere liceret. *Saturnalia noſtra vide.*

142. QVIBVSQVE ALIIS ROMANA.] *Inſero vocem*, res Romana continetur. *Sequentia emendaui, diſtinxi, ſublatâ confuſione, quæ in libris.*

143. ATTINVERE SENATORES.] *Fero. ſed præfero meum illud,* ſeniores.

144. LEGES CVIVSQVE PVBLICI.] *Publicum hîc non ciuitas aut commune cuiuſque opidi, vti cenſent: ſed τὸ δημόσιον, τελωνία. Plautus Trucul.*

Illa, haud ego, habuit publicum, peruorsè interpretaris.

Seneca Epiſt. CXX. Iam ego paraueram fiſcos: circumſpiciebam in quod me mare negotiaturus immitterem, quod publicum agitarem, quas accerſerem merces. *Suet. Cal. cap.* XL. Additumque ad caput legis, vt tenerentur publico, quæ meretricium quæve lenocinium feciſſent. *Seneca iterùm epiſt.* CII. Ille qui & mari & terrâ pecuniam agitabat, qui ad publica quoque, nullum relinquens inexpertum genus quæſtus, acceſſerat, *vbi malè ſubſtituunt*, publicanos.

145. QVA-

A ſtra habita ſunt. Manet tamen abolitio [145] quadrageſimæ quinquageſimæque, & quæ alia exactionibus illicitis nomina publicani inuenerant. Temperata apud tranſmarinas prouincias [146] frumenti ſubuectio. [147] Et ne cenſibus negotiatorum naues adſcriberentur, tributumque pro illis penderent, conſtitutum. Reos ex prouinciâ Africâ, qui proconſulare imperium illic habuerant, [148] Sulpicium Camerinum, & [149] Pomponium Siluanum, abſoluit Cæſar. Camerinum aduerſus priuatos & paucos, ſæuitiæ magis quàm captarum pecuniarum crimina obijcientes: Siluanum magna vis accuſatorum circumſteterat, poſcebatque tempus euocandorum teſtium: reus illicò defendi poſtulabat. valuitque pecuniosâ orbitate & ſenectâ, quam vltra eorum vitam produxit, quorum ambitu euaſerat. Quietæ ad id tempus res in Germaniâ fuerant, ingenio ducum, qui peruulgatis triumphi inſignibus, maius ex eo decus ſperabant, ſi pacem continuauiſſent. Paullinus Pompeius, L. Vetus, eâ tempeſtate exercitui præerant. Ne tamen ſegnem militem attinerent, ille [150] inchoatum ante tres & ſexaginta annos à Druſo aggerem coër-
B cendo Rheno, abſoluit: Vetus, [151] Moſellam atque Ararim, facta inter vtrumque foſsâ connectere parabat, vt copiæ per mare, dein Rhodano & Arare ſubuectæ, per eam foſſam, mox fluuio Moſellâ, in Rhenum, exin Oceanum decurrerent; ſublatiſque itinerum difficultatibus, nauigabilia inter ſe Occidentis Septemtrioniſque litora fierent.

Frumentarie naues immunes. Cap. 52. *Sulpitius Camerinus abſolutus.*

Pomponius Siluanus abſolutus. Cap. 53. *Agger ad Rhenum cohibendum.*

Foſſa inter Ararim & Moſellam.

Inuidit

C

D

145. QVADRAGESIMÆ QVINQVAGESIMÆQVE.] *Portorium id fuit, explicatum Quintiliano in parte, Declamat.* CCCLIX. Præter inſtrumenta itineris, omnes res quadrageſimam publicano debeant. *Sed abolitio hæc Neroniana, non firma. certè Symmachi æuo iterùm præbita Quadrageſima: vt diſcas è l.* v. *epiſt.* Quadrageſimæ portorium non rectè poſcitur à Senatoribus Candidatis: quia noſtri ordinis functiones onerari geminis incommodis non oportet. Quæſo igitur vt humanitatem noſtri ordinis editoribus impartias, & vrſorum tranſuectionem cupiditati mancipum ſubtrahas. *Etiam Quinquageſima: de quâ idem:* Quæſtores ordinis noſtri numquam ferarum ſuarum portorium contulerunt. Nunc à fratre meo Cynegio V. C. Quinquageſimæ vectigal exigitur, quod ſolos vrſorum negotiatores, vtpote quæſtui ſeruientes, oportet agnoſcere. *De hac Quadrageſimâ capio Suetonium Veſpaſ. cap.* 1. Huius filius publicum quadrageſimæ in Aſiâ egit, manebantque (*lego*, mantantque, *quia peruenisſe eas ad ſuum æuum ſubindicat Tranquillus: vel potiùs*, monebantque) imagines ſub hoc titulo, Καλῶς τελωνήσαντι. *At in Caligul. cap.* XL. *alia herclè ab istâ; temporaria dumtaxat, & quæ cum impuro illo perijt:* Exigebatur pro litibus atque iudicijs vbicumque conceptis quadrageſima ſummæ de quâ litigaretur. *Sed & Quinquageſimam vænalium, de quâ ſuprà, diſparo ab istâ: ſicut Quinquageſimas illas Ciceronis* III. *libro in Verrem, quæ ad aratores pertinuerunt decumanoſque.*

146. FRVMENTI SVBVECTIO.] *Quæ hæc ſubuectio? illáne, quæ Romam? ex Africâ & Aegypto puta, aliisque prouincijs ad alimenta plebis. An intellegit in ipsis prouincijs modum poſitum, quò & quatenus frumenta ſua adueherent? Fraudes enim & hîc committi ſolere, & moleſtias obijci prouincialibus, è Taciti Agricolâ diſces.* Emere, *inquit*, vltrò frumenta, & vendere cogebantur. Deuortia itinerum & longinquitas regionum indicebatur, vt ciuitates à proximis hibernis in remota & auia deferrent: donec quod omnibus in promptu erat, paucis lucroſum fieret.

147. ET NE CENSIBVS.] *Mutuare huic loco lumen à P. Fabro lib.* I. *Semeſt. cap.* XXV.

148. SVLPICIVM CAMERINVM ABSOLVIT.] *Sed eumdem paullò pòſt cum filio interfecit.* Ἐγκαλέσας σφισιν, *ait Xiphilinus*, ὅτι Πυθικοὶ ἐκ προγόνων ὀπικαλούμενοι, οὐκ ἐπαύσαντο τοῦτο ἔχοντες, ἀλλ' ἐς τὰς τοῦ Νέρωνος νίκας τὰς Πυθικὰς ἐκ τῆς ὁμωνυμίας ἠσέβων. obijciens illis, quòd Pythici ab antiquo dicti, non abſtinerent nunc eo cognomine, ſed in Neronis Pythicas victorias ex ſimilitudine nominis iniurij eſſent. *Qui Dionis ſiue abbreuiatoris eius corruptus locus, ſcribo, Ὅτι Ποιτικοὶ ἐκ προγόνων, &c. Sulpicij enimuerò non Pythici, ſed Pœtici cognominati, vti liquere poteſt ex Faſtis. Quod cognomen ad iniuriam ſuam trahebat Nero, quia ipſe ſolus victor, ſolus Pythicus. Notabit ergo philologus ſimilitudinem aliquam inter eas voces, veteri germanaque pronuntiatione fuiſſe.*

149. POMPONIVM SILVANVM.] *Eſt cùm Pompeium Siluanum in Tacito (lib.* II. *Hiſtor.) reperias, eſt cùm Poppæum. Librariorum ea varietas ſit, an hominum, alibi videbo.*

150. INCHOATVM A DRVSO AGGEREM.] *Intellegitne foſſam Druſianam, Iſalæ hodie cognomine inſignem? quæ Rhenum imminuit, exhauſit, & quaſi coërcuit? An potiùs aliud opus in Gallicâ ripâ, quo tumidum & vagum cum pernicie accolarum amnem reprimeret? Videtur. & refero ad aggerem iſtum, quæ libro* V. *Hiſtor. ſcripta:* Quin & diruit molem à Druſo Germanico factam, Rhenumque prono alueo in Galliam ruentem, diſiectis quæ morabantur, effudit. *Vidi qui molem eam vellent eſſe Druſoburgum ad Iſalam nunc ſitum. Næ illi falluntur. Nam quî poteſt? In Galliarum ripâ ea moles fuiſſe debuit, non in Germaniæ: vti facto Ciuilis, Taciti*que *verbis ratio conſtet. Refellere quidem igitur aliena poſſim, firmare adhuc ipſe nihil.*

151. MOSELLAM ATQVE ARARIM.] *Deus bone, vtile, magnum, regium vel Romanum planè opus! Sic Carolus Magnus Danubium & Rhenum ſtatuit; alij alia: ſed omnes ſtatuerunt tantùm. & neſcio quæ vis ab alto ferè impedit mutari hæc per Naturam ſtatuta.*

Inuidit operi [152] Ælius Gracilis Belgicæ legatus, deterrendo Veterem, ne legiones alienæ prouinciæ inferret, ſtudiaque Galliarum affectaret. formidoloſum id Imperatori dictitant; quo plerumque probibentur conatus honeſti. Ceterùm continuo exercituum otio fama inceſſit, ereptum ius legatis ducendi in hoſtem. eoque Friſij iuuentutem ſaltibus aut paludibus, imbellem ætatem per lacus admouêre ripæ, agroſque vacuos, & militum vſui ſepoſitos inſedere, auctore Verrito, & Malorige, qui nationem eam regebant, [153] in quâ tum Germani regnabant. Iamque fixerant domos, ſemina aruis intulerant, vtque patrium ſolum exercebant; cùm [154] Dubius Auitus acceptâ à Paullino prouinciâ, minitando vim Romanam, niſi abſcederent Friſij veteres in locos, aut nouam ſedem à Cæſare impetrarent, perpulit Verritum & Malorigem preces ſuſcipere. Profectique Romam, dum alijs curis intentum Neronem opperiuntur, inter ea quæ Barbaris oſtentantur, intrauere Pompeij theatrum, quo magnitudinem populi viſerent. Illic per otium (neque enim ludicris ignari oblectabantur) dum conceſſum caueæ, diſcrimina ordinum, quis eques, vbi ſenatus percontantur, [155] aduertêre quoſdam cultu externo in ſedibus ſenatorum: & quinam forent rogitantes, poſtquam audiuerant, earum gentium legatis id honoris datum, quæ virtute & amicitiâ Romanâ præcellerent, NVLLOS MORTALIVM ARMIS AVT FIDE ANTE GERMANOS ESSE, exclamant, digrediunturque, & inter patres conſidunt. quod comiter à viſentibus exceptum, quaſi impetus antiqui, & [156] bona æmulatio. Nero ciuitate Romanâ ambos donauit. Friſios decedere agris iuſſit. Atque illis aſpernantibus, auxiliaris eques repentè immiſſus, neceſſitatem attulit, captis cæſiſve qui peruicaciùs reſtiterant. Eoſdem agros Anſibarij occupauere, validior gens, non modò ſuâ copiâ, ſed adiacentium populorum miſeratione: quia pulſi à Chaucis & ſedis inopes, tutum exſilium orabant. Aderatque ijs clarus per illas gentes, & nobis quoque ſidus, nomine Boiocalus, vinctum ſe rebellione Cheruſcâ, iuſſu Arminij referens; mox Tiberio & Germanico ducibus, ſtipendia meruiſſe, [157] quinquaginta annorum obſequia. Id quoque adiungere, *quòd gentem ſuam ditioni noſtræ ſubijceret.* [158] *Quotam partem campi iacere, in quam pecora & armenta militum aliquando tranſmitterentur?* [159] *Seruarent ſanè receptos gregibus inter hominum famam; modò ne vaſtitatem & ſolitudinem mallent, quàm*

Cap. 54. *Friſij limitaneos agros inſident.*

Legatos Romam mittunt.

Eorum Germana ſimplicitas.

Sed agris cedere coguntur.

Cap. 55. *Anſibarij eoſdem occupant,*

Duce Boiocalo.

A

B

C

D

152. ÆLIVS GRACILIS.] *E libris,* Ælius Gracchus.

153. IN QVA TVM GERMANI REGNABANT.] *Florentinus codex*, in quantum Germani: *optimè. id eſt, quatenus Germanis quidem eſt regnum, qui in ſemilibertate.*

154. DVBIVS AVITVS.] *Labor vt ſcribam,* Vibius Auitus, *inducente me Plinio, qui Neronis temporibus præſediſſe Galliæ Germaniæq; inferiori, Vibium Auitum ſignificat libro* XXXIV. *cap.* VII. Statuam Aruernorum cùm faceret, prouinciæ Vibio Auito præſidente. *Anteà ſuſpicabar de Didio: fallebar.*

155. ADVERTERE QVOSDAM CVLTV EXTERNO.] *Armenios & Parthos ſedentes in Senatu, vti eleganter Suetonius loquitur. Morem autem eum fuiſſe, & hunc honorem benè meritis ſocijs, didici è Iuſtino: qui de Maſſilienſibus lib.* XLIII. Ob quod meritum & immunitas illis decreta, & locus ſpectaculorum in Senatu datus. *Item Ioſepho, qui Decretum C. Cæſaris & Senatus recitat pro Iudæis, libro* XIV. *cap.* XVII. *in hæc verba:* Δεδόδαί τε Γραικῷ, καὶ παῖσι τοῖς ἀυτῦ, καὶ φρεσβύταις τοῖς ὑπ' ἀυτὸ πευφθεῖσιν ἔντε πυγμῇ μονομάχων καὶ θηρίων, καθιζομένυς μετὰ τῶν συγκλητικῶν θεωρεῖν: Concedi Hyrcano eiuſque filijs, item Legatis qui ab eo miſſi, gladiatorum & ferarum pugnas ſpectare, in ſedibus Senatorum. *Dio Caſſius in Fragm. de Traiano:* Ὅτι ὁ Τραϊανὸς τὺς φρεσβύτας τὺς ἀπὸ τῆς Βασιλέων ἀφικνυμένυς, ἐν τῷ βυλευτηρίῳ θεάσασθαι ἐποίει: Quod Traianus legatos à Regibus miſſos in Orcheſtrâ ſpectare iuſſit. *Etſi vetuerat id antè, ſuâ quadam cauſsâ, Auguſtus: vt in Suetonio leges, cap.* XLIV. *interdicto tamen non firmo. Sed ait Iuſtinus ecce, in Senatu: & Suetonius alibi, in equite ſpectare. nec errem vltrà, qui apud Suetonium in Claudio*, in Senatorijs, *tentant reponere. Sed quod de legatis his ad Neronis tempora Tacitus rettulit, eximium & antiquæ noſtræ ſimplicitatis factum: Tranquillo viſum Claudio attribuere, cap.* XXV. *Errat, me iudice, Tranquillus.*

156. BONA ÆMVLATIO.] *Libri aliquot,* æmulatione: *ex quibus iunctim tunc ſcribam,* quaſi impetus antiqui & boni æmulatione: *& ſanè ſic fuit.*

157. QVINQVAGINTA ANNORVM.] *Libri vett.* quadraginta. *A clade certè Variana ad hoc ævum, quadraginta ſex circiter anni ſunt.*

158. QVOTAM PARTEM CAMPI.] *Fortè,* Quò tantam, *aut,* quò eam. *Vulgatam etiam tolero, & rapio.*

159. SERVARENT SANE RECEPTOS.] *Scriberem,* exceptos, *&* famem.

160. ET

A *quàm amicos populos. Chamauorum quondam ea arua, mox Tubantum, & pòst Vsipiorum fuisse. Sicut cælum dijs, ita terras generi mortalium datas: quæque sint vacuæ, eas publicas esse. Solem deinde respiciens, & cetera sidera vocans, quasi coràm interrogabat, vellentne contueri inane solum: potiùs mare superfunderent aduersus terrarum ereptores.* [160] Et commotus his Aui Cap. 56
tus, patienda meliorum imperia. Id dijs quos implorarent placitum, vt arbitrium penes Romanos maneret, quid darent, quid adimerent; neque alios iudices, quàm seipsos *Quem corrumpere Auitus conatur.*
paterentur. Hæc in publicum Ansibarijs respondit, ipsi Boiocalo ob memoriam amicitiæ daturum agros. quod ille, vt proditionis pretium, aspernatus addidit: Deesse *Ille perseuerat:*
nobis terra, in quâ viuamus, in quâ moriamur, non potest. atque ita infensis vtrimque animis discessum. Illi Bructeros, Tencteros, vlteriores etiam nationes socias bello
vocabant. Auitus scripto ad [161] Curtilium Manciam superioris exercitus legatum, vt Rhenum transgressus, arma à tergo ostenderet, ipse legiones in agrum Tencterûm
induxit, excidium minitans, nisi caussam suam dissociarent. Igitur assistentibus his, *Sed auxilia eum deserunt.*
B pari metu exterritis Bructeris, & ceteris quoque aliena pericula deserentibus, sola Ansibariorum gens retrò ad Vsipios & Tubantes concessit. quorum terris exacti, cùm *Denique Ansibarij cæsi.*
Cattos, dein Cheruscos petissent, errore longo, hospites, egeni, hostes, in alieno quod
iuuentutis erat, cæduntur. Imbellis ætas in prædam diuisa est. Eâdem æstate inter Cap. 57.
Hermunduros Cattosque certatum magno prælio, [162] dum flumen gignendo sale fe- *Bellum inter Cattos & Hermunduros.*
cundum, & conterminum, vi trahunt; super libidinem cuncta armis agendi, religione insitâ, eos maximè locos propinquare cælo, precesque mortalium à deis nusquam
propiùs audiri. Inde indulgentiâ numinum, illo in amne illisque siluis, salem proue- *Flumen salsum.*
nire, non vt alias apud gentes [163] eluuie maris arescente vndâ, sed super ardentem arborum struem fusâ, contrarijs inter se elementis, igne atque aquis * concretâ. Sed bel- *concretum. Catti occisione occisi.*
lum Hermunduris prosperum: [164] Cattis exitio fuit. quia victores diuersam aciem
Marti ac Mercurio sacrauere, quo voto equi, viri, [165] cùm ita victa occidioni dantur.
Et minæ quidem hostiles in ipsos vertebantur. Sed [166] ciuitas Iuhonum socia nobis
C malo improuiso afflicta est. Nam ignes terrâ editi, villas, arua, vicos, passim corri- *Ignis è terrâ enatus.*
piebant, ferebanturque in ipsa conditæ nuper Coloniæ mœnia. neque extingui poterant; non si imbres caderent, non si fluuialibus aquis, aut quo alio [167] humore niterentur: donec inopiâ remedij, & irâ cladis, agrestes quidam eminus saxa iacere, dein resi-

160. ET COMMOTVS HIS AVITVS.] *Turbata & trunca forsitan. Lego tamen:* Nec commotus his Auitus, patienda m. imperia ait. Dis quos, &c.

161. CVRTILIVM MANCIAM.] *Phlegon De admirandis*: Curtilius Mancias legatus in Germaniâ exercitum duxit Q. Volusio & P. Scipione coss.

D 162. DVM FLVMEN GIGNENDO SALE.] *Non abhorret certè à fide, vt hoc flumen, Sala fuerit: argumento vel nominis ipso. Flumen nobile, mihi carum: domicilij olim caussâ, & Andreæ Ellingeri medici primarij; cuius fides & doctrina, magna mihi dum viuam.*

163. ELVVIE MARIS ARESCENTE VNDA, SED.] *Muretus*, arescente, sed vndâ. *At ipsa de re Plin. lib.* XXXI. Galliæ Germaniæque ardentibus lignis aquam salsam infundunt. *Varro de re rusticâ* I. In Galliâ Transalpinâ intus ad Rhenum, cùm exercitum ducerem, aliquot regiones accessi, vbi salem nec fossitium nec maritimum haberent, sed ex quibusdam lignis combustis, carbonibus salsis pro eo vterentur. *Vbi lego*, intus Rhenum, *particulâ addititicâ reiectâ.*

164. CATTIS EXITIO FVIT.] *Non dissimulo alucinationem & παραφασιν viri docti nostratis, qui ab hac pugnâ initia deriuat Batauæ genti. Censet enim victos pulsosque eo prælio Cattos, deuenisse maritimos locos vbi nunc Batauia est, & originem dedisse inter Belgas nobilissimæ genti. Cæcitatem! Batani noti celebresque diu ante hanc æuo Neronis pugnam: & Cattorum migratio, de quâ Tacitus in libello De Germaniâ, non dubiè antiquior.* Batani, *inquit*, non multum ex ripâ, sed insulam Rheni amnis colunt, Cattorum quondam populus, & seditione domesticâ in eas sedes transgressus, in quibus pars Romani imperij fierent.

165. CVM ITA VICTA OCCIDIONI.] *Placet Danesij coniectura*, cuncta viua.

166. CIVITAS IVHONVM.] *De hoc igne nimia mira. Pighius amicus noster censebat*, Huionum *scrib. quoniam in agro cognomine, hodie lapis multus sub terrâ fossilis, idoneus concipere ignem. Sed ego ambigo ne ea gens in Germaniâ ipsâ alibi fuerit, non in Belgicâ: & quidam libri*, Vibonum.

167. HVMORE NITERENTVR.] *Aiunt corruptum hoc verbi*, niterentur: *aut potiùs Florentini codicis exemplo delendum. Dissentio, & promptum est*, niterentur exstinguere, *ordinari.*

residentibus flammis propiùs suggressi, ictu fustium, alijsque verberibus, vt feras abs- A terrebant: postremò tegmina corpori direpta injciunt, quantò magis [168] profana, & vsu polluta, tantò magis oppressura ignes. Eodem anno [169] Ruminalem arborem in comitio, [170] quæ super octingentos & quadraginta ante annos Remi Romulique infantiam texerat, mortuis ramalibus & arescente trunco deminutam, prodigij loco habitum est, donec in nouos fetus reuiuisceret.

Cap. 58. *Ficus ruminalis exstincta.*

168. PROFANA, ET VSV POLLVTA.] *Adde vocem è priscâ editione*, & vsu viliori polluta. *Vestes vult sanguinis aut seminis notis sordentes.*

169. RVMINALEM ARBOREM.] *De ficu Ruminali & Nauiâ digna lectu Scaliger in Festum, illustrissimum ingenium nostri æui.*

170. QVÆ SVPER OCTINGENTOS ET QVADRAGINTA ANTE ANNOS.] *Damno numerum. Nam hic annus vrbis conditæ* DCCCXI. *Romulus autem Remusq.* XVIII. *dumtaxat annos nati, cùm facta Roma est. Non ergo plures ab infantiâ eorum ad hunc diem annis triginta. Facilis putatio ex Dionysio, Liuio, & alijs. Ita ergo hîc emendem, &* octingentos & triginta *scribam, ne Tacitus manifestâ sit in culpâ.*

A

C. CORNELII TACITI
AB EXCESSV DIVI AVGVSTI
ANNALIVM LIBER XIV.
BREVIARIVM LIBRI.

B NERO *matrem ſuam faſtidit, denique interficit. Excuſat id factum apud Senatum: & is non ignoſcit ſolùm, ſed laudat. Inde ad deterrima quæque prorupit. currus agitauit. in ſcenâ cantauit. Quinquennale ludicrum Romæ inſtitutum, vario ſermone vulgi. Rubellius Plautus amouetur. At Corbulo in Armeniâ ſtrenuè rem gerit: Tigranocerta capit: Tigranem regem iis imponit. Contrà in Britanniâ clades accepta, dum Suetonius Paullinus Monam inſulam intraſſet. & tota pænè prouincia amiſſa: quam tamen mirâ conſtantiâ & vnius prælij ſucceſſu Suetonius idem retinuit. Præfectus vrbis domi ſuæ interfectus. ſupplicium de familiâ ſumtum. Lex Maieſtatis reuocata. Burrhus obiit. Seneca à peſſimis in inuidiam vocatur: ideoque commeatum à Principe petit, nec accipit. Tigellinus vnus omnia poteſt: is Plautum & Sullam interfici curat. Nero Octauiam dimittit: Poppææ iungitur. Seditionem ſuper eâ re populus mouet: quæ cauſſa maturandi Octauiæ exitij. Ea interfecta in Pandateriâ inſulâ. Geſta hæc annis circiter quattuor.*

C. VIPSANIO. L. FONTEIO CAPITONE
C IMP. NERONE. IV. COSSO CORNELIO LENTVLO
C. CÆSONIO PÆTO. C. PETRONIO TVRPILIANO COSS.
P. MARIO CELSO. L. ASINIO GALLO.

1 GAIO Vipſanio, Fonteio Coss. diu meditatum ſcelus non vltrà Nero diſtulit, vetuſtate imperij coalitâ audaciâ, & flagrantior in dies amore Poppææ. quæ ſibi matrimonium, & diſſidium Octauiæ incolumi Agrippinâ haut ſperans, crebris criminationibus, aliquando per facetias incuſare Principem, & pupillum vocare, qui iuſſis alienis obnoxius, non modò imperij, ſed libertatis etiam indigeret. *Cur enim differri nuptias ſuas? formam ſcilicet diſplicere, & [2] triumphales auos?[3] An fecunditatem, & verum animum timeri? ne vxor ſaltem iniurias patrum, iram populi aduerſus ſuperbiam auaritiamque matris aperiat.* D *Quòd ſi nurum Agrippina non niſi filio infeſtam ferre poſſet, reddatur ipſa Othonis coniugio, ituram quoque terrarum, vbi audiret potiùs contumelias imperatoris, quàm viſeret periculis eius immixta.* Hæc atque talia lacrymis & arte adulteræ penetrantia, nemo prohibebat: cupientibus cunctis infringi matris potentiam, & credente nullo, vſque ad cædem eius duratura filij odia. Tradit Cluuius ardore retinendæ Agrippinam potentiæ eò vſque prouectam, vt [4] medio diei, cùm id temporis Nero per vinum & epulas incaleſceret, offerret ſe ſæpiùs temulento comtam, & inceſto paratam. Iamque laſciua oſcula, prænuntias flagitij blanditias, annotantibus proximis, Senecam contra muliebres illecebras ſubſidium à feminâ petiuiſſe: immiſſamque Acten libertam, quæ ſimul ſuo periculo, & infamiâ Neronis anxia, deferret, peruulgatum eſſe inceſtum gloriante matre, nec toleraturos milites profani Principis imperium. Fabius Ruſticus non Agrippinæ, ſed Neroni cupitum id memorat, eiuſdemque libertæ aſtu diſiectum. Sed quæ Cluuius, eadem ceteri quoque auctores prodidere; & fama huc inclinat, ſeu conceperit animo tantum immani-

Cap. 1. A. V. C. DCCCXII. *Nero agitat matris cædem:*

Per obliquum ſtimulante Poppæâ.

Cap. 2. *Agrippina ſcelus tentat:*

Sine ipſe Nero.

manitatis Agrippina, seu credibilior nouæ libidinis meditatio in eâ visa est, quæ puellaribus annis [5] stuprum cum Lepido spe dominationis admiserat, pari cupidine vsque ad libita Pallantis prouoluta, & exercita ad omne flagitium patrui nuptijs. Igitur Nero vitare secretos eius congressus: abscedentem in hortos, aut Tusculanum vel Antiatem in agrum, laudare quòd otium lacesseret. Postremò vbicumque haberetur, prægrauem ratus, interficere constituit: hactenus consultans, veneno, an ferro, vel quâ aliâ vi. Placuitque primò venenum. Sed inter epulas Principis si daretur, referri ad casum non poterat, tali iam Britannici exitio. Et ministros tentare arduum videbatur, mulieris vsu scelerum aduersus insidias intentæ. atque ipsa præsumendo remedia munierat corpus. Ferrum & cædes quonam modo occultaretur, nemo reperiebat; & ne quis illi tanto facinori dilectus, iussa sperneret, metuebat. Obtulit ingenium Anicetus libertus, classis apud Misenum præfectus, & pueritiæ Neronis educator, ac mutuis odijs Agrippinæ inuisus. Ergo nauem posse componi docet, cuius pars ipso in mari per artem soluta effunderet ignaram. Nihil tam capax fortuitorum quàm mare; & si naufragio intercepta sit, quem adeò iniquum, vt sceleri assignet, quod venti & fluctus deliquerint? Aditurum Principem defunctæ templum, & aras, & cetera ostentandæ pietatis. Placuit sollertia, [6] tempore etiam iuta, quando [7] Quinquatruum festos dies apud Baias frequentabat. Illuc matrem elicit, ferendas parentum iracundias, & placandum animum dictitans; quò rumorem

A

B

Cap. 3. *Qui paullatim abiungit se à matre.*

Deliberat de interficiendâ.

Anicetus solubilem nauem huic rei repperit.

Cap. 4. *Baias Agrippina elicitur.*

COMMENTARIVS.

1. CAIO VIPSANIO. *Vulgati*, Vipsano. *Viri docti, Vipstanum eum nominant. Vide FuluI nummos, in Apronià gente.*

2. TRIVMPHALES AVOS.] *Vnum tantùm, Poppæum Sabinum.*

3. AN FECVNDITATEM ET VERVM ANIMVM.] *Distinguo,* Verum animum? Timeri ne vxor. *Nam quod V. C. Erricus Memmius legebat,* vterum annuum, *acutius quàm verius censeo.*

4. MEDIO DIEI, CVM ID TEMPORIS.] *Romani ergo epulabantur die medio? Non vulgò quidem: non item viri serij, sobrij, sicci. Sed describit Tacitus Neronis conuiuium adolescentis madidi, verè Tempestiuum. De quo, itemq; de Intempestiuo, vide vtiliter notata in* EXCVRS. A.

5. STVPRVM CVM LEPIDO.] *Qui Lepidus anteà maritus Drusillæ, conuictus posteà coniurationis in Caium. Sueton. Cal. cap.* XXIV. *Dio* LIX. *itemq; stupri in Agrippinam & Liuillam. Rutilius in Itinerario, de Lepidis:*

Haud procul hinc petitur signatus ab Hercule portus:
Vergentem sequitur mollior aura diem.
Inter castrorum vestigia sermo retexit
Sardoam, Lepido præcipitante, fugam.
Litore namque Cosæ cognatos depulit hostes,
Virtutem Catuli Roma secuta ducis.
Ille tamen Lepidus peior, ciuilibus armis
Qui gessit socijs impia bella tribus.
Insidias paci moliri tertius ausus,
Tristibus excepit congrua fata reis.
Quartus Cæsareo dum vult irrepere regno,
Incesti pœnam soluit adulterij.

Primum mali fati Lepidum intellegit, qui cum Q. Catulo dissensit post obitum Sullæ, & in Sardiniâ perijt. Alterum, qui triumuir. Tertium, qui conspirauit in Augustum, illius filium. Quartum, de quo hîc. Sed cur poëta ait, incestum eius adulterium cum Agrippinâ & Liuiâ? Ideò quia maritus Drusillæ Lepidus: & cum Agrippinâ etiam sanguine iunctus. Credo enim hunc Lepidum natum ex Aemilio Paullo & Iuliâ nepte Augusti. At Iulia soror Agrippinæ; quæ mater Caij, & sororum. Hinc clarum cur Caius successorem illum imperij destinauerit, & quinquennio maturiùs quàm per leges magistratum capere voluerit: quod Dio tradidit libro LIX. *Erat enim sanguinis gentisq; Augustæ, pari cum Caligulâ gradu. Præter rem hæc dixi, ad Suetonij historiæq; lucem.*

6. TEMPORE ETIAM IVTA.] *Ita libri manuss.*

7. QVINQVATRVVM FESTOS DIES.] *Sueton. solemnia Quinquatruum vocat. Horatius item Quinquatrus festas. Caussa, quia ij dies Mineruæ, læti pueris, virisq;. De pueris, Horatius:*

——puer vt festis Quinquatribus olim,
Exiguo gratoque fruaris tempore raptim.

Et Symmachus lib. V. Nempe Mineruæ tibi sollenne de scholis notum est, vt ferè memores sumus etiam procedente ætate puerilium feriarum. Ad eum diem conuiuium tibi paramus. *Feriæ ergo pueris: at viris etiam ludi, & spectacula gladiatorum. Ouidius, de quinque his diebus:*

Sanguine prima vacat. nec fas concurrere ferro.
Caussa, quòd est illâ nata Minerua die.
Altera, tresque super rasâ celebrantur arenâ,
Ensibus exsertis bellica læta dea est.

Hinc disce, secundum Quinquatruum diem, natalem eiusce poëtæ fuisse. Lib. IV. *De Trist. lib.*

Lucifer amborum natalibus adfuit idem,
Vna celebrata est per duo liba dies.
Hæc est armiferæ de festis quinque Mineruæ,
Quæ fieri pugnâ prima cruenta solet.

C

D

Natus

A morem reconciliationis efficeret, [8] acciperetque Agrippinam, facili feminarum credulitate ad gaudia venientem. Dehinc obuius in litora (nam Antio aduentabat) excipit manu & complexu, [9] ducitque Baulos: id villæ nomen est, quæ promontorium Misenum inter & Baianum lacum flexo mari alluitur. stabat inter alias nauis ornatior, tamquam id quoque honori matris daretur. Quippe sueuerat triremi, & classiariorum remigio vehi. Actum inuitata ad epulas erat; vt occultando facinori nox adhiberetur. Satis constitit exstitisse proditorem, & Agrippinam, auditis insidijs, an crederet ambiguam, [10] gestamine sellæ Baias peruectam. Ibi blandimentum subleuauit metum, comiter excepta, [11] superque ipsum collocata. Nam pluribus sermonibus modò familiaritate iuuenili Nero, [12] & rursus adductus quasi seria consociaret, tracto in longum conuictu, prosequitur abeuntem artiùs oculis & pectori hærens; siue explendâ simulatione, seu perituræ matris supremus aspectus, quamuis ferum animum retinebat. Noctem si- Cap. 5.
deribus illustrem, & placido mari quietam, quasi conuincendum ad scelus, dij præ-
B buere. Nec multum erat progressa nauis, duobus è numero familiarium Agrippinam comitantibus: ex quibus Crepereius Gallus haut procul gubernaculis adstabat, Acceronia super pedes cubitantis reclinis, pœnitentiam filij & reciperatam matris gratiam per gaudium memorabat. cùm dato signo, ruere tectum loci multo plumbo graue, pressusque Crepereius, & statim exanimatus. Agrippina & Acceronia [13] eminentibus tecti parietibus, ac fortè validioribus, quamuis oneri cederent, protectæ sunt: nec dissolutio nauigij sequebatur; turbatis omnibus, & quòd plerique ignari conscios impediebant. [14] Visum dehinc remigibus, vnum in latus inclinare, atque ita nauem submergere. Sed neque ipsis promtus in rem subitam consensus; & alij contrà nitentes dedêre facultatem lenioris in mare iactus. Verùm Acceronia imprudens, dum se Agrippinam esse, & vt subueniretur matri Principis, clamitat, contis & remis, & quæ fors obtulerat, naualibus telis conficitur. Agrippina silens, eoque minùs agnita, vnum tamen vulnus humero excepit. Nando, deinde occursu lembunculorum Lucrinum in lacum vectam, villæ suæ
C inferunt. Illuc reputans, ideò se fallacibus litteris accitam, & honore præcipuo habitam, quodque litus iuxta non ventis acta, non saxis impulsa nauis, summâ sui parte, veluti Cap. 6.
terrestre machinamentum concidisset, obseruans etiam Acceroniæ necem, simul suum vulnus aspiciens, solum insidiarum remedium esse, si non intelligerentur: misit libertum Agerinum, qui nuntiaret filio, benignitate deûm, & fortunâ eius euasisse grauem

Conuiuiò excipitur.

Blandè habetur.

Fallaci nauì imponitur.

Quæ in parte soluta est.

Agrippina in mari se proijcit.

Nauiculis excepta est, & villa illata

Ad filium de periculo suo mittit.

Natus ergo, sexto post Martias Idus. Sed & moris vt ij dies iucundè hilariterq; traducerentur. Augustus ad Tiberium: Nos, mi Tiberi, Quinquatrus satis iucundè egimus. Lusimus enim per omnes dies, forumque aleatorium calfecimus.

8. ACCIPERETQVE AGRIPPINAM.] *Assentior Pichenæ,* deciperetque *scribenti: nisi placet,* allieretque.

9. DVCITQVE BAVLOS.] *Anteà Hortensij villa: tunc in Principum bonis. De eâ non ineleganter Symmachus, eius possessor:*

D Huc deus Alcides stabulanda armenta coëgit
Eruta Geryonis de lare tergemini.
Inde recens ætas corrupta Boaulia Baulos
Nuncupat, occulto nominis indicio.
Ab Diuo, ad proceres dominos fortuna cucurrit,
Fama loci obscuros ne pateretur heros.
Hanc celebrauit, opum felix Hortensius, aulam:
Contra Arpinatem qui stetit eloquio.

Fuit etiam Antoniæ Drusi, vti è Plinio discès lib. IX. *cap.* LV.

10. GESTAMINE SELLÆ.] *Priscis libris abest vox* sellæ. *Atque ita sanè* XI. *libro locutus,* In eodem gestamine sedem poscit, sumitque. *De Gestatoriâ sellâ, in Electis. Libri ijdem,* Baulos, *non* Baias. *Malè. ex Sueton. cap.* XXXIV. *Nam Dio hæc parum clarè: & olim mihi imposuit.*

11. SVPERQVE IPSVM COLLOCATA.] *Ergo is locus in conuiuio honestior, quotiens duo accumberent. idq; rectè (dissentiant licet) scio monuisse olim. Non refellit me alter Taciti locus, lib.* III. In conuiuio Germanici cùm super eum Piso discumberet, infectos cibos manibus eius arguentes. *Scito enim tres discubuisse, mediumq; inter eos Germanicum.*

12. ET RVRSVS ADDVCTVS.] *Id est, seuerus, compositus, grauis. In Historijs super hac voce.*

13. EMINENTIBVS TECTI PARIETIBVS, AC FORTE VALIDIORIBVS, QVAMVIS ONERI CEDERENT.] *Video esse qui legant,* quàm vt oneri. *haud ab re. At mihi etiam vox* parietibus, *non firma: & quid si,* arietibus? *Sanè in Cæsare, vbi pontem in Rheno struit,* Sublicæ obliquæ, pro ariete adiguntur. *Et videntur fabri metaphorâ sic appellasse ligna sustentantia, & modicè inclinata instar Arietis subsilientis, aut Capræ: vnde &* Capreoli *vulgò.*

14. VISVM DEHINC.] *Imò,* iussum, *vt libri aliquot, à nauarchis & fraudis auctoribus vel actoribus. Sanè remiges id à se non excogitarunt: & additur, nec iussos omnes statim consensisse.*

15. QVOD

uem casum. orare, vt quamuis periculo matris exterritus, visendi curam differret. sibi ad A
præsens quiete opus. Atque interim securitate simulatâ, medicamina vulneri, & fomenta
corpori adhibet. Testamentum Aceroniæ requiri, bonaque obsignari iubet. id tantum
Cap. 7. non per simulationem. At Neroni nuntios patrati facinoris opperienti, affertur eua-
Nero consternatus, sisse ictu leui sauciam, & hactenus adito discrimine ne auctor dubitaretur. Tum pauore
exanimis, & iam iamque affore obtestans vindictæ properam, siue seruitia armaret, vel
militem accenderet, siue ad senatum & populum peruaderet, naufragium & vulnus, &
Amicos aduocat. interfectos amicos obijciendo; [15] quod contra subsidium sibi? nisi quid Burrhus & Se-
Illi ancipites consilij. neca expergiscerentur. quos statim acciuerat, [16] incertum an & antè ignaros. Igitur lon-
gum vtriusque silentium, ne irriti dissuaderent: & eò descensum credebant, vt nisi præ-
ueniretur Agrippina, pereundum Neroni esset. Post Seneca hactenus promtior, respi-
cere Burrhum, ac si scitaretur, an militi imperanda cædes esset? Ille prætorianos toti
Cæsarum domui obstrictos, & memores Germanici, nihil aduersus progeniem eius
Anicetus iterùm rem suscipit. atrox ausuros respondit: perpetraret Anicetus promissa. Qui nihil contatus, [17] poscit B
summam sceleris. Ad illam vocem Nero, illo sibi die dari imperium, auctoremque tanti
muneris libertum profitetur. Iret properè, duceretque promtissimos ad iussa. Ipse audi-
Crimen in Agrippinam ridiculè confingit. to, venisse missu Agrippinæ nuntium Agerinum, scenam vltrò criminis parat: gladium-
que, dum mandata perfert, abijcit inter pedes eius. tum quasi deprehenso, vincla inijci
iubet: vt exitium Principis molitam matrem, & pudore deprehensi sceleris sponte mor-
Cap. 8. tem sumsisse confingeret. Interim vulgato Agrippinæ periculo, quasi casu euenisset, vt
Vulgus ad periculum Agrippinæ excitati. quisque acceperat, decurrere ad litus. [18] Hi molium obiectus, hi proximas scaphas scan-
deret. Alij, quantum corpus sinebat, vadere in mare; quidam manus protendere. Que-
stibus, votis, clamore diuersa rogantium, aut incerta respondentium, omnis ora com-
pleri: affluere ingens multitudo cum luminibus, atque vbi incolumem esse pernotuit,
vt ad gratandum sese expedire, donec aspectu armati & minitantis agminis disiecti
Anicetus ades eius irruit. sunt. Anicetus villam statione circumdat, refractaque ianuâ, obuios seruorum arripit,
donec ad fores cubiculi veniret: cui pauci adstabant, ceteris terrore irrumpentium exter- C
ritis. Cubiculo modicum lumen inerat, & ancillarum vna: magis ac magis anxiâ Agrip-
pinâ, quòd nemo à filio, ac ne Agerinus quidem. aliam ferè litore faciem nunc, solitu-
Animosè illa alloquitur. dinem ac repentinos strepitus, & extremi mali indicia. Abeunte dehinc ancillâ, *Tu quo-
que me deseris*, prolocuta; respicit Anicetum trierarcho Herculeo & Oloarito centurione
classiario comitatum. Ac si ad visendum venisset, refotam nuntiaret: sin facinus pa-
traturus, nihil se de filio credere, non imperatum parricidium. Circumsistunt lectum
At ipse & alij occidunt. percussores, & prior trierarchus fusti caput eius afflixit. Nam in mortem centurioni fer-
rum distringenti, protendens vterum, *Ventrem feri*, exclamauit: [19] multisque vulneribus
Cap. 9. confecta est. Hæc consensu traduntur. Aspexeritne matrem exanimem Nero, & formam

15. QVOD CONTRA SVBSIDIVM SIBI?] *Romana editio*, suffragium sibi? *Nec damno. Sanè suffragari, adiuuare & opem ferre est: vt Refragari, obsistere. Inde & Refragium, quod Græcis* ἐναντίωσις. *Hegesippus lib.* v. *cap.* XXXVII. Gubernator obliquat velorum sinus, & sine refragio scinditur fretum. *ea*q. *voce & alij vsi.*

16. INCERTVM AN ET ANTE IGNAROS.] *Fides tibi, Corneli, magis curæ, quàm Dioni: qui Senecam auctorem impulsoremq. vnicum Neroni eius criminis facit. idq. à fide dignis multis traditum esse.*

Ἀλλ' ἐμὸν ὅποτε θυμὸν ἐνὶ φρεσὶν ἔπειθε.

17. POSCIT SVMMAM SCELERIS.] *Id est, peragere cupit quod cœpit: agere, & extremam velut manum sceleri imponere.*

18. HI MOLIVM OBIECTVS SCANDERE.] *De his molibus ad Baias, Cassiodorus Variar.* IX. Quantis ibi molibus termini decenter inuasi sunt? quantis spatiis in visceribus æquoris terra promota est? *Strabo lib.* V. Ἡ δὲ πόλις ἐμπορεῖον γεγόνη μέγιστον, χειροποίητος ἔχουσα ὅρμους, διὰ τὴν εὐφυΐαν τὴν ἄμμου. Διόπερ τῇ χάλικι καταμίξαντες τὴν ἀμμοκονίαν, περιβάλλουσι χώματα εἰς τὴν θάλατταν. *Virgilius.* D

Qualis in Euboico Baiarum litore quondam
Saxea pila cadit.

Ausonium in eâ re corrigo;

Vel quæ Baianis pendent fluitantia pilis.

Malè enim hactenus, palis. *Enimuerò pilæ illæ è saxo, vt Virgilius: in eademq. voce Liuius corrig. lib.* I. Modò intra illam pilam, & spolia hostium. *malè vulgò* illa pila. *intellegit columellam, quam Dionysius* σηλίδα *dixit, spolijs Curiatiorum insignem.* Horatia peila, *apud Propert. tela ipsa sunt: nequis eo me refutet. At de pilis his ad Baias, etiam Seneca, epist.* LXXVIII. Omnis in pilis Puteolorum turba consistit.

19. MVLTISQVE VVLNERIBVS CONFECTA EST.]

A formam corporis eius laudauerit, sunt qui tradiderint, sunt qui abnuant. Cremata est nocte eâdem, [20] conuiuiali lecto, & exsequijs vilibus. Neque dum Nero rerum potiebatur congestâ & clausâ humo; mox domesticorum curâ, leuem tumulum accepit, viam Misseni propter, & villam Cæsaris dictatoris, [21] quæ subiectos sinus editissima prospectat. Accenso rogo libertus eius, cognomento Mnester, ipse ferro se transegit: incertum charitate in patronam, an metu exitij. Hunc sui finem multos ante annos crediderat Agrippina, contempseratque. Nam consulenti super Nerone, responderunt Chaldæi, fore vt imperaret, matremque occideret: atque illa, *Occidat*, inquit, *dum imperet*. Sed à Cæsare [22] perfecto demùm scelere, magnitudo eius intellecta est: reliquo noctis, modò per silentium defixus, sæpiùs pauore exsurgens, & mentis inops lucem opperiebatur, tamquam exitium allaturam. Atque eum, auctore Burrho, prima centurionum tribunorumque adulatio ad spem firmauit, prehensantium manu, gratantiumque, quòd discrimen improuisum, & matris facinus euasisset. Amici dehinc adire templa, & cœpto

Viliter sepulta.

Prædictum ei hoc exitium. Cap. 10.

Nero sui impos, cæsâ matre.

Prætoriani milites eum erigunt. Mox amici, & ceteri.

B exemplo, proxima Campaniæ municipia victimis & legationibus lætitiam testari. Ipse diuersâ simulatione, mœstus, & quasi incolumitati suæ infensus, ac morti parentis illacrymans; quia tamen non vt hominum vultus, ita locorum facies mutantur, obuersabaturque maris illius & litorum grauis aspectus (& erant qui crederent, sonitum tubæ collibus circùm editis, planctusque tumulo matris audiri) Neapolim concessit, litterasque ad senatum misit, quarum summa erat, *Repertum cum ferro percussorem Agerinum, ex intimis Agrippinæ libertis, & luisse eam pœnam eâ conscientiâ, quâ scelus parauisset. Adijciebat crimina longiùs repetita, quòd consortium imperij, iuraturasque in feminæ verba prætorias cohortes, idemque dedecus senatus & populi sperauisset: ac [23] posteaquam frustrà oblata sint, infensa militibus patribusque & plebi, dissuasisset donatiuum & congiarium, periculaque viris illustribus instruxisset. Quanto suo labore perpetratum, ne irrumperet curiam, ne gentibus externis responsa daret?* Temporum quoque Claudianorum [24] obliquâ insectatione, cuncta eius dominationis flagitia in matrem transtulit, [25] publicâ fortunâ exstin-

Prodigium circa Agrippinæ tumulum. Cap. 11.

Litteræ Neronis ad Senatum.

C ctam referens. * Namque & naufragium narrabat. Quod fortuitum fuisse, quis adeò hebes inueniretur, vt crederet? aut à muliere naufragâ missum cum telo vnum, qui cohortes, & classes Imperatoris perfringeret? Ergo non iam Nero, cuius immanitas omnium questus anteibat, sed aduerso rumore Seneca erat, quòd [26] oratione tali confessionem scripsisset. Miro tamen certamine procerum decernuntur supplicationes apud omnia

* Iamque *Falsa, & impudentes. Vnde & in Senecam inuidia.*

Cap. 12. *Decreta adulatoria.*

EST.] *Sustuli insigne glossema aliquot versuum, qui huc transcripti è Senecæ Octauiâ verbatim. Eaq; omnia iure desunt Vaticano. Non visum id ante me, ne ab eo quidem qui codices Vaticanos inspexisse iactat, miror & indignor. Hæc Agrippinæ mors. At Philostratus lib.* IV. *de Vitâ Apollonij, affirmauit naufragio periisse Agrippinam solutili illâ naue. Adeò ille & gen-*

D *nere & partibus scriptionis suæ nugator est.*

20. CONVIVIALI LECTO.] *Non funebri, & legitimè parato.*

21. QVÆ SVBIECTOS SINVS.] *Aptè ad hunc locum Seneca epist.* LII. C. Marius, & Cn Pompeius, & Cæsar exstruxerunt quidem villas in regione Baianâ, sed illas imposuerunt summis iugis montium. Videbatur hoc magis militare, ex edito speculari longè lateque subiecta.

22. PERFECTO DEMVM SCELERE.] *Ita fit. currimus ad scelus præcipites, quod sedente impetu, veris mox pretijs æstimamus. Aurea gnome, sumptane à Menandro? certè ab illo anteà sic elata, apud Stobæum:*

Οὐδεὶς ξύνοιδεν ἐξαμαρτάνων, πόσον
Ἁμαρτάνει τὸ μέγεθος, ὕστερον δ' ὁρᾷ.

At nemo peccans, criminis sui modum
Peccando nouit, re peractâ respicit.

23. POSTEAQVAM FRVSTRA OBLATA.] *Perspicuum mendum. Farnes.* ablata. *Fortè intercisæ voces explendæ:* frustrà ab illâ tentata sint. *Aut potiùs adhæreamus Romanæ lectioni,* optata sint. *Interpretor, Posteaquam frustrà ea voluerit voueritq; Agrippina.*

24. OBLIQVA INSECTATIONE.] *Vulgò, & libris scriptis,* oblitâ, *Ferretus,* obitâ. *Nostra emendatio certa videtur, ex ratione priscâ scribendi,* oblicâ.

25. PVBLICA FORTVNA EXSTINCTAM.] *Et inprimis ipsius priuatâ. Hinc illud, iure laudatum Quinctiliano, Africani Oratoris ad Neronem super hac morte:* Rogant te Cæsar Galliæ tuæ, vt felicitatem tuam fortiter feras.

26. ORATIONE TALI.] *Quinctilianus l.* VIII. *de hac Oratione:* Facit quasdam sententias sola geminatio: qualis est Senecæ in eo scripto quod Nero ad Senatum misit occisâ matre, cùm se periclitatum videri vellet. Saluum me esse adhuc nec credo, nec gaudeo.

nia puluinaria, vtque [27] Quinquattus, quibus apertæ essent insidiæ, ludis annuis cele- A
brarentur. Aureum Mineruæ simulacrum in curiâ, & iuxtà Principis imago statueretur. Dies natalis Agrippinæ inter nefastos esset. Thrasea Pætus silentio vel breui assensu priores adulationes transmittere solitus, [28] exitium senatui, ac sibi caussam periculi fecit, ceteris libertatis initium non præbuit. Prodigia quoque crebra & irrita interceßere. Anguem enixa mulier, & alia in concubitu mariti fulmine exanimata. iam sol repentè obscuratus, & tactæ de cælo quatuordecim vrbis regiones. quæ adeò [29] sine curâ deûm eueniebant, vt multos post annos Nero imperium & scelera continuauerit. Ceterùm quo grauaret inuidiam matris, eaque demotâ, auctam lenitatem suam testificaretur; feminas illustres [30] Iuniam & Calpurniam, præfecturâ functos Valerium Capitonem & Licinium Gabolum sedibus patrijs reddidit, ab Agrippinâ olim pulsos. Etiam Lolliæ Paullinæ cineres reportari, sepulcrumque exstrui permisit: quosque ipse nuper relegauerat, Iturium & Caluisium pœnâ exsoluit. Nam Silana fato functa erat, longinquo ab exsilio Tarentum regressa, labante iam Agrippinâ, cuius inimicitijs conciderat, vel tum B
mitigatâ. Contanti in opidis Campaniæ, quonam modo vrbem ingrederetur, an obsequium senatus, an studia plebis [31] repeteret anxio; contrà deterrimus quisque, quorum non alia regia fecundior exstitit, inuisum Agrippinæ nomen, & morte eius accensum populi fauorem differunt. Iret intrepidus, & venerationem sui coràm experiretur. Simul progredi exposcunt, & promtiora quàm promiserant inueniunt, obuias tribus, festo cultu senatum: coniugum ac liberorum agmina per sexum & ætatem disposita: exstructos quâ incederet spectaculorum gradus, quo modo triumphi visuntur. Hinc superbus ac publici seruitij victor, Capitolium adijt; grates exsoluit: seque in omnes libidines effudit, quas malè coërcitas qualiscumque matris reuerentia tardauerat.

[32] Vetus illi copia erat curriculo quadrigarum insistere, nec minùs fœdum studium [33] citharâ ludicrum in modum canere, cùm cœnaret: [34] quod regibus & antiquis ducibus factitatum memorabat. Idque vatum laudibus celebre, & deorum honori da- C
tum. Enimuerò cantus Apollini sacros, talique ornatu astare, non modò Græcis in vrbibus, sed Romana apud templa, numen præcipuum, & præscium. Nec iam sisti poterat;

Thraseas Senatu exijt.

Mitiora aliquot facta Neronis.

Cap. 13. *Metuit vrbem ingredi.*

Sed illa adulatroni paratissima.

Inde Neroni contemptus fama.

Cap. 14. *Ad viles ludos se applicat.*

27. QVINQVATRVS LVDIS ANNVIS.] *Nónne iam antè celebrabantur? Dixi enim de gladiatoribus. Sed puto hîc intelligi scenicos ludos annuos, aut Circenses.*

28. EXITIVM SENATVI, AC SIBI.] *Locus qui mutilis videatur, & non est. Nihil enim narratur in quo Thraseas offenderit. At scribe mecum fidenter:* exijt tum Senatu. *Hoc enim solo sibi discrimen peperit magnus ille vir, quòd Senatu egressus est, cùm de Agrippinâ referretur. Xiphilinus:* Ὁ δὲ Παῶλιος ὁ Θρασέας Παῖτος ἦλθε μὲν ἐς τὸ συνέδριον, καὶ τὴν ὀπισθολῆν ἐπήκασεν, ἀναγνωσθείσης δὲ αὐτῆς ἐξανέστη τε εὐθὺς πρὶν καὶ ὁπῶν ἀποφωνῆσαι, καὶ ἐξῆλθε, διότι οὐ μὲν ἤθελεν εἰπεῖν οὐκ ἠδύνατο, οὐ δὲ ἠδύνατο, οὐκ ἤθελε. *Tacit.* XVI. *hunc ipsum locum respiciens:* Olim vtrisque infensus, & accedentibus caussis in Thraseam, quòd Senatu egressus est, cùm de Agrippinâ referretur, vt memorauí.

29. SINE CVRA DEVM EVENIEBANT.] Ἐπιμελεῖται *& hîc & alibi noster.*

30. IVNIAM.] *Caluinam, de quâ lib.* XII. *De Calpurniâ, eodem etiam libro. Statim,* Præturâ functos, *lego.*

31. REPETERET ANXIO.] *Libri quidam,* reperiret: *quod meritò Pichena probat. Dubitabat scilicet & angebatur, an Senatum obsequentem, plebem fauentem reperiret.*

32. VETVS ILLI COPIA ERAT.] *Ita libri prisci. substituerunt,* cura: *ad sententiam non malè. Nescio an,* copido, *siue* cupido.

33. CITHARA LVDICRVM IN MODVM.] *Non etiam displiceat,* ludiorum. *Nummos certè cusit illa bellua, in quibus ipse citharœdico habitu, in tunicâ oblongâ, citharam percutiens. Describit eum habitum graphicè Apuleius* II. *Florido, in personâ Bathylli:* Eique prorsus citharœdicus status, deam conspiciens canenti similis, tunicam picturis variegatam deorsus ad pedes deiectus ipsos, Græcanico cingulo, chlamydâ velat vtrumque brachium adusque articulos palmarum. Cetera decoris instrumentis dependent. Cithara baltheo cælato apta, D
structim sustinetur; manus eius teneræ, procerulæ, læua distantibus digitis neruos molitur, dextra psallentis gestu suo fabulum citharæ admouet, ceu parata percutere. *Ita enim locum eum legimus, distinguimus. Et quod ait de chlamydâ deq. cingulo, etiam illa appârent in Neronianis nummis; excipio quòd non brachia velat, sed ab humeris dependet chlamys.*

34. QVOD REGIBVS ET ANTIQVIS DVCIBVS.] *Ita in Panegyrico illo ad Pisonem, qui hoc æuo scriptus, inserta eadem defensio:*

Nec pudeat pepulisse lyram, cùm pace serenâ
Publica securis exultent otia terris.
Ipse fidem mouisse ferox narratur Achilles.

Quem Ouidio ablatum, viri docti tribuunt Lucano. Neutri ego. Ab Ouidio ætas abiudicat: ab Lucano, condi-

A terat; cùm Senecæ ac Burrho visum, [35] ne vtroque peruinceret, alterum concedere. Clausumque [36] valle Vaticanâ spatium, in quo equos regeret, haut promiscuo spectaculo. mox vltrò vocari populus Romanus, laudibus extollere, vt est vulgus cupiens voluptatum, & si eò Princeps trahat, lætum. Ceterùm euulgatus pudor non satietatem, vt rebantur, sed incitamentum attulit. [37] Ratusque dedecus amoliri, si plures fœdasset, nobilium familiarum posteros, egestate venales in scenam deduxit: quos fato perfunctos ne nominatim tradam, maioribus eorum tribuendum puto. Nam & eius flagitium est, qui pecuniam ob delicta potiùs dedit, quàm ne delinquerent. Notos quoque equites Romanos operas arenæ promittere subegit, donis ingentibus: nisi quòd merces ab eo qui iubere potest, vim necessitatis affert. Ne tamen adhuc publico theatro dehonestaretur, [38] instituit ludos Iuuenalium vocabulo, in quos passim nomina data. non nobilitas cuiquam, non ætas aut acti honores impedimento, quo minùs Græci Latinive histrionis artem exercerent, vsque ad gestus modosque haut viriles. Quin & feminæ
B illustres deformia meditari. Exstructaque apud nemus, quod [39] nauali stagno circumposuit Augustus, conuenticula & cauponæ, & posita væno irritamenta luxus. [40] dabanturque stipes, quas boni necessitate, intemperantes gloria consumerent. Inde glisce-re flagitia & infamia; nec vlla moribus corruptis olim plus libidinum circumdedit, quam

In circo Vaticano currus regit.

Mox palàm.

Ad eadem nobiles adigit.

Cap. 15. *Iuuenalia, ludi.*

Luxus ad Stagnum.

Et corrupta paullatim tota Roma.

conditio scribentis. Nam ille quicumque poëta, ignotus fuit, obscurâ domo, fortunâ tenui: & humiliùs blanditur Pisoni, quàm vt decuerit Lucanum. Ait ecce:

——tu Piso latentem
Exere: nos humilis domus, at sincera parentum,
Sed tenuis Fortuna suâ caligine celat.

At Lucanus certè notus, celeber: per se, perq; vxorem
* *prædiues. Adde Senecam patruum in aulâ: qui huic*
C *humili & tenui protendere manum potuisset, præ Pisone. Sed & decimonono ætatis anno scriptum hoc carmen. nam ait:*

Quamuis nunc iuuenile decus mihi pingere malas
Cœperit, & nondum vicesima venerit æstas.

Quod non conuenit in ætatem Lucani, præsertim cùm scriptum sit diu post consulatum Pisonis, & paullò ante detectam, ni fallor, coniurationem. Certè post consulatum diu: quoniam & eloquentiæ eius specimen Neapoli præbitum celebrat. quod scimus contigisse nos quinquennali certamine, cùm Nero in eâdem vrbe Græcanicâ copiam fecit suæ vocis, annis aliquot post Pisonis consulatum, quem inijt anno vrbis DCCCX. *Sed nec Statius huius carminis mentionem facit: cùm omnia minima scripta eius recenseat,* II. *Silu.*

35. NE VTROQVE PERVINCERET.] *Putarem,*
D ne vtrumque: *id est, ne duo illa extorqueret, alterum indulgere, vt in eo acquiesceret.*

36. VALLE VATICANA SPATIVM.] *Credo id à Plinio denotari lib.* XXXVI. Tertius obeliscus Romæ in Vaticano, Caij ac Neronis principum Circo.

37. RATVSQVE DEDECVS AMOLIRI.] *Romana editio,* dedecus molliri. *quod ego præfero.*

38. INSTITVIT LVDOS IVVENALIVM.] *Qui priuati, & per domum celebrati aut in hortis. Tacitus lib.* XV. Acriore in dies cupidine Nero agitabatur promiscuas scenas frequentandi: nam adhuc per domum aut hortos cecinerat Iuuenalibus ludis. *Mansit nomen ludorum posteriori æuo, & imperatores, quos in palatio ludos dabant Kalendis noui anni (de quibus è Iuliano monui ad librum)* IV. *Iuuenalia videntur appellasse: ab exemplo hoc Neronis. Sidonius:*

Ianus fortè suas bifrons Kalendas
Sumendas referebat ad curules.
Mos est Cæsaribus die bis vno
(Priuatos vocitant) parare ludos.
Tunc cœtus iuuenum sed aulicorum
Elæi simulacra torua campi
Exercet spatiantibus quadrigis.

Et addit post descriptionem curulium ludorum;

Iam verò Iuuenalibus peractis.

*Vide Tacit. lib. XVI. De diuitijs Mellæ & Lucani.

Vt videantur ij ludi, tunc quidem, scenicum nihil habuisse. Atque ita distinguit etiam, nisi fallor, Capitolinus in Gordianis: Cordus dicit in omnibus ciuitatibus Campaniæ, Piceni, Vmbriæ, de proprio illum per quatriduum ludos scenicos & Iuuenalia edidisse. *Quod notari volo. Neronis tamen æuo & instituto, scenici: ex Tacito hîc, & Plinio, qui ad hos ludos respiciens ait Neronem* peculiari theatro in hortis primum cantasse, & Pompeiano prælusisse. *Non prætereo notam Xiphilini, qui hos ludos institutos vult per caussam positæ à Nerone primæ barbæ. Et herclè ea nominis caussa. Iuuenalia enim dicta, quia vt Tirocinij die pueros exuebant: sic barbâ rasâ iuuentutem. transibantq; tunc in viros. Vnde illud Domitiæ amitæ blandientis Neroni votum:* Simul hanc excepero, mori volo, *Suetonius cap.* XXXIV. *itaque is dies Romanis pariter festus. De Octauiano, Dio, lib.* XLVIII. Ἀμέλει τὸ πώγωνα ὁ Καῖσαρ τότε πρῶτον ξυράμενος, αὐτός τε μεγάλως ἑώρτασε, καὶ τοῖς ἄλλοις ἅπασι δημοτελῆ ἑορτὴν παρέσχε. Καὶ ὁ μὲν καὶ ἔπειτα ἐπελεῖτο τὸ γένειον, ὥσπερ οἱ ἄλλοι. *id est:* Cæsar tum primùm barbam radens, & ipse diem eum planè festum habuit, & alijs publicam festiuitatem indixit. atque ex eo etiam ipse genas suas leues habuit, ad exemplum reliquorum. *Alia huic ritui in* EXCVRS. B.

39. NAVALI STAGNO CIRCVMPOSVIT AVGVSTVS.] *Ad Tiberim. deq; eo stagno suprà:* Augustus structo cis Tiberim stagno. *Et Suetonius. At nemus illud est, quod Cæsarum nemus appellatum. Vide & hîc Xiphilinum.*

40. DABANTVRQVE STIPES.] *Cui rei datæ stipes? ad ludósne? Ita olim sanè Apollinaribus ludis factum reperio.* Prætor edixit, *ait Liuius lib.* XXV. vt

quàm illa colluuies. Vix artibus honeſtis pudor retinetur; nedum inter certamina vi- A
tiorum, pudicitia, aut modeſtia, aut quidquam probi moris reſeruaretur. Poſtremò
Citharâ in publico canit. [41] ipſe ſcenam inſcendit, multâ curâ tentans citharam & præmeditans, [42] aſſiſtentibus familiaribus. [43] acceſſerat cohors militum, centuriones tribuniq́ue: & [44] mærens Burrhus, ac laudans. Tuncq́ue primùm conſcripti ſunt equites Romani, cognomento Auguſtanorum, ætate ac robore conſpicui, & pars ingenio procaces, alij in ſpe potentiæ. Hi
Auguſtani equites lecti ad plau ſum. dies ac noctes plauſibus perſonare. Formam Principis vocemq́ue deûm vocabulis appellantes, quaſi per virtutem clari honoratiq́ue agere. Ne tamen ludicræ tantùm Imperatoris artes noteſcerent, [45] carminum quoque ſtudium affectauit, contractis quibus
Cap. 16. *Ad carmina etiam ſe dat.* aliqua pangendi facultas. [46] Nec dum inſignis ætatis nati, conſidere ſimul, & allatos vel
Sed non ſine alijs Phœbis. ibidem repertos verſus connectere; atque ipſius verba quoquo modo prolata ſupplere. quod ſpecies ipſa carminum docet, non impetu & inſtinctu, nec ore vno fluens. Etiam
Philoſophis illudit. ſapientiæ doctoribus tempus impartiebat poſt epulas: vtque contraria aſſeuerantium, diſcordiæ eruebantur. nec deerant, qui voce vultuque triſti inter oblectamenta regia ſpe- B
Cap. 17. *Pompeijs cædes per ludos.* ctari cuperent. Sub idem tempus, leui contentione atrox cædes orta inter colonos Nucerinos Pompeianoſque, gladiatorio ſpectaculo, quod Liuineius Regulus, quem motum ſenatu rettuli, edebat. quippe opidanâ laſciuiâ [47] inuicem inceſſente probra, deinde ſaxa, poſtremò ferrum ſumſere, validiore Pompeianorum plebe, apud quos ſpectaculum edebatur. Ergo reportati ſunt in vrbem multi è Nucerinis trunco per vulnera corpore, ac plerique liberorum ac parentum mortes deflebant. Cuius rei iudicium Prin-
ceps

populus per eos ludos ſtipem Apollini, quantum commodum eſſet, conferret. *Plinius lib.* XXXIII. Populus Romanus ſtipem ſpargere cœpit, Sp. Poſtumio, Q. Marcio coſſ. Tanta abundantia pecuniæ erat, vt eam conferret L. Scipioni, ex quâ is ludos fecit. *Quæ verba ne te fallant. Nam ſtipes de quâ Liuius, multis annis prior notatione Plinianâ. Sed voluntariam, credo, Plinius intellexit: illa fuit ex edicto. Sed & Auguſtus ſtipem Prætoribus dari ad ludos voluit, innuente Dione* LIV. *initio:* Τοῖς μὲν στρατηγοῖς τὰς πανηγύρεις πάσας συνέταξεν, ὅτι τε τῷ δήμῳ δίδοσθαί τι αὐτοῖς ἐκέλευσας. *niſi tamen* τὸ δημόσιον *intellegi voluit potiùs, quàm* δῆμον. *Stipes aliàs vſitatè dabantur dijs, & ad res ſacras. Seneca de Benef.* VII. Omnia deorum ſunt: tamen dijs poſuimus domũ, & ſtipem iecimus. *Et Ep.* CXVI. Colitur autem non taurorum opimis corporibus contrucidatis, nec auro argentoque ſuſpenſo, nec in theſauros ſtipe infusâ, ſed piâ & rectâ voluntate. *Varro de L. L.* Dijs cum theſauris aſſem dant, ſtipem dicunt. *Ita in capita fontium, quæ ſacra, ſtipem iaciebant. Plinius libro* VII. *Epiſtol. de Clitumno:* Fons purus & vitreus, vt numerare iactas ſtipes, & relucentes calculos poſſis. *Seneca lib.* IV. *Quæſt. Natural. de Nili venis:* In hæc ora ſtipem ſacerdotes, & aurea dona Præfecti, cùm ſollenne venit ſacrum, iaciunt.

41. IPSE SCENAM INCENDIT.] *Reſtitui ex libris. Vulgò*, ipſe ſcenas incedit.

42. ASSISTENTIBVS FAMILIARIBVS.] *Falsò. Nam Vatic.* abſiſtentibus facies. *Farneſ.* aſſiſtentibus facies. *Similisq́. lectio Budenſis: quod facilè odorêris è Rhenano coniectante*, abſiſtentium facie. *Vtrúmne*, aſſiſtentibus facibus? *Certè noctu & ad lumen etiam hi ludi exerciti. ſequiturq́.:* Hi dies ac noctes plauſibus perſonare. *& ait, poſtremùm in ſcenam veniſſe Neronem. Ergo ad lumen. Infrà etiam,* Noctes quoque dedecori adiectas. *Sed & Sueton. Calig. cap.* XVIII. Quondam etiam & nocturnos ludos præbuit accenſis facibus. *Noſter iterùm infrà.* Lætitiæ magis, quàm laſciuiæ dari paucas totius quinquennij noctes, quibus tantâ luce ignium nihil illicitum occultari queat. *Vos diuini conferte operam; ſi mihi Phœbus hic non fauit.*

43. ACCESSERAT COHORS MILITVM.] *Ita legend. non quia Suetonius cap.* XXII. *ita narrare videatur, ſed quia res poſcit. Nam Suetonius de alio ibi & publico theatro.* C

44. MÆRENS BVRRHVS, AC LAVDANS.] *Vnus ergo hîc tantùm Præfectus Prætorio. nec pugnat Suetonius qui duos nominat: quia Tacitus de Iuuenali ludicro adhuc loquitur; de publico theatro Suetonius, capite dicto.*

45. CARMINVM QVOQVE STVDIVM.] *Plinius libro* XXXVII. Domitius Nero in ceteris vitæ ſuæ portentis, capillos quoque coniugis ſuæ Poppææ in hoc nomen adoptauerat, quodam etiam carmine Succina appellando. *Intellexit & Seneca hunc poëtam libro* I. *Quæſt. Natur.* Vt ait Nero Cæſar diſertiſſimè, Colla Cytheriacæ ſplendent agitata columbæ. *Laudat eum Martialis lib.* VIII.

Carmina qui docti nota Neronis habet.

& libro IX. D

Ipſe tuas etiam veritus Nero dicitur auras,
Laſciuum iuueni cùm tibi luſit opus.

46. NEC DVM INSIGNIS ÆTATIS.] *Fortè leg.* quibus aliqua pangendi facultas, necdum inſignis. Ij alternatim conſidere ſimul. *M. Antonius Muretus, cui ſcriptor hic noſter in amoribus (& iure) corrigit:* quibus aliqua pangendi facultas, necdum inſignis erat. Ij conſidere ſimul; & natos ibidem verſus connectere, atque ipſius verba quoquo modo prolata ſupplere. *Non damno: germana tamen eſſe non credo. Ceterùm ab hoc Cornelij iudicio Tranquillus diſſentit, cap.* LII. *quem vide.*

47. INVICEM INCESSENTE.] *Lege* inceſſentes.

48. APIO-

A ceps ſenatui, ſenatus conſulibus permiſit. Et rurſus re ad patres delatâ, prohibiti publicè in decem annos eiuſmodi cœtu Pompeiani, collegiaque quæ contra leges inſtituerant, diſſoluta. Liuineius & qui alij ſeditionem conciuerant, exſilio multati ſunt. Motus ſenatu & Pedius Blæſus, accuſantibus Cyrenenſibus, violatum ab eo theſaurum Æſculapij, dilectumque militarem pretio & ambitione corruptum. Iidem Cyrenenſes reum agebant Acilium Strabonem, prætoriâ poteſtate vſum, & miſſum diſceptatorem à Claudio agrorum, quos regis [48] Apionis quondam habitos, & Pop. Rom. cum regno relictos, proximus quiſque poſſeſſor inuaſerant, diutinaque licentiâ & iniuriâ, quaſi iure & æquo nitebantur. Igitur abiudicatis agris, orta aduerſus iudicem inuidia: & ſenatus ignota ſibi eſſe mandata Claudij, & conſulendum Principem reſpondit. Princeps probatâ Strabonis ſententiâ, ſe nihilo minùs ſubuenire ſocijs, & vſurpata concedere ſcripſit. *Ea punita, ſed leuiter.* Cap. 18. *Acilius Strabo accuſatus.*

Sequuntur virorum illuſtrium mortes, Domitij Afri, & M. Seruilij, qui ſummis honoribus, & multâ eloquentiâ viguerant. Ille orando cauſſas, Seruilius diu foro, mox tra- B dendis rebus Romanis celebris, [49] & elegantiâ vitæ, quam clariorem effecit, vt par ingenio, ita morum diuerſus. [50] Nerone quartùm, Cornelio Coſſo Coss. [51] Quinquennale ludicrum Romæ inſtitutum eſt, ad morem Græci certaminis, variâ famâ, vt cuncta fermè noua. Quippe erant qui Gn. quoque [12] Pompeium incuſatum à ſenioribus ferrent, Cap. 19. *Domitij Afri mors: Et Seruilij* Cap. 20. A. V. C. DCCCCXIII. *Quinquennale certamen.*

48. APIONIS QVONDAM HABITOS.] *Lego*, regi Apioni. *Rufus hac de re*: Cyrenas cum ceteris ciuitatibus Libyæ Pentapolis Ptolemæi antiquioris liberalitate ſuſcepimus. Libyam ſupremo regis Apionis arbitrio ſumus aſſecuti. *Item Eutropius*: Quo tempore Libya quoque Romano imperio, per teſtamentum Apionis, qui rex eius fuerat, acceſſit. in quâ inclytæ ciuitates erant, Berenice, Ptolemais, & Cyrenæ. *Appianus in extremo* C *Mithridatico*: Τοῖς Ῥωμαίοις Κυρηναίων Ἀπίων βασιλεὺς τὴν Λαγιδῶν ἠρύσας νόθος ἐκ Θαλήκης ἀπέλιπεν. *Factum hoc anno vrbis* DCLX. *C. Cælio L. Domitio Coſſ. Sed vt moneam, in verbis Rufi vereor vt menda ſit, licet occultior. Quis ille Ptolemæus antiquior? Plerique omnes Ægyptij regis Ptolemæi, & parum proba aut recepta diſcriminis hæc nota. Auſim reſcribere*, Ptolemæi Apionis. *Nam hîc ſanè rex, Ptolemæus fuit, ſed cognomento Apion. Appianus* 1. *Ciuil.* Sequenti anno, populus Romanus duabus prouincijs ex teſtamentis regum eſt auctus, Bithyniam Nicomede relinquente, Cyrenen Ptolemæo ex Lagidis, cui Apioni cognomentum fuit.

49. ET ELEGANTIA VITÆ, QVAM CLARIOREM.] *Traiecerim*, & quem elegantia vitæ clariorem effecit.

50. NERONE IV. CORN. COSSO COSS.] *Quo-* D *rum mentio in lapide Romæ:*

I. O. M. ET. GENIO
VENALIC
P. ACILIVS. CERDO
VOTVM SOLVIT
NERONE. CÆSARE
AVG. IIII.
COSSO. LENTVLO. COSSI. F. COS.

51. QVINQVENNALE LVDICRVM.] *Eſt hoc ipſum, quod noſter l.* XVI. luſtrale certamen *appellat. Quod longo interuallo pòſt reduxit & firmauit Gordianus Iunior Imperator. de quo appoſitè Victor*: Eoque anno luſtri certamine, quod Nero Romam inuexerat, aucto firmatoque, in Perſas profectus eſt. *Exemplum autem, credo, Nero ſumpſit à Neapolitis, de queis Strabo lib.* V. Νῦν δὲ πεντετηρικὸς ἱερὸς ἀγὼν συντελεῖται παρ' αὐτοῖς, μουσικός τε καὶ γυμνικὸς ὑπὲρ πλείους ἡμέρας, ἐναμίλλιος τοῖς ὀπφανεστάτοις τῆδε καὶ τῇ Ἑλλάδα. *id eſt*: Nunc autem quinquennale ſacrum certamen apud eos celebratur, Muſicum & gymnicum in plures dies: quod æmulum eſſe poteſt illuſtriſſimis Græcorum ludis. *Nota quod ait*, νῦν δέ, *Inſtitutum enim id certamen eius æuo, in honorem Auguſti. Suetonius clarè, Aug. cap.* LXXXVIII. *& in Claudij cap.* XI. *Herodes etiam Iudæa rex theatrum & certamen quinquennale condidit, ad honorem gratiamq; Auguſti, vti Ioſephus narrat lib.* XV. *Sunt & nummi Neroniani, in quibus menſa cum coronâ & lebete, inſcripti:* CERTA. QVINQ. ROM. CO. SC. *id eſt*, Certamen Quinquennale Romæ conſtituit.

52. POMPEIVM INCVSATVM, QVOD.] *Perpetuum ſanè theatrum Pompeius condidit primus, anno vrbis* DCLXXXIX. *Anteà ſubitaria erant, & Cenſorum iuſſu plerumque diſiecta. Tertullianus libello De ſpectaculis*: Sæpè Cenſores renaſcentia theatra deſtruebant moribus conſulentes, quorum ſcilicet periculum ingens de laſciuiâ prouidebant. Itaque Pompeius Magnus ſolo theatro ſuo minor, cùm illam arcem omnium turpitudinum extruxiſſet, veritus quandoque memoriæ ſuæ cenſoriam animaduerſionem, Veneris ædem ſuperpoſuit. *Donec præcipitantibus moribus, exſtruxerunt ipſi Cenſores. Valerius lib.* II. *cap.* IV. Theatra inchoata quidem ſunt à Meſſallâ & Caſſio Cenſoribus, ceterùm auctore Scipione Naſicâ, omnem apparatum operis eorum ſubiectum haſtæ vænire placuit. *Appianus Ciuil.* I. Τῷ δὲ αὐτῷ χρόνῳ Σκιπίων ὕπατος καθεῖλε τὸ θέατρον ὃ Λεύκιος Κάσσιος ἦρκτο, καὶ ἤδη πω τέλος ἐλάμβανεν, ὡς καὶ τόδε ϛάσεων ἄρξων ἕτερον, ἢ ὑ χρήσιμον ὅλως Ἑλλήνων ἡδυπαθείαις Ῥωμαίους ἐθίζειν. *Eamq; in rem* SC. *interpoſitum, quod legis nomine Tertullianus intellexit in Apolog.* Quónam illæ leges abierunt, quæ theatra ſtuprandis moribus orientia, ſtatim deſtruebant? *Velleÿ locus addatur, qui corruptus vulgò*: Caſſius Cenſor à Lupercali in Palatium verſus,

Contra theatra & ludos dictum.

ferrent, quòd manſuram theatri ſedem poſuiſſet. *Nam* [53] *anteà ſubitarijs gradibus, & ſcenâ in tempus ſtructâ, ludos edi ſolitos: vel ſi vetuſtiora repetas,* [54] *ſtantem populum ſpectauiſſe: ſi conſideret, theatro dies totos ignauiâ continuaret. Ne ſpectaculorum quidem antiquitas ſeruaretur,* [55] *quoties P.R. ſederet, nullâ cuiquam ciuium* [56] *neceſſitate certandi. Ceterùm abolitos paulatim patrios mores,* [57] *funditùs euerti per accitam laſciuiam; vt quod vſquam corrumpi & corrumpere queat, in vrbe viſatur, degeneretque ſtudijs externis iuuentus, gymnaſia & otia, & turpes amores exercendo, Principe & ſenatu auctoribus. qui non modò licentiam vitijs permiſerint, ſed vim adhibeant. proceres Romani* [58] *ſpecie orationum & carminum, ſcenâ polluantur. Quid ſupereſſe, niſi vt corpora quoque nudent, & cæſtus aſſumant, easque pugnas pro militiâ & armis meditentur?* [59] *An iuſtitiam augurij, & decurias equitum, egregium iudicandi munus expleturos, ſi fractos ſonos & dulcedinem vocum peritè audiſſent? Noctes quoque dedecori adiectas, ne quod tempus pudori relinquatur, ſed cœtu promiſcuo quod perditiſſimus quiſque per diem concupiuerit, per tenebras audeat.* Pluribus ipſa licentia placebat, ac tamen

Cap. 21. *Pro ijs dictis.*

honeſta nomina prætendebant. *Maiores quoque non abhorruiſſe* [60] *ſpectaculorum oblectamentis, pro fortunâ quæ tum erat; eoque à Thuſcis accitos hiſtriones,* [61] *à Thurijs equorum certamina, & poſſeſſâ Achaiâ Aſiaque* [62] *ludos curatiùs editos. neque quemquam Romæ honeſto loco ortum, ad theatrales artes degenerauiſſe,* [63] *ducentis iam annis à L. Mumij triumpho,* [64] *qui primus id genus ſpectaculi in vrbe præbuerit. Sed & conſultum parcimoniæ, quòd perpetua ſedes theatro locata ſit, potiùs quàm immenſo ſumptu, ſingulos per annos conſurgeret ac ſtrueretur. Nec perinde magiſtratus rem familiarem exhauſturos, aut populo* [65] *efflagitandi Græca certamina à magiſtratibus cauſſam fore, cùm eo ſumtu Reſp. fungatur. Oratorum ac vatum victorias incitamentum ingenijs allaturas: nec cuiquam iudici graue, aures ſtudijs honeſtis, & voluptatibus conceſſis*

A B C D

verſus, theatrum facere inſtituit: cui in demoliendo eximia ciuitatis ſeueritas, & conſul Cæpio reſtitêre. *Scribe*, in emoliendo, & Scipio.

53. ANTEA SVBITARIIS GRADIBVS.] *Auſonius:*

Ædilis olim ſcenam tabulatam dabat.
Subitò excitatam, nullâ mole ſaxeâ.

54. STANTEM POPVLVM SPECTAVISSE.] *Valerius ait,* Sc. cautum, nequis in vrbe, propiúſve paſſus mille, ſubſellia poſuiſſe, ſedénſve ludos ſpectare vellet. *Seſſionem tamen adſtruere Liuius & Dionyſius videntur lib.* 1. *ſub Tarquinio rege:* Loca diuiſa patribus equitibuſque, vbi ſpectacula ſibi quiſque facerent, fori appellati. Spectauêre furcis duodenos ab terrâ ſpectacula alta ſuſtinentibus pedes. *Sed tantùm in Circo.*

55. QVOTIES P.R. SEDERET.] *Libri ſcripti*, Prætor ſederet. *Facilè & verè emendes*, Prætores ederent. *Enimuerò editionem ludorum magiſtratibus incubuiſſe, præſertim Prætori, notum ijs qui in veſtibulo verſantur antiquitatis. Facit huic parti illa reſponſio:* Nec proinde magiſtratus rem familiarem exhauſturos, *&c.*

56. NECESSITATE CERTANDI.] *Secutus ſum manuſcriptos. Vulgata ſcriptio tamen recta adæquè*, ſpectandi. *Vtrumque enim factitatum ſub his comœdis principibus, vt viri illuſtres & ad certandum cogerentur & ad ſpectandum. Nec diſpliceat geminari*, neceſſitate ſpectandi aut certandi.

57. FVNDITVS EVERTI.] *Libris meis abeſt τὸ*, euerti. *& omiſeris rectè. Scribi etiam poſſit*, & verti.

58. SPECIE ORATIONVM ET CARMINVM.] *Ad Muſicum certamen referto.*

59. AN IVSTITIAM AVGVRII.] *Vitium: cui medendo impar ego.*

60. SPECTACVLORVM OBLECTAMENTIS.] *Farneſ.* oblectamenta *verè.*

61. A THVRIIS EQVORVM CERTAMINA.] *Atqui Liuius lib.* 1. *etiam equos à Thuſcis deriuat.* Ludicrum fuit, equi pugilesque, ex Etruriâ maximè acciti. *Et cùm equorum certamina antiquiſſima Romæ ſint, vix videntur ea petijſſe tam longinquè. Magna Græcia certè & illa ora, in quâ Thurij, non tam pernota tunc Romanis. Quæ tamen frons mea à Tacito diſſentientis? Thurij vicini Tarentinis ab ijſdem euerſi, vt Strabo narrat: quorum olim Sybaris opidum celebre delicijs. Ab Auguſto colonia illuc deducta, Copiæ.*

62. LVDOS CVRATIVS EDITOS.] *Germana Cornelij vox, non*, accuratiùs, *ex libris.*

63. DVCENTIS IAM ANNIS.] *Et paullò pluribus. quoniam triumphauit de Achæis & Corinthijs Mummius anno vrbis* DCVIII.

64. QVI PRIMVS ID GENVS.] *Quod genus? gymnicóſne? inclinabam, ſed primus athletas dediſſe legitur in ædilitate Aemilius Scaurus, multis pòſt annis. Potes igitur capere ludos Græcos. Nam anteà noti tantùm Oſci & Latini. Cicero ad Marium libro* VII. Non enim puto te Græcos aut Oſcos ludos deſideraſſe: præſerrim cùm Oſcos vel in Senatu ſpectare poſſis, Græcos verò ita non ames vt nec ad villam tuam viâ Græcâ ire ſoleas. *Hos triplices ludos Tranquillus in Iulio intellegit, cap.* XXXIX. Ludos regionatim vrbe totâ dedit, & quidem per omnium linguarum hiſtriones. *Et Aug. cap.* XLIII. Ludos fecit nonnumquam vicatim, ac pluribus ſcenis, per omnium linguarum hiſtriones.

65. EFFLAGITANDI GRÆCA CERTAMINA.] *Certaminis vox ad gymnaſium ſpectare potiùs videtur, quàm ad ſcenam. Sed & in ſcenâ ipſâ certamen quoddam victoriæ.*

66. To-

A *ceſſis impartire. lætitiæ magis quàm laſciuiæ dari paucas* [66] *totius quinquennij noctes, quibus, tantâ luce ignium, nihil illicitum occultari queat.* Sanè nullo inſigni dehoneſtamento id ſpectaculum tranſijt. Ac ne modica quidē ſtudia plebis exarſere, quia redditi quamquam ſcenæ [67] Pantomimi, certaminibus ſacris prohibebantur. [68] Eloquentiæ primas [partes] nemo tulit, ſed victorem eſſe Cæſarem pronuntiatum. [69] Græci amictus, quos per eos dies plerique inceſſerant, tum exoleuerant. Inter quæ & ſidus cometes effulſit, de quo vulgi opinio eſt, tamquam mutationem regis portendat. Igitur quaſi iam depulſo Nerone, quiſnam diligeretur inquirebant. & omnium ore Rubellius Plautus celebratur, cui nobilitas per matrem ex Iuliâ familiâ. Ipſe placita maiorum colebat, habitu ſeuero, caſtâ & ſecretâ domo; quantoque metu occultior, tantò plus famæ adeptus. Auxit rumorem pari vanitate orta interpretatio fulguris. Nam quia diſcumbentis Neronis apud Simbruina ſtagna, cui [70] Sublaqueum nomen eſt, ictæ dapes, menſaque diſiecta erat, idque finibus Tiburtum acciderat, vnde paterna Plauto origo, hunc illum numine Deûm

B deſtinari credebant. fouebantque multi, quibus noua & ancipitia præcolere auida & plerumque fallax ambitio eſt. Ergo permotus ijs Nero componit ad Plautum litteras, [71] conſuleret ſibi & turbis, ſeque prauè diffamantibus ſubtraheret. eſſe illi per Aſiam auitos agros, in quibus tutâ & inturbidâ iuuentâ frueretur. Ita illuc cum coniuge Antiſtiâ & paucis familiarium conceſſit. Iſdem diebus nimia luxus cupido, infamiam & periculum Neroni tulit, quia fontem [72] aquæ Martiæ ad vrbem deductæ nando inceſſerat: videbaturque potus ſacros & cærimoniam loci [73] corpore toto polluiſſe. ſecutaque anceps valetudo, iram Deûm affirmauit. At Corbulo poſt deleta Artaxata, vtendum recenti terrore ratus, ad occupanda Tigranocerta, quibus exciſis, metum hoſtium intenderet,

Nero primâs tulit.

Cap. 22. *Cometes apparuit. Is cauſſa rumoribus. Et periculum Plauto.*

Qui in Aſiâ ablegatur.

Nero ægrotat.

Cap. 23. *Corbulo Tigranocerta pergit.*

66. TOTIVS QVINQVENNII.] *Ita ſcripſerim, non,* potius.

67. PANTOMIMI, CERTAMINIBVS SACRIS.]

C *Certamina ſacra, ſiue ἱεροὺς ἀγῶνας, ὧν τὰ ἆθλα ἐν στεφάνῳ μόνῳ, definit Pollux, libro* III. *Tale hoc Neapolitanum, quod & ἱερὸς ἀγὼν à Strabone dicitur.*

68. ELOQVENTIÆ PRIMAS PARTES.] *Farneſiano abeſt,* partes, *rectè.*

69. GRÆCI AMICTVS.] *Libri leuiter aberrant. Nam Farneſ.* Cirætiam iactam quo. *Vatican.* Græciam iactus ta quo. *Dixi aberrant. nam vera lectio hæc:* Græci etiam amictus, quîs per eos dies p. inceſſerant. *vel,* quos p. e. d. p. ingeſſerant. *Græcanicum ſcilicet hoc certamen fuit, & ideò amiciebantur plerique ad morem Græcum, palliati crepidatiq. Hæſi vlim: ſed expediuit me planè Dio lib.* LX. *de hoc ipſo ſpectaculo, Neapoli:* Ἐπεὶ ἔν γε τῇ Νεαπόλει καὶ πανταπασιν ἰδιωτικῶς ἔζη. Τά τε γὰρ ἄλλα Ἑλληνικῶς καὶ αὐτὸς καὶ οἱ σωὸντες οἱ διητᾶτο, καὶ ἐν μὲν ταῖς τῆ μουσικῆς θεωρίαις ἱμάτιον καὶ κρηπίδας,

D ἐν δὲ τῷ γυμνικῷ ἀγῶνι πορφυρίδα καὶ στέφανον χρυσῆν ἐλάμβανε. *id eſt:* Deinde & Neapoli planè priuatim ſe geſſit. Nam cùm in alijs, & ipſe & qui cum eo erant, Græcorum ritu vixerunt, tum etiam in Muſico ſpectaculo pallium & ſoleas induit, & in Gymnico agone veſtem purpuream & auream coronam accepit. *Et ſimile quod in Commodo tradit, quotiens theatrum ingrederetur, ſolitum ſumere* χλαμύδα ὁλοπόρφυρον τον Ἑλληνικὸν τρόπον, καὶ στέφανον ἔκ τε λίθων Ἰνδικῶν καὶ ἐκ χρυσοῦ πεποιημένον. *Ex his facilè intellego reſtituoq. Suetonij locum Domitiani cap.* IV. Certabant etiam & proſâ oratione Græcè Latineque, ac præter citharœdos chorocithariſtæ quoque & pſilocithariſtæ. In ſtadio verò curſu etiam virginum certamini præſedit crepidatus purpureaque amictus togâ Græcanicâ, capite geſtans coronam auream. *Corrigo & diſtinguo:* & pſilocithariſtæ: in ſtadio verò curſu etiam virgines. Certamini præſedit, *&c. Vera lectio, vera mens: Certaſſe præter citharœdos, etiam chorocithariſtas, & in ſtadio, certamine curſus, etiam virgines. At certamini toti quinquennali præſediſſe Domitianum ritu Græco, purpureâ togâ, & coronâ ornatum. Dixit enim Togam: mallem chlamydem, vt idem ſcriptor Neronis cap.* XXV. *reditum in vrbem deſcribens habitu Græcanico:* in veſte purpureâ, diſtinctâque ſtellis aureis chlamyde. *vbi* veſte, *gloſſematium puto, deleoq.. Item Dio ſuprà, & Capitolinus in Pertinace:* Purpureaſque chlamydes Græcanicas.

70. SVBLAQVEVM NOMEN EST.] *Plinius lib.* III. Anio lacus tres amœnitate nobiles qui nomen dedêre Sublaceo (*ita enim potiùs ſcribend. quia à lacu*) defert in Tiberim. *Addubito num vox Tacito deſit, legendumq.:* villa cui Sublaceum nomen. *Certè Neronis villa Sublacenſis Frontino de Aquæduct. cognita. Aimoinus lib.* II. *cap.* XVI. Benedictus pater in loco qui Sublacus dicitur, qui ab vrbe Roma XL. millibus abeſt, effulſit. *Philoſtratus libro* IV. *De vitâ Apollonij ad hanc rem addit, calicem Neronis, quem iam ori admouerat, fulmine excuſſum.*

71. CONSVLERET SIBI ET TVRBIS.] *Volebam,* ſibi & vrbi: *ſed notat in Flor. legi* conſuleret q. et vrbis: *ex quo appoſitè Pichena,* quieti vrbis. *Sed ſic tamen prius illud deeſt,* ſibi: *nec abeo à meâ coniecturâ.*

72. AQVÆ MARTIÆ.] *Vera lectio. fruſtrà turbant libri, qui partim,* aquæ margine, *partim,* morgio, *referunt.*

73. CORPORE TOTO POLLVISSE.] *Imò,* corpore loto. *Fontes & capita aquarum priſcis ſacra: in ijsq. natare nefas. Plinius lib.* IIX. *de Clitumno:*

deret, vel si pepercisset, clementiæ famam adipisceretur; illuc pergit non infenso exercitu, ne spem veniæ auferret: neque tamen remissâ curâ, gnarus facilem mutatu gentem, vt segnem ad pericula, ita infidam ad occasiones. Barbari pro ingenio quisque, alij preces offerre, quidam deserere vicos, & in auia digredi: ac fuere qui se speluncis, ac carissima secum abderent. Igitur dux Romanus diuersis artibus, misericordiâ aduersus supplices, celeritate aduersus profugos, immitis ijs qui latebras insederant, ora & exitus specuum sarmentis virgultisque completos, igni exurit. Atque illum fines suos prætergredientem incursauere Mardi, latrocinijs exerciti, contraque irrumpentem montibus defensi. quos Corbulo immissis Hiberis vastauit, hostilemque audaciam externo sanguine vltus est. Ipse exercitusque, vt nullis ex prælio damnis, ita per inopiam & labores fatiscebant, carne pecudum propulsare famem adacti. Ad hæc penuria aquæ, feruida æstas, longinqua itinera, solâ ducis patientiâ mitigabantur, eodem plura quàm gregario milite tolerante. Ventum dehinc in locos cultos: demessæque segetes, & ex duobus castellis, in quæ confugerant Armenij, [74] alterum impetu captum; qui primam vim depulerant, obsidione coguntur. Vnde in regionem Taurantium transgressus, improuisum periculum vitauit. Nam haut procul tentorio eius, [75] non ignobilis barbarus cum telo repertus, ordinem insidiarum, seque auctorem & socios per tormenta edidit: conuictique & puniti sunt, qui specie amicitiæ dolum parabant. Nec multò pòst legati Tigranocerta missi, patêre mœnia afferunt, intentos popularis ad iussa; simul hospitale donum, coronam auream tradebant. Accepitque cum honore, nec quidquam vrbi detractum, quò promtius obsequium integri retinerent. At præsidium regium, quod ferox iuuentus clauserat, non sine certamine expugnatum est. nam & prælium pro muris ausi erant, & pulsi intra munimenta aggeris, demùm irrumpentium armis cessere. quæ faciliùs proueniebant, quia Parthi Hyrcano bello distinebantur. Miserantque Hyrcani ad Principem Romanum societatem oratum, attineri à se Vologesen pro pignore amicitiæ ostentantes. eos regredientes Corbulo, ne Euphraten transgressi hostium custodijs circumuenirentur, dato præsidio [76] ad litora maris rubri deduxit. Vnde vitatis Parthorum finibus, patrias in sedes remeauere. Quin & Tiridatem per Medos extrema Armeniæ intrantem, præmisso cum auxilijs Verulano legato, atque ipse legionibus citis, abire procul ac spem belli amittere subegit: quosque nobis ob regem auersos animi cognouerat, cædibus & incendijs perpopulatus, possessionem Armeniæ vsurpabat. cùm aduenit Tigranes, à Nerone ad capessendum imperium dilectus, Cappadocum ex nobilitate, regis Archelai nepos; sed quòd diu obses apud vrbem fuerat, vsque ad seruilem patientiam demissus. Nec consensu acceptus, durante apud quosdam fauore Arsacidarum. At plerique superbiam Parthorum perosi, datum à Romanis regem malebant. Additum etiam præsidium, mille legionarij, tres sociorum cohortes, duæque equitum alæ. & quò faciliùs

Diffugiunt, aut occultant se hostes.

Mardi eum incursant.

Cap. 24. *Fame alijsq; incommodis laborat.*

Insidiæ capiti eius structæ.

Tigranocerta in fidem acceptæ.

Cap. 25.

Hyrcani cum Parthis dissident: Societatem Romanam petunt.

Cap. 26. *At Corbulo Armeniæ reliqua subigit.*

Cui Tigranes rex imponitur.

Pons terminus sacri profanique: in superiori parte nauigare tantùm, infrà etiam natare concessum. *Imò in quibusdam aquis nauigare etiam vetitum. Idem libro eodem, de lacu Vadimonis:* Nulla in hoc nauis (sacer enim est) sed innatant insulæ, *&c. Seneca epist.* XLI. *de his cæremonijs:* Magnorum fluminum capita veneramur; subita ex abdito vasti amnis eruptio aras habet: coluntur aquarum calentium fontes, & stagna quædam vel opacitas vel immensa altitudo sacrauit.

74. ALTERVM IMPETV CAPTVM.] *Vox addita, auctore Vatic.*

75. NON IGNOBILIS BARBARVS.] *Vnus Megistanûm. estq; illeipse, de quo Frontinus sic narrat.* Domitius Corbulo, cùm Tigranocertam obsideret, in quemdam ex Megistanis, quos ceperat, animaduertit. caputque eius ballistâ excussum, intra munimenta hostium misit. Id fortè decidit in medium concilium, quod tum cùm maximè habebant Barbari. ad cuius conspectum velut ostento consternati ad deditionem festinauerunt.

76. AD LITORA MARIS RVBRI DEDVXIT.] *Valdè equidem hîc nunc hæreo, olim & in primis editionibus transitum aut neglectum. Ad quod* mare rubrum *Hyrcanos (de ijs sermo) deduxit? Illud Ægyptium, quod vulgò sic appellant? ingens via sit, & nec sic in fines suos, nisi per Parthorum, intrarint. An alterum illud magnum & Indicum? ita solent veteres, fateor: sed nec hîc ei locus, aut omnis Chorographia me fallit. Sunt enim Hyrcani ad mare Caspium ipsum siti, procul ab omni Indico: & pone vel flexu magno isse, tamen Parthorum fines omnia illa maritima ferè tangebant. Plinius:* Persæ rubrum mare semper accoluêre; *atque aliæ sub Parthis gentes. Considera, & inspice (oculorum res est) abeunt à patriâ millibus millium; & in discrimina ipsa veniunt, quæ vitabant.*

Quod

A faciliùs nouum regnum tueretur, pars Armeniæ vt cuique finitima, [77] pars Nipoliq́ue & Ariſtobulo atq; Antiocho parêre iuſſæ ſunt. Corbulo in Syriam * acceſſit, morte Vinidij legati vacuam, ac ſibi permiſſam. Eodem anno ex illuſtribus Aſiæ vrbibus, Laodicea tremore terræ prolapſa, nullo à nobis remedio, proprijs opibus reualuit. At in Italiâ vetus opidum [78] Puteoli, ius Coloniæ, & cognomentum à Nerone adipiſcuntur. Veterani Tarentum & Antium aſcripti, non tamen infrequentiæ locorum ſubuenere, dilapſis pluribus in prouincias, in quibus ſtipendia expleuerant. [79] Neque coniugijs ſuſcipiendis, neque alendis liberis ſueti, orbas ſine poſteris domos relinquebant. [80] Non enim, vt olim, vniuerſæ legiones deducebantur cum tribunis & centurionibus, & ſui cuiuſque ordinis militibus, vt conſenſu & caritate Remp. efficerent; ſed ignoti inter ſe, diuerſis manipulis; ſine rectore, ſine affectibus mutuis, quaſi ex alio genere mortalium repentè in

* abſceſſit. Cap. 27.

Laodicea terræmotu afflicta.

Coloniæ in Italiâ deductæ: Non cum effectu.

B *Quod dicam non habeo, niſi ſi ſcripſit Tacitus,* ad litora maris ſui. *Nam Tacitum vt imperitiæ accuſem, durum improbumq́; ſit: & mea iſta lectio haud abre ſit, ex Armeniâ cum præſidio, breui flexu, deductos ad mare, iuxta quod habitabant. Supra Euphratem igitur iuerint, per montana & finitima Iberiæ ad ſuum mare.*

77. PARS NIPOLIQVE.] *Latet in corruptione nomen alicuius regis. Fortè,* Thraſcypolique. *qui dynaſta alibi in finitimis Armeniæ locis.*

78. PVTEOLI IVS COLONIÆ.] *Puteoli, ais, adipiſcuntur ius coloniæ? Ego verò aduocationem peto, vt deliberem. Nónne enim iampridem id opidum eo iure? Liquet ex Liuio, Velleioq́;, qui coloniam Puteolis deductam volunt anno vrbis* DLX. *P. Scipione Africano* II. *Ti. Sempronio Coſſ. Sed & lapides teſtantur hodie:* AB. COLONIA. DEDVCTA. ANNO. XC. &, C ÆDILIS. COLON. PVTEOLANORVM. &, GENIO. COLONIÆ. PVTEOLANORVM. *An colonis eorumq́; poſteris intermortuis, colonia eſſe deſiit? an tempore interiecto tranſiit ad municipale ius? Ciceronis certè æuo municipium fuit, non colonia. Oratione pro M. Cælio:* Nam quod eſt obiectum municipibus adoleſcentem non eſſe probatum ſuis, nemini vmquam præſenti Puteolani maiorem honorem habuerunt, &c. *Concutit me tamen iterùm Frontinus in Catalogo coloniarum, cuius verba è manuſcripto.* Puteoli, colonia Auguſta. Auguſtus deduxit. ex vno latere iter populo debetur ped. xxx. Ager eius in iugeribus veteranis & Tribunis legionarijs eſt adſignatus. *Colonia ergo adhuc recenti æuo. Recreat Agellius lib.* XVI. *cap.* XIII. *qui oſtendit ſæpè commutari ſolere colonias in municipia, & contrà. Niſi tamen Cornelij verbis ea vis, vt velit vniuerſum opidum incolaſq́;* (*plures autem inquilini eius* D *loci, ob commercia & mare*) *præter eos qui reſtabant ex colonis Auguſtæis, colonico iure donatos. Et ſanè duplex hoc genus hominum in colonijs fuiſſe, è Ciceronе clarum, pro Sullâ: vbi diſſidia etiam inter Pompeianos (ij erant ciues veteres) colonoſq́; recenſet. Quem vide. Alterum horum niſi ſit, tu videris: mea in his ſalebris hæret nauis.*

ADD. *Placet eruditiſsimo noſtro Pighio truncum locum eſſe, ob cauſſas ipſas quas in Commentario dixi. Itaque ſupplet voce additâ,* Puteoli nouum ius coloniæ. * *Ipſum vide. Nam nos ſententiâ noſtrâ non demouemur, quam in extremâ Notâ poſuimus, de toto opido in coloniæ ius nunc tranſlato.*

79. NEQVE CONIVGIIS SVSCIPIENDIS.] *Milites itaque olim ſine vxore vt appâret. nec ritu, ſed lege id vetitum ait Dio lib.* LX. Τοῖς στρατιώταις ἐπειδὴ γυναῖκας οὐκ ἐδίδοσαν ἐκ γε τῶν νόμων ἔχειν, τὰ τῶν γαμικῶν δικαιώματα ἔδωκε. *id eſt:* Militibus quoniam ex legibus vxorem habere non poterant, iura indulſit maritorum. *Reſoluiſſe hoc ius Seuerus Imp. videtur, ſi rectè capio Herodianum libro* III. Τοῖς στρατιώταις, *inquit,* πολλὰ συνεχώρησε, ἃ μὴ πρότερον εἶχον. Καὶ δακτυλίοις χρυσοῖς χρήσασθαι ἐπέτρεψε, γυναιξί τε συνοικεῖν. *Certè enim de coniugio legitimo capiendum videtur. quia contubernij militibus, opinor, ſemper ius. A Iunone arcebant eos, non à Venere Romanæ leges. Teſtis Liuius libro* XLIII. *qui quattuor millia hominum à Senatu petiſſe opidum vbi habitarent, ait: qui nati in Hiſpanijs ex militibus Romanis, & mulieribus Hiſpanis, cum quibus nullum connubij ius. Imò peregrini milites, id eſt, non ciues, non amicas modò habuiſſe videntur, ſed vxores. niſi me inducunt fruſtrà tabulæ Veſpaſiani & Domitiani æuo: quibus inſculptum* ciuitatem datam militibus è claſſe Rauennate & cohortis III. Alpinorum, itemque concubium cum vxoribus, quas tunc habuiſſent cùm eſt ciuitas eis data, aut quas poſteà duxiſſent. *Tamen pugnat in eam ſententiam Tertullianus, qui ſuo etiam æuo cælibes fuiſſe milites oſtendit. Aeuum autem eius, ſub Seueri. ait in exhortatione ad Caſtitatem:* Scilicet ſolis maritorum domibus benè eſt? Perierunt cælibum familiæ, ſpadonum, militum, aut peregrinantium ſine vxoribus? Non enim & nos milites ſumus? *Seueri ergo permiſſus aut ad Prætorianos tantùm pertinuit: aut verba artè capienda, vt tantùm permiſerit* συνοικεῖν γυναιξί, *cohabitare feminis, ſed eodem tecto agere. & contubernales habere, non legitimas vxores. Sed non repugnat, inquies, toti huic ſententiæ Liuius, qui diſertè vxores militibus attribuit? Vt ecce libro* XXI. *in Scipionis exhortatione ad milites:* Vnuſquiſque ſe non corpus ſuum, ſed coniugem ac liberos armis protegere putet. *Et alibi. Reſpondeo. Temporaneam tunc (bello Punico ſecundo) militiam fuiſſe, nec legibus ſuis, vt poſteà, deuinctam. Capiebantur, mittebanturq́; milites, non pro ſtipendiorum tempore, ſed bellorum. At perpetuâ & firmâ* XXV. *annorum militiâ inſtitutâ, hoc quoque inductum de cælibatu. Sanè etiam Iuriſconſulti hac cauſſâ, cauſam ſoluendi matrimonij militiam numerant. L.* LX. Bonâ gratiâ diſſolui matrimonium illud dicitur, quod propter ſacerdotium, * *In Hercule Prodicio.* ſterilitatem, valetudinem, militiam, retineri non poteſt.

80. NON ENIM, VT OLIM, VNIVERSÆ LEGIONES.] *Exprimit deductionem veterem Hyginus:*

Cap. 28. *De appellationibus lex.*

in vnum collecti, numerus magis quàm colonia. Comitia prætorum arbitrio senatus haberi solita, quòd acriore ambitu exarserant, princeps composuit, tris qui supra numerum petebant, legioni præficiendo. Auxitque patrum honorem statuendo, vt qui [81] à priuatis iudicibus ad senatum prouocauissent, eiusdem pecuniæ periculum facerent, cuius ij qui Imperatorem appellauere. nam anteà vacuum id, solutumque pœnâ fuerat. Fine anni Vibius Secundus eques Romanus, accusantibus Mauris repetundarum damnatur, atque Italiâ exigitur: [82] ne grauiore pœnâ afficeretur, Vibij Crispi fratris [83] fauore enixus. Cesonio Pæto, Petronio Turpiliano Coss. grauis clades in Britanniâ accepta. In quâ neque [84] Auitus legatus, vt memoraui, nisi parta retinuerat; & successor Verannius, modicis excursibus [85] siluas populatus, quin vltrà bellum proferret, morte prohibitus est: magnâ dum vixit seueritatis famâ, [86] supremis testamenti [verbis] ambitionis manifestus. quippe multâ in Neronem adulatione addidit, subiecturum ei * prouincias fuisse, si biennio proximo vixisset. Sed tum Paullinus Suetonius obtinebat Britannos, scientiâ militiæ & rumore populi, qui neminem sine æmulo sinit, Corbulonis concertator: receptæque Armeniæ decus æquare domitis perduellibus cupiens. [87] Igitur Monam insulam incolis validam, & receptaculum perfugarum aggredi parat, nauesque fabricatur plano alueo, aduersus breue litus & incertum. Sic pedites: equites vado secuti, aut altiores inter vndas, adnantes equis transmisere. Stabat pro litore diuersa acies, densa armis virisque, intercursantibus feminis: in modum Furiarum, veste ferali, crinibus deiectis, faces præferebant. Druidæque circum, preces diras sublatis ad cælum manibus fundentes, insolitum militi spectaculum, obtudit corpora, ac mulieb

Vibius Secundus damnatus.

Cap. 29. A. V. C. DCCCCXIV. *Res Britannicæ.*

Verannius in eâ moritur.

**prouinciam*

Suetonius Paullinus successit.

Qui Monam ingreditur.

Cap. 30. *Viri feminæq; occurrunt.*

Vibius Secundus damnatus. Cap. 29. A. V. C. DCCCCXIV. *Res Britannicæ.* *Verannius in eâ moritur.* **prouinciam* *Suetonius Paullinus successit.* *Qui Monam ingreditur.* Cap. 30. *Viri feminæq; occurrunt.*

ginus: Multis legionibus contigit bellum feliciter transigere, & ad laboriosam agriculturæ requiem primo tyrocinij gradu peruenire. Nam cum signis & aquilâ & primis ordinibus ac tribunis deducebantur.

81. A PRIVATIS IVDICIBVS AD SENATVM.] *Lucis caussâ, rem appellationum à capite deduxi ad hoc Neronis ævum, in* EXCVRS. C. *atque illinc lucem istis pete.*

82. NE GRAVIORE POENA AFFICERETVR.] *An ergo in crimine repetundarum pœna grauior, quàm relegatio? Attentè legas. quia nec relegatio quidem. Olim sanè exsilium fuit, & æstimatio, vti Asconius notat in Verrem, & Cicero subindicat non semel: sed secuta lex Iulia immutauit. Ex eâ pœnam fuisse affirmo, Amissionem ordinis, & æstimationem: nihil vltrà. id est, qui damnatus eo crimine esset, Senatu moueretur, & iudices acciperet ad æstimandam litem. Docet Suetonius in Iulio, cap.* XLIII. Repetundarum conuictos, etiam ordine Senatorio mouit. *Sed & hauries ex Tacito infrà:* Exin à Cossutio Capitone, qui nuper Senatorium ordinem precibus Tigellini soceri sui reciperauerat. *Is autem repetundarum lege damnatus, lib.* XIII. *Et* I. *Hist.* Redditus Cadio Rufo, Pedio Blæso senatorius locus, qui repetundarum criminibus sub Claudio aut Nerone ceciderant. *Apertiùs ex Plinio lib.* II. *epist. vbi Marius Priscus, accusantibus Afris, sponte Senatu abijt, & iudices petijt, omissâ defensione: scilicet quasi eâ ratione satisfactum legi. & lib.* IV. *cùm Bassum Bæbius Macer lege repetundarum teneri censuisset; mitigans Cæpio, saluâ dignitate iudices dandos pronuntiauit. id est, vti in Senatu remaneret, factâ saltem æstimatione. Vide Epistolas ipsas, & volens fauebis sententiæ huic. Ab hac re Suetonianis verbis lumen, Othonis cap.* II. Tantum potentia, *inquit*, valuit, vt damnatum repetundis consularem virum, priusquam planè restitutionem ei impetrasset, non dubitarit in Senatum ad agendas gratias introducere. *Motus enim ille quicumque Senatu erat: sed Otho quasi planè restitutum in Senatum introduxit. Hæc ergo ordinaria pœna: sed grauiùs & plerumque extra ordinem in id crimen animaduersum, pro delicti modo. Atque ea Macri mens leg.* VII. *Ad leg. Iul. repet.* Hodie ex lege repetundarum extra ordinem puniuntur. & plerumque vel exsilio, vel etiam duriùs, prout admiserint. quid enim si ob hominem necandum pecuniam acceperint? vel interfecerint innocentem? *Eademq; ratione Plinius scripsit*, excessisse Priscum immanitate & sæuitiâ crimina, quibus dari iudices possent, cùm ob innocentes condemnandos, interficiendos etiam, pecunias accepisset. *lib.* II. *epist.* XI. *Nec aliter capies, quòd hîc Vibius relegatus est: exsilij etiam pœnam meritus, nisi frater intercessisset. sicut & lib.* III. *Annal. C. Silano proconsuli Asiæ repetundarum damnato, aquâ atque igni interdictum, ob insignem scilicet sæuitiam.*

31. FAVORE ENIXVS.] *Quidam libri*, opibus enixus.

84. AVITVS LEGATVS, VT MEMORAVI.] *At qui A. Didium eum vocauit l.* XII. *& Didium Gallum in Agricolæ vitâ. Vt ambigere possis num rescribend.* A. Didius. *Plura tamen cognomina habere potuit, more sui sæcli.*

85. SILVAS POPVLATVS.] *Emendo*, Siluras populatus. *cùm eâ enim Britanniæ gente tunc maximè bellum. Consule Tacitum lib.* XII.

86. SVPREMIS TESTAMENTI VERBIS.] *Glossematium ist τὸ*, verbis. *& statim*, subiecturum ei prouinciam fuisse, *lego: capioq; Britanniam ipsam quæ nondum perdomita.*

87. IGITVR MONAM INSVLAM.] *Credo hunc locum esse, quem aspexit Iornandes in Gothicis:* In extremâ Britanniæ parte Memma, quam Cornelius Annalium scriptor narrat. *Corrigo enim*, Mona.

88. CRVO-

A manibus fundentes, nouitate aſpectus perculêre militem ; vt quaſi hærentibus membris, immobile corpus vulneribus præberent. Dein cohortationibus ducis, & ſe ipſi ſtimulantes, ne muliebre & fanaticum agmen paueſcerent; inferunt ſigna, ſternuntque obuios, & igni ſuo inuoluunt. Præſidium poſthac impoſitum * vicis, exciſique luci, ſæuis ſuperſtitionibus ſacri. Nam [88] cruore captiuo adolere aras, & hominum fibris conſulere deos fas habebant. Hæc agenti Suetonio, repentina defectio prouinciæ nuntiatur. Rex Icenorum Praſutagus, [89] longâ opulentiâ clarus, Cæſarem heredem duaſque filias ſcripſerat; tali obſequio ratus regnum & domum ſuam procul iniuriâ fore. quod contrà vertit. adeò vt regnum, per centuriones; domus per ſeruos, velut capta, vaſtarentur. Iam primùm vxor eius [90] Boodicia verberibus affecta, & filiæ ſtupro violatæ ſunt. Præcipui quique Icenorum, quaſi cunctam regionem muneri accepiſſent, auitis bonis exuuntur, & propinqui regis inter mancipia habebantur. Quâ contumeliâ & metu grauiorum (quando in formam prouinciæ ceſſerant) rapiunt arma, commoris ad rebellionem Tri-

B nobantibus, & qui alij nondum [91] ſeruitio aſſuefacti, reſumere libertatem occultis coniurationbus pepigerant, acerrimo in veteranos odio. Quippe in coloniam Camalodunum recèns deducti, pellebant domibus, exturbabant agris, captiuos, ſeruos appellando: fouentibus impotentiam veteranorum militibus, ſimilitudine vitæ, & ſpe eiuſdem licentiæ. Ad hæc [92] templum diuo Claudio conſtitutum, quaſi ara æternæ dominationis aſpiciebatur: [93] dilectique ſacerdotes, ſpecie religionis, omnes fortunas effundebant. Nec arduum videbatur, exſcindere coloniam nullis munimentis ſeptam: quòd ducibus noſtris parum prouiſum erat, dum amœnitati priùs quàm vſui conſulitur. Inter quæ nullâ palàm cauſsâ delapſum. Camaloduni ſimulacrum victoriæ, ac retro conuerſum, quaſi cederet hoſtibus. Et feminæ in * furore turbatæ, adeſſe exitium canebant. [94] Externoſque fremitus in curiâ eorum auditos, conſonuiſſe vlulatibus theatrum, [95] viſamque ſpeciem in æſtuario, notam eſſe ſubuerſæ coloniæ. Iam Oceanum cruento aſpectu: dilabente æſtu, humanorum corporum effigies relictas, vt Britanni ad ſpem, ita veterani ad

C metum trahebant. Sed quia procul Suetonius aberat, petiuere à Cato Deciano procuratore auxilium. Ille haut ampliùs quàm ducentos ſine iuſtis armis miſit: & inerat modica militum manus, tutelâ templi freti. Et impedientibus qui occultè rebellionis conſcij conſilia turbabant, neque foſſam aut vallum præduxerunt, neque motis ſenibus & feminis, iuuentus ſola reſtitit: quaſi mediâ pace incauti, multitudine barbarorum circumue-

Sternuntur.

Præſidium accipiunt.
* victis.

Cap. 31.

Britannia quâ occaſione defecerit.

Rapinæ Romanorum.

Trinobantes rebellant.

Claudij templum.

Cap. 32.

Prodigia cladis Romanæ nuncia.
* furorem

Veterani auxilium petunt.
Parcè mittitur.

38. CRVORE CAPTIVO ADOLERE ARAS.] *De hac Britannis, Gallis, Germanis communi immanitate, dicam ad libellum De moribus Germaniæ.*

89. LONGA OPVLENTIA CLARVS.] *Scribo* longè. *vt ſit, longè notum clarumq́, fuiſſe, propter opes. Iceni autem in libris ſcriptis, Tigeni ſunt.*

90. BOODICIA.] *Dioni,* Βουδουίκα *eſt: Tacito infrà,* Boudicea; *in vitâ Agricolæ,* Voadica, *ſcriptum.*

D *Eſt illa, quàm perplexè Gildas*, Leænam doloſam, *appellat*, quæ rectores ſibi relictos trucidauit.

91. SERVITIO ASSVEFACTI.] *Scripta, veraq́, lectio,* ſeruitio facti.

92. TEMPLVM DIVO CLAVDIO.] *De eo Seneca in Menippeâ:* Parum eſt quòd templum in Britanniâ habet, quod nunc (*lego*, hunc) barbari colunt & vt deum orant. *Quod in Tacito eſt*, ara dominationis, *libenter ſcripſerim*, arra. *quaſi id templum pignus & arrabo æternæ ſeruitutis. Quamquam & Aras ſanè habuiſſe Claudium in Britanniâ fateor: Poëta eius æui ad ipſum:*

Oceanuſque tuas vltrà ſe reſpicit aras.
Qui finis mundo eſt, non erit imperio.

Nec tamen hîc in Tacito, Templum ideò rectè dixeris Aram.

93. DILECTIQVE SACERDOTES.] *Legebantur enim Pontifices Flamineſq́, Claudio, ex prouincialibus ipſis: quibus in ſacra victimaſq́, eius diui multi faciendi ſumptus. Vide Arriani verba, quæ adduxi lib.* 1

94. EXTERNOSQVE FREMITVS IN CVRIA EORVM AVDITOS, CONSONVISSE VLVLATIBVS THEATRVM.] *Prodigia eadem recenſet Dio:* Ἔκ τε τοῦ βαλανείου φῶς νυκτὸς βαρβαρικὸς μετὰ γέλωτος, καὶ ἐκ τοῦ θεάτρου θόρυβος μετ' ὀλοφυγῆς ἐξηκούετο: E curiâ ſonitus barbaricus nocte cum riſu auditus, & è theatro tumultus cum vlulatu.

95. VISAMQVE SPECIEM IN ÆSTVARIO.] *Quam ſpeciem? aliquid deeſt, aut latet. In Dione hoc editur, ſtatim poſt illa dicta:* Οἰκίαι τέ τινες ἐν τῷ Ταμέσᾳ ποταμῷ ἔφυδροι ἐωρῶντο: Domus etiam aliquæ in Tameſi ſub aquis erant viſæ. *Ergo legebam:* viſamque ædium ſpeciem. *Sed enimuerò Pichena in Florentino eſſe aſſerit:* in æſtuario tam eſæ ſubuerſæ coloniæ. *Itaque nihil verius, quàm quod ſentit*, Tameſæ *ſcribendum. Nimirum ſpecies ſubuerſæ coloniæ, quæ apparuerat, ſignum erat euertendæ: & hæ ſunt iſtæ Dionis ædes, ſed ſubuerſæ, dirutæ, incenſæ.*

Sed colonia capta, & ipsi cæsi. Legio fusa.

cumueniuntur. Et cetera quidem impetu direpta, aut incensa sunt: templum, in quo se miles conglobauerat, biduo obsessum, expugnatumque. Et victor Britannus [96] Pæto Ceriali legato legionis nonæ in subsidium aduentanti obuius, fudit legionem, & quod peditum interfecit: Cerialis cum equitibus euasit in castra, & munimentis defensus est. Quâ clade & odijs prouinciæ, quam auaritiâ in bellum egerat, trepidus procurator Catus in Galliam transijt. At Suetonius mirâ constantiâ medios inter hostes [97] Londinium perrexit, cognomento quidem coloniæ non insigne, sed copiâ negotiatorum & commeatuum maximè celebre. ibi ambiguus an illam sedem bello diligeret, circumspectâ infrequentiâ militis, satisque magnis documentis temeritatem Petilij coërcitam, vnius opidi damno seruare vniuersa statuit. Neque fletu & lacrymis auxilium eius orantium flexus est, quin daret profectionis signum, & comitantes in partem agminis acciperet. Si quos imbellis sexus, aut fessa ætas, vel loci dulcedo attinuerat; ab hoste oppressi sunt. Eadem clades municipio Verulamio fuit, quia barbari omissis castellis præsidijsque militarium, quod vberrimum spoliant, [98] & deferentes in tutum, læti prædâ, & aliorum insignes petebant. Ad [99] septuaginta milia ciuium & sociorum, ijs quæ memoraui locis, occidisse constitit. Neque enim capere aut venundare, aliúdve quod belli commercium; sed cædes, [100] patibula, ignes, cruces, [101] tamquam reddituri supplicium, ac præreptâ interim vltione festinabant. Iam Suetonio quartadecima legio cum vexillarijs vicesimarijs, & è proximis auxiliares, decem fermè milia armatorum erant: cùm omittere contationem, & congredi acie parat. diligitque locum artis faucibus, & à tergo siluâ clausum; satis cognito, nihil hostium nisi in fronte, & apertam planitiem esse sine metu insidiarum. Igitur legionarius frequens ordinibus, leui circùm armaturâ conglobatus, pro cornibus eques astitit. At Britannorum copiæ passim per cateruas & turmas exultabant, quanta non aliàs multitudo, & animo adeò fero, vt coniuges quoque testes victoriæ secum traherent, plaustrisque imponerent, quæ super extremum ambitum campi posuerant. Boudicea curru filias præ se vehens, vt quamque nationem accesserat: *Solitum quidem Britannis feminarum ductu bellare testabatur; sed tunc non vt tantis maioribus ortam regnum & opes, verùm vt vnam è vulgo, libertatem amissam, consectum verberibus corpus, contrectatam filiarum pudicitiam vlciſci. eò prouectas Romanorum cupidines, vt non corpora, nec senectam quidem, aut virginitatem impollutam relinquant. Adesse tamen deos iustæ vindictæ. cecidisse legionem, quæ prælium ausa sit: ceteros castris occultari, aut fugam circumspicere. Ne strepitum quidem & clamorem* [102] *tot milium, nedum impetus & manus perlaturos. Si copias armatorum, si causas belli secum expenderent; vincendum illâ acie, vel cadendum esse. Id mulieri destinatum: viuerent viri, & seruirent.* Ne Suetonius quidem in tanto discrimine silebat. qui quamquam confideret virtuti, tamen exhortationes & preces miscebat. *Vt* [103] *sper-*

Cap. 33. *Suetonius auxilio accurrit è Monâ. Londinium venit: Non mansit, sede parum tutâ*

Verulamium Britanni capiunt.

Magna Romanorum vbique cædes.

Cap. 34. *Suetonius de re summâ aleam iacit.*

Aciem instruit: Et Britanni contrà.

Cap. 35. *Quibus femina dux. Ea suos acuit:*

Cap. 36. *Et Suetonius suos:*

96. PÆTO CERIALI.] *Scribe*, Petilio. *Ita enim statim dicitur: estq; ille qui bellum Germanicum sub Vespasiano administrauit.*

97. LONDINIVM COPIA NEGOTIATORVM.] *Etiam hodie. eoq; nomine Princeps Britanniæ vrbs. Commeatum propriè accipit, vti Suetonius, Neronis cap.* XX. Alexandrini qui de nouo commeatu Neapolim confluxerant: *Græcis* κατάπλους. *Ammianus libro* XXVII. *de hac vrbe*: Londinium vetus opidum, quod Augustam posteritas appellauit.

98. ET DEFERENTES IN TVTVM.] *Repone lectionem scriptam*, & defendentibus intutum. *quæ in primâ recensione, meâ culpâ me fugit. Cetera etiam Mercerus ingeniosè sic concinnat*: quod vberrimum spolianti, & defendentibus intutum, læti prædâ & aliorum segnes, petebant. *Alacres ad prædam, segnes ad cetera. Mihi tamen probaretur*, & laborum segnes.

99. SEPTVAGINTA MILIA CIVIVM.] *At Dio in pleraque hac historiâ Taciti velut interpres, perijsse ait,* μυριάδας ὀκτὼ τῶν τε Ῥωμαίων καὶ τῶν συμμάχων αὐτῶν. *vt hîc* LXXX. *fortasse verior scriptura sit.*

100. PATIBVLA, IGNES, CRVCES.] *Diuersa hæc igitur, Patibula & Cruces? quodam sensu. Patibulum enim propriè, in quo suffixus homo expanditur, transuerso tamen ligno. Crux verò etiam, cùm is erecto simpliciq; stipiti adfigitur, siue infigitur: diximus abundè in libellis* De Cruce.

101. TAMQVAM REDDITVRI SVPPLICIVM.] *Potiùs*, reddituris.

102. TOT MILIVM.] *Fuisse enim in acie hostili* δώδεκα μυριάδας, *id est, centum viginti millia hominum, Dio annotauit. Noster omisit, vt pleraque alia, in hac narratione: non incuriâ aut culpâ suâ, sed, quod facilè odorere, librariorum exscriptorúmve; qui hos libros pessimè admutilarunt.*

103. SPER-

A [103] *spernerent sonoras Barbarorum, & inanes minas. plus illic feminarum quàm iuuentutis aspici. imbelles, inermes, cessuros statim, vbi ferrum virtutemque vincentium, toties fusi agnouissent. etiam in multis legionibus paucos esse qui prælia profligarent. gloriæque eorum accessurum, quòd modicâ manu, vniuersi exercitus famam adipiscerentur. Conferti tantùm, & pilis emissis, pòst vmbonibus & gladijs stragem cædemque continuarent, prædæ immemores. parta victoriâ, cuncta ipsis cessura.* Is ardor verba ducis sequebatur, ita se ad intorquenda pila expedierat vetus miles & multâ præliorum experientiâ, vt certus euentus Suetonius, daret pugnæ signum. *Sponte valdè promptos.*

Ac primùm legio gradu immota, & angustias loci pro munimento retinens, postquam Cap. 37.
[104] propiùs suggressus hostis certo iactu tela exhauserat, velut cuneo erupit. Idem auxi- *Romani excipiunt hostem:*
liarium impetus: & eques protentis hastis, perfringit quod obuium & validum erat. Ce- *Inde inuadunt:*
teri terga præbuere, difficili effugio, quia circumiecta vehicula sepserant abitus. Et miles *Fundunt insigni victoriâ.*
ne mulierum quidem neci temperabat. confixaque telis etiam iumenta, corporum cumulum auxerant. Clara & antiquis victorijs par eâ die laus parta. quippe sunt qui pau-
B lominus quâm octoginta millia Britannorum cecidisse tradant, militum quadringentis fermè interfectis, nec multo ampliùs vulneratis. Boudicea [105] vitam veneno finiuit. Et *Boudicea sese interimit*
Pœnius Postumus præfectus castrorum secundæ legionis, cognitis quartadecimanorum *Et aliâ de causâ Tacitus.*
vicesimanorumque prosperis rebus, quia pari gloriâ legionem suam fraudauerat, abnue ratque contra ritum militiæ iussa ducis, se ipsum gladio transegit. Contractus dein- Cap. 38.
de omnis exercitus, sub pellibus habitus est, ad reliqua belli perpetranda. Auxitque co- *Auctæ victrices copiæ à Cæsare.*
pias Cæsar, missis è Germaniâ duobus legionariorum millibus, octo auxiliariorum co hortibus, ac mille equitibus: quorum aduentu, nonani legionario milite suppleti sunt. *Suetonius victoriâ vtebatur.*
Cohortes alæque nouis hibernaculis locatæ, quodque nationum ambiguum aut aduersum fuerat, igni atque ferro vastatur. Sed nihil æquè quàm fames affligebat ferendis frugibus incuriosos, & omni ætate ad bellum versâ, dum nostros commeatus sibi destinant, gentesque præferoces tardiùs ad pacem inclinant: quia Iulius Classicianus successor Ca- *Nisi procurator Cæsaris impedisset.*
to missus, & Suetonio discors, bonum publicum priuatis simultatibus impediebat. di-
C sperseratque, nouum legatum opperiendum esse, sine hostili irâ & superbiâ victoris clementer deditis consulturum. Simul in vrbem mandabat, [106] nullum prælio finem exspectarent, nisi succederetur Suetonio. cuius aduersa, prauitati ipsius; [107] prospera, ad fortunam Reip. referebat. Igitur ad spectandum Britanniæ statum missus est ex libertis Cap. 39.
Polycletus, magnâ Neronis spe, posse auctoritate eius, non modò inter legatum procu- *Polycletus in Britanniam venit arbiter.*
ratoremque concordiam gigni; sed & rebelles Barbarorum animos pace componi. Nec
defuit Polycletus, quo minus ingenti agmine Italiæ Galliæque grauis, postquam Oceanum transmiserat, militibus quoque nostris terribilis incederet. Sed hostibus irrisui fuit, *Non sine irrisu hostium.*
apud quos flagrante etiam tum libertate, nondum cognita libertorum potentia erat. mirabanturque, quòd dux & exercitus tanti belli confector seruitijs obedirent. Cuncta tamen ad Imperatorem in mollius relata. Detentusque rebus gerundis Suetonius, quòd post paucas naues in litore, remigiumque in ijs amiserat, tamquam durante bello *Turpilianus succedit Suetonio.*
tradere exercitum Petronio Turpiliano, qui iam consulatu abierat, iubetur. Is non irri- Cap. 40.
tato hoste; neque lacessitus, honestum pacis nomen segni otio imposuit. Eodem
anno Romæ insignia scelera, alterum senatoriâ, seruili alterum audaciâ, admissa sunt. Do-
D mitius Balbus erat prætorius, simul longâ senectâ, simul orbitate & pecuniâ insidijs ob- *Roma viro diuitis tabulæ subiectæ.*
noxius. Eius propinquus Valerius Fabianus capessendis honoribus destinatus, subdidit testamen-

103. SPERNERENT SONORAS BARBARORVM.] *Vatic.* sonores. *atque ita scripsisse Tacitum pertendo. Alibi.* sonorem alterius prœlij non audirent.

104. PROPIVS SVGGRESSVS HOSTIS.] *Certitudo hæc iactuum non videtur ad hostes referenda (pauciſsimi enim è Romanis cecidere, vt addit) sed ad ipsos Romanos: ideoq; legam*, suggressis hostibus: *atque ea veritas.*

105. VITAM VENENO FINIVIT.] *Dio, morbo.* Ἀποθανόντος, *ait*, ἐν τούτῳ τῆς Βουδεΐκης νόσῳ.

106. NVLLVM PROELIO FINEM.] Α'κύρους. *legerim*, bello: *aut certè*, prœliorum.

107. PROSPERA, AD FORTVNAM REIP.] *In Rom. edit. legas*, prospera fortunæ. *At sententia tota sumpta à Sallustio: cuius Fragmentum in similes calumniatores:* Ad hæc, rumoribus, aduersa in prauitatem; secunda, in casum; fortunam in temeritatem declinando, corrumpebant.

testamentum, ascitis [108] Vicio Rufino & Terentio Lentino equitibus Romanis. Illi A
[109] Antonium Primum & Asinium Marcellum sociauerant. Antonius audaciâ promptus, Marcellus Asinio Pollione proauo clarus, neque morum spernendus habebatur, nisi quòd paupertatem præcipuum malorum credebat. Igitur [110] Fabianus tabulas ijs quos memoraui, & alijs minùs illustribus, obsignat. Quod apud patres conuictum. Et
Falsarij damnati. Fabianus Antoniusque cum Rufino & Terentio [111] lege Corneliâ damnantur. Marcellum memoria maiorum, & preces Cæsaris, pœnæ magis quàm infamiæ exemêre.

Cap. 41. Perculit is dies Pompeium quoque Ælianum iuuenem quæstorium, tamquam flagitiorum Fabiani gnarum: eique Italiâ, & Hispaniâ, in quâ ortus erat, interdictum est. Pari ignominiâ Valerius Ponticus afficitur, quòd reos, ne apud præfectum vrbis arguerentur, [112] ad prætorem detulisset; interim specie legum, mox præuaricando vltionem elusurus. Additur senatusconsultum: QVI TALEM *operam emti asset, vendidisseve, vt perinde pœnâ teneretur, ac si publico* [113] *iudicio calumniæ condemnatus.* Haut multo pòst præ-
Lex Cornelia intenta. Cap. 42. *Præfectus vrbi à seruo occisus.* fectum vrbis Pedanium Secundum seruus ipsius interfecit: seu negatâ libertate, [114] cui B
pretium pepigerat; siue amore exoleti infensus, & dominum æmulum non tolerans. Ceterùm [115] cùm vetere ex more familiam omnem, quæ sub eodem tecto mansitauerat, ad sup-

108. VICIO RVFINO.] *Vett.* Vincio.

109. ANTONIVM PRIMVM.] *Illum qui posteà acerrima fax Vespasiano ad ciuile bellum: cuius multa in Histor. libris mentio.*

110. FABIANVS TABVLAS IIS.] *Manuduxit me ad veram hanc lectionem Vaticanus, qui* Tabulasijs, *refert. Reliqui omnes,* Tabularijs. *Quantillus error, quantas tenebras? Nam Ictⁱ nostri miserè torquentur in Tabularijs istis eruendis. Alciatus eos putat, quos nunc Tabelliones vocamus: contrà Ferretus obsignatores & scriptores testamenti. Vertranius postremò, tamquam cornicum oculos, rescribendum censet:* Fabianus tabularius ijs.

111. LEGE CORNELIA DAMNANTVR.] *Id est, ordine Senatorio mouentur. Nam quamuis legis Corneliæ ordinaria pœna deportatio sit, & bonorum publicatio: tamen in honestioribus submotio etiam ordinis admissa est. Tacitus lib.* II. *Histor.* Primus Antonius legibus nocens, & tempore Neronis falsi damnatus, inter alia belli mala senatorium ordinem reciperauerat. *Paullus libro* V. *Sentent.* Hi qui falsum vel alia testimonia dixerunt, aut in exsilium aguntur, aut in insulam relegantur, aut curiâ submouentur.

112. AD PRÆTOREM DETVLISSET.] *Quem Prætorem? vrbanúmne? Non opinor. nec enim eius in crimine cognitio. Olim sanè proprius peculiarisq; Prætor, qui constitutis Quæstionibus perpetuis cognosceret de Falso. Eum hîc intellegi credo. Etsi enim pleraque iudicia in Senatu aut apud Præf. vrbis, & Prætorum potestas imminuta: mansit tamen, opinor, veteris ritus imago quædam & vmbra. quam Ponticus hîc pro re amplexus, non sine suâ fraude. At Præfectum vrbis omnia crimina omnino sibi vindicasse ab Vlpiano traditum est, lib.* I. *De offic. Præf. vrbis; non quidem ab Augusto, (falluntur qui id censent; & Augustus ius tantùm ei dedit in seruos; & quod ciuium audaciâ turbidum nisi vim metuat) sed crescente paullatim, concessu Principum vt solet, nouâ potestate.*

113. IVDICIO CALVMNIÆ CONDEMNATVS.] *Eum qui præuaricatus sit, quíve præuaricatorem emerit, fecerit: punit hoc* SC. *calumniæ pœnâ. Ea est talio, & infamia, vti colligas ex l. penult. & l.* IV. *De præuaricat.*

114. CVI PRETIVM PEPIGERAT.] *Moribus receptum vti seruus interdum cum domino quasi pacisceretur in certum pretium: quod si exsoluisset, liber esset. Id pretium è peculio serui, vel aduentitio lucro. Seneca in Epistolis:* Mancipia quoque conditionis extremæ & in his sordibus nata omni modo exuere conantur seruitutem; peculium suum, quod comparauerunt ventre fraudato, pro capite nu- C
merant. *Virgilius cò respiciens:*

Nec spes libertatis erat, nec cura peculî.

Et vetus sanè ille mos, cuius vestigia plura in Plauto. vt Asinariâ, Strobilus reperto thesauro.

Quin ego illi inuenisse me hanc prædam dico,
atque eloquor?
Igitur orabo vt manu me mittat, ibo atque
eloquar.

Gripus seruus, Rudentem:

——ad herùm veniam doctè atque astutè,
Pauxillatim pollicitabor pro capite argentum,
vt sim liber.

Et clariùs in Casinâ:

Quid istâ tu me libertate territas?
Vobis inuitis atque amborum ingratijs,
Vnâ libellâ liber possum ego fieri.

Quod non aliter intellegendum, quàm vt cum hero iam antè pactus fuerit in libram. Et in hanc sententiam scripsit Hermogenianus aduersus dominum consistere seruis licere, si qui suis nummis redemptos se, D
& non manumissos contra placiti fidem adseuerent. *l.* LIII. *De iudicijs. Item Vlpianus,* Qui se dicit suis nummis redemptum, si hoc probauerit, exinde liber erit ex quo redemptus est. *Interdum verò imaginaria quædam emptio, interpositâ personâ tertiâ, adhibebatur, de quâ l.* IV. *De Manumissionibus. Quòd si dominus non seruaret fidem, querela seruo Romæ apud Præf. vrbi, apud Præsidem in prouincijs ex constitutione Diuorum fratrum fuit l.* V. *De Manumissionibus.*

115. CVM VETERE EX MORE.] *Benè, veteri ex more. Nam etiam liberâ rep. id obtinuit, ex epistolâ Seruij Sulpicij de cæde Marcelli:* Ego tamen ad tabernaculum eius perrexi: inuêni duos libertos & pauculos

A ad ſupplicium agi oporteret, concurſu plebis, quæ tot innoxios protegebat vſque ad ſeditionem ventum eſt: [116] ſenatuſque, in quo ipſo erant ſtudia nimiam ſeueritatem aſpernantium, pluribus nihil mutandum cenſentibus. Ex quibus C. Caſſius ſententiæ loco in hunc modum diſſeruit. *Sæpenumerò P. C. in hoc ordine interfui, cùm contra inſtituta & leges maiorum noua ſenatus decreta poſtularentur, neque ſum aduerſatus. non quia dubitarem ſuper omnibus negotijs meliùs atque rectiùs olim prouiſum, & quæ conuerterentur in deterius mutari; ſed ne nimio amore antiqui moris ſtudium meum extollere viderer. Simul quidquid hoc in nobis auctoritatis eſt, crebris contradictionibus deſtruendum non exiſtimabam, vt maneret integrum, ſi quando Reſpublica conſilijs eguiſſet. quod hodie euenit, conſulari viro domi ſuæ interfecto, per inſidias ſeruiles; quas nemo prohibuit, aut prodidit, quamuis nondum concuſſo ſenatuſconſulto, quod ſupplicium toti familiæ minitabatur. Decernite herculè impunitatem. At quem dignitas ſua defendet, cùm præfectura vrbis non profuerit? Quem numerus ſeruorum tuebitur, cùm Pedanium Secundum quadringenti non protexerint? Cui familia opem feret, quæ ne in metu quidem pericula noſtra aduertit? An vt quidam fingere non erubeſcunt, iniurias ſuas vltus eſt interfector?* [117] *quia de paternâ pecuniâ tranſegerat, aut auitum mancipium detrahebatur? Pronuntiemus vltrò, dominum iure cæſum videri. Libet argumenta conquirere in eo, quod ſapientioribus deliberatum eſt. Sed & ſi nunc primum ſtatuendum haberemus, creditis ne ſeruum interficiendi domini animum ſumpſiſſe, vt non vox minax excideret? nihil per temeritatem proloqueretur? Sanè conſilium occuluit, telum inter ignaros parauit.* [118] *num excubias tranſiret, cubiculi fores recluderet, lumen inferret, cædem patraret, omnibus neſcijs? Multa ſceleris indicia præueniunt ſerui. Si prodant, poßumus ſinguli inter plures, tuti inter anxios; poſtremò ſi pereundum ſit, non inulti inter nocentes agere. Suſpecta maioribus noſtris fuere ingenia ſeruorum, etiam cùm in agris aut domibus ijſdem naſcerentur, caritatemque dominorum ſtatim acciperent. Poſtquam verò nationes in familijs habemus, quibus diuerſi ritus, externa ſacra aut nulla ſunt, colluuiem iſtam non niſi metu coërcueris. At quidam inſontes peribunt. Nam & ex fuſo exercitu, cùm decimus quiſque fuſte feritur, etiam ſtrenui ſortiuntur. Habet aliquid ex iniquo omne magnum exemplum,*

Igitur omnes familiares puniendi, ex more.

Cap. 43.

Quem Caſſius rigidè retinet.

C *quod contra ſingulos, vtilitate publicâ rependitur.* Sententiæ Caſſij, vt nemo vnus contraire auſus eſt, ita diſſonæ voces reſpondebant, numerum, aut ætatem, aut ſexum, ac plurimorum indubiam innocentiam miſerantium. Præualuit tamen pars quæ ſupplicium decernebat. Sed obtemperari non poterat, conglobatâ multitudine ſaxa ac faces minitante. Tum Cæſar populum edicto increpuit: atque omne iter, quo damnati ad pœnam ducebantur, militaribus præſidijs ſepſit. Cenſuerat Cingonius Varro vt liberti quoque, qui ſub eodem tecto fuiſſent, Italiâ deportarentur. Id à Principe prohibitum eſt, ne mos antiquus, quem miſericordia non minuerat, per ſæuitiam intenderetur. Damnatus ijſdem conſulibus Tarquitius Priſcus repetundarum, Bithynis interrogantibus, magno patrum gaudio, qui [119] accuſatum ab eo Statilium Taurum proconſulem ipſius meminerant. Cenſus per Gallias à Q. Voluſio & Sex. Africano, Trebellioque Maximo acti ſunt,

Cap. 45.

Multi inſræ-tum ibant: Sed fruſtrà.

præſidio diſpoſito, omnes interfecti.

Cap. 46.

Cenſus Galliarum.

D pauculos ſeruos. reliquos aiebant profugiſſe metu perterritos, quòd dominus eorum ante tabernaculum interfectus eſſet. *Hunc priſcæ ſeueritatis ritum firmauit poſteà* Sc. *Silanianum ſub Auguſto, itemq; nunc Neronianum: de quibus Cuiacium vide Obſeruat. lib.* I. *cap.* XVIII. *& lib.* X. *cap.* XXXIII. *Addo ne feminas quidem immunes excipuasq; fuiſſe: ſuaſus Taciti infrà verbis.* Numerum, ætatem, aut ſexum miſerantium. *item reſcriptio Hadriani l.* I. *De* Sc. *Silaniano.*

116. SENATVSQVE, IN QVO.] *Expeditior ſententia,* Senatuque in ipſo.

117. QVIA DE PATERNA PECVNIA.] *Abite ſiniſtræ manus: nihil mutandum.* Εἰσφυκὼς iſta & ἐξ ἀνηςάσεως capienda ſunt.

118. NVM EXCVBIAS TRANSIRET.] *Nocturnas ergo ad limen excubias ſeruorum habuerunt domini potentiores. Quòd tu mihi Philologe obſerua. Quinctilianus Declamat.* I. *pro Cæco:* Dicitur cæcus ſine rectore, ſine duce, per inane longum, per tot offenſa limina, per excubantes ſeruulos erraſſe cum ferro: cubiculum deinde patris intraſſe. *Idem Declamat.* II. *pro Cæco:* Tu ſentis quando ſenem vicerit laſſitudo curarum. Scis pariter, an vnà quieſcentium fores vallauerit cura ſeruorum. *Apuleius lib.* I. Pueros ablegat arbitrio nocturni gannitus: *qui alioqui de more procubabant. Silius libro* I. *ad hunc ritum de Annibale:*

Sæpè etiam famuli turbato ad limina ſomno
Expauêre trucem per vaſta ſilentia vocem.

Vide & Appianum in Catonis morte, & Tacitum in Othonis.

119. ACCVSATVM AB EO STATILIVM TAVRVM.] *Suprà lib.* XII.

sunt, æmulis inter se per nobilitatem Volusio atque Africano: Trebellium dum vterque A
dedignatur, supra tulere. Eo anno mortem obijt Memmius Regulus, auctoritate,
Cap.47. constantiâ, fama, in quantum præumbrante Imperatoris fastigio datur, clarus, adeò vt
Memmij Reguli mors, & elogium. Nero æger valetudine, & adulantibus circùm qui finem imperio adesse dicebant, si quid
fato pateretur; responderit habere subsidium Rempublicam. Rogantibus dehinc in
quo potissimum, addiderit, in Memmio Regulo. Vixit tamen post hæc Regulus, quie-
te defensus, & quia nouâ generis claritudine, neque inuidiosis opibus erat. Gymnasium
Gymnasium Nero dedicat. eo anno dedicatum à Nerone, [120] præbitumque oleum equiti ac senatui Græcâ facili-
Cap.48. tate. [121] P. Mario, L. Asinio consulibus, Antistius prætor, [122] quem in tribunatu ple-
A. V. C. bis licenter egisse memoraui, probrosa aduersus Principem carmina factitauit: vulgauit-
DCCCXV. *Antistius Maiestatis delatus.* que celebri conuiuio, dum apud Ostorium Scapulam epulatur. Exin à Cossutiano Ca-
pitone, qui nuper senatorium ordinem precibus Tigellini soceri sui receperat, maiesta-
tis delatus est. Tum primùm reuocata ea lex credebatur, quæ haut perinde exitium An-
tistio, quàm Imperatori gloriam quæsiuit, vt condemnatus à senatu, [123] intercessione B
De eo damnando variant. tribuniciâ morti eximeretur. Et cùm Ostorius nihil audiuisse pro testimonio dixisset,
aduersis testibus creditum. Censuitque [124] Iunius Marullus consul designatus, adimen-
dam reo præturam, necandumque more maiorum. Ceteris inde assentientibus, Pætus
Mitiora Thraseas censet: Thrasea multo cum honore Cæsaris, & acerrimè increpito Antistio, *Non quidquid no-
cens reus pati mereretur, id egregio sub Principe, & nullâ necessitate obstricto senatu, statuendum
disseruit.* [125] *carnificem & laqueum pridem abolita: & esse pœnas legibus constitutas, quibus
sine iudicum sæuitiâ & temporum infamiâ, supplicia decernerentur. Quin insulâ publicatis bonis,
quo longiùs sontem vitam traxisset,* [126] *eo priuatim miserior, & publicæ clementiæ maximum
Cap.49. exemplum futurum.* Libertas Thraseæ [127] silentium aliorum rupit. Et postquam discessi-
onem consul permiserat, pedibus in sententiam eius iere, paucis exemtis: in quibus
Et obtinet. adulatione promtissimus fuit A. Vitellius, optimum quemque iurgio lacessens, & respon-
Tamen ad Cæsarem refertur: denti reticens, vt pauida ingenia solent. At consules perficere senatus decretum non au-
si, de consensu scripsere Cæsari. Ille inter pudorem & iram contatus, postremò rescripsit, C
Ille ambiguè & iracundè respondet. *nullâ iniuriâ prouocatum Antistium grauissimas in Principem contumelias dixisse. earum vltio-
nem à patribus postulatam. Et pro magnitudine delicti pœnam statui par fuisse: ceterùm se, qui seue-
ritatem decernentium impediturus fuerit, moderationem non prohibere. Statuerent vt vellent,*
[128] *data*

120. PRÆBITVMQVE OLEVM.] *Si oleum populo tantùm præbitum, nihil nouum aut Græcanicum: præbuit antè P. Scipio, quem Aedilem dedisse congium olei in vicos singulos Liuio credo lib.* XXV. *Dedit & C. Cæsar post victoriam Africanam.* Τόν τε δῆμον, *inquit Dio*, λαμπρῶς εἱστίασε, καὶ σῖτον ἔξω τῶ τεταγμένω καὶ ἔλαιον προσέδωκεν. *Etiam M. Agrippa in Aedilitate oleum & salem, vt auctor idem Dio* XLIX. *Sed nemo eorum ad gymnasium, quod hîc Nero. Plinius:* Vsum olei ad luxuriam vertêre Græci, in gymnasijs publicando. *Adde Sueton. cap.* XII.

121. P. MARIO, L. ASINIO COSS.] *Nomen huius primi consulis corruptè legas in vetustâ Persij vitâ nuper cum Iuuenalis Scholiaste editâ.* Decessit Persius VIII. Kalend. Decemb. Rubrio Mario, Asinio Gallo COSS. *Scribe*, Publio Mario, *cui cognomen fuit, Celsus.*

122. QVEM IN TRIBVNATV LICENTER EGISSE MEMORAVI.] *Libro* XIII.

123. INTERCESSIONE TRIBVNICIA.] *Intercessione ipsius Cæsaris: qui ita clementiæ gloriam pararet.*

124. IVNIVS MARVLLVS CONSVL DESIGNATVS.] *Inter suffectos non dubiè Consules. Sed in hunc ipsum annum, Annæum Senecam & Trebellium Maximum coss. referunt viri docti in opere Fastorum: & loca sunt, quæ annuunt. Ausonius tamen in Panegyrico, Senecæ consulatum apertè detrahit:* Dives Seneca, nec tamen consul, arguetur rectiùs quàm prædicabitur non erudijsse indolem Neronis, sed armasse sæuitiam. *quo loco video esse qui negationem subtrahant, legantq;:* Dives Seneca, tamen Consul.

125. CARNIFICEM ET LAQVEVM.] *Respondent illi decreto,* more maiorum necandum. *Ex quo clarè discis, quid punire Tacito, more maiorum.* D

126. EO PRIVATIM MISERIOR.] *Lego:* eò priuatim miseriorem: *& sermonis textus ita postulat.*

127. SILENTIVM ALIORVM.] *Vett.* seruitium. *At velim consideres satin' sana hæc tota narratio sit. Anteà prædixit,* Tum primùm reuocata ea lex credebatur, quæ haut perinde exitium Antistio, quàm Imperatori gloriam quæsiuit, vt condemnatus à Senatu, intercessione Tribuniciâ morti eximeretur. *Quid? condemnatúsne Antistius à Senatu? Contrà video. in insulam seponitur. Idem intercessione Cæsaris morti eximitur? Falsum, nec quidquam in totâ re quod Neroni Clementiæ gloriam; sæuitiæ potiùs inuidiam parere posit. Ego sanè æstuo: nec cuneum reperio huic nodo. Nisi placet cum Iosiâ*

Mercero

A [128] *datâ etiam absoluendi licentiâ.* His atque talibus recitatis, & offensione manifestâ, non ideò aut consules mutauere relationem, aut Thrasea decessit sententiâ, ceteríve quæ probauerant deseruere: pars ne Principem obiecisse inuidiæ viderentur, plures numero tuti, Thrasea suetâ firmitudine animi, & ne gloria intercideret. Haut dispari crimine [129] Fabricius Veiento conflictatus est, quòd multa & probrosa in patres & sacerdotes composuisset, ijs libris quibus [130] nomen codicillorum dederat. Adijciebat Talius Geminus accusator, venditata ab eo munera Principis, & adipiscendorum honorum ius. quæ caussa Neroni fuit suscipiendi iudicij. Conuictumque Veientonem Italiâ depulit, & libros exuri iussit, conquisitos lectitatosque donec cum periculo parabantur: mox licentia habendi, obliuionem attulit. Sed grauescentibus in dies publicis malis, subsidia minuebantur. Concessitque vitâ Burrhus, incertum valetudine an veneno. Valetudo ex eo coniectabatur, quòd in se tumescentibus paulatim faucibus & impedito meatu, spiritum finiebat. Plures iussu Neronis, quasi remedium adhiberetur, illitum palatum
B noxio medicamine asseuerabant: & Burrhum intellecto scelere, cùm ad visendum Princeps venisset, aspectum eius auersatum, sciscitantique hactenus respondisse, *Ego me benè habeo.* Ciuitati grande desiderium eius mansit per memoriam virtutis, & successorum alterius segnem innocentiam, alterius flagrantissima flagitia & adulteria. Quippe Cæsar duos prætorijs cohortibus imposuerat: Fenium Rufum ex vulgi fauore, quia rem frumentariam sine quæstu tractabat: [131] Sofonium Tigellinum, veterem impudicitiam atque infamiam in eo secutus, [132] ac quæ illi pro cognatis moribus fuere. Validior Tigellinus in animo Principis, [133] ex intimis libidinibus assumtus. Prosperâ populi & militum

Cap. 50. *Veiento simili crimine vocatus in discrimen.*

Is Italiâ pulsus.

Cap. 51. *Burrhus obijt, alterum rei Rom. fulcrum.*

Cum suspicione Cæsariani veneni.

Duo Præfecti prætorio: Fenius Rufus:

Et Tigellinus.

Mercero elegantissimo iuuenum legi, quâ haud perinde. *vt ad accusatorem referas, non ad legem. qui non tam exitium eo facto quærebat, quàm gloriam*
C *Principi. Sed hominis consilium Thraseæ sententia subuertit.*

128. DATA ETIAM ABSOLVENDI.] *Melius è priscis,* datam etiam absolutionem.

129. FABRICIVS VEIENTO.] *Puto illum esse, qui A. Fabricius Dioni dicitur: quiq; Prætor, canes Circensibus ad currus adiunxit pro equis.*

130. NOMEN CODICILLORVM DEDERAT.] *Noto fuisse morem, vti in testamentis conuitia quædam & probra liberiùs scriberent: quæ ante Augustum inobseruata & permissa. Scilicet quia supremis illis tabulis & voci, danda videbatur aliqua libertas. Frenum injicere Senatus voluerat; sed ille idem princeps, vt Suetonius ait,* de inhibendâ testamentorum licentiâ ne Senatus quidquam constitueret, intercessit. *Ea enim Germana lectio, germana mens eius loci: non vt vir doctus substituit,* scommatorum. *Exempla in Tacito passim, de ijs qui supremis*
D *tabulis multa atrocia in Macronem, in Tiberium, aliosq; potentes composuerint. Hoc exemplo ergo maledicentiæ suæ cauens Veiento, inscripsit opicos & oscos eos libros Codicillos.*

131. SOFONIVM TIGELLINVM.] *Tigellinum libri appellant, & Græci, quibus semper* Τιγελλῖνος. *Sophronium corruptè epitoma Dionis: Ofonium Tacit. 1. Histor. Quod ait de vetere infamiâ, intellegit credo stuprum eius cum Agrippinâ matre Neronis: quâ caussâ à Caio in exsilium pulsus. Dio,* ἐν τούτοις δὲ τότε φεύγουσι, καὶ ὁ Τιγελλῖνος ὁ Σωφόνιος ὡς καὶ Ἀγριππίνῃ μεμοιχευκὼς ἐξέπεσεν. *Mentio clara hominis, imò breuis vitæ descriptio, in Scholiaste veteri Iuuenalis, ad versum,* Pone Tigellinum. C. Fulcinius (*corrigendum,* C. Ofonius) Tigellinus, patre Agrigentino, Scylaceum relegatus iuuenis, egens, verùm admodum pulcher, in concubinatum à Bincio & Lucio Domitio maritis Agrippinæ & Fuluiæ sororum Cæsaris, atque in vtriusque vxoribus suspectus, ob hoc vrbe summotus *Plura illîc vide, sed hæc corrige:* à Vinicio & Lucio. *itemq;*: Agrippinæ & Liuiæ, sororum C. Cæsaris. *Nihil certius. Nam M. Vinicius Liuiam Germanici filiam vxorem habuit, & L. Domitius Agrippinam. Tacitus lib.* VI. *Idem Tigellini nomen corruptum odoror in Egesippi lib.* IV.. *cap.* XX. *vbi de Nerone.* Et ideò, *inquit,* nequissimis se Nymphidio & Gemellino præcipuè credendum putauit. *Gemellinum hunc nusquam reperias, & suppone fidenter* Tigellino. *Adprobat, quod ipse subdit desertum Neronem ab vtroque: quod historiæ, & nominatim de Tigellino Tacitus, prodiderunt.*

132. AC QVÆ ILLI PRO COGNATIS MORIBVS.] *Non displicet Farnesiana scriptura,* Atque illi procognitis moribus fuère. *id est, præscitum anteà, qui mores vtriusque. Vatic. refert.* progenitis moribus. *tentabam,* pro gentis maioribus. *quasi commendatione vitiorum pro natalibus vsus. Humilitatem quidem generis eius notat idem Tacitus* I. *Historiar.* Sophonius Tigellinus obscuris parentibus, fœdâ pueritiâ. *Fortè & sic leg.* vt qui illi pro geminis moribus faueret. *Geminum, simile. Emeritus ergo Tigellinus fauorem Neronis similitudinem morum vitiorumq;. Sed ne dissimulem, Farnesiana lectio firmari omnino à Victore videtur, phrasim hanc æmulante, imò sumente à Tacito, in Othone:* Qui potentiâ dies ferè quinque & octoginta, præcognitis moribus, potitus, postquam à Vitellio pulsus est, mortem sibi conscíuit. *Atque ita Victor: tamen ingeniosus Mercerus diuisim illa Farnesiani codicis legebat:* illi pro cognitis: *tales, quales iamante noti.*

133. EX INTIMIS LIBIDINIBVS.] *Vatic.* in intimis. *esset, ad intimas libidines electus.*

Cap. 52. *Senecæ auctoritas labascit.*

In eum crimina.

latum famâ Rufus, quod apud Neronem aduersum experiebatur. Mors Burrhi infregit A Senecæ potentiam, quia nec bonis artibus idem virium erat, altero velut duce amoto, & Nero ad deteriores inclinabat. Hi varijs criminationibus Senecam adoriuntur, *tamquam ingentes & priuatum modum euectas opes adhuc augeret, quodque studia ciuium in se verteret, hortorum quoque amœnitate & villarum magnificentiâ quasi Principem supergrederetur. Obijciebant etiam eloquentiæ laudem vni sibi adsciscere, & [134] carmina crebriùs factitare postquam Neroni amor eorum venisset. Nam oblectamentis Principis palàm iniquum, detractare vim eius equos regentis, alludere* voces quoties caneret. Quem ad finem nihil in Rep. clarum fore, quod non ab illo reperiri credatur? Certè finitam Neronis pueritiam, & robur iuuentæ adesse. exueret magistrum, satis amplis doctoribus instructus, maioribus suis.* At Seneca criminantium non

Cap. 53. *Ipse cautè pariter & animosè se defendit.*

ignarus, prodentibus ijs quibus aliqua honesti cura, & familiaritatem eius magis aspernante Cæsare, tempus sermoni orat: & accepto, ita incipit. *Quartus decimus annus est Cæsar, ex quo spei tuæ admotus sum, octauus vt imperium obtines. Medio temporis tantum honorum atque opum in me cumulasti, vt nihil felicitati meæ desit, nisi moderatio eius. Vtar magnis exemplis, B nec meæ fortunæ, sed tuæ. [135] Atauus tuus Augustus, M. Agrippæ Mitylenense secretum, C. Mæcenati vrbe in ipsâ, velut peregrinum otium permisit: quorum alter bellorum socius, alter Romæ pluribus laboribus iactatus, ampla quidem, sed pro ingentibus meritis præmia acceperant. Ego quid aliud munificentiæ adhibere potui, quàm studia, vt sic dixerim, in vmbrâ educata? è quibus claritudo venit, quòd iuuentæ tuæ rudimentis affuisse videor, grande huius rei pretium. at tu gratiam immensam, innumeram pecuniam dedisti; adeò vt plerumque intra meipsum voluam, Egóne equestri & prouinciali loco ortus, proceribus ciuitatis annumeror? Inter nobiles & longa decora præferentes, nouitas mea enituit? Vbi est animus ille modicis contentus? Tales [136] hortos instruit &*

Cap. 54.

per hæc suburbana incedit, & tantis agrorum spatijs, tam lato fenore exuberat? Vna defensio occurrit, quòd muneribus tuis obniti non debui. Sed vterque mensuram impleuimus, & tu quantum Princeps tribuere amico posset, & ego quantum amicus à Principe accipere. Cetera inuidiam augent. quæ quidem, vt omnia mortalia, infra tuam magnitudinem iacet: sed mihi incumbit. mihi subueniendum est. [137] Quo modo in militiâ aut viâ fessus admiculum orarem: ita in hoc C itinere vitæ, senex, & leuissimis quoque curis impar, cùm opes meas vltrà sustinere non possim, præsidium peto. Iube eas per procuratores tuos administrari; in tuam fortunam recipi. Nec me in paupertatem ipse detrudam, sed traditis quorum fulgore perstringor, quod temporis hortorum aut villarum curæ seponitur, in animum reuocabo. Superest tibi robur, & tot per annos nixum fastigij regimen: [138] possumus seniores amici, quietè respondere. Hoc quoque in tuam gloriam cedet, eos ad summa vexisse, qui & modica tolerarent. Ad quæ Nero sic fermè respondit. *Quòd me-*

Cap. 55. *Nero subdolè respondet.*

*ditatæ orationi tuæ statim occurram, id primum tui muneris habeo, qui me non tantùm præuisa, sed subita expedire docuisti. [139] Auus meus Augustus Agrippæ & Mæcenati vsurpare otium post labores concessit; sed in eâ * ipsâ ætate, cuius auctoritas tueretur, quidquid illud & qualecumque tribuisset. attamen neutrum datis à se præmijs exuit. Bello & periculis meruerant. In his enim iuuenta Augusti versata est. Nec mihi tela & manus tuæ defuissent, in armis agenti. Sed quod præsens conditio poscebat, ratione, consilio, præceptis pueritiam, dein iuuentam meam fouisti.*

* ipse

Ah, nimis hoc verè.

Et tua quidem erga me munera, dum vita suppetet, æterna erunt. Quæ à me habes, horti & fenus, & villæ, D

134. CARMINA CREBRIVS FACTITARE.] *Tragœdiásne, quæ eius nomine feruntur? Non opinor, & alibi videro.*

135. ATAVVS TVVS AVGVSTVS.] *Imò* abauus.

136. HORTOS INSTRVIT.] *Vides hîc opes Senecæ in villis, agris, pecuniâ. Sed quid est,* instruit? *referri ad statuas, tabulas, aliumq; ornatum potest: etsi Flor. codex* exstruit: *quod ad ædificia ibi superba & noua.*

137. QVO MODO IN MILITIA.] *Intellegit Optiones, qui adiutores Centurionibus dati. Festum corrigo,* Optio qui nunc dicitur, anteà appellabatur accensus. Is adiutor dabatur centurioni à Tribuno militum, qui ex eo tempore, quem velint, centurionibus permissum est optare, & nomen ex facto sortitus est. *legoq;*, à tribuno, militemque ex eo tempore.

138. POSSVMVS SENIORES AMICI.] *Non vsquequaque placet. Vatic.* quietem, *præfert. Fortean,* possumus seniores amici quietem iure spondere. *Fuit cùm inculcatam vocem è sequenti lineâ putarem, legeremq; reiectâ,* poscimus seniores amici quietem. *Quid si,* quietem respondere? *Apuleius phraseos huius approbator. Apol.* 11. Hascine gratias bonus filius matri respondes?

139. AVVS MEVS AVGVSTVS.] *Legam vt suprà,* abauus.

140. CLAV-

A *& villæ, casibus obnoxia sunt: ac licet multa videantur, plerique haut quaquam artibus tuis pares, plura tenuerunt. Pudet referre libertinos, qui ditiores spectantur. Vnde etiam rubori mihi est, quod præcipuus caritate, nondum omnes fortunâ antecellis. Verùm & tibi valida ætas, rebusque & fructui rerum sufficiens, & nos prima imperij spatia ingredimur: nisi fortè aut te Vitellio ter consuli, aut me* [140] *Claudio præponis. Sed quantum* [141] *Volusio longa parcimonia quæsiuit, tantum in te mea liberalitas explere non potest. Quin si quâ in parte lubricum adolescentiæ nostræ declinat, reuocas,* [142] *inornatumque robur subsidio impensiùs regis. Non tua moderatio, si reddideris peccuniam, nec quies, si reliqueris Principem; sed mea auaritia, meæ crudelitatis metus in ore omnium versabitur. Quòd si maximè continentia tua laudetur, non tamen sapienti viro decorum fuerit, vnde amico infamiam* parat, inde gloriam sibi recipere.* His adijcit complexum & oscula, [143] factus naturâ & consuetudine exercitus velare odium fallacibus blanditijs. Seneca (qui finis omnium [144] cum dominante sermonum) grates agit: sed instituta prioris potentiæ commutat: prohibet cœtus salutantium: vitat comitantes: rarus per vrbem, quasi

B valetudine infensâ, aut sapientiæ studijs domi attineretur. Perculso Senecâ, promtum fuit Rufum Fenium imminuere, Agrippinæ amicitiam in eo criminantibus. Validiorque in dies Tigellinus; & malas artes, quibus solis pollebat, gratiores ratus si Principem societate scelerum obstringeret, metus eius rimatur. Compertoque Plautum & Syllam maximè timeri, Plautum in Asiam, Syllam in Galliam Narbonensem nuper amotos: nobilitatem eorum, & propinquos huic Orientis, illi Germaniæ exercitus commemorat. *Non se, vt Burrhum, diuersas spes, sed solam incolumitatem Neronis spectare. cui caueri vtcumque ab vrbanis insidijs* [145] *præsentiâ; longinquos motus quónam modo comprimi posse? Erectas Gallias ad nomen dictatorium,* [146] *nec minus suspectos Asiæ populos, claritudine aui Drusi.* [147] *Syllam inopem, vnde præcipuam audaciam; & simulatorem segnitiæ, dum temeritati locum reperiret. Plautum magnis opibus, ne fingere quidem cupidinem otij, sed veterum Romanorum imitamenta præferre; assumtâ etiam Stoicorum arrogantiâ, sectaque, quæ turbidos, & negotiorum appetentes faciat.* Nec vltrà mora. Sylla, sexto die peruectis Massiliam percussoribus, an-

C te metum & rumorem interficitur, cùm epulandi caussâ discumberet. Relatum caput eius illusit Nero, tamquam præmaturâ canitie deforme. Plauto parari necem, non perinde occultum fuit, quia pluribus salus eius curabatur, & spatium itineris ac maris tempusque interiectum mouerat famam: vulgoque fingebant, petitum ab eo Corbulonem, tum magnis exercitibus præsidentem, si clari atque insontes interficerentur, præcipuum ad pericula. quin & Asiam fauore iuuenis arma accepisse, nec milites ad scelus missos aut numero validos, aut animo promtos, postquam iussa efficere nequiuerint, ad spes nouas transisse vnà. [148] Hæc in ore famæ, credentium otio agebantur. Ceterùm libertus Plauti, celeritate ventorum præuenit centurionem, & mandata L. Antistij soceri attulit:

Cap. 56.

* paret, *Senecam comiter dimittit. At ille vana rerum exuti, & quietem serio spectat.*

Cap. 57.

Tigellinus increscit. Plautum & Syllam criminatur.

Propudium hominis, etiam Stoicos. Sulla occisus.

Cap. 58.

Parant & Plautum: De quo vana quadam sparsa.

140. CLAVDIO PRÆPONIS.] *Siquid video, aut negatione insitâ scribend.* non præponis: *aut mutandum in* postponis. *Certè & Nero iudicio ante Claudium: & Seneca omni re ante Vitellium.*

D 141. VOLVSIO LONGA PARCIMONIA.] *Dixi suprà: addo hoc nomen in Vatic. constanter semper scribi,* Volusino. *Porrò de diuitijs Volusiorum Silij egregius locus est, huc alludentis lib.* V.

Occumbis generose Volux. nec clausa repostis
Pondera thesauris, patrio nec regia quondam
Præfulgens ebore & possessa mapalia soli
Profuerint.

142. INORNATVMQVE ROBVR.] *Inornati vox displicet, cùm sequantur verba parum illi congrua. Malim,* inordinatumque. *id est, incompositum ætatis huius robur. Nec displicet sanè Faërni,* innatumque robur.

143. FACTVS NATVRA.] *Libri ita. Vulgò,* facetus.

144. CVM DOMINANTE SERMONVM.] *Quibusdam abest vox,* sermonum: *nec ego requiram.*

145. PRÆSENTIA; LONGINQVOS] *Florentino est,* præsentiora: *ex quo alij,* præsentiore, *ego,* præsenti operâ, *vellem, si tamen vulgata mutanda.*

146. NEC MINVS SVSPECTOS.] *Scribo,* suspensos.

147. SYLLAM, SIMVLATOREM SEGNITIÆ.] *Sæpè sic euenit, vt qui maximè ambitiosi, occultent. Pulchrè & ad Taciti lucem Seneca in Oedipo:*

Certissima est regnare cupienti via,
Laudare modica, & otium ac somnum loqui.
Ab inquieto sæpe laudatur quies.

Eiusdem sententiæ illud Nostri est: cuius disparem mitioremque naturam contrà interpretabatur. *lib.* IV. *Histor. in extremo.*

148. HÆC IN ORE FAMÆ.] *Modius noster in Nouo-antiquis legit,* more famæ. *&,* augebantur. *acutè. Ita* IV. *Hist.* More famæ in maius innotuêre.

Et sanè socer ad audiendum aliquid excitabat:

tulit: *effugeret segnem mortem,* [149] *otium, suffugium, & magni nominis miserationem. reperturum bonos, consociaturum audaces. nullum interim subsidium aspernandum. si sexaginta milites (tot enim adueniebant) propulsset; dum refertur nuntius Neroni, dum manus alia permeat, multa secutura, quæ ad vsque bellum eualescerent. denique aut salutem tali consilio quæri, aut nihil grauius audenti quàm ignauo patiendum esse.* Sed Plautum ea non mouêre. siue nullam opem prouidebat inermis atque exsul; seu tædio ambiguæ spei; an amore coniugis, & liberorum, quibus placabiliorem fore Principem rebatur, nullâ sollicitudine turbatum. Sunt qui alios à socero nuntios venisse ferant, tamquam nihil atrox immineret, doctoresque sapientiæ, [150] Cœranum Græci, Musonium Thusci generis, constantiam opperiendæ mortis, pro incertâ & trepidâ vitâ suasisse. Repertus est certè per medium diei nudus, exercitando corpori. Talem eum centurio trucidauit, coram Pelagone Spadone, quem Nero centurioni & manipulo quasi satellitibus ministrum regium præposuerat. [151] Caput interfecti relatum. cuius aspectu, ipsa Principis verba referam: *Quin*, inquit, *Nero depositò metu nuptias Poppææ ob eiusmodi terrores dilatas maturare paras, Octauiamque coniugem amoliri, quamuis modestè agat, & nomine patris, & studijs populi grauem?* Sed ad senatum litteras misit, de cæde Syllæ Plautique haut confessus. verùm vtriusque turbidum ingenium esse, & sibi incolumitatem Reip. magnâ curâ haberi. Decretæ eo nomine supplicationes, vtque Sylla & Plautus senatu mouerentur, grauioribus tamen ludibrijs quàm malis. Igitur accepto patrum consulto, postquam cuncta scelerum pro egregijs accipi videt, exturbat Octauiam, sterilem dictans. Exin Poppæa coniungitur. Ea diu pellex, & adulteri Neronis, mox mariti potens, quemdam ex ministris Octauiæ impulit, seruilem ei amorem obijcere. destinaturque reus cognomento Eucerus, natione Alexandrinus, [152] canere tibijs doctus. Actæ ob id de ancillis quæstiones, & vi tormentorum victis quibusdam, vt falsa annuerent, plures perstitere sanctitatem dominæ tueri. [153] Ex quibus vna instanti Tigellino, castiora esse muliebria Octauiæ respondit, quàm os eius. Mouetur tamen primò [154] ciuilis dissidij specie: domumque Burrhi, & prædia Plauti, infausta dona accipit. Mox in Campaniam pulsa est, additâ militari custodiâ. Inde crebri questus, nec occulti per vulgum, cui minor sapientia, & ex mediocritate fortunæ, pauciora pericula sunt. [155] His haut quaquam Nero pœnitentiâ flagitij coniugem reuocauit Octauiam. Exin læti Capitolium scandunt, deosque tandem venerantur. Effigies Poppææ proruunt. Octauiæ imagines gestant humeris, [156] spargunt floribus, foroque ac templis statuunt. Itur etiam in Principis laudes, repetitum * venerantium. Iamque & pala-

Et excipit.

Nero de vtroque ad Senatum scribit, tectè.

Illi approbant.

Cap. 60.

Octauia exturbatur, inductâ Poppæâ.

Seruile adulterium illi obijcitur.

Constantia & confidentia ancillæ.

Octauia reuocatur motu populi.

Cap. 61.

149. OTIVM, SVFFVGIVM.] *Suspecta.*

150. COERANVM GRÆCI, MVSONIVM, THVSCI.] *Cæranus mihi irrepertus. nisi quòd Plinius Indice libri* II. *inter auctores quos delibitauit, recenset.* Ceranum. *In Senecæ epistolâ* LXVI. *valdè celebratur huius ævi* Claranus *quidam Philosophus. numquid ibi* Cœranus? *aut magis, in Tacito* Claranus? *Sed Musonius notior, qui Vulsinijs in Etruriâ natus,* equestris ordinis, *studium philosophiæ & placita Stoicorum æmulatus est, ait noster lib.* III. *Hist. Nomina illi, C. Musonius Rufus, vti ex Tacito & Plinio colliges lib.* III. *epistolar. Superuixit ad imperium Vespasiani: vt iure culpes Suidam, interfectum eum à Nerone, bis adfirmantem. Vide eum in voce,* Μυσούνιος, *&* Κορνῆτος. *Melius verius q. Philostratus lib.* VII. *qui Musonium Tyrrhenum in Gyaron insulam proiectum à Nerone scripsit. Vnde redijt, cùm ille abijsset.*

151. CAPVT INTERFECTI RELATVM.] *Non ergo idem hic ille Plautus, cuius necem Suetonius rettulit cap.* XXXV. *Non herclè idem. multa obstant. Primùm ille inter pueros, aut certè ætate inferior quàm Nero: (stupro enim ante mortem illi cognitus.) At iste grandior. Ille Romæ fuisse debuit, cùm cæsus est: in Asiâ iste. Ille viuâ Agrippinâ; hic mortuâ pridem interfectus. Itaque illum cum libris aliquot verius est, A. Plautium vocari: filium fortasse eius qui de Britannis triumphauit. Cum nostro isto si confundis (quod faciunt plures:) quomodo vel hac parte Tacitum cum Suetonio iunges, qui diuersissima Neronis verba depromunt? Dio an de hoc Plauto locutus sit nescio:* Τόν γε ἐν Πλαύτου (*scribo* Πλαυτου) ἀποκτείνας, ἔπειτα τῇ κεφαλῇ αὐτὸς προσενεχθεῖσαν οἱ ἰδὼν. Οὐκ ἤδειν, ἔφη, ὅτι μεγάλω ῥίνα εἶχεν. *Nam & ea verba diuersa ab istis. Quis tamen neget, quin & hæc potuerit adiungere?*

152. CANERE TIBIIS DOCTVS.] *Flor.* canere per tibias. *An fortè,* canere pares tibias?

153. EX QVIBVS VNA.] *Nomen liberrimæ ancillæ, Pythias, ex Dione.*

154. CIVILIS DISSIDII SPECIE.] *Id est, diuortij.*

155. HIS HAVT QVAQVAM NERO.] *Mutila, fracta: & in quibus restituendis, sine libris frustrà allaborem. In eâdem noxâ, sequentia. In Agricolæ tamen codice notatum:* His motus Nero, an pœnitentiâ flagitij. *sed ingenio, vt opinor, duce.*

156. SPARGVNT FLORIBVS.] *Sparsio illa florum*

A palatium multitudine & clamoribus complebant, cùm emissi militum globi verberibus & intento ferro turbatos disiecêre. Mutataque quæ per seditionem verterant, & Poppææ honos repositus est. Quæ semper odio, tum & metu atrox, ne aut vulgi acrior vis ingrueret, aut Nero inclinatione populi mutaretur, prouoluta genibus eius: *Non eò loci res suas agi, vt de matrimonio certet (quamquam id sibi vitâ potiùs) sed vitam ipsam in extremum adductam à clientelis & seruitijs Octauiæ, quæ plebis sibi nomen indiderint, ea in pace ausis quæ vix bello euenirent. Arma illa aduersus Principem sumta. ducem tantùm defuisse, qui motis rebus facilè reperiretur. Omitteret modò Campaniam & in vrbem ipsam pergeret, ad cuius nutum absentis tumultus cierentur. Quod alioquin suum delictum? quam cuiusquam offensionem? An quia veram progeniem penatibus Cæsaris datura sit, malle populum Romanum tibicinis Ægyptij subolem Imperatorio fastigio induci? Denique si id rebus conducat, libens quàm coactus acciret dominam, vel consuleret securitati iustâ vltione. Et modicis remedijs, primos motus consedisse.* [157] *at si desperent vxorem Neronis fore Octauiam, illi maritum daturos.* Varius sermo, & ad metum atque iram accommodatus, terruit simul audientem & accendit. Sed parum valebat suspicio in seruo, & [158] quæstionibus ancillarum eluserat. Ergo confessionem alicuius quæri placet, cui rerum quoque nouarum crimen affingeretur. Et visus idoneus maternæ necis patrator Anicetus, classi apud Misenum, vt memoraui, præfectus, leui post admissum scelus gratiâ, dein grauiore odio: quia grauiorum facinorum ministri quasi exprobrantes aspiciuntur. Igitur accitum eum Cæsar operæ prioris admonet. Solum incolumitati Principis aduersus insidiantem matrem subuenisse: locum haut minoris gratiæ instare, si coniugem infensam depelleret. Nec manu aut telo opus. Fateretur Octauiæ adulterium. Occulta quidem ad præsens, sed magna ei præmia, & secessus amœnos promittit: vel si negauisset, necem intentat. Ille insitâ vecordiâ, & facilitate priorum flagitiorum, plura etiam quàm iussum erat, fingit, fateturque apud amicos, quos velut consilio adhibuerat Princeps. Tum in Sardiniam pellitur, vbi non inops exsilium tolerauit, & fato obijt. At Nero præfectum spe sociandæ classis corruptum, & incusatæ paulo antè sterilitatis oblitus, abactos partus conscientiâ libidinum, eaque sibi comperta [159] dicto memorat. [160] Insulaque Pandatariâ Octauiam claudit. Non alia exsul visentium oculos maiore misericordiâ affecit. Meminerant adhuc quidam Agrippinæ à Tiberio, recentior Iuliæ memoria obuersabatur à Claudio pulsæ. Sed illis robur ætatis affuerat. Læta aliqua viderant, & præsentem sæuitiam melioris olim fortunæ recordatione leuabant. Huic * primùm nuptiarum dies loco funeris fuit, deductæ in domum, in quâ nihil nisi luctuosum haberet, erepto per venenum patre, & statim fratre. Tum ancilla dominâ validior. Et Poppæa non nisi in perniciem vxoris nupta. Postremò crimen omni exitio grauius. Ac puella vicesimo ætatis anno, inter centuriones & milites, præsagio malorum iam à vitâ exemta, nondum tamen morte acquiescebat. Paucis

Poppæa sibi metuit: Neronem acri oratione exstimulat.

Cap. 62.

Alia machina in Octauiam.

Aniceto administro.

Qui fatetur adulterium.

Cap. 63.

Octauia insulâ clausa: Magnâ miseratione populi.

* primus

Cap. 64.

B

C

rum recepta in eos, quos honore honestos volebant, quosq; beniuolentiâ prosequebantur. Liu. lib. XXXIII.

D Omnes tendere ad Imperatorem Romanum, vt ruente turbâ in vnum, adire, contingere dextram cupientium, coronas lemniscosque iacientium, haud procul periculo fuerit. *Capitolinus in M. Antonino:* In Saliatu omen accepit imperij, coronis omnibus in puluinar ex more iacentibus, aliæ alijs locis hæserunt, huius velut manu capiti Martis aptata est. *vbi rectè scripseris*, coronas, *&*, iacentibus. *Ouidius de Germanico triumphante:*

Quaque ibis manibus circumplaudêre tuorum:
Vndique iactato flore tegente vias.

Herodianus lib. I. *de Commodi aduentu in vrbem:* Τοιοῦτον δὲ θεασάμενοι τὸν βασιλέα οἱ Ῥωμαῖοι εὐφημίαις τε παντοδαπαῖς καὶ στεφάνων καὶ ἀνθέων βολαῖς ὑπεδέχοντο. *Virgil.*

Purpureos spargam flores, animamque nepotis
His saltem accumulem donis.

157. AT SI DESPERENT.] *Si integra, lego.* An si desperent? *interrogandi notâ.*

158. QVÆSTIONIBVS ANCILLARVM ELVSERAT.] *Iacobo Lectio erudito iuueni adsentior scribenti*; elusa erat.

159. DICTO MEMORAT.] *Legendum hîc*, edicto memorat, *idem Lectius, quem nominaui, docuit me verè. Nam principes per edicta populum adfabantur. vt notum.*

160. INSVLAQVE PANDATARIA.] *Quid ergo in mentem illi poëtæ ignobili venit (non enim Senecæ: cùm certis argumentis post mortem eius scripta ea Tragœdia sit) qui relegare Octauiam in Aegyptum videtur.*

——date vela fretis
Ventisque, petat puppis rector
Tandem Phariæ litora terræ.

Nisi si hoc vult, Alexandrinâ dumtaxat naui auectam

Denique ad mortem acta.

cis dehinc interiectis diebus, mori iubetur: cùm iam viduam se & tantùm sororem te- A
staretur, [161] communeque Germanici, & postremò Agrippinæ nomen cieret. quâ inco-
lumi infelix quidem matrimonium, sed sine exitio pertulisset. Restringitur vinculis,
venæque eius per omnes artus exsoluuntur; & quia pressus pauore sanguis tardiùs labe-
batur, præferuidi balnei vapore enecatur. Additurque atrocior sæuitia, quòd caput am-
Caput Poppæa oblatũ. O tempora seruilia!
putatum latumque in vrbem Poppæa vidit. Dona ob hæc templis decreta. Quod ad
eum finem memorauimus, vt quicumque casus temporum illorum nobis vel alijs au-
ctoribus noscent, præsumtum habeant, quoties fugas & cædes iussit Princeps, toties gra-
tes deis actas; quæque rerum secundarum olim, tum publicæ cladis insignia fuisse. Ne-
que tamen silebimus, si quod senatusconsultum, adulatione nouum, aut patientiâ postre-
Cap. 65. *Nero libertos aliquot veneno tollit.*
mum fuit. Eodem anno libertorum potissimos [162] veneno interfecisse creditum est,
[163] Doryphorum quasi aduersatum nuptijs Poppææ, Pallantem quòd immensam pecu-
niam longâ senectâ detineret. Romanus secretis criminationibus incusauerat Senecam
vt C. Pisonis socium, sed validiùs à Senecâ eodem crimine perculsus est. Vnde Pisoni ti- B
mor & orta insidiarum in Neronem magna moles, sed improspera.

ctam Octauiam. Id enim contentiosus aliquis posit parum εὐλόγως dicere. aliàs reposuerim ego, Pandatariæ litora terræ.

161. COMMVNEQVE GERMANICI.] *Accipere posis, appellasse Octauiam patris nomen, qui Germanicus dictus, vti & Nero. Commune igitur vtrimque. Tamen cùm in priscis libris sit,* Communesque; *nata mihi lectio,* cùm manesque germani. *Vt fratrem appellauerit sublatum, & deinde matrem.*

162. VENENO INTERFECISSE CREDITVM EST] *Vel,* creditus est. *Vide Sueton. Nerone, cap.* XXXV.

163. DORYPHORVM.] *Est nomen siue cognomen liberti proprium. Fortasse & in hoc Xiphilini loco, in Nerone:* Δορυφόρῳ τῷ τὰ τῆς ἀρχῆς βιβλία διέποντι, πεντήκοντα ἅμα καὶ ἑξακοσίας μυριάδας δοθῆναι ἐκέλευσε: Doryphoro, qui à libellis erat, iussit dari ducentas quinquaginta Drachmarum myriadas. *Ita ego verterim, & munus nostri Doryphori eruerim: at interpres,* Prætoriano cuidam militi *fecit: qui non solent profectò à libellis aut talibus officijs esse.*

C. COR-

A

C. CORNELII TACITI
AB EXCESSV DIVI AVGVSTI
ANNALIVM LIBER XV.
BREVIARIVM LIBRI.

B *VOLOGESES Parthorum Rex Armeniam inuadit. quem Corbulo cautè & tamen fortiter repreſſit. Sed Cæſonius Pætus miſſu Neronis mox ſuperuênit, proprius Armeniæ tuendæ dux. Is imperitiâ & temeritate rem perdidit: turpi fœdere cum hoſte depactus. Corbulo ei tamen ſed ſerò ſuccurrit. Neroni filia ex Poppæâ naſcitur, non vitalis. Legati Parthorum Romam venêre, ſuper Armeniâ retinendâ. irriti remittuntur: & bellum Corbuloni permiſſum. Is Armeniam iterùm inuadit, & metu Parthis iniecto, ad colloquium ventum. Placuit arma poni, & Tiridatem diadema ſtatuæ Neronis ſubmittere, nec niſi ſponte eius reſumere. Nero Neapoli cantat in publico: Romæ luxu & libidine omnia polluit. Ipſa vrbs ardet caſu, ſiue Principis dolo. qui in ruinis eius ingentem ſibi domum exſtruxit. Chriſtiani ab eo exagitati & necati, falſo crimine incendij. Coniuratio in Neronem inita & detecta, capite eius C. Piſone. Multi interfecti inluſtrium, interque eos Seneca. Grates tamen dijs actæ, & dona decreta templis, vt rebus lætis. Geſta hæc annis paullò ampliùs tribus,*

C C. MEMMIO REGVLO. VERGINIO RVFO
C. LECANIO BASSO. M. LICINIO CRASSO COSS.
P. SILIO NERVA. C. IVLIO ATTICO VESTINO

INTEREA rex Parthorum Vologeſes, cognitis Corbulonis rebus, regemque alienigenam Tigranem Armeniæ impoſitum: ſimul, fratre Tiridate pulſo, ſpretum Arſacidarum faſtigium ire vltum volens, magnitudine rurſum Romanâ & continui fœderis reuerentiâ, diuerſas ad curas trahebatur: contator ingenio, & defectione Hircanorum gentis validæ, multiſque ex eo bellis illigatus. Atque illum ambiguum nouus inſuper nuntius contumeliæ exſtimulat: quippe egreſſus Armeniâ Tigranes, Adiabenos conterminam nationem latiùs ac diutiùs quàm per latrocinia vaſtauerat. Idque primores gentium ægrè tolerabant, eò contemtionis deſcenſum, vt ne duce quidem Romano incurſarentur, ſed temeritate obſidis, tot per annos inter mancipia habiti. Accendebat dolorem eorum Monobazus, quem penes Adiabenum regimen, quod præſidium, aut vnde peteret, rogitans. Iam de Armeniâ conceſſum, proxima trahi: & niſi defendant Parthi, leuius ſeruitium apud Romanos deditis, quàm captis eſſe. Tiridates quoque regni profugus, per ſilentium haut modicè querendo, grauior erat. Non *enim ignauiâ, magna imperia contineri: virorum armorumque faciendum certamen. Id in ſummâ fortunâ æquius, quod validius. Et ſua retinere, priuatæ domus: de alienis certare, regiam laudem eſſe.* Igitur commotus his Vologeſes concilium vocat, & proximum ſibi Tiridatem conſtituit, atque ita orditur, *Hunc ego eodem mecum patre genitum, cùm mihi per ætatem ſummo nomine conceſſiſſet, in poſſeſſionem Armeniæ deduxi, qui tertius potentiæ gradus habetur. Nam Medos Pacorus anteceperat. videbarque contra vetera fratrum odia & certamina, familiæ noſtræ penates ritè compoſuiſſe. prohibent Romani, & pacem ipſis numquam proſperè laceſſitam, nunc quoque in exitium*

Cap. 1. *Vologeſes deliberat de repetendâ Armeniâ.*

Impulit ambiguum iniuria Tigranis,

Fines Parthorum populantis.

Monobazus etiam exſtimulat:

Et Tiridates.

Cap. 2. *Peruicere. & oratione ſenſa ſua Vologeſes aperit.*

exitium ſuum abrumpunt. Non ibo infitias, æquitate quàm ſanguine, cauſsâ quàm armis retinere parta maioribus malueram. ſi contatione deliqui, virtute corrigam. Veſtra quidem vis & gloria in integro eſt, addita modeſtiæ famâ. quæ neque ſummis mortalium ſpernenda eſt, & à dijs æſtimatur. Simul diademate caput Tiridatis cuinxit, promtam equitum manum, quæ regem ex more ſectabatur, Moneſi nobili viro tradidit, adiectis Adiabenorum auxilijs: mandauitque Tigranem Armeniâ exturbari, dum ipſe poſitis aduerſus Hyrcanos diſcordijs, vires intimas, molemque belli ciet, prouincijs Romanis minitans. Quæ vbi Corbuloni certis nuntijs audita ſunt: legiones duas cum Verulano Seuero, & [1] Vectio Bolano, ſubſidium Tigrani mittit, occulto præcepto, compoſitiùs cuncta, quàm feſtinantiùs agerent. quippe bellum habere, quàm gerere malebat. Scripſeratque Cæſari, proprio duce opus eſſe, qui Armeniam defenderet: Syriam ingruente Vologeſe acriore in diſcrimine eſſe. Atque interim reliquas legiones pro ripâ Euphratis locat: tumultuariam prouincialium manum armat: hoſtiles ingreſſus præſidijs intercipit. Et quia egena aquarum regio eſt, caſtella fontibus impoſita. quoſdam riuos congeſtu arenæ abdidit. Ea dum à Corbulone tuendæ Syriæ parantur, acto raptim agmine Moneſes vt famam ſui præiret, non ideò neſcium aut incautum Tigranem offendit: qui occupauerat Tigranocerta, vrbem copiâ defenſorum & [2] magnitudine mœnium validam. Ad hæc Nicephorius amnis haut ſpernendâ latitudine partem murorum ambit. & ducta ingens foſſa, quâ fluuio diffidebatur. Inerantque milites, & prouiſi antè commeatus. quorum ſubuectu pauci auidiùs progreſſi, & repentinis hoſtibus circumuenti, irâ magis quàm metu ceteros accenderant. Sed Partho ad exſequendas obſidiones nulla cominus audacia: raris ſagittis, neque clauſos exterret & ſemet fruſtratur. Adiabeni cùm promouere ſcalas & machinamenta inciperent, facilè detruſi, mox erumpentibus noſtris cæduntur.

Diadema Armeniæ Tiridati imponit. Copias præmittit.

Cap. 3. *At Corbulo auxiliatur Tigrani.*

Præſidijs omnia firmat: In primis Syriam.

Cap. 4.

Tigranes vrbem Principem occupat.

Tentant eam fruſtrà Parthi.

Cap. 5. *Corbulo legat ad Vologeſem.*

Corbulo tamen quamuis ſecundis rebus ſuis, moderandum fortunæ ratus, miſit ad Vologeſem, qui expoſtularent vim prouinciæ illatam, ſocium amicumque regem cohortes Romanas circumſidere. [3] omitteret potiùs obſidionem, aut ſe quoque in agro hoſtili caſtra poſiturum. Caſperius Centurio in eam legationem dilectus, apud opidum Niſibin ſeptem & triginta milibus paſſuum à Tigranocertâ diſtantem adit regem, & mandata ferociter edidit. Vologeſi vetus, & penitus infixum erat arma Romana vitandi: nec præſentia proſperè fluebant. irritum obſidium, tutus manu & copijs Tigranes, fugati qui expugnationem ſumſerant, miſſæ in Armeniam legiones, & aliæ pro Syriâ paratæ vltrò irrumpere. ſibi imbecillum equitem pabuli inopiâ. nam exorta vis locuſtarum ambederat quidquid herbidum aut frondoſum. Igitur metu abſtruſo mitiora obtendens, miſſurum ad Imperatorem Romanum legatos ſuper petendâ Armeniâ & firmandâ pace reſpondet. Moneſen omittere Tigranocerta iubet, ipſe retrò concedit.

Nec ille à pace abhorret.

Moneſes reuocatur ab obſidione.

Hæc plures vt formidine regis, & Corbulonis minis patrata & magnifica extollebant. Alij occultè pepigiſſe interpretabantur, vt omiſſo vtrimque bello, & abeunte Vologeſe, Tigranes quoque Armeniâ abſcederet. *Cur enim exercitum Romanum à Tigranocertis deductum? Cur deſerta per otium, quæ bello defenderant? An melius hibernauiſſe in extremâ Cappadociâ, raptim erectis tugurijs, quàm in ſede regni modò retenti? Dilata prorſus arma, vt Vologeſes cum alio quàm cum Corbulone certaret: Corbulo meritæ tot per annos gloriæ non vltrà periculum faceret.* Nam, vt rettuli, proprium ducem tuendæ Armeniæ popoſcerat, & aduentare [4] Cæſennius Pætus audiebatur: iamque aderat, copijs ita diuiſis, vt quarta & duodecima legiones additâ quintâ, quæ recens è Mœſis excita erat, ſimul Pontica, & Galatarum Cappadocumque auxilia Pæto obedirent: tertia, & ſexta, & decima legiones, priorque Syriæ miles apud Corbulonem manerent. Cetera ex rerum vſu ſociarent, partirentúrve. Sed neque Corbulo æmuli patiens, & Pætus, cui ſatis ad gloriam erat ſi proximus haberetur, deſpiciebat geſta, nihil cædis aut prædæ, vſurpatas nominetenus vrbium expugnationes dictitans. Se tributa ac leges, & pro vmbrâ regis, Romanum ius victis impoſiturum. Sub idem tempus legati Vologeſis, quos ad Principem miſſos memoraui, reuertêre irriti: bellumque propalam ſumtum à Parthis. nec Pætus detractauit, ſed duabus legionibus, quarum quartam Famiſulanus Vectonianus eo in tempore, duode-

Cum Corbulonis inuidiâ.

Intereà Pætus aduenit cum copijs.

Ferociter loquitur.

Cap. 7. *Legati Parthici irriti Româ redeunt.*

A duodecimam Calauius Sabinus regebant, Armeniam intrat, triſti omine. Nam in tranſ- *Pætus Armeniam intrat aue infauſtâ.*
greſſu Euphratis, quem ponte tranſmittebat, nullâ palàm cauſsâ, turbatus equus qui
conſularia inſignia geſtabat, retrò euaſit. Hoſtiaque quæ muniebantur hibernaculis aſ-
ſiſtens, ſemifacta opera fugâ perrupit, ſeq; vallo extulit. & pila militum arsêre, magis in-
ſigni prodigio, quia Parthus hoſtis miſſilibus telis decertat. Ceterùm Pætus ſpretis Cap. 8.
ominibus, necdum ſatis firmatis hibernaculis, nullo rei frumentariæ prouiſu, rapit exer-
citum trans montem Taurum, reciperandis, vt ferebat, Tigranocertis, vaſtandisque regio-
nibus, quas Corbulo integras omiſiſſet. Et capta quædam caſtella, gloriæque & prædæ *Principia tamen ei ridet.*
nonnihil partum, ſi aut gloriam cum modo, aut prædam cum curâ habuiſſet. Longin-
quis itineribus percurſando quæ obtineri nequibant, corrupto qui captus erat commea-
tu, & inſtante iam hieme, reduxit exercitum. compoſuitque ad Cæſarem litteras, quaſi
confecto bello, verbis magnificas, rerum vacuas. Interim Corbulo numquam Euphra- Cap. 9.
tis ripam crebrioribus præſidijs inſedit: & ne ponti inijciendo impedimentum hoſtiles *Corbulo interea Euphrati aſſidet: Ponte eum iungit.*
B turmæ afferrent, (iam enim ſubiectis campis magnâ ſpecie volitabant) naues magnitu-
dine præſtantes, & connexas trabibus, ac turribus auctas, agit per amnem, catapultiſq;
& baliſtis proturbat Barbaros. in quos ſaxa & haſtæ longiùs permeabant, quàm vt con-
trario ſagittarum iactu adæquarentur. Dein pons continuatus, colleſque aduerſi per ſo-
cias cohortes, pòſt legionum caſtris occupantur; tantâ celeritate & oſtentatione virium,
vt Parthi omiſſo paratu inuadendæ Syriæ, ſpem omnem in Armeniam verterent. Ibi Cap. 10.
Pætus imminentium neſcius, quintam legionem procul in Ponto habebat. Reliquas *Vologeſes ad Pætum vertit.*
promiſcuis militum commeatibus infirmauerat; donec aduentare Vologeſem magno
& infenſo agmine auditum. Accitur legio duodecima, & vnde famam aucti exercitus *Hic nutat valdè & trepidat.*
ſperat, prodita infrequentia: quâ tamen retineri caſtra, & eludi Parthus tractu belli pote-
rat, ſi Pæto aut in ſuis, aut in alienis conſilijs conſtantia fuiſſet. Verùm vbi à viris mili-
taribus aduerſus vrgentes caſus firmatus erat, rurſus ne alienæ ſententiæ indigens videre-
tur, in diuerſa ac deteriora tranſibat. Et nunc relictis hibernis, non foſſam neque vallum
ſibi, ſed corpora & arma in hoſtem data clamitans, duxit legiones quaſi prælio cer-
C tatu-

COMMENTARIVS.

1. VECTIO BOLANO.] *Scribe*, Vettio, *ex lapide:* C. CALPVRNIO. PISONE M. VETTIO BOLANO. COS. *De huius Bolani bellicâ gloriâ, Statius libro* V. *Siluar. ad filium eius Criſpinum:*

——rigidi ſummam Mauortis agebat
Corbulo, ſed comitem belli ſociumque laboris
Ille quoque egregijs multum miratus in armis
Bolanum, atque illi curarum aſperrima ſuetus
Credere.——

2. MAGNITVDINE MOENIVM VALIDAM.] *Adeò, vt Appianus producat mœnia Tigranocertæ in altitudine ad quinquaginta cubitos: quæ in imo adaptata equorum ſtabulis. Vide eum in Mithridatico.*

3. OMITTERET POTIVS.] *Lego*, ociùs, *non*, potiùs.

4. CÆSENNIVS PÆTVS.] *Qui malè in Dionis eclogis, quas nuper Fuluius Vrſinus dedit,* Σέννιος *ſcribitur. Enimuerò* Κεσέννιος Πέτος *etiam in Ioſepho ſcribitur, dicturq; à Veſpaſiano miſſus ad Syriam adminiſtrandam, libro* VII. *Excidij, cap.* XXI. *An hîc ipſe, qui ſub Nerone præfuerat, etſi parum bonâ famâ? ætas haut neget.*

5. TVRBATVS EQVVS QVI.] *Mos infrequens, & inobſeruatus, de hoc equo. Geminum tamen locum habes in Plutarchi Craſſo, qui inter prodigia pariter futuræ cladis ſic narrat:* Ἵππος δὲ τῶν στρατηγικῶν ὑπηφανὴς κεκοσμημένος, βίᾳ σωρηπισθεὶς καὶ ἡνίοχον εἰς τὸ ῥεῖθρον, ὑποβρύχιος ἠφανίσθη. *id eſt:* Equus verò ex Imperatorijs inſigniter ornatus, tracto per vim rectore in flumen, ſubmerſus diſparuit. *Item Obſequens inter ea quæ Panſæ Conſuli haud læta euenerunt:* Equus phaleratus in ipſius conſpectu feſtinans concidit. *Dionyſius lib.* X. *Antiq. Rom. quâ parte de L. Quinctio agit Dictatore iam electo:* Ὡς δὲ ἐγένοντο ἐπὶ τοῖς, ἵππους τε ἅμα φαλάροις κεκοσμημένους ἐπαρεσκέσι προσῆγον, καὶ πελέκεις ἅμα ταῖς ῥάβδοις, ἐδδήτας τε ἀλουργὰς, καὶ τἄλλα βασιλείας σημεῖα οἷς πρότερον ἡ τῶν Βασιλέων ἐκεκόσμητο ἀρχὴ, προσήνεγκαν. *id eſt:* Vt paullò propior iam erat, equos ei phaleris decorè ornatos adduxerunt, & ſecures cum faſcibus, veſteſque purpureas, & alia inſignia, quibus olim regium imperium decoratum erat, obtulerunt. *Vt appareat equum vnum pluréſve cum ornatu imperatorio, & conſulari (ſi eum magiſtratum dux geſſiſſet) è publico datos: non aliud, quàm ſpecimen & notam dignitatis. Tacitus hîc conſularia inſignia ait: quia Cæſennius Pætus ille ipſe eſt qui ante annum Conſul cum Petronio Turpiliano fuerat.*

taturus. Deinde amisso centurione & paucis militibus, quos visendis hostium copijs A
Imperitè militem spargit, præmiserat, trepidus remeauit. Et quia minùs acriter Vologeses institerat, vanâ rursus fiduciâ, tria millia dilectorum proximo Tauri iugo imposuit, quò transitum regis arcerent. Alares quoque Pannonios, robur equitatus, in parte campi locat. Coniunx ac filius castello, cui Arsamosata nomen est, abditi, datâ in præsidium cohorte, ac dispersо mili-
Auxilium à Corbulone inuitus petit. te, qui in vnum habitus, vagum hostem promtiùs sustentauisset. ægrè compulsum ferunt, vt instantem Corbuloni fateretur. Nec à Corbulone properatum, quò gliscentibus periculis etiam subsidij laus augeretur. Expediri tamen itineri singula millia ex tribus

Cap. 11. legionibus, & alarios octingentos, parem numerum è cohortibus iussit. At Vologeses
Vologeses intereà vi perrumpit: Præsidia fugat, aut expugnat. quamuis obsessa à Pæto itinera hinc peditatu, inde equite accepisset, nihil mutato consilio, sed vi ac minis alares exterruit, legionarios obtriuit, vno tantùm centurione Tarquitio Crescente turrim, in quâ præsidium agitabat, defendere ausо: factaque sæpiùs eruptione, & cæsis qui Barbarorum propiùs suggrediebantur, donec ignium iactu circumueniretur. peditum si quis integer, longinqua & auia; vulnerati, castra repetiuere: virtutem B
regis, sæuitiam & copias gentium, cuncta metu extollentes, facili credulitate eorum qui eadem pauebant. Ne dux quidem obniti aduersis, sed cuncta militiæ munia deseruerat,
Patus iacet: Corbulonem intuetur & exspectat. missis iterùm ad Corbulonem precibus, veniret properè, signa & aquilas, & nomen reliquum infelicis exercitus tueretur: se fidem interim, donec vita suppediteт, retenturum.

Cap. 12. Ille interritus, & parte copiarum apud Syriam relictâ, vt munimenta Euphrati im-
Ille festinat: posita retinerentur, quâ proximum & commeatibus non egenum, regionem Comagenam, exin Cappadociam, inde Armenios petiuit. Comitabantur exercitum præter alia assueta bello, magna vis camelorum onusta frumento, vt simul hostem famemque depelleret. Primùm è perculsis [6] Pactium primipili centurionem obuium habuit, dein plerosque militum: quos diuersas fugæ causas obtendentes, redire ad signa, & clementiam Pæti experiri monebat. Se nisi victoribus immitem esse. Simul suas legiones adire,
Suos ad robur & celeritatem excitat. hortari, priorum admonere, nouam gloriam ostendere. *Non vicos aut oppida Armeniorum, sed castra Romana, duasque in ijs legiones pretium laboris peti. Si singulis manipularibus præcipua seruati ciuis corona imperatoriâ manu tribueretur, quod illud & quantum decus, vbi par eorum* [7] *numerus adipiscеretur, qui attulissent salutem, & qui accepissent?* His atque talibus in C
commune alacres, (& erant quos pericula fratrum, aut propinquorum proprijs stimulis

Cap. 13. incenderent) continuum diu noctuque iter properabant. Eoque intentiùs Vologeses
At Parthus Romanos premit & obsidet. Languidè hi se defendunt: premere obsessos, modò vallum legionum, modò castellum, quo imbellis ætas defendebatur, oppugnare, propiùs incedens, quàm mos Parthis, si eâ temeritate hostem in prælium eliceret. At illi vix contubernijs extracti, nec aliud quàm munimenta propugnabant: pars iussu ducis, & alij propriâ ignauiâ, vt Corbulonem opperientes, ac si vis ingrueret, prouisis exemplis Caudinæ ac Numantinæ cladis. Neque eandem vim Samnitibus, Italico populo, aut Pœnis Romani Imperij æmulis. Validam quoque & laudatam
Immò deditionem loquuntur & spectant. antiquitatem quoties fortuna contrà daret, saluti consuluisse. Quâ desperatione exercitus dux subactus, primas tamen litteras ad Vologesen, non supplices, sed in modum
Itaque Patus pacem petit. querentis composuit, *Quòd pro Armenijs semper Romanæ ditionis, aut subiectis regi, quem Imperator dilegisset, hostilia faceret. Pacem ex æquo vtilem. Nec præsentia tantùm spectaret. Ipsum* D
aduersus duas legiones, totis regni viribus aduenisse: at Romanis orbem terrarum reliquum, quo bellum iuuarent. Ad ea Vologeses, nihil pro causâ, sed *opperiendos sibi fratres Pacorum ac*

Cap. 14. *Tiridatem* rescripsit. *Illum locum tempusque consilio destinatum quid de Armeniâ cernerent.*
Tergiuersatur Vologeses. [8]* *Adiecisse deos dignum Arsacidarum, simul & de legionibus Romanis statuerent.* Missi pòst à Pæto nuntij, & regis colloquium petitum, qui Vasacem præfectum equitatus ire iussit.

Tum

6. PACTIVM PRIMIPILI CENTVRIONEM.] *At suprà lib.* XIII. *perfunctum eo honore ait:* Curam præsidiorum Pactio Orsito primipili honore perfuncto mandat.

7. NVMERVS ADIPISCERETVR.] *Malo, adspiceretur. etsi non ignorem Plautum, & Tacitum ipsum alibi adipiscendi verbum* παθητικὸς *esse vsos.*

8. * ADIECISSE DEOS DIGNVM.] *Locus de quo tria verba non possum hiscere.*

9. FLV-

A Tum Pætus, Lucullos, Pompeios, & ſi qui duces obtinendæ donandæve Armeniæ egerant: Vaſaces imaginem retinendi donandíve penes nos, vim penes Parthos memorat. Et multum inuicem diſceptato, Monobazus Adiabenus in diem poſterum teſtis ijs quæ pepigiſſent, adhibetur. Placuitque liberari obſidio legiones, & decedere omnem militem finibus Armeniorum, caſtellaque & commeatus Parthis tradi. Quibus perpetratis copia Vologeſi fieret, mittendi ad Neronem legatos. Interim [9] fluuio Arſameti (is caſtra præfluebat) pontem impoſuit, ſpecie ſibi illud iter experientis. Sed Parthi quaſi documentum victoriæ iuſſerant. [10] namque ijs vſui fuit. Noſtri per diuerſum iere. [11] Addidit rumor, ſub iugum miſſas legiones, & alia ex rebus infauſtis: quorum ſimulacrum ab Armenijs vſurpatum eſt. Nam & munimenta ingreſſi ſunt, antequam agmen Romanum decederet; & circumſtetere vias, captiua olim mancipia, aut iumenta agnoſcentes, abſtrahenteſque. Raptæ etiam veſtes, retenta arma, pauido milite & concedente, ne qua prælij cauſſa exiſteret. Vologeſes armis & corporibus cæſorum aggregatis, quò cladem noſtram teſtaretur, viſu fugientium legionum abſtinuit. Fama moderationis quære-
B batur, poſtquam ſuperbiam expleuerat. Flumen Arſametem elephanto inſidens, & [12] proximus quiſque regi vi equorum perrupere, quia rumor inceſſerat, pontem ceſſurum oneri, dolo fabricantium. Sed qui ingredi auſi ſunt, validum & fidum intellexere.

Tamen ad colloquium ventum:

Et ex eo, ad infamia pacta.

Ceterùm obſeſſis adeò ſuppeditauiſſe rem frumentariam conſtitit, vt horreis ignem inijcerent: [13] contraque prodiderit Corbulo Parthos inopes copiarum, & pabulo attrito, relicturos oppugnationem, neque ſe plus tridui itinere abfuiſſe. Adiecit, iureiurando Pæti [14] cautum apud ſigna, aſtantibus ijs, quos teſtificando rex miſiſſet, neminem Romanum Armeniam ingreſſurum, donec referantur litteræ Neronis, an paci annueret. Quæ vt augendæ infamiæ compoſita, ſic reliqua non in obſcuro habentur: vnâ die quadraginta millium ſpatium emenſum eſſe Pætum, deſertis paſſim ſaucijs. neque minùs deformem illam fugientium trepidationem, quàm ſi terga in acie vertiſſent. Corbulo cum ſuis copijs apud ripam Euphratis obuius, non eam ſpeciem inſignium & armorum prætulit, vt diuerſitatem exprobraret. Mæſti manipuli, ac vicem commilitonum mi-
C ſerantes, ne lacrymis quidem temperauêre. Vix præ fletu vſurpata conſalutatio. Deceſſerat certamen virtutis, & ambitio gloriæ, felicium hominum affectus: ſola miſericordia

Cap. 16.

Quibus omnia ex vberi. Et hoſtibus contrà. Infamiam Pæti Corbulo auget.

Qui occurrit cum ſuis fugienti. Milites inter ſe beneuoli.

9. FLVVIO ARSAMETI.] *Non alibi lectus nobis hic Arſametes: & omnino arbitramur falſum. Magis, quia in Dionis fragmentis (edidit haud ita pridem Fuluius Vrſinus) hic ipſe fluuius* Arſanias *dicitur. Verba Dionis*: Ἄφηκεν αὐτὸν προδιομολογησάμενος, ἵνα τὸν ποταμὸν αὐτῷ Ἀρσανίαν ζεύξωσι: Parthus dimiſit Pætum, priùs cum eo pactus vt ponte ſibi iungerent fluuium Arſaniam. *Nominat & antè,* Ῥανδείαν πρὸς τῷ Ἀρσανίᾳ ποταμῷ ἴσαν. Randeiam (*opidum, ſiue vicum, vbi Pætus obſeſſus*) ad Arſaniam fluuium ſitam. *Plinius quoque Arſaniam*
D *agnoſcit, & in Euphratem labi facit, lib.* V. *cap.* XXIV. *Sed & Plutarchus in Lucullo. Itaque corrigi prorſus velim in Tacito,* Fluuio Arſaniæ (etenim is caſtra præfl.) *litteris poſtremis in aliam voculam reformatis. Emendabis iterùm, infrà.*

10. NAMQVE IIS VSVI FVIT] *Ex Taciti conſequâ narratione iudices legendum,* Neque ijs vſui fuit. *Et firmat certè Dio, qui in hac re (vt ſæpè) velut interpres Taciti:* Ἵνα δὲ ποταμὸν Ἀρσανίαν ζεύξωσιν. Οὐχ ὅπ᾽ ἐφύλαξε δεῖτο (πεζῇ γὰρ ὠτὸν διελπλύθει) ἀλλ᾽ ἵνα ἐνδείξηται σφίσιν, ὅπ κρείττων αὐτῆς ἰῶ.

11. ADDIDIT RVMOR.] *Cui rumori Suetonius etiam fidem habet, cap.* XXXIX.

12. PROXIMVS QVISQVE REGI VI EQVORVM.] *Suſpicor de loci defectu. Nónne plerique Parthorum in equis (talis illorum militia) non ſolùm proximi regis? certè. Adde quod Dio diſertim narrat,* regem quidem elephanto, alios ſine vſu vllo pontis, vt priùs, tranſiſſe. Αὐτὸς μὲν (ὁ Βασιλεὺς) ἐπ᾽ ἐλέφαντος, οἱ δὲ ἄλλοι, ὥσπερ καὶ πρότερον, ἀνεχώρησεν. *Itaque fidenter, fortaſſe & feliciter, expleo*: & proximus quiſque regi, alij vi equorum perr. *Hac mente rex quidem in elephanto, & in ſimili belluâ eius exemplo primores tranſmiſêre, aliud vulgus in equis.*

13. CONTRAQVE PRODIDERIT CORBVLO.] *In commentarijs, opinor, aut hiſtoriâ harum rerum. Plinius certè Corbulonem inter ſcriptores cenſuit, Indice libri* V. *&* VI.

14. CAVTVM APVD SIGNA.] *Specta iuuenis. iuramenta Romanorum apud ſigna: id eſt, vti ego interpretor, apud principia. Illic enim ſigna. & pleroſque caſtrorum ſollennes actus apud principia notabis celebratos. Dabo exempla, & labore meo leuabo tuum. Ius in principijs dictum. Liuius l.* XXVIII. Tribunos tamen iura reddere in principijs ſinebant. *Edicta ibi propoſita. Vulcatius in Auidio Caſsio:* Nam ſtatim & ad ſigna edici iuſſit, & programma in parietibus fixit, vt ſi quis cinctus inueniretur in Daphne, diſcinctus rediret. *Litteræ lectæ, & habitæ allocutiones. Spartianus in Peſcennio:* Itaque miſi litteras recitandas ad ſigna, quibus, *&c. Tacitus,* Contractos in principia milites iuſſit cum ſilentio audire. *Caſtigatio & interdum animaduerſio ibi. Suetonius Othone, cap.* I. Auſus eſt milites

Cap. 17. *At non duces.*

dia valebat, & apud minores magis. Ducum inter se breuis sermo secutus est, [15] hæc conquerentium: * *irritum laborem, potuisse bellum fugâ Parthorum finiri.* Ille integra vtrique cuncta respondit, conuerterent aquilas, & iuncti inuaderent Armeniam, abscessu Vologesis infirmatam. *Non ea Imperatoris habere mandata Corbulo: periculo legionum commotum, è prouinciâ egressum. Quando in incerto habeantur Parthorum conatus, Syriam repetiturum. Sic quoque optimam fortunam ornandam, vt pedes confectus spatijs itinerum, alacrem & facilitate camporum præuenientem equitem assequeretur.* Exin Pætus per Cappadociam hibernauit. At Vologesis ad Gorbulonem missi nuntij, detraheret castella trans Euphratem, amnemque vt olim medium faceret. Ille Armeniam quoque diuersis præsidijs vacuam fieri expostulabat. Et postremò concessit rex: dirutaque quæ vltra Euphratem communierat Corbulo, & Armenij suo arbitrio relicti sunt. At Romæ trophæa de Parthis, arcusque medio Capitolini montis sistebantur: decreta ab senatu integro adhuc bello, neque tum omissa, dum aspectui consulitur spretâ conscientiâ. Quin & dissimulandis rerum externarum curis Nero frumentum plebis vetustate corruptum, in Tiberim iecit, quo [16] securitatem annonæ sistentaret. cuius pretio nihil additum est, quamuis ducentas fermè naues portu in ipso, violentia tempestatis, & centum alias Tiberi subuectas, fortuitus ignis absumsisset. Tris dein consulares, L. Pisonem, [17] Ducennium Geminum, Pompeium Paullinum vectigalibus publicis præposuit, cum infectione priorum Principum, qui grauitate sumtuum iustos reditus anteissent. se annuum sexcenties sestertiûm Reipub. largiri. Percrebuerat eâ tempestate prauissimus mos, cùm propinquis comitijs, aut sorte prouinciarum, plerique [18] orbi fictis adoptionibus adsciscerent filios, præturasque & prouincias inter patres sortiti, statim emitterent manu quos adoptauerant. Qui magnâ cum inuidiâ senatum adeunt, ius naturæ, labores educandi, aduersus fraudem & artes & breuitatem adoptionis enumerant: *Satis pretij esse orbis quòd multâ securitate, nullis oneribus, gratiâ, honores, cuncta promta & obuia haberent. Sibi promissa legum diu expectata in ludibrium verti, quando quis sine solicitudine parens, sine luctu orbus, longa patrum vota repentè adæquaret.* Factum ex eo senatusconsultum, ne simulata adoptio in vllâ parte muneris publici iuuaret, ac [19] ne vsurpandis quidem hereditatibus prodesset.

Cap. 19.

Querelæ de breui & fictâ adoptione.

Patres prouident, & prohibent.

Cap. 20. *Timarchus accusatus.*

Exin Claudius Timarchus Cretensis reus agitur, ceteris criminibus, vt solent prævalidi prouincialium, & opibus nimijs ad iniurias minorum elati: vna vox eius vsque ad contumeliam senatus penetrauerat, quòd dictitasset, in suâ potestate situm, an proconsulibus, qui Cretam obtinuissent, grates agerentur. Quam occasionem Pætus Thrasea ad bonum publicum vertens, postquam de reo censuerat, prouinciâ Cretâ depellendum,

Species fœderis inter Vologesem & Corbulonem.

Eâ occasione, Thraseæ sententia.

A

B

C

quosdam capite punire, & quidem ante principia, se coram. *Frontinus lib.* IV. *Stratag.* M. Cato memoriæ tradidit in furto comprehensis dextras esse præcisas, aut si leniùs animaduertere voluissent, in principijs sanguinem missum. *Signum etiam pugnæ propositum. Isidorus:* Russata pridie quàm dimicandum esset, solebat ante principia poni, quasi admonitio & indicium futuræ pugnæ.

15. HÆC CONQVERENTIVM: * IRRITVM.] *Reddere sententiam possis, nescio an verba, si legas:* Hic conqueri, tantum irritum laborem: *vel,* Hoc conquerente. *Breuis sermo ducum, inquit. Corbulo querebatur, frustrà se properasse & laborem eum sumpsisse, cùm ille auxilium non exspectasset: Pætus contrà integra omnia, &c. Palmerius noster malebat,* huius conquerentis initum laborem, illius integra vtique omnia.

16. SECVRITATEM ANNONÆ SISTENTARET.] *Ita scripsi, nec pœnitet. Libri omnes,* sustentaret: *P. Faber,* ostentaret. *Suspicor antiquis vsurpatum Sistentare pro Ostentare; argumento etiam Plautini versus:*

——tu verò clurinum pecus

Aduenisti huc sistentatum cum exornatis ossibus. *Sic enim duo manuscripti in Vatican. tertius.* Sustentatum. *Et in eodem poëtâ alibi,* Extentatum, *reperio. Si quis tamen* sustentaret *seruat, possis interpretari, sustentatam seruat amq; eâ ratione ipsam opinionem copiæ frumentariæ, cùm & in Tiberim abijceret leuiter corruptum.*

17. DVCENNIVM GEMINVM.] *Qui sub Galbâ Præfectus vrbi, l.* I. *Histor.*

18. ORBI FICTIS ADOPTIONIBVS.] *Quæ fraus olim etiam vsurpata, & reprehensa à* * *Scipione his verbis:* In aliâ tribu patrem, in aliâ filium suffragium ferre. Filium adoptiuum tam procedere, quàm si se natum habeat. *Quamquam censeo Scipionem non aliud intellexisse, quàm notionem Censoriam. & cùm ij inquirerent, qui vxores quiq; liberos haberent; malo quodam more, eos qui adoptassent non habuisse pro improlibus. Adde ad Taciti lucem l.* II. *De vacat. muner.*

19. NE VSVRPANDIS QVIDEM.] *Ne ad solidi capacitatem. argumento l.* LI. *De Legatis* II. *Vide quæ notaui ad legem Papiam, l.* III.

*Apud Agellium l. v. cap. xix.

D

20. NAM

A dum, hæc addidit: *Vsu probatum est P.C. leges egregias, exempla honesta, apud bonos ex delictis aliorum gigni. Sic oratorum licentia, Cinciam rogationem; candidatorum ambitus, Iulias leges; magistratuum auaritia, Calpurnia scita, pepererunt.* [20] *Nam culpa quàm pœna tempore prior, emendari quàm peccare posterius est. Ergo aduersus nouam prouinciarum superbiam dignum fide constantiaque Romanâ capiamus consilium, quo tutelæ sociorum nihil derogetur, nobis opinio decedat, qualis quisq; habeatur alibi quàm in ciuium iudicio esse. Olim quidem non modo prætor aut* Cap.21.
consul, sed priuati etiam mittebantur, qui prouincias viserent, & quid de cuiusque obsequio videretur, referrent. trepidabantque gentes de æstimatione singulorum. At nunc colimus externos, & adulamur, & quomodo ad nutum alicuius grates, ita promtiùs accusatio decernitur. [21] *Decernaturque, & maneat prouincialibus, potentiam suam tali modo ostentandi. Sed laus falsa & precibus expressa, perinde cohibeantur, quàm malitia, quàm crudelitas. Plura sæpè peccantur, dum demeremur, quàm cùm offendimus. Quædam imò* [22] *virtutes odio sunt, seueritas obstinata, inuictus aduersum gratiam animus. Inde initia magistratuum nostrorum meliora fermè, & finis inclinat, dum in modum candidatorum suffragia conquirimus. quæ si arceantur, æqualiùs atque*
B *constantiùs prouinciæ regentur. nam vt metu repetundarum infracta auaritia est, ita vetitâ gratiarum actione* [23] *ambitio cohibetur.* Magno assensu celebrata sententia. Non tamen se- Cap.22.
Et cohibita ambitio prouincialium.
natusconsultum perfici potuit, [24] abnuentibus consulibus eâ de re relatum. Mox auctore
Gymnasium fulmine, Pompeij opidum terræmotu, corrupta.
Principe [25] sanxere, ne quis ad concilium sociorum referret, agendas apud senatum pro prætoribus próve consulibus grates, neu quis eâ legatione fungeretur. Ijsdem consulibus gymnasium ictu fulminis conflagrauit, effigiesque in eo Neronis ad informe æs liquefacta. Et [26] motu terræ, celebre Campaniæ opidum Pompeij, magnâ ex parte proruit. Defunctaque virgo Vestalis Lælia, in cuius locum Cornelia ex familia Cossorum Cap.23.
capta est. [27] Memmio Regulo & Verginio Rufo Coss. natam sibi ex Poppæâ filiam A. V. C. DCCCXVI.
Filia Neroni nata:
Nero vltra mortale gaudium accepit, appellauitque Augustam, dato & Poppææ eodem cogno-

20. NAM CVLPA QVAM POENA.] *Similis gnome in Tertulliano:* Nemo post-futura reprehen-
C dit, quæ ignorat futura: emendatio culpam non antecedit.

21. DECERNATVRQVE, ET MANEAT.] *Si non fractus locus, scribo sententiâ ducente,* decernatur ne maneat. *Nisi per ironiam hæc dicta capies, & simulatâ quadam concessione. Quo sensu nihil mutem.*

22. VIRTVTES ODIO SVNT.] *Vulgo, qui eas grauatur.*

23. AMBITIO COHIBETVR.] *Legerim,* cohibebitur.

24. ABNVENTIBVS CONSVLIBVS EA DE RE RELATVM.] *Atqui,* licere patribus, quoties ius dicendæ sententiæ accepissent, quæ vellent expromere, relationemque in eâ postulare, *suprà lib.* XIII. *scripsit Tacitus. similiq; sententiâ lib.* II. *lego,* A maioribus concessum egredi aliquando re-
D lationem, & quod in commune conducat, loco sententiæ promere. *Licuisset ergo consulibus referre eâ de re ad patres: sed ijs aliter visum. Ius relationis autem solis consulibus: nec sine relatione perfici potuit vllum* SC. *Ideò Vespasiano concessum,* VTI. EI. SENATVM. HABERE. RELATIONEM. FACERE. REMITTERE. LICERET. *Ideò sequentibus principibus honoris caussâ datum Ius tertiæ, quartæ, quintæ relationis: id est, me interprete, quoties consules ipsi non essent, tres nihilominùs, quattuor, aut quinque relationes facere possent quâ de re cumque ijs visum. Sollennia relationum verba è Suetonij Calig. cap.* XV. *hæc didici:* Quod bonum felixque sit C. Cæsari, de N. patres conscripti, quid fieri placet?

25. SANXERE, NE QVIS] *Reperio iam antè sanxisse id Augustum. de quo Dionis verba ista lib.* LVI. Τῷ ὑπηκόῳ στρατηγεῖσθαι μηδενὶ πλείω χρόνον ἐπιτρέψαι αὐτοῖς ἀρχόντων μήτε τὴν ἀρχὴν λέγω, μήτε ἐντὸς ἑξήκοντα ἡμερῶν μετὰ τὸ ἀπαλλαγῆναι σφᾶς, πιμλῶ τινα διδόναι, ὅπ τινὲς μαρτυρίας παρ' αὐτῶν καὶ ἐπαίνους στρωθησκολαζόμενοι, πολλὰ δι' τούτων ἐκακούργουν. *id est:* Prouincialibus interdixit, ne cui Præsidum quamdiu in prouinciâ esset, neque intra sexagesimum à discessu eius diem, vllum honorem haberent: quoniam nonnulli testimonia sibi & laudationes à prouincialibus comparantes, multa eâ occasione peccabant. *Sed diuersum tamen hoc Neronianum consultum: quoniam illud Augusti post diem permittit laudationes; hoc planè & plenè tollit.*

26. MOTV TERRÆ.] *Dissentit Seneca, qui ad sequentes Coss. refert hunc terræ motum expressim:* Pompeios celebrem Campaniæ vrbem desedisse terræmotu, Lucili virorum optime, audiuimus: & quidem diebus hibernis, quos vacare à tali periculo maiores nostri solebant promittere. * No- * Obserua. Ergo statim consulibus nouis, vt anni totius necessariò in alterutro error sit.
nis Februarij fuit hic motus, Regulo & Verginio Coss. *Et herclè tam adseuerat id distinctè, vt credam vitium esse non Taciti (non id conuenit in fidei & diligentiæ vnicæ scriptorem) sed Aegysthi alicuius; cuius adulteria, & traiectiones compluries agnosco in hac regiâ verè sponsâ.*

27. MEMMIO REGVLO ET VERGINIO RVFO COSS.] *Restitue ijs prænomina vera ex lapide, præter mentem Onufrij Fastorum scriptoris:*

VOTVM. SOLVERVNT. L. M.
L. VERGINIO. RVFO.
C. MEMMIO. REGVLO. COSS.

cognomento. Locus puerperio colonia Antium fuit, vbi ipse generatus erat. Iam senatus vterum Poppææ commendauerat dijs, votaque publicè susceperat. quæ multiplicata, exsolutaque. Et additæ supplicationes, templumque Fecunditati, & certamen [28] ad exemplar Atticæ religionis decretum. Vtque Fortunarum effigies aureæ in solio Capitolini Iouis collocarentur: ludicrum Circense, vt [29] Iuliæ genti apud Bouillas, ita Claudiæ Domitiæque apud Antium ederetur. quæ fluxa fuêre, quartum intra mensem defunctâ infante: rursusque exortæ adulationes, censentium honorem diuæ, & puluinar, ædemque & sacerdotem. Atque ipse vt lætitiæ, ita mœroris immodicus egit. Adnotatum est, omni senatu Antium sub recentem partum effuso, Thraseam prohibitum, immoto animo prænuntiam imminentis cædis contumeliam excepisse. Secutam dehinc vocem Cæsaris ferunt, quâ reconciliatum se Thraseæ apud Senecam iactauerit, ac Senecam Cæsari gratulatum. Vnde gloria egregijs viris, & pericula gliscebant. Inter quæ veris principio, legati Parthorum mandata regis Vologesis, litterasque in eandem formam attulere: *Se priora & toties iactata super obtinendâ Armeniâ nunc omittere, quoniam dij* B *quamuis potentium populorum arbitri possessionem Parthis non sine ignominiâ Romanâ tradidissent. Nuper clausum Tigranem, pòst Pætum legionesq; cùm opprimere posset, incolumes dimisisse. Satis approbatam vim, datum & lenitatis experimentum. Nec recusaturum Tiridatem accipiendo diademati in vrbem venire, nisi sacerdotij religione attineretur. Iturum ad signa & effigies Principis, vbi legionibus coram, regnum auspicaretur.* Talibus Vologesis litteris, quia Pætus diuersa tamquam rebus integris scribebat, interrogatus centurio qui cum legatis aduenerat, quo in statu Armenia esset? omnes inde Romanos excessisse respondit. Tum intellecto Barbarorum irrisu, qui peterent quod eripuerant, consuluit inter primores ciuitatis Nero, bellum anceps, [30] an pax in hoste placeret. Nec dubitatum de bello. Et Corbulo tot per annos militum atque hostium gnarus, gerendæ rei præficitur, ne cuius alterius inscitiâ rursum peccaretur, quia Pæti piguerat. Igitur irriti remittuntur, cum donis tamen, vnde spes fieret; non frustrà eadem oraturum Tiridatem, si preces ipse attulisset. [31] Syriæque exsecutio Cintio, copiæ militares Corbuloni permissæ, & quintadecima le- C gio, ducente Mario Celso, è Pannoniâ adiecta est. Scribitur tetrarchis ac regibus præfectisque & procuratoribus, & qui prætorum finitimas prouincias regebant, iussis Corbulonis obsequi, in tantum fermè modum auctâ potestate, quem populus Romanus Gn. Pompeio bellum Piraticum gesturo dederat. Regressum Pætum cùm grauiora meturet, facetijs insectari satis habuit Cæsar, his fermè verbis: *Ignoscere se statim, ne tam promtus in pauorem, longiore solicitudine ægresceret.* At Corbulo quartâ & duodecimâ legionibus, quæ fortissimo quoque amisso, & ceteris exterritis, parum habiles prœlio videbantur, in Syriam transfatis, sextam inde ac tertiam legiones, integrum militem & crebris ac prosperis laboribus exercitum in Armeniam ducit. Addiditque legionem quintam, quæ per Pontum agens, expers cladis fuerat. Simul quintadecimanos recens addu-

Multa adulatione patrum.

At ea breui abijt.

Thraseas prohibetur aditu Cæsaris.

Cap. 24. *Legati Parthorum ad Principem.*

Cum superiis mandatis.

Cap. 25.

Deliberat Princeps: Placuitq; bellum: Cui Corbulo præfectus.

Et finitimi præsides regesq; obedire ei iussi.

Pætum scommate Nero excipit.

Cap. 26. *Copias Corbuloe agit.*

28. AD EXEMPLAR ATTICÆ RELIGIONIS.] *Panathenæa Athenienſium intellegi volunt, de quibus apud Græcos obuij loci. Dubito. nam Panathenæis respondebant Romanæ Quinquatrus, nescio an hoc certamen nouum. In libris etiam vacillare scripturam video. quorum Vaticanus optimus*, accicæque *præfert, Farnesianus*, anciatæ. *An fuit*, Actiacæ religionis, *siue potiùs* regionis? *Nec enim maior hîc, quàm in alijs ludis, religio. Enimuerò in Suetonio lego, Augusti cap.* XVIII. *ab eo Principe institutos* Nicopoli apud Actium ludos quinquennales, quò celebratior eius victoriæ memoria in posterum esset. *Et durasse eos ad inferiora tempora, Mamertinus in Panegyrico docet:* Vrbs Nicopolis conciderat, & certamen ludicrum, lustris omnibus solitum frequentari, intermiserat temporis mœsti deforme iustitium. *Fuit autem certamen triplex, Gymnicum, Musicum, & Equestre, vt Dio tradit libro* LI. *quem vide. Hæc mea olim mens, sed vt multa in hac* D *ἀρχαιολογίᾳ incerta, nec vmquam eruenda, hîc etiam dissentiunt; & vir pereruditus tuetur vulgatam lectionem, & explicat in Agonistici sui libro* III. *quem licet adire.*

29. IVLIÆ GENTI APVD BOVILLAS.] *Lib.* II. *Annal.* Sacrarium genti Iuliæ, effigiesque diuo Augusto apud Bouillas dicantur.

30. AN PAX IN HOSTE.] *Fortasse rectius*, an pax inhonesta placeret.

31. SYRIÆQVE EXSECVTIO.] *Exsecutionem pro administratione vsurpat fortasse, vti alibi*, Negotij eius exsecutionem libens susceperit. *Seneca*: Differam hæc in præsenti. Desiderant enim longam & propriam exsecutionem. *Addubito tamen num leg.* Syriaque Sex. Cintio.

32. APVD

A adductos, & vexilla delectorum ex Illyrico & Ægypto, quodque alarum cohortiumque, & auxilia regum in vnum conducta [32] apud Melitenen, quà transmittere Euphratem parabat. Tum lustratum ritè exercitum ad concionem vocat, orditurque magnifica de auspicijs imperatorijs; rebusque à se gestis, aduersam inscitiam Pæti declinans: multâ auctoritate, quæ viro militari pro facundâ erat. Mox [33] iter L. Lucullo quondam penetratum, apertis quæ vetustas obsepserat, pergit. Et venientes Tiridatis Vologesisque de pace legatos haut aspernatus, adiungit ijs centuriones cum mandatis non immitibus. *Non enim adhuc eò ventum, vt certamine extremo opus esset. Multa Romanis secunda, quædam Parthis euenisse, documento aduersus superbiam: proinde & Tiridati conducere, intactum vastationibus regnum dono accipere; & Vologesen melius societate Romanâ, quàm damnis mutuis genti Parthorum consulturum.* [34] *Scire quantum intus discordiarum, quamque indomitas & præferoces nationes regeret. Contrà Imperatori suo immotam vbique pacem, & vnum id bellum esse.* Simul consilio terrorem adijcere, & Megistanas Armenios, qui primi à nobis defe-

Lustrat & oratione excitat.

Parthi ad eum legati. Nec viam ijs patis claudit.

Rem nihilominùs in Armeniâ gerit.

B cerant, pellit sedibus, castella eorum exscindit, plana, edita, validos, inualidosque, pari metu complet. Non infensum, nedum hostili odio Corbulonis nomen etiam Barbaris habebatur, eoque consilium eius fidum credebant. Ergo Vologeses neque atrox in summam, & quibusdam præfecturis inducias petit. Tiridates locum diemque colloquio poscit. Tempus propinquum, locus in quo nuper obsessæ cum Pæto legiones erant, cùm à Barbaris dilectus esset, ob memoriam lætioris sibi rei, non est à Corbulone vitatus, vt dissimilitudo fortunæ gloriam augeret. Neque infamiâ Pæti angebatur, quod eò maximè patuit, quia filio eius tribuno ducere manipulos, atque operiri reliquias malæ pugnæ imperauit. Die pactâ [35] Tiberius Alexander illustris eques Romanus minister bello datus, & Viuianus Annius gener Corbulonis, [36] nondum senatoriâ ætate, sed pro legato quintæ legioni impositus, in castra Tiridatis venêre, * honore eius, ac ne metueret insidias tali pignore. Viceni dehinc equites assumti. Et viso Corbulone, rex prior equo desiluit: nec contatus Corbulo. Sed pedes vterque [37] dextras miscuere. Exin Roma-

Tiridates colloquium postulat.

Obsides à Romanis dantur.

* honori

Ita rex ad Corbulonem venit.

C nus laudat iuuenem, omissis præcipitibus tuta & salutaria capessentem. Ille de nobilitate generis multum præfatus, cetera temperanter adiungit. Iturum quippe Romam, laturumque nouum Cæsari decus, non aduersis Parthorum rebus supplicem Arsaciden. Tum placuit Tiridatem ponere apud effigiem Cæsaris insigne regium, nec nisi manu Neronis resumere. & colloquium osculo finitum. Dein paucis diebus interiectis, magnâ vtrimque specie, inde eques compositus per turmas, & insignibus patris, hinc agmina legionum stetere fulgentibus aquilis, [38] signisque & simulacris deûm in modum templi. Medio tribunal sedem curulem, & [39] sedes effigiem Neronis sustinebat.

Pacta inter eos.

32. APVD MELITENEN.] *Ptolemæo*, Μελιτηνὴ, *Susianæ pars.*

33. ITER L. LVCVLLO.] *Plutarchum lege.*

34. SCIRE QVANTVM.] *Sententiam adiuueris, si scribas:* Sciret.

D 35. TIBERIVS ALEXANDER.] *Qui Procurator Iudææ post Cuspium Fadum: Idem anteà Alexandriæ Alabarches. Iosephus lib.* XX.

36. NONDVM SENATORIA ÆTATE.] *Quæ est annus vigesimusquintus, vt alibi monui.*

37. DEXTRAS MISCVERE.] *Quod apud Persas sanctissimi fœderis. Iosephus*: Ὁ δὲ Ἀρτάβανος τὰς τε παρῴκους θεὰς ἐπώμνυτο, μηδὲν κακὸν δρᾶσειν αὐτὰς, καὶ τὴν δεξιὰν ἐδίδου, ὅπερ μέγιστον ὂν παρὰ πᾶσι τοῖς ἑωθινὴν Βαρβάροις βεβαίωμα τοῦ θαρσεῖν γίνεται τοῖς ὁμιλοῦσιν. Οὐ γὰρ ἂν ψεύσαιτό τις δεξιᾶν ὑπ' αὐτοῦ δόσεως χειρωθείς, οὐδὲ πιστεύειν ἐνδοιάσειεν εἰ τοιᾶς δὲ ἀσφαλείας δόσις χεῖροιτο, οὐδὲ τὴν ἐν ὑποψίᾳ ἀδικήσειν καθεκτικόν. *Firmat Gemistus Plethon lib.* II. *De rebus Græcorum:* Persarum rex Mentorem, quòd dextram dedisset, (maxima enim hæc apud Persas fides) conseruauit.

38. SIGNISQVE ET SIMVLACRIS DEVM.] *Videnda, si lubet, quæ de Signis in Militiâ scripsi. Multa & varia fuerunt, & clypeis imaginibusque ornata: & ideò sic dispositæ & erectæ comparat cum* deûm templo. *Ita enim distinguendum videtur: quia simulacra etsi Deorum ibi fortasse, pleraque tamen Principum erant, & qui rerum tunc potiebantur. Nisi quis censet, ad ornatum, in sollenni illâ velut pompâ, etiam statuas deorum adhibitas & dispositas: quod in aliorum arbitrio & opinatione relinquo.*

39. SEDES EFFIGIEM NERONIS.] *De eâ re Dio in Eclogis nuper publicatis:* Ἀλλὰ καὶ βῆμα ὑψηλὸν ἠγάρθη. Καὶ ἐπ' αὐτῷ εἰκόνες τοῦ Νέρωνος ἐστάθησαν. *Similis Sedes siue suggestus etiam Romæ in castris Prætorijs. Tacitus* I. *Histor.* In suggestu, in quo paulloantè aurea Galbæ statua fuerat, medium inter signa Othonem collocant. *Ergo statua hæc, vt appâret, in sede: exemplo scilicet deorum, qui sic plerumque ficti. Plinius Panegyrico:* Iamdudum il-

Tiridates diadema detractum Neroni subijcit.

nebat. Ad quam progressus Tiridates, [40] cæsis ex more victimis, sublatum capite diadema imagini subiecit. magnis apud cunctos animorum motibus, quos augebat insita adhuc oculis exercituum Romanorum cædes, aut obsidio. At nunc versos casus: iturum Tiridatem ostentui gentibus, quanto minus quàm captiuum? Addidit gloriæ Corbulo comitatem, epulasque, & rogitante rege causas, quoties nouum aliquid aduerterat: vt, initia vigiliarum [41] per centurionem nuntiari, [42] conuiuium buccinâ dimitti, & [43] structa ante Auguralem aram subditâ face accendi: cuncta in maius extollens, admiratione

Cap. 30. Epulo excipitur à Corbulone. Et res Romanas docetur.

li radiatum caput, & media inter deos sedes, auro staret aut ebore.

40. CÆSIS EX MORE VICTIMIS.] *Eum morem suggerunt Claudianus libro* I. *De laudibus Stilic.*

——penetralibus ignem
Sacratum rapuere adytis, rituque iuuencos
Chaldæo strauêre Magi. rex ipse micantem
Inclinat dextrâ pateram, secretaque belli
Et vaga testatur voluentem sidera Mithram.

Et Sidonius Panegyrico Leonis:

——Magis iuratur ab illis
Ignis & vnda deus. nec non rata pacta futura
Hic diuos testatur auos. Chaldæus in extis
Pontificum de more senex arcana peregit
Murmura.——

Strabo etiam aliquid de ritu victimas immolandi: Μερίσαντος δὲ τὸ μάγου τὰ κρέα τῷ ὑφηγουμένῳ τινὶ ἱερουργίαν ἀπιᾶσι διελόμενοι, τοῖς θεοῖς ὑδὲν ἀπονείμαντες μέρος. Τῆς γὰρ ψυχῆς φασι τὸ ἱερεῖον δεῖσθαι τὸν θεὸν, ἄλλου δὲ ὑδενός. Ὅπως δὲ τὸ ὀπίπλου τι μικρὸν πυθέσθαι, ὡς λέγουσί τινες, ὅπερ τὸ πῦρ. *id est:* Vbi autem magus qui sacrum peragit, carnes in partes tribuit, suâ quisque acceptâ abeunt, dijs nihil impartientes. Animam enim solam hostiæ deum velle aiunt, nihil præterea. tamen omenti partem aliquam exiguam flammæ imponunt, vt quidam tradunt. *Doctè ergo de omento Catullus inseruit,*

Gnatus vt accepto veneretur carmine diuos,
Omentum in flammâ pingue liquefaciens.

vt ante me vulgauit magnus filiarum Mnemosynes antistes.

41. PER CENTVRIONEM NVNTIARI.] *Qui vigilias ordine obibant. Tacitus l.* II. *Hist.* Varus, deflagrante paullatim seditione, addit consilium, vetitis obire vigilias centurionibus, omisso tubæ sono, quo miles ad belli munia cietur. *Obibat ergo centurio, & rediens nunciabat Duci rectè habere. Polybium vide lib.* VI.

42. CONVIVIVM BVCCINA DIMITTI.] *Circuiui olim hunc ritum, non tetigi. At nunc in manum mihi dat Polybius, libro* XIV. Est ea Romanis consuetudo, vt tempore conuiuandi, cuncti tubicines ac buccinatores ad tentorium ducis personent, ad hoc, vt nocturnas custodias suis locis per id temporis constituant. *O locum opportunum, & huic rei vnicum! è quo etiam Liuio lux, qui morem hunc, sed obscuriùs, tangit, libro* XXX. Tribunis edicit, vt vbi prætorio dimisso, signa concinuissent: extemplo educerent è castris legiones. Ita, vt imperauerat, signa sub occasum solis efferri cœpta. *Scribit vterque de Scipionis astu, quo castra Syphacis clàm inuasit. Germanorum Principum mos nescio an originem trahat istinc. Certè receptum dynastis etiam hodie, vt conuiuium ineant ad sonum tubæ. Quod ipsum Alexandrum Macetam feciss eobserue, ex Athenæo lib.* XII. Ἐγίνετο δὲ τὰ δεῖπνα πρὸς σάλπιγγα, τότε μὲν ἐν τοῖς γάμοις, καὶ ἄλλως δ' αἰεὶ ὅτε τύχοι ἀσυνδοποιέμνους, ὥστε πᾶν εἰδέναι τὸ στρατόπεδον. *At enim, quia hîc de fine, & de Buccinâ tantùm, videsis me in Militiâ Rom. lib.* V. *Dial.* IX. *propiùs certiusque hæc explicantem.*

43. STRVCTA ANTE AVGVRALEM.] *Hæsi & in hoc loco olim: quem nunc quidem perambulo leui pede. Lego:* structam ante Augurale aram. *Non enim vult structum aliquid accensúmve ante aram fuisse (non ille mos) sed in ipsâ. quam collocat ante Augurale, locum in dextrâ Prætorij parte, vt docuimus ex Hygini verbis, libro* II. *Sed quis iste ritus? nisi fallor, illeipse qui in priuatorum etiam conuiuijs, carpendi aliquid è dapibus & libandi in honorem deorum. hoc tamen discrimine, quòd vulgò in focum libamenta ea illata, sedem scilicet Larium: hîc in Aram, paullò augustiùs, & pro splendore Imperatoris. Et de libatione quidem varij testes: propriè ad hunc morem isti. Homerus in Achillis conuiuio, libro* IX.

——Θεοῖσι δὲ δῦσαι ἀνώγει
Πάτροκλον δὴ ἑταίροιο. Ὁ δ' ἐν πυρὶ βάλλε θυηλάς.
——dîs iussit sacrificare
Patroclum socium. hic libamina iecit in ignem.

Dionysius l. IV. *Antiq.* Ἀπὸ τῆς ἑστίας τῆς Βασιλέων, ἐφ' ἧς ἄλλας τε σωτελοῦσι Ῥωμαῖοι ἱερουργίας, καὶ τὰς ἀπὸ τῶν δείπνων ἀπαρχὰς ἀγίζουσι. E foco regio, in quo cùm alia sacra Romani facere solent, tum & cœnarum libare primitias. *Plutarchus de Fort. Rom. facit Ocrisiam ἀπάργματα καὶ λοιβὴν λαμβάνουσαν ἀπὸ Βασιλικῆς τραπέζης, καὶ ὥσπερ εἰώθει, πρὸ πυρὸς ἀπιβάλλουσαν:* primitias & libamenta capientem è mensâ regiâ, &, vt solet, in ignem conijcientem. *Silius pulcherrimè lib.* VII.

Distinxit dulces epulas, nulloque cruore
Pollutâ castus mensâ cerealia dona
Attulit, ac primum VESTÆ detersit honorem
Vndique, & in mediam iecit libamina flammam.

Persius in patellâ poni & deferri solere ostendit:

——cultrixque foci secura patella.

Vbi vetus interpres: Quia delibantiæ (*puto*, delibatæ) dapes in eâ positæ ad focum feruntur. *Inde* Patellarij dij, *Plauto: inde Varroni scriptum:* Deos colere, & dare in patellam μικρὸν κρέας. *Tibullus huc aspexit, Lares compellans:*

Adsitis diui. nec vos è paupere mensâ
Dona, nec è paruis spernite fictilibus.

Etiam Liuius, lib. XXXIX. Inter pocula atque epulas, vbi libare dijs dapes, & bene precari mos esset. *Denique Horatius:*

——vernasque procaces,
Pasco libatis dapibus.

satyricè & ambiguo sensu. siue quia non pasceret vernas, nisi priùs libatis dapibus: siue quia è libatis dapibus. Et hoc postremum, vt religio poëtæ fuit, magis censeam

A ratione priſci moris affecit. [44] poſtremo die ſpatium orauit, quo tantum itineris aditurus, fratres antè, matremque viſeret: obſidem intereà filiam tradit, litteraſque ſupplices ad Neronem. Et digreſſus Pacorum apud Medos, Vologeſen Ecbatanis repperit, non incurioſum fratris: quippe & proprijs nuntijs à Corbulone petierat, ne quam imaginem ſeruitij Tiridates perferret, [45] neu ferrum traderet, [46] aut complexu prouincias obtinentium arceretur, foribúſve eorum aſſiſteret: tantuſque ei Romæ, quantus conſulibus, honor eſſet. Scilicet externæ ſuperbiæ ſueto, non erat notitia noſtri: apud quos ius imperij valet, inania tranſmittuntur. Eodem anno Cæſar nationes Alpium maritimarum in ius Latij tranſtulit. [47] Equitum Romanorum locos ſedilibus plebis antepoſuit apud Circum. Namque ad eam diem [48] indiſcreti inibant; quia lex Roſcia nihil niſi de quatuordecim ordinibus ſanxit. Spectacula gladiatorum idem annus habuit, pari magnificentiâ ac priora. Sed [49] feminarum illuſtrium ſenatorumque plures per arenam fœdati ſunt. C. Lecanio, M. Licinio Coss. acriore in dies cupidine adigebatur Nero promiſcuas ſcenas frequentandi. Nam adhuc per domum & hortos cecinerat luuenalibus B ludis, quos vt parum celebres & tantæ voci anguſtos ſpernebat. Non tamen Romæ incipere

Cap. 31. *Abit fratres ſalutaturus.*

Cap. 32. *Alpium pars iure Latij donata. Sedes equitum in Circo diſcreta.*

Cap. 33. A. V. C. DCCCXVII.

cenſeam ex eius mente. Non enim ſemper comburi libamenta ea mos, ſæpè apponi tantùm, & mox edi. Artemidorus hoc clarè notat de ſacrificulis eo cibo ſe ſuſtentantibus: lib. III. cap. III.

44. POSTREMO DIE.] *Fortè*, poſtero. *Nam noctem eam manſit, vti apparet ex vigilijs nunciatis.*

45. NEV FERRVM TRADERET.] *Perſæ enim & Parthi omnes ſemper de more cincti. Ammianus libro* XXIII. Omnes promiſcuè vel inter epulas feſtoſque dies gladijs cincti cernuntur. quem Græcorum veterum morem primos abieciſſe Athenienſes Thucydides eſt auctor. *At de ritu ponendi* C *apud Magiſtratus ferri, in Electis mihi dictum, cap. de Lictoribus.*

46. AVT COMPLEXV.] *Duplex ritus. Priorem illuſtro è Spartiani Seuero, de quo Legato Africæ:* In eâ legatione, cùm eum quidam municipum ſuorum Leptitanus, præcedentibus faſcibus, vt antiquum contubernalem ipſe plebeius amplexus eſſet; fuſtibus eum ſub elogio præconis cecîdit, Legatum populi Rom. homo plebeius temerè amplecti noli. *Interdicti ergo prouinciales complexu. Sed nec in fores ſtatim illis aditus; vti eleganter Saluianus lib.* III. *de Gubernat.* Intra ianuas non modò illuſtrium poteſtatum, ſed etiam præſidum aut Præpoſitorum, non omnes paſſim intrare præſumunt, niſi quos aut iudex vocauerit, aut negotium traxerit, aut ipſa honoris proprij dignitas introire permiſerit: ita vt ſi quiſpiam fuerit inſolenter in- D greſſus, aut cædatur, aut propellatur, aut aliquâ verecundiæ atque exiſtimationis ſuæ labe multetur. *Quod augendæ dignitati vſurpatum à Præſidibus; vti priuatim à quibuſdam per ſuperbiam Romæ.*

47. EQVITVM ROM. LOCOS.] *Rectè & ordine capienda hæc legendaque, ne cum alijs abeas errabundus. Ita autem in Circo ſedendi (nam de Theatro alius mihi locus) res fuit. At Auguſti ævum ſpectaculum id, Senatus, Eques, Plebes inibant indiſcreti. Nam Roſcia lex & Iulia Theatralis, de ſcenâ tantùm cauerant, non de Curulibus ludis. Qui quoniam antiquiſſimi; religione quâdam, cenſeo, & ſimul non alienandæ plebi, ſeruatus in ijs mos priſcus. Cornelio Cinnâ demum & Valerio Meſſallâ Coſſ. anno vrbis* DCCLVIII. *mutauit Auguſtus. Dio lib.* LV. Καὶ τὰς ἱπποδρομίας χωρὶς μὲν οἱ βουλευταὶ, χωρὶς δὲ οἱ ἱππεῖς ἀπὸ τοῦ λοιποῦ πλήθους εἶδον, ὃ καὶ νεωστὶ γέγονε). *Sed ita, vt ſaltem iuberet ſeorſim ſpectare Senatum, ſeorſim Equitem: non tamen loca illis certa adſignaret ſtataque. Itaque in aliâ atque aliâ regione Circi ſpectabant (ſedilibus videlicet his aut illis à plebe occupatis) donec tollendæ confuſioni, Claudius Imp. Senatui attribuit certam manſuramque ſedem. Suetonius cap.* XXI. Circo maximo marmoreis carceribus auratiſque metis exculto, propria Senatoribus conſtituit loca promiſcuè ſpectare ſolitis. *Ait promiſcuè: magis verè proprieque, vagè. Eam enim Suetonij mentem eſſe, libens Dioni concredo rem eam explicanti cum curâ, lib.* LX. Ἐώρων μὲν πού τι καὶ πρότερον ἐν αὐτῷ (*de Circo prædixit*) ἰδίᾳ καὶ κατὰ σφᾶς ὡς ἕκαστοι, τό, τε βουλεῦον καὶ τὸ ἱππεῦον καὶ ὁ ὅμιλος, ἀφ' ὧν περ τέτ' ἐνομίσθη. Οὔ μὲν οὖν τοι καὶ τεταγμένα σφίσι χώρια ἀπεδέδεικτο. Ἀλλὰ τότε ὁ Κλαύδιος τῷ τε ἔδρᾳ τὸν νεὼν ὅσαν τοῖς βουλευταῖς ἀπέκρινε. Καὶ προσέτι τοῖς ἐθέλουσι σφῶν ἐτέραθί που καὶ ἔν γε ἰδιωτικῇ ἐθεᾶσθαι ἐπέτρεψε. *Sed Claudius Senatui tantùm. equiti ecce nunc Nero. Sueton. cap.* XI. Circenſibus loca equiti ſecreta à ceteris tribuit. *Plinius l.* VIII. *c.* VII. *ſatis oſtendit noua exædificata ea loca fuiſſe:* Cæſar Dictator, *inquit*, euripis arenam circumdedit, quos Nero princeps ſuſtulit, equiti loca addens. *Quod in fine verborum Dionis eſt, nolim negligas. Nam etiam poſt loca diuiſa, promiſcuè licuit ſpectare Senatoribus, ſed in veſte, vt ait, priuatâ. Exemplum in Plinio, lib.* IX. *epiſt. vbi Corn. Tacitus hic ipſe noſter in Equeſtribus ſpectat, etſi Senator.* Numquam maiorem, *ait Plinius*, cepi voluptatem, quàm nuper ex ſermone Corn. Taciti. Narrabat ſediſſe ſe Circenſibus proximum equiti Rom. *&c. Hæc ſatis ad Taciti mentem: nam de lineâ, de cancellis, de loco feminarum alibi dico vbertim.*

48. INDISCRETI INIBANT.] *Sic infrà:* Iniſſe eum domeſticam ſcenam.

49. FEMINARVM ILLVSTRIVM SENATORVMQVE.] *Cur inuertitis cenſores? Non enim, inquiunt, probabile feminas deſcendiſſe in arenam. Boni viri, quàm benè ſentiunt de ſexu, quo nihil abruptius cùm ſemel frenum excuſſit ingeniti pudoris! Sed diſcite, & credite priſcis, non in caueam ſolùm feminas veniſſe, ſed in arenam. Iuuenalem omitto ſatyrâ* VI.

Sue-

* Videtur delendum. *Neapoli Nero se & vocem publicat.*

cipere [* scenas] ausus, Neapolim quasi Græcam vrbem dilegit. Inde initium fore, vt transgressus in Achaiam, insignesque & antiquitùs sacras coronas adeptus, maiore famâ studia ciuium eliceret. Ergo contractum opidanorum vulgus, & quos è proximis colonijs & municipijs eius rei fama ciuerat, quique Cæsarem per honorem, aut varios vsus sectantur. etiam militum manipuli theatrum Neapolitanorum complent. Illic, plerique vt arbitrabantur, triste; vt ipse, prouidum potiùs & secundis numinibus euênit. Nam egresso qui affuerat populo, vacuum & sine vllius noxâ theatrum collapsum est. Ergo per compositos cantus grates dijs, atque ipsam recentis casus fortunam celebrans, petituruscque maris Hadriæ traiectus, apud Beneuentum interim consedit: vbi gladiatorum munus à Vatinio celebre edebatur. [50] Vatinius inter fœdissima eius aulæ ostenta fuit, sutrinæ tabernæ alumnus, corpore detorto, facetijs scurrilibus: primò in contumelias assumtus, deinde optimi cuiusque criminatione eò vsque valuit, vt gratiâ, pecuniâ, vi nocendi etiam malis præmineret. Eius munus frequentanti Neroni, ne inter voluptates quidem à sceleribus cessabatur. Iisdem quippe illis diebus Torquatus Silanus mori adigitur, quia super Iuniæ familiæ claritudinem diuum Augustum atauum ferebat. Iussi id accusatores obicere, prodigum largitionibus, neque aliam spem quàm in nouis rebus esse. quin eum [51] nobiles habere, quos ab epistolis & libellis & rationibus appellet, [52] nomina summæ curæ & meditamenta. Tum intimus quisque libertorum vincti abreptique. Et cùm damnatio instaret, brachiorum venas Torquatus interscidit, secutaque Neronis oratio ex more: *Quamuis sontem & defensioni meritò diffisum, victurum tamen fuisse si clementiam iudicis exspectasset.* Nec multò pòst [53] omissâ in præsens Achaiâ (caussæ in incer-

Theatrum ruit, sed sine noxâ.

Gladiatorum munus Beneuenti.

A pessimo Vatinio.

Cap. 34.

Cap. 35.

Iunius Torquatus ad mortẽ actus.

Cap. 36.

A

B

Suetonius ecce in Domitiano c. IV. Venationes gladiatoresque & noctibus ad lychnuchos dedit: nec virorum modò pugnas, sed & feminarum. *Et Statius de ijsdem ludis* I. *Silu.*

Stat sexus rudis insciusque ferri,
Et pugnas capit improbus viriles.
Credas ad Tanaim ferumque Phasim
Thermodontiacas calere turmas.

Adeoq; id verum & vulgatum, vt Seuero imperante cauendum Sc^to *fuerit* μηπέτι μηδενίαν γυναῖκα μονομαχεῖν. non vltrà feminam vllam ad gladium depugnare, *ait in Seuero Xiphilinus.*

50. VATINIVS INTER FOEDISSIMA EIVS AVLÆ OSTENTA.] *De hoc sutore Vatinio, Martial.*

Vilia sutoris calicem monumenta Vatini
Accipe, sed nasus longior ille fuit.

cuius Epigrammatis argutiam non cepit Turnebus. Ego sententiam puto, cùm quattuor nasos oblongos haberet ille Vatinianus calix; tamen longiorem ijs fuisse Vatinij nasum. Notatq; callidè eum, vt acrem & sagacem inquisitorem criminatoremq;. Ita enim fuit. Xiphilinus eum ait adeò hostem optimatibus fuisse, vt semper in ore haberet, μισῶ σε Καῖσαρ ὅτι συγκλητικὸς εἶ. *De populo ipso Iuuenalis:*

Tu Beneuentani sutoris nomen habentem
Siccabis calicem nasorum quattuor.

51. NOBILES HABERE QVOS.] *Nobilium vox mihi suspecta, atque alij examinanti. Qui enim isti tam viles nobiles, qui alteri suæ sortis ad tale officium se submitterent? Imò nec Principes ipsi, nobiles ad ea munera habebant, sed libertos. Primus Vitellius (verba Taciti* I. *Histor.*) ministeria Principatus per libertos agi solita, in equites Romanos disposuit. *Sed nec ea dispositio firma. vix cœpta abijt: eoq; Spartianus Hadrianum Imp. quasi primum auctorem eius rei laudat:* Ab Epistolis, à Libellis, primus equites Rom. habuit. *Dionis locus non me mouet, oratione Mæcenatis ad Augustum: vbi suadet* ad Epistolas & ad Libellos adiutores quosdam ex Equitibus adsumi. *Nam id Dio inseruit (vt solet, & aliàs monui) ad æui sui morem; atque illinc sumpsit. Sub Augusto certè non sic fuit. Quid ergo ad Taciti nunc locum? corruptum esse, & aut vocem eam* Nobiles *exsecandam abijciendamq; esse, malè infarctam, aut mutandam,* quin eum nonnullos habere.

C

52. NOMINA SVMMÆ CVRÆ.] *Iam capio, olim caligaui. Hæc, inquit, nomina* Ab Epistolis, à Libellis, *sunt summæ curæ nomina, id est Imperij & Principatus, itemq; eius meditamenta. Significat, eo ipso quòd talia officia & nomenclaturas Torquatus in domo habeat, iam nunc incipere & meditari imperare. Cur enim has imagines eius vsurpat? Nam alij priuati* A manu *habent, non ab* Epistolis, Libellis, *& talia: ac conueniunt in Principes solos.*

53. OMISSA IN PRÆSENS ACHAIA.] *In quam cantandi caussâ iuit, & libertate eam donauit, vti Sueton. alijq; tradidere. Illud Pausaniæ mirum lib.* VII. Neronem Græciæ libertatem reddidisse, sine vllo imperij detrimento: quoniam pro eâ Sardiniam prædiuitem insulam in prouinciæ formam redegerit. *Aberrat. & intellegi voluit Alpes Cottianas, quæ solæ cum Ponto Polemoniaco in prouinciam à Nerone redactæ. Sardinia quidem, vnà cum Siciliâ, prima prouinciarum.*

D

ADD. *Interpreti hercules succenseo (etsi fido aliàs & * docto) qui me vt iniustè Pausaniam arguerem fecit. Nam ipsum Græcè nuper editum cùm vidi (anteà numquam fuit copia) verba eius in aliam sententiam, hæc repperi:* καὶ ἐλεύθερον ὁ Νέρων τὴν Ἑλλάδα ἀφῆκεν ἁπάντων, ἀλλαγὴν ποιησάμενος τῆς Ῥωμαίων. Σαρδὼ γὰρ τὴν νῆσον ἐς τὰ μάλιστα εὐδαίμονα ἀντὶ Ἑλλάδος σοφίαν ἀντέδωκεν. *Quorum verborum vera hæc sententia:* Omnium immunem & liberam Nero reliquit Græciam, permutatione quadam

* Romulus Amasæus est.

A incerto fuere) vrbem reuiſit; prouincias Orientis, maximè Ægyptum, ſecretis imaginationibus agitans. Dein edicto teſtificatus non longam ſui abſentiam, & cuncta in Rep. perinde immota ac proſpera fore, ſuper eâ profectione adijt Capitolium. Illic veneratus deos, cùm Veſtæ quoque templum iniſſet, rèpentè cunctos per artus tremens, ſeu numine exterrente, ſeu facinorum recordatione numquam timore vacuus, deſeruit inceptum, cunctas ſibi curas amore patriæ leuiores dictitans: *Vidiſſe ciuium mœſtos vultus, audire ſecretas querimonias, quòd tantum aditurus eſſet iter, cuius ne modicos quidem egreſſus tolerarent, ſueti aduerſum fortuita aſpectu Principis refoueri. Ergo vt in priuatis neceſſitudinibus proxima pignora prævalerent, ita populum Romanum vim plurimam habere: parendumque retinenti.* Hæc atque talia plebi volenti fuere, voluptatum cupidine, & quæ præcipua cura eſt, rei frumentariæ anguſtias ſi abeſſet metuenti. Senatus & primores in incerto erant, procul an coràm atrocior haberetur. dehinc, quæ natura magnis timoribus, deterius credebant quod euenerat. Ipſe quò fidem acquireret, [54] nihil vſquam perinde lætum ſibi; [55] pu- Cap. 37.
B blicis locis ſtruere conuiuia, totaque vrbe quaſi domo vti. Et celebertimæ luxu famaque epulæ fuere, quas Tigellino paratas, vt exemplum referam, ne ſæpiùs eadem prodigentia narranda ſit. Igitur [56] in ſtagno Agrippæ fabricatus eſt ratem, cui ſuperpoſitum conuiuium nauium aliarum tractu moueretur. Naues auro & ebore diſtinctæ. Remigeſque exoleti, per ætates & ſcientiam libidinum componebantur. Volucres & feras diuerſis è terris, & animalia maris Oceano abuſque petiuerat. Crepidinibus ſtagni lupanaria aſtabant, [57] illuſtribus feminis completa. Et contrà ſcorta viſebantur, [58] nudis corporibus: Iam geſtus motuſque obſceni, & poſtquam tenebræ incedebant, quantum iuxta nemoris, & circumiecta tecta, conſonare cantu & luminibus clareſcere. Ipſe per licita & illicita fœdatus, nihil flagitij reliquerat, quo corruptior ageret; niſi paucos poſt dies vni ex illo contaminatorum grege, [59] cui nomen Pythagoræ fuit, in modum ſolennium coniugiorum denupſiſſet. Inditum Imperatori flammeum. [60] Miſſi auſpices duo, & genia-

Omittit:

Quaſi caritate plebis & patriæ.

Infames eius epulæ:

Magnò ſumptu:

Turpi libidine.

Denique (ô ſcelus, ſcelus!) nubit.

C quadam cum populo Romano factâ. Sardiniam enim inſulam beatam & vberem, pro Græciâ ei attribuit. *Ita palàm lati erroris illius Pauſanias liberatur: qui non hoc vult, vt Sardinia tunc demum prouincia ſit facta. non hercules, non. ſed vt cum populo permutata. Hoc tamen ipſum an verè? ambigas iure. quia Strabo libro vltimo, & Dio* LIII. *Sardiniam iaminde à primâ diuiſione Auguſti, collocant inter populares. Quod ſi mutatum à medijs Principibus: Dionem id non monuiſſe profectò mirum eſt.*

54. NIHIL VSQVAM PERINDE LÆTVM SIBI.] *Mihi hoc lucet. Vertranium malle*, nihil vſquam periculoſum ſibi, *inſipientia eſt. Clarè hoc ait: Nero vti reipsâ oſtenderet nullum ſibi locum præ Româ eſſe: ſtruxit in publico conuiuia, &c.*

D 55. PVBLICIS LOCIS STRVERE CONVIVIA.] *Suetonius:* Cænitabatque nonnumquam & in publico, Naumachiâ præcluſâ, vel Martio campo, vel Circo maximo.

56. IN STAGNO AGRIPPÆ.] *cuius mentio Straboni; itemq; nemoris, de quo hîc, lib.* XIII. *de Lampſaco:* Ἐντεῦθεν δὲ μετήνεγκεν Ἀγρίππας τὸν πεπωκότα λέοντα Λυσίππου ἔργον. Ἀνέθηκε δὲ ἐν τῷ ἄλσει τῷ μεταξὺ τῆς λίμνης καὶ τοῦ Εὐρίπου. *id eſt:* Illinc tranſtulit Agrippa Leonem cadentem Lyſippi opus. poſuit verò in nemore, quod ſtagnum interiacet & Euripum. *Ammianus, puto, idem intellexit*; Inter quæ porticum excitauit ingentem * lauacro Agrippæ contiguam, Boni euentus cognomine.

57. ILLVSTRIBVS FEMINIS COMPLETA.] *Corrigo in hac ſententiâ Suetonium cap.* XXVII. Inſignes ganeæ & matronarum inſtitorio copas imitantium. *legoq;*, inſtitoria, *pro locis ipſis.*

58. NVDIS CORPORIBVS.] *Ita receptum in proſtitutis, vt nudæ oſtenderent quidquid ſui. Iuuenalis:*

——tum nuda papillis
Conſtitit auratis.

Lampridius Eligabalo: Et cùm ad meretrices habitu muliebri proceſſiſſet, papillâ eiectâ. *Optimè omnium Dio, in eodem monſtro:* Γυμνός τε αἰεὶ ὀπὶ τὴν θύραν ὠθεῖτο, ὥσπερ αἱ πόρναι, καὶ τὸ στηθόδεσμον χρυσοῖς κηκοῖς ἐξηρτημένον ἐφαίνετο, τούς τε παριόντας ἀδρᾶ τε καὶ κεκλασμένῃ τῇ φωνῇ προσεταιριζόμενος.

59. CVI NOMEN PYTHAGORÆ] *At Doryphorum vocat Suetonius, facitq; eum Neronis libertum. Enimuerò errare Tranquillum aio, quoniam Doryphorus antè mortuus. Tacitus lib.* XIV. Eodem anno potiſſimos libertorum veneno interfeciſſe creditus eſt: Doryphorum, vt aduerſatum nuptijs Poppææ. *A Tacito etiam Dio ſtat.*

60. MISSI AVSPICES DVO.] *E Sulpicio Seuero, qui locum hunc tranſſcripſit aperte, leg. videtur*, auſpices, dos, & gen. *Melius etiam*, viſi, *quàm*, miſſi. *Verba Sulpicij:* Inditum Imperatori flammeum, dos & genialis thorus, & faces nuptiales: cuncta denique quæ vel in feminis non ſine verecundiâ conſpiciuntur, ſpectata. *Victor de hac re:* Amictus nubentium virginum ſpecie, palam Senatu, dote datâ, in manum conuenit. *Sed & in Suetonio mentio dotis: nec herclè in his legitimis nuptijs omitti debuit.*

* Aut certè eius thermas intellegit.

61. PER

genialis torus,& faces nuptiales; cuncta deniq; ſpectata, quæ etiam in feminâ nox operit. A

Cap.38. *Incendium grande Romæ.*

Sequitur clades, fortè, an dolo Principis incertum: nam vtrumque auctores prodidere: ſed omnibus quæ huic vrbi per violentiam ignium acciderunt, grauior atque atrocior. Initium in eâ parte Circi ortum, quæ Palatino Cælioque montibus contigua eſt. Vbi [61] per tabernas, quibus id mercimonium inerat quo flamma alitur, ſimul cœptus ignis,& ſtatim validus, ac vento citus longitudinem Circi corripuit. Neque enim domus munimentis ſeptæ, vel templa muris cincta,aut quid aliud moræ interiacebat. Impetu peruagatum incendium, plana primùm, deinde in edita aſſurgens, & rurſus inferiora populando anteijt remedia velocitate mali, & obnoxiâ vrbe artis itineribus, hucque & illuc flexis, atque [62] enormibus vicis, qualis vetus Roma fuit. Ad hoc lamenta pauentium feminarum,[63] feſſa [ætate] aut rudis pueritiæ ætas,quiq; ſibi,quique alijs conſulebant, dum trahunt inualidos aut opperiuntur, pars morans, pars feſtinans, cuncta impediebant: & ſæpè dum in tergum reſpectant, lateribus aut fronte circumueniebantur: vel ſi in proxima euaſerant, illis quoque igni correptis, etiam quæ longinqua crediderant, in eodem caſu reperiebantur. Poſtremò quid vitarent, quid peterent ambigui, complere vias, ſterni per agros: quidam omiſſis omnibus fortunis diurni quoque victus, alij caritate ſuorum quos eripere nequiuerant, quamuis patente effugio interiere. Nec quiſquam defendere audebat, crebris multorum minis reſtinguere prohibentium; & quia alij palàm faces iaciebant, atque eſſe ſibi auctorem vociferabantur: ſiue vt raptus licentiùs exercerent, ſeu iuſſu. Eo in tempore Nero Antij agens, non antè in vrbem regreſſus eſt, quàm domui eius, quà palatium & [64] Mæcenatis hortos continuauerat, ignis propinquaret Neque tamen ſiſti potuit, quin & palatium & domus & cuncta circùm haurirentur. Sed ſolatium populo exturbato & profugo, campum Martis ac [65] monumenta Agrippæ, hortos quin etiam ſuos patefecit. Et ſubitaria ædificia exſtruxit, quæ multitudinem inopem acciperent. Subuectaque vtenſilia ab Hoſtiâ, & propinquis municipijs. [66] pretiumque frumenti minutum, vſque ad ternos nummos. Quæ quamquam popularia, in irritum cadebant, quia peruaſerat rumor: ipſo tempore flagrantis vrbis, iniſſe eum domeſticam ſcenam, & cecinisſe Troianum excidium, præſentia mala vetuſtis cladibus aſſimilantem. [67] Sexto demùm die apud imas Eſquilias finis incendio factus, proruptis per immenſum ædificijs, vt continuæ violentiæ campus & velut vacuum cælum

Quod nec reſtingui licuit.

Domus etiam Principis exuſta. Receptacula quadam plebi data.

Miſera eius facies,

At ille canit inter flãmas.

Cap.39.

Cap.40.

61. PER TABERNAS, QVIBVS.] *Nam ibi, id eſt, in Velabro olearij. Plautus:*

De compacto rem gerunt, quaſi in Velabro olearij.

Ideò à Victore in regione XI. *Circi maximi, locata ædes* Herculis Oliuarij. *Sed & Thurarius vicus iſtic. Denique purpura, ſerica, aliæq; merces. Martialis:*

Nec niſi prima velit de Thuſco vellera vico.

62. ENORMIBVS VICIS.] *Liuius libro* V. *poſt Gallicum incendium, id excuſat,* Feſtinatio curam exemit vicos dirigendi, dum omiſſo ſui alienique diſcrimine, in vacuo ædificant. *& addit,* formam vrbis eſſe occupatæ magis, quàm diuiſæ ſimilem.

63. FESSA ÆTATE AVT.] *Sentio corruptionem, & amolior:* Feſſa, aut rudis pueritiæ ætas, *ſuperfluenti voce inductâ. Deſcribit in incendio infirmi ſexus pauorem, & ætatis. Ætas infirma duplex, Pueritia, Senectus. Hanc noſter vocat Feſſam. ſuprà. lib.* XIV. Si quos imbellis ſexus aut feſſa ætas attinuerat. *lib.* I. *Hiſt.* Feſsâ iam ætate Galbæ. *lib.* I. *Annal.* An Auguſtum feſsâ ætate toties in Germaniam commeare potuiſſe?

64. MÆCENATIS HORTOS CONTINVAVERAT.] *Horti Mæcenatiani in Exquilijs. Bis autem à Nerone ædificata domus, productaq; ad Exquilias ipſas. Suetonius,* Domum à Palatio Eſquilias vſque fecit. quam primò Tranſitoriam, mox incendio abſumptam reſtitutamque, Auream nominauit. *Priorem ergo nunc intellege.*

65. MONVMENTA AGRIPPÆ.] *Quæ pluria in eo campo. Vide Dionem* LIII.

66. PRETIVMQVE FRVMENTI MINVTVM.] *Appâret ergo non planè gratuitum frumentum fuiſſe: niſi tamen intellegit de eo, quod ſupra annonarium modum ſupraq; menſtruam teſſeram capiebant. Sanè & anteà mentio pretij fuit;* Frumenti pretio nihil additum eſt, quamuis ducentas ferè naues, *&c. itemq; poſt hoc libro:* Addiditque militibus ſine pretio frumentum, quo anteà ex modo annonæ vtebantur. *Hæc autem ratio conciliandi fauoris, pulchrè & ex ſui ſæcli ritu deſcripta Lucano lib.* III. *in Iulij perſonâ:*

Quoque modo vanos populi conciret amores:
Gnarus, & irarum cauſſas, & ſumma fauoris
Annonâ momenta trahi. namque adſerit vrbes
Sola fames, emiturque metus, cùm ſegne potentes
Vulgus alunt. neſcit plebes ieiuna timere.

67. SEXTO DEMVM DIE.] *At Suetonius ait, ſex dies ſeptemq; noctes eâ clade ſæuitum. Vterque longè*

A cælum occurreret. Nec dum posito metu [68] redibat. * Leuis rursum grassatus ignis, patulis magis vrbis locis, eoque strages hominum minor. delûbra deûm, & porticus amœnitati dicatæ latiùs procidêre. Plusque infamiæ id incendium habuit, quia prædijs [69] Tigellini Æmilianis proruperat. [70] Videbaturque Nero condendæ vrbis nouæ, & cognomento suo appellandæ gloriam quærere. Quippe in regiones quattuordecim Roma diuiditur: quarum quattuor integræ manebant, tres solo tenus deiectæ: septem reliquis pauca tectorum vestigia supererant, lacera & semiusta. Domuum, & insularum, & templorum, quæ amissa sunt, numerum inire haut promtum fuerit: sed vetustissimâ religione, quod [71] Seruius Tullius Lunæ, & Magna ara fanumque, quæ præsenti Herculi Arcas Euander sacrauerat, ædesque Statoris Iouis vota Romulo, Numæque regia, & delubrum Vestæ cum penatibus populi Romani, exusta. iam opes tot victorijs quæsitæ, & [72] Græcarum artium decora, exin [73] monimenta ingeniorum antiqua & incorrupta. quamuis in tantâ resurgentis vrbis pulchritudine, multa seniores meminerant, quæ reparari nequibant. Fuere qui annotarent, [74] XIV. Kalend. Sextiles principium incendij huius ortum, quo & Senones captam vrbem inflammauerant. Alij eò vsque curâ pro-
B gressi sunt, vt [75] totidem annos mensesque & dies inter vtraque incendia numerent. Ceterùm Nero vsus est patriæ ruinis, exstruxitque domum, in quâ haut perinde gemmæ & aurum miraculo essent, solita pridem, & luxu vulgata, quàm [76] arua & stagna, & in modum solitudinum hinc siluæ, inde aperta spatia, & prospectus: magistris & machinatoribus Seuero & Celere, quibus ingenium & audacia erat, etiam quæ natura denegauisset,

Nec sine eius nutu videbatur id incendium.

Cap. 41.
Ceterùm tota pænè Roma eo corrupta: Et vetustissima templa: Innumera statua.

Cap. 42.
Nero domum sibi exstruit.

Laxitate & splendore mirificam.

longè abit à lapide prisco, qui nouenos commemorat dies. Romæ ad Basilicam Petri,

EX. VOTO. SVSCEPTO. QVOD. DIV.
ERAT. NEGLECTVM. NEC. REDDITVM.
INCENDIOR. ARCENDORVM. CAVSSA
QVANDO. VRBS. PER. NOVEM. DIES.
C ARSIT. NERONIANIS. TEMPORIBVS.
ET. HAC. LEGE. DEDICATA. EST. NE.
CVI. LICEAT. INTRA. HOS. TERMINOS. ÆDIFICIVM. EXSTRVERE.

Conciliari facilè noster potest, quia mox addit ignem rediisse. Primum vt incendium sex dierum fuerit; alterum, trium. Suetonium, aut lapidem certè non excuso.

68. REDIBAT. * LEVIS.] *Inusi notam. tamen legi potest, sententiâ incolumi:* redijt, at leuiùs rursum grassaturus ignis.

69. TIGELLINI ÆMILIANIS.] *Puto legendum* in Æmilianis. *Æmiliana enim locus extra vrbem, ad campum Martium, coniunctus tamen continensq; vrbi. Varro libro* III. *De Re rust.* Eorum ædificia qui habitant extra portam Frumentariam, aut in
D Æmilianis. *Sueton. Claudio cap.* XVIII. Cùm Æmiliana pertinaciùs arderent. *Est tamen in ipsâ vrbe & vicus Æmilianus regione* VII. *nominatus Sex. Rufo.*

70. VIDEBATVRQVE NERO.] *Sulpicius Seuerus lib.* II. *Sac. Histor. mutuatus hoc est à Tacito:* Sed opinio omnium inuidiam incendij in Principem retorquebat, credebaturque Imperator gloriam innouandæ vrbis quæsisse.

71. SER. TVLLIVS LVNÆ.] *Templum Lunæ in Auentino reperio, apud Liuium lib.* XL. Forem ex æde Lunæ quæ in Auentino est raptam tulit, *&c. Rufus in regione* XII. Templum Lunæ in Auentino magnum. *Ouidius:*

Luna regit menses. huius quoq; tempora mensis
Finit Auentino Luna colenda iugo.

Suspicabar de Luâ matre anteà: sed falsò.

72. GRÆCARVM ARTIVM DECORA.] *Statuæ, & tabulæ magnorum artificum.*

73. MONIMENTA INGENIORVM.] *Libri veterum scripti, multi ab ipsis auctoribus: qui in priuatis aut publicis Bibliothecis perierunt. O iustam querelam! & si tunc, quid nunc post Barbaros dicam? Iure laboramus in restituendis.*

74. XIV. KAL. SEXTILES.] *Satis mirus ille dierum concursus & conuenientia, & ab arcanis Prouidentiæ causis. Sicut & in templo Hierosolymitano Iosephus notat, lib.* VII. *Excidij,* eodem mense & die à Tito incensum, quo olim à Babylonio rege fuisset. *Quis autem propriè ille dies Romani incendij? notatur à Tacito* Decimusquartus Kal. Sextilium. *sed cum manifesto errore vel librarij, vel ipsius potiùs, vt vult vir doctissimus in Temporum emendatione.* Nam omnes veteres, *inquit,* incendium illud euenisse non XIV. sed XVI. Kalend. Sextilis tradunt. *Fateor miratum me cùm legerem, & Taciti causâ sedulò inquisiuisse. Sed profectò omnis me ratio fugit, aut hic virum illum magnum: & à capite rem inquisiui in* EXCVRS. A.

75. TOTIDEM ANNOS MENSESQVE.] *Tricæ curiosorum hominum, quas non extrico. Computem ab vrbe conditâ? dispar ratio. A Troiâ incensâ? æquè dispar. Facile collectu tibi ex Fastis. Vt mihi nunc videntur, tenebræ sunt, quas non illustret ipse Phœbus.*

76. ARVA ET STAGNA.] *Suetonius cap.* XXXIV. *& Martialis magis distinctè loca ipsa describens lib.* I. *epig.* II.

Hîc vbi conspicui venerabilis Amphitheatri
Erigitur moles, stagna Neronis erant.
Hîc vbi miramur velocia munera thermas,
Abstulerat miseris tecta superbus ager.

uisset, per artem tentare, & viribus Principis illudere. Namque [77] ab lacu Auerno nauigabilem fossam vsque ad ostia Tiberina depressuros promiserant, squalenti litore, aut per montes aduersos. Neque enim aliud humidum gignendis aquis occurrit, quàm Pomptinæ paludes: cetera abrupta, aut arentia, ac si perrumpi possent, intolerandus labor, nec satis caussæ. Nero tamen, vt erat incredibilium cupitor, effodere proxima Auerno iuga connixus est: manentque vestigia irritæ spei. Ceterùm vrbis [78] quæ domus supererant, non vt post Gallica incendia, nulla distinctione, nec passim erectæ: sed dimensis vicorum ordinibus, & latis viarum spatijs, [79] cohibita ædificiorum altitudine, ac patefactis areis, additisque porticibus, quæ frontem insularum protegerent. Easque porticus Nero suâ pecuniâ exstructurum, purgatasque areas dominis traditurum, pollicitus est. Addidit præmia pro cuiusque ordine, & rei familiaris copijs: finiuitque tempus, intra quod effectis domibus aut insulis, adipiscerentur. Ruderi accipiendo Hostienses paludes destinarat, atque naues, quæ frumentum Tiberi subuectassent, onustæ rudere decurrerent. Ædificiaque ipsa certâ sui parte, sine trabibus, [80] saxo Gabino Albanoque solidarentur: quòd is lapis igni imperuius est. Iam aqua priuatorum licentiâ intercepta, quo largior & pluribus locis in publicum flueret, [81] custodes: & subsidia reprimendis ignibus, in propatulo quisque haberet: nec communione parietum, sed proprijs quæque muris ambirentur. Ea ex vtilitate accepta decorem quoque nouæ vrbi attulere. Erant tamen qui crederent veterem illam formam salubritati magis conduxisse, quoniam angustiæ itinerum, & altitudo tectorum non perinde solis vapore perrumperentur. At nunc patulam latitudinem, & nullâ vmbrâ defensam, grauiore æstu ardescere. Et hæc quidem humanis consilijs prouidebantur. Mox petita à dijs piacula, aditique Sibyllæ libri, ex quibus supplicatum Vulcano & Cereri Proserpinæque, ac propitiata Iuno per matronas, primùm in Capitolio, deinde apud proximum mare. Vnde hausta aquâ, templum & simulacrum deæ prosperfum est; & [82] lectisternia ac peruigilia celebrauere feminæ quibus mariti erant. [83] Sed non ope humanâ, non largitionibus Principis aut deûm placamentis, decedebat infamia, quin iussum incendium crederetur. Ergo abolendo

Cap. 43. *Ipsa vrbs cœpta instaurari:*

Sed ad mensuram & compositè.

Etiam firmior contrà incendia:

Et veteri pulchrior: Non tamen salubrior.

Cap. 44. *Dijs supplicia instituta.*

A B C D

77. AB LACV AVERNO.] *Plinius lib.* XIV. Anteà Cæcubo erat generositas, quod iam intercidit, & incuriâ coloni locique angustiâ: magis tamen fossa Neronis, quam à Baiano lacu Ostiam vsque nauigabilem inchoauerat.

78. QVÆ DOMVS SVPERERANT.] *Pugnat in se sententia. Si enim supererant, quomodo erectæ? quod in dirutas incensasq; conuenit. Putarim legend.* quæ domus perierant.

79. COHIBITA ÆDIFICIORVM ALTITVDINE.] *Quod iam antè Augustus fecerat, eâdem fini: id est, ad incendia arcenda, & maximè ruinas. Strabo lib.* V. Πρὸς δὲ τὰς συμπτώσεις τὰ ὕψη τῆς καινῶν οἰκοδομημάτων καθελὼν, καὶ κωλύσας ἐξαίρειν ποδῶν ὅ. Τὸ πρὸς ταῖς ὁδοῖς ταῖς δημοσίαις. *Sed & ante Augustum Rutilius orationem dixerat, de modo ædificiorum. Et Augustus quidem pedes* LXX. *tollere permisit: Traianus dumtaxat* LX. *vt notat Sex. Aurelius, qui modus fortasse & Neronianus fuit.*

80. SAXO GABINO ALBANOQVE.] *Eadem vis Sabino lapidi tributa ab Isidoro lib.* XVI. Sauinus lapis, *inquit*, fuscus addito oleo etiam lucere fertur. Est & quidam viridis lapis vehementer igni resistens. *Sed corrigo*, Gabinus, *è Strabone:* Γάβιοι μὲν ἐν τῇ Πραινεστίνῃ ὁδῷ κειμένη λατόμιον ἔχουσα ὑπάρχον τῇ Ῥώμῃ μάλιστα τῶν ἄλλων. *id est*, Gabij in viâ Prænestinâ vrbs, latomias habet, quibus non aliæ vtibiliores Romanis. *De his similibusq; lapidibus imperuijs igni, vide Vitruuium lib.* II. *cap.* VII.

81. CVSTODES.] *Puto custodes istos, castellarios appellatos, quia diuidiculis (vti veteres dicebant) siue castellis aquarum Præfecti. Lapis Romæ:*

CLEMENTI. CÆSAR
VM. N. SERVO. CASTE
LLARIO. AQVÆ. CL.
AVDIÆ.

De castellis Hesychius, Vitruuius, Plinius, & Iurisconsulti, tit. De aquâ quotidianâ. Sed & ad tutelam aquarum familiæ publicæ institutæ: quæ in aliquot ministeriorum speciem diducuntur, villicos, castellarios, curatores, silicarios, tectores, alioque opifices, *ait Frontinus, quem in his vide.*

82. LECTISTERNIA AC PERVIGILIA] *Probè omnino* Lectisternia. *cùm tamen in vet. Budensi & Flor. sit,* Sellisternia: *non nefas suspicari* Solisternia, *vt intellegat feminas, (receptissimo tunc ritu) corpora in humum abiecisse; ad aras deorum repsisse. Lucan. libro* II.

Hæ lacrimis sparsere deos, hæ pectora duro
Afflixere solo.

Statius: ——omnibus aris
Illacrimat, signatque fores, & pectore terget
Limina.

Et in Liuio, Polybio, Apuleio, exempla.

83. SED NON OPE HVMANA] *Hæc, & quæ sequuntur, transcripsit iterùm Sulpitius:* Neque vllâ re Nero efficiebat, quin ab eo iussum incendium putaretur. Igitur vertit inuidiam in Christianos, actæque in innoxios crudelissimæ quæstiones.

A lendo rumori Nero ſubdidit reos, & quæſitiſſimis pœnis affecit, quos per flagitia inuiſos, [84] vulgus Chriſtianos appellabat. Auctor nominis eius CHRISTVS, qui Tiberio imperitante, per procuratorem [85] Pontium Pilatum ſupplicio affectus erat. Repreſſaque in præſens * exitiabilis ſuperſtitio rurſus erumpebat, non modò per Iudæam originem eius mali, ſed per vrbem etiam: quò cuncta vndique atrocia aut pudenda confluunt, celebranturque. Igitur primò correpti qui fatebantur, deinde indicio eorum multitudo ingens, haut perinde in crimine incendij, quàm [86] odio humani generis conuicti ſunt. Et pereuntibus addita ludibria, vt ferarum tergis contecti, laniatu canum interirent; aut crucibus affixi, aut flammandi, atque vbi defeciſſet dies, [87] in vſum nocturni luminis vrerentur. Hortos ſuos ei ſpectaculo Nero obtulerat, & Circenſe ludicrum edebat, habitu aurigæ permixtus plebi, [88] vel circulo inſiſtens. Vnde quamquam aduerſus ſontes & nouiſſima exemplа meritos, miſeratio oriebatur; tamquam non vtilitate publicâ, ſed in ſæuitiam vnius abſumerentur. Intereà conferendis pecunijs peruaſtata
B Italia, prouinciæ euerſæ, ſocijque populi, & quæ ciuitatum liberæ vocantur. Inque eam prædam etiam dij ceſſere, ſpoliatis in vrbe templis, egeſtoque [89] auro; quod triumphis, quod votis, omnis populi Romani ætas proſperè aut in metu ſacrauerat. Enimuerò per Aſiam atque Achaiam non dona tantùm, ſed [90] ſimulacra numinum abripiebantur,

Et alia ſupplicia in Chriſtianos, quaſi incendiarios.

** Vat. exitialis.*

Tace impiè.

Inſignis in eos crudelitas.

Nero intereà aurigatur.

Cap. 45.

Italiam & prouincias exhaurit.

Templa diſpoliat.

ſtiones. quin & nouæ mortes excogitatæ, vt ferarum tergis contecti laniatu canum interirent. Multi crucibus affixi, aut flammâ vſti. Plerique in id reſeruati, vt cùm defeciſſet dies, in vſum nocturni luminis vrerentur.

84. VVLGVS CHRISTIANOS APPELLABAT.] *Siue*, Chreſtianos, *vt ſcripsêre per inſcitiam * illi. Quod nomen ortum demum obſeruo imperio Claudij extremo. Suidas:* Ἐπὶ Κλαυδίου Βασιλέως Ῥωμαίων,
C Πέτρου τὸν Ἀποστόλων χειροτονήσαντος. Εὐόδιον δὲ Ἀντιοχείας, μετωνομάσθησαν οἱ πάλαι λεγόμενοι Ναζαραῖοι καὶ Γαλιλαῖοι, Χριστιανοί. *Sed & Iudæi appellati anteà, quod fruſtrà negitant quidam. Apertè Arrianus lib.* II. *cap.* IX. Ὅταν τινα ἐπαμφοτερίζοντα ἴδωμεν, εἰώθαμεν λέγειν, Οὐκ ἔστιν Ἰουδαῖος, ἀλλ' ὑποκρίνεται. Ὅταν δ' ἀναλάβῃ τὸ πάθος, τὸ τοῦ βεβαμμένου καὶ ῥεμμένου, τὸ τε καὶ ὅτι πρὸς ὄντα λέγεται Ἰουδαῖος. *Ait,* τὸ βεβαμμένου. *qui ergo tincti & baptizati, præter Chriſtianos? Suetonius Claud. cap.* XXV. Iudæos impulſore Chreſto aſſiduè tumultuantes Româ expulit.

85. PONTIVM PILATVM.] *Qui ſextus Procurator Iudææ, cum poteſtate Præſidis, fuit. Vide Ioſephum lib.* XVIII. *Antiq. cap.* III. *Miror autem cur* Syriæ Procuratorem, *nimis diffusè, Tertullianus dicat, in Apologetico:* Pontio Pilato Syriam tunc ex parte
D Romanâ procurante.

86. ODIO HVMANI GENERIS.] *Faërnum legiſſe aiunt,* Odio generis conuicti. *Sed non ea mens Taciti: eſt ipſa, quam lib.* V. *Hiſt. expreſsit, de Iudæis:* Apud ipſos fides obſtinata, miſericordia in promptu, ſed aduerſus omnes alios hoſtile odium. *Et Arnobius dicet, Chriſtianis hoc obiectum: quia ſcilicet diuerſa omnia in moribus & ſacris. itemq; contagem & congreſſum eorum, theatra & circos, fugiebant.*

87. IN VSVM NOCTVRNI LVMINIS.] *Pro lychno & lucernâ. Credo Iuuenalem ad hoc ſæuitiæ genus ſpectaſſe.*

Pone Tigellinum: tædâ lucebis in illâ
Quâ ſtantes ardent qui fixo gutture fumant.

quos verſus ſcio & vulgus interpretum, & egregium Turnebum, longè ſeciùs accipere. Ceterùm prima hæc exercita in noſtrum nomen crudelitas, ſanguinis dico. Nam Claudius anteà tantùm expulerat. Sueton. cap. XXV. *Tertullianus:* Conſulite Commentarios veſtros, in illis reperietis Neronem primum in hanc ſectam tum maximè Romæ orientem Cæſariano gladio ferociſſe.

* Tertullianus Apol. id notat & Lactantius.

88. VEL CIRCVLO INSISTENS.] *Ego perſeuero legere,* vel curriculo, *ſententiâ planè volente. Nero, inquit, interdum quaſi ſpectator immiſcebatur plebi, interdum currui inſiſtebat vt aurigator. Propriè inſiſtebant. Plinius lib.* IX. *epiſtolar.* Quo magis miror tot millia virorum, tam pueriliter, identidem currentes equos, inſiſtentes curribus homines videre. *At Neronem currus rexiſſe, nimis notum. Plinium leuiter emendo lib.* XXVIII. *capite* XVII. Feruntque & Neronem Principem hac potione recreari ſolitum, cùm ſic quoque ſe trigario (*imò* trigarium) approbare vellet. *Approbare trigarium, valet, oſtendere ſe legitimum aurigam & agitatorem equorum.*

89. AVRO; QVOD TRIVMPHIS.] *Aurum è triumphis, Coronarium capio: quod iam per alios innotuit: ſiue etiam, quod ab Imperatoribus per triumphos illatum. E votis, quod Senatus in re trepidâ Ioui aliiſq; diis vouebat. Petronius,* Ipſe Senatus recti bonique præceptor, mille pondo auri Capitolio promittere ſolet. *Aut ipſi Conſules, Prætoréſve in prouincias & ad bellum ituri. Liuius lib.* XXXI. Ludos Ioui, donumque vouere conſulem, cui prouincia Macedonia euenisſet, iuſſit. *Alibi:* Tum P. Sulpicius ſecundùm vota in Capitolio nuncupata paludatus cum lictoribus profectus. *Et exempla in Liuio ſparſim.*

90. SIMVLACRA NVMINVM ABRIPIEBANTVR.] *Pauſanias libro* X. Non poſtremò Neronis impietatem dei donaria effugere potuerunt. Is enim æneas quingentas, partim deorum, partim hominum, ſuſtulit imagines. *Plinius aut lib.* XXXIV. *clariſsima quæque ſignorum* violentiâ Neronis in vrbem conuecta, & in ſellarijs domus aureæ diſpoſita fuiſſe.

bantur, missis in eas prouincias [91] Acrato ac [92] Secundo Carinate. Ille libertus cuicunque flagitio promtus: hic Græcâ doctrinâ ore tenus exercitus, animum bonis artibus [93] non induerat. Ferebatur Seneca, quò inuidiam sacrilegij à semet auerteret, longinqui ruris secessum orauisse: & postquam non concedebatur, fictâ valetudine quasi æger neruis, cubiculum non egressus. Tradidere quidam, venenum ei per libertum ipsius, cui nomen Cleonicus, paratum, iussu Neronis: vitatumque à Senecâ proditione liberti, seu propriâ formidine, [94] dum simplici victu, & agrestibus pomis, ac, si sitis admoneret, profluente aquâ vitam tolerat. Per idem tempus gladiatores apud opidum Prænestę, tentatâ eruptione, præsidio militis, qui custos adesset, coërciti sunt: iam Spartacum & vetera mala rumoribus ferente populo, vt est nouarum rerum cupiens pauidusque. Nec multò pòst clades rei naualis accipitur, non bello (quippe haut aliàs tam immota pax) sed certum ad diem in Campaniam redire classem Nero iusserat, non exceptis maris casibus. Ergo gubernatores quamuis sæuiente pelago à Formijs mouere, & graui Africo, [95] dum promontorium Miseni superare contendunt, Cumanis litoribus impacti, triremium pleraque, & minora nauigia passim amiserunt. Fine anni vulgantur prodigia imminentium malorum nuntia. Vis fulgurum non aliàs crebrior, & sidus cometes, sanguine illustri semper Neroni expiatum. Bicipites hominum aliorúmve animalium partus abiecti in publicum, aut in sacrificijs, quibus [96] grauidas hostias immolare mos est, reperti. Et in agro Placentino viam propter natus vitulus, cui caput in crure esset. Secutaque haruspicum interpretatio: parari rerum humanarum aliud caput, sed non fore validum, neque occultum: quia in vtero repressum, aut iter iuxta editum sit. Ineunt deinde consulatum [97] Silius Nerua, & Atticus Vestinus, cœptâ simul & auctâ coniuratione, in quam certatim nomina dederant, senatores, eques, miles, feminæ etiam, cùm odio Neronis, tum fauore in C. Pisonem. Is Calpurnio genere ortus, ac multas insigneſque

Seneca vocem aut mentem his sceleribus non commodat. Venenum ei paratum.

Cap. 46. *Continentia hominis.*

Clades in mari.

Cap. 47. *Prodigia plura.*

Cap. 48. A. V. C. DCCCXIII. *Coniuratio in Neronem. Capite C. Pisone.*

91. ACRATO AC SECVNDO.] *Prior horum nominatus & Dioni Chrysostomo, & tota res & rapina hæc denarrata: sed nomen corruptum est in libris. Verba in oratione, quam* Rhodaicam *inscripsit:* Ἴστε γὸ Ἀκράτων ἦκε μόνος, τλὼ ὀικεμβρίω χεδὸν ἅπασαν περιελθὼν, τότε χάριν, καὶ μηδὲ κώμιλω παρεὶς μηδεμίαν, ὡς καθαρὸς ἦκε. *Corrupta, inquam, priora palàm, & viri duo doctissimi mederi prætentarunt: ego faciam. In scripto codice aiunt esse:* Ἀκράτων ἐμὲ μόνος. *Lego,* Ἴστε γὸ, Ἄκρατος ἐκεῖνος, τλὸ ὀικεμβρίω. *Vertenda:* Nostis enim, Acratus ille, omnem orbem ferè peruagatus, illius rei gratiâ (*statuas auferendi, & talia ornamenta*) & nullum pagum etiam aut vicum omittens, vt huc etiam venerit. *Hæc vera lectio, & Tacitus firmat, quod ad nomen attinet: in re autem, lucem à Dione etiam ipse capit, capietq; locum totum vide. Volebam etiam legere:* Ἄκρατος ὁ ἠγεμόνος, *ex vulgatâ editione: quod esset,* Acratus Principis, *libertus scilicet aut seruus: sed verius habeo, quod dixi.*

92. SECVNDO CARINATE.] *Suspicari possis Rhetorem illum esse, quem Dio scribit à Caio in exsilium missum, quia contra Tyrannos declamitauerat. quemq; Iuuenalis tangit:*

Sicut Thrasymachi probat exitus, atq; Secundi
Carinnatis.

Tinctum eum eloquentiæ litterarumq; studijs, Taciti consequa verba indicant.

93. NON INDVERAT.] *Tentabam*, imbuerat. *Nunc adfirmo vulgatam scripturam: & perplacet metaphoræ honestas. Quâ ipsâ vsus Agellius lib.* II. *de Æsopo fabulatore:* qui, *inquit*, res salubriter ac perspicienter animaduersas, in mentes animosque hominum cum audiendi quadam illecebrâ induit. *non vt corrumpunt*, induxit.

94. DVM SIMPLICI VICTV.] *In tantis opibus magna & rara abstinentiæ laus. Ipse de se epistolâ* LXXXIV. Panis deinde siccus, & sine mensâ prandium, post quod non sunt lauandæ manus. Dormio minimum. Consuetudinem meam nosti. breuissimo somno vtor, & quasi interuigilo. *vbi ex veteri libro adsero*, & quasi interiungo, *ab aurigis metaphora: Epist.* CIX. Inde in omnem vitam vnguento abstinemus: quoniam optimus odor in corpore, est nullus. Inde vino caret stomachus. inde in omnem vitam balneum fugimus. *& plura ibidem.*

95. DVM PROMONTORIVM MISENI.] *Classis Romana in portu Misenensi ordinariam stationem habebat; vti Alexandrina Puteolis, vt Strabo lib.* XVII. *indicat. Promontorium hoc infame naufragijs, vti è Senecâ colligas epist.* LXXVIII. *vbi de Alexandrinis nauibus:* Cùm intrauêre Capreas, & promontorium, ex quo

Alta procelloso speculatur vertice Pallas,

ceteræ velo iubentur esse contentæ. *Statius:*

Prima salutauit Capreas, & margine dextro
Sparsit Tyrrenæ Mareotica vina Mineruæ.

Libabant ergo procellosæ illi Palladi nautæ, periculo maris defuncti.

96. GRAVIDAS HOSTIAS IMMOLARE.] *Pauca super eo sacrorum ritu. Trahere huc possis illud Festi:* Confeta sus, quæ cum omni fetu adhibebatur ad sacrificium.

97. SILIVS NERVA.] *E Fastis & lapidibus*, Silanus Nerua.

98. FA-

Aque familias paternâ nobilitate complexus, claro apud vulgum rumore erat, per virtutem aut ſpecies virtutibus ſimiles. Namque [98] facundiam tuendis ciuibus exercebat, largitionem aduerſus amicos; & ignotis quoque comi ſermone & congreſſu. Aderant etiam fortuita, corpus procerum, decora facies. Sed procul grauitas morum, aut voluptatum parcimonia. Lenitati ac magnificentiæ, & aliquando luxui indulgebat. Idque pluribus probabatur, qui in tantâ vitiorum dulcedine ſummum imperium non reſtrictum, nec perſeuerum volunt. Initium coniurationi non à cupiditate ipſius fuit. nec tamen facilè memoraueriin, quis primus auctor, cuius inſtinctu concitum ſit, quod tam multi ſumſerunt. Promtiſſimos [99] Subrium Flauium tribunum prætoriæ cohortis, & Sulpicium Aſprum centurionem exſtitiſſe, conſtantia exitus docuit. Et Lucanus Annæus, Plautiuſque Lateranus conſul deſignatus, viuida odia intulere. Lucanum propriæ cauſſæ accendebant, quòd famam carminum eius [100] premebat Nero, [101] prohibueratque oſtentare, vanus aſſimulatione. Lateranum conſulem deſignatum, nulla iniuria, ſed amor Reip. ſociauit. At Flauius Sceuinus & Afranius Quinctianus; vterque ſenatorij ordinis,
B contra famam ſui, principium tanti facinoris capeſſiuere. Nam Sceuino diſſoluta luxu mens, & proinde vita ſomno languida. [102] Quinctianus molli corpore infamis, & à Nerone probroſo carmine diffamatus, contumelias vltum ibat. Ergo dum ſcelera Principis, & finem adeſſe imperij, diligendumque qui feſſis rebus ſuccurreret, inter ſe aut inter amicos iaciunt, aggregauere Tullium Senecionem, Ceruarium Proculum, Vulcatium Araricum, Iulium Tugurinum, Munatium Gratum, [103] Antonium Natalem, Martium Feſtum, equites Romanos: ex quibus [104] Senecio è præcipuâ familiaritate Neronis ſpeciem amicitiæ etiam tum retinens, eò pluribus periculis conflictabatur. Natalis particeps ad omne ſecretum Piſoni erat. Ceteris ſpes ex nouis rebus petebatur. Aſcitæ ſunt [105] ſuper Subrium & Sulpicium, de quibus rettuli, militares manus, Granius Siluanus & Statius Proximus, tribuni cohortium prætoriarum, Maximus Scaurus & Venetus Paullus centuriones. Sed ſummum robur in Fenio Rufo præfecto videbatur: quem vitâ famaque laudatum, per ſæuitiam impudicitiamque Tigellinus in animo Principis anteiC bat, fatigabatque criminationibus, ac ſæpè in metum adduxerat, quaſi adulterum Agrippinæ, & deſiderio eius vltioni intentum. Igitur vbi coniuratis præfectum quoque prætorij in partes deſcendiſſe, crebro ipſius ſermone facta fides; promtiùs iam de tempore ac loco cædis agitabant. Et cepiſſe impetum Subrius Flauius ferebatur, in ſcenâ canentem Neronem aggrediendi, aut cùm ardente domo per noctem huc illuc curſaret incuſtoditus. Hîc occaſio ſolitudinis, ibi ipſa frequentia tanti decoris teſtis, pulcherrimum animum exſtimulauerant: niſi impunitatis cupido retinuiſſet, magnis ſemper

Ille deſcriptus.

Cap. 49.

Et qui præcipui in eâ. Lucanus poëta:

Sceuinus:

Quinctianus:

Cap. 50.

Plures alij:

Etiam ex prætorio.

Imò & ipſe præfectus.

Flauij honeſtus impetus.

Sed ignauiter remiſſus:

98. FACVNDIAM TVENDIS CIVIBVS.] *Has omnes laudes eius cecinit quicumque ille adoleſcens poëta, in Panegyrico ad Piſonem.*

99. SVBRIVM FLAVIVM.] *Dioni dicitur,* Σάβιος Φλάβιος. *& ſtatim,* Σουλπίκιος Ἀσπρος, *qui noſtro eſt, Aſper.*

D 100. PREMEBÁT NERO.] *Sed idem tamen poſt mortem, famam ei non inuidit, id eſt legi & edi permiſit. Hoc vult inſcriptio vetus:*

M. ANNÆO LVCANO
CORDVBENSI POETÆ
BENEFICIO NERONIS
FAMA SERVATA.

Gaude liberrime poëtarum: litaſti genio Æternitatis.

101. PROHIBVERATQVE OSTENTARE, VANVS ASSIMVLATIONE.] *Quinquennali ludicro, cùm Orpheum Lucanus recitaſſet, coronatus contra Neronem eſt. quod ægrè tulit citharœdus Princeps. Statius:*

Ingratus Nero dulcibus theatris,
Et noſter tibi præferatur Orpheus.

Sed quid ſibi vult hîc, Vanus aſſimulatione? *An quòd Nero vano & irrito conatu aſsimulare & reddere Lucani verſus voluit? Ita ſcriberes,* aſſimilatione. *Sed non placet. ne Farneſianum quidem ſcriptum,* vana aſſimulatione. *Lego clariùs,* vanus æmulatione.

102. QVINCTIANVS MOLLI CORPORE.] *Farneſ.* mollitie corporis. *Ita Latinis dicta,* ἡ θηλεῖα νόσος. *Ouidius:*

Mollis erat, faciliſque viris Pæantius heros.

103. ANTONIVM NATALEM.] *Non arbitror illum eſſe, quem Seneca cum probro deſcribit:* Nuper Natalis tam improbæ linguæ, quàm impuræ, in cuius ore feminæ purgabantur.

104. SENECIO E PRÆCIPVA.] *Ergon' ille, qui lib.* XIII. *vnà cum Othone familiariſsimus Neroni oſtenditur, libidinum eius in Acten adminiſter & interpres? Putem. ſed ibi Claudius Senecio dicitur, hîc Tullius. Itaque me ſuſtineo.*

105. SVPER SVBRIVM.] *Libri mei,* per Subrium.

Cap. 51. *Epicharis moras agrè fert:*

per conatibus aduersa. Interim contantibus prolatantibusque [106] spem ac metum, Epicharis quædam, incertum [107] quonam modo scisitata (neque illi antè vlla rerum honestarum cura fuerat) accendere, & arguere coniuratos: ac postremò lentitudinis eorum pertæsa, & in Campaniâ agens primores Classiariorum Misenensium labefacere, & conscientiâ illigare connixa est tali initio. [108] Erat Chiliarchus in eâ classe Volusius Proculus, occidendæ matris Neronis inter ministros non ex magnitudine sceleris prouectus, vt rebatur. Is mulieri olim cognitus, seu recens ortâ amicitiâ, dum merita erga Neronem sua & quàm in irritum cecidissent, aperit, adijcitque questus & destinationem vindictæ, si facultas oriretur, spem dedit posse impelli & plures conciliare. nec leue auxilium in classe; crebras occasiones, quia Nero multo apud Puteolos & Misenum maris vsu lætabatur. Ergo Epicharis plura, & omnia scelera Principis orditur. [109] Neque senatui, quid manere, sed prouisum quonam modo pœnas versæ Reip. daret: accingeretur modò, nauaret operam, & militum acerrimos duceret in partes, ac digna pretia exspectaret. Nomina tamen coniuratorum reticuit. Vnde Proculi indicium irritum fuit, quamuis ea quæ audierat ad Neronem detulisset. Accita quippe Epicharis, & cum indice composita, nullis testibus innixum facilè confutauit. Sed ipsa in custodiâ retenta est, suspectante Nerone, haut falsa esse etiam quæ vera non probabantur. Coniuratis tamen metu proditionis permotis, placitum maturare cædem apud Baias, in villâ Pisonis: cuius amœnitate captus Cæsar crebrò ventitabat, balneasque & epulas inibat omissis excubijs, & fortunæ suæ mole. Sed abnuit Piso, inuidiam prætendens, si sacra mensæ dijque hospitales cæde qualiscumque Principis cruentarentur. Melius apud vrbem in illâ inuisâ & spolijs ciuium exstructâ domo, vel in publico patraturos, quod pro Rep. suscepissent. Hæc in commune: ceterùm timore occulto, [110] ne L. Silanus eximiâ nobilitate, disciplinaque C. Cassij, apud quem educatus erat, ad omnem claritudinem sublatus, imperium inuaderet, promtè daturis operam qui à coniuratione integri essent, quique miserarentur Neronem tamquam per scelus interfectum. Plerique Vestini quoque consulis acre ingenium vitauisse Pisonem crediderunt, [111] ne à libertate moueretur, vel dilecto Imperatore alio, sui muneris Remp. faceret. Etenim expers coniurationis erat, quamuis super eo crimine Nero vetus aduersus insontem odium expleuerit. Tandem statuêre Circensium ludorum die, [112] qui Cereri celebratur, exsequi destinata: quia Cæsar rarus egressu, domo aut hortis clausus, ad ludicra Circi ventitabat; promtioresque aditus erant lætitiâ spectaculi. Ordinem insidijs composuerant; vt Lateranus quasi subsidium rei familiari oraret deprecabundus & genibus Principis accidens, prosterneret incautum premeretque, animi validus, & corpore ingens. Tum iacentem & impeditum, tribuni & centuriones, & ceterorum [113] vt quisque audentiæ habuisset, accurrerent, trucidarentque:

Proculum adsciscere conatur.

Ille eam desert. Constanter hæc refutat.

Cap. 52. *Consilium cædendi Tyranni apud Baias.*

Sed iterùm omissum.

Metu ne alij arriperent Imperium.

Cap. 53. *Denique placuit Circensibus eum aggredi. Scena gerenda rei.*

166. SPEM AC METVM] *Nec malè*, spe ac metu.

107. QVONAM MODO SCISCITATA.] *Id est, vnde aut per quem odorata de coniuratione. Sperne Vertranij*, suscitata.

108. ERAT CHILIARCHVS.] *Ita libri. Vulgò*, nauarchus. *Benè Chiliarchus, pro Tribuno: sicut & Centuriones reperies plus semel in classe.*

109. NEQVE SENATVI, QVID MANERE.] *Vatic. codicis scripturam expressi. nec dissentit Farnesianus, nisi quòd refert*, quod manere. *Quis Castor aut Pollux liberat me ab hoc æstu? Fortè*, Neque se nautam quidem manere. *quasi attollens coniuratorum numerum splendoremq; id dicat mulier. etiam ipso cessante, prouisum viris melioribus quomodò nefarius ille pœnas daret.*

110. NE L. SILANVS.] *De quo inferiùs lib.* XVI.

111. NE A LIBERTATE MOVERETVR.] *Vatic.* ne ad libertatem moraretur. *Ducit me sententia vt legam*, ne aut libertatem moliretur. *Duplex videlicet à Vestino metus. ne aut homo acer ad libertatem populum vocaret: aut alium à Pisone Principem diligeret.*

112. QVI CERERI CELEBRATVR.] *Qui dies pridie Idus Apriles, ita notatus Kalendario veteri:* LVDI. CERERI. *& biduo antè*, LVDI. IN. CIRCO. *Infrà, noster:* vtque Circensium Cerealium ludicrum, pluribus equorum cursibus celebraretur. *Dio lib.* XLVII. *inter prodigia refert, quòd* Ædiles Cereri, loco Circensium & equestrium ludorum, gladiatorios exhibuerint. *Ouidium adde* IV. *Fastorum: & nummum veterem:* MEMMIVS ÆDILIS CERIALIA PREIMVS FECIT. *quod Cæsaris & Tullij æuo factum. Vide Politianum, Miscell. capite* LXXXV.

113. VT QVISQVE AVDENTIÆ.] *Lectio à Vatic. est, Farnes* audaciæ habuisset. *corruptè triti libri*, audiuisset.

A rentque: primas sibi partes expostulante Sceuino, qui pugionem templo Salutis in Etruriâ, siue, vt alij tradidere, Fortunæ Ferentano in opido detraxerat, [114] gestabatque velut [115] magni operis sacrum. Interim Piso apud ædem Cereris opperiretur, vnde eum præfectus Fenius & ceteri accitum ferrent in castra, comitante Antoniâ Claudij Cæsaris filiâ, ad eliciendum vulgi fauorem. quod C. Plinius memorat. Nobis quoquo modo traditum non occultare in animo fuit, [116] quamuis absurdum videretur & inane, aut ipsi Antoniam nomen & periculum commodauisse, aut Pisonem notum amore vxoris, alij matrimonio se obstrinxisse: nisi si cupido dominandi cunctis affectibus flagrantior est.

[117] Sed mirum quàm inter diuersi generis, ordinis, ætatis, sexus, dites, pauperes, taciturnitate omnia cohibita sint: [118] donec proditio cœpit à domo Sceuini. Qui pridie insidiarum, multo sermone cum Antonio Natale, dein regressus domum, testamentũ obsignauit: promptum vaginâ pugionem, de quo suprà rettuli, vetustate obtusum increpans, asperari saxo, & mucronem ardescere iussit. Eamque curam liberto Milicho mandauit. Simul affluentius solito conuiuium initum. seruorum charissimi libertate, & alij pecu-
B niâ donati. Atque ipse mœstus, & [119] magnæ cogitationis manifestus erat, quamuis lætitiam vagis sermonibus simularet. Postremò vulneribus ligamenta, quibusque sistitur sanguis, [120] parare eumdem Milichum monet: siue gnarum coniurationis, & hucusque fidum, seu nescium, & tunc primùm arreptis suspicionibus, vt plerique tradidere, de consequentibus. Nam cùm secum seruilis animus præmia perfidiæ reputauit, simulque immensa pecunia & potentia obuersabantur, cessit fas, & salus patroni, & acceptæ libertatis memoria. Etenim vxoris quoque consilium assumserat, muliebre ac deterius, quippe vltrò metum intentabat, multosque astitisse libertos ac seruos, qui eadem viderint: nihil profuturum vnius silentium. at præmia penes vnum fore, qui indicio præueniisset. Igi-
C tur cœptâ luce Milichus in hortos Seruilianos pergit: & cùm foribus arceretur, magna, & atrocia afferre dictitans, deductusq; ab ianitoribus ad libertum Neronis [121] Epaphroditum, mox ab eo ad Neronem, vrgens periculum, graues coniurationes, & cetera quæ audierat, coniectaueratque, docet. Telum quoque in necem eius paratum ostendit, accirique reum iussit. Is raptus per milites, & defensionem orsus, *Ferrum cuius argueretur, olim religione patriâ cultum, & in cubiculo habitum, ac fraude liberti subreptum* respondit. *Tabulas testamenti sæpiùs à se, & incustoditâ dierum obseruatione, signatas. Pecunias & libertates seruis & antè dono datas: sed ideò tunc largiùs, quia tenui iam re familiari, & instantibus creditoribus, testamento diffideret. Enim verò liberales semper epulas struxisse, & vitam amœnam, & duris iudicibus parum probatam. Fomenta vulneribus nulla iussu suo; sed quia cetera palàm*

Cap. 45. *Fatum negat, & coniuratio detegitur, Per vanitatem Sceuini.*

Milichus suspiciones arripit.

Cum vxore communicat

Cap. 55. *Ad Principem defert.*

Sceuinus sistitur.

Et fidenter se defendit.

114. GESTABATQVE VELVT.] *Gestábátne pugionem? non is mos Romæ, & per hanc vanitatem homo se palàm retexisset. Aliud omnino verbi fuisse suspicor:* seruabatque: iactabatque. *aut tale.*

115. MAGNI OPERIS SACRVM.] *Pichena ex*
D *Flor. colligit*, magno operi. *Neque ego olim malè*, magnis operis, *multitudinis numero.*

116. QVAMVIS ABSVRDVM VIDERETVR ET INANE, AVT IPSI ANTONIAM NOMEN ET PERICVLVM COMMODAVISSE.] *Rodolphus peracutè:* aut inani spei Antoniam. *Hi tales homines, si ad Criticam seriò se dedissent, quid non peruidissent? Et tamen nos Pelei placemus nobis in hac machærâ.*

117. SED MIRVM QVAM INTER DIVERSI GENERIS, ORDINIS, ÆTATIS, SEXVS, TACITVRNITATE OMNIA COHIBITA.] *Certè mirum, in lubrico & præpeti hoc sermonis. Simile planè, quod Claudianus miratur, conspiratione militari in Ruffinum:*

——nec quisquam tantâ de plebe repertus,
Proderet incautis qui corda minantia verbis.
Quæ non posteritas, quæ non mirabitur ætas
Tanti consilium vulgi potuisse taceri,
Aut facinus tam grande tegi?

Et plura, quæ addit.

118. DONEC PRODITIO COEPIT.] *Plutarchus libello de Garrulitate, longè aliter elatam & apertam narrat coniurationem. Sed ne tibi imponat, non istam. Duplex enim in Neronem coniuratio, Pisoniana, & Viniciana, vt auctor Sueton. cap.* XXXVI. *Ad Vinicianam ergo refer illa Plutarchi.*

119. MAGNÆ COGITATIONIS MANIFESTVS.] *Seneca in Controuersiâ* v. *l.* 11. Tyrannus suspicatus est, siue isti aliquid excidit, siue magna consilia non benè vultus tegit.

120. PARARE EVMDEM MILICHVM.] *Sententia apta est: tamen libri illud verbi redarguunt: quorum partim*, sartiebat eumdem; *alij*, partiebatque; *nonnulli*, partiebatur. *Quid veri, quæro.*

121. EPAPHRODITVM.] *Qui à libellis fuit. de quo Suetonius Neron. cap.* XLIX. *Et Domit. cap.* XIV. *Est illeipse, cui nobilis seruus Epictetus fuit. Suidas, & Arrianus.*

Libertum arguit, Iam labantem, nisi vxor jubuenisset. Cap. 56.

palàm vana obiecisset, adiungere [122] *crimen visum se pariter indicem & testem facere.* Adijcit A dictis constantiam. incusat vltrò intestabilem, & consceleratum, tantâ vocis ac vultus securitate, vt labaret indicium, nisi Milichum vxor admonuisset, Antonium Natalem multa cum Sceuino, [123] ac secretò collocutum, & esse vtrosque C. Pisonis intimos. Ergo accitus Natalis: & diuersi interrogantur, quis nam is sermo, quâ de re fuisset. Tum exorta suspicio, quia non congruentia responderant. Inditaque vincla. Et tormentorum aspectum ac minas non tulere. Prior tamen Natalis totius coniurationis magis gnarus, simul arguendi peritior, de Pisone primùm fatetur. Deinde adijcit Annæum Senecam, siue internuntius inter eum Pisonemque fuit, siue vt Neronis gratiam pararet, qui infensus Senecæ, omnes ad eum opprimendum artes conquirebat. Tum cognito Natalis indicio Sceuinus quoque pari imbecillitate, an cuncta iam patefacta credens, nec vllum silentij emolumentum, edidit ceteros. Ex quibus Lucanus, Quinctianusque, & Senecio diu abnuêre. Pòst promissâ impunitate corrupti, quo tarditatem excusarent, Lucanus Atillam matrem suam, Quinctianus Glicium Gallum, Senecio Annium Pollionem amicorum præcipuos nominauere. Atque interim Nero recordatus Volusij Proculi indicio Epicharim attineri, ratusque muliebre corpus impar dolori, tormentis dilacerari iubet. At illam non verbera, non ignes, non ira eo acriùs torquentium ne à feminâ spernerentur, peruicere quin obiecta denegaret. Sic primus quæstionis dies contemtus. Postero cùm ad eosdem cruciatus retraheretur [124] gestamine sellæ (nam dissolutis membris insistere nequibat) vinclo fasciæ, quam pectori detraxerat, in modum laquei ad arcum sellæ restricto, indidit ceruicem, & corporis pondere conniſa, tenuem iam spiritum expressit: clariore exemplo libertina mulier in tantâ necessitate alienos ac propè ignotos protegendo, cùm ingenui & viri & equites Romani [125] senatoresque intacti tormentis, carissima suorum quisque pignorum proderent. Non enim omittebant Lucanus quoque & Senecio & Quinctianus passim conscios edere, magis magisque pauido Nerone, quamquam multiplicatis excubijs semet sepsisset. Quin & vrbem, per manipulos occupatis mœnibus, insesso etiam mari & amne, velut in custodiam dedit. Volitabantque per fora, per domos, rura quoque & proxima municipiorum, pedites equitesque permixti Germanis, quibus fidebat Princeps quasi externis. Continua hinc & iuncta agmina trahi, ac foribus hortorum adiacere. Atque vbi dicendam ad caussam introisset, lætatum erga coniuratos, si fortuitus sermo, & subiti occursus, si conuiuium, si spectaculum simul misisset pro crimine accipi: cùm super Neronis ac Tigellini sæuas percontationes, Fenius quoque Rufus violenter vrgeret, nondum ab indicibus nominatus, sed quò fidem inscitiæ pararet, atrox aduersus socios. Idem Subrio Flauio assistenti, annuentique an inter ipsam cognitionem distringeret gladium, cædemq; patraret, [126] retinuit, infregitque impetum iam manum ad capulum referentis. Fuere qui prodita coniuratione, dum auditur Milichus, dum dubitat Sceuinus, hortarentur Pisonem pergere in castra, aut [127] rostra escendere, studiaque militum & populi tentare: *si conatibus eius conscij aggregarentur, secuturos etiam integros. magnamque motæ rei famam, quæ plurimum in nouis consilijs valeret. Nihil aduersum hoc Neroni prouisum. etiam fortes viros subitis terreri; nedum ille scenicus, Tigellino scilicet cum pellibus suis comitante, arma contrà cieret. Multa experiendo* D *confie-*

Natalis vocatus: Et tota res patefacta.

Seneca accusatus,

Lucanus,

A'ij.

Cap. 57. *Epicharis admotis tormentis, Nil fatetur:*

Quin vltrò sese exanimat.

Cap. 58. *Nero pauidus præsidia vbique disponit. Agmina reorum trahuntur.*

Fenij Rufi dissimulatio.

Cap. 59. *Pisonem interea ad conandum multi hortantur:*

Boni ratio nibus.

122. CRIMEN VISVM.] *Non erat hoc crimen, fomenta parasse; sed coniurasse. Itaque legam*, crimini, cuius se pariter indicem & testem faceret. *Et verò libri etiam quidam*, faceret, *præferunt.*

123. AC SECRETO COLLOCVTVM.] *Farnes.* secreta, *& ad oram*, Seneca. *non probo. Statim è libris edidi*, An cuncta iam patefacta credens. *non vt obtinuerat*, ante. *Notum & creberrimum Tacito dicendi genus.*

124. GESTAMINE SELLÆ.] *Eademsæuitia est quam tangit Ammianus libro* XXIX. Promiscuè iuuenes alijque, membris omnibus capti, ad supplicia sellis gestatorijs ducebantur.

125. SENATORESQVE INTACTI TORMENTIS.] *Ita Farnes. optimè Vatic.* intactis, *litterâ vnâ redundante. Ex quo fonte vulgatus error*, in tantis. *Res clara. Insigni laude, ait, dignanda libertina mulier, quæ toties pressa constanter indicare abnuerit ignotos: cùm viri & Senatores etiam proxima pignora sua proderent, sine tormentis.*

126. RETINVIT, INFREGITQVE.] *Faërnus dudum*, renuit, *legebat: probaturq; à quibusdam libris, & rectum est. Annuerat Flauius, iste renuit.*

127. ROSTRA ESCENDERE.] *Libri scripti.*

128. BRE-

confieri, quæ ſegnibus ardua videantur. Fruſtrà ſilentium & fidem in tot conſciorum animis & corporibus ſperari. Cruciatu aut præmio, cuncta peruia eſſe. Venturos qui ipſum quoq; vincirent, poſtremò indignâ nece afficerent. Quanto laudabilius periturum, dum amplectitur Remp. dum auxilia libertati inuocat, dum miles potiùs deeſſet, & plebes deſereret, dum ipſe maioribus, dum poſteris, ſi vita præriperetur, mortem approbaret? Immotus ijs, & paullulum in publico verſatus, pòſt domi ſecretus, animum aduerſum ſuprema firmabat: donec manus militum adueniret, quos Nero tirones aut ſtipendijs recentes dilegerat. Nam vetus miles timebatur, tamquam fauore imbutus. Obijt abruptis brachiorum venis. Teſtamentum fœdis aduerſus Neronem adulationibus, amori vxoris dedit, quam degenerem, & ſolâ corporis formâ commendatam, amici matrimonio abſtulerat. Nomen mulieris Arria Galla, priori marito, Domitius Silius: hic patientiâ, illa impudentiâ, Piſonis infamiam propagauere. Proximam necem Plautij Laterani conſulis deſignati Nero adiungit, adeò properè, vt non complecti liberos, non illud [128] breue mortis arbitrium permitteret. Raptus in locum [129] ſeruilibus pœnis ſepoſitum, manu Statij tribuni trucidatur, [130] plenus conſtantis ſilentij, nec tribuno obijciens eamdem conſcientiam. Sequitur cædes Annæi Senecæ lætiſſima Principi, non quia coniurationis manifeſtum compererat, ſed vt ferro graſſaretur, quando venenum non proceſſerat. Solus quippe Natalis, & hactenus promſit: miſſum ſe ad ægrotum Senecam, vt viſeret conquereturque, cur Piſonem aditu arceret? melius fore ſi amicitiam familiari congreſſu exercuiſſent. Et reſpondiſſe Senecam, ſermones mutuos & crebra colloquia neutri conducere: ceterùm ſalutem ſuam incolumitate Piſonis inniti. Hæc ferre Granius Siluanus tribunus prætoriæ cohortis, & an dicta Natalis, ſuaque reſponſa noſceret, percontari Senecam iubetur. Is, fortè an prudens ad eum diem [131] ex campaniâ remeauerat, [132] quartumque apud lapidem ſuburbano rure ſubſtiterat. Illò propinquâ veſperâ tribunus venit, & villam globus militum ſepſit. Tum ipſi [133] cum Pompeiâ Paullinâ vxore & amicis duobus epulanti mandata Imperatoris edidit. Seneca miſſum ad ſe Natalem, conqueſtumque nomine Piſonis quòd viſen-

Non illius animus.

Mortem ſumit. Supremis tabulis adulatur Tyranno.

Cap. 60. *Plautij Laterani egregia mors.*

Sapientia, id eſt, Seneca cades.

Qui in vrbe ſuburbano.

Cap. 61.

128. BREVE MORTIS ARBITRIVM.] *Profectò breue. Nam Nero* mori iuſſis non ampliùs quàm horarium ſpatium dabat.

129. SERVILIBVS POENIS SEPOSITVM.] *Diſce ergo clarè, Lector, locum certum fuiſſe in pœnam ſeruorum viliúmque capitum. Quem illum? Seſtertium, vt opinor. Ita enim locus, non Romæ, ſed extra vrbem, vbi cruces, patibula defixa, cadauera abiecta, aliaq; quæ ad ſupplicia plebis. Plutarchus in Galbâ:* Τῶν δὲ Γάλβα τὴς Πατροβίου καὶ Οὐιτελλίου δέλοις ἐδωρήσαντο. Λαβόντες δὲ ἐκεῖνοι καὶ πάντα τρόπον αἰκισάμενοι καὶ καθυβρίσαντες, ἔρριψαν ἢ τὰς ἀπὸ τῆς Καισάρων κολαζομένους θανατῶσιν. Ὁ δὲ τόπος Σεξέρτιον καλεῖται. *id eſt:* Galbæ caput Patrobij & Vitellij ſeruis donarunt. quod illi acceptum omni contumeliarum & ludibriorum genere affi- D cientes abiecerunt in locum, vbi occidi ſolent in quos Cæſar iuſſit animaduertere. Locus Seſtertium dicitur. *Extra vrbem, dico, is locus (errant qui de Gemonijs ſuſpicantur) vel nominis argumento. Sic enim dictus, quia ſemitertio ab vrbe milliari. Ea quidem ratio appellandi, recepta Romanis. Ita ſeptimum Palatium ſub vrbe, Iuſtiniani, l.* XXXIV. *C. de donation. Decimum, ſuburbanum Carthaginis Procopio. Septimum Hoſtienſe, Symmachi villa, l.* VI. *ep. Quartum Latinæ, apud eundem lib.* IX. *Quartum Pollionis, Martialem lib.* III. *Credo fuiſſe extra portam* * *Eſquilinam: & odorari videor corruptionem eius verbi in commentatore Horatij, vti Cruquius ſedulæ induſtriæ interpres eum edidit.* Eſquilinus mons Romæ ex ſeptem montibus. Hinc Eſquilina porta Romæ dicitur, adſeſſorium, vbi certus erat locus ſepulchrorum ad corpora pauperum aut ſceleratorum viliumque comburenda, aut canibus proijcienda. *Legerim*, ad ſeſtertium. *Sicut in vita Cypriani:* Cum veniſſet ad eum locum qui dicitur Sextus, quarto ab vrbe milliari. *emendatum ab alijs rectè*, Sextertius.

130. PLENVS CONSTANTIS SILENTII.] *Egregij viri mortem pleniùs Arrianus deſcripſit, libro* I. *cap.* I. Λατέρανός τις ἐν Ῥώμῃ κελευσθεὶς ὑπὸ τ Νέρωνος ἀποκεφαλισθῆναι, ἐκτείνας τὸν τράχηλον, καὶ πλησεὶς, καὶ πρὸς αὐτὸν τὸν πλησίον ἀσθενῆ γρυμάζοντα ἐπ' ὀλίγον σωπήσας; πάλιν ἐξέτεινεν. Ἀλλὰ καὶ ἔτι πρότερον, προσελθόντι Ἐπαφροδίτῳ τῷ ἀπελευθέρῳ τὸ Νέρωνος, καὶ ἀναμένοντι αὐτὸν ὑπὲρ τ συγκρουσθῆναι, Ἂν πθέλω, Φησιν, ἐρῶ σου τῷ κυρίῳ. *O excelſum animum & ſupra omnem hanc terrenam fecem.*

131. EX CAMPANIA.] *Vbi extremis annis multus fuit, rarior in aulâ, & ſapientiæ ſtudijs occupatus.* Epiſtolæ *ibi*, & Quæſtiones Naturales, *ſub hoc tempus ſtructæ.*

132. QVARTVMQVE APVD LAPIDEM.] *In villâ ſuâ Nomentanâ, vt volunt, qui vitam nobis ſcripsêre. Sed ambigo, quia Nomentum longiùs aberat, & duodecimo ferè lapide. Niſi ſi tractus eò verſùs hucuſque Nomentanus diceretur.*

133. CVM POMPEIA PAVLLINA VXORE.] *Quam nobiliſſimam feminam Dio appellat; filiam fortean Pompeij Paulini, qui ſuprà Conſularis dicitur, & vectigalibus publicis præpoſitus.*

* Puticulos ipſos vltra Eſquilias Varro locat.

134. NEC

viſendo eo prohiberetur, ſe ratione valetudinis & amore quietis, excuſauiſſe reſpondit. A
Libera eius reſponſio ad quæſita. *Cur ſalutem priuati hominis incolumitati ſuæ anteferret, cauſſam non habuiſſe.* [134] *nec ſibi promptum in adulationes ingenium. Idque nulli magis gnarum quàm Neroni, qui ſæpiùs libertatem Senecæ, quàm ſeruitium expertus eſſet.* Vbi hæc à tribuno relata ſunt, Poppæâ & Tigellino coram, quod erat ſæuienti Principi intimum conſiliorum, interrogat, an Seneca voluntariam mortem pararet? Tum tribunus [135] nulla pauoris ſigna, nihil triſte in verbis eius
Conſtantia in verbis & vultu. aut vultu deprehenſum confirmauit. Ergo regredi, & indicere mortem iubetur. Tradit Fabius Ruſticus, non eo quo venerat itinere reditum, ſed flexiſſe ad Fenium præfectum, & expoſitis Cæſaris iuſſis, an obtemperaret interrogauiſſe: monitumque ab eo, vt exſe-
Mors ei indicta. queretur, fatali omnium ignauiâ. Nam & Siluanus inter coniuratos erat, augebatque ſcelera, in quorum vltionem conſenſerat. Voci tamen & aſpectui pepercit. intromiſitque ad
Cap. 62. *Verba viri vltima vitam ipſa!* Senecam vnum ex centurionibus, qui neceſſitatem vltimam denuntiaret. Ille interritus poſcit teſtamenti tabulas: ac denegante centurione, conuerſus ad amicos, *quando meritis eorum referre gratiam prohiberetur, quod vnum iam tamen & pulcherrimum habebat, imaginem vitæ ſuæ relinquere teſtatur. cuius ſi memores eſſent bonarum artium, famam tam conſtantis amicitiæ laturos.* Simul lacrymas eorum, modò ſermone, modò intentior in modum B
coërcentis, ad firmitudinem reuocat, rogitans: *Vbi præcepta ſapientiæ? vbi tot per annos meditata ratio aduerſum imminentia? Cui enim ignaram fuiſſe ſæuitiam Neronis? Neque aliud ſupereſſe poſt matrem fratremque; interfectos, quàm vt educatoris præceptoriſque necem adiiceret.*

Cap. 63. *Vxorem affatur & firmat.* Vbi hæc atque talia velut in commune diſſeruit, complectitur vxorem. & paululum [136] aduerſus præſentem formidinem mollitus, rogat oratque temperaret dolori, [137] ne æternum ſuſciperet, ſed in contemplatione vitæ per virtutem actæ, deſiderium mariti
Sed commori illa vult. ſolatijs honeſtis toleraret. Illa contrà, ſibi quoque deſtinatam mortem adſeuerat, manumque percuſſoris expoſcit. Tum Seneca gloriæ eius non aduerſus, ſimul amore, ne ſibi vincè dilectam ad iniurias relinqueret: *Vitæ*, inquit, *delinimenta monſtraueram tibi, tu mortis decus mauis. non inuidebo exemplo. Sit huius tam fortis exitus conſtantia penes vtroſque*
Venas ſibi pariter incidunt. *par, claritudinis plus in tuo fine.* Poſt quæ, eodem ictu brachia ferro exſoluunt. Seneca, C
Senex noſter lentè & ægrè moritur. quoniam ſenile corpus & paruo victu tenuatum, lenta effugia ſanguini præbebat, crurum quoque & poplitum venas abrumpit. Sæuiſque cruciatibus defeſſus, ne dolore ſuo animum vxoris infringeret, atque ipſe viſendo eius tormenta, ad impatientiam delaberetur, ſuadet in aliud cubiculum abſcederet. Et nouiſſimo quoque momento ſuppeditante eloquentiâ, aduocatis ſcriptoribus, pleraque tradidit, quæ in vulgus edita eius verbis, in-
Cap. 64. *Multa dictat, & loquitur. Paullina eius viuere cogitur.* uertere ſuperſedeo. At Nero, nullo in Paullinam proprio odio, ac ne gliſceret inuidia crudelitatis, inhiberi mortem imperat. Hortantibus militibus, ſerui libertique obligant brachia, premunt ſanguinem, incertum an ignaræ. Nam vt eſt vulgus ad deteriora promptum, non defuere qui crederent, donec implacabilem Neronem timuerit, famam ſociatæ cum marito mortis petiuiſſe, deinde oblatâ mitiore ſpe, blandimentis vitæ euictam: cui addidit paucos poſteà annos, laudabili in maritum memoriâ, & ore ac membris in eum pallorem albentibus, vt oſtentui eſſet, multum vitalis ſpiritus egeſtum. Seneca interim, durante tractu & lentitudine mortis, Statium Annæum diu ſibi amicitiæ
Ipſe cicutam ſumit. fide & arte medicinæ probatum, orat prouiſum pridem [138] venenum, quo damnati pu- D
blico

134. NEC SIBI PROMPTVM.] *Ipſe de ſe ad Neronem:* Non blandiar auribus tuis. nec enim mihi hic mos eſt. Maluerim veris offendere, quàm placere adulando.

135. NVLLA PAVORIS SIGNA.] *Lege hæc cum ſequentibus: & admitte, ſodes, calumnias Dionis.*

136. ADVERSVS PRÆSENTEM FORMIDINEM.] *Liber Flor.* fortitudinem: *quod Pichena explicat, contra ingenitam ac præſentem fortitudinem. At ego,* formidinem, *retineam: ſed à Senecâ amoliar in vxorem, legamque,* mollitam. *Quod ſi de Senecâ, legam:* aduerſus præſentia, formidine mollitus. *Nimirum adſpectu illo complexuque, amatæ & amantis vxoris, & cogitatione inſtantium, ſenſit metus aliquos motus: ſed compreſſit, & euicit. ſtatimque, vxorem ad robur etiam hortatur.*

137. NE ÆTERNVM SVSCIPERET.] *Quid hîc turbent aut reſcribant, neſcio: creber & velut ex formulâ ſermo erat de* æterno, *id eſt magno & inſolabili dolore. Lucretius:*

—— æternumque
Nulla dies nobis mærorem è pectore tollet.

In lapidibus: Æterno dolore adflictus. *Rogat ergo parcè & modicè, id eſt ſapienter, dolere.*

138. VENENVM, QVO.] *Cicutam.*

139. STA-

A blico Athenienſium iudicio exſtinguerentur, promeret: allatumque hau ſit fruſtrà, frigidis iam artibus & clauſo corpore aduerſum vim veneni. Poſtremò [139] ſtagnum calidæ aquæ introijt, reſpergens proximos ſeruorum; additâ voce, [140] *Libare ſe liquorem illum* IOVI *liberatori.* Exin [141] balneo illatus, & vapore eius exanimatus, ſine vllo funeris ſollenni crematur. Ita codicillis præſcripſerat, cùm etiam tum prædiues & præpotens, ſupremis ſuis conſuleret. Fama fuit, Subrium Flauium cum centurionibus occulto concilio, neque tamen ignorante Senecâ, deſtinauiſſe, vt poſt occiſum * ope Piſonis Neronem, Piſo quoque interficeretur; tradereturque imperium Senecæ, quaſi inſonti, claritudine virtutum ad ſummum faſtigium dilecto. Quin & verba Flauij vulgabantur, *Non referre dedecori, ſi citharædus dimoueretur, & Tragœdus ſuccederet.* quia vt Nero citharâ, ita Piſo Tragico ornatu canebat. Ceterùm militaris quoque conſpiratio non vltrà fefellit, accenſis indicibus ad prodendum Fenium Rufum, quem eumdem conſcium & inquiſitorem non tolerabant. Ergo inſtanti minitantique [142] renitens Sceuinus, neminem ait

B plura ſcire quàm ipſum. Hortaturque vltrò redderet tam bono Principi vicem. Non vox aduerſum ea Fenio, non ſilentium, ſed verba ſua præpediens, & pauoris manifeſtus, ceteriſque, ac maximè Ceruario Proculo equite, ad conuincendum eum conniſis, iuſſu Imperatoris à Caſſio milite, qui ob inſigne corporis robur adſtabat, corripitur, vinciturque.

Denique balneo vapore exanimatur.

Cap. 65.

* Fior. operam

Rumor de Imperio ad Senecam transferendo.

Cap. 66.

Sed non tam felix Roma.

Fenius Præfectus tandem detectus.

Mox eorum indicio Subrius Flauius tribunus peruertitur, primò diſſimilitudinem morum ad defenſionem trahens, neque ſe armatum cum inermibus & effeminatis tantum facinus conſociaturum. Dein poſtquam vrgebatur, confeſſionis gloriam amplexus, interrogatuſque à Nerone, quibus cauſſis ad [143] obliuionem ſacramenti proceſſiſſet: *Oderam te,* inquit, *nec quiſquam tibi fidelior militum fuit, dum amari meruiſti. odiſſe cœpi, poſtquam parricida matris & uxoris, auriga, hiſtrio & incendiarius extitiſti.* Ipſa rettuli verba, quia non vt Senecæ, vulgata erant. Nec minùs noſci decebat militaris viri ſenſus [144] & incomtos & validos. Nihil in illâ coniuratione grauius auribus Neronis accidiſſe conſtitit, qui vt faciendis ſceleribus promtus, ita audiendi quæ faceret, inſolens erat. Pœna

C Flauij [145] Veiano Nigro tribuno mandatur. Is proximo in agro ſcrobem effodi iuſſit, quam

Cap. 67.

Et Flauius Tribunus. Qui primò negat. Mox cum inſectatione faletur.

139. STAGNVM CALIDÆ AQVÆ.] *Non ſolet: & ſcribit ipſe*, in omnem vitam balneo ſe abſtinuiſſe: *ſed nunc vſurpat primùm & poſtremùm, maturandæ morti, & vt ſanguis efflueret, vel vt venenum in calidum corpus permearet.* Stagnum *autem intellegit* Solium, *opinor.*

140. LIBARE SE LIQVOREM.] *Ita Thraſeas moriturus*, Libemus, inquit, Ioui liberatori. *Cauſſa viris magnis, huius in ſupremis ioci, à more Græciæ, qui diſceſſuri è conuiuio libabant Ioui ſeruatori. ſic iſti è vitâ, Ioui liberatori. Athenæus l.* XV. *in fragmento quod Canterus olim amicus noſter publicauit:* Τῷ δὲ μετὰ δεῖπνον κεκραμμένῳ πρώτῳ προτιδόμενῳ ποτηρίῳ Δία σωτῆρα ὑπολέγεσι. *Suidas:* Ἔθος εἶχον οἱ παλαιοὶ, μετὰ τὸ δεῖπνον πίνειν ἀγαθοῦ δαίμονος, ὑπορρόφεντες ἄκρατον, καὶ τοῦτο λέγειν ἀγαθοῦ δαίμονος. Ἄλλοι δὲ φασὶ τὸ πρῶτον ποτήριον ἕτω λέγεσθαι, χωριζομένους δὲ μέλλοντες, Διὸς σωτῆρος. *Adde huc, ſi vis, plura ab Eraſmo in Chiliade* II. *centuriâ* VIII. *in Prouerbio*, Seruatori tertius.

141. BALNEO ILLATVS.] *Sicco & Laconico, vt videtur; nam addit* vapore exanimatum, *acri illo & ardenti.*

142. RENITENS SCEVINVS.] *Imò*, renidens, *& ſtatim:* redderet iam bono Principi vicem.

143. OBLIVIONEM SACRAMENTI.] *Non temerè ſacramenti mentio. Nam milites ſub Impp. ante omnia iurabant in Principis ſalutem. Pulchrè Arrianus lib.* I. *cap.* XIV. Τῷ θεῷ ἑδεῖ ἡμᾶς ὀμνύειν ὅρκον, οἷον στρατιῶται τῷ Καίσαρι. Ἀλλ' ἐκεῖνοι μὲν τοῦ μισθοφορίαν λαμβάνοντες ὀμνύουσι πάντων ποιήσειν ἢ τὸν Καίσαρος σωτηρίαν. *id eſt:* Deo præſtandum nobis iuſiurandum eſt, quale militibus, Cæſari. At illi mercede acceptâ iurant rebus omnibus ſe præpoſituros ſalutem Cæſaris. *Tertullianus alluſit doctè, vt ſolet, De coronâ militis, vbi diſſuadet Chriſtiano militiam:* Credimúſne humanum ſacramentum diuino ſuperduci licere? & in alium dominum reſpondere poſt Chriſtum? & eierare patrem ac matrem & omnem proximum, quos & lex honorari præcepit? *Nam expreßit propemodum formulam ipſam: quam attentus lector hauriet è Suetonij Calig. cap.* XV. De ſororibus auctor fuit vt omnibus ſacramentis adijceretur, Neque me liberoſque meos cariores habeo, quàm Caium & ſorores eius. *vbi ſcribendum aio*, habebo. *Quod iuramentum Dio etiam communicare cum Senatoribus videtur, in acta iurantibus anno nouo, de ipſo Caio, lib.* LIX. Περὶ δὲ τοῦ Αὐγούστου τοῦ τε Γαΐου τότε ἄλλα, ὥσπερ εἴθιστο, καὶ ὅτι καὶ σφῶν αὐτῶν καὶ τῶν τέκνων, καὶ ἐκείνου καὶ τὰς ἀδελφὰς ὡσπερ ποιήσουσιν ὤμοσαν. *Appoſitè ergo hîc Nero à milite quærit, cur oblitus ſacramenti, perditum ire voluerit in cuius ſalutem iurauerat.*

144. ET INCOMTOS ET VALIDOS.] *Aſſentior Rhenano*, incomtos, ſed validos.

145. VEIANO NIGRO TRIBVNO.] *Tribuni ergo interdum ſupplicium ipſi manu ſuâ ſumebant. Vti ſuprà hocce libro, Lateranus* manu Statij Tribuni

quam Flauius vt humilem & anguſtam increpans, circumſtantibus militibus, *Ne hoc quidem*, inquit, *ex diſciplinâ*. admonitus fortiter [146] protendere ceruicem: *Vtinam*, ait, *tu tam fortiter ferias*. Et ille multum tremens, cùm vix duobus ictibus caput amputauiſſet, ſæuitiam apud Neronem iactauit, [147] ſeſquiplagâ interfectum à ſe dicendo. Proximum conſtantiæ exemplum, Sulpicius Aſper centurio præbuit: percontanti Neroni, cur in cædem ſuam conſpirauiſſet? breuiter reſpondens: *Non aliter tot flagitijs eius* [148] *ſubueniri poſſe*. Tum iuſſam pœnam ſubijt. Nec ceteri centuriones in perpetiendis ſupplicijs degenerauere. At non Fenio Rufo par animus, ſed lamentationes ſuas etiam in teſtamentum contulit. Opperiebatur Nero vt Veſtinus quoque conſul in crimen traheretur, violentum & infenſum ratus: ſed coniurati conſilia cum Veſtino non miſcuerant, quidam vetuſtis in eum ſimultatibus, plures quia præcipitem & inſociabilem credebant. Cetcrùm Neronis odium aduerſus Veſtinum ex intimâ ſodalitate cœperat; dum hic ignauiam Principis penitus cognitam deſpicit, ille [149] ferociam amici metuit, ſæpè aſperis facetijs illuſus; quæ vbi multum ex vero traxere, acrem ſui memoriam relinquunt. Acceſſerat recens cauſſa, quòd Veſtinus [150] Statiliam Meſſallinam matrimonio ſibi iunxerat, haut neſcius inter adulteros eius & Cæſarem eſſe. Igitur non crimine, non accuſatore exſiſtente, quia ſpeciem iudicij induere non poterat, ad vim dominationis conuerſus, Gerelanum tribunum cum cohorte militum immittit: iubetque præuenire conatus conſulis, occupare velut arcem eius, opprimere dilectam iuuentutem, quia Veſtinus imminentes foro ædes, [151] decoraque ſeruitia, & pari ætate habebat. Cuncta eo die munia conſulis impleuerat: conuiuiumque celebrarat, nihil metuens, an diſſimulando metu, cùm ingreſſi milites vocari eum à tribuno dixere. Ille nihil demoratus exſurgit. & omnia ſimul properantur, clauditur cubiculo, præſto eſt medicus, abſcinduntur venæ, vigens adhuc balneo infertur, calidâ aquâ merſatur, nullâ editâ voce, quâ ſemet miſeraretur. Circumdati interim cuſtodiâ qui ſimul diſcubuerant, nec niſi prouectâ nocte emiſſ

Militariter moritur.

Cap. 68. *Aſper pari fiduciâ.*

Fenius contrà, muliebriter.

Nero Veſtinum culpari voluiſſet: In quem ei vetus odium.

Cap. 69. *Quia inſons, pro imperio iubet mori.*

Ille ſtatim & intrepidè exſequitur.

buni trucidatur. *cui caput inciſum eſſe ex Arriano didicimus. Et libro* XI. *Meſſallina*, ictu tribuni tranſigitur. *Apud Senecam etiam ſcriptum, ep.* IV. Cuius Cæſar iuſſit Lepidum Decio Tribuno præbere ceruicem. *Notari volo. nam aliàs, Speculatores ferè ad ſupplicia ſumenda deſtinati: non inſignes milites.*

146. PROTENDERE CERVICEM.] *Habitum hunc eorum qui gladio feriendi, deſcribit Panegyriſtes in Theodoſij laudatione:* poplitem flectere, ceruicem extendere ad plagam fortaſſe non vnam. *Quod ſupplicij genus tamen ignotum reip. * priſcæ: etiam in militiâ. Ideò Lucanus:*

* Eius enim loco ſecuris.

——nondum artis erat caput enſe rotare.

* Imò in militiâ etiam antè vt appâret ex Hirtij Com. de bello Africo & Hiſp. vbi aliquoties militibus ceruices inciſæ leguntur.

*Cæpit ſub * Impp. ſtatimq; in creberrimo vſu. A militiâ cæpiſſe credo, & in milites primò áque militibus vſurpatum. Suetonius Calig. cap.* XXXII. Miles decollandi artifex, quibuſcumque è cuſtodiâ capita amputabat. *Seneca de Irâ lib.* I. *cap.* XVI. Damnatus extra vallum deductus eſt, & iam ceruicem porrigebat: cùm ſubitò apparuit ille commilito qui occiſus videbatur. Tunc Centurio ſupplicio præpoſitus condere gladium ſpeculatorem iubet. *& exempla obuia poſt Auguſtum. Honeſtior autem pœna gladij, quàm ſecuris, ab eaq; mente illam Antonini Caracallæ vocem capio, cùm ſecuri Papinianus occiſus eſſet*, Gladio te exequi oportuit meum iuſſum. *Xenophon eleganter de Cyri expedit. lib.* II. *extremo: de cæde Menonis Theſſali:* Μετὰ δὲ τὸν τοῦ ἄλλων θάνατον στρατηγῶν τιμωρηθεὶς ὑπὸ Βασιλέως ἀπέθανεν, ὡς ὥσπερ Κλέαρχος καὶ οἱ ἄλλοι στρατηγοὶ, ὑποτμηθέντες τὰς κεφαλὰς, ὅπερ κάλλιστον θανάτων ἐδόκει εἶ), ἀλλὰ ζῶν αἰκισθεὶς ἑαυτὸν, ὡς πονηρὸς, λέγε) τελευτῆς τυχεῖν. *id eſt:* Poſt aliorum Prætorum cædem, damnatus à rege interijt. Non vt Clearchus alijque duces, capite à ceruicibus ablato (quod pulcherrimum mortis genus eſſe cenſetur) ſed annum totum varijs contumelijs cruciatibuſque affectus, vt ſceleratus quiſpiam, tandem obiit.

147. SESQVIPLAGA INTERFECTVM.] *Caligulæ præceptum.* Ita feri, vt mori ſe ſentiat.

148. SVBVENIRI POSSE.] *Legi voluit*, obueniri, *optimus & doctiſſimus Faber: interpretaturq; reſiſti, & obuiam iri. Probabili per ſe coniecturæ fidem demit Suetonius, qui ad hæc ipſa verba reſpiciens ſcripſit cap.* XXXVII. Cùm quidam crimen vltrò faterentur, nonnulli etiam imputarent, tamquam aliter illi non poſſent, niſi morte, ſuccurrere, dedecorato flagitijs omnibus. *Et clarè Dio, qui vertit:* Οὐκ ἄλλως σοι βοηθῆσαι ἂν ἠδυνάμην. *Sententia ergo animoſior tenenda, ex horum ſcripto & interpretamento, videtur.*

149. FEROCIAM AMICI.] *Haud dubiè*, animi.

150. STATILIAM MESSALLINAM.] *Quæ poſteà Neroni vxor. Sueton. cap.* XXXV.

151. DECORAQVE SERVITIA, ET PARI ÆTATE.] *Exiſtimo, Pædagogia deſcribit: id eſt, cœtum elegantium puerorum, quos compoſitâ veſte, facie, capillis, in publico habebant: & plerumque vnâ ætate. ſic dicta, quia ſub Pædagogo. Martialis:*

Et pædagogo non iubente laſciui
Parere gaudent villico capillati.

Plura ſuper iſtis in EXCVRSV B.

152. VER-

A emiſſi ſunt, poſtquam pauorem eorum imminens exitium opperientium & imaginatus & irridens Nero, ſatis ſupplicij luiſſe ait pro epulis cõſularibus. Exin M. Annæi Lucani cædem imperat. Is profluente ſanguine, vbi frigeſcere pedes manuſque, & paulatim ab extremis cedere ſpiritum, feruido adhuc & compote mentis pectore intelligit, recordatus carmen à ſe compoſitum, quo vulneratum militem per eiuſmodi mortis imaginem obijſſe tradiderat, [152] verſus ipſos rettulit. eaque illi ſuprema vox fuit. Senecio poſthac & Quinctianus, & Sceuinus, non ex priore vitæ mollitiâ, mox reliqui coniuratorum periere, nullo facto dictóve memorando. Sed compleri interim vrbs funeribus, Capitolium victimis: alius filio, fratre alius, aut propinquo, aut amico interfectis, agere grates deis, ornare lauru domum, genua ipſius aduolui, & dextram oſculis fatigare. Atque ille gaudium id credens, Antonij Natalis & Ceruarij Proculi feſtinata indicia impunitate remuneratur: Milichus præmijs ditatus, Conſeruatoris ſibi nomen Græco eius rei vocabulo aſſumſit. E tribunis Granius Siluanus quamuis abſolutus, ſuâ manu cecidit: Statius Proximus veniam, quam ab Imperatore acceperat, vanitate exitus corrupit. Exu-

B ti dehinc tribunatu Pompeius, Cornelius Martialis, Flauius Nepos, Statius Domitius, quaſi Principem non quidem odiſſent, ſed tamen exiſtimarentur. Nouio Priſco per amicitiam Senecæ, & Glitio Gallo atque Annio Pollioni infamatis magis quàm conuictis data exſilia. Priſcum Antonia Flacilla coniunx comitata eſt: Gallum Egnatia Maximilla, magnis primùm & integris opibus, pòſt ademtis. quæ vtraque gloriam eis auxere. Pellitur & Rufus Criſpinus occaſione coniurationis, ſed Neroni inuiſus, quòd Poppæam quondam matrimonio tenuerat. [153] Verginium Rufum claritudo nominis expulit. Nam Verginius ſtudia iuuenum eloquentia, Muſonius præceptis ſapientiæ fouebat. Cluuidieno Quieto, Iulio Agrippæ, Blitio Catulino, Petronio Priſco, Iulio Altino, velut in agmen & numerum, Ægæi maris inſulæ permittuntur. At Cadicia vxor Sceuini, & [154] Cæſenius Maximus Italiâ prohibentur, reos fuiſſe ſe, tantùm pœnâ experti. At illa mater Annæi Lucani, ſine abſolutione [155] in ſupplicio diſſimulata. Quibus perpe-

C tratis Nero, & concione militum habitâ, bina nummûm millia viritim manipularibus diuiſit; [156] addiditque ſine pretio frumentum, quo antè ex modo annonæ vtebantur. Tum quaſi geſta bello expoſiturus vocat ſenatum, & triumphale decus Petronio Turpiliano conſulari, Cocceio Neruæ prætori deſignato; Tigellino præfecto prætorij

Cap. 70. *Lucanus occiſus:*

Et ceteri.

Cap. 17. *Romani interea ſacrificant, gaudẽt.*

Nero præmia indicibus diſtribuit:

Pœnas & exſilia ſuſpectis.

Cap. 52. *Milites alloquitur: Et largitione auget:*

Amicos item honoribus.

152. VERSVS IPSOS RETTVLIT.] *Sunt haud dubiè iſti:*

Scinditur auulſus, nec ſicut vulnere ſanguis
Emicuit lentus, ruptis cadit vndique venis.
Diſcurſuſque animæ diuerſa in membra meantis
Interceptus aquis.

153. VERGINIVM RVFVM.] *Mancus locus: cenſeoq; immiſſâ voce legendum,* Verginium & Muſonium Rufum: *aut,* Verginium & Rufum. *Ecce enim de Muſonio cauſſam ſtatim ſubiecit eius pulſi: & Dio narratâ coniuratione,* Ῥοῦφος μόνοι Μουσώνιος, *inquit,* ὁ φιλόσοφος ὅτι τούτοις ἐφυγαδεύθη. *Sed Verginius iſte quis eſt? Non enim ille, opinor, illuſtris. de cuius exſilio non apud Tacitum, non apud Plinium vſquam lectum. Et quomodò potuit? qui Germaniæ & legionibus præfuit biſpſis annis? Fuerit ergo eius ætui Rhetor, quem Perſij vetuſta vita commemorat.* Studuit, *inquit,* apud Grammaticum Remmium Palæmonem, & apud Rhetorem Verginium Flaccum. *Vbi tamen vetuſtus codex B. Vulcanij,* Flauum *habet. Eſt illeipſe, de quo Fabius l.* III. Scripſit de eâdem materiâ (*Rhetoricorum*) non pauca Cornificius, Celſus, & Lænas, & ætatis noſtræ Verginius, Plinius, Rutilius. *nominatq; & aliâs.*

154. CÆSENIVS MAXIMVS.] *Scrib.* Cæſonius, *& Martiali ab hac hiſtoriâ fœneranda lux, lib.* VII. *ad Ouidium quendam.*

Maximus ille tuus, Ouidi, Cæſonius hic eſt,
Cuius adhuc vultum viuida cera tenet.
Hunc Nero damnauit, ſed tu dãnare Neronem
Auſus es, & profugi, non tua fata, ſequi.
Æquora per Scyllæ magnus comes exſulis iſti,
Qui modò nolueras Conſulis ire comes.
Si victura meis mandantur nomina chartis,
Et fas eſt cineri me ſupereſſe meo:
Audiet hæc præſens venturaque turba, fuiſſe
Illi te, Senecæ quod fuit ille ſuo.

Vbi diſcis & Conſulem fuiſſe hunc Cæſonium, & inter Senecæ amicos. quæ cauſſa certè damnationis.

155. IN SVPPLICIO.] *Romana editio,* ſine abſolutione, ſine ſupplicio, *probiſſimè.*

156. ADDIDITQVE SINE PRETIO FRVMENTVM.] *Suetonius Ner. c.* X. Conſtituit Prætorianis cohortibus frumentum menſtruum gratuitum. *Seuerus Imp. modum frumenti etiam auxit, de quo Herodianus:* Καὶ τὸ σιτηρέσιον αὐτοῖς πρῶτος ἤυξησε, καὶ δακτυλίοις χρυσοῖς χρήσασθαι ἐπέτρεψε. *Iterumque Antoninus eius F. patratâ cæde Getæ. Idem ſcriptor:* Προσέθηκε δὲ τῷ σιτηρεσίῳ ἄλλο τὸ τελομιαῖον ἥμισυ. *id eſt:* Adiecit annonæ, ſuprà quàm ſoliti accipere, dimidium.

rij tribuit; Tigellinum & Neruam ita extollens, vt ſuper triumphales in foro imagines, A
De Nymphidio, ex occaſione. apud palatium effigies eorum quoque ſiſteret. Dedit etiam conſularia inſignia Nymphidio; de quo quia nunc primùm oblatus eſt, pauca repetam. Nam & ipſe pars Romanarum cladium erit. Igitur matre libertinâ ortus, quæ corpus decorum inter ſeruos libertoſque Principum vulgauerat, ex C. Cæſare ſe genitum ferebat, quoniam forte quâdam habitu procerus & toruo vultu erat: ſiue C. Cæſar ſcortorum quoque cupiens, etiam matri eius illuſit. Sed Nero vocato ſenatu, oratione inter patres habitâ, edictum apud
Cap. 73. *Edictum & confeſſiones reorum propoſitæ.* populum, & collata in libros indicia, confeſſioneſque damnatorum adiunxit. Etenim crebro vulgi rumore lacerabatur, tamquam viros inſontes ob inuidiam aut metum extinxiſſet. Ceterùm cœptam, adultamque & reuictam coniurationem neque tunc dubitauere, quibus verum noſcendi cura erat; & fatentur, qui poſt interitum Neronis in vrbem regreſſi ſunt. At in ſenatu cunctis vt cuique plurimum mœroris, in adulationem
In Senatu adulantium certamen. demiſſis, [157] Iunium Gallionem Senecæ fratris morte pauidum, & pro ſuâ incolumitate ſupplicem increpuit Salienus Clemens, hoſtem & parricidam vocans: donec conſenſu B
patrum deterritus eſt, ne publicis malis abuti ad occaſionem priuati odij videretur, [158] neu compoſitam & oblitteratam manſuetudinem Principis nouam ad ſæuitiam traheret. Tum decreta dona & grates deis [* decernuntur] propriuſque honos Soli, cui
Cap. 74. * *redundat, vt opinor.* eſt vetus [159] ædes apud Circum, in quo facinus parabatur, qui occulta coniurationis, numine retexiſſet: vtque Circenſium cerealium ludicrum pluribus equorum curſibus celebraretur: menſiſque Aprilis Neronis cognomentum acciperet: templum Saluti exſtrueretur, eo loci ex quo Sceuinus ferrum promſerat. Ipſe eum pugionem [160] apud Capitolium ſacrauit, inſcripſitque IOVI VINDICI. In præſens haut animaduerſum, poſt
Pugio Sceuini ſacratus: arma Iulij Vindicis ad auſpicium & præſagium futuræ vltionis trahebatur. Reperio in commentarijs ſenatus, Cerialem Anicium conſulem deſignatum, pro ſententiâ dixiſſe,
Verbis ominoſis. vt templum diuo Neroni quàm maturrimè publicâ pecuniâ poneretur. Quod quidem ille decernebat, tamquam mortale faſtigium egreſſo, & venerationem hominum merito: [161] quod ad omina olim ſui exitus verteretur. [162] Nam deûm honor Principi non antè habetur, quàm agere inter homines deſierit. C

157. IVNIVM GALLIONEM.] *Quem Nero poſt interfecit. Dio. In Euſebio autem clarius:* Iunius Annæus Gallio, frater Senecæ, egregius declamator, propriâ ſe manu interfecit: mortem eius Nerone in ſuam præſentiam differente. *Hoc confert illud Chronicon in annum hunc eumdem, quo Lucanus & Seneca occiſi. Mirum in Tacito nihil eſſe, ſi tamen hoc tempore ea cædes.*

158. NEV COMPOSITAM ET.] *Prauè ſcriptum, & in contumeliam Neronis. Valdè ſcilicet Principem laudent, ſi oblitteratam clementiam eius dicant: id eſt, abolitam & ſepultam. Ne dubita ſcribere:* compoſita & obliterata manſuetudine Principis. *Hoc volunt. ne ea quæ obliterata iam eſſent & tantumnon deleta ex animo Principis, ille renouaret, & nouæ ſæuitiæ materiem ſuggereret.*

159. ÆDES APVD CIRCVM.] *De quâ Tertullianus libello De Spectaculis.*

160. APVD CAPITOLIVM SACRAVIT.] *Ritu veteri & recepto. Suetonius Cal. cap.* XXIV. Tres gladios in necem ſuam præparatos, Marti vltori, addito elogio, conſecrauit. *Idem Vitellio cap.* X. Pugionem, quo ſe Otho occiderat, in Agrippinenſem coloniam miſit Marti dedicandum. *Dio in Antonino Caracalla:* Καὶ τὸ ξίφος, δι' οὗ τὸν ἀδελφὸν ἀπεκτόνει, ἀναθεῖναι τῷ θεῷ ἐτόλμησε. *Sed & apud Græcos Olympias* gladium, quo rex (*Philippus*) percuſſus erat, Apollini ſub nomine Myrtales conſecrauit. *ait Iuſtinus. Tertullianus pulchrè de Reſurrectione carnis:* Gladius benè de bello cruentus, & melior homicida, laudem ſuam conſecratione penſabit.

161. QVOD AD OMINA OLIM SVI EXITVS VERTERETVR.] *Liquida apertaq; ſententia.* Olim, *tantùm ſit ſignificatione futuri: quod pueris non ignotum. At noſtri Critici ex Budenſi Codice*, quòd clam ad omen ac dolum, *legunt, non ſine meo riſu.* D

162. NAM DEVM HONOR PRINCIPI NON ANTE HABETVR, QVAM AGERE INTER HOMINES DESIERIT.] *Tertullianus pulchrè & appoſitè huic rei:* Si non de mendacio erubeſcit eiuſmodi adulatio, hominem deum appellando: timeat ſaltem de infauſto. Maledictum eſt, ante Apotheoſin, deum Cæſarem nuncupare.

C. COR-

A

C. CORNELII TACITI
AB EXCESSV DIVI AVGVSTI
ANNALIVM LIBER XVI.
BREVIARIVM LIBRI.

B *EALSI thesauri in Africâ reperti: inque ijs Neronis vanitas. Qui Romæ quinquennale certamen certat, prorsus histrionum in morem. Poppæa moritur: eique amplum funus ductum. C. Cassius & L. Silanus in exsilium pelluntur: posterior denique interficitur, ac plures alij. In Campaniâ magna & prodigij loco tempestas. Anteius & Ostorius ad mortem aguntur, Mella, Crispinus, Petronius. Thraseas Pætus etiam accusatur, tunc lumen Romani orbis: & Bareas Soranus. damnantur, & ipsi se absoluunt. Anni vnius hæc gesta: quia reliqua libri Fatum inuidit.*

C. SVETONIO. L. PONTIO TELESINO COSS.

C ILLVSIT dehinc Neroni fortuna per vanitatem ipsius, & promissa Cesellij Bassij, qui origine Pœnus, mente turbidâ, nocturnæ quietis imaginem ad spem haut dubiam retraxit. Vectusque Romam, Principis aditum emercatus, expromit repertum in agro suo specum altitudine immensâ, quo magna vis auri contineretur, non in formam pecuniæ, sed rudi & antiquo pondere. Lateres quippe prægraues iacere, astantibus parte aliâ columnis. quæ per tantum æui occulta, augendis præsentibus bonis. Ceterùm vt coniectura demonstrat, Didonem Feniſſam Tyro profugam, conditâ Carthagine, illas opes abdidisse, ne nouus populus nimiâ pecuniâ lasciuiret: aut reges Numidarum & aliàs infensi, cupidine auri ad bellum accenderentur. Igitur Nero non auctoris, non ipsius negotij fide satis spectatâ, [1] nec missis visoribus per quos nosceret, an vera asserentur, auget vltrò rumorem; mittitque qui velut partam prædam adueherent. Dantur triremes & dilectum nauigium, iuuandæ festinationi. nec aliud per illos dies populus credulitate prodentis diuersâ famâ tulerat. Ac fortè quinquennale ludicrum secundo lustro celebrabatur: [2] oratoribusque præcipua materia in laudem Principis assumta est. Non enim tantùm solitas fruges, nec metallis confusum aurum gigni, sed noua vbertate D prouenire terras, & obuias opes deferre deos. quæque alia summâ facundiâ, nec minore adulatione seruilia fingebant, securi de facilitate credentis. Gliscebat interim luxuria spe inani, consumebanturque veteres opes, quasi oblatis quas multos per annos prodigeret. Quin & inde iam largiebatur. Et diuitiarum exspectatio, inter causſas paupertatis

Cap. 1. *Magni thesauri ſies Neroni facta.*

Quem Dido olim abdidiſſet.

Cap. 2. *Ille credit.*

Mittit qui adueherent.

Oratores & vates etiam hæc publicant.

Cap. 3.

Deluſi omnes.

COMMENTARIVS.

1. NEC MISSIS VISORIBVS.] *Ita inuisores Apuleius dixit, etsi alio quodam sensu,* 1. *Florido*: Siquis fortè in hoc pulcherrimo cœtu ex illis inuisoribus meis malignus sedet. *Mirum ni Sallustio quoque hæc vox restituenda apud Fabium l.* IX. Vnde vsque eò processum est, vt non pœniturum pro non acturo pœnitentiam: & Visuros, ad videndum missos idem auctor (*Sallustius*) dixerit. *Puto* Visores: *& hinc sumsisse nostrum.*

2. ORATORIBVSQVE PRÆCIPVA.] *Vatic.* abaratoribus oratoribusque. *Legerim*, ac rhetoribus oratoribusque: *vel*, ac vatibus oratoribusque. *Certè, & vates & oratores, Musico illo agone certasse scimus.*

tatis publicæ erat. Nam Bassus [3] effosso agro suo, latisque circùm aruis, dum hunc vel illum locum promissi specus adseuerat, sequunturque non modò milites, sed populus agrestium efficiendo operi assumtus, tandem positâ vecordiâ, non falsa antè somnia sua, seque tunc primùm elusum admirans, pudorem & metum morte voluntariâ effugit. *Nihil, prater nihil, repertum. Somniator se interimit.*

Cap. 4. Quidam vinctum ac mox dimissum tradidere, ademtis bonis in locum regiæ gazæ. Intereà senatus propinquo iam [4] lustrali certamine, vt dedecus auerteret, offert Imperatori victoriam cantus, adijcit facundiæ coronam, quâ ludicra deformitas velaretur. Sed Nero nihil ambitu nec potestate senatus opus esse dictitans, [5] se æquum aduersus æmulos, & religione iudicum meritam laudem assecuturum, primò carmen in scenâ recitat: mox flagitante vulgo, vt omnia studia sua publicaret (hæc enim verba dixere) ingreditur theatrum, cunctis citharæ legibus obtemperans: ne fessus resideret, ne sudorem, nisi eâ quam indutui gerebat veste detergeret: vt nulla oris aut narium excrementa viserentur. Postremò [6] flexus genu, [7] & cœtum illum manu veneratus, sententias iudicum oppe- B riebatur ficto pauore. Et plebs quidem vrbis, histrionum quoque gestus iuuare solita, personabat [8] certis modis, plausuque composito. Crederes lætari, ac fortasse lætabantur, per iniuriam publici flagitij. Sed qui remotis è municipijs, [9] seueramque adhuc, & antiqui moris retinentes Italiam, quique per longinquas prouincias lasciuiæ inexperti officio legationum aut priuatâ vtilitate aduenerant, neque aspectum illum tolerare, neque labori inhonesto sufficere: cùm manibus nescijs fatiscerent, turbarent gnaros, ac sæpè à militibus verberarentur, qui per cuneos stabant, ne quod temporis momentum impari clamore, aut silentio segni præteriret. Constitit plerosque equitum, dum per angustias aditus & ingruentem multitudinem enituntur, obtritos: & alios, dum diem noctemque

Nero publicè citharâ, etiã Romæ canit:

Accuratè, ex scenicâ lege. Plebs vrbana applaudit:

Cap. 5.

Non illa seuera, ac rustica.

Per vim retenti spectatores.

3. EFFOSSO AGRO.] *Simillima stultitiæ Pompeij exercitum incidit, cùm is in eâdem Africâ, contra Domitium & Iarbam, militaret. Nam cùm quidam thesauros aliquos casu repperissent: fuêre qui dicerent persuaderentq;, totum eum locum auri plenum, à cladibus Pœnorum ibi repositi. Atque ita miles auidus ad fodiendum se dedit per plures dies, Pompeio ridente simul & indignante, tantam illam multitudinem stultâ auaritiâ & labore fatigari: donec tândem fessi & irriti, clamarent,* Duceret iam quò vellet, satis se pœnarum stultitiæ suæ dedisse. *Plutarchus in Pompeio.*

4. LVSTRALI CERTAMINE.] *Siue Quinquennali. Quod hîc quidem anno sexto celebrari, miratur vir doctissimus, & erroris, cui latebra non sit, pænè Tacitum accusat. Nam debebat quinto celebrari, inquit, quattuor dumtaxat annis interiectis. An distulisse Neronem aliquis dixerit? ille verò anteuenire solet, cupidine certaminum, & ante præstitutam diem reuocare, quod Suetonius in Nerone, cap.* XXI. *scripsit. Hæc vir ille magnus. Ego autem si quid video, aut firmiter numero, abnuo Tacitum vltra quintum annum produxisse. Ecce institutum est Nerone* IV. *Cornelio Cosso Coss. vrbis anno* DCCCXIII. *nunc secundò editur, Silio & Attico Coss. anno* DCCCXVIII. *Certè ab illo ad istum ipsi anni quattuor intersunt, & quinto nunc anno editur; aut omnes calculi me fallunt.*

5. SE ÆQVVM.] *Quasi diceret, se æqualem & parem in hoc certamine. Sed non displicet, quod olim conieci,* seque vnum aduersus æm.

6. FLEXVS GENV.] *Imò & sollennia histrionum verba hæc pronuntians,* Κύριοί μου ἐυμνῶς μου ἀκούσατε, Domini mei audite me libenter. *Ex quo intellegis quid Principium apud Suetonium sit Neron. cap.* XXI. Vtque constitit peracto principio, Nioben se cantaturum per Cluuium Rufum pronunciauit. *Anteloquium scilicet illud citharœdicum, emerendi fauoris: vti & principia quædam, legitimo carmine, olim oratorum. De adoratione manu, dico ad lib.* I *Histor.*

7. ET COETVM ILLVM MANV VENE- C RATVS.] *In culpâ ponit Tacitus. Tamen Imperatoribus posteà id seruatum, vt sollenni ritu populum adorarent in Circo. Claudianus pulchrè De* VI. *Cons. Honorij.*

O quantum populo secreti numinis addit
Imperij præsens species! quantamque rependit
Maiestas alterna vicem! cùm regia, Circi
Connexũ gradibus, veneratur purpura, vulgus:
Consensuque cauæ sublatus in æthera vallis
Plebis adoratæ reboat fragor.

8. CERTIS MODIS, PLAVSVQVE COMPOSITO.] *Ars enim, si dis placet, vtriusque rei: acclamandi, & plaudendi. Itaque addit,* cùm manibus nescijs fatiscerent, turbarent gnaros. *In edicto Theoderici regis ad populum Rom. lib.* I. *Variar. Cassiodori:* Soletis aëra ipsum mellifluis implere clamoribus, & vno sono dicere quod ipsas quoque belluas delectet D audire. profertis voces organo dulciores; & ita sub quadam harmoniâ citharæ concauum theatrum per vos resonat, vt tonos possit quilibet credere, quàm clamores. *Modulatum hunc clamorem, concentum appellat Plinius in Panegyrico:* Et populus quidem Rom. dilectum principum seruat, quantoq; paullò antè concentu formosum alium, hunc fortissimum personat. *Dio,* Εὐρύθμως ἐκβοᾶν, *in Pertinace:* Ὅσα τε εἰώθησαν ἐν τοῖς θεάτροις ὅτε τῇ τοῦ Κομμόδου θεραπείᾳ εὐρύθμως πως ἐκβοᾶν, ταῦτα τότε μεταχηματίζοντες ἐς τὸ γελοιότατον ἐξῆδον. *Vide quædam huius rei ad* I. *Histor.*

9. SEVERAMQVE ADHVC.] *Rod. Agricola legebat:* seueraque, *&,* retinente Italiâ.

10. QVIP-

A ctemque sedilibus continuant, morbo exitiabili correptos. [10] quippe grauior inerat metus, si spectaculo defuissent, multis palàm & pluribus occultis, vt nomina ac vultus, alacritatem, tristitiamque coëuntium scrutarentur. Vnde tenuioribus statim irrogata supplicia, aduersus illustres dissimulatum ad præsens, & mox redditum odium. Ferebantque [11] Vespasianum tamquam somno conniueret, à Phœbo liberto increpitum, ægreque meliorum precibus obtectum: mox imminentẽ perniciem maiore fato effugisse. Post finem iudicri Poppæa mortem obijt, fortuitâ mariti iracundiâ, à quo grauida ictu calcis afflicta est. Neque enim venenum crediderim, quamuis quidam scriptores tradant, odio magis quàm ex fide. Quippe liberorum cupiens, & amori vxoris obnoxius erat. Corpus non igni abolitum, vt Romanus mos: sed regum externorum consuetudine, [12] differtum odoribus conditur, tumuloque Iuliorum infertur. Ductæ tamen publicæ exsequiæ, laudauitque ipse apud rostra formam eius, & quòd diuinæ infantis parens fuisset, aliaque fortunæ munera pro virtutibus. Mortem Poppææ vt palàm tristem, ita recordantibus lætam ob impudicitiam eius sæuitiámque, nouâ insuper inuidiâ Nero compleuit, prohibendo C. Cassium officio exsequiarum. quod primum indicium mali, neque in longum dilatum est. Sed Silanus additur. nullo crimine, nisi quòd Cassius opibus vetustis, & grauitate morum; [13] Silanus claritudine generis, & modestâ iuuentâ, præcellebant. Igitur missâ ad senatum oratione, remouendos à Rep. vtrosque disseruit. Obiectauitque Cassio quòd inter imagines maiorum, etiam C. Cassij effigiem coluisset, ita inscriptam: [14] DVCI PARTIVM. Quippe semina belli ciuilis, & defectionem à domo Cæsarum quæsitam. [15] Ac vt memoriâ tantum infensi nominis ad discordias vteretur, assumsisse L. Silanum iuuenem genere nobilem, [16] animo præruptum, quem nouis rebus ostentaret. Ipsum dehinc Silanum increpuit ijsdem quibus patruum eius Torquatum, tamquam disponeret iam imperij curas, præficeretque rationibus & libellis & epistolis libertos: & inania simul & falsa. Nam Silanus intentior metu, & exitio patrui

Inquisitum in vultus & voces.

Vnde Vespasiano periculum. Cap. 6.

Poppæa moritur.

More nouo sepulta.

Nero eam pro rostris laudauit. Cap. 7.

Cassius & Silanus accusati: Ob virtutes:

Tamen ridicula quadam præscripta:

Cap. 8.

Aut falsa.

C 10. QVIPPE GRAVIOR INERAT METVS.] *O ludos, ô ineptias, sed cruentas & tristes! Nam mors comes aut exsilium, si quis segniter audiuisset scilicet hunc Phœbum. Philostratus scitè narrat,* Apollonium venisse Romam, & in hospitium quoddam, per hæc tempora, diuertisse. Ibi autem hominem quemdam, scenico habitu, citharam tenentem & pulsantem, cantantem etiam, sed rudi & absonâ voce, superuenisse, qui solitus esset vrbem ita perambulare, & Neronis carmina cantillare. Quæ siquis aut negligentiùs audisset, aut mercedem condignam non dedisset, ab eo tamquam impietatis reus conuitijs petebatur, & in carcerem ducebatur. Cordam præterea, vsu detritam & fractam, quæ in ipsâ Neronianâ citharâ fuisset, vt ceimelium aliquod in arculâ ferebat: atque eam emptam sibi D duabus minis ferebat. nec cuiquam porrò venditurum, nisi qui præstantissimus in eâ arte esset, & aliquando Pythiis vicisset. *Atque addit, Apollonium ipsum & comites eius, cùm affici non viderentur, accusatos ab eo vt* Diuinæ vocis contemtores, *sed mercedulâ tamen datâ hominem placasse. Hæc libro* IV.

11. VESPASIANVM A PHOEBO.] *Hoc igitur periculum Romæ adijt, vt hîc Tacitus: sed simile in Achaiâ. de quo Suetonius Vespasiani cap.* IV. Peregrinatione Achaicâ inter comites Neronis, cùm cantante eo aut discederet, aut præsens obdormisceret, grauissimam contraxit offensam: prohibituque non contubernio modò, sed etiam publicâ salutatione. *Itaque sæpiùs in istâ re subrusticus & verè Sabinus vir peccauit. Quod porrò ad Phœbum, is libertus admissionum fuit, ex Suet. Vespas. cap.* XIV. *De eo lapis,*

TI. CLAVDIO. AVG. L.
PHOEBO.
CLAVDIA. PANA' TYCHIS.

12. DIFFERTVM ODORIBVS.] *Plinius de Arabiâ:* Periti rerum adfirmant, non ferre tantum annuo fœtu, quantum Nero princeps nouissimo Poppææ suæ die concremauerit.

13. SILANVS.] *Suspicor eumpse esse, cui postea statua in foro posita, curante Capitone. Quâ de re Plinij epistola tota, lib.* I. *ad Cornelium Titianum. Corruptè hoc nomen scriptum in Commentario Iuuenalis, ad illud Sat.* I.

——magni delator amici.

Heliodorum dicit Stoicum Philosophum, qui Licinium Silanum condiscipulum suum testimonio oppressit. *Lege,* L. Iunium.

14. DVCI PARTIVM.] *Budensis codex,* Dux. *non malè. Hæc autem historia est: quam eleganter Ambros.* I. *Offic. tangit.* Si tyranni aliquis habeat imaginem, nónne obnoxius est damnationi? Memini legisse me quosdam capitali supplicio damnatos, quia Bruti & Cassij interfectorum Cæsaris imagines asseruarent. *De titulis autem imaginum scripsi in in Electis, cap.* XXIX.

15. AC VT MEMORIA.] *Lego,* ac ne.

16. ANIMO PRÆRVPTVM.] *Non,* promptum: *ex Vaticano. Præruptus, vti Præfractus, de ijs qui rigidâ effræniq; audaciâ sunt. Ita Ciceroni pro Roscio,* Prorupta audacia, *dicta.*

Additur Lepida, Cassij vxor.

patrui ad præcauendum exterritus erat. Inducit posthac vocabulo indicium, qui in Lepidam Cassij vxorem, Silani amitam, incestum cum fratris filio & diros sacrorum ritus confingerent. Trahebantur vt conscij [17] Vulcatius Tullinus ac [18] Marcellus Cornelius senatores, & [19] Calpurnius Fabatus eques Romanus: qui appellato Principe instantem damnationem frustrati, mox Neronem circa summa scelera distentum, quasi minores euasere. Tunc senatusconsulto Cassio & Silano exsilia decernuntur; de Lepidâ Cæsar statueret. Deportatusque in insulam Sardiniam Cassius, & [20] * senatus ius expectabatur Silanus tamquam Naxum deueheretur, Hostiam amotus; post municipio Apuliæ, cui nomen est Barium, clauditur. Illic indignissimum casum sapienter tolerans, à centurione ad cædem misso corripitur. Suadentique venas abrumpere; animum quidem morti destinatum ait, sed non permittere percussori gloriam ministerij. At centurio quamuis inermem, prævalidum tamen & iræ quàm timori propiorem cernens, premi à militibus iubet. Nec omisit Silanus obniti, & intendere ictus quantum manibus nudis valebat, donec à centurione vulneribus aduersis tamquam in pugnâ caderet. Haut minus promtè L. Vetus, socrusque eius Sextia & Pollutia filia necem subiere: inuisi Principi, tamquam viuendo exprobrarent interfectum esse Rubellium Plautum generum Lucij Veteris. Sed initium detegendæ sæuitiæ præbuit interuersis patroni rebus ad accusandum transgrediens Fortunatus libertus, ascito Claudio Demiano, quem ob flagitia vinctum à Vetere Asiæ proconsule, exsoluit Nero in præmium accusationis. Quod vbi cognitum reo, seque & libertum pari sorte componi, Formianos in agros digreditur. Illic eum milites occultâ custodiâ circumdant. Aderat filia super ingruens periculum longo dolore atrox, ex quo percussores Plauti mariti sui viderat: cruentamque ceruicem eius amplexa, seruabat sanguinem, & vestes respersas, vidua implexa luctu continuo, nec vllis alimentis, nisi quæ mortem arcerent. Tum hortante patre, Neapolim pergit. Et quia aditu Neronis prohibebatur, egressus obsidens, audiret insontem, néve consulatus sui [21] quondam collegam dederet liberto, modò mulicbri eiulatu, aliquando sexum egressa, voce infensâ clamitabat. donec Princeps immobilem se precibus & inuidiæ iuxtà ostendit. Ergo nuntiat patri abijcere spem, & vti necessitate. Simul affertur parati cognitionem senatus, & trucem sententiam. Nec defuere qui monerent magnâ ex parte heredem Cæsarem nuncupare, atque ita nepotibus de reliquo consulere. quod aspernatus, ne vitam proximè libertatem actam nouissimo seruitio fœdaret, largitur in seruos quantum aderat pecuniæ: & si qua asportari possent, sibi quemque deducere, tris modò lectulos ad suprema retineri iubet. Tunc eodem in cubiculo, eodem ferro abscindunt venas, properique & singulis vestibus ad verecundiam velati, balneis inferuntur. pater, filiam; auia, neptem; illa vtrosque intuens, & certatim precantes labenti animæ celerem exitum, vt relinquerent suos superstites & morituros. Seruauitque ordinem fortuna: ac senior priùs, tum cui prima ætas, exstinguuntur. Accusati post sepulturam, decretumque vt more maiorum punirentur. Et Nero interceſſit, [22] mortem sine arbitrio permittens. ea cædibus

Cap. 9. Illi in exsilium pulsi. Sed Silanus paullò pòst interfectus.

Filia pro eo intercedit:

Nec impetrat.

Cap. 11.

Miserabile trina mortis exemplum.

Cap. 10. *L. Vetus item accusatus:*

Idq; à liberto.

A B C D

17. VVLCATIVS TVLLINVS.] *Credo*, Tertullinus: *superuixitq; ad principatum Vespasiani. Lib.* IV. *Histor.* Vulcatius Tertullinus tribunus plebei interceſſit.

18. MARCELLVS CORNELIVS.] *Quem Galba deinde interfecit. lib.* I. *Histor.* Quam gloriam ad principatum attulit, nisi occisi Obultronij Sabini, & Cornelij Marcelli in Hispaniâ? *Noto eò, quia Tacitus ipse admonet, euasisse eos hoc discrimen, & Neroni superfuisse.*

19. CALPVRNIVS FABATVS.] *Ille proſocer Plinij Secundi.*

20. * SENATVS IVS EXPECTABATVR.] *Vulnus, cui non medeor. Palmerius legit (ita ab Hieron. Berchemio accepi, veteri meo amico)* Senatus iussus spectabatur. *Franciscus Medices*: & senectus eius exspectabatur. *At de exsilio Cassij, conuenienter cum Tacito Pomponius De orig. iuris*: Caius Cassius Longinus plurimum in ciuitate auctoritatis habuit, donec eum Cæsar (*Nero, non Claudius, vti censent*) pelleret: expulsusque ab eo in Sardiniam, reuocatus à Vespasiano. *De eximiâ eius scientiâ, noster lib.* XII. Eâ tempestate Cassius ceteros præeminebat peritiâ legum. *Plinius lib.* VII. *Epist.* Lætor quòd domus C. Cassij, huius qui Cassianæ scholæ princeps & parens fuit, seruiet domino non minori.

21. QVONDAM COLLEGAM.] *Primo imperij eius anno.*

22. MORTEM SINE ARBITRIO PERMITTENS.] *Clarissimus Faber bis huncce locum attigit. Primo ei visum legere*, mortem libero arbitrio: *pòst maluit,*

A dibus peractis ludibria adijciebantur. P. Gallus eques Romanus, quod Fenio Rufo intimus, & Veteri non alienus fuerat, aquâ atque igni prohibitus est: Liberto & accusatori præmium operæ, locus in theatro [23] inter viatores tribunicios datur. Et mensis qui Aprilem eumdemque Neronem sequebatur, Maius Claudij, [24] Iunius Germanici, vocabulis mutantur: testificante Cornelio Orfito qui id censuerat, ideò Iunium mensem transmissum, quia duo iam Torquati ob scelera interfecti, infaustum nomen * Iunij tum fecissent. Tot facinoribus fœdum annum etiam dij tempestatibus & morbis insigniuere. Vastata Campania turbine ventorum, qui villas, arbusta, fruges passim disiecit, pertulitque violentiam ad vicina vrbi. In quâ omne mortalium genus vis pestilentiæ depopulabatur, nullâ cæli intemperie quæ occurreret oculis. Sed domus corporibus exanimis, itinera funeribus complebantur. Non sexus, non ætas periculo vacua. Seruitia perinde ac ingenua plebes raptim exstingui, inter coniugum & liberorum lamenta; qui dum assident, dum deflent, sæpè eodem rogo cremabantur. Equitum senatorumque interitus quamuis promiscui, minùs flebiles erant, tamquam communi mortalitate sæuiB tiam Principis præuenirent. Eodem anno dilectus per Galliam Narbonensem Africámque & Asiam habiti sunt, supplendis Illyrici legionibus, ex quibus ætate aut valetudine fessi, sacramento soluebantur. [25] Cladem Lugdunensem quadragies sestertio solatus est Princeps, vt amissa vrbi reponerent. quam pecuniam Lugdunenses antè obtulerant, turbidis casibus. C. Suetonio, [26] L. Telesino Coss. Antistius Sosianus factitatis in Neronem carminibus probrosis, exsilio, vt dixi, multatus, postquam id honoris indicibus tamque promtum ad cædes Principem accepit, inquies animo, & occasionum haut segnis, Pammenem eiusdem loci exsulem, & Chaldæorum arte famosum, eoque multorum amicitijs innixum, similitudine fortunæ sibi conciliat. Ventitare ad eum [27] nuntios & consolationes non frustrà ratus, simul annuam pecuniam à P. Anteio ministrari cognoscit. Neque nescium habebat, Anteium caritate Agrippinæ inuisum Neroni, opesque eius præcipuas ad eliciendam cupidinem, eamque caussam multis exitio esse. Igitur interceptis Anteij litteris, furatus etiam libellos quibus dies genitalis eius, &C euentura, secretis Pammenis occultabantur, simul repertis quæ de ortu vitaque Ostorij Scapulæ composita erant, scribit ad Principem, magna se & quæ incolumitati eius conducerent allaturum, si breuem exsilij veniam impetrauisset. quippe Anteium & Ostorium imminere rebus, & sua Cæsarisque fata scrutari. Exin missæ liburnicæ, aduehiturque properè Sosianus. Ac vulgato eius indicio, inter damnatos magis quàm inter reos Anteius

Cap. 12.

Honores Neroni.

* nomen Iunium fecissent.

Cap. 13. *Tempestas in Campaniâ. Pestis notabilis Romæ.*

Lugduno cõbustæ subuenit Nero.

Cap. 14.

A. V. C. DCCCXIX. *Sosianus exsul.*

P. Anteium accusat:

Et Ostorium.

maluit, suo arbitrio. *Quod postremum magni vatis effatum iure placet: magis tamen meum*, mortem sine arbitro. *Et adseuerem eam Cornelij scripturam esse, à Florentino etiam codice (vt posteà comperi) approbatam. Mors sine arbitro; libera, sine domino, sine iudice. Simile lib.* I. *Annal.* An præmia sub dominis, pœnas sine arbitro esse?

23. INTER VIATORES TRIBVNICIOS.] *Qui spectasse videntur non abiuncto à Tribunis loco, vti ad obsequia apparere possent. Hoc autem inter præmia: quia Tribunos honestissimo loco spectasse, vel hinc colligas, quòd Cæsari Iulio inter honores decretum:* vt semper sellâ curuli sederet, excepto per ludos. Tum enim sessio ei in Tribunicio subsellio, inter eos qui quoque anno Tribuni essent concedebatur. *Dio lib.* XLIV. *Itemq; posteà Augusto:* vt in subsellijs Tribunorum plebis sederet. *Dio idem, libro* XLIX.

24. IVNIVS GERMANICI.] *Obhæreo. Series quidem mensium ita postulat: sed si* Iunius *in hoc numero, quomodo additur* Iunium transmissum, *quia infaustus esset? Itaque olim reponebam*, Iulius Germanici. *Sed libri mihi opponuntur, itemq; ratio, quòd facta iniuria Diuo Iulio videtur, si illi mensis suus ademptus. Quid dicam? verba tamen sequentia de Iunio abnuunt, etsi alij conantur pro*, transmissum, *rescribere*; transnominatum.

25. CLADEM LVGDVNENSEM.] *Cladem ex incendio conceptam. quod denarrat & deplorat Seneca epistolâ totâ* XCII. *Accidit centesimo anno à coloniâ deductâ, eodem Senecâ obseruante. Vt solatium hoc tardè adhibitum à Nerone sit, septimo post incendium anno. Nam deducta Lugdunum à Munatio Planco, anno vrbis* DCCXI.

26. L. TELESINO COS.] *Nomen et L. Pontius Telesinus ex Velleio. Laudat vt philosophum, & insignem virum, plus vno loco Philostratus lib.* IV. *&* VII. *eumdémque exsulasse eâ re sub Nerone scribit.*

27. NVNTIOS ET CONSOLATIONES.] *Omninò lego*, consultationes: *& iam notauit Pichena sic in Florentino esse. Verbum eius artis. Iuuenalis:*

——— quæ nullum consulit, & iam
Consulitur.

Noster: Quæ caritate erga parentem, non tamen aliud consultauerat, quàm de incolumitate domus. *Paullò antè scribo*, multorum amicitiis innexum, *non*, innixum.

Anteius Ostoriusque habebantur: adeò vt testamentum Anteij nemo obsignaret, nisi A
Ille venis incisis abit. Tigellinus auctor extitisset. Monitus priùs Anteius, ne supremas tabulas moraretur. At
Cap. 15. ille hausto veneno, tarditatem eius perosus, intercisis venis, mortem approperauit. Osto-
Ad Ostorium centurio missus. rius longinquis in agris [28] apud finem Ligurum id temporis erat. eò missus centurio, qui cædem eius maturaret. Caussa festinandi ex eo oriebatur, quòd Osterius multâ militari famâ, & [29] ciuicam coronam apud Britanniam meritus, ingenti corporis robore armorumque scientiâ, metum Neroni fecerat, ne inuaderet, pauidum semper, & repertâ nuper coniuratione magis exterritum. Igitur centurio vbi effugia villæ clausit, iussa Imperatoris Ostorio aperit. Is fortitudinem aduersum hostes sæpè spectatam in se vertit.
Atque is pugione se interimit: Et quia venæ quamquam interruptæ parum sanguinis effundebant, hactenus manu
Cap. 16. serui vsus vt immotum pugionem extolleret, adpressit dexteram eius, iugulóque occurrit.
Excusatio tot tristium narrationũ, & parium. Etiam si bella externa, & obitas pro Rep. mortes tantâ casuum similitudine memorarem; meque ipsum satias cepisset, aliorumque tædium exspectarem, quamuis honestos, ciuium exitus, tristes tamen & continuos aspernantium. At nunc patientia seruilis, tantumque sanguinis domi perditum, fatigant animum & mæstitiâ restringunt. Neque B
aliam defensionem ab ijs quibus ista noscentur exegerim, quàm ne oderim tam segniter pereuntes. Ira illa numinum in res Romanas fuit, quam non vt in cladibus exercituum, aut captiuitate vrbium, semel editam transire licet. Detur hoc illustrium virorum posteritati, vt quomodo exsequijs à promiscuâ sepulturâ separantur; ita in traditione su-
Cap. 17. premorum accipiant habeantque propriam memoriam. Paucos quippe intra dies, eodem agmine Annæus Mella, Cerialis Anicius, Rufus Crispinus, ac C. Petronius cecidere. Mella & Crispinus equites Romani, [30] dignitate senatoriâ. Nam hic [31] quondam
Crispinus mori iussus: præfectus prætorij, & consularibus insignibus donatus; ac nuper crimine coniurationis
Et Annæus Mella. in Sardiniam exactus, accepto iussæ mortis nuntio semet interfecit. Mella quibus Gallio & Seneca parentibus natus, petitione honorum abstinuerat, per ambitionem præposteram, vt eques Romanus consularibus potentiâ æquaretur. Simul acquirendæ pecuniæ breuius iter credebat, [32] per procurationes administrandis Principis negotijs. Idem
Pater Lucani. Annæum Lucanum genuerat, grande adiumentum claritudinis. quo interfecto, [33] dum C
rem familiarem eius acriter requirit, accusatorem conciuit Fabium Romanum, ex intimis Lucani amicis. Mixta inter patrem filiumque coniurationis scientia fingitur, assimilatis Lucani litteris. quas inspectas Nero, ferri ad eum iussit, opibus eius inhians. At Mella, quæ tum promtissima mortis via, exsoluit venas: scriptis codicillis, quibus grandem pecuniam in Tigellinum, generumque eius Cossutianum Capitonem erogabat, quò cetera manerent. Additur codicillis, tamquam de iniquitate exitij quærens ita scripsisset: *se quidem mori nullis supplicij caussis, Rufum autem Crispinum & Anicium Cerialem vitâ frui, infensos Principi.* quæ composita credebantur, de Crispino quia interfectus erat, de Ceriale vt interficeretur. Neque enim multo pòst vim sibi attulit, minore quàm ceteri miseratione, quia proditam C. Cæsari [34] coniurationem ab eo meminerant.

[35] De

28. APVD FINEM LIGVRVM.] *Non aspernabilis fortè coniectura nostra*, apud Fanum Ligurum. *Is locus, Templum alio nomine dictus. In vitâ Agricolæ:* Classis Othoniana licenter vaga, dum in Templo (Liguriæ pars est) hostiliter populatur. *Liuius tamen Finem Ligurum etiam appellat:* Redeuntes inde Ligurum extremo fine, agmen Romanum incidunt. *sed alio, nisi fallor, & communi magis sensu.*

29. CIVICAM CORONAM.] *Filij ergo M. Ostorij ista mors. Nam de eo libro* XII. *scriptum:* Quâ pugnâ filius legati M. Ostorius seruati ciuis decus meruit. *Pater sanè in ipsâ Britanniâ obijt.*

30. DIGNITATE SENATORIA.] *Non enim reuerà Senatores, sed opibus ac splendore cuiuis Senatorum pares. Equites Illustres.*]

31. QVONDAM PRÆFECTVS PRÆTORII.] *Sub Claudio lib.* XI. D

32. PER PROCVRATIONES.] *Ad quas soli equites aut liberti admissi.*

33. DVM REM FAMILIAREM.] *De Annæo Mellâ sermo est, qui pater Lucani. Atqui de illo Eusebianum Chronicum:* L. Annæus Mella Senecæ frater & Gallionis, bona Lucani filij sui à Nerone promeretur. *Quæ si vera lectio, opinandum à fisco aut fiscalibus quædam abrepta, & retenta. Sed ego ambigo, neque censeo publicata bona, quia suâ manu cecidit, & damnationem præuenit. Quod si est, benè in Eusebio corrigas, & adhæc Taciti:* ob bona Lucani filij sui à Nerone perimitur.

34. CONIVRATIONEM.] *Coniurationem Aemilij Lepidi. de qua Suetonius & Dio.*

35. DE

A [35] De C. Petronio ſuprà pauca repetenda ſunt. Nam [36] illi dies per ſomnum, nox officijs, & oblectamentis vitæ tranſigebatur. Vtque alios induſtria, ita hunc ignauia ad famam protulerat; habebaturque non ganeo & profligator, vt plerique ſua haurientium, ſed erudito luxu. Ac dicta factaque eius quanto ſolutiora, & quandam ſui negligentiam præferentia, tanto gratiùs in ſpeciem ſimplicitatis accipiebantur. Proconſul tamen Bithyniæ, & mox conſul, vigentem ſe ac parem negotijs oſtendit: dein reuolutus ad vitia, ſeu vitiorum imitationem, inter paucos familiarium Neroni aſſumtus eſt, elegantiæ arbiter, dum nihil amœnum, & molle affluentiâ putat, niſi quod ei Petronius approbauiſſet. Vnde inuidia Tigellini, quaſi aduerſus æmulum & ſcientiâ voluptatum potiorem. Ergo crudelitatem Principis, cui ceteræ libidines cedebant, aggreditur, amicitiam Sceuini Petronio obiectans; corrupto ad indicium ſeruo, ademtaque defenſione, & maiore parte familiæ in vincla raptâ. Fortè illis diebus Campaniam petiuerat Cæſar; & Cumas vſque progreſſus Petronius illic attinebatur. Nec tulit vltrà timoris aut ſpei moras. neque tamen præceps vitam expulit, ſed inciſas venas,
B vt libitum obligatas, aperire rurſum, & alloqui amicos, non per ſeria, aut quibus conſtantiæ gloriam peteret. Audiebatque referentes, nihil de immortalitate animæ, & ſapientium placitis, ſed leuia carmina & faciles verſus. Seruorum alios largitione, quoſdam verberibus affecit. Iniit & vias, ſomno indulſit, vt quamquam coacta mors, fortuitæ ſimilis eſſet. Ne codicillis quidem (quod plerique pereuntium) Neronem aut Tigellinum, aut quem alium potentium adulatus eſt: ſed flagitia Principis ſub nominibus exoletorum feminarumque, & nouitate cuiuſque ſtupri perſcripſit, atque obſignata miſit Neroni. fregitque annulum, ne mox vſui eſſet ad facienda pericula.

Ambigenti Neroni quonam modo noctium ſuarum ingenia noteſcerent, offertur Silia matrimonio ſenatoris haut ignota, & ipſi ad omnem libidinem adſcita, ac Petronio perquàm familiaris. agitur in exſilium, tamquam non ſiluiſſet quæ viderat pertuleratque, proprio odio. At Numicium Thermum præturâ functum Tigellini ſimultatibus dedidit, quia libertus Thermi quædam de Tigellino criminosè detulerat, quæ
C cruciatibus tormentorum ipſe, patronus eius nece immeritâ lueret. Trucidatis tot inſignibus viris, ad poſtremum Nero virtutem ipſam exſcindere concupiuit, interfecto [37] Bareâ Sorano & [38] Thraſeâ Pæto, olim vtriſque infenſus, & accedentibus cauſſis in Thraſeam: quòd ſenatu egreſſus eſt, cùm de Agrippinâ referretur, vt memoraui: quodque Iuuenalium ludicro parum expetibilem operam præbuerat: eaque offenſio altiùs

Cap. 18. *C. Petronius ad mortem actus. Elegantia viri,*

Diu Neroni percari: Donec, Tigillino adnitente, euertitur.

Cap. 19.

Solutè admodum moritur,

Neroni flagitijs suis priùs ingeſtis.

Cap. 20.

Cap. 21.

Bareas Soranus & Thraſeas Pætus accuſantur.

35. De C. Petronio.] *Quem viri docti eum cenſent, cuius fragmenta hodie puriſſimæ impuritatis. De quo etiam delibero: ſicut & de prænomine: quod apud Plinium libro* XXXVII. *cap.* II. *Titus eſt; itemque Plutarchum in libello,* Πῶς ἄν τις διακρίνειε τὸν κόλακα τοῦ φίλου. *Loqui eos de hoc eodem, res indicio eſt. Plinij verba*; Titus Petronius Conſularis moriturus, inuidiâ Neronis Principis, vt menſam eius exheredaret, trullam murrhinam CCC. H.S. emptam fregit. *Plutarchi:* Ἡ τὰς ἀσώτους καὶ πολυτελεῖς εἰς μικρολογίαν καὶ ῥυπαρίαν ὀνειδίζωσιν, ὥσπερ Νέρωνα Τίτος Πετρώνιος. *Reperio &* Publium Petronium, *niſi fallor, hunc eumdem. de quo ita Scholiaſtes vetus Iuuenalis, in illud* ——ſed clamat Pontia, feci. Pontia, *inquit*, Publij Petronij filia, quam Nero conuictam (*lego*, quem N. conuictum) in crimine coniurationis damnauit. *Nam Pontia quidem ob aliud ſcelus veneno exſtincta eſt, vt addit.*

36. Illi dies per somnvm.] *Vide verum hunc aduerſipedem, vt Latini appellant. Dies noſter, illi nox erat: & nox, pro die. Pulchrè omnino iſtos homines verè peruerſos Seneca deſcribit & culpat, epiſtolâ* CXXIII. Lucet? ſomni tempus. Quies iſta? (*pro nocte, Quietem dixit: atque ita locum interpretor ac diſtinguo*) nunc exerceamur; nunc geſtemur, nunc prandeamus. Iam lux propius accedit? tempus eſt cænæ. *Ac plura ibi de lucifugis illis vide. Adde & hæc Lampridij in Heliogabalo*: Traiecit & dierum actus noctibus, & nocturnos diebus, æſtimans hoc inter inſtrumenta luxuriæ: ita vt ſerò de ſomno ſurgeret, & ſalutari inciperet, manè autem dormire inceptaret.

37. Barea Sorano.] *Qui ille eſt nominatus Boëtio de Conſolat. lib.* I. *proſâ* III.

38. Thrasea Pæto.] *Cuius gentile nomen adhuc quæro. Nam Dio P. Thraſeam Pætum ſaltem appellat: Marmor vetus ſuadet Valerium fuiſſe.* C. DOMITIO. DEXTRO. II. L. VALERIO. MESSALLA. THRASIA. PRISCO. COS. *Quod etſi de alio: ex cognomine tamen ſuſpicemur de gente. Thraſeas hic admirator vnicus Catonis, de cuius vitâ librum ſcripſit, indicante Plutarcho. Laudes eius ſparſæ in Tacito, Arriano, Dione: ſed ante alia egregium elogium de illo ipſius Neronis, in Plutarchi libello* Πολιτικῶν παραγγελμάτων. *Ait,* Νέρων ὀλίγου ἔμφρονα ὄντα καὶ μέγαν ἀποκτεῖναι, τὸν Θρασέαν μάλιστα μισῶν καὶ φοβούμενος, ὁμῶς ἐγκαλοῦντός τινος ὡς κακῶς κεκρυμμένου καὶ ἀδίκως. Ἐβουλόμην ἄν, ἔφη, Θρασέαν ὕπατον ἐμὲ φιλεῖν, ὡς δικαίως ἀγαθός ἐστιν. *Salue, ô, ſalue vir magne, & inter Romanos ſapientes ſanctum mihi nomen. Tu magnum*

Crimina in ipsum.

tiùs penetrabat, quia idem Thraſea Patauij, vnde ortus erat, [39] ludis Cæſticis à Troiano Antenore inſtitutis, habitu tragico cecinerat. Die quoque, quo prætor Antiſtius ob probra in Neronem compoſita ad mortem damnabatur, mitiora cenſuit, obtinuitque: & cùm deûm honores Poppææ decernuntur, ſponte abſens, funeri non interfuit. Quæ ob- A

Capito ea renouat.

litterati non ſinebat Capito Coſſutianus, præter animum ad flagitia præcipitem, inimicus Thraſeæ, quòd auctoritate eius concidiſſet iuuantis Cilicum legatos, dum Capitonem repetundarum interrogant. Quin & illa obiectabat: [40] *principio anni vitare Thraſeam ſollenne iuſurandum:* [41] *nuncupationibus votorum non adeſſe, quamuis Quindecimuirali ſacerdotio præditum: numquam pro ſalute Principis,* [42] *aut cæleſti voce immolauiſſe: aſſiduum olim & indefeſſum, qui vulgaribus quoque patrum conſultis ſemet fautorem aut aduerſarium oſtenderet, triennio non introïiſſe curiam: nuperrimeque cùm ad coërcendos Silanum & Veterem certatim concurreretur, priuatis potiùs clientium negotijs vacauiſſe ſeceſſionem iam id & partes; &, ſi multi idem audeant, bellum eſſe. Vt quondam C. Cæſarem,* inquit, *& M Catonem, ita nunc te Nero & Thraſeam auida diſcordiarum ciuitas loquitur. Et habet ſectatores vel potiùs ſatellites, qui nondum contumaciam ſententiarum, ſed habitum vultumq; eius ſectantur, rigidi & B*

* Faer. quaſi

triſtes, qui tibi laſciuiam exprobrent. Huic vni* [43] *incolumitas tua ſine arte ſine honore. Proſperas Principis res ſpernit: etiam ne luctibus & doloribus non ſatiatur? Eiuſdem animi eſt, Poppææ diuam non credere, cuius in acta diui Auguſti & diui Iulij non iurare. Spernit religiones, abrogat leges. Diurna populi Romani per prouincias, per exercitus,* [44] *curatiùs leguntur, vt noſcatur quid Thraſea non fecerit. Aut tranſeamus ad illa inſtituta, ſi potiora ſunt: aut noua cupientibus auferatur dux & auctor.* [45] *Iſta ſecta Tuberones & Fauonios veteri quoq; Reip. ingrata nomina genuit. Vt imperium euertant, libertatem præferunt: ſi peruerterint, ipſam aggredientur. Fruſtrà Caſſium amouiſti, ſi gliſcere & vigere Brutorum æmulos paſſurus es. Denique nihil ipſe de Thraſeâ ſcripſeris, diſceptatorem ſenatum nobis relinque.* Extollit irâ promptum Coſſutiani animum Nero: adijcitque Marcellum Eprium acri eloquentiâ. At Baream Soranum iam

Acceſſit Marcellus accuſator.

Cap. 23.

gnum decus Gallicæ gentis: tu ornamentum Romanæ curiæ: tu aureum ſidus tenebroſi illius æui. Tua inter homines, non hominis vita: noua probitas, conſtantia, grauitas: & vitæ mortiſq; æquabilis tenor.

39. LVDIS CÆSTICIS A TROIANO ANTENORE INSTITVTIS.] *Quid cæſtibus cum cantu? Ceciniſſe enim hîc dicitur Thraſeas, non pugnaſſe: & à Dione τραγῳδίαν ὑποκεινάμενος ἐν Πατανίῳ τῇ πατρίδι. ita enim ſcribend.* (*Patauinus quia Thraſeas*) *non ποταμία. Sed crederem, vt ſit, tempore auctiores ornatioreſq; eos ludos factos, & ad cæſtus ſcenica etiam certamina adiecta. Turbat nos tamen & moratur Vatic. qui,* cetaſtis, *refert. Scriptura, de quâ nihil hiſcam. Apud Liuium l.* X. *nauale certamen annuum eſt Patauij: ſed nihil ad iſtud. Agon item Drepanitanus, apud Sidonium in Abitaco ſuo, ad exemplar Troianæ ſuperſtitionis, pariter nihil iſtud. Dio hoc tantùm monet, fuiſſe ἑορτὴν τριακονταετηρίδα, tricennale ſpectaculum.*

40. PRINCIPIO ANNI VITARE THRASEAM SOLENNE IVSIVRANDVM.] *Cuius multa memoria in Tacito, aliiſq;. Ideò ordine rem expoſui, in* EXCVRSV A.

41. NVNCVPATIONIBVS VOTORVM NON ADESSE.] *De quibus l.* IV. *Annal.* Pontifices eorumque exemplo ceteri ſacerdotes cùm pro incolumitate Principis vota ſuſciperent. *Sueton. Neron. cap.* XLVI. Votorum nuncupatione, magnâ iam ordinum frequentiâ, vix repertæ Capitolij claues. *Plura huic rei & opportuna, in* EXCVRS. B.

42. AVT CÆLESTI VOCE IMMOLAVISSE.] *Indignor cùm lego, imò non indignor, vt nunc ætas mea eſt, & peritia ludibriorum in re humanâ. En* C *ſummates illi viri, genere, dignitate, ſapientiâ, titulum criminis accipiunt, quem pudeat memoraſſe. Sed eadem Philoſtratus libro* V. Accuſationes quot & quantas è theatris oriri cenſes, cùm delatores ita redarguunt? Non veniſti auditum Neronem; aut veniſti quidem, ſed negligenter & non attentè audiſti: riſiſti planè, non plauſiſti; nec pro ipſius VOCE SACRIFICASTI, vt clarior liquidiorque eſſet.

43. INCOLVMITAS TVA SINE ARTE.] *Sentio abeſſe vocem, quam volenti Cornelio reddo:* incolumitas tua ſine curâ, artes ſine honore. *Prius membrum ad nuncupationem omiſſam votorum ſpectat, quæ pro incolumitate Principis: alterum ad id, quòd numquam immolarit pro cæleſti voce.*

44. CVRATIVS LEGVNTVR.] *Ita reſtitui, confuſione librorum motus, qui ad vocem ignobiliorem adhæſerant. Itaque,* Curiatium *aut* Curantium, *ferè legas. At ita ante Tacitum Salluſtius,* Curatiſſimè accepit. *& Ammianus:* Domicilia cuncta curatiùs ritu Romano inſtructa. *Noſter lib.* XIV. Ludos curatiùs editos. D

43. ISTA SECTA TVBERONES ET FAVONIOS.] *Stoicorum ſectam, vitium hoc hominis culpat, & qui eam ſecuti. Tuberonem intellegit Q. Ælium, qui in epulo publico hædinis pellibus ſtrauit lectos Punicanos, & vaſa Samia expoſuit. Cicero, Valerius, aliiq;. Agellius libro* I. Tubero iuris ciuilis antiſtes, & Stoicæ doctrinæ ſectator. *Idem ille eſt, qui Lucullum Xerxem togatum appellitabat, Plutarcho memorante. Fauonius eſt, Catonis ille ſimia; de quo Suetonius*

A iam sibi [46] Ostorius Sabinus eques Romanus popoſcerat reum ex proconſulatu Aſiæ, in quâ offenſiones Principis auxit, iuſtitiâ atque induſtriâ: & quia portui Epheſiorum aperiendo curam inſumſerat: vimque ciuitatis Pergamenæ, prohibentis Acratum Cæſaris libertum ſtatuas & picturas auehere, [47] inultam omiſerat. Sed crimini dabatur amicitia Plauti, & ambitio conciliandæ prouinciæ ad ſpes nouas. Tempus damnationi dilectum, quo Tiridates accipiendo Armeniæ regno aduentabat: vt ad externa rumoribus inteſtinum ſcelus obſcuraretur, an vt magnitudinem imperatoriam cæde inſignium virorum quaſi regio facinore oſtentaret. Igitur omni ciuitate ad excipiendum Principem ſpectandumque regem effusâ, [48] Thraſea occurſu prohibitus non demiſit animum: ſed codicillos ad Neronem compoſuit, requirens obiecta, & expurgaturum aſſeuerans, ſi notitiam criminum & copiam diluendi habuiſſet. Eos codicillos Nero properanter accepit, ſpe [49] exterritum Thraſeam ſenſiſſe per quæ claritudinem Principis extolleret, ſuamque famam dehoneſtaret. Quod vbi non euênit, vultumque & ſpiritus & libertatem inſontis vltrò extimuit, vocari patres iuſſit. Tum Thraſeas inB ter proximos conſultauit, tentarétne defenſionem, an ſperneret. Diuerſa conſilia afferebantur. Quibus intrari curiam placebat, *ſecuros eſſe de conſtantiâ eius dixerunt, nihil dicturum, niſi quo gloriam augeret. Segnes & pauidos ſupremis ſuis* [50] *ſecretum circumdare. Aſpiceret populus virum morti obuium; audiret ſenatus voces quaſi ex aliquo numine ſupra humanas: poſſe ipſo miraculo etiam Neronem permoueri. ſin crudelitas perſiſteret, diſtingui certè apud poſteros memoriam honeſti exitus ab ignauiâ per ſilentium pereuntium.* Contrà, qui opperiendum domi cenſebant, de ipſo Thraſeâ eadem. *ſed ludibria & contumelias imminere. ſubtraheret aures conuitijs & probris. Non ſolùm Coſſutianum aut Eprium ad ſcelus promtos* [51] *ſupereſſe, qui forſitan manus ictusque per* immanitatem Auguſti. etiam bonos metu ſequi. Detraheret potiùs* [52] *ſenatui, quem perornauiſſet, infamiam tanti flagitij: & relinqueret incertum, quid viſo Thraſeâ reo decreturi patres fuerint. vt Neronem flagitiorum pudor caperet, irritâ ſpe agitari. multoque magis timendum, ne in coniugem, in familiam, in cetera pignora eius ſæuiret. Proinde intemeratus, impollutus, quorum veſtigijs & ſtudijs*
C *vitam duxerit, eorum gloriâ peteret finem.* Aderat conſilio Ruſticus Arulenus flagrans iuuenis, & cupidine laudis offerebat ſe interceſſurum ſenatuſconſulto. Nam plebis trib. erat. Cohibuit ſpiritus eius Thraſea, *ne vana & reo non profutura, interceſſori exitioſa inciperet. Sibi actam ætatem, & tot per annos continuum vitæ ordinem, non deſerendum: illi initium magiſtratuum, & integra quæ ſuperſint. Multum antè ſecum expenderet, quod tali tempore capeſſendæ Reip. iter ingrederetur.* Ceterùm ipſe, an venire in ſenatum deceret, meditationi ſuæ reliquit. At poſterâ luce duæ prætoriæ cohortes armatæ, templum genitricis Veneris inſedere. Aditum ſenatus globus togatorum obſederat, non occultis gladijs: diſperſique per fora ac baſilicas cunei militares. inter quorum aſpectus & minas ingreſſi curiam ſenatores. Et oratio Principis [53] per Quæſtorem eius audita eſt. Nemine nominatim compellato, patres arguebat, *quòd publica munia deſererent, eorumque exemplo equites*

Arulenī iuuenilis impetus.

Quem vir auguſtus cohibet.

Templum Nero milite complet.

Oblīquâ oratione patres accuſat.

Ambigit, an ſe defendat.

Cap. 25. *Sunt, qui ſuadeant.*

Cap. 26.

Cap. 24. *Thraſeas prohibetur occurrere.* *Codicillos ad Neronem mittit.*

Cap. 27.

Suetonius Aug. cap. XIII. *& Valerius Maximus lib.* II.
D *cap. vltimo. Plutarchus in Bruto. Vidi tamen qui,* Fannios, *hîc reponeret, imperitè.*

46. OSTORIVS SABINVS.] *Mutant libri. Alij,* ſibi Torius. *Vatic.* Subitorius. *Flexit me vt Oſtorius ſcriberem locus infrà, de hoc ipſo:* Oſtorio duodecies, & Quæſtoria inſignia tribuuntur.

47. INVLTAM OMISERAT.] *Vatic. Malè vulgò,* inuitam.

48. THRASEA OCCVRSV PROHIBITVS.] *Quod ſignum ſcilicet Principis indignantis, & à ſe atque aſpectu ſuo ſpernentis. Tale Veſpaſiano factum, ab eodem Nerone, apud Suetonium in Veſp. cap.* IV. Prohibitus non contubernio modò, ſed etiam publicâ ſalutatione. *Atque vt ibi ille ſalutatione prohibitus, ſic iſte occurſu.*

49. EXTERRITVM THRASEAM SENSISSE.] *Sententia mecum malit,* ſcripſiſſe: *& quod præuidi, firmat Florentinus nunc codex.*

50. SECRETVM CIRCVMDARE.] *Benè mei libri, præ quod vulgò,* otium dare.

51. SVPERESSE, QVI FORSITAN MANVS ICTVSQVE PER * IMMANITATEM AVGVSTI.] *Animam agenti loco aquam ſic affuderim:* ictuſque parent. Immanitatem Auguſti etiam bonos metu ſequi.

52. SENATVI, QVEM PERORNAVISSET.] *Puto leg.* quem ſemper ornauiſſet.

53. PER QVÆSTOREM EIVS.] *Non enim cuilibet è Quæſtorum collegio id munus, ſed Candidatis Principis. lib.* I. *De offic. Quæſtoris. Ideò Tacitus expreſsim,* Quæſtorem eius. *Et in lapidibus aliquoties,* QVÆSTOR. AVG. *Reliqua ad hunc ritum trita.*

54. LON-

equites Rom. ad ſegnitiam verterentur. Etenim quid mirum è [54] *longinquis prouinciis adueniri, cùm plerique adepti conſulatum & ſacerdotia, hortorum potiùs amœnitati inſeruirent?* quod velut telum arripuêre accuſatores. Et initium faciente Coſſutiano, maiore vi Marcellus, *ſummam Reip. agi* clamitabat: *contumaciâ inferiorum, lenitatem imperitantis deminui. Nimiùm mites ad eam diem patres, qui Thraſeam deſciſcentem, qui generũ eius Heluidium Priſcum in ijſdem furoribus, ſimul* [55] *Paconium Agrippinum paterni in Principes odij heredem, &* [56] *Curtium Montanum deteſtanda carmina factitantem, eludere impunè ſinerent. Requirere ſe in ſenatu conſularem, in votis ſacerdotem, in iureiurando ciuem: niſi contra inſtituta & cærimonias maiorum, proditorem palàm & hoſtem Thraſea induiſſet. Denique agere ſenatorem, & Principis obtrectatores protegere ſolitus, veniret, cenſeret quid corrigi aut mutari vellet: faciliùs perlaturos ſingula increpantem,* [57] *quàm nunc ſilentium perferrent omnia damnantis. Pacem illi per orbem terræ, an victorias ſine damno exercituum diſplicere? Ne hominem bonis publicis mæſtum, & qui fora, theatra, templa pro ſolitudine haberet, qui minitaretur exſilium ſuum, ambitionis prauæ compotem facerent. Non illi conſulta hæc, non magiſtratus, aut Romanam vrbẽ videri. Abrumperet vitam ab eâ ciuitate, cuius caritatem olim, nunc & aſpectum exuiſſet.* Cùm per hæc atque talia Marcellus inueheretur toruus & minax, voce, vultu, oculis ardeſceret; non illa nota & [58] celebritate periculorum ſueta iam ſenatus mæſtitia, ſed nouus & altior pauor, manus & tela militum cernentibus. ſimul ipſius Thraſeæ venerabilis ſpecies obuerſabatur: & erant qui Heluidium quoque miſerarentur, innoxiæ affinitatis pœnas daturum, *Quid Agrippino obiectum, niſi triſtem patris fortunam? quando & ille perinde innocens Tiberij ſæuitiâ concidiſſet. Enimuerò Montanum probæ iuuentæ, neque famoſi carminis, quia protulerit ingenium, extorrem agi.* Atque interim Oſtorius Sabinus Sorani accuſator ingreditur, orditurque de amicitiâ Rubellij Plauti, quodque [59] proconſul Aſiæ Soranus pro claritate ſibi potiùs accommodatum, quàm ex vtilitate communi egiſſet, alendo ſeditiones ciuitatum. Vetera hæc. ſed recens, diſcrimini patris filiam connectebat, quòd [60] pecuniam Magis dilargita eſſet. Acciderat ſanè pietate Seruiliæ (id enim nomen puellæ fuit) quæ caritate erga paren-

Cap. 28. *Marcellus in Thraſeam inſurgit.*

Cap. 29. *Senatus ad hæc expauidus. Milites ante oculos: Thraſeas in animo.*

Cap. 30. *Iam & in Baream Oſtorius inuehitur. Etiam in eius filiam.*

54. LONGINQVIS PROVINCIIS ADVENIRI.] *Diuinabam,* haud veniri. *nec tamen ſententiæ plenè conſultum. Melius ſic*: quid mirum nec longinquis prouinciis ſubueniri. *vel* prouinciis aduerti.

55. PACONIVM AGRIPPINVM.] *Hic ille Agrippinus è Stoicâ domo, laudatus Epicteto & Arriano. Quorum verba ad hanc hiſtoriam dabo. Epicteti Electis:* Διὰ τοῦτο ἐπαινεῖν Ἀγρίππινον δίκαιον, ὅτι πλείσου ἄξιος ἀνὴρ ὠμόμβρος, οὐδεπώποτε ἐπῄνεσεν ἑαυτὸν, ἀλλ' εἰ μὴ ἄλλος τις αὐτὸν ἐπῄνει, ἠρυθρία. *& ſtatim:* Καί ποτε μέλλοντι ἀκροᾶσθαι αὐτοῦ, ἐπέσησεν ὁ λέγων, ὅτι φεύγειν αὐτὸν κελεύει Νέρων. Καὶ ὃς ἔφη, Οὐκ ἦν, εἶπεν, ἐν Ἀρικίᾳ ἀκροάσωμαι. *Arriani lib.* I. *cap.* I. Ἀπεγγέλθη αὐτῷ ὅτι κρίνει ἐν συγκλήτῳ. Ἀγαθῇ τύχῃ. Ἀλλ' ἦλθεν ἡ πέμπτη. Ταύτῃ δ' εἰώθει γυμνασάμενος ψυχρολουτρεῖν. Ἀπέλθωμεν, καὶ γυμνασώμεθα. Γυμνασαμένῳ λέγει τις αὐτῷ, Ἔλθ', ὅτι κατακέκρικας. Φυγῇ, φησίν, ἢ θανάτῳ; Φυγῇ. Τὰ ὑπάρχοντα τί; Οὐκ ἀφῃρέθη. Εἰς Ἀρικίαν ἐν ἀπελθόντες ἀκροάσωμεθα, *id eſt:* Nuntiatum ei, quòd iudicium de eo fieret in Senatu, Bonum factum, inquit. At enim quinta hora iam aduenit *(non* Dies, *vti interpres ad ritum veterem parùm attentè)* quâ exerceri ſolet, & frigidâ lauari. Eamus, ait, & exerceamur. Exercitanti ſuperuenit qui diceret, Fuge ocyùs, damnatus es. Exſilio, inquit, an morte? Exſilio. Bona autem quid? Non ablata tibi. Ariciam ergo euntes, iſtic prandeamus. *Tacito iſta lucem dabunt, dum paullò inferiùs ait*, pulſum eum Italiâ. *Sed cur Marcellus* paterni odij in principes heredem *Agrippinum calumniatur? Propter patrem eius Paconium, qui maieſtatis reus ſub Tiberio periit. Eruo è Suetonij Tiber. cap.* LXI. Interrogatum eum à quodam nano adſtante menſæ inter Copreas (*ita leg. non* Capreas) cur Paconius maieſtatis reus tamdiu viueret? ſtatim quidem petulantiam linguæ obiurgaſſe, ceterùm poſt paucos dies ſcripſiſſe Senatui, vt de pœnâ Paconij quamprimùm ſtatueret. *Ideò Tacitus mox:* Quid Agrippino obiectum, niſi triſtem patris fortunam? quando & ille perinde innocens Tiberij ſæuitiâ concidiſſet.

56. CVRTIVM MONTANVM.] *Cuius mentio lib.* IV. *Hiſtor.*

57. QVAM NVNC SILENTIVM PERFERRENT.] *En calumniam. Viri boni ſilentio etiam apud Tyrannum peccant. Audi illa apud Senecam, Oedipo:*

CR. Tacere liceat. nulla libertas minor
A rege petitur. OED. ſæpè vel linguâ magis
Regi atque regno muta libertas obeſt.

58. CELEBRITATE PERICVLORVM.] *Cum Rhenano lego,* crebritate.

59. PROCONSVL ASIÆ.] *Melius*, proconſulatum.

60. PECVNIAM MAGIS DILARGITA.] *Cape ad lucem hiſtoriæ Scholiaſtis hanc notam, ad illud Iuuenal.*

—— faciet, quod deferat, ipſe.

Egnatium Philoſophum ſignificat, qui filiam Bareæ Sorani, quam cùm ipſe ad magicam deſcendiſſet, hortatus detulit Neroni. *Sed velim obiter corrigi*: quam, cùm ipſius ad magicam deſcendiſſet hortatu, Neroni detulit.

61. IN

A parentem, ſimul imprudentiâ ætatis, non tamen aliud conſultauerat, quàm de incolumitate domus,& an placabilis Nero, an cognitio ſenatus nihil atrox afferret. Igitur accita eſt in ſenatum, ſteteruntque diuerſi ante tribunal conſulum, grandis æuo parens, contrà filia intra viceſimum ætatis annum, nuper marito Annio Pollione [61] in exſilium pulſo, viduata deſolataque; ac ne patrem quidem intuens, cuius oneraſſe pericula videbatur. Tum interrogante accuſatore,an cultus dotales,an detractum ceruici monile venum dediſſet, quo pecuniam faciendis magicis ſacris contraheret? primùm ſtrata humi, longoque fletu & ſilentio, pòſt, [62] altaria & aram complexa: *Nullos*, inquit, *impios deos, nullas deuotiones, nec aliud infelicibus precibus inuocaui, quàm vt hunc optimum patrẽ tu Cæſar & vos patres ſeruaretis incolumem. Sic gemmas & veſtes & dignitatis inſignia dedi; quomodo ſi ſanguinem & vitam popoſciſſent. Viderint iſti antehac mihi ignoti quo nomine ſint, quas artes exerceant: nulla mihi Principis mentio, niſi inter numina fuit. Neſcit tamen miſerrimus pater. & ſi crimen eſt, ſola deliqui.* Loquentis adhuc verba excipit Soranus, proclamatque, non illam in prouinciam ſecum profectã, non Plauto per ætatem noſci potuiſſe, non criminibus mariti connexam, nimiæ tantùm pietatis ream, ſepararent à ſe quamcumque ſortem ſubiret. Simul in amplexus occurrentis filiæ ruebat, niſi interiecti lictores vtriſque obſtitiſſent. Mox datus teſtibus locus: & [63] quantum miſericordiæ fæuitia accuſationis permouerat, tantum iræ P. Egnatius teſtis conciuit. Cliens hic Sorani, & tunc emtus ad opprimendum amicum, auctoritatem Stoicæ ſectæ præferebat, habitu & ore ad exprimendam imaginem [64] honeſti & exerciti, ceterùm animo perfidioſus, & ſubdolus, auaritiam & libidinem occultans. Quæ poſtquam pecuniâ recluſa ſunt, dedit exemplum præcauendi, quomodo fraudibus inuolutos, aut flagitijs commaculatos; ſic ſpecie bonarum artium falſos, & amicitiæ fallaces. Idem tamen dies & honeſtum exemplum tulit Caſſij Aſclepiodoti, qui magnitudine opum præcipuus inter Bithynos, quo obſequio florentem Soranum celebrauerat, labentem non deſeruit. Exutuſque omnibus fortunis, & in exſilium actus, [65] æquitate deûm * erga bona malaque documenta. Thraſeæ Soranoque & Seruiliæ datur mortis arbitrium. Heluidius & Paconius Italiâ depelluntur.
C Montanus patri conceſſus eſt, [66] prædicto ne in Repub. haberetur. Accuſatoribus Eprio & Coſſutiano quinquagies ſeſtertiûm ſingulis, Oſtorio duodecies & quæſtoria inſignia tribuuntur. Tum ad Thraſeam in hortis agentem [67] quæſtor conſulis miſſus, veſperaſcente iam die. illuſtrium virorum feminarumque cœtus frequentes egerat,maximè intentus [68] Demetrio Cynicæ inſtitutionis doctori: cum quo, vt coniectare erat intentione vultus, & auditu ſi qua clariùs proloquebantur, de naturâ animæ, & diſſociatione ſpiri-

Illa in Curiam vocata.

Cap. 31. *Inuidiosè interrogat accuſator: Ipſa piè & miſerabiliter reſpondet.*

Cap. 32. *Pater eam excuſat:*

Impurus teſtis, Egnatius,

Philoſophiæ dehoneſtamentum.

Cap. 33.

Thraſeas & Soranus mori iuſſi.

Cap. 34. *Perfertur nuncius ad Thraſeam: Seriis ſermonibus intentum:*

61. IN EXSILIVM PVLSO.] *Nuper inter coniuratos.*

62. ALTARIA ET ARAM COMPLEXA.] *Vtrùm aram Victoriæ intellegit, quæ ante curiam? an altaria & aram Veneris genitricis, in cuius templo nunc* D *Senatus?*

63. QVANTVM MISERICORDIÆ.] *Præclarè libri. Vulgò* quantum nunc. *errore ex concisâ ratione ſcribendi,* mīæ. *Ingenio ſuo pridem hanc correctionem vindicauerat Faernus. nec inuideo ego, nec culpo.*

64. HONESTI ET EXERCITI.] *Suadeo ſcribas,* honeſti exercitus, *ex ſententiæ ductu.*

65. ÆQVITATE DEVM * ERGA.] *Deprauatio. quam adnoto, non tollo. Niſi placet eum* Ἐπιπαιζειν, *& dicere, Deos hæc ijſdem oculis adſpexiſſe, æquos bonis maliſq; exemplis, & ſine curâ noſtri.*

66. PRÆDICTO NE IN REP.] *Accipio, vt Romæ quidem eſſe ei liceret, ſed procul ab honore omni & publicis muneribus vitam ageret priuatam.*

67. QVÆSTOR CONSVLIS MISSVS.] *Conſulum ergo proprius aliquis Quæſtor? Appâret è Dione: qui in actis anni* DCCXVI. *ſcribit,* Ap. Claudium & C. Norbanum conſules,primos binos Quæſtores habuiſſe. *Si id non ſit; ſcribam,* Quæſtor Conſuli miſſus, *id eſſet, à Conſule miſſus. Quod fieri ſolere obſeruamus in ijs, qui damnati à Senatu. Nam Conſul, eius caput: adminiſter autem Conſulis, Quæſtor. Dio lib.* LVIII. *de Geminio Ruſo:* Καὶ μαθὼν τὴν ταμίαν ὅτι δικαιώσει αὐτὸ παρόντα, αὐτός τε ἑαυτὸν ἔτρωσε, καὶ ἐκείνῳ δείξας τὸ τραῦμα, Ἀπάγγειλον, ἔφη, τῇ γερουσίᾳ, ὅτι ἀνὴρ ἔτως ἀποθνήσκει. Audiens Quæſtorem ad ſupplicium exigendum iam adeſſe,ipſus ſe vulnerauit: & plagam ei oſtendens, Abi, nuncia, inquit, Senatui, virum ſic mori.

68. DEMETRIO CYNICÆ INSTITVTIONIS.] *Quæ ſecta reuerà à Stoicâ tunicâ tantùm diſtat. id eſt, quòd nudiùs & inuerecundiùs Cynici, quæ velant & tegunt leuiter Stoici. Demetrij huius laus apud Philoſtratum lib.* IV. *De vitâ Apollonij, Senecam* VII. *De Beneficijs cap.* VII. *cuius verba*: Paullò antè Demetrium rettuli, quem mihi videtur rerum natura noſtris temporibus tuliſſe, vt oſtenderet nec illum à nobis corrumpi, nec nos *(omnino ſcribo,*

ſpiritus corporiſque inquirebat: donec aduenit Domitius Cæcilianus ex intimis amicis, & ei quid ſenatus cenſuiſſet, expoſuit. Igitur flentes quiritanteſque qui aderant, faceſſere properè Thraſea, neu pericula ſua miſcere cum ſorte damnati hortatur. Arriamque tentantem mariti ſuprema, & [69] exemplum Arriæ matris ſequi, monet retinere vitam, filiæque communi ſubſidium vnicum non adimere. Tum progreſſus in porticum, illuc à quæſtore reperitur, lætitiæ propior, quia Heluidium generum ſuum Italiâ tantùm arceri cognouerat. Accepto dehinc ſenatuſconſulto, Heluidium & Demetrium in cubiculum inducit: porrectiſque vtriuſque brachij venis, poſtquam cruorem effudit, humum ſuper ſpargens, propius vocato quæſtore, *Libemus*, inquit, *Ioui liberatori. Specta iuuenis, & omen quidem dij prohibeant; ceterùm in ea tempora natus es, quibus firmare animum expedit conſtantibus exemplis.* Pòſt lentitudine exitus graues cruciatus afferente, [70] obuerſis in Demetrium. *

Suos hortatur & roborat. Cap. 35.

Abit è vitâ vt è conuiuio.

bo, & nos. *ita enim concludit*, ne aut exemplum ſæculo, aut conuicium deeſſet) ab illo corripi poſſe. Virum exactæ (licet neget ipſe) ſapientiæ, firmæq; in his quæ propoſuit conſtantiæ. *Et Epiſt.* 63. Demetrium virorum optimum mecum circumfero, & relictis conchyliatis cum illo ſeminudo loquor, illum admiror. *Vox eius magni animi ad Neronem, ἀπειλεῖς μοι θάνατον, σοὶ δ' ἡ φύσις, apud Arrianum.*

69. EXEMPLVM ARRIÆ MATRIS SEQVI.] *Arria mater, vxor fuit Cæcinæ Pæti, qui in partibus Scriboniani contra Claudium. Ideò ad mortem actus. Sed præiuit vxor, æterno & inaudito exemplo, ſemet feriendo; extractumq; pugionem marito porrigendo cum voce, Pæte non dolet. Plinium lege, lib.* III. *epiſtolâ ad Nepotem. Martialis de hac heroinâ,*

Caſta ſuo gladium cùm traderet Arria Pæto,
Quem de viſceribus traxerat ipſa ſuis:
Siqua fides, Vulnus quod feci non dolet, inquit:
Sed quod tu facies, hoc mihi Pæte dolet.

In Zonarâ & Dione eadem narratio. ſed corruptè vertba Græca, παῦε ὠὴ ἀλγῶ: & in puerili mendo Xylander, Puer, non dolet. *Scribe:* Παῖτε ὠὴ ἀλγῶ. *Hanc Arriam Scholiaſtes in vitâ Perſij notat fuiſſe poëtæ illi cognatam.* Ipſe Perſius, *inquit*, decem ferè annis ſummè dilectus apud Thraſeam eſt, ita vt peregrinaretur quoque cum eo aliquando cognatam eius Arriam vxorem habente. *Quid eſt autem, Diligi apud Thraſeam? Solœcus ſermo. Manuſcriptus Vulcanij*, apetithraſea. *Facilè correctu*, à Pæto Thraſeâ. *Commentarij autem huius parum adhuc peruulgati auctoritate ſæpè nitor. quis carpet? doctus ille, probus: imò in plerâque parte & Probi. Vtinam hodie ſic commentemur! Debemus eum P. Pythœo Ic. viro doctrinæ, iudicij, vitæ directæ.*

70. OBVERSIS IN DEMETRIVM.] *Multa & libro huic, & Neronianæ hiſtoriæ deeſſe clarum. Duo anni dicendi ſuperſunt, in quibus de aduentu Teridatis, de coniuratione Viniciana, de motu Vindicis, aliaq; digna quæ à magno auctore tradita legeremus, ſi Fatis ita viſum fuiſſet.*



AD

AD LECTOREM.

DE DIVISIONE,

DEQVE ORDINE LIBRORVM TACITI.

ANTE *rem, ſed non abs re, monendus mihi bone Lector es, ſeiunctos diſparatoſq; à me hos Hiſtoriarum libros ab Annalium, cauſsâ non vnâ. Primùm Tacitus ita ſuaſit, ſiue iuſsit:* Initium, *inquit*, mihi operis Ser. Galba. *& ſtatim:* Opus aggredior plenum varijs caſibus. *Quæ verba, quis ille tam aliud agens in legendo, qui noui operis eſſe non ſentiat, non iuncti aut continuati? Adde quòd ſeriò præfatur, apparat, conciliat, formam futuri operis ponit. quæ omnia in veſtibulis librorum recepta tantùm, ſatis liquet. Sed & Tertullianus in libello de Spectaculis præit ad hanc diſtinctionem clarè:* Cornelius, *inquit*, Tacitus in quinto Hiſtoriarum ſuarum bellum Iudaicum exorſus. *Rectè ad noſtrum diſcrimen & verè: ad vulgi, vaniſsimè. quo is liber ſit vigeſimusprimus. Denique etiam titulus me induxit. Si enim priores illi Annales inſigniti, vt * docui, à Tacito ipſo: aliud nobis opus quærendum cui, Hiſtoriæ, index. Nam hoc certè titulo libros etiam noſter ſcripſit. Inde apud Vopiſcum,* Hiſtoriæ Auguſtæ ſcriptor Tacitus. *Inde illud Plinij,* Auguror, nec me fallit augurium, Hiſtorias tuas immortales futuras. *At illud Hiſtoriarum opus, iſtud. cui inſeri etiam Plinius ambitiosè nec importunè cupiebat, quia perduxerat id ad Plinij ævum. Sed & liber ille bonus fidusq; Vaticanus non temerè hîc vacillat.* Incipit, *inquit*, liber XVII. ſecundùm quoſdam. *Quidam illi errant. & ſeduxit eos temporum rerumq; coniunctio, vt vno filo illis de Nerone adtexta cenſerent iſta de Galbâ. Adeò autem in re contrà eſt, vt ſciam Tacitum hos Hiſtoriarum libros diu ſcripſiſſe ante Annales illos. Ipſi id accredo lib.* XI. *Ann.* Vtriuſque, *inquit*, principis rationes prætermitto, ſatis narratas libris quibus res geſtas Domitiani compoſui. *Nam Domitiani res, vel Præfatio iſta te docebit, tractaſſe cum his libris. ad quos fruſtrà & ridiculè me mittit, ſi nondum ſcripti editiq;. Quin conſilium hoc illi in vniuerſâ hiſtoriâ; vt eam ordiretur à rebus æuo ſuo coniunctioribus, & paullatim abiret ad ſuperiora. Ne id quidem celat ipſe* III. *Annali, vbi de Iuliâ Auguſti filiâ:* Sed aliorum exitus, ſimul cetera illius ætatis memorabo, ſi effectis in quæ tendi, plures ad curas vitam produxero. *Itaque ſcripſit primò à Galbâ ad Traianum, & Hiſtorias appellauit. inde ab Tiberio ad Galbam, & Annales indigetauit.*

* Ad lib. 1. Annal.

ſcripturus eodem titulo fortaſſe & tractu res Triumuirorum & Auguſti. Fata inuiderunt. Hæc ratio mihi ante oculos, cùm Editione primâ Hiſtorias Annalibus anteposui: non ætatis ſeriem ſecutus, ſed ſcriptionis tempus. Mutaui. non quia peccarim, ſed quia non mens mihi contentionis funem cum vulgo ducere ſuper re leui. Denique quia rerum magis ordinata ita ſeries. Moneo poſtremùm, ſtilum ipſum, argumentum & cauſſam eſſe poſſe vtriuſque operis ſeparandi. Sanè in iſtis Hiſtoriarum libris ſcribendi genus totum floridius, diffuſius, & velut canali fluens pleniore. in illis Annalium ſiccius, contractius. adeò vt illic plurium annorum res vno libro; hîc vix vnius anni comprenſæ pluribus libris. Siue ætas id fecit, ſiue potiùs iudicium curaq; ſcribendi.

DE MATERIE OLIM HORVM LIBRORVM.

COMPLEXVS erat Tacitus his libris res domi forisque geſtas, à Seruij Galbæ principatu ad initium Neruæ. Docet ipſe anteloquio operis: *Quod ſi vita ſuppeditet, Principatum diui Nerua & imperium Traiani vberiorem ſecurioremq; materiam ſenectuti ſeposui.* Scripſit ergo hîc & deſcripſit Principes ſex, Galbam, Othonem, Vitellium, Veſpaſianum, Titum, Domitianum. Sub quibus multæ magnæque res in vrbe, in prouincijs: quarum capita libat ipſe totâ hac Præfatione. Ita clarum, grande hoc Hiſtoriarum opus fuiſſe, & à Galbâ ad Neruam, annorum circiter viginti & vnius materiem complexum. Sed & numerum librorum ex Hieronymo dare fas eſt, qui ſic in Zachariam: *Cornelius Tacitus, qui poſt Auguſtum vſque ad mortem Domitiani* (obſerua finem Hiſtoriarum) *vitas Cæſarum triginta voluminibus exarauit.* Ecce triginta libros in vniuerſum: atqui *Annalium* libri ſedecim, aut ſi fortè ſeptemdecim fuerunt: ergo Hiſtoriarum tredecim. Suggeſſit Hieronymi locum opportunè vir nobilis è Britanniâ, Franciſcus Tregianus. At tu vides, Lector, quæ & quanta bonarum rerum iactura: &, ſcio, mecum ingemiſcis. Vbi Tacitus deſierat, conſilium ordiri Ammiano fuit: qui veſtigia eius legit, ſed pede non tam fauſto. Ipſe de ſe Ammianus: *Hæc vt miles quondam & Græcus, à principatu Cæſaris Neruæ exorſus, ad vſque Valentis interitum, pro virium explicaui menſurâ.*

C. COR-

A C. CORNELII TACITI
AB EXCESSV NERONIS
HISTORIAR. LIBER I.
BREVIARIVM LIBRI.

B ORDITVR, *& quæ in Hiſtoriarum toto opere dicenda, carptim proponit: ſtatum item tunc rei Romanæ: Galbæ ingenium, mores, gubernationem. Qui audito motu Germanico, Piſonem Cæſarem adoptat. Id Othonem offendit, qui ſpe ſuâ lapſus animum ad vtriuſque cædem appulit. & perficit, conciliatis ſibi Prætorianis. Galba & Piſo trucidantur, item T. Vinius. Otho in imperij ſede eſt. cui tamen æmulus ſtatim & hoſtis Vitellius exortus. De cauſſis motæ Germaniæ, & in eâ legionum Vitellium Principem ſumunt, & iter in Italiam: duobus ducibus, Valente Fabio, & Alieno Cæcinâ. Otho copias item ducesque parat. Recenſio Prouinciarum, quæ penes vtrumque Principem. Intereà Roxolani Sarmatæ Mœſiam irrupêre: ſed repulſi, aut cæſi. Seditio Romæ & tumultus Prætorianorum ingens exortus: qui Senatum vniuerſum ad cædem deposcunt, vt Othoni infidum. Otho ægrè eos coërcet, & donatiuo mox placat. Idem claſſem inſtruit, mittitque in Galliam contra Vitellium. Denique ipſe, omiſſâ vrbe, in eum it. Geſta hæc paucis menſibus,*

C IMP. SER. GALBA. ET T. VINIO COSS.

INITIVM mihi operis [1] Ser. Galba iterùm, T. Vinius conſules erunt. Nam poſt conditam vrbem [2] DCC. & XX. prioris æui annos multi auctores retulerunt: dum res populi Rom. memorabantur, pari eloquentiâ ac libertate. poſtquam bellatum apud Actium, atque * omnem poteſtatem ad vnum conferri pacis interfuit; magna illa ingenia ceſſere. Simul veritas pluribus modis infracta. primùm inſcitiâ Reip. vt alienæ, mox libidine aſſentandi, aut rurſus odio aduerſus dominantes. Ita neutris cura poſteritatis, inter infenſos vel obnoxios. Sed ambitionem ſcriptoris facilè D aduerſeris: obtrectatio & liuor pronis auribus accipiuntur. quippe adulationi fœdum crimen ſeruitutis, malignitati falſa ſpecies libertatis ineſt. Mihi Galba, Otho, Vitellius, nec beneficio nec iniuriâ cogniti. Dignitatem noſtram à [3] Veſpaſiano inchoatam, à [4] Tito

Cap. I.

A. V. C. DCCCXII.

Cauſſa huius ſcriptionis.

Priora, priores ſcripſerunt:

* *Regius eo. dex, omnium.*

Ipſe hæc poſtrema pari curâ.

NOTÆ.

1. SER. GALBA ITERVM, T. VINIVS COSS.] *Vulgò appellant T. Iunium. At mihi religio non fuit ſequi ſcripturam, antiqui marmoris eruti ad radices montis Cælij.*

SER. GALBA. II. T. VINIO. COSS.

à quo præſertim ſtaret Plutarchus, qui ferè hunc hominem Τίτον Οὐίνιον, *aut* Οὐίνιον *appellat. Simile mendum in Suetonij Aug. cap.* XXVII. *vbi* T. Iunius Philopœmen, *ſcribitur, qui ex Dione eſt* Vinius. *etſi Appiani ſcriptura firmat vulgatam. Sanè Iunia gens nobilior, quàm vt in hunc hominem conueniat: cuius pater dumtaxat ex familiâ Prætoriâ, vt Tacitus infrà refert.*

2. DCC. ET XX.] *Exactè ſi putas,* XXII. *reperies.*

3. VESPASIANO INCHOATAM.] *Quomodo? quiáne Procurator ſub illo Belgicæ? E* * *Plinio id* * Lib. VII.

[4] Tito auctam, à [5] Domitiano longiùs prouectam non abnuerim. sed Incorruptam fidem profeſſis, nec amore quiſquam,& ſine odio dicendus eſt. Quòd ſi vita ſuppeditet, principatum [6] diui Neruæ,& imperium Traiani, vberiorem ſecurioremque materiam ſenectuti ſepoſui: rarâ temporum felicitate, vbi ſentire quæ velis,& quæ ſentias dicere licet.

Cap. 2. *Materies operis: Varia bella,*

Opus aggredior [7] plenum varijs caſibus, atrox prœlijs, diſcors ſeditionibus, ipsâ etiam pace ſæuum. [8] Quattuor Principes ferro interemti. [9] Tria bella ciuilia, plura externa, ac plerumque permixta. Proſperæ, in Oriente; aduerſæ, in Occidente res. Turbatum Illyricum, Galliæ nutantes, [10] perdomita Britannia, & ſtatim miſsâ cohorte in [11] Sarmatarum ac Sueuorum gentes, nobilitatus [12] cladibus mutuis Dacus. Mota etiam propè

ſuſpicere: ſed ſuſpicere tantùm. imò veriùs id ceperis de huius patre. Intellego ergo dignitatem eius inchoatam à Veſpaſiano, quòd ab eo Quæſtor, Senatórque factus.

4. TITO AVCTAM.] *Ædilitate, aut Tribunatu.*

5. DOMITIANO LONGIVS PROVECTAM.] *Quo Principe & Quindecim-vir & Prætor fuiſſe, ipſe teſtatur* XI. *Annal.*

6. DIVI NERVÆ.] *Ait, Diui. Cœpit ergo ſcribere eo mortuo & ſacrato.*

7. PLENVM VARIIS CASIBVS.] *Parum firma aut germana lectio. Nam Vatic. ille opt.* opus aggredior opibus caſibus, *præfert: & ſuprà adnotatum,* opimum. *Et in Romano antiquitus excuſo, item legas,* opimum caſibus. *Cenſeam fuiſſe,* opulens caſibus. *quæ vox paullò à vulgo ſeductior, exſcriptores ſeduxit.*

8. QVATTVOR PRINCIPES.] *Ne erres cum vulgo, neu Piſonem inter iſtos cenſeas. Intellegit enim Galbam, Othonem, Vitellium, Domitianum. Nam & ad huius exitum Hiſtoriam perduxit. Piſo autem, dumtaxat Cæſar, non Princeps.*

9. TRIA BELLA CIVILIA.] *Quæ? Othonis in Vitellium: huius in Flauium, & L. Antonÿ in Domitianum. de quo Sueton. & Dio.*

10. PERDOMITA BRITANNIA, ET STATIM MISSA.] *In vitio aperto & confuſione locus. Quid enim illud,* miſsâ cohorte? *Itáne vnius cohortis res fuerit, in Sarmatas ac Sueuos bellum? Nugæ. Denique quis hic ſermonis contextus aut cohæſio, miſsâ cohorte in Sueuos, Dacum cladibus inuolutum? qui populi ſanè diuerſi. Omninò rectè correximus pridem:* perdomita Britannia,& ſtatim amiſſa.coortæ Sarmatarum ac Sueuorum gentes. nobilitatus clad. mutuis Dacus: *nec exiguo ad hiſtoriam momento. Diſcimus ſcilicet perdomitam Britanniam (quod Domitiani imperio accidit: eamq; laudem Agricolæ ſocero ſuo noſter tribuit, in eius vitâ:* Britanniæ ſitum non in comparationem curæ ingenijque referam, ſed quia tum primùm perdomita eſt) *& mox ignauiâ aut diſſidio Principum in parte amiſſam: ſiue magis placet,* omiſſam. *Quod in Domitiani vltimis rebus verum cenſeo, externo imperio non allaborantis. Etiam Spartianus auctor, ſub principia imperij Hadriani,* teneri Britanniam ſub Romanâ ditione non potuiſſe. *Addit ampliùs, penetraſſe eumdem Principem in Britanniam, nec tamen totam reciperaſſe, ſed* per octagintaquinque millia paſſuum murum duxiſſe qui Barbaros Romanoſq; diuideret. *Cuius muri mentio etiam Dioni in vitâ Commodi:* Τοῦν, *inquit,* ἐν τῇ νήσῳ ἐθνοῦν (*de Britanniâ loquitur*) ὑπερβεβηκότων τὸ τεῖχος τὸ διορίζον αὐτούς τε καὶ τὰ τῶ

Ρωμαίων ϛρατόπεδα. *Alius ab iſto murus, ſiue vallum potiùs, quod Seuerus Imperator duxit per millia paſſuum* XXXV. *vt Eutropius ait; ſiue,* XXXII. *vt Victor. De quo vallo diffusè & diſertè Beda, lib.* I. *cap.* V. *Aliquid etiam VVindichindus Saxonicorum lib.* I. *At fons totius huius corruptionis (variè enim interpolatus locus) à verbo* coortæ *ortus: quod plerumque libri ſcripti in medio adſpirant,* cohortæ, cohoriri. *Hinc turbellæ.*

11. SARMATARVM AC SVEVORVM.] *De Sarmatis, etiam apud alios leges: de Sueuis, vix puto. Cattos ſaltem nominant, in Domitiani quidem rebus. Sed tu ſcito. hos Sueuos, non illos eſſe qui in ipsâ Germaniâ, & qui vulgò noti: ſed qui trans Iſtrum, aſsiti Sarmatis. Illi, inquam, ipſi, quibus Vannius à Druſo rex datus, quiq; inter Mariſum & Cuſum fluuios locati. Itaque militiâ plerumque ſociati cum illis. Libro* XII. *Annal.* Ipſi Vannio manus propria pedites,eques è Sarmatis Iazygibus erat. *Etiam nunc bello hoc in Domitianum. Dionis fragmenta præclarè (& abſque ijs hærebamus:)* Ἐν τῇ Μυσίᾳ Λύγιοι Σκήνοις πισὶ πολεμηθέντες, πρεσβεῖς ἔπεμψαν, αἰτοῦντες συμμαχίαν παρὰ Δομετιανοῦ, καὶ ἔλαβον. Ἀγανακτήσαντες δὴ τούτῳ οἱ Σκήνοι προσαρέλαβον Γάζυγας καὶ προσαρεσκευάζοντο ὡς καὶ μετ' αὐτῶν τὸν Ἴστρον διαβησόμενοι: In Myſia Lygij cum Sueuis belligerantes, Legatos miſerunt auxilium à Domitiano rogantes; & impetrauerunt. Quod ægrè ferentes Sueui, Iazygas aſſumsêre, & apparabant ſe tamquam Iſtrum vnà cum ijs tranſituri.

12. CLADIBVS MVTVIS DACVS.] *Epitomarij de hoc bello Dacico, multa; & poëta Statius:*

Das Cattis Daciſque fidem.

Iterùm:

Hæc eſt quæ victis parcentia fœdera Cattis,
Quæq; ſuum Dacis donat clementia montem.

Cur montem diſertè nominat? ſicut in eâdem iſtâ re:

Tu ciuile nefas, tu tardum in fœdera montem
Longò Marte domas.

Quiáne montana Dacia, & tales ibi munitiones? Appâret è Fragm. Dionis, in Rebus Traiani: Ὁ δὲ Τραϊανὸς ὅρη τε ἐντετειχισμένα ἔλαβε, καὶ ἐν αὐτοῖς τά τε ὅπλα, καὶ μηχανήματα, καὶ τὰ αἰχμαλωτά. *Suſpicari etiam poſsis, in re occultius aliquid deſignari.* Ἕνα γὰρ enim & vnum montem dumtaxat appellitat. *Aſpectum igitur à poëta, ad ridendam & miri ſuporis ſuperſtitionem Dacorum; quibus Sacerdos in monte quopiam Deus habebatur, & mons ipſe Sacer. Strabo lib.* VII. Παρὰ δὲ τοῖς Γέταις, ὁ ἱερεὺς ὠνομάζετο θεὸς καὶ τὸ ὄρος ὑπελείφθη ἱερὸν, καὶ προσαγορεύουσιν αὐτῶς. Apud Getas Sacerdos, Deus dicitur; & mons, Sacer exiſtimatur, atque ita appellatur. *At enim de Getis hoc Strabo ita. ſed tu diſce, Getarum populum*

A propè Parthorum arma [13] falsi Neronis ludibrio. Iam verò Italia nouis cladibus, vel *Clades.*
post longam sæculorum seriem repetitis, afflicta. [14] Haustæ aut obrutæ vrbes. Fæcundissima Campaniæ ora, & vrbs, incendijs vastata; consumtis antiquissimis delubris, ipso Capitolio ciuium manibus inceníso. [15] Pollutæ cærimoniæ. magna adulteria. plenum exsilijs mare. infecti cædibus scopuli. [16] atrociùs in vrbe sæuitum. Nobilitas, *Sæuitia.*
opes, omissi gestique honores pro crimine; & ob virtutes, certissimum exitium. Nec minus præmia delatorum inuisa quàm scelera: cùm alij sacerdotia & consulatus vt *Miseria.*
spolia adepti, procurationes alij & intetiorem potentiam, agerent ferrent cuncta [17] odio & terrore. [18] Corrupti in dominos serui, in patronos liberti: & quibus deerat inimicus, per amicos oppressi. Non tamen adeò virtutum sterile sæclum, vt non & bona exem- *Etiam virtutes,*
pla prodiderit. Comitatæ profugos liberos matres, secutæ maritos in exsilia coniuges, Cap. 3.
propinqui audentes, constantes generi, contumax etiam aduersus tormenta seruorum
B fides. Supremæ clarorum virorum necessitates; ipsa necessitas fortiter tolerata; & lau- *Et exitus constantes.*
datis antiquorum mortibus pares exitus. Præter multiplices rerum humanarum casus; cælo terraque prodigia, & fulminum monitus, & futurorum præsagia, læta, tristia, ambigua, manifesta. Nec enim vmquam atrocioribus populi Rom. cladibus, magísve iustis iudicijs approbatum est, [19] non esse curæ deis securitatem nostram; esse vltionem.

Ceterùm antequam destinata componam, repetendum videtur, qualis status vrbis, quæ Cap. 4.
mens exercituum, quis habitus prouinciarum, quid in toto terrarum orbe validum, quid *Causſæ motuum ab origine.*
ægrum fuerit: vt non modò casus euentusque rerum, [20] qui plerumque fortuiti sunt, sed ratio etiam caussæque noscantur. Finis Neronis vt lætus primo gaudentium impetu fuerat;

populum Dacos esse, ex Dione lib. LI. *& Strabone ipso statim. Etiam Appianus notat* Getas vltra Danubium, à Romanis Dacos appellari. *Addo etiam Cap-*
C *padocibus montem pro Deo fuisse. Tyrius Maximus:* Ὄρος Καππαδόκαις καὶ θεὸς, καὶ ὄρκος, καὶ ἄγαλμα.

13. FALSI NERONIS LVDIBRIO.] *Dat & accipit lucem Suetonius, in extremo Nerone.* Denique cùm post XX. annos, adolescente me, extitisset quidam conditionis incertæ, qui se Neronem esse diceret: tam fauorabile nomen eius apud Parthos fuit, vt vehementer adiutus & vix redditus sit. *Post viginti annos, inquit, à morte Neronis. ergo in* XIV. *consulatu Domitiani hic motus.*

14. HAVSTÆ AVT OBRVTÆ VRBES. FÆCVNDISSIMA.] *Verius distinxeris*, Haustæ aut obr. vrbes fecundissimâ Campaniæ orâ: & vrbs inc. vastata. *Id enim significat, in Campaniâ haustas aut obrutas vrbes prodigiosâ illâ eiectione Vesuuij montis, quæ sub Tito. Quâ duo opida cum pagis multis obruta, Herculanium & Pompeij. quin ille ipse Naturæ magnus mysles Plinius, perijt eodem casu. Statius de*
D *hac re eleganter:*

Mira fides. credétne virûm ventura propago
Cùm segetes iterùm, cùm iam hæc deserta virebunt,
Infrà vrbes populosque premi?

*Tangit & * Plutarchus in ijs quæ Thespesio reuelata, vbi* Βέσβιον ὄρος *appellat: quod malè interpres Lesbium montem vertit. At quod in Tacito de incendijs vrbis est: intellege, de Capitolio exusto sub Vitellio, & de igne triduano, qui sub Tito. Dionem vide.*

15. POLLVTÆ CÆREMONIÆ.] *Vestalium nempe incestis. quæ protraxit Domitianus, pariter & punijt. Præter historicos, Papinius alluſit: qui prospectantem Domitianum facit,*

——an tacitâ vigilet face Troicus ignis,
Atque exploratas iam laudet Vesta ministras.

16. ATROCIVS IN VRBE SÆVITVM.] *Rectè. Imago enim sæuitiæ cædiumq; multa in insulis & prouincijs, maior in ipsâ vrbe. Egregius tamen & acutus quidam iuuenis mauult,* in vrbe seruitium.

17. ODIO ET TERRORE.] *Nam inuisi delatores, ijdemq; formidati.*

18. CORRVPTI IN DOMINOS SERVI.] *Spectat ad Domitianum maximè. Nam ille vulgò vsus delationibus & operâ seruorum. Plinius Panegyrico, hoc tangens:* Non enim iam serui, Principis nostri amici, sed nos sumus: nec pater patriæ alienis se mancipijs cariorem quàm ciuibus suis credit. Omnes accusatore domestico liberasti: vnoque salutis publicæ signo, illud, vt sic dicam, Seruile bellum sustulisti.

19. NON ESSE CVRÆ DEIS.] *Impium, impium, tuum dictum, Tacite: etsi non imprudens. Nam humano ingenio si rem libras: cùm tot clades, tot tristia, tam rara in bonos præmia: quid nisi aduigilare deos tantùm censeas in pœnas? Atqui nos scimus aliter: nec rem metimur ex ijs modò quæ sunt, sed quæ futura. Qui vindicem tantùm deum statuit, tollit ex deo quod est dei, imò quod deus: vim beneficam, salutarem, & adiuuantem. Itaque homo sile: & tecum alter ille tenebrio, qui clamat:*

Felix Roma quidem, ciuesque habitura superbos;
Si libertatis superis tam cura placeret,
Quàm vindicta placet.

A quo, fallor, aut tu sumpsisti.

20. QVI PLERVMQVE FORTVITI SVNT.] *Vlcus hîc, nisi fallor, etsi tectum. Si enim casus euentusq; rerum fortuiti, quomodo remittis me ad causſas? aut cur vbique tam multus tu, tam serius in ijs explicandis? Censeo immissâ negatione scribendum,* qui plerumque haud fortuiti sunt: *ad rem & ad verum certè, si non ad Taciti mentem.*

* Libello περὶ τῦ ὑπὸ τῦ θείου βραδέως τιμωρουμένων.

Mors Neronis variè lata aut triſtis. Bonis & magnis lata:

fuerat; ita varios motus animorum, non modò in vrbe apud patres, apud populum, apud A vrbanum militem, ſed omnes legiones duceſque conciuerat, euulgato imperij arcano, poſſe Principem alibi quàm Romæ fieri. Sed patres læti, vſurpatâ ſtatim libertate, licentiùs vt erga Principem nouum & abſentem. primores equitum proximi gaudio patrum. [21] pars populi integra, & magnis domibus annexa, clientes libertique damnatorum & exſulum,

Malis & vilibus, contrà.

in ſpem erecti. Plebs ſordida & circo ac theatris ſueta, ſimul deterrimi ſeruorum, aut qui

Cap. 5.

adeſis bonis, per dedecus Neronis alebantur, mæſti & rumorum auidi. Miles vrbanus

Miles præmia ſpectabat.

longo Cæſarum ſacramento imbutus, & ad deſtituendum Neronem arte magis & impulſu, quàm ſuo ingenio traductus, poſtquam neque dari donatiuum ſub nomine Galbæ promiſſum, neque magnis meritis ac præmijs eumdem in pace qui in bello locum, præuentamque gratiam, intelligit, apud Principem à legionibus factum, pronus ad no-

Nymphidius eum turbat,

uas res, ſcelere inſupet Nymphidij Sabini Præfecti imperium ſibi molientis agitatur. Et Nymphidius quidem in ipſo conatu oppreſſus. Sed quamuis capite defectionis ab-

Galba parum benignè habet.

lato, manebat pleriſque militum conſcientia; nec deerant ſermones, ſenium atque auaritiam Galbæ increpantium. Laudata olim & militari famâ celebrata ſeueritas eius, angebat coaſpernantes veterem diſciplinam, atque ita XIIII. annis à Nerone aſſuefactos, vt haut minùs vitia Principum amarent, quàm olim virtutes verebantur. Acceſſit Galbæ vox pro Rep. honeſta, ipſi anceps, legi à ſe militem, non emi. Nec enim ad hanc formam cetera erant. Inualidum ſenem T. Vinius & Cornelius Laco, alter deterrimus

Cap. 6.

Qui & in aliis rebus peccat. Sæuitiam exercet.

mortalium, alter ignauiſſimus, [22] odio flagitiorum onerabant, contemtu inertiæ deſtruebant. Tardum Galbæ iter & cruentum, interfectis [23] Cingonio Varrone conſule deſignato, & [24] Petronio Turpiliano conſulari. ille vt Nymphidij ſocius, hic vt dux Neronis, inauditi atque indefenſi, tamquam innocentes perierant. Introitus in vrbem, trucidatis tot milibus inermium militum, infauſtus omine, atque ipſis etiam qui occiderant, formidoloſus. Inductâ legione Hiſpanâ, remanente eâ [25] quam è claſſe Nero conſcripſerat, plena vrbs exercitu inſolito. [26] multi ad hoc * & innumeri è Germaniâ ac Britanniâ & Illyrico, quos idem Nero electos præmiſſoſque ad clauſtra Caſpiarum, & bel- C

Vrbs plena milite.

** multi ad hoc numeri.*

lum quod in Albanos parabat, opprimendis Vindicis cœptis reuocauerat: ingens nouis

Cap. 7.

rebus materia, vt non in vnum aliquem prono fauore, ita audenti parata. Fortè congruerat

21. PARS POPVLI INTEGRA, ET MAGNIS.] *Attende, & mecum reſcribes*: pars p. integra, & magnis domibus annexi clientes libertique damnatorum. *Integram partem populi appellat, ſinceram & laſciuiâ temporum non corruptam.*

22. ODIO FLAGITIORVM ONERABANT.] *Siue, vt libri ſcripti*, oneratum. *Vox quidem ea retinenda eſt, malè à Beato expulſa.*

23. CINGONIO VARRONE.] *Ita ſcribamus. Iubet Vaticanus, qui non aliter nominat: & Plutarchus, cui eſt* Κινγώνιος Βάῤῥων. *Sed in Taciti vulgatis etiam libris ita perſcriptum, Annal.* XIII. cenſuerat Cingonius Varro conſul deſignatus. *Eſt autem hîc ipſe.*

Lib. 1. Eccleſ hiſtor. cap. VIII. vbi tamen malè ſcriptũ, πεζάγματα.

24. PETRONIO TVRPILIANO.] *Qui conſul fuit anno vrbis* DCCCXIV. *Plutarchum ſperno, ſiue librarium, in quo* Τερτυλλιανὸς *dicitur.*

25. QVAM E CLASSE NERO.] *Iam olim legiones* Claſſicæ, *ſi Nummis fides in quibus video:* ANT. AVG. III. VIR. R. P. C. *& parte alterâ* LEG. XVII. CLASSICÆ.

26. MVLTI AD HOC ET INNVMERI.] *Vitium quiuis viderit & ſermonis ineptias, imò ſordes. Quid enim illud eſt,* multi & innumeri? *Adſtricto noſtro ſcriptori ſatis erat, credo, alterum. Ferretus emendabat,* milites ad hoc innumeri. *Ego veriſimè ex Farneſiani veſtigijs* multi ad hoc numeri. *Ad hoc, Salluſtianum eſt: & valet, Etiam, Præterea. At numeros hîc capio cohortes, manus, vexilla. Crebrum id verbi ſub æuum Taciti, eo ſenſu. Plinius libro x. epiſt. de Tironibus:* nondum diſtributi in innumeros erant. *Vlpianus:* exercitum non vnam cohortem neq; alam dicimus, ſed numeros multos militum. *Idem:* Siquis militum ex alio numero tralatus ſit in alium. *Suetonius Veſp. cap.* VI. & tunc quidem compreſſa res eſt, reuocatis ad officium numeris parumper. *Claudianus:*

Regnorum tractat numeros, cuneoſque re- D
cenſet.

*Nec cohortes ſolùm in hoc nomen, ſed paullatim venêre etiam ipſæ legiones. Accredo hoc * Sozomeno ſcribenti:* Τὰ Ῥωμαίων τάγματα, ἃ νῦν ἀριθμοὺς καλοῦσιν: Romanorum legiones, quas nunc vocant Numeros. *Ac Capitolinum ita accipio in Macrino:* Timuit autem & collegam, ne ipſe imperare cuperet, quòd ſi vel vnius numeri conſenſus accederet; neque ipſe recuſaret, & omnes cupidiſſimè id facerent. *quin noſter ipſe Tacitus hac voce iterùm vſus, in Agricolâ:* Quamquam tranſacta æſtas, ſparſi per prouinciam numeri. *Hæc quidem proba & certa. ſed illex iſta libido correctorum, ignara quieſcere etiam in certis. Itaque reſcribit quidam,* multi ad hoc innumeri. *id eſt, inquit, qui in numeros legioneſq; nondum relati. Acumen! quod fateor ſu-*

perfuiſſe

A rat vt Clodij Macri & Fonteij Capitonis cædes nuntiarentur. Macrum in Africâ [27] haut dubiè turbantem,*Trebonius Garucianus procurator, iussu Galbæ, Capitonem in Germaniâ, cùm similia cœptaret, Cornelius Aquinus & Fabius Valens legati legionum interfecerant, antequam iuberentur. Fuere qui crederent, Capitonem vt auaritiâ & libidine fœdum ac maculosum, ita cogitatione rerum nouarum abstinuisse: sed à legatis bellum suadentibus, postquam impellere nequiuerint, crimen ac dolum compositum vltrò:& Galbam mobilitate ingenij,an ne altiùs scrutaretur,quoquo modo acta,quia mutari non poterant,comprobasse. Ceterùm vtraque cædes sinistrè accepta: & inuiso semel Principe, seu benè seu malè facta premunt. Iam afferebant venalia cuncta, præpotentes liberti.Seruorum manus subitis auidæ,& tamquam apud senem festinantes. [28] eademque nouæ aulæ mala, æquè grauia, non æquè excusata. Ipsa ætas Galbæ & irrisui & fastidio erat, assuetis iuuentæ Neronis,& Imperatores formâ ac decore corporis (vt est mos vulgi) comparantibus. Et hic quidem Romæ, tamquam in tantâ multitudine, habitus
B animorum fuit. E prouincijs, Hispaniæ præerat Cluuius Rufus, vir facundus, &, pacis artibus, belli inexpertus, Galliæ, super memoriam Vindicis, obligatæ [29] recenti dono Romanæ ciuitatis, & in posterum tributi leuamento. Proximæ tamen Germanis exercitibus Galliarum ciuitates, non eodem honore habitæ, quædam etiam finibus ademptis, pari dolore commoda aliena ac suas iniurias metiebantur. Germanici exercitus, quod periculosissimum in tantis viribus, [30] soliciti & irati superbiâ recentis victoriæ, & metu, tamquam alias partes fouissent. Tardè à Nerone desciuerant: nec statim pro Galbâ Verginius. an imperare voluisset dubium: delatum ei à milite imperium conueniebat. Fonteium Capitonem occisum, etiam qui queri non poterant, tamen indignabantur. Dux deerat, abducto Verginio per simulationem amicitiæ: quem non remitti, atque etiam reum esse,tamquam suum crimen accipiebant. Superior exercitus legatum Hordeonium Flaccum spernebat, senectâ ac debilitate pedum inualidum, sine constantiâ, sine auctoritate: ne quieto quidem milite regimen. adeò furentes infirmitate retinentis vltrò etiam accendebantur. Inferioris Germaniæ legiones diutiùs sine consulari
C fuere: donec missu Galbæ, Vitellius aderat, censoris Vitellij ac ter consulis filius. [31] Id satis videbatur. In Britannico exercitu nihil irarum. Non sanè aliæ legiones, per omnes ciuilium bellorum motus,innocentiùs egerunt: seu quia procul, & Oceano diuisæ; seu, crebris expeditionibus, doctæ hostem potiùs odisse. Quies & Illyrico: quamquam excitæ à Nerone legiones,dum in Italiâ cunctantur, Verginium legationibus adissent. Sed longis

Clodius Macer casus.

** Trebonianus est Plutarcho. Capito casus.*

Cum inuidia Galbæ.

Qui libertis nimis etiam obnoxius.

Cap.8.

Cluuius Rufus Hispaniæ Præses.

Galliarum pars alienæ Galbæ. Etiam legiones ad Rhenum.

Cap.9.

Hordeonius Flaccus partis earum præfectus:

Parti Vitellius.

Britannicæ legiones modestæ.

perfuisse illi iuueni, magis quàm iudicium: nisi quòd ætas tamen id correxisset & direxisset. At tantum abest, vt de tironibus aut collectitio milite hîc Tacitus: vt contrà, veteranos intellegat, & electos sub vexillis. Itaque magis distinctè, paullò pòst, Illyrici exercitus electos *nominat,&* Germanica vexilla. *Omitto quòd notionem eam vocis nobis ingerit, sine exemplo.*

27. HAVT DVBIE TVRBANTEM.] *Vocem eieci,*
D *quæ aberat rectè ab optimo libro, & passim ita Turbandi verbo vsi prisci.*

28. EADEMQVE NOVÆ AVLÆ.] *Sententia (nam alios inuoluere video:) eadem mala nouæ aulæ Galbianæ fuisse, quæ veteris, id est Neronianæ: sed non æquè excusata. Quid ita? quia Nero ortu & natalibus Princeps,quia iuuenis, quia in plebem etiam gratiosus.Itaque plusculum ei licere volebant, & ignoscebant. Non sic in Galbâ, qui electus: qui senex, ideoq; prudens esse debebat; qui denique parcus, tristis,& per omnino paucis gratus.*

29. RECENTI DONO ROMANÆ CIVITATIS.] *Quomodo recenti? & nónne iam pridem Galli isti comati id adepti à Claudio? clarum id è Taciti libro* XI. *Sed expedio. Olim quidem ius ciuium adepti, non tamen promiscuè, sed proceres tantùm. Cautè ibi & circumspectè Tacitus:* primores Galliæ, *inquit*, quæ Comata appellatur. *idq; mihi notes. Sed nunc ecce à Galbâ diffusum id ius in Gallos omnes, qui pro Vindice stetissent. Plutarchus apertissimè:* Ἐκ δὲ τούτου καὶ τὰ μετρίως πραττόμενα ἀβαρῶλιὼ εἶχεν, ὡς τὰ πρὸς τὸς Γαλατὰς Οὐινδίκι συναραμένους. Ἐδόκουν γὰρ ὑφ' ἑλαυθερίᾳ τῇ αὐτοκράτορος, ἀλλὰ ὠνούμενοι παρὰ Οὐιννίκ τυγχάνειν ἀτέλειάς τε δασμῶν, καὶ πολιτείας: Inde & media eius facta reprehensionem habuêre: sicut de Gallis, qui Vindici adhæserant. Visi enim illi non Principis benignitate,sed pretio emisse à Vinnio remissionem tributorum,& ciuitatum.

30. SOLICITI ET IRATI.] *Haud temerè mutem. aptior tamen membrorum connexus & responsio, si legas,* soliciti & elati. *Metu nempe soliciti, victoriâ elati.*

31. ID SATIS VIDEBATVR.] *Dictum videtur, quasi milites, titulos & imagines tantùm Vitellij spectarint, & paternæ ei virtutes processerint pro suis. Aliàs non malè fortasse,* fatis: *vt missionem hanc Vitellij cælesti consilio adsignet,quæ ad imperium scilicet via.*

32. Mox

longis ſpatijs diſcreti exercitus, quod ſaluberrimum eſt ad continendam militarem fi- A
Cap. 10. dem, nec vitijs nec viribus miſcebantur. Oriens adhuc immotus. Syriam & quattuor
Syriæ præſes Mucianus. Eius vita breuiter, & ingenium. legiones obtinebat Licinius Mucianus, vir ſecundis aduerſiſque iuxtà famoſus. Inſignes amicitias iuuenis ambitiosè coluerat. [32] mox attritis opibus, lubrico ſtatu, ſuſpectâ etiam Claudij iracundiâ, [33] in ſecretum Aſiæ repoſitus, tam propè ab exſule fuit, quàm poſteà à Principe. Luxuriâ, induſtriâ, comitate, arrogantiâ, malis boniſque artibus mixtus. nimiæ voluptates, cùm vacaret: quoties expedierat, magnæ virtutes. Palàm laudares, ſecreta malè audiebant. Sed apud ſubiectos, apud proximos, apud collegas, varijs illecebris potens: & cui expeditius fuerit tradere imperium, quàm obtinere. Bellum Iudaicum Flauius Veſpaſianus (ducem eum Nero delegerat) tribus legionibus adminiſtrabat. Nec Veſpaſiano aduerſus Galbam votum, aut animus. Quippe T. filium ad veneratione
Veſpaſianus cum Iudais belligerat. nem cultumque eius miſerat, vt [34] ſuo loco memorabimus. Occultâ lege fati, & oſtentis ac reſponſis deſtinatum Veſpaſiano liberiſque eius imperium, poſt fortunam
Cap. 11. credidimus. [35] Ægyptum copiaſque quibus coërceretur, iam inde à diuo Auguſto, B
equites Romani obtinent loco regum. Ita viſum expedire, prouinciam aditu difficilem, annonæ fecundam, ſuperſtitione, ac laſciuiâ diſcordem & mobilem, inſciam legum, ignaram magiſtratuum domi retinere. Regebat tum [36] Tiberius Alexander eiuſdem natio-
Ægypti Præſes Tiberius Alexander. nis. [37] Africa, ac legiones in eâ, interfecto Clodio Macro, contentæ qualicumque Principe, poſt experimentum domini minoris. [38] Duæ Mauretaniæ, Rhætia, Noricum, Thracia, & quæ aliæ procuratoribus cohibentur, vt cuique exercitui vicinæ, ita in fauorem aut odium contactu valentiorum agebantur. Inermes prouinciæ, atque ipſa in primis Italia, cuicumque ſeruitio expoſitæ, in pretium belli ceſſuræ erant. Hic fuit rerum Romanarum ſtatus, cùm Ser. Galba iterùm, Titus Vinius conſules, [39] inchoauere annum

32. MOX ATTRITIS OPIBVS.] *Etiámne monebo? Grammaticum & leue eſt. tamen in fido ille Vatic. ſcriptum*, atteritis. *Et ſanè crebrò ita veteres. vt Tibullus in eodem hoc verbo:*

Aut operi inſuetas atteruiſſe manus.

Vt Accediſſe *pro Acceſsiſſe*, Conſiſtiſſe *pro Conſtitiſſe, in Pandectis: &* Hauritum *pro Hauſtum in Apuleio. Et notaui plura talia, quæ vix promam quin rideant aut irriant magiſtelli noſtri. Quid tamen hîc rideant? ecce & à Florentino iam codice ſcripturam hanc ſtabilitam.*

33. IN SECRETVM ASIÆ.] *In Lyciam, vt opinor, ſpecie Legationis. Colligo è Plinij lib.* XII. *cap.* I. Licinius Mucianus ter Conſul, & nuper prouinciæ eius (*Lyciæ*) legatus.

34. SVO LOCO MEMORABIMVS.] *Malè anteà*, memorauimus. *Nam hæc quidem narrat initio libri* II. *infrà.*

35. ÆGYPTVM, IAM INDE A D. AVGVSTO.] *Suprà* II. *Annal.* Nam Auguſtus, inter alia dominationis arcana, vetitis, niſi permiſſu, ingredi Senatoribus aut equitibus illuſtribus Romanis, ſepoſuit Ægyptum. *Arrianus id conſilij exemplig. ab Alexandro Magno eſſe cenſet. qui (vt lib.* III. *notat)* in plures præfectos Ægyptum diſtribuit, miratus & naturam regionis & munimenta, neque tutum ſibi exiſtimans vnius imperio totam Ægyptum credi. *Ac deinde addit:* Et Romani mihi videntur ab Alexandro docti cuſtodire Ægyptum, nec quemquam Senatorij ordinis eò mittere, ſed aliquem ex equeſtri. *Cautio igitur ab Alexandro eſſe potuit: non tamen imitatio. quia ille in plures, iſti vni permiſerunt; ſed infirmo.*

36. TIBERIVS ALEXANDER.] *Ego hunc illum puto, qui in caſtris & gratiâ Corbulonis. libro* XIV. Die pactâ, Tiberius Alexander, illuſtris eques Romanus, miniſter bello datus, & Viuianus Annius C
gener Corbulonis, in caſtra Teridatis venêre. *Qui & Iudææ Procurator, apud Ioſephum lib.* XX. *cap.* III. *Pater eius, item Tiber. Alexander, qui Alabarches Alexandriæ, & frater Philonis Iudæi, cuius nunc ſcripta habemus.*

37. AFRICA, AC LEGIONES IN EA.] *Plures igitur legiones tunc in Africâ? Vix opinor. Adi, ſi lubet, quæ ſcripſi initio libri* IV. *Annalium. Vna ſanè ordinaria legio in Africâ, neque aliter infrà numerat aut nominat, hoc ipſo anno.* Legio in Africâ auxiliaque tutandis imperij finibus. *Iuuare aliquid hanc lectionem videatur libro* II. *locus:* In Africâ legio cohortesque dilectæ à Clodio Macro, mox à Galbâ dimiſſæ. *quaſi nouam legionem illi veteri adiunxerit Macer, atque ita ſub initia Galbæ fuerint duæ. Vanè. quia cohortes dumtaxat dilectas à Macro intellegit, non legionem ipſam. Igitur inclino vt hîc* D
reſcribam, Africa ac legio in eâ.

38. DVÆ MAVRETANIÆ.] *Tingitana, & Cæſareenſis. Hanc diuiſionem Plinius acceptam fert Cæſari Caligulæ, lib.* V. *cap.* I. Principio terrarum, *inquit,* Mauretaniæ appellantur, vſque ad C. Cæſarem Germanici F. regna: ſæuitiâ eius in duas diuiſa prouincias. *At Dio palàm aduerſus, Claudio attribuit lib.* LX. Πραχθέντων δὲ τούτων, ὁ Κλαύδιος διχῇ τὰς Μαύρους τὰς ὑπηκόους ἐνειμε, ἔς τε τὰ πρὸς Τίγγιν, καὶ ἐς τὰ πρὸς Καισάρειαν, ἀφ' ὧνπερ καὶ ὀνομάζονται), καὶ δύο ἄρχουσιν ἱππεῦσι πρεσβευτικοῖς. His actis, Claudius Mauros dupliciter diuiſit, in eos qui ad Tingim, & qui ad Cæſaream, vnde & nomina habent: & duobus equitibus præpoſitis eos permiſit.

39. INCHOAVERE ANNVM SIBI VLTIMVM.] *Elegan-*

A num ſibi vltimum, Reip. propè ſupremum. Paucis poſt Kalend. Ian. diebus Pompeij Propinqui procuratoris, è Belgicâ litteræ afferuntur, ſuperioris Germaniæ legiones, [40] ruptâ ſacramenti reuerentiâ, Imperatorem alium flagitare, & ſenatui ac Pop. Rom. arbitrium eligendi permittere, quo ſeditio molliùs acciperetur. Maturauit ea res conſilium Galbæ iam pridem de adoptione ſecum & cum proximis agitantis. Non ſanè crebrior totâ ciuitate ſermo per illos menſes fuerat. primùm licentiâ ac libidine talia loquendi, dein feſsâ * iam ætate Galbæ. Paucis iudicium, aut Reip. amor: [41] multi occultâ ſpe, prout quis amicus vel cliens, hunc vel illum [42] ambitionis rumoribus deſtinabant. Et iam [43] in T. Vinij odium diuerterant, qui in dies quanto potentior, [44] eodem [actu] inuiſior erat. Quippè hiantes in magnâ fortunâ amicorum cupiditates, ipſa Galbæ facilitas intendebat: cùm apud infirmum & credulum minore metu, & maiore præmio peccaretur.

Cap. 12. *Nunty de legionum Germanicarum defectione.* *Galba de adoptando Cæſare cogitat.*

* *Rhen. feſſâ annis ætate*

Quem alij alium deſtinant.

Galba ipſe vix ſui arbitrij.

Potentia principatus diuiſa in T. Vinium conſulem, & Cornelium Laconem prætorij præfectum. Nec minor gratia [45] Icelo Galbæ liberto, [46] quem anulis donatum equeB ſtri nomine Martianum vocitabant. Hi diſcordes, & rebus minoribus ſibi quiſque tendentes, circa conſilium eligendi ſucceſſoris in duas factiones ſcindebantur. Vinius pro M. Othone; Laco atque Icelus conſenſu non tam vnum aliquem fouebant, quàm alium. Neque erat Galbæ ignota Othonis ac T. Vinij amicitia, ex rumoribus nihil ſilentio tranſmittentium: quia Vinio vidua filia, cælebs Otho, gener ac ſocer deſtinabantur. Credo & Reip. curam ſubiiſſe, fruſtrà à Nerone tranſlatæ, ſi apud Othonem relinqueretur. namque Otho pueritiam incuriosè, adoleſcentiam petulanter egerat, gratus Neroni æmulatione luxus. Eoque iam Poppæam Sabinam Principale ſcortum, vt apud conſcium libidinum depoſuerat, donec [47] Octauiam vxorem amoliretur. Mox ſuſpectum in eâdem Poppæâ, [48] in prouinciam Luſitaniam ſpecie legationis ſepoſuit. Otho, comiter adminiſtratâ prouinciâ, primus in partes tranſgreſſus, nec ſegnis, & donec bellum fuit, inter præſentes ſplendidiſſimus, ſpem adoptionis ſtatim conceptam, acriùs in dies rapiebat: fauentibus pleriſque militum, pronâ in eum aulâ Neronis vt ſimilem. Sed Galba, poſt

T. Vinius Othonem promouet.

Qui non eâ fortunâ dignus.

Tamen calidè ambiebat.

Cap. 14.

C *Eleganter dictum. Solicitant tamen. & nónne, inquiunt, idem eſt Vltimum ac Supremum? Fateor. geminanda tamen vox fuit ob ſententiam diſparem. Non enim certè reip. vltimus annus. Alioqui dicere percommodè potuiſſet,* ſibi & reip. ſupremum. *Non ergo audio adoleſcentem eruditum, qui per litteras me monuit videri legendum,* reip. propè primum. *quia tantumnon vetus, inquit, reſp. & libertas incœpêre à Galbâ. Logi alogi.*

40. RVPTA SACRAMENTI REVERENTIA.] *Ita mei libri, & ſententia exigit. Rhenanus dum Budenſis codicis corruptam ſcripturam vt τεμνῶν ἱερὰ obſeruat, nodum in ſcirpo quærit.*

D 41. MVLTI OCCVLTA SPE.] *Libri mei ſcripti,* ſtultâ ſpe. *vti & in Couarruuiæ. Placet tamen magis vulgata.*

42. AMBITIONIS RVMORIBVS.] *Verùm non negaueris,* ambitioſis.

43. IN T. VINII ODIVM DIVERTERANT.] *Parùm cohærens lectio aut ſententia. A priſcis libris abeſt vox* diuerterant. *Et tollam ſanè ego arbiter, legámque:* hunc vel illum ambitioſis rumoribus deſtinabant, etiam in T. Vinij odium. qui indies, *&c. Multi, inquit, ſucceſsorem deſtinabant ex ſuâ ſpe, quidam ex odio Vinij. Non diſsimile illud Taciti de Piſone:* Iuuenis recenti fauore, & infenſus T. Vinio: ſeu quia erat, ſeu quia irati ita volebant. *Quod ſi retinendum tamen id verbi ſit, mutem & diducam,* Etiam in T. Vinij odium diuerſi ierant.

44. EODEM ACTV INVISIOR.] *Quid eſt illud, Actu inuiſum eſſe? Ineptiæ, & ſermo parùm non dicam lautus, ſed Latinus. Scribebam ſublatâ eâ voce,* eâdem inuiſior erat. *genus ſermonis notum vel ex vno Plauto. Placuit Iac. Lectij eruditi viri coniectura,* eodem auctu. *nunc mea iſta,* eò dein faſtu inuiſior.

45. ICELO GALBÆ LIBERTO.] *Nequiſsimi huius ſeruuli nomen variè ſcriptum. Alibi* Hycellus, *alibi* Icellus. *Vaticanus ſemper* Icelus: *quem ſequor. Plutarchum in eâ voce emaculo, in Galbâ:* Καὶ ἦκεν ὑπὸ Ῥ῾ώμης Ἴκελος ἀπελθὼν ἑβδομαῖος. *Vulgò,* Σικελὸς *ſcriptum: & verterunt homines docti,* Siculus quidam. *At Icelum hunc feſtinatum nuntium fuiſſe, doceat eos Suetonius Galb. cap.* XXII.

46. QVEM ANVLIS DONATVM.] *De hoc eodem Suetonius:* Icelus paullò ante anulis aureis donatus, & Marciani cognomine ornatus, & iam ſummæ equeſtris gradus candidatus. *Viri docti interpretantur Summam equeſtris gradus, Præfecturam prætorij: haud improbè. Tamen ego magis intellegam de Procuratione, quæ propria equeſtris ordinis dignitas. An libertum promotum iri cenſeam ad Prætorij præfecturam, idq; ſub Galbâ? numquam.*

47. OCTAVIAM VXOREM AMOLIRETVR.] *Iiſdem in hanc rem verbis vſus eſt lib.* XIV. *Annal. & ſic mei libri. Couarruuiæ tamen codex & Budenſis,* Octauia vxor amoueretur. *Quod rectum æquè.*

48. IN PROVINCIAM LVSITANIAM.] *Totidem verbis Suetonius:* Sepoſitus eſt per cauſſam legationis in Luſitaniam. *Sed operæ eſt videre diuiſionem Hiſpaniæ & Præfecturas, quoniam ſæpè hîc intercur-*

Sed Galba alium ab omnium mente eligit,

post nuntios Germanicæ seditionis, quamquam nihil adhuc de Vitellio certum, anxius A quónam exercituum vis erumperet, ne vrbano quidem militi confisus, quod remedium vnicum rebatur, comitia imperij transigit. Adhibitoque super Vinium ac Laconem, Mario Celso consule designato, ac [49] Ducennio Gemino præfecto vrbis, pauca præfatus

Pisonem Licinianum,

de suâ senectute, Pisonem Licinianum accersiri iubet: seu propriâ dilectione, siue, vt quidam tradiderunt, Lacone instante. cui apud Rubellium Plautum exercita cum Pisone amicitia: sed callidè vt ignotum fouebat, & prospera de Pisone fama consilio eius fidem addiderat. [50] Piso M. Crasso & Scriboniâ genitus, nobilis vtrimque, vultu habituque

Virum nobilem & seuerum.

moris antiqui, & æstimatione rectâ seuerus, deterius interpretantibus tristior habebatur. Ea pars morum eius, quo suspectior solicitis, adoptanti placebat. Igitur Galba

Cap. 15.

Galba ad eum aurea oratio.

apprehensâ Pisonis manu, in hunc modum locutus fertur. *Si te priuatus, lege curiatâ apud Pontifices, vt moris est, adoptarem; & mihi egregium erat tunc, Pompeij & M. Crassi subolem in penates meos adsciscere; & tibi insigne, Sulpiciæ ac Lutatiæ decora, nobilitati tuæ adiecisse. Nunc me deorum hominumque consensu ad imperium vocatum, præclara indoles tua, & amor* B *patriæ impulit, vt principatum, de quo maiores nostri armis certabant, bello adeptus, quiescenti offeram exemplo diui Augusti, qui sororis filium Marcellum, dein generum Agrippam, mox nepotes suos, postremò Tiberium Neronem priuignum, in proximo sibi fastigio collocauit. Sed Augustus in domo successorem quæsiuit; ego, in Rep. Non quia propinquos aut socios belli non habeam: sed neque ipse imperium ambitione accepi, [51] & iudicij mei documentum sint, non meæ tantùm necessitudines, quas tibi postposui, sed & tuæ. [52] Est tibi frater pari nobilitate, natu maior, dignus hac fortunâ, nisi tu potior esses. Ea ætas tua, quæ cupiditates adolescentiæ iam effugerit: ea vita, in quâ nihil præteritum excusandum habeas. Fortunam adhuc tantùm aduersam tulisti. [53] Secundæ res acrioribus stimulis animum explorant: quia miseriæ tolerantur, felicitate corrumpimur. Fidem, liberta-*

tercurrit. Diuisa ea ab Augusto in duas prouincias, Citeriorem & Vlteriorem. Citerior, Tarraconensis etiam dicta: cui Galba præfuit, cui nunc Cluuius Rufus. Vlterior diuisa in duas prouincias, Bæticam & Lusitaniam. Bætica populi fuit, & in eam missus Proconsul. Noster libro IV. Vibius Serenus vlterioris Hispaniæ Proconsul. *non quia tota Hispania vlterior (cautè legas) Proconsulem habuerit, sed quia eius pars melior Bætica. Itaque confundebant scribendo siue loquendo. Plinius lib.* III. Prima Hispania terrarum est, Vlterior appellata, eadem Bætica. *Non tamen etiam regendo. Nam duæ Cæsaris fuerunt, sola Bætica populi. Strabo distinctè, libro* III. Νῦν δὲ τῆς ἐπαρχίας, τῆς μὲν ἀποδειχθείσης τῷ δήμῳ τε καὶ τῇ συγκλήτῳ, τῆς δὲ τῷ ἡγεμόνι τῆς Ῥωμαίων, ἣ μὲν Βαιτικὴ πρόσκειται τῷ δήμῳ, καὶ πέμπει στρατηγὸς ἐπ' αὐτὴν, ἔχων ταμίαν τε καὶ προσβύτην. Ἡ δὲ λοιπὴ, Καίσαρός ἐστι. Πέμπουσι δ' ἀπ' αὐτῆς δύο πρεσβύται, στρατηγικός τε καὶ ὑπατικός Nunc quidem, prouincijs alijs attributis populo & Senatui, alijs Principi, Bætica populo relicta est, & mittitur in eam Proconsul qui habet Quæstorem & Legatum. reliqua autem Hispania Cæsaris est. & mittuntur in eam duo Legati, Prætorius & Consularis. *Addit deinde, Prætorium Lusitaniæ præfuisse, cum vnico Legato: Consularem reliquæ, cum tribus Legatis tribúsque legionibus. Consentit & Dio libro* LIII. *qui diserte* Bæticam populo adsignat, Lusitaniam & Tarraconensem Cæsari. *Quid igitur Appiano in mentem venit scribere, De bello Hispaniensi, extremo?* Ab eo tempore (*quo Cantabri ab Augusto victi*) Romani Iberiam, quæ hodie Hispania dicitur, in tres partes diuidere cœpisse mihi videntur, in quarum duas annuos magistratus Senatus mittit, in tertiam verò Præsidem Imperator.

Quæ à falso numquam excusem, nisi quid mutauit eius æuo. Strabo etiam libro vltimo, duas Hispanias recensere inter eas quæ Populi sunt, videtur. sed videtur: C *eaq; res interpretem decepit. qui etiam τὴν ἐντὸς Ἴβηρα, id est* Vlteriorem *siue* Exteriorem *Hispaniam, turpiter* Interiorem *conuertit. Vellem monuisse eruditissimum Casaubonum, cuius ad Straboneæ probas sanè Notas iam nunc vidi.*

49. DVCENNIO GEMINO.] *Ille est, de quo libro* XV. *legis*: Exin Nero tres consulares, L. Pisonem, Ducennium Geminum, Pompeium Paulinum vectigalibus præposuit.

50. PISO M. CRASSO ET SCRIBONIA GENITVS.] *Puto illo M. Craßo Frugi, qui consul fuit cum C. Lecanio Basso,* DCCCXVI. *sub Nerone. qui ipse è Calpurnijs Frugi, in Liciniam gentem adoptione transiit, vt ex cognomine appâret: sicut hic noster iterùm è Licinijs ad Calpurnios iuit. Quod autem de Scriboniâ addit: ex eo vides perperàm in Plutarchi Galbâ legi,* Κράσσε καὶ Κειτίωνος ἔγγονος: *& ex nostro* D *corrigendum.*

51. ET IVDICII MEI DOCVMENTVM.] *Sententiam antè inuolutam, filo & fide Vaticani codicis aptè euolui. Hoc dicit. Neque ego ambitione aut malis artibus imperium quæsiui: & quòd te iudicio successorem eligam, signum posthabiti non solùm mei amici sed & tui.*

52. EST TIBI FRATER.] *De quo libro* IV. *Historiarum*: Ferebatur Antonius Scribonianum Crassum, egregijs maioribus, & fraternâ imagine fulgentem, ad capessendam remp. hortatus.

53. SECVNDÆ RES ACRIORIBVS STIMVLIS.] *Xenophon pariter:* Δοκεῖ δέ μοι, ὦ Κῦρε, χαλεπώτερον εἶναι εὑρεῖν ἄνδρα τἀγαθὰ καλῶς φέροντα, ἢ τὰ κακά. τὰ μὲν γὰρ ὕβριν τοῖς πολλοῖς, τὰ δὲ σωφροσύνην τοῖς

A *libertatem, amicitiam, præcipua humani animi bona, tu quidem eâdem constantiâ retinebis: sed alij* [54] *per obsequium imminuent. Irrumpet adulatio, blanditiæ pessimum veri affectus venenum, sua cuique vtilitas. Et iam ego ac tu simplicissimè inter nos hodie loquimur, ceteri, libentiùs cum fortunâ nostrâ, quàm nobiscum. Nam suadere Principi quod oporteat, multi laboris: assentatio erga Principem quemcumque, sine affectu peragitur. Si immensum imperij corpus stare ac librari sine* Cap.16. *rectore posset, dignus eram, à quo Resp. inciperet. Nunc eò necessitatis iampridem ventum est, vt nec mea senectus conferre plus populo Rom. possit, quàm bonum successorem; nec tua plus iuuenta, quàm bonum Principem. Sub Tiberio, & Caio, & Claudio, vnius familiæ quasi hereditas fuimus: loco libertatis erit, quod eligi cœpimus. Et finitâ Iuliorum Claudiorumque domo, optimum quemque adoptio inueniet. Nam generari & nasci à Principibus, fortuitum, nec vltrà æstimatur: adoptandi iudicium integrum; & si velis eligere, consensu monstratur. Sit ante oculos Nero, quem longâ Cæsarum serie tumentem, non Vindex cum inermi prouinciâ, aut eo* [55] *cum vnâ legione, sed sua immanitas, sua luxuria ceruicibus publicis depulere. Neque erat adhuc damnati Principis*

B *exemplum. Nos bello, & ab æstimantibus asciti, cum inuidiâ quamuis, egregij erimus. Ne tamen territus fueris, si duæ legiones in hoc concussi orbis motu nondum quiescunt. Ne ipse quidem ad securas res accessi: & auditâ adoptione, desinam videri senex, quod nunc mihi vnum obiicitur. Nero à pessimo quoque semper desiderabitur: mihi ac tibi prouidendum est, ne etiam à bonis desideretur. Monere diutiùs neque temporis huius, & impletum est omne consilium, si te benè elegi.* [56] *Vtilissimus quidem ac breuissimus bonarum malarumque rerum dilectus, cogitare quid aut nolueris sub alio Principe, aut volueris. Neque enim hîc, vt in ceteris gentibus quæ regnantur, certa dominorum domus, & ceteri serui: sed imperaturus es hominibus, qui nec totam seruitutem pati possunt, nec totam libertatem.* Et Galba quidem, hæc ac talia, tamquam Principem faceret; ceteri, tamquam cum facto loquebantur. Pisonem ferunt statim intuentibus, & mox Cap.17. coniectis in eum omnium oculis, nullum turbati, aut exsultantis animi motum prodidisse. Sermo erga patrem imperatoremque reuerens, de se moderatus, nihil in vultu habituque mutatum: quasi imperare posset magis, quàm vellet. Consultatum inde, pro rostris, an in senatu, an in castris adoptio nuncuparetur. Iri in castra placuit. honorificum

C id militibus fore, quorum fauorem vt largitione & ambitu malè acquiri, ita per bonas artes haut spernendum. Circumsteterat interim palatium publica exspectatio magni secreti impatiens, & malè coërcitam famam supprimêtes augebant. Quartum idus Ian. Cap.18. fœdum imbribus diem, tonitrua & fulgura & cælestes minæ vltra solitum turbauerant. Obseruatum id antiquitus comitiis dirimendis, non terruit Galbam quo minus in castra pergeret: contemtorem talium vt fortuitorum; seu quæ fato manent, quamuis significata, non vitantur. Apud frequentem militum concionem, imperatoriâ breuitate, adoptari à se Pisonem [57] more diui Augusti, & exemplo militari, quo vir virum legeret, pronuntiat: ac ne dissimulata seditio in maius crederetur, vltrò asseuerat, quartam & duo-

Piso par fortunæ: Eamq; immotus excipit.

In castra itur:

Adoptio exponitur.

τοῖς πᾶσιν ἐμποιεῖ. *Et sententia similis, Diodoro Siculo expressa, lib.* XIX. Διόπερ ἔνιοι προσηκόντως

D ὑπολαμβάνουσιν ἐν χερέσεσθαι ὑπάρχειν συμφορὰς ἐνεγκεῖν ὑπιδεξίως, ἢ τὰς εὐμεγέθεις εὐημερίας ἐμφρόνως. αἱ μὲν γὰρ ἀπὸ τοῦ μέλλοντος φόβον ἐπαναγκάζουσιν ὑπομελεῖσθαι, αἱ δὲ ἀπὸ τοῦ προγεγονὸς εὐτύχημα, πρόπετον) καταφρονεῖν πάντων. *Et Catoni illi Prisco:* Aduersæ res se domant, & docent quid opus sit facto: secundæ res lætitiâ transuorsum trudere solent à rectè intelligendo atque consulendo.

54. PER OBSEQVIVM IMMINVENT.] *Ita disertè Vatic. & Venetus. nec quidquam pote (non me quidem arbitro) lectione hac melius. Rhenanus tamen turbat, mutat, & exemplaria vt haberent fecit,* alij licet per obsequium annuant.

55. CVM VNA LEGIONE.] *Vnâ tantùm? Atqui anteà tres, in illâ parte Hispaniæ. &* τεῖα τάγματα, tres legiones *(ita vertere interpres debuit, non* cohortes) *collocat sub Augusto Strabo. Etiam sub Tiberio noster, initio libri* IV. *Annal.* Hispaniæ, *inquit,* recèns perdomitæ tribus habebantur. *Sed iisipsis verbis adsignificat id mutatum, & imminutas legiones, animis eius gentis tempore imminutis & fractis. Itaque in Tarraconensi, cui Galba præfuit, vna tunc legio. Suetonius in Galbâ, cap.* X. *ostendit exercitum fuisse* legionis vnius, alarum duarum, trium cohortium.

56. VTILISSIMVS QVIDEM AC.] *Siue, vt Rhenano, & Mauro visum è Budensi,* vtilissimus idem.

57. MORE D. AVGVSTI, ET EXEMPLO MILITARI.] *Traiectio facta vocum videtur: quam odoratus Aemilius Ferretus, legítque,* Exemplo D. Augusti & more militari: *me quidem vtrâque manu adsentiente.*

*Quidam libri, duoetuicesimam. Sed donatiui nulla mentio.

* duodeuicesimam legiones, paucis seditionis auctoribus, non vltra verba ac voces erras- A se, & breui in officio fore. Nec vllum orationi aut lenocinium * additum, aut pretium. Tribuni tamen centurionesque, & proximi militum, gratabundi respondent. per ceteros mæstitia ac silentium, tamquam vsurpatam etiam in pace donatiui necessitatem, bello perdidissent. Constat potuisse conciliari animos quantulacumque parci senis liberalitate. Nocuit antiquus rigor & nimia seueritas, cui iam pares non sumus. Inde apud senatum non comtior Galbæ, non longior quàm apud milites sermo: Pisonis comis oratio. Et patrum fauor aderat, multi voluntate effusius, qui noluerant mediè, ac plurimi obuio obsequio priuatas spes agitantes, sine publicâ curâ. Nec aliud sequenti quatriduo (quod medium inter adoptionem & cædem fuit) dictum à Pisone in publicum, factúmve. Crebrioribus in dies Germanicæ defectionis nuntiis, & facili ciuitate ad accipienda credendaque omnia noua, cùm tristia sunt, censuerant patres mittendos ad Germanicum exercitum legatos. agitatum secretò, num & Piso proficisceretur [58] maiore prætextu: illi auctoritatem senatus, hic dignationem Cæsaris laturus. Placebat & Laco- B nem prætorij præfectum simul mitti. Is consilio intercessit. Legati quoque (nam senatus electionem Galbæ permiserat) fœdâ inconstantiâ nominati, excusati, substituti, ambitu remanendi aut eundi, vt quemque metus vel spes impulerat. Proxima pecuniæ cura. Et cuncta scrutantibus iustissimum visum est, inde repeti, vbi inopiæ caussa erat. [59] Bis & vicies mille sestertium donationibus Nero effuderat. Appellari singulos iussit, decumâ parte liberalitatis apud quemque eorum relictâ. At illis vix decumæ super portiones erant: iisdem erga aliena sumtibus, quibus sua prodegerant, cùm rapacissimo cuique ac perditissimo, non agri, aut fœnus, sed sola instrumenta vitiorum manerent. [60] Exactioni XXX. equites Romani præpositi, nouum officij genus, & ambitu ac numero onerosum: vbique hastâ, & sector, & inquieta vrbs auctionibus. Attamen grande gaudium, quòd tam pauperes forent quibus donasset Nero, quàm quibus abstulisset. Exauctorati per eos dies tribuni, è prætorio Antonius Taurus, & [61] Antonius Naso: ex vrbanis cohortibus, Æmilius Pacensis: è vigiliis, Iulius Fronto. Nec remedium in ceteros fuit, sed metus initium: tamquam per artem & formidinem singuli pellerentur, omnibus suspe- C ctis. Interea [62] Othonem, cui compositis rebus nulla spes, omne in turbido consilium, multa simul exstimulabant: luxuria etiam Principi onerosa, inopia vix priuato toleranda, in Galbam ira, in Pisonem inuidia. Fingebat & metum, quo magis concupisceret. *Prægrauem se Neroni fuisse. nec Lusitaniam rursus aut alterius exsilij honorem exspectandum: suspectum semper inuisumque dominantibus, qui proximus destinaretur. Nocuisse id sibi apud senem Principem: magis nociturum apud iuuenem, ingenio trucem, & longo exsilio efferatum. Occidi Othonem posse. proin agendum audendumque dum Galbæ auctoritas fluxa, Pisonis nondum coaluisset. Opportunos magnis conatibus transitus rerum: nec contatione opus, vbi pernicioſior sit quies, quàm temeritas. Mortem omnibus ex naturâ æqualem, obliuione apud posteros, vel gloriâ distingui. Ac si nocentem innocentemque idem exitus maneat, acrioris viri esse, meritò perire.*

Legati ad legiones Germanicas missi.

Cap. 20. Pecunia in publicum quæsita: Et repetita à Neronis assectis.

Cap. 21. Otho ad imperium se exstimulat:

Cap. 22. Item liberti eius:

Non erat Othonis mollis & corpori similis animus. Et intimi libertorum seruorumque corruptiùs quàm in priuatâ domo habiti, aulam Neronis, & luxus, adulteria, matrimonia [63] ceteraque regnorum libidines auido talium, si auderet, vt sua ostentantes; quie- D scenti,

58. MAIORE PRÆTEXTV.] *Quid illud*, maiore? *Suspectum mihi hîc verbum.*

59. BIS ET VICIES MILLE SESTERTIVM.] *Veriùs fortasse*, bis & vicies millies. *quæ summa sanè grandiuscula, sed digna effusionibus eius monstri.* Erunt quinquaginta quinque milliones, *vt loquamur ritu & compendio nostro. Quid nimium pro opibus Romanis?*

60. EXACTIONI XXX. EQVITES PRÆPOSITI.] *In Suetonio est*, quinquaginta. *nec liquet mihi de veritate.*

61. ANTONIVS NASO.] *Farnesiano est*, Aurelius.

62. OTHONEM EXSTIMVLABANT: LVXVRIA.] *Veræ hæ mutationum caussæ. & prudenter Aristoteles eas ingerit Polit.* v. Γίγνον) δὲ μεταβολαὶ, καὶ ὅταν ἀναλώσωσι τὰ ἴδια ζῶντες ἀσελγῶς. Καὶ γὰρ οἱ τοιοῦτοι καινοτομεῖν ζητοῦσι, καὶ ἢ τυραννίδι ἐπιτίθενται αὐτοὶ, ἢ τατεσκευάζουσιν ἕτερον. Fiunt mutationes cùm per luxum sua prodigunt. Tales enim innouare omnia student, & aut sibi tyrannidem aut alteri parare. *O veriloquium, quòd vtinam principes imbibant, & corruptissimus hodie moribus aduertant!*

63. CETERASQVE REGNORVM LIBIDINES.] *Glossam præfert: ac fortasse germanius*, ceteraque regnorum auido talium. *Paullò antè etiam malim coniunctim legi*, adultera matrimonia.

64. LIBEN-

A centi, vt aliena exprobrabant: vrgentibus etiam mathematicis, dum nouos motus, & clarum Othoni annum obseruatione siderum affirmant. genus hominum potentibus infidum, sperantibus fallax, quod in ciuitate nostrâ & vetabitur semper, & retinebitur. Multos secreta Poppææ mathematicos, pessimum principalis matrimonij instrumentum, habuerant: è quibus Ptolemæus Othoni in Hispaniâ comes, cùm superfuturum eum Neroni promisisset, postquam ex euentu fides, coniecturâ iam & rumore, senium Galbæ, & iuuentam Othonis computantium, persuaserat fore, vt in imperium asciscerentur. Sed Otho tamquam peritiâ, & monitu fatorum prædicta accipiebat, cupidine ingenij humani [64] libentiùs obscura credi. Nec deerat Ptolemæus, iam & sceleris instinctor, ad quod facillimè ab eiusmodi voto transitur. Sed sceleris cogitatio incertum an repens, studia militum iam pridem spe successionis, aut paratu facinoris affectauerat. In itinere, in agmine, in stationibus, vetustissimum quemque militum nomine vocans, ac memoriâ Neroniani comitatus, contubernales appellando, alios agnoscere, quosdam require-
B re, & pecuniâ aut gratiâ iuuare: inserendo sæpiùs querelas, & ambiguos de Galbâ sermones, quæque alia turbamenta vulgi. Labores itinerum, inopia commeatuum, duritia imperij, atrociùs accipiebantur: cùm Campaniæ lacus & Achaiæ vrbes classibus adire soliti, Pirenæum & Alpes, & immensa viarum spatia ægrè sub armis [65] eniterentur. Fla-
grantibus iam militum animis, velut faces addiderat Meuius Pudens è proximis Tigellini. is mobilissimum quemque ingenio, aut pecuniæ indigum, & in nouas cupiditates præcipitem alliciendo, eò paullatim progressus est, vt [66] per speciem conuiuij quoties Galba apud Othonem epularetur, cohorti excubias agenti, viritim centenos nummos diuideret. quam velut publicam largitionem, Otho, secretioribus apud singulos
præmiis, intendebat. adeò animosus corruptor, vt Cocceio [67] Proculo speculatori de
parte finium cum vicino ambigenti, vniuersum vicini agrum suâ pecuniâ emtum do-
no dederit: per secordiam præfecti, quem nota pariter & occulta fallebant. Sed tum è
libertis Onomastum futuro sceleri præfecit, à quo Barbium Proculum [68] Tesserarium
C speculatorum, & Veturium [69] Optionem eorumdem perductos, postquam vario sermone

Et diuinaculi.

Inter quos Ptolemæus quidam: Fidem aliâ prædictione meritus.

Cap. 23. *Milites in eum proni: Variâ olim arte conciliati.*

Cap. 24. *Et accessit corruptor Meuius Pudens. Qui largitev nummos iis dabat, pro sportulâ.*

Et Otho ipse animosus largitor.

Cap. 25. *Electi duo milites, aliorum illices.*

64. LIBENTIVS OBSCVRA CREDI.] *Assentior Pichenæ*, credendi.

65. ENITERENTVR.] *Probum: nec improbè idem Pichena*, emetirentur.

66. PER SPECIEM CONVIVII.] *Sportularum titulo erogatio ea facta, nisi fallor.*

67. PROCVLO SPECVLATORI.] *Vbique hoc militiæ nomen & munus ita scribo, & Spiculatores expello. Libri omnes scripti suadent: etiam lapides. vt ille Romæ:*

P. ÆL. MVCIANO
SPEC. LEG. II.
ADIVT.

D *Alius iuxta Aemiliam:*

L. CASVLIO. L. F.
CLV. SPECVLATORI.

Item: SCHOLA. SPECVLATORVM. LEGIONVM. I. ET. II. ADIVTRICVM. PIARVM. FIDELIVM. *In Nummis item M. Antonij,* CHORTIS. SPECVLATORVM. *Sed & in Marci Euangelio:* Ὁ Βασιλεὺς ἀποσείλας τὴν ἀσπεκουλάτωρα. *& in Suetonij Calig.* caliga speculatoria, *scriptum. Sed verine hi speculatores siue exploratores? Vix opiner, & exempla refutant. Potius censeam fuisse inter custodes corporis imperatorij certum genus, qui velut in speculâ eius salutis. Vnde nomen. Certè Suidas clarè,* Σπεκουλάτωρες, τὸ δορυφόρου *interpretatur: & hîc in Tacito atque in Suetonio reperias inter satellites Principales. Arma iis Clypeus & Lancea. ex Iosepho* Ἰουδαϊκ. ἁλώσ. *libro* III. *cap.* VI. Φέρουσι δὲ οἱ μὲν ὅπλα τὴν σπάθην τὸν θυρεὸν λόγχας καὶ ἀσπίδα. *& cap.* VIII. Μεθ' ὃς αὐτὸς Οὐεσπασιανὸς ἐξήλαυνε, τάξεις τε ὁπλέτας ἔχων καὶ ἱππέων καὶ τοὺς λογχοφόρους ἔχων. *Nam capiam ibi sanè* λογχοφόρους *siue Lancearios, hos Speculatores. Suetonius hortatur in Claudio:* Neque conuiuia inire est ausus, nisi vt speculatores cum lanceis circumstarent. *Et in Galbâ:* Descendentem Galbam speculator impulsu turbæ lanceâ propè vulnerauit. *Hi sunt quos sequens ætas Scultatores dixisse videtur, quasi Auscultatores. quod verè notatum censeo à Cuiacio libro* VI. *Obseru. cap.* XXXIII. *quem de alio etiam munere Speculatorum adi & audi.*

68. TESSERARIVM SPECVLATORVM.] *Ita scriptum meis libris. Cur spernam? Tesserarios enim suos cohortibus speculatorum fuisse, credam non vanè. Si quis tamen iunctim malit,* tesserarium speculatorem, *haud pugnem. In Glossario prisco:* Γραμματεὺς: scriba, tesserarius. *In lapide, Romæ:* AVR. SATVRNINO. EQ. COH. VII. PR. S. VERISSIMI. QVI. MILITAVIT. IN. EQ. SECVNDA. ITALICA. TESSERARIVS. ANN. VI. *Plutarchus in hac ipsâ narratione:* Ἐν δὲ τούτοις Οὐετέριος καὶ Βάρβιος, ὁ μὲν ὀπτίων, ὁ δὲ τεσσεράριος. οὕτω γὰρ καλοῦνται, οἱ δορυφόρων καὶ διοπήσων ὑπηρεσίας τελοῦντες.

69. OPTIONEM EORVMDEM.] *Constituta lectio pridem ab eximio Cuiacio, loco quem iam dixi. nisi quod,* eorumdem, *scripsi, non,* eôdem, *fide Vaticani libri. Optiones Romana militia vetus dixit, qui à dignioribus & cum gradu militibus adoptati, vicem*

mone callidos, audaceſque cognouit, pretio & promiſſis onerat, datâ pecuniâ ad pertentandos plurium animos. Suſcepere duo manipulares imperium Pop. Rom. transferendum, & tranſtulerunt. In conſcientiam facinoris paucis aſcitis, ſuſpenſos ceterorum animos diuerſis artibus ſtimulant: primores militum, [70] per beneficia Nymphidij vt ſuſpectos: vulgus & ceteros, irâ & deſperatione dilati toties donatiui. erant quos memoria Neronis, ac deſiderium prioris licentiæ accenderet. in commune omnes metu mutandæ militiæ terrebantur. Infecit ea tabes legionum quoque & auxiliorum motas iam mentes, poſtquam vulgatum erat labare Germanici exercitus fidem. Adeoque parata apud malos ſeditio, etiam apud integros diſſimulatio fuit, vt [71] poſtero Iduum die, redeuntem à cœnâ Othonem rapturi fuerint, niſi incerta noctis, & totâ vrbe ſparſa militum caſtra, nec facilem inter temulentos conſenſum timuiſſent: non Reip. curâ, quam fœdate Principis ſui ſanguine ſobrij parabant, ſed ne per tenebras, vt quiſque Pannonici vel Germanici exercitus militibus oblatus eſſet, ignorantibus pleriſque pro Othone deſtinaretur. Multa erumpentis ſeditionis indicia per conſcios oppreſſa; quædam apud Galbæ aures præfectus Laco eluſit, ignarus militarium animorum, conſiliique quamuis egregij, quod non ipſe afferret, inimicus, & aduerſus peritos peruicax. XVIII. Kalend. Feb. ſacrificanti pro æde Apollinis Galbæ, haruſpex Vmbricius triſtia exta, & inſtantes inſidias, ac domeſticum hoſtem prædicit: audiente Othone (nam proximus adſtiterat) idque vt lætum è contrario, & ſuis cogitationibus proſperum interpretante. Nec multò pòſt libertus Onomaſtus nuntiat, exſpectari eum ab architecto & redemptoribus. quæ ſignificatio coëuntium iam militum, & paratæ coniurationis conuenerat. Otho, cauſſam digreſſus requirentibus, cùm emi ſibi prædia vetuſtate ſuſpecta, eoque prius exploranda finxiſſet, innixus liberto, per Tiberianam domum in Velabrum, inde ad [72] Miliarium aureum, [73] ſub ædem Saturni pergit. Ibi tres & viginti ſpeculatores conſalutatum Imperatorem, ac paucitate ſalutantium trepidum, & ſellæ feſtinanter impoſitum ſtrictis mucronibus rapiunt. Totidem fermè milites in itinere aggregantur; alij conſcientiâ, plerique miraculo: pars clamore & gladiis, pars ſilentio, animos ex euentu ſumturi. Stationem in caſtris agebat Iulius Martialis tribunus. Is magnitudine ſubiti ſceleris, an corrupta latiùs caſtra, ac ſi contrà tenderet, exitium metuens, præbuit pleriſque ſuſpicionem conſcientiæ. Antepoſuere ceteri quoque tribuni centurioneſque præſentia dubiis & honeſtis. Iſque habitus animorum fuit, vt peſſimum facinus auderent pauci; plures vellent; omnes paterentur. Ignarus interim Galba & ſacris intentus, fatigabat alieni iam imperij deos: cùm affertur rumor rapi in caſtra, incertum quem ſenatorem, mox Othonem eſſe qui raperetur. Simul ex totâ vrbe vt quiſque obuius fuerat, alij formidinem augentes,

Hi variè mouent & alienant à Galbâ.

Cap. 26. *Et ſtatim parata manus.*

Indicia & initia ſeditionis ſpreta à Lacone.

Cap. 27. *Prædictum Galbæ diſcrimen: Audiente Othone.*

Qui adconiuratos ſuos pergit:

Paucos pro re tantâ. Rapiunt illum in caſtra.

Cap. 28. *Et admittitur: Dum alij ſilent, alij probant.*

Cap. 29. *Ad Galbam is nuntius.*

eorum ſubibant. Poſterior ætas, niſi fallor, diuerſo paullum ſenſu, qui velut cuſtodes quidam, arbitri, & inſpectores. Plutarchus διοπτῆρας vertit: & in legum libris, Optio fabricæ, ſimili ſenſu: in Ambroſio, Optio carceris ſcriptum. videntur in quâque centuriâ hi fuiſſe, ex lapide qui in Piceno:

C. LVCILIVS. C. F. VEL. VINDEX
MIL. COH. VI. PRÆT. VIX. ANN. XXX.
MILITAVIT. ANNIS. XII. PRINCIPALIS
BENEFICIARIVS. TRIBVNI
DEINDE. OPTIO. IN. CENTVRIA.

alibi vtrumque iunctum legas, & Teſſerarium & Optionem: vt in illo marmore,

EQVITI. COH. EIVSDEM.
TESSERARIO. OPTIONI.

Malè autem hactenus in Tacito hîc, Othonem, *lectum, contra meliores libros, itémque Cuiacy monita & Turnebi.*

70. PER BENEFICIA NYMPHIDII.] *Id eſt, qui promoti eſſent per Nymphidium, eos incitare & irritare, vt Galbæ ſuſpectos. quia Nymphidium inuiſum ipſe ſuſtulerat. Commune autem, vt beneficiarij benefactori ſuo adhæreant. atque ita de Seiano Præfecto item Prætorij, ſuprà lib.* IV. Simul Centuriones ac Tribunos ipſe diligere: *& quod ſequitur, beneficij ſui facere.*

71. POSTERO IDVVM DIE.] *Hiſpanus liber*, dierum. *Ego vtrumque additicium puto, &* poſtero Iduum, *ſcribo.*

72. MILIARIVM AVREVM] *Columna ex eo metallo, vt Plutarchus hîc in Galbâ deſcribit*, ad quam viæ omnes ex Italiâ deſinebant. Fecit Auguſtus, cùm Curator viarum eſſet, *Dio lib.* LIV. *& ſtatuit* in capite Romani fori. *Plin. lib.* III. *Victor iuxta Vicum Iugarium collocat; & rectè.* Ædes Opis & Saturni in Vico Iugario. Miliarium aureum.

73. SVB ÆDEM SATVRNI.] *Regius codex*, in ædem Saturni. *Vnde Rhenanus elicit*, in Saturni. *Falsò vterque. Suetonius conuincit:* vt ſe in foro, *inquit*, ſub æde Saturni ad milliarium aureum opperirentur.

74. TEN-

A tes, quidam minora vero, ne tum quidem obliti adulationis. Igitur consultantibus placuit [74] tentari animum cohortis, quæ in palatio stationem agebat, nec per ipsum Galbam, cuius integra auctoritas maioribus remediis seruabatur: Piso pro gradibus donus vocatos, in hunc modum allocutus est: *Sextus dies agitur, commilitones, ex quo ignarus futuri, & siue optandum hoc nomen siue timendum erat, Cæsar ascitus sum: quo domus nostræ aut Reip. fato, in vestrâ manu positum est. non quia, meo nomine, tristiorem casum paueam, vt qui aduersa expertus cùm maximè, ducam ne secunda quidem minus discriminis habere: patris & senatus & ipsius imperij vicem doleo, si nobis aut perire hodie necesse est, aut, quod æquè apud bonos miserum est, occidere. Solatium proximi motus habebamus, incruentam vrbem & res sine discordiâ translatas. Prouisum adoptione videbatur, vt ne post Galbam quidem bello locus esset. Nihil* Cap. 30. *arrogabo mihi nobilitatis aut modestiæ. neque enim relatu virtutum, in comparatione Othonis, opus est. Vitia, quibus solis gloriatur, euertêre imperium, etiam cùm amicum Imperatoris ageret. Habitúne & incessu, an illo muliebrior natu, mereretur imperium? Falluntur, quibus luxuria* B *specie liberalitatis imponit. Perdere iste sciet, donare nesciet. Stupra nunc, & comissationes, & feminarum cœtus, voluit animo. hæc Principatus præmia putat, quorum libido ac voluptas, penes ipsum sit; rubor ac dedecus, penes omnes. Nemo enim vmquam imperium flagitio quæsitum bonis artibus exercuit. Galbam consensus generis humani; me Galba, consentientibus vobis, Cæsarem dixit. Si Resp. & senatus, & populus, vana nomina sunt: vestrâ, commilitones, interest, ne Imperatorem pessimi faciant. Legionum seditio aduersum duces suos audita est aliquando: vestra fides famaque illæsa ad hunc diem mansit. & Nero quoque vos destituit, non vos Neronem. Minus* XXX. *transfugæ & desertores, quos centurionem aut tribunum sibi eligentes nemo ferret, imperium assignabunt? Admittitis exemplum? & quiescendo commune crimen facitis? Transcendet hæc licentia in prouincias: & ad nos scelerum exitus, bellorum ad vos pertinebunt. Nec est plus quod pro cæde Principis, quàm quod innocentibus datur. sed proinde à nobis donatiuum ob fidem, quàm ab aliis pro facinore accipietis.* Dilapsis speculatoribus, cetera cohors non aspernata concionantem, [75] vt turbidis rebus euenit, timore magis, & nonnullo adhuc consilio, parat signa, quod postea creditum est, insidiis & simulatione. Missus & [76] Celsus Cap. 31. C Marius ad electos Illyrici exercitus, [77] Vipsanij in porticu tendentes. Præceptum Amulio Sereno & Domitio Sabino primipilaribus, vt Germanicos milites è Libertatis atrio accerserent. Legioni classicæ diffidebat, infestæ ob cædem commilitonum, quos primo statim introitu trucidauerat Galba. Pergunt etiam in castra prætorianorum tribuni Cerius Seuerus, Subrius Dexter, Pompeius Longinus, si incipiens adhuc & nondum adulta seditio melioribus consiliis flecteretur. Tribunorum Subrium & Cerium milites adorti minis, Longinum manibus coërcent, exarmantque: quia non ordine militiæ, sed è Galbæ amicis, fidus Principi suo, & desciscentibus suspectior erat. Legio classica nihil cunctata prætorianis adiungitur. Illyrici exercitus electi, Celsum infestis pilis proturbant. Germanica vexilla diu nutauêre, inualidis adhuc corporibus, & placatis animis, quòd eos à Nerone Alexandriam præmissos, atque inde rursus longâ nauigatione ægros, impensiore curâ Galba refouebat. Vniuersa iam plebs palatium implebat, mixtis seruitiis, Cap. 32. D & dissono clamore, cædem Othonis, & coniuratorum exsilium poscentium, vt si in circo ac theatro ludicrum aliquod postularent. Neque illis iudicium aut veritas: quippe eodem die diuersa pari certamine postulaturis: sed tradito more, quemcumque Principem adulandi,

Placuit fidem cohortis extubantis tentari.

Alloquitur Piso facundè.

Illi fidi & proni videntur: Sed verbis. Mittitur ad conciliandos alios milites.

Etiam ad ipsos prætorianos.

Qui minantur, & spernunt.

Nec alij sanè audiunt.

Nisi quod plebs æstuat pro Galbâ: Non in longum.

74. TENTARI ANIMVM.] *Libri ferè* pertentari: *ex quo ego,* prætentari.

75. VT TVRBIDIS REBVS EVENIT, TIMORE.] *Locus totus mihi inter infirmos. Vacillat etiam Budensis scriptio,* rebus euectior ire magis & nullo adhuc consilio. *Ex quâ facias,* euenit, irâ magis, & nonnulli ad hoc. *At in Florentino est,* euenti orte magis: *vnde Pichena,* forte magis.

76. CELSVS MARIVS AD ELECTOS.] *Credo ideò, quia notus iis, & in Illyrico militauerat. Tacitus libro* XV. Et legio decimaquinta, ducente Mario Celso, è Pannoniâ adiecta est. *Videtur igitur Legatus fuisse eius Legionis.*

77. VIPSANII IN PORTICV.] *Nam miles extra ordinem in vrbe, agere plerumque solitus in porticibus aut templis. Noster lib.* II. *infrà:* Sed miles in porticibus aut delubris. *Ipsi prætoriani in Palatij porticibus excubabant. Vult Isidorus lib.* IX. Excubitores, quòd excubias agunt. Sunt enim ex numero militum, & in porticibus excubant propter regalem custodiam.

adulandi, licentiâ acclamationum, & ſtudiis inanibus. Interim Galbam duæ ſententiæ A
T. Vinius in Palatio manendum cenſet. diſtinebant. Titus Vinius *manendum intra domum, opponenda ſeruitia, firmandos aditus, non eundum ad iratos cenſebat: daret malorum pœnitentiæ, daret bonorum conſenſui ſpatium. ſcelera impetu, bona conſilia morâ valeſcere. Denique eundi vltrò ſi ratio ſit, eamdem mox facultatem: regreſſus, ſi pœniteat, in alienâ poteſtate.* Feſtinandum ceteris videbatur, antequam creſce-
Cap. 33. Alij celeriter obuiam eundum. ret inualida adhuc coniuratio paucorum. *Trepidaturum etiam Othonem, qui furtim digreſſus, ad ignaros illatus, contatione nunc & ſegnitiâ terentium tempus, imitari Principem diſcat. Non exſpectandum, vt compoſitis caſtris, forum inuadat, & proſpectante Galbâ Capitolium adeat: dum egregius imperator, cum fortibus amicis, ianuâ ac limine tenus domum cludit, obſidionem nimirum toleraturus. Et præclarum in ſeruis auxilium, ſi conſenſus tantæ multitudinis, & quæ plurimum valet, prima indignatio langueſcat. Proinde intuta, quæ indecora: vel ſi cadere neceſſe ſit, occurrendum diſcrimini. Id Othoni inuidioſius, & ipſis honeſtum.* Repugnantem huic ſen-
Inter quos & Laco. tentiæ Vinium, Laco minaciter inuaſit, ſtimulante Icelo, priuati odij pertinaciâ, in publi-
Cap. 34. Id ſæpe factum. cum exitium. Nec diutiùs Galba cunctatus, ſpecioſiora ſuadentibus acceſſit. Præmiſſus B
Vanus interea rumor de cæde Othonis: Seu fortè, ſeu conſultò ſparſus. tamen in caſtra Piſo, vt iuuenis magno nomine, recenti fauore, & infenſus T. Vinio; ſeu quia erat, ſeu quia irati ita volebant. Et faciliùs de odio creditur. Vix dum egreſſo Piſo-
Cap. 35. Itaque omnes iam promti: Et ſpe Galbæ ruere. ne, occiſum in caſtris Othonem, vagus primùm & incertus rumor, mox vt in magnis mendaciis, interfuiſſe ſe quidam, & vidiſſe affirmabant; credulâ famâ, inter gaudentes, & incurioſos. Multi arbitrabantur compoſitum auctumque rumorem, mixtis iam Othonianis, qui ad euocandum Galbam, læta falsò vulgauerint. Tum verò non populus tantùm & imperita plebs in plauſus & immodica ſtudia, ſed equitum plerique ac ſenato-
rum, poſito metu incauti, refractis palatij foribus, ruere intus, ac ſe Galbæ oſtentare, præreptam ſibi vltionem querentes. Ignauiſſimus quiſque, & (vt res docuit) in periculo non auſurus, nimij verbis, linguæ feroces: nemo ſcire, & omnes affirmare: donec inopiâ veri, & conſenſu errantium victus, ſumto thorace Galba, [78] irruenti turbæ neque ætate neque corpore ſiſtens, ſellâ leuaretur. Obuius in palatio Iulius Atticus ſpeculator, cruen-
Inſigne eius dictum ad vanum militem. tum gladium oſtentans, occiſum à ſe Othonem clamauit. Et Galba, *Commilito*, inquit, C
Cap. 36. At magis firmæ in caſtris mentes. *quis iuſſit?* inſigni animo ad coërcendam militarem licentiam, minantibus intrepidus, aduerſus blandientes incorruptus. Haud dubiæ iam in caſtris omnium mentes, tantuſque ardor, vt non contenti agmine & corporibus, in ſuggeſtu, in quo paullò antè [79] aurea Galbæ ſtatua fuerat, medium inter ſigna Othonem vexillis circumdarent. Nec tribunis aut centurionibus adeundi locus: gregarius miles caueri inſuper præpoſitos iu-
Vera illis alacritas & mina. bebat. Strepere cuncta clamoribus & tumultu, & exhortatione mutuâ; non tamquam in populo ac plebe, variis ſegni adulatione vocibus, ſed vt quemque affluentium militum aſpexerant, prehenſare manibus [80] complecti armis, collocare iuxtà, præire ſacramentum, modò Imperatorem militibus, modò Imperatori milites commendare.
Otho geſtibus excitat: Nec deerat Otho protendens manus, adorare vulgum, iacere oſcula, & omnia ſeruiliter pro dominatione. Poſtquam vniuerſa claſſiariorum legio ſacramentum eius accepit, fidens viribus, & quos adhuc ſingulos exſtimulauerat, accendendos in commune ratus,
Cap. 37. Etiam optâ oratione. pro vallo caſtrorum ita cœpit. *Quis ad vos proceſſerim, commilitones, dicere non poſſum: quia* D
* Libri, vocare. *nec priuatum me* vocari ſuſtineo, Princeps à vobis nominatus, nec Principem, alio imperante. Veſtrum quoque nomen in incerto erit, donec dubitabitur Imperatorem populi Rom. in caſtris, an hoſtem habeatis. Auditiſne, vt pœna mea, & ſupplicium veſtrum ſimul poſtulentur? adeò manifeſtum eſt, neque perire nos, neque ſaluos eſſe, niſi vnà, poſſe. Et cuius leuitatis eſt Galba, iam ſortaſſe*

78. IRRVENTI TVRBÆ.] *Rhenanus Budenſem ſcripturam ſecutus legit*, irruente turbâ, neque corpore ſiſtens. *hoc ſenſu, vt dicat propter irruentem turbam, & quia corpore non poſſet ſiſtere ſiue inſiſtere, ſellâ leuatum. Meis tamen libris ſcriptæ eæ voces, quas tollit: legamq́, potiùs*, irruenti turbæ neque æ.n. corpore reſiſtens. *hac mente: Galbam & ætate & corpore inualidum, non ſuſtinuiſſe effusè irruentem & gratulantem turbam.*

79. AVREA GALBÆ STATVA.] *Appâret ita tunc receptum in caſtris. Libro* XV. *Annal.* Medio tribunal ſedem curulem, & ſedes effigiem Neronis ſuſtinebat.

80. COMPLECTI ARMIS.] *Muretus vellet*, arctius. *Non equidem: & militaris ſalutatio fuit, & affuſi ſunt cum gladiis & ſcutis, atque iis amplexi. Siquid mutandum; vellem*, amplecti armis.

81. OBVL-

A *taſſe promiſit: vt qui nullo expoſcente, tot milia innocentiſſimorum ciuium trucidauerit. Horror animum ſubit, quoties recordor feralem introitum, & hanc ſolam Galbæ victoriam, cùm in oculis vrbis decumari deditos iuberet, quos deprecantes in fidem acceperat. His auſpiciis vrbem ingreſſus, quam gloriam ad Principatum attulit, niſi occiſi* [81] *Obultronij Sabini* [82] *& Cornelij Marcelli in Hiſpaniâ, Beruichilonis in Galliâ, Fontei Capitonis in Germaniâ, Clodij Macri in Africâ, Cingonij in viâ, Turpiliani in vrbe, Nymphidij in caſtris? Quæ vſquam prouincia, quæ caſtra ſunt, niſi cruenta & maculata? aut, vt ipſe prædicat, emendata & correcta? Nam quæ alij ſcelera, hic remedia vocat: dum falſis nominibus, ſeueritatem pro ſæuitiâ, parſimoniam pro auaritiâ ſupplicia & contumelias veſtras, diſciplinam appellat. Septem à Neronis fine menſes ſunt, & iam plus rapuit Icelus, quàm quod Polycleti, &* [83] *Vatinij, & Elij [& alij] parauerunt. Minore auaritiâ aut licentiâ graſſatus eßet T. Vinius, ſi ipſe imperaßet. nunc & ſubiectos nos habuit tamquam ſuos, & viles vt alienos. Vna illa domus ſufficit donatiuo, quod vobis numquam datur, & cotidie exprobratur. Ac ne qua ſaltem in ſucceſſore Galbæ ſpes eßet, accerſit ab exſilio, quem triſtitiâ* Cap. 38.

B *& auaritiâ ſui ſimillimum iudicabat. Vidiſtis, commilitones, notabili tempeſtate, etiam deos infauſtam adoptionem aduerſantes. Idem ſenatus, idem pop. Rom. animus eſt. Veſtra virtus exſpectatur, apud quos omne honeſtis conſiliis robur, & ſine quibus quamuis egregia inualida ſunt. Non ad bellum vos, nec ad periculum voco: omnium militum arma nobiſcum ſunt.* [84] *Nec vna cohors togata defendit nunc Galbam, ſed detinet. Cùm vos aſpexerit, cùm ſignum meum acceperit, hoc ſolum erit certamen, quis mihi plurimum imputet. Nullus contationi locus eſt in eo conſilio, quod non poteſt laudari niſi peràctum.* Aperire deinde armamentarium iuſſit. rapta ſtatim arma, ſine more & ordine militiæ, vt prætorianus, aut legionarius inſignibus ſuis diſtinguerentur. Miſcentur auxiliaribus, galeis ſcutiſque. Nullo tribunorum centurionúmve adhortante, ſibi quiſque dux & inſtigator: & præcipuum peſſimorum incitamentum, quod boni mærebant. Iam exterritus Piſo fremitu crebreſcentis ſeditionis, & vocibus in vrbem vſque reſonantibus, egreſſum interim Galbam & foro appropinquantem aſſecutus erat: iam Marius Celſus haut læta retulerat. cùm alij in palatium redire, alij Capi-

C tolium petere, plerique roſtra occupanda cenſerent, plures tantùm ſententiis aliorum contradicerent, vtque euenit in conſiliis infelicibus, optima viderentur, quorum tempus effugerat. Agitaſſe Laco, ignaro Galbâ, de occidendo T. Vinio dicitur, ſiue vt pœna eius animos militum mulceret, ſeu conſcium Othonis credebat, ad poſtremum vel odio. Hæſitationem attulit tempus ac locus, quia initio cædis orto, difficilis modus: & turbauere conſilium trepidi nuntij, ac proximorum diffugia, languentibus omnium ſtudiis, qui primò alacres fidem atque animum oſtentauerant. Agebatur huc illuc Galba, vario turbæ fluctuantis impulſu, completis vndique baſilicis ac templis, lugubri proſpectu. neque

Arma diuidit:

Iamq; in vrbem ruunt. Cap. 39.

Galba fluctuat.

Laco agitat de Vinij cæde:

Intempeſtiuè. Cap. 40.

81. OBVLTRONII SABINI.] *Coniecturâ ductus ſic reſtitui, cùm in libris eſſet,* ab vltroniis Albini. *Suſpicor autem eum eſſe, de quo Tacitus Annali* XIII. Heluidius Priſcus aduerſus Obultronium

D Sabinum ærarij Quæſtorem proprias contentiones exercuit.

82. ET CORNELII MARCELLI.] *Libri ſcripti ita appellant, hominem alia mihi ignotum. Paullo pòſt* Vettij Chilonis *lego, cum Rhenano.*

83. VATINII, ET ELII, ET ALII.] *Vulgatis libris erat,* & Egij. *qui mihi quidem inter potentiores libertos irrepertus. At Elium inuenio (Dioni ſcribitur* Ἥλιος*) qui magnus apud Neronem, quiq; abeunte eo in Græciam cantillatum, præfectus manſit vrbi Romæ. Eſt iſipſe, de quo Tacitus libro* XIII. P. Celer eques Romanus & Elius libertus, rei familiari Principis in Aſiâ impoſiti. *Quod ſequitur,* & alij: *videndum ne ſuperfluat, natumq; ſit ex hæſitantiâ librarij, & adfinitate vocis prioris.*

84. NEC VNA COHORS TOGATA.] *Quare Togata? & ſatíſne ea vox ſanâ? ſana. Apellat enim ita velut eleuans & infirmans, quia moris vt illa cohors quæ more militiæ excubabat, idipſum faceret ſine armis, gladiis tantùm lanceiſq; contenta. Itaque & togis induti erant, non ſagis. Modeſtiæ cauſâ inſtitutum id videtur: & ne Mars palàm habitare videretur in ſuâ vrbe. Huc ſpectat quod infrà legis,* apertum in caſtris armamentarium fuiſſe, rapta arma. *quorum ſcilicet armorum non iis vulgò ius aut vſus, niſi Tribunis aut Præfecto permittente. Ideò in Martiali de Fuſco, Præfecto Prætorij:*

Ille ſacri lateris cuſtos Martiſque togati:
Credita cui ſummi caſtra fuêre ducis.

Vocat ecce togati Martis *cuſtodem ab hoc habitu: atque adeò in ipsâ Italiâ totâ milites togatos eſſe voluit M. Antoninus, de quo Capitolinus:* Per Brundiſium veniens in Italiam, togam & ipſe ſumpſit, & milites togatos eſſe iuſſit. nec vmquam ſagati fuerunt ſub eo milites. *Hæc tamen de ipſis Prætoriis cohortibus tantùm accipio, quæ è ciuibus: de Batauis Germaniſq; cuſtodibus ſcimus aliter fuiſſe.*

Plebs iam silet, & pendet ab euentu.
Milites Othoniani forum auidi irrumpunt.

neque populi aut plebis vlla vox, sed attoniti vultus, & conuersæ ad omnia aures. non tumultus, non quies, quale magni metus & magnæ iræ silentium est. Othoni tamen armari plebem nuntiabatur. Ire præcipites, & occupare pericula iubet. Igitur milites Romani, quasi Vologesen, aut Pacorum, auito Arsacidarum solio depulsuri, ac non Imperatorem suum inermem & senem trucidare pergerent, disiectâ plebe, proculcato senatu, truces armis, rapidis equis forum irrumpunt. Nec illos Capitolij aspectus, & imminentium templorum religio, & priores & futuri Principes terruere, quò minùs facerent scelus, cuius vltor est quisquis successit. Viso cominus armatorum agmine, vexillarius comitantis Galbam cohortis (Atilium Vergilionem fuisse tradunt) direptam Galbæ imaginem solo afflixit. Eo signo manifesta in Othonem omnium militum studia, desertum fugâ populi forum, districta aduersus dubitantes tela. Iuxta Curtium lacum, trepidatione ferentium Galba proiectus è sellâ, ac prouolutus est. Extremam eius vocem, vt cuique odium aut admiratio fuit, variè prodidere. Alij suppliciter interrogasse, quid mali meruisset? paucos dies exsoluendo donatiuo deprecatum. Plures obtulisse vltrò percussoribus iugulum, agerent ac ferirent, si ita è Rep. videretur. non interfuit occidentium quid diceret. De percussore non satis constat. quidam Terentium Euocatum, alij Lecanium, crebrior fama tradidit Camurium XV. legionis militem, impresso gladio, iugulum eius hausisse. Ceteri crura brachiaque (nam pectus tegebatur) fœdè laniauere. pleraque vulnera, feritate & sæuitiâ, trunco iam corpori adiecta. Titum inde Vinium inuasere. de quo & ipso ambigitur, consumserit ne vocem eius instans metus, an proclamauerit, non esse ab Othone mandatum vt occideretur. Quod seu finxit formidine, seu conscientiâ coniurationis confessus est: huc potiùs eius vita famaque inclinat, vt conscius sceleris fuerit, cuius caussa erat. ante ædem diui Iulij iacuit, primo ictu in poplitem, mox ab Iulio Caro legionario milite in vtrumque latus transuerberatus. Insignem illâ die virum Sempronium Densum ætas nostra vidit. [85] Centurio is prætoriæ cohortis ad Galbæ custodiam à Pisone additus, stricto pugione occurrens armatis, & scelus exprobrans, ac modò manu, modò voce, vertendo in se percussores, quamquam vulnerato Pisoni effugium dedit. Piso in ædem Vestæ peruasit, exceptusque misericordiâ publici serui, & contubernio eius abditus, non religione, nec cærimoniis, sed latebrâ imminens exitium differebat. cùm aduenere, * iussu Othonis, nominatim in cædem eius ardentes, Sulpicius Florus è Britannicis cohortibus, nuper à Galbâ ciuitate donatus, & Statius Murcus speculator. à quibus protractus Piso, in foribus templi trucidatur. Nullam cædem Otho maiore lætitiâ excepisse, nullum caput tam insatiabilibus oculis perlustrasse dicitur: seu tum primùm leuata omni solicitudine mens, [86] vagare gaudio cœperat; seu recordatio maiestatis in Galbâ, amicitiæ in T. Vinio, quamuis immitem animum imagine tristi confuderat. Pisonis, vt inimici & æmuli, cæde lætari, ius fasque credebat. Præfixa contis capita gestabantur, inter signa cohortium iuxta Aquilam legionis, certatim ostentantibus cruentas manus qui occiderant, qui interfuerant, [87] quíve verè, quíve falsò, vt pulchrum & memorabile facinus iactabant. Plures quàm CXX. libellos præmia exposcentium

Cap. 41.
Defiet & deserit Galbam sua cohors
Ipse à ferentibus in terram proiicitur.
De suprema voce eius variant:

Sicut & de percussore.

Cap. 42.
T. Vinius occisus.

Cap. 43.
Sempronij Densi fides.

Piso in Vestæ confugit.

** Libri aliquot, millu. Sed illinc extractus, & cæsus.*

Cap. 44.
Lubens & lato admodum Othone.

Multi gloriam hanc cædium affectant:

85. CENTVRIO IS PRÆTORIÆ COHORTIS AD GALBÆ.] *Aliter concepta lectio in Farnesij codice:* Centurio is prætoriæ ac Galbæ custodiæ à Pisone additus. *Quæ vtrauis tamen parùm mihi certa. Quid enim? à Pisone custos hic Galbæ appositus? Quomodo potuit aut debuit? cùm Galbæ sanè, vt Principi, legitimi sui custodes & stipatores fuerint. Denique vnde ea auctoritas Pisoni? Tacitum etiam ipsum lege: videbis clarè Sempronium hunc non Galbæ tutorem sed Pisonis fuisse; cui quamuis vulnerato effugium etiam præbuit. Igitur inclinabam vt legerem:* Centurio is Prætorij, à Galbâ custodiæ Pisonis additus. *vt in illo motu rerum, Galba de Pisone anxius addiderit ei custodem centurionem. Hoc probabile. sustinet me tamen à pleno adsensu Dio & Plutarchus: qui ita narrant, vt Sempronius Galbam defenderit, non Pisonem. Si eos sequimur: tum mentem verborum Taciti faciam, vt hic Sempronius venerit in cohortes Prætorias, promotusq; sit beneficio Pisonis: atque ita additus insertusq; custodiæ. Vix tamen est, vt Taciti narratio cum Græcis iis non pugnet. Certè nec Suetonius opem quemquam tulisse Galbæ refert.*

86. VAGARE GAVDIO.] *Repertum in opt. Vatic. non spreui: quoniam passim veteres ita locutos sciebam. Vox autem apta, ad habitum explicandum mentis gaudio diffusæ & velut natantis.*

87. QVIVE VERE, QVIVE FALSÒ.] *Franc. Modius me monet in Rom. codice legi,* qui verè, qui falsò. *Quod idem etiam scriptus Couarruuiæ liber habebat.*

88. TRA-

A tium, ob aliquam notabilem illâ die operam, Vitellius poſteà inuenit. omneſque conquiri & interfici iuſſit, non honore Galbæ, ſed [88] tradito Principibus more, munimentum ad præſens, in poſterum, vltionem. Alium crederes ſenatum, alium populum. Ruere cuncti in caſtra, anteire proximos, certare cum præcurrentibus, increpare Galbam, laudare militum iudicium, exoſculari Othonis manum: quantoque magis falſa erant quæ fiebant, tanto plura facere. Nec aſpernabatur ſingulos Otho, auidum & minacem militum animum, voce vultuque temperans. Marium Celſum, Conſulem deſignatum, & Galbæ vſque in extremas res amicum fidumque, ad ſupplicium expoſtulabant, induſtriæ eius innocentiæque quaſi malis artibus infenſi. Cædis & prædarum initium, & optimo cuique perniciem quæri apparebat. Sed Othoni nondum auctoritas inerat ad prohibendum ſcelus, iubere iam poterat. Ita [89] ſimulatione iræ, vinciri iuſſum, & maiores pœnas daturum affirmans, præſenti exitio ſubtraxit. Omnia deinde arbitrio militum acta. Prætorij præfectos ſibi ipſi legere: Plotium Firmum è manipularibus
B quondam, tum vigilibus præpoſitum, & incolumi adhuc Galbâ partes Othonis ſecutum. Adiungitur Licinius Proculus, intimâ familiaritate Othonis, ſuſpectus conſilia eius fouiſſe. vrbi Flauium Sabinum præfecere, iudicium Neronis ſecuti, ſub quo eamdem curam obtinuerat, pleriſque Veſpaſianum fratrem in eo reſpicientibus. Flagitatum, vt [90] vacationes præſtari centurionibus ſolitæ remitterentur. Namque gregarius miles, vt tributum annuum [91] pendebat. Pars manipulis, pars per commeatus, aut in ipſis caſtris vaga, dum mercedem centurioni exſolueret, neque modum oneris quiſquam, neque genus quæſtus penſi habebat. Per latrocinia & raptus, aut ſeruilibus miniſteriis, militare otium redimebant. Tum locupletiſſimus quiſque miles, labore ac ſæuitiâ fatigari, donec vacationem emeret. Vbi ſumtibus exhauſtus, [92] ſecordiâ miſer elanguerat, inops pro locuplete, & iners pro ſtrenuo, in manipulum redibat. ac rurſus alius atque alius, eâdem egeſtate ac licentiâ corrupti, ad ſeditionem & diſcordias, & ad extremum, bella ciuilia ruebant. Sed Otho, ne vulgi largitione, centurionum

Cum ſuo poſteà exitio. Cap. 45. *At Romani nimium ſe dant Othoni.*

Marius Celſus ad eadem poſtulatur.

Arte eripitur ab Othone. Cap. 46. *Duo Præfecti Prætorio facti.*

Miles vacationes tolli vult. Quales eæ

C 88. TRADITO PRINCIPIBVS MORE.] *Diu in hoc loco mei atque alieni fluctus. Nunc ſiſto in emendatione meâ vltimâ: verâ, etſi quidam renituntur. ſed neque omnium eſt veram Criticam approbare, quid exercere? De re: ita lego.* Traditâ Principibus more, munimentum ad præſens, in poſterum vltione. *Ita verba ſtructa aptè, quæ alioqui non redigas ſub Grammaticæ leges: ita ſententia concinna & vera. Vltio, inquam, hæc tradita eſt Principibus more, ad præſens munimentum & tutelam ſui. ſed quæ vltio?* in poſterum: *id eſt, poſt ipſos, & vt ſucceſſor vlciſcatur. Tacitus in hac re:* Fecêre facinus, cuius vltor eſt quiſquis ſucceſſit. *Et quo fine? vt ipſi in præſenti tutiores. Ita Claudius (in Suetonio)* Centuriones è coniuratis in Caium interemit, exempli cauſsâ. *& Domitianus Epaphroditum (in eodem)* vt oſtenderet, ne bono quidem exemplo audenD dam Patroni necem. *Nimirum Principes, ſollenniter puniendo Principum interfectores, ſe muniunt & tuentur. Oedipus hoc ita pulchrè apud Sophoclem, vbi ait velle ſe exſequi & punire Laij cadem:*

Ὅστις γὰρ ὧν ἐκεῖνον ὁ κτανὼν, τάχ' ἄν
Κἀμὲ αὖ τοιαύτῃ χειρὶ πιωρεῖν θέλοι.
Κεινῷ προσαρχῶν ἄν, ἐμαυτὸν ὠφελῶ:

Nam quiſquis ille eſt Laium qui occiderit:
Is dextrâ eâdem me quoque auſit aggredi.
Cùm vindico igitur hunc, meipſe munio.

89. SIMVLATIONE IRÆ.] *Seneca explicat, qui callidè hoc ad primam magnámque iram adhibendum ſuadet,* III. *De Irâ, cap.* XXXIX. *vt* quem non audet lenire, fallat. Simulabit, *inquit,* iram, vt tamquam adiutor, & doloris comes, plus auctoritatis in conſiliis habeat: moras nectet, & dum maiorem quærit pœnam, præſentem differet. *Ipſa hæc noſtra ſunt, & moniti illius clarum hîc exemplum.*

90. VACATIONES.] *De his militarium operum vacationibus Iuſtinus capiendus fuit libro* XXXVII. Hieme deinde imminente, non in conuiuio, ſed in campo, non in vacationibus, ſed in exercitationibus, nec inter ſodales, ſed inter æquales, aut equo aut curſu aut viribus contendebat. *Nec acutiſsimum Palmerium audire amicus meus debuit Vocationes ſubſtituentem, & inuitationes interpretantem. Imò verò has militares Vacationes intellegit, & rectè proprieq; Exercitationibus opponit. Tacitus libro* I. *Annal.* Vacationes munerum *appellat. & iiſdem verbis Quinctilianus pro Milite:* Tranſeo oblatam nolenti munerum vacationem, & blandius quàm militiæ diſciplina poſtulat adulatum militi Tribunum: imperatas aſperrimas expeditiones, vt remitterentur. *Talem vacationem & Liuius intellexit lib.* VII. *de cohortibus Hernicorum:* Immunes quoque operum militarium erant, vt in vnum pugnæ laborem reſeruati plus quàm pro virili parte adnitendum ſcirent.

91. PENDEBAT. PARS MANIPVLIS.] *Libris veteribus vox inſeritur,* pendebat quarta pars. *Numquid,* pendebat quartam? *vt velit in hoc tributum quartam ſtipendij partem erogatam? an magis Pichenam audimus?* Quarta pars manipuli ſparſa per commeatus. *Audio, audio, & nihil melius veriúſve.*

92. SECORDIA MISER ELANGVERAT.] *Mallem,* miſerè, *pro* miſer: *aut cum Pichena,* inſuper.

93. PISO-

Sed melius visum è fisco solui.

Laco occisus,

Et Icelus.

Cap. 47.

In Senatu omnes honores Othoni habiti.

Cæsi, sepulti.

Cap. 48.

De Pisone elogium.

De T. Vinio elogium.

Turpe eius stuprum.

Furti etiam suspectus.

Cap. 49.

Galba vix sepultus.

rionum animos auerteret, ex fisco suo vacationes annuas exsoluturum promisit: rem haut dubiè vtilem, & à bonis posteà Principibus, perpetuitate disciplinæ, firmatam. Laco præfectus, tamquam in insulam seponeretur, ab Euocato, quem ad cædem eius Otho præmiserat, confossus. In Martianum Icelum, vt in libertum, palàm animaduersum. Exacto per scelera die, nouissimum malorum fuit lætitia. Vocat senatum prætor vrbanus, certant adulationibus ceteri magistratus. Accurrunt patres, decernitur Othoni tribunicia potestas, & nomen Augusti, & omnes Principum honores, annitentibus cunctis abolere conuitia ac probra, quæ promiscuè iacta hæsisse animo eius nemo sensit. Omisisset offensas, an distulisset, breuitate imperij in incerto fuit. Otho, cruento adhuc foro, per strages iacentium, in Capitolium atque inde in palatium vectus, concedi corpora sepulturæ, cremariq́ue permisit. [93] Pisonem Verania vxor ac frater Scribonianus, T. Vinium Crispina filia composuere, quæsitis redemtisq́ue capitibus, quæ venalia interfectores seruauerant. Piso vnum & tricesimum ætatis annum explebat, famâ meliore quàm fortunâ. Fratres eius [94] Magnum Claudius, [95] Crassum Nero interfecerant. Ipse diu exsul, quatriduo Cæsar properatâ adoptione, ad hoc tantum maiori fratri prælatus est, vt prior occideretur. T. Vinius XLVII. annos variis moribus egit. Pater illi è prætoriâ familiâ, [96] maternus auus è proscriptis. Primâ militiâ infamis, Legatum Caluisium Sabinum habuerat: [97] cuius vxor, malâ cupidine visendi situm castrorum, per noctem militari habitu ingressa, cùm vigilias & cetera militiæ munia [98] eâdem lasciuiâ tentasset; [99] in ipsis principiis stuprum ausa, & criminis huius reus T. Vinius arguebatur. Igitur iussu C. Cæsaris oneratus catenis. mox mutatione temporum dimissus, cursu honorum inoffenso, legioni post præturam præpositus, probatusq́ue. seruili deinceps probro respersus est, tamquam scyphum aureum in conuiuio Claudij furatus. Et Claudius posterâ die soli omnium Vinio fictilibus ministrari iussit. Sed Vinius, proconsulatu, Galliam Narbonensem seuerè integreq́ue rexit. Mox Galbæ amicitiâ in abruptum tractus, audax, callidus, promtus, & prout animum intendisset, prauus aut industrius, eâdem vi. Testamentum T. Vinij magnitudine opum irritum: Pisonis supremam voluntatem paupertas firmauit. Galbæ corpus diu neglectum, & licentiâ tenebrarum plurimis ludibriis vexatum, dispensator Argius, è prioribus seruis, humili sepulturâ in priuatis eius hortis contexit. Caput per lixas caloneq́ue suffixum, laceratumq́ue ante Patrobij tumulum (liber-

93. PISONEM VERANIA.] *Plutarchum hinc emendemus in eâdem istâ re:* Τὴν δὲ Πείσωνος [κεφαλὴν] ἡ γυνὴ ἔλαβεν ἡ κεκνίδευσα. *& scribamus,* Οὐερανία δενδεῖσα: *vt interpretes aliquando nubeculâ istâ liberentur. Nam Verania est, quæ precibus caput mariti abstulit. De hac Plinius lib.* II. *epistolâ vltimâ:* Verania Pisonis grauiter iacebat, Pisonis dico illius quem Galba adoptauit.

94. MAGNVM CLAVDIVS, CRASSVM NERO.] *Atqui Seneca in Menippeâ, etiam Crassum videtur adserere à Claudio interfectum.* Occidit, *inquit*, in vnâ domo Crassum, Magnum, Scriboniam, Assarionem, nobiles tamen: Crassum verò tam fatuum, vt regnare posset.

95. CRASSVM NERO.] *Accusante Regulo. Huc enim illa Plinij faciunt, lib.* I. *epist.* V. Quid tibi cum mortuis? numquid ego aut Crasso aut Camerino molestus sum? quos ille (*Regulus*) sub Nerone accusauerat.

96. MATERNVS AVVS E PROSCRIPTIS.] *Ego censuissem, Paternum. Nam reperio in Dione T. Vinium proscriptum à Triumuiris, & mirâ fide atque astu ab vxore Tanusiâ seruatum. lib.* XLVII. *Fieri autem potest, vt huius aui etsi materni nomen sumpserit, testamento an adoptione.*

97. CVIVS VXOR MALA CVPIDINE.] *Historiola hæc apud Dionem, in rebus Caij.* Καλουίσιος δὲ Σαβῖνος ἔν τε τοῖς πρώτοις τῆς βουλῆς ὤν, καὶ τότε ἐπ' ἐνιαυτῷ τῇ Παννονίᾳ ἀρχῆς ἀφιγμένος, ἥτε γυνὴ αὐτῷ Κορνηλία γεγράφεντες (ἐν γὰρ ἐκείνῃ ὡς φύλακάς τε ἐφοδεύσασα, καὶ τοὺς στρατιώτας ἀσκοῦντας ἰδοῦσα αἰτίαν ἔσχεν) οὐχ ὑπέμειναν τῷ κρίσιν, ἀλλ' ἑαυτοὺς προανάλωσαν. Caluisius autem Sabinus inter Senatorum primos & recèns à Præfecturâ Pannoniæ, vnaq́ue vxor eius Cornelia accusati (crimini huic dabatur Vigilias circumiuisse, & milites exercentes inspectasse) non exspectatâ sententiâ seipsos interfecerunt.

98. EADEM LASCIVIA TENTASSET.] *Regius codex,* temperasset. *ex quo Rhenanus,* temerasset.

99. IN IPSIS PRINCIPIIS.] *Plutarchus expressit,* καὶ διέφθειρεν ἐν τοῖς ἀρχαίοις ἃ πεζικὰ πία Ῥωμαῖοι καλοῦσι. *Principia autem sacra, quia in iis aquilæ & signa, id est, dij militares. Sententiam ex eâdem re Quinctilianus petiit, pro Milite.* Sed neque hoc Mars parens, nec signa militaria aquilæq́ue victrices sinant, vt tuâ quoque sententiâ quisquam vir & Romanus & miles, nimiùm pudicus sit, apud quem ante principia agendum est. *Hæc Principia Statius, etsi in re Græcâ, circumscribit libro* X.

Ventum ad concilij penetrale, domumq́ue verendam
Signorum.

100. METVS

A (libertus is Neronis punitus à Galbâ fuerat) posterâ demum die repertum, & cremato iam corpori admixtum est. Hunc exitum habuit Ser. Galba tribus & septuaginta annis, quinque Principes prosperâ fortunâ emensus, & alieno imperio felicior, quàm suo. Vetus in familiâ nobilitas, magnæ opes, ipsi medium ingenium, magis extra vitia quàm cum virtutibus. Famæ nec incuriosus, nec venditator. Pecuniæ alienæ non appetens, suæ parcus, publicæ auarus. Amicorum libertorumque, vbi in bonos incidisset, sine reprehensione patiens: si mali forent, vsque ad culpam ignarus. Sed claritas natalium, & [100] metus temporum obtentui, vt quod segnitia erat, sapientia vocaretur. Dum vigebat ætas, militari laude apud Germanias floruit: proconsul Africam moderatè: iam senior, citeriorem Hispaniam pari iustitiâ continuit, maior priuato visus, dum priuatus fuit, & omnium consensu capax imperij, nisi imperasset. Trepidam vrbem ac simul atrocitatem recentis sceleris, simul veteres Othonis mores pauentem, nouus insuper de Vitellio nuntius exterruit, ante cædem Galbæ suppressus, vt tantùm superioris Germaniæ exer-
B citum desciuisse crederetur. Tum duos omnium mortalium impudicitiâ, ignauiâ, luxuriâ, deterrimos, [101] velut ad perdendum imperium fataliter electos, non senatus modò & eques, quîs aliqua pars & cura Reip. sed vulgus quoque palàm mærere. Nec iam recentia sæuæ pacis exempla, sed repetitâ bellorum ciuilium memoriâ, *captam toties* [102] *suis ciuibus vrbem, vastitatem Italiæ, direptiones prouinciarum, Pharsaliam, Philippos, & Perusiam ac Mutinam, nota publicarum cladium nomina*, loquebantur. *Propè euersum orbem etiam cùm de principatu inter bonos certaretur; sed mansisse C. Julio, mansisse Cæsare Augusto victore, imperium, mansuram fuisse, sub Pompeio Brutoque, Remp. Nunc pro Othone, an pro Vitellio, in templa ituros? Vtrasque impias preces, vtraque detestanda vota, inter duos, quorum bello solum id scires, deteriorem fore qui vicisset.* Erant qui Vespasianum & arma Orientis augurarentur. &, vt potior vtroque Vespasianus, ita bellum aliud, atque alias clades horrebant. Et ambigua de Vespasiano fama: solusque omnium ante se Principum, [103] in melius mutatus est. Nunc initia causasque motus Vitelliani expediam. Cæso cum omnibus copiis Iulio Vindice, ferox prædâ gloriaque exercitus, vt cui sine labore ac periculo, ditis-
C simi belli victoria euenisset, [104] expeditionem & aciem, præmia quàm stipendia malebat: diuque infructuosam & asperam militiam tolerauerat, ingenio loci cælique, & seueritate disciplinæ, quam in pace inexorabilem discordiæ ciuium resoluunt: paratis vtrimque corruptoribus, & perfidiâ impunitâ. Viri, arma, equi, [105] ad vsum & ad decus supererant. Sed ante bellum, centurias tantùm suas turmasque nouerant: exercitus finibus prouinciarum discernebantur. Tum aduersus Vindicem contractæ legiones, seque & Gallias expertæ, quærere rursus arma, nouasque discordias: nec socios vt olim, sed hostes & victos vocabant. Nec deerat pars Galliarum quæ Rhenum accolit, easdem partes secuta, ac tum accerrima instigatrix aduersus Galbianos: [106] hoc enim nomen fastidito Vindice indiderant. Igitur Sequanis Æduisque, ac deinde prout opulentia ciuitatibus erat, infensi, expugnationes vrbium, populationes agrorum, raptus penatium hauserunt animo; secundùm auaritiam, & arrogantiam præcipua validiorum vitia, contumaciâ Gallorum irritati, qui remissam sibi à Galbâ quartam tributorum par-
D tem,

Elogium de eo, & iudicium:

Dignus imperio visus, non fuit. Cap. 50.

Nuntius de Vitellio electo

Omnibus pauidis & de Rep. iam desperantibus:

Certamen enim inter duos pessimos.

Cap. 51. *Germanici motus origo.*

Ferociunt legiones eò.

Noua bella volunt.

Et inhiant opibus Gallorum.

100. METVS TEMPORVM OBTENTVI.] *A Rhenano est. lib. scripti*, obtinuit: *quod verius hîc puto.*

101. VELVT AD PERDENDVM IMPERIVM.] *Ita libri flagitant, ita sententia. Beatus tamen, Nos, inquit*, ad partiendum, *emendauimus.*

102. SVIS CIVIBVS VRBEM.] *Præfero quod in scriptis*, suis exercitibus.

103. IN MELIVS MVTATVS.] *Imitatus hoc palàm Ausonius, de eodem Vespasiano:*

Olim qui dubiam, priuato in tempore, famam
Par aliis Princeps, transtulit in melius.

Suetonium vide.

104. EXPEDITIONEM ET ACIEM.] *Non temerè mutem, & elicio sententiam etiam ex hac scripturâ. Tamen haud paullò clarior Antithesis videatur si legas*, expeditionem quàm otium.

105. AD VSVM ET AD DECVS.] *Id est, arma, equi, iis suppetebant, non ad necessitatem modò sed & ornatum. Tale est quod iisdem infrà tribuit*, baltheos & faleras insigniaque armorum argento decorâ. *Tamen libri quidam* dedecus: *ex quibus alij scribendum*, ad abusum & ad dedecus, *censuerunt. vt mea mens est, procul à Taciti mente, &*

Quantum Hypanis Veneto dissidet Eridano.

106. HOC ENIM NOMEN.] *Ita solita plebs, mutare per fastidium & innouare hæc contumeliæ nomina. At Dionysio Gothofredo Ic. legendum videbatur*, satis dato Vindice.

107. PVBLI-

Variis etiam rumoribus concitantur.

tem, & [107] publicè donatos in ignominiam exercitus iactabant. Acceſſit callidè vulgatum, temerè creditum, decumari legiones, & promtiſſimum quemque centurionum dimitti. vndique atroces nuntij, ſiniſtra ex vrbe fama, infenſa Lugdunenſis colonia, & pertinaci pro Nerone fide fœcunda rumoribus. Sed plurima ad fingendum credendumque materies in ipſis caſtris, odio, metu, &, vbi vires ſuas reſpexerant, ſecuritate. Sub ipſas ſuperioris anni Kal. Decemb. Aulus Vitellius inferiorem Germaniam ingreſſus, hiberna legionum cum curâ adierat: redditi pleriſque ordines, remiſſa ignominia, alleuatæ notæ: plura ambitione, quædam iudicio: in quibus ſordem & auaritiam Fontei Capitonis, adimendis aſſignandíſve militiæ ordinibus, integrè mutauerat. Nec conſularis legati menſurâ, ſed in maius omnia accipiebantur. Et Vitellius apud ſeueros humilis. Ita comitatem bonitatemque fauentes vocabant, quòd ſine modo, ſine iudicio, donaret ſua, largiretur aliena. Simul, auiditate imperandi, ipſa vitia pro virtutibus interpretabantur. Multi in vtroque exercitu ſicut modeſti quietique, ita mali & ſtrenui: ſed profusâ cupidine, & inſigni temeritate, legati legionum, [108] Alienus Cæcina, & Fabius Valens: è quibus Valens infenſus Galbæ, tamquam detectam à ſe Verginij cunctationem, oppreſſa Capitonis conſilia ingratè tuliſſet, inſtigare Vitellium, ardorem militum oſtentans. *Ipſum celebri vbique famâ: nullam in Flacco Hordeonio moram, affore Britanniam, ſecutura Germanorum auxilia, malè fidas prouincias, precarium ſeni imperium, & breui tranſiturum: pandaret modò ſinum, & venienti fortunæ occurreret. Meritò dubitaſſe Verginium, equeſtri familiâ, ignoto patre: imparem ſi recepiſſet imperium, tutum ſi recuſaſſet. Vitellio tres patris conſulatus, cenſuram, collegium Cæſaris, imponere iampridem Imperatoris dignationem, & auferre priuati ſecuritatem.* Quatiebatur his ſegne ingenium, vt concupiſceret magis, quàm ſperaret.

Comis,

Largus.

Valens Legatus ad Principatum capiendum exſtimulat.

Ille cupit, non audet.

At in ſuperiore Germaniâ, Cæcina decorâ iuuentâ, corpore ingens, animi immodicus, [109] cito ſermone, erecto inceſſu, ſtudia militum allexerat. Hunc iuuenem Galba, quæſtorem in Bæticâ, impigrè in partes ſuas tranſgreſſum, legioni præpoſuit. [110] Mox compertum publicam pecuniam auertiſſe, vt peculatorem flagitari iuſſit. Cæcina ægrè paſſus, miſcere cuncta, & priuata vulnera Reip. malis operire ſtatuit. Nec deerant in exercitu ſemina diſcordiæ, quòd & bello aduerſus Vindicem vniuerſus affuerat, nec niſi occiſo Nerone tranſlatus in Galbam, atque in eo ipſo ſacramento vexillis inferioris Germaniæ præuentus erat. Et Treueri ac Lingones, quaſque alias ciuitates atrocibus edictis, aut damno finium Galba perculerat, hibernis legionum propiùs miſcentur. Vnde ſeditioſa colloquia, & inter paganos corruptior miles, & in Verginium fauor cuicumque alij profuturus. Miſerat ciuitas Lingonum, vetere inſtituto, dona legionibus, [111] dextras hoſpitij inſigne. Legati eorum in ſqualorem mæſtitiamque compoſiti, per principia, per contu-

Cap. 52. *Interea Vitellius ad eas venit: Inſinuat ſeſe, & ambit:*

Nec vniuerſi milites in eum proni.

Quos irritant etiam Gallo-Germani.

Cap. 53. *Cæcina Legatus infenſus Galbæ.*

Cap. 54. *Lingonum Legati ſeditioſè agunt.*

107. PVBLICE DONATOS.] *Agris, quos Galba Treuiris eripuerat, aliiſque:* & damno finium perculerat, *vt infrà dicit.*

108. ALIENVS CÆCINA.] *Mihi, imò libris debetur verum hoc Cæcinæ nomen. Nam illi conſtanter* Alienum *ſcribunt. Etiam in Dionis Epitomâ ſemper,* Ἀλιηνός. *Romanum verò id nomen: & nummi exſtant,* C. CÆSAR. IMP. COS. ITER. ALIENVS. PROCOS. *Nominat & quemdam Alienum Cicero Diuinatione in Verrem. Vulgatis tamen Taciti libris hîc A. Cæcina dicitur: & Faſtis, quos eruditi viri concinnarunt,* A. Licinius. *Vnde eruerint, miror.*

109. CITO SERMONE.] *An,* ſcito?

110. MOX COMPERTVM.] *Non item malè,* comperto.

111. DEXTRAS HOSPITII INSIGNE.] *Fidei etiam & pacis. Cæſaris locus eſt, quem correctione libens huc traxerim, libro* VII. *De bello Gall.* Ædui viſi ab latere noſtris aperto. ij ſimilitudine armorum vehementer noſtros perterruerunt. ac tametſi dextris humeris exertis animaduertebantur, quod inſigne pacatis eſſe conſueuerat; tamen idipſum ſui fallendi cauſsâ milites ab hoſtibus factum exiſtimabant. *De humeris, & quomodo exeri ij potuerint, nec capio, nec legi. Gloſſema ſubolet, & inſitio non proba: legamq,* dextris exertis. *voce Humerorum eiectâ, niſi ſi ea aliter conformanda. Dextras quidem attolli, etiam nunc pacis ac ſocij aduentus ſignum habetur.*

ADD. *In Cæſaris loco libenter nunc legerim,* dextris nudis exertis. *Liuius ſuadet libro* XXVIII. *qui ſcribit opidanos quoſdam deditionem & amicitiam ſignificantes, egreſſos:* dextras nudas oſtentantes. *Lacedæmonij etiam apud Thucydidem libro* IV. *circumuenti ab Athenienſibus,* τὰς χεῖρας ἀνέσεισαν, manus quatiebant, *ſignum pacis & deditionis. In Frontino quidem lego, Humeros etiam exeri à militibus, ſed longè alio ſenſu. libro* II. *Stratag. cap.* I. Cùm Sertorianos milites animaduertiſſet magno impetu inſtinctos, depoſcentes pugnam, humeroſque exercentes *(lego,* exerentes) & lanceas vibrantes. *Itaque hoc magis in Cæſarianâ correctione noſtrâ firmamur.*

112. INSITA

A conturbernia, modò ſuas iniurias, modò ciuitatum vicinarum præmia, & vbi pronis militum auribus accipiebantur, ipſius exercitus pericula & contumelias conquerentes, accendebant animos. Nec procul ſeditione aberant, cùm Hordeonius Flaccus abire legatos, vtque occultior digreſſus eſſet, nocte caſtris excedere iubet. Inde atrox rumor, affirmantibus pleriſque interfectos, ac ni ſibi conſulerent, fore vt acerrimi militum & præſentia conqueſti, per tenebras & inſcitiam ceterorum occiderentur. Obſtringuntur inter ſe tacito fœdere legiones. Aſciſcitur auxiliorum miles, primò ſuſpectus, tamquam circumdatis cohortibus aliſque, impetus in legiones pararetur: mox eadem acriùs volens, faciliore inter malos conſenſu ad bellũ, quàm in pace ad concordiam. Inferioris tamen Germaniæ legiones ſolenni Kal. Ianuar. ſacramento pro Galbâ adactæ, multâ contatione, & raris primorum ordinum vocibus: ceteri ſilentio, proximi cuiuſque audaciam exſpectantes, [112] inſitâ mortalibus naturâ properè ſequi, quæ piget inchoare. Sed ipſis legionibus inerat diuerſitas animorum: primani quintaniſque turbidi, adeò vt quidam laxa in Galbæ
B imagines iecerint: quintadecima ac ſextadecima legiones, nihil vltra fremitum & minas auſæ, initium erumpendi circumſpectabant. At in ſuperiori exercitu, quarta ac duoetuiceſima legiones iiſdem hibernis tendentes, ipſo Kal. Ianuar. die dirumpunt imagines Galbæ: quarta legio promtiùs, [113] duoetuiceſima [114] contanter. Mox conſenſu, ac ne reuerentiam imperij exuere viderentur, in S.P.Q.R oblitterata iam nomina, ſacramenta aduocabant. nullo legatorum tribunorúmve pro Galbâ nitente, quibuſdam, vt in tumultu, notabiliùs turbantibus. Non tamen quiſquam in modum concionis, aut ſuggeſtu locutus. neque enim erat adhuc cui imputaretur. Spectator flagitij Hordeonius Flaccus conſularis legatus aderat, non compeſcere ruentes, non retinere dubios, non cohortari bonos auſus, ſed ſegnis, pauidus, & ſecordiâ innocens. Quattuor centuriones duoetuiceſimæ legionis, Nonius Receptus, Donatius Valens, Romilius Marcellus, Calpurnius Repentinus, cùm protegerent Galbæ imagines, impetu militum abrepti, vinctique. Nec cuiquam vltrà fides, aut memoria prioris ſacramenti. ſed, quod in ſeditionibus accidit, vnde plures erant, omnes fuere. Nocte quæ Kal Ianuar. ſecuta eſt, coloniam Agrippi-
C nenſem Aquilifer quartæ legionis epulanti Vitellio nuntiat, quartam & duoetuiceſimam legiones, proiectis Galbæ imaginibus, in Senatus & Pop. Rom. verba iuraſſe. Id ſacramentum inane viſum. [115] occupari nutantem fortunam, & offerri Principem placuit. Miſſi à Vitellio ad legiones legatosque, qui deſciuiſſe à Galbâ ſuperiorem exercitum nuntiarent: proinde aut bellandum aduerſus deſciſcentes, aut ſi concordia & pax placeat, faciendum Imperatorem: & minore diſcrimine ſumi Principem, quàm quæri.

Hordeonius comprimere conatur.

Auget.

Coniurant inter ſe milites.

Cap. 55. *Inferior etiam exercitus turbat.*

Iurant quidam in Galbam, ſed linguâ. At ſuperior palàm deficit.

Proxima legionis primæ hiberna erant, & promtiſſimus è legatis Fabius Valens. Is
D die poſtero coloniam Agrippinenſem cum equitibus legionis, auxiliariorumq; ingreſſus, Imperatorem Vitellium conſalutauit. [116] Secutæ ingenti certamine eiuſdem prouinciæ legiones: & ſuperior exercitus, ſpecioſis ſenatus populique Romani nominibus relictis III. Non. Ianuar. Vitellio acceſſit. ſcires illum priore biduo non penes Remp. fuiſſe. Ardorem exercituum Agrippinenſes, Treueri, Lingones æquabant, auxilia, equos, arma, pecunias offerentes, vt quiſque [117] corpore, opibus, ingenio validus. Nec principes modò coloniarum aut caſtrorum, quibus præſentia ex affluenti, & partâ victoriâ magnæ ſpes:

Cap. 56. *Hordeonius non compeſcit.*

Ad Vitellium ea nuntius.

Qui porrò legatis indicat.

Cap. 57. *E quibus Fabius Valens Imperatorem eum ſalutat.*

Accedunt legiones: Et finitimi prouincia lium.

112. INSITA MORTALIBVS NATVRA PROPERE.] *Melius*, inſito. *Vidi qui ſequentia peruerteret*, non tam properè. *Verè peruerteret. Nam Taciti gnomæ, arcanæ, vt ſolet, veritatis eſt: & plebs ita facta, vt rebus arduis nemo facilè ducem ſe præbeat, comitem quiuis. Facit huc illud* III. *Hiſtor.* Dum quæritur locus tempusque: quodque in tali re difficillimum eſt, prima vox.

113. DVOETVICESIMA.] *Couarruuiæ ſcriptus codex, ita paſſim. Probamus. Sæpè erratum etiam infrà. Rectè tamen integreq; ſcriptum lib.* III. ſextadecimanos duoetuiceſimanosque læuum cornu compleſſe. *Nos alibi in textu repoſuimus.*

114. CONTANTER MOX CONSENSV, AC] *Melius diſtinqui:* Contanter mox conſenſu. Ac ne r.

115. OCCVPARI NVTANTEM FORTVNAM.] *Rectè. eſt qui malit*, inuitantem.

116. SECVTÆ INGENTI CERTAMINE.] *Hiſpanus liber*, ingenti agmine.

117. CORPORE, OPIBVS, INGENIO VALIDVS.] *Cur hîc de ingenio? aut quis eius vſus? niſi fortè ad orandum, aut impellendum.*

Opes suas offerunt.

spes: sed manipuli quoque & gregarius miles, viatica sua, & balteos, phalerasque, insignia armorum argento decôra, loco pecuniæ tradebant: instinctu, & impetu, & auaritiâ. A

Cap. 58.

Igitur laudatâ militum alacritate Vitellius, ministeria principatus per libertos agi solita, in equites Romanos disponit. Vacationes centurionibus ex fisco numerat. Sæuitiam militum plerosque ad pœnam exposcentium sæpiùs approbat; [118] pari simulatione vinculorum frustratur. Pompeius Propinquus procurator Belgicæ statim interfectus. Iulium Burdonem Germanicæ classis præfectum astu subtraxit. Exarserat in eum iracundia exercitus, tamquam crimen, ac mox insidias, Fonteio Capitoni struxisset. grata erat memoria Capitonis, & apud sæuientes occidere palàm, ignoscere non nisi fallendo licebat. Ita in custodiâ habitus: & post victoriam demum, stratis iam militū odiis, dimissus est. Interim vt piaculum obiicitur centurio Crispinus, qui se sanguine Capitonis cruentauerat: eoq; & postulantibus manifestior, & punienti vilior fuit. Iulius deinde Ciuilis periculo exemtus, præpotens inter Batauos, ne supplicio eius ferox gens alienaretur. Et erant in ciuitate Lingonum VIII. Batauorum cohortes, quartædecimæ legionis auxilia, tum discordiâ temporum à legione digressæ: prout inclinassent, [119] grande momentum, sociæ aut aduersæ, Nonium, Donatium, Romilium, Calpurnium, centuriones, de quibus suprà rettulimus, occidi iussit, damnatos fidei crimine; grauissimo inter desciscentes. Accessere partibus Valerius Asiaticus, Belgicæ prouinciæ legatus, quem mox Vitellius generum asciuit: & Iunius Blæsus Lugdunensis Galliæ rector, cum Italicâ legione, & alâ Taurinâ, Lugduni tendentibus. Nec in Rhæticis copiis mora, quo minus statim adiungerentur. Ne in Britanniâ quidem dubitatum. Præerat Trebellius Maximus, per auaritiam & sordes contemtus exercitui inuisusque. Accendebat odium eius Roscius Cælius legatus vicesimæ legionis olim discors, sed occasione ciuilium armorum atrociùs proruperant. Trebellius seditionem & confusum ordinem disciplinæ Cælio; spoliatas & inopes legiones Cælius Trebellio obiectabat: cùm interim, fœdis legatorum certaminibus, modestia exercitus corrupta, coque discordiæ ventum, vt auxiliarium quoque militum [120] conuitiis proturbantibus, & aggregantibus se Cælio cohortibus alisque, desertus Trebellius ad Vitellium perfugerit. quies prouinciæ, quamquam remoto consulari, mansit. Rexêre legati legionum, pares iure, Cælius audendo potentior. Adiuncto Britannico exercitu, ingens viribus opibusque Vitellius, duos duces, duo itinera bello destinauit. Fabius Valens allicere, vel si abnuerent, vastare Gallias, & Cotianis alpibus Italiam irrumpere; Cæcina propiore transitu, [121] Peninis iugis degredi iussus. Valenti inferioris exercitus electi [122] cum aquilâ quintæ legionis, & cohortibus alisque ad XL. millia armatorum data. XXX. millia Cæcina è superiore Germaniâ ducebat, quorum robur [123] legio vna, prima & vicesima fuit. addita vtriq; Germanorum auxilia, è quibus Vitellius suas quoque copias suppleuit, totâ mole belli secuturus. Mira inter exercitum imperatoremque diuersitas. Instare miles, arma poscere, dum Galliæ trepident, dum Hispaniæ contentur. non obstare hiemem, neque ignauæ pacis moras. inuadendam B C D

Ipse quosdam punit: In plerosque clementiâ vtitur.

Crispinus; casus.

Cap. 59.

Iulius Ciuilis liberatus.

Cohortes Batauorum.

Cap. 60.

Valerius Asiaticus Vitellio se iunxit: Rhati,

Et Britanni: Vbi res turbida.

Cap. 61.

Duplices copias in Italiam Vitellius destinat.

Alteras, sub Valente:

Alteras, sub Cæcinâ duce.

Cap. 62.

Miles eius mirè feruet.

118. PARI SIMVLATIONE VINCVLORVM FRVSTRATVR.] *Manifestum mendum. quò enim illud,* pari, *referetur? Tu vel meo periculo lege,* partim. *Sæuitiæ militum, inquit, sæpè indulget, & ad pœnam iis plerosque largitur: quosdam simulatione vinclorum subtrahit. Prisca lectio suffragatur huic correctioni, quæ præfert,* Parum. *ex quo,* pari, *emendasse fatetur Rhenanus. Partim autem, solitarium sæpè poni nec geminari semper, notius est quàm vt ostendam.*

119. GRANDE MOMENTVM.] *Iustini illud simile est:* Ingens momentum futurus, vtri parti accessisset. *Lucanus:*

Momentumque fuit, mutatus Curio, rerum.

120. CONVITIIS PROTVRBANTIBVS.] *Priscæ editiones,* proturbatus. *quas sequor.*

121. PENINIS IVGIS.] *Ita scribendum vbiq;, auctore Liuio. qui negat eas Alpes sic dici quòd Annibal Pœnus eâ transmiserit, sed à iugo excelsi montis quod Penum incolæ dicunt. Fidem ei notæ etiam nostra linguæ hodie facit, qui excelsa omnia & in acutum fastigiata Pennas vocamus siue Pinnas.*

122. CVM AQVILA QVINTÆ LEGIONIS.] *Vatic. habet,* aquilex quintæ. *è quo legendum esse,* aquilâ xquintæ, *aut si magis placet,* quintædecimæ, *ego censebam.*

123. LEGIO VNA, PRIMA ET VICESIMA.] *Distinctione locum iuui. Nec tamen nunc abnuo quin glossematium hîc sit, scribendumq;,* vnaetuicesima.

124. NON

A dam Italiam, occupandam vrbem. nihil in discordiis ciuilibus festinatione tutius, vbi facto magis quàm consulto opus esset. Torpebat Vitellius,& fortunam Principatus inerti luxu ac prodigis epulis præsumebat, medio diei temulentus, & saginâ grauis: cùm tamen ardor & vis militum vltrò ducis munia implebat, vt si adesset Imperator, & strenuis vel ignauis spem metumque adderet. Instructi intentique signum profectionis exposcunt:nomine Germanici, Vitellio statim addito. Cæsarem se appellari, etiam victor prohibuit. Lætum augurium Fabio Valenti exercituique, quem in bellum cogebat, ipso profectionis die, aquila leni meatu prout agmen incederet, velut dux viæ præuolauit: longumque per spatium, is gaudentium militum clamor,ea quies interritæ alitis fuit, vt haut dubium magnæ & prosperæ rei omen acciperetur. Et Treueros quidem vt socios securi adiere. Diuoduri (Mediomatricorum id opidum est)quamquam omni comitate exceptos, subitus pauor exterruit, raptis repentè armis, ad cædem innoxiæ ciuitatis, non ob prædam, aut spoliandi cupidinem, sed furore & rabie, & caussis incertis, coque difficilioribus remediis. donec precibus ducis mitigati, ab excidio ciuitatis temperauere.

Ipse secors & languidus.
Vni ventri deditus.
Felix augurium Valenti.

Cap.63.
Cuius agmen Diuoduri lymfatur.
Ciues innoxios cadunt.

B Cæsa tamen ad quattuor millia hominum. Isque terror Gallias inuasit, vt venienti mox agmini vniuersæ ciuitates, cum magistratibus & precibus, occurrerent, stratis per vias pueris feminisque, quæque alia placamenta hostilis iræ, [124] non quidem in bello, sed pro pace tendebantur. Nuntium de cæde Galbæ imperio Othonis, Fabius Valens in ciuitate Leucorum accepit. Nec militum animus in gaudium, aut formidinem permotus, bellum voluebat. Gallis contatio exemta, & in Othonem ac Vitellium odium par, ex Vitellio & metus. Proxima Lingonum ciuitas erat, fida partibus. benignè excepti, modestiâ certauêre. Sed breuis lætitia fuit, cohortium intemperie, quas à legione quartadecimâ, vt suprà memorauimus, digressas exercitui suo Fabius Valens adiunxerat. Iurgia primùm,mox rixa inter Batauos & legionarios. Dum his aut illis studia militum adgregantur, propè in prœlium exarsere, ni Valens animaduersione paucorum, oblitos iam Batauos imperij admonuisset. Frustrà aduersus Aeduos quæsita belli caussa. Iussi pecuniam atque arma deferre, gratuitos insuper commeatus præbuere. quod

Vnde in reliquos Gallos terror.

Cap.64.
Qui tamen cæso Galbâ, palàm in Vitellium inclinant.

Batauæ cohortes ferociter agunt.
Valens comprimit.

C Aedui formidine, Lugdunenses gaudio fecere. Sed legio Italica & ala Taurina abductæ. [125] Cohortes XVIII. Lugduni,solitis sibi hibernis, relinqui placuit. Manlius Valens, legatus Italicæ legionis, quamquam benè de partibus meritus, nullo apud Vitellium honore fuit.Secretis eum criminationibus infamauerat Fabius ignarum, & quò incautior deciperetur, palàm laudatum. Veterem inter Lugdunenses Viennensesque discordiam, proximum bellum accenderat. multæ inuicem clades, crebriùs infestiusque, quàm vt tantùm propter Neronem Galbamque pugnaretur. Et Galba reditus Lugdunensium, occasione iræ, in fiscum verterat. Multus contrà in Viennenses honor. Vnde æmulatio, & inuidia, & vno amne discretis connexum odium. Igitur Lugdunenses exstimulare singulos militum, & in euersionem Viennensium impellere, obsessam ab illis coloniam suam, adiutos Vindicis conatus, conscriptas nuper legiones in præsidium Galbæ referendo. Et vbi caussas odiorum prætenderant, magnitudinem prædæ ostendebant. Nec iam secreta exhortatio, sed publicæ preces. *Irent vltores, exscinderent*

Cap.65.
Dissidium vetus inter Lugdunenses & Viennenses.
Illi,milites in horum exitium prouocant.

D *sedem Gallici belli. cuncta illic externa & hostilia,* [126] *se coloniam Romanam & partem exercitus,*

124. NON QVIDEM IN BELLO.] *Locus obscurus, sed illustro (si tamen sincerus:) Erant preces & supplicia, vt in bello: neque bellum erat,sed tamen timebant hostilia, & pacem sic orabant.*

125. COHORTES OCTODECIM LVGDVNI.] *At tot cohortes mihi relinqui non placet. Cur enim, cùm vndique miles conquiratur, & eo ad aciem opus: in vno eóque amico opido, impositæ tot cohortes? Sed ait etiam vetera & solita tot cohortibus hiberna fuisse. quod falsum. Vnica enim dumtaxat iam olim Lugduni cohors: è Taciti* III. *Annali:* Andegauos Acilius Auiola, excitâ cohorte, quæ Lugduni præsidium agitabat, coërcuit. *Manuscriptos igitur meos audio, & hîc* cohortem decimamoctauam *repono. Vox etiam,* Lugduni, *superuacua videtur, & velut interpretamentum inserta.*

126. SE COLONIAM ROMANAM.] *Quid ergo? non etiam Vienna inter Romanas colonias? Verò pridem. Vel Claudio Imperatori credamus in Oratione quam pro Gallis habuit:* Ornatissima ecce valentissimaque colonia Viennensium, quàm longo iam tempore Senatores huic Curiæ confert! *Sed & noster statim, de eâdem:* Tum vetustas dignitasque coloniæ valuit. *Equidem haud satis hæc concilio. Nisi si Viennenses prisci, id est, Allobroges siue Galli, donati colonico iure, etsi militibus aut Romanis*

citus, & prosperarum aduersarumque rerum socios. si fortuna contrà daret, iratis ne relinque- A
rentur. His & pluribus in eumdem modum, perpulerant, vt nec legati quidem ac duces
Cap. 66. partium restingui posse iracundiam exercitus arbitrarentur: cùm haut ignari discriminis
Viennenses supplices occurrunt: Et infensos placant: precibus tamen mixto pretio. sui Viennenses, velamenta & infulas præferentes, vbi agmen incesserat, arma, genua, vestigia prehensando, flexêre militum animos. Addidit Valens [127] tricenos singulis militibus sestertios. Tum vetustas dignitásque coloniæ valuit. Et verba Fabij salutem incolumitatemque Viennensium commendantis æquis auribus accepta. Publicè tamen armis
Quin ipse dux emtus. mulctati, priuatis & promiscuis copiis iuuere militem. Sed fama constans fuit, ipsum Valentem magnâ pecuniâ emtum. Is diu sordidus, repentè diues, mutationem fortunæ
Iam olim rapax. malè tegebat, accensis egestate longâ cupidinibus, immoderatus, & inopi iuuentâ, senex prodigus. Lento deinde agmine, per fines Allobrogum & Vocontiorũ ductus exer-
Qui etiam vias & mansiones vendit. citus: ipsa itinerum spatia, & statiuorum mutationes venditante duce, fœdis pactionibus aduersus possessores agrorum, & magistratus ciuitatum, adeò minaciter, vt Luco (municipium id Vocontiorum est) faces admouerit, donec pecuniâ mitigaretur. quoties pecuniæ materia deesset, stupris & adulteriis exorabatur. Sic ad Alpes peruentum. Plus B
Cap. 67. prædæ ac sanguinis Cæcina hausit. Irritauerant turbidum ingenium Heluetij, Gallica
Cæcina Heluetios inuadit, gens, olim armis virisque, mox memoriâ nominis clara, de cæde Galbæ ignari, & Vitellij imperium abnuentes. Initium bello fuit auaritia ac [128] festinatio vndeuicesimæ legionis. Rapuerunt pecuniam missam in stipendium castelli, quod olim Heluetij suis militibus ac stipendiis tuebantur. ægrè id passi Heluetij, interceptis epistolis, quæ nomine Germanici exercitus ad Pannonicas legiones ferebantur, centurionem & quosdam militum in custodiâ retinebant. Cæcina belli auidus, proximam quamque culpam ante-
Vastat omnia. quàm pœniteret, vltum ibat. Mota properè castra. Vastati agri. Direptus, longâ pace in modum municipij exstructus, locus, amœno salubrium aquarum vsu frequens. Missi ad
Cap. 68. Rhætica auxilia nuntij, vt versos in legionem Heluetios à tergo aggrederentur. Illi
Illi trepidãt. ante discrimen feroces, in periculo pauidi, quamquâ primo tumultu Claudium Seuerum ducem legerant, non arma noscere, non ordines sequi, non in vnum consulere. exitiosum aduersus veteranos prœlium, intuta obsidio, dilapsis vetustate mœnibus. hinc Cæci- C
na cum valido exercitu, inde Rhæticæ alæ cohortesque. & ipsorum Rhætorum iuuentus sueta armis, & more militiæ exercita. vndique populatio & cædes. Ipsi in medio vagi
Vocetium montem perfugiunt. Sed plerique capti aut cæsi. abiectis armis, magna pars saucij aut palantes, [129] in montem Vocetium perfugere. Ac statim immissâ cohorte Thracum depulsi, & consectantibus Germanis Rhætísque, per siluas atque in ipsis latebris trucidati. Multa hominum millia cæsa, multa sub coronâ venumdata. Cumque direptis omnibus, Auenticum gentis caput iusto agmine peteretur; missi qui dederent ciuitatem, & deditio accepta. In Iulium Alpinum è principibus, vt concitorem belli, Cæcina animaduertit: ceteros veniæ vel sæuitiæ Vitellij reliquit.
Cap. 69. Haut facile dictu est, legati Heluetiorum minus placabilem Imperatorem, an militem
Legati eorum ad Vitellium: Valdè asperatum. Vis eloquentia inuenerint. Ciuitatis excidium poscunt, tela ac manus in ora legatorum intentant. Ne Vitellius quidem minis ac verbis temperabat: cùm Claudius Cossus, vnus ex legatis, notæ facundiæ, sed dicendi artem aptâ trepidatione occultans, atque eo validior, militis animum mitigauit: vt est mos vulgo, mutabili subitis, & tam prono in misericordiam, quàm immodicum sæuitiâ fuerat. effusis lacrymis, & meliora constantiùs postulando, D
Cap. 70. impunitatem salutemque ciuitati impetrauere. Cæcina paucos in Heluetiis moratus dies, dum sententiæ Vitellij certior fieret, simul transitum Alpium parans, lætum

ex

ciuibus non deductis: Lugdunum autem contrà, magnam partem Romanis familiis stetit. Nam & hîc externos immixtos, Dio suadet libro XLVI.

127. TRICENOS SINGVLIS MILITIBVS SESTERTIOS.] *Liber Hispanus.* trecenos. *quod verius. Nam prius illud non congiarium sit, sed heminarium: vt quidam iocabatur.* Treceni HS. *sunt nobis, septem Philippici & semis.*

128. FESTINATIO VNDEVICESIMÆ LEGIONIS.] *Vt suprà narrauit, Cæcina vnicam legionem habuit, eámque* XXI. *Quis igitur hæreat, quin hîc scribendum,* vnaetuicesimæ? *Didici postèa sic esse in Florentino.*

129. IN MONTEM VOCETIVM.] *Quidam libri,* Vocetum. *And. Schotus noster,* Vogesum, *reponebat. Quem fateor non quidem in Heluetiis esse, sed nec longè ab iis. Certè Vocetij non alibi mentio.*

130. IN

A ex Italiâ nuntium accipit, alam Syllanam circa Padum agentem, ſacramento Vitellij acceſſiſſe. Proconſulem Vitellium Syllani in Africâ habuerant: mox à Nerone, vt in Ægyptum præmitterentur, exciti, & ob bellū Vindicis remorati, ac tum in Italiâ manentes, inſtinctu decurionum, qui Othonis ignari, Vitellio obſtricti, robur aduentantium legionum & famam Germanici exercitus attollebant, tranſiere in partes: & vt donum aliquod nouo Principi, firmiſſima Tranſpadanæ regionis municipia, Mediolanum, ac Nouariam, & Eporediam, ac Vercellas, adiunxere. Id Cæcinæ per ipſos compertum. Et quia præſidio alæ vnius latiſſima pars Italiæ defendi nequibat, præmiſſis Gallorum, Luſitanorum, Britannorumque cohortibus, & Germanorum vexillis, [130] in alpe Graiâ ipſe paullulum contatus, num Rhæticis iugis in Noricum flecteret, aduerſus [131] Petronium vrbis procuratorem, qui concitis auxiliis, & interruptis fluminum pontibus, fidus Othoni putabatur. Sed metu ne amitteret præmiſſas iam cohortes alaſque, ſimul reputans plus gloriæ retentâ Italiâ, & vbicumq; certatum foret, Noricos in cetera victoriæ præmia [132] acceſſuros, Penino ſubſignanum militem itinere, & graue legionum agmen,
B [133] hibernis adhuc niuibus traduxit. Otho interim, contra ſpem omnium, non deliciis, neque deſidiâ torpeſcere. dilatæ voluptates, diſſimulata luxuria, & cuncta ad decorem imperij compoſita. Eoque plus formidinis afferebant falſæ virtutes, & vitia reditura. Marium Celſum conſulem deſignatum, per ſpeciem vinculorum, ſeruitiæ militum ſubtractum, acciri in Capitolium iubet. Clementiæ titulus, è viro claro & partibus inuiſo, petebatur. Celſus conſtanter ſeruatæ erga Galbam fidei crimen confeſſus, exemplum vltrò imputauit. [134] Nec Otho quaſi ignoſceret, ſed ne hoſtis metum reconciliationis adhiberet, ſtatim intra intimos amicos habuit, & mox bello inter duces dilegit. Manſitq; Celſo velut fataliter etiam pro Othone fides, integra & infelix. Læta primoribus ciuitatis, celebrata in vulgus Celſi ſalus, ne militibus quidem ingrata fuit, [135] eamdem virtutem admirantibus cui iraſcebantur. Par inde exſultatio, diſparibus cauſſis conſecuta, impetrato Tigellini exitio. Sophonius Tigellinus obſcuris parentibus, fœdâ pueritiâ, impudicâ ſenectâ, præfecturam vigilum & prætorij, & alia præmia virtutum, quia velo-
C ciùs erat vitiis adeptus, crudelitatem mox, deinde auaritiam, & virilia ſcelera exercuit: corrupto ad omne facinus Nerone, quædam ignaro auſus, ac poſtremò eiuſdem deſertor ac proditor. Vnde non alium pertinaciùs ad pœnam flagitauere, diuerſo affectu, quibus

Ala Syllana Vitellio ſe iungit:

Et vnà ſecum, aliquot opida.

Cæcinæ Peninis alpibus tranſit.

Cap. 71.
Otho compoſite ſe gerit.

Celſum ſeruat:

Imò & ducem eligit.

Cap. 72.
Tigellinus noxæ permiſſus.

130. IN ALPE GRAIA IPSE.] *Malè huic loco eſſe iurem apud omnes Cenſores. Pugnat hiſtoria, pugnant libri. De hiſtoriâ, quid certius quàm Cæcinam non Graio monte ſed Penino in Italiam veniſſe? Tacitus ſuprà:* Cæcina propiore tranſitu Peninis iugis digredi iuſſus. *& paullò infrà:* Penino ſubſignanum militem itinere & graue legionum agmen traduxit. *Atqui diuerſi & diſsiti hi tranſitus. Iam libri longè abeunt ab hoc ſcripto. Farneſianus*, in alpe triariâ, *ſicut & Hiſpanus: Budenſis*, triannâ: *optimus Vatic.* cum alpe tarinâ: *ex quo ego*, alâ Tauri-
D nâ: *Sauillus*, Petrinâ. *Et certè Taurina, iam cum Valente, in Italiam iuerat. Ergo Sauillo aſſentior, & libens.*

131. PETRONIVM VRBIS PROCVRATOREM.] *Cuius vrbis? imò totius Norici procurator erat, non vnius alicuius opidi. Vertranius Maurus IC^us emendat*, vrbis Præfectum, *ſiue* Prætorem. *Haut rectè. quæ enim eius partes in Norico? Ego verò aut oblitâ eâ voce ſcripſerim*, Petronium procuratorem, *aut mutatâ*, Petronium ibi procuratorem. *Vetus quidem lectio* vrbi *habet: quod deprauatum facilè ex* vbi *vel* ibi.

132. ACCESSVROS.] *Couarruuiæ liber & priſcæ editiones*, ceſſuros.

133. HIBERNIS ADHVC NIVIBVS.] *Iidem libri*, hibernis adhuc Alpibus. *quod interpretor Salluſtiano verbo, Alpibus adhuc hiemantibus. Poëta etiam vetus eo ſenſu dixit:*

Iuppiter hibernas canâ niue conſpuit Alpes.

134. NEC OTHO QVASI IGNOSCERET.] *Frons aliqua ſententiæ appareat: ſed ſi excutias, vanæ & falſæ. Cenſeo emendandum:* ſed nec hoſtis metu, reconciliationi ſe adhiberet. *Duo videlicet, cùm Celſum ſibi iungeret, Otho cauit. Ne aut ignoſcere videretur, vt in vero magnoque crimine: aut ne hoſtis, id eſt, Vitellij metu, adſciſcere ſibi virum nobilem & fortem. Itaque nec obnoxium habere eum voluit, nec ſuſpenſum: ſed ſtatim aſſumpſit inter intimos amicos. Plutarchus comitatem hanc ita narrat:* Κελεύσας Μάριον Κέλσον ἀχθῆναι πρὸς αὐτὸν, ἠσπάσατο καὶ διελέχθη φιλανθρώπως, καὶ παρεκάλεσε τῆς αἰτίας ὀπιλαθέσθαι μᾶλλον, ἢ τὴν ἀφέσεως μνημονεύειν. Iubens Marium Celſum ad ſe adduci, amplexus eſt virum, & benignè allocutus monuit vt cauſſæ magis obliuiſceretur, quàm veniæ meminiſſet. *Hæc talia acumina fruſtrà multis verbis approbem iis qui non tales.*

135. EAMDEM VIRTVTEM ADMIRANTIBVS.] *Eſt vera & notabilis gnome. atque eadem in Liuij libro* v. *de Camillo:* Sed ſeueritate imperij victi, eamdem virtutem & oderant, & mirabantur.

Æquliter odiosus omnibus. quibus odium Neronis inerat, & quibus desiderium. Apud Galbam T. Vinij potentiâ A
defensus, prætexentis seruatam ab eo filiam. & haut dubiè seruauerat, non clementiâ
Nota scelestorum ingenium. (quippe tot interfectis) sed effugio in futurum. quia pessimus quisque, diffidentiâ præsentium mutationem pauens, aduersus publicum odium priuatam gratiam [136] præparat: vnde nulla innocentiæ cura, sed vitæ impunitatis. Eo infensior populus, additâ ad vetus Tigellini odium recenti T. Vinij inuidiâ, concurrere è totâ vrbe in palatium ac fora, & vbi plurima vulgi licentia, in circum ac theatra effusi, seditiosis vocibus obstrepere: donec Tigellinus, accepto apud [137] Sinuessanas aquas supremæ necessitatis nuntio,
Iugulum sibi secat. inter stupra concubinarum, & oscula, & deformes moras, sectis nouaculâ faucibus, in-
Cap. 73. famem vitam fœdauit etiam exitu fero & inhonesto. Per idem tempus expostulata ad
Crispinilla liberata: supplicium [138] Galuia Crispinilla, variis frustrationibus, & aduersâ dissimulantis Principis famâ, periculo exempta est: magistra libidinum Neronis, transgressa in Africam ad
Imò ad potentiam postea euecta. instigandum in arma Clodium Macrum, famem populi Rom. haut obscurè molita, totius posteà ciuitatis gratiam obtinuit consulari matrimonio innixa; & apud Galbam, B
Othonem, Vitellium illæsa: mox potens pecuniâ, & orbitate, quæ bonis malisque temporibus iuxtà valent. Crebræ interim, & muliebribus blandimentis infectæ, ab Othone
Cap. 74. ad Vitellium epistolæ, offerebant pecuniam & gratiam; & quemcumque quietis locum
Otho sistere & placare Vitellium nititur: Et ille hunc. prodigæ vitæ legisset. Paria Vitellius ostendebat, primò mollius, stultâ vtrimque & indecorâ simulatione: mox quasi rixantes, stupra & flagitia inuicem obiectauere. neuter falsò. Otho, reuocatis quos Galba miserat legatis, rursus ad vtrumque Germanicum exercitum, & ad legionem Italicam, eásque quæ Lugduni agebant copias, specie senatus misit. Legati apud Vitellium remansere, promtiùs quàm vt retenti viderentur. Prætoriani, quos per simulationem officij legatis Otho adiunxerat, remissi, antequam le-
Legati ab Othone in Germaniam: A Valente epistolæ corruptrices Romam missæ. gionibus miscerentur. Addidit Epistolas Fabius Valens, nomine Germanici exercitus, ad prætorias & vrbanas cohortes, de viribus partium magnificas, & concordiam offerentes. Increpábant vltrò, quòd [139] tantò antè traditum Vitellio imperium, ad Othonem vertissent. Ita promissis simul ac minis tentabantur: vt bello impares, in pace ni- C
Cap. 75. hil amissuri. Neque ideò prætorianorum fides mutata. Sed insidiatores ab Othone in
Etiam vtrimque percussores. Germaniam, à Vitellio in vrbem missi. Vtrisque frustra fuit: Vitellianis impunè, per tantam hominum multitudinem, mutuâ ignorantiâ fallentibus: Othoniani, nouitate vultus,

136. PRÆPARAT: VNDE NVLLA INNOCENTIÆ CVRA.] *Non mutant libri, nisi quòd,* vices impunitatis, *habent. Totum locum lego:* priuatam gratiam præparatum it: nullâ innocentiæ curâ, sed vice suæ impunitatis. *Palmerij etiam coniectura haud improba:* priuatam gratiam præparat vndevnde: nulla, *&c. Vndevnde Latinis valet* ὁπόθεν. *Quod autem ad sententiam, pulchra est, & vsu sæpiùs probata. Ita Dio notat, cùm Menas præfectus Sex. Pompeij in mari,* Helenum cepisset, libertum Cæsari admodum carum, statim sine pretio remissum. qui beneficium hoc multo antè apud Cæsarem deponebat, & perfugium sibi, si res ita ferret, apud eum præparans.

137. SINVESSANAS AQVAS.] *Malè vulgò,* Suessanas. *Libri scripti docent, & Plutarchus in hac ipsâ re:* Ἔπεμψεν ὃν ἐπ' αὐτὸν ὁ Ὄθων εἰς τὰς περὶ Σινόεσσαν ἀγρούς. *Aquæ autem eæ inter salubres habitæ. Plinius:* In eâdem Campaniæ regione Sinuessanæ aquæ sterilitatem feminarum & insaniam virorum abolere creduntur. *Et quia ad vitia muliebria: ideò in Martiali,*

Diceret hictericam se forsitan altera mœcha
In Sinuessano velle sedere sinu.

Sed & Claudius apud Tacitum libro XII. refouendis viribus mollitie cæli & salubritate aquarum, Sinuessam perrexit.

138. GALVIA CRISPINILLA.] Caluia *verius: an etiam,* minister? *nec tamen illud damno. Ceterùm hæc Caluia, à veste Sporo fuit, & eius Custos. Breuiarium Dionis, in Nerone:* Χωρὶς δὲ, ὅ τε Πολύκλειτος καὶ Καλουία Κριστινίλλα ἦγον, ἐπόρθουν, ἐσύλων πάνθ' ὅσα ἐνεδέχετο, ἐκεῖνος μὲν ἐν τῇ Ῥώμῃ, αὕτη δὲ μετά τε τοῦ Νέρωνος καὶ μετὰ τῆς Σαβίνης τὸν Σπόρον. Τῶν τε γὰρ φυλακῶν αὐτῶν, καὶ τῶν ὑπηρεσιῶν τῶν περὶ ἐκεῖνα, καίπερ γυνὴ καὶ ὁπόσαις ἔξεστιν, ἐπεπίστευτο, καὶ δι' αὐτῆς πάντες ἀπεδύοντο. Seorsum autem, & Polycletus & Caluia Crispinilla omnia obuia agebant, ferebant, spoliabant. Ille in vrbe, hæc autem cum Nerone & cum Sabinâ (ita Sporum nominabant:) cuius custodia ei concredita fuerat, & simul vestis Procuratio: quamquam mulier esset, & quidem nobilis. Quo prætexto, omnes ab eâ exuebantur. *Vides ex eâ notâ, quid feminæ Caluia hæc fuerit, & cur populo exosa.* D

139. TANTÒ ANTE.] *Maiora verba quàm pro re. Nam interuallum sanè, inter Vitellij Othoniſq; imperium, exiguum. Iurarunt enim Germanici exercitus in Vitellij nomen Kalendis Ianuariis: at postridie Idus Galba cæsus, & Princeps factus Otho. Ita pauci dies interfuerunt, & aut militum aut Taciti adsertio non vsquequaque cauta.*

140. ET

A vultus, omnibus inuicem gnaris, prodebantur. Vitellius litteras ad Titianum fratrem Othonis compoſuit, exitium ipſi filioque eius minitans, ni incolumes ſibi mater ac liberi ſeruarentur. [140] Et ſtetit domus vtraque ſub Othone, incertum an metu; Vitellius victor, clementiæ gloriam tulit. Primus Othoni fiduciam addidit ex Illyrico nuntius, iuraſſe in eum Dalmatiæ, ac Pannoniæ, & Mœſiæ, legiones. Idem ex Hiſpaniâ allatum: laudatuſque per edictum Cluuius Rufus. & ſtatim cognitum eſt, conuerſam ad Vitellium Hiſpaniam. Nec Aquitania quidem, quamquam à Iulio Cordo in verba Othonis obſtricta, diu manſit. Nuſquam fides aut amor, metu ac neceſſitate huc illuc mutabantur. Eadem formido prouinciam Narbonenſem ad Vitellium vertit, facili tranſitu ad proximos & validiores. Longinquæ prouinciæ, & quidquid armorum mari dirimitur, penes Othonem manebant, non partium ſtudio; ſed erat grande momentum in nomine vrbis ac prætextu ſenatus. Et occupauerat animos prior auditus. Iudaicum exercitum Veſpaſianus, Syriæ legiones Mucianus ſacramento Othonis adegere. Simul Ægyptus, B [141] omneſque verſæ in Orientem prouinciæ, nomine eius tenebantur. Idem Africæ obſequium, initio à Carthagine orto. Neque exſpectatâ Vipſani Aproniani proconſulis auctoritate, Creſcens Neronis libertus (nam in malis temporibus [142] partem ſe Reip. fecerat) epulum plebi, ob lætitiam recentis imperij, obtulerat: & populus pleraque ſine modo feſtinauit. Carthaginem ceteræ ciuitates ſecutæ. Sic diſtractis exercitibus ac prouinciis, Vitellio quidem ad capeſſendam Principatus fortunam bello opus erat. Otho, vt in multâ pace, munia imperij obibat: quædam ex dignitate Reip.; pleraque, contra decus, ex præſenti vſu properando. Conſul cum Titiano fratre in Kal. Martias ipſe, proximos menſes Verginio deſtinat, vt aliquod exercitui Germanico delinimentum. Iungitur Verginio Poppæus Vopiſcus, prætextu veteris amicitiæ, plerique Viennenſium honori datum interpretabantur. Ceteri conſulatus ex deſtinatione Neronis, aut Galbæ, manſere. Cælio ac Flauio Sabinis, in Iulias; Ario Antonino & Mario Celſo, in Septembres: quorum honori ne Vitellius quidem Victor interceſſit. Sed Otho, pontificatus au- C guratuſque honoratis iam ſenibus cumulum dignitatis addidit; & recens ab exſilio reuerſos nobiles adoleſcentulos, auitis ac paternis ſacerdotiis in ſolatium recoluit. Redditus Cadio Rufo, Pedio Blæſo, Seuino Promptino ſenatorius locus, qui repetundarum criminibus ſub Claudio ac Nerone ceciderant. Placuit ignoſcentibus, verſo nomine, quod auaritia fuerat, videri maieſtatem: cuius tum odio, etiam bonæ leges peribant. Eâdem largitione ciuitatum quoque ac prouinciarum animos aggreſſus, Hiſpalienſibus & Emeritenſibus [143] familiarum adiectiones, [144] Lingonibus vniuerſis ciuitatem Romanam, prouinciæ Bæticæ Maurorum ciuitates dono dedit. Noua iura Cappadociæ, noua Africæ, oſtentui magis quàm manſura. Inter quæ neceſſitate præſentium rerum & inſtantibus curis excuſata, ne tum quidem immemor amorum, ſtatuas Poppææ per ſenatuſconſultum repoſuit. Creditus eſt etiam de celebrandâ Neronis memoriâ agitauiſſe, ſpe vulgum alliciendi. Et fuere qui imagines Neronis * proponerent: atque etiam [145] Othoni, quibuſdam diebus populus & miles, tamquam nobilitatem ac decus aſtruerent,

Illyricana legiones pro Othone. Cap. 76.

Et panè omnes tranſmarinæ.

Africa adiungitur.

Cap. 77.

Ipſe Romæ ciuilia adminiſtrat. Conſules diſponit.

Sacerdotia diuidit.

Damnatos quoſdam reſtituit.

Cap. 78.

Beneficia variè largitur.

Poppææ ſtatuas reponit.

* reponerēt

D 140. ET STETIT DOMVS VTRAQVE SVB OTHONE.] *Tu verò interpunge:* ſtetit domus vtraque ſub Othone incertum an metu.

141. OMNESQVE VERSÆ IN ORIENTEM.] *Credo germanum eſſe. aliquot tamen libri*, omneſque verſus Orientem.

142. PARTEM SE REIP. FECERAT.] *Interpretor. miſcuerat ſe, velut & ipſe inter curatores eius & adminiſtros. Ita ſuprà, hoc libro:* Non Senatus & eques modò, quîs aliqua pars & cura reip.

143. FAMILIARVM ADIECTIONES.] *Ita ſolent Romani coloniarum infrequentiæ ſubuenire, nouâ familiarum aliquot adiectione. Liuius libro* LXIV. Poſtulantibus à Senatu Aquileienſium Legatis, vt colonorum numerum augeret, mille & quingentæ familiæ ex Sc. ſcriptæ.

144. LINGONIBVS VNIVERSIS.] *Latet hic omnino mendum. Primùm enim quis locus Lingonibus (Galliæ ÿ ſunt) inter Hiſpaniæ populos eſſe poteſt? Adde, quod Lingones iſtiipſi, primi & præcipui in Othonem hoſtes. Hi, qui Vitellium fouêre; hi, qui milites turbidis colloquiis ad bellum impulêre; hi, qui etiam nunc Othonis partes oppugnant viris, armis, equis. Vnde igitur iis præmium? Clarè aliena & falſa ea vox; & cenſeam Hiſpaniæ aliquam gentem reponendam: Luſonas, an Illurconas? an tale aliquod nomen, quod parum vicinum adhuc repperi corruptæ voci.* Nec ſcire fas eſt omnia; *ait Lyricus. tu cogitabis.*

145. OTHONI QVIBVSDAM DIEBVS.]

rent, NERONI OTHONI acclamauit. Ipse in suspenso tenuit, vetandi metu, vel [146] cogno- A
scendi pudore. Conuersis ad ciuile bellum animis, externa sine curâ habebantur. Eò
Cap. 79. audentiùs Rhoxolani, Sarmatica gens, priore hieme cæsis duabus cohortibus, magnâ spe
Sarmatæ Mœsiam incurrunt. ad Mœsiam irruperant. nouem millia equitum, ex ferociâ & successu, prædæ magis
quàm pugnæ intenta. Igitur vagos & incuriosos, tertia legio, adiunctis auxiliis, repentè
Romani aggrediuntur, & vincunt inuasit. Apud Romanos omnia prœlio apta. Sarmatæ dispersi, aut cupidine prædæ gra-
ues onere sarcinarum, & lubrico itinerum ademtâ equorum pernicitate, velut vincti cæ-
Genus pugnæ Sarmatarũ. debantur. Namque mirum dictu vt sit omnis Sarmatarum virtus, velut extra ipsos. nihil
ad pedestrem pugnam tam ignauum; vbi per turmas aduenêre, vix vlla acies obstiterit.
Sed tum humido die, & soluto gelu, neque conti, neque gladij, quos prælongos vtrâque
manu regunt, sui, lapsantibus equis, & cataphractarum pondere (id principibus &
nobilissimo cuique tegmen, ferreis laminis, aut præduro corio consertum; vt aduersus
ictus impenetrabile, ita impetu hostium prouolutis inhabile ad resurgendum) simul
altitudine, & mollitiâ niuis, hauriebantur. Romanus miles facili loricâ, & missili pi-
lo, aut lanceis assultans, vbi res posceret, leui gladio inermem Sarmatam, (neque enim B
defendi scuto mos est) comminùs fodiebat. donec pauci, qui prœlio superfuerant, palu-
Legati Romæ honorantur. dibus abderentur. [147] Ibi sæuitiâ, hîc miseriâ vulnerum absumti. Postquam id Romæ
compertum, M. Aponius Mœsiam obtinens, triumphali statuâ, Fuluius Aurelius, &
Iulianus Titius, ac Numisius Lupus, legati legionum, consularibus ornamentis do-
nantur: læto Othone, & gloriam in se trahente, tamquam & ipse felix bello, & suis du-
Cap. 80. cibus suisque exercitibus Kemp. auxisset. Paruo interim initio, vnde nihil timeba-
Ibi seditio. tur, orta seditio, propè vrbi excidio fuit. Septimamdecimam cohortem, [148] coloniâ
Eius causſa. Hostiensi, in vrbem acciri Otho iusserat. Armandæ eius cura, Vario Crispino tribuno è
prætorianis, data. Is quo magis vacuus, [149] quietis castris, iussa exsequeretur; vehicula
cohortis, incipiente nocte, onerari aperto armamentario iubet. Tempus, in suspicionem;
Suspicio in Senatores. caussa, in crimen; affectatio quietis, in tumultum eualuit. Et [150] visa inter temulentos
arma, cupidinem sui mouere. Fremit miles, & tribunos centurioneisque proditionis C
Miles Prætorianus, ad arma. arguit, tamquam familiæ senatorum ad perniciem Othonis armarentur. Pars ignari &
[151] vino graues; pessimus quisque in occasionem prædarum; vulgus, vt mos est, cuius-
Vrbem & palatium irrumpit. que motus noui cupidum. & obsequia meliorum nox abstulerat. Resistentem seditio-
Cap. 81. ni tribunum, & [152] seueriſſimum centurionum obtruncant. rapta arma, nudati gladij,
insidentes equis, vrbem ac palatium petunt. Erat Othoni celebre conuiuium, pri-
moribus feminis viriisque: qui trepidi, fortuitus ne militum furor, an dolus Imperato-
ris, manere ac deprehendi, an fugere & dispergi, periculosius foret; modò constantiam
simu-

Quibus diebus? & cur hoc ita ἀοριστως? Fortasse, Quinquatruum diebus: *quod scriptum initialibus modò litteris fuit.*

146. COGNOSCENDI PVDORE.] *Malim*, agnoscendi.

147. IBI SÆVITIA, HIC MISERIA.] *Mutilus locus, aut corruptus. Mihi ex sententiâ videatur:* illi sæuitia hiemis, hi miseriâ vulnerum absumpti. *Iunctim enim cum prioribus legenda. & reliqui confugerunt, inquit, ad paludes: quorum alij frigoris vi, alij iam læsi, cùm nemo curaret, miserè tabe & pure vulnerum perierunt.*

148. COLONIA HOSTIENSI.] *Scito eam illic perpetuam stationem habuisse, ex decreto Claudij. Suetonius in Claud. cap.* XXV. Puteolis & Hostiæ singulas cohortes, ad arcendos incendiorum casus, collocauit.

149. QVIETIS CASTRIS.] *Quia vigiliæ iamtunc constitutæ, & omnes in conturberniis, exceptis Vigilibus.*

150. VISA INTER TEM. ARMA.] *Is affectus Homero exprimitur, in Odysseâ ϖ. vbi Vlysses Telemachum monet amouenda arma à procis, & causſam dat:*

Μήπως οἰνωθέντες, ἔριν ϛήσαντες ἐν ὑμῖν,
Ἀλλήλους τε φόσητε.

& causſæ causſam:

——Αὐτὸς γὰρ ἐφέλκει) ἄνδρα σίδηρος.

Nequando temulenti, iurgia deinde seratis, D
Mutua lædentes.
—— namque viros ferrum trahit ipsum.

151. VINO GRAVES.] *Quippe in cœnâ iam, aut potiùs à cœna. Vbi autem es vetus disciplina? Sed verò hæc castra vrbana, & cum vrbis vitiis.*

152. SEVERISSIMVM CENTVRIONVM.] *Vatic.* seueriſſimos. *& Plutarchus* ἑκατοντάρχας δύο *interfectos scribit. Noster tamen etiam infrà de vno tantùm:* Vnus altérve perditus ac temulentus, centurionis ac tribuni sanguine manus imbuet? *Itaque placeat magis hîc legi, &* Seueriſſimum centurionem, *vt proprium nomen expreßerit interfecti. aut certè in altero Taciti loco,* centurionum ac tribuni, *scribendum erit.*

153. VT

A simulare, modò formidine detegi, simul Othonis vultum intueri. Vtque euenit inclinatis ad suspicionem mentibus; cùm timeret Otho, timebatur. Sed haut secus discrimine senatus quàm suo territus, & præfectos prætorij ad mitigandas militum iras statim miserat, & abire properè omnes è conuiuio iussit. Tum verò passim magistratus, proiectis insignibus, vitatâ comitum & seruorum frequentiâ, senes feminæque per tenebras, diuersa vibis itinera, rari domos, plurimi amicorum tecta, & vt cuique humillimus cliens, incertas latebras petiuêre. Militum impetus ne foribus quidem palatij coërcitus, quo minùs conuiuium irrumperent, ostendi sibi Othonem expostulantes: vulnerato Iulio Martiale tribuno, & Vitellio Saturnino præfecto legionis, dum ruentibus obsistunt. Vndique arma & minæ, modò in centuriones tribunosque, modò in senatum vniuersum: lymphatis cæco pauore animis, & quia neminem vnum destinare iræ poterant, licentiam in omnes poscentibus, donec Otho, contra decus imperij thoro insistens, precibus & lacrymis ægrè cohibuit. Redieruntque in castra inuiti, neque innocentes. Posterâ die, velut captâ vrbe, clausæ domus, rarus per vias populus, mæsta plebs, deiecti in terram
B militum vultus, ac plus tristitiæ quàm pœnitentiæ. Manipulatim allocuti sunt Licinius Proculus, & Plotius Firmus, præfecti: ex suo quisque ingenio, mitiùs aut horridiùs. Finis sermonis in eo, vt quina millia nummûm singulis militibus numerarentur. Tum Otho ingredi castra ausus. Atque illum tribuni centurionesque circumsistunt, abiectis militiæ insignibus, otium & salutem flagitantes. Sensit inuidiam miles, & compositus in obsequium, auctores seditionis ad supplicium vltrò postulabat. Otho quamquam turbidis rebus, & diuersis militum animis, cùm optimus quisque remedium præsentis licentiæ posceret; vulgus & plures, seditionibus & ambitioso imperio læti, per turbas & raptus faciliùs ad ciuile bellum impellerentur: simul reputans non posse Principatum scelere quæsitum, subitâ modestiâ & priscâ grauitate retineri, sed discrimine vrbis & periculo senatus anxius, postremò ita disseruit. *Neque vt affectus vestros in amorem mei accenderem, commilitones; neque vt animum ad virtutem cohortarer (vtraque enim egregiè superfunt:) sed veni postulaturus à vobis temperamentum vestræ fortitudinis, & erga me modum caritatis.*
C *Tumultus proximi initium, non cupidine vel odio, (quæ multos exercitus in discordiam egêre) ac ne detractatione quidem aut formidine periculorum, nimia pietas vestra acriùs quàm consideratiùs excitauit. Nam sæpè honestas rerum caussas, ni iudicium adhibeas, pernicioſi exitus consequuntur. Imus ad bellum. num omnes nuntios palàm audiri, omnia consilia cunctis præsentibus tractari, ratio rerum, aut occasionum velocitas patitur? Tam nescire quædam milites, quàm scire oportet. Ita se ducum auctoritas, sic rigor disciplinæ habet,* [153] *vt multa, per centuriones tribunosque tantùm, iuberi expediat. Si vbi iubeantur; quærere singulis liceat: pereunte obsequio, etiam imperium intercidit. An & illic nocte intempestâ rapientur arma? Vnus altérve* [154] *perditus ac temulentus (neque enim plures consternatione proximâ insaniſse crediderim) centurionis ac tribuni sanguine manus imbuet? Imperatoris sui tentorium irrumpet? Vos quidem istuc pro me, sed in discursu ac tenebris, & rerum omnium confusione, patefieri occasio etiam aduersus me potest.* [155] *Si Vitellio & satellitibus eius eligendi facultas detur, quem nobis animum, quas mentes imprecentur? quid aliud quàm seditionem & discordiam optabunt? ne miles centurioni, ne centurio tribuno obsequatur:*
D *hinc confusi pedites equitesque, in exitium ruamus. Parendo potiùs, commilitones quàm imperia ducum scisciando, res militares continentur. Et* [156] *fortissimus in ipso discrimine exercitus*

Diffugiunt Senatores.

Cap. 82.

Ipsi omnibus minantur.

Otho precibus ægrè componit:

Et sequenti die argenteis minis.

Castra ingreditur.

Cap. 83.

Insigni mehercules oratione affatur.

Cap. 84.

153. VT MVLTA PER CENTVRIONES.] *Liber Hispanus,* vt multa centuriones tribunosque, *omissâ voculâ. Verissimè. Nam ea Othonis mens est, vt velit quædam imperia centurionibus tantùm tribunisque indicari, non in milites spargi. Florentinus liber habet,* Multa etiam centuriones: *optimè.*

154. PERDITVS AC TEMVLENTVS.] *Puto,* percitus. *Nam ad instinctum quemdam & insaniam (ita statim) refert.*

155. SI VITELLIO ET SATELLITIBVS EIVS.] *Hæc ipsa mouendi ratio ab hostium affectu & voto, vsurpata decenter Homero, Iliad. α.*

Ἦ κεν γηθήσαι Πρίαμος, Πριάμοιό τε παῖδες,
Ἄλλοι τε Τρῶες μέγα κεν κεχαρίατο θυμῷ,
Εἰ σφῶϊν τάδε πάντα πυθοίατο μαρναμένοιϊν.
Ridebit Priamus certè, & Priameia proles,
Atque alij Tröes gaudebunt gaudia magna,
Has inter vos si lites & iurgia norint.

Et cur non ab illo vberi eloquentiæ & sapientiæ fonte sit hic riuus?

156. FORTISSIMI IN IPSO DISCRIMINE.] *Verissima gnome. quæ veteri Græcorum dicto firmatur*

tus est, qui ante discrimen quietissimus. Vobis arma & animus sit; mihi consilium, & virtutis A
vestræ regimen relinquite. Paucorum culpa fuit, duorum pœna erit. Ceteri abolete memoriam fœ-
dissimæ noctis. Nec illas aduersus senatum voces vllus vmquam exercitus audiat. Caput imperij,
& decora omnium prouinciarũ, ad pœnam vocare, non hercle illi, quos cùm maximè [157] *Vitellius*
in nos ciet, Germani audeant. Vlline Italiæ alumni, & Romana verè iuuentus, ad sanguinem &
cædem deposcerent ordinem, cuius splendore & gloriâ, sordes & obscuritatem Vitellianarum
partium perstringimus? Nationes aliquas occupauit Vitellius, imaginem quamdam exercitus ha-
bet: Senatus nobiscum est. Sic fit, vt hinc Resp. inde hostes Reip. consliterint. Quid? vos pulcherri-
mam hanc vrbem, [158] *domibus & tectis, & congestu lapidum, stare creditis? Muta ista & in-*
anima intercidere ac reparari [159] *promiscuè possunt. æternitas rerum, & pax gentium, & mea*
cum vestrâ salus, incolumitate senatus firmatur. Hunc auspicato à parente & conditore vrbis
nostræ institutum, & à regibus vsque ad Principes continuum & immortalem. sicut à maioribus
accepimus, sic posteris tradamus. Nam vt ex vobis senatores, ita ex senatoribus Principes nascun-
tur. Et oratio ad perstringendos mulcendosque militum animos, & seueritatis modus B
(neque enim in plures quàm in duos animaduerti iusserat) gratè accepta, compositique
ad præsens qui coërceri non poterant. [160] Non tamen quies vrbi redierat. strepitus telo-
rum, & facies belli erat: [161] militibus, vt nihil in commune turbantibus, ita sparsis per
domos, occulto habitu, & malignâ curâ in omnes, quos nobilitas aut opes, aut aliqua
insignis claritudo rumoribus obiecerat. Vitellianos quoque milites venisse in vrbem
ad studia partium noscenda, plerique credebant. Vnde plena omnia suspicionum, &
vix secreta domuum sine formidine. sed plurimum trepidationis in publico, vt quem-
que nuntium fama attulisset, animum vultumque conuersi, ne diffidere dubiis, ac pa-
rum gaudere prosperis viderentur. Coacto verò in curiam senatu, arduus rerum om-
nium modus, ne contumax silentium, ne suspecta libertas. Et priuato Othoni nuper,
[162] at-

Cap. 85. *Duo è seditiosis puniti. Romæ omnia suspensa, suspecta.*

Senatus ipse sententiæ anxius.

tur apud Eustathium: Θρασὺς περὶ ἔργα, ἐν πολλῇ κακός. Confidens ante rem, plerumque ignauus. *Aristoteles etiam aptè, in Nicomachæis, lib.* III. Καὶ οἱ μὲν θρασεῖς, προπετεῖς καὶ βουλόμενοι πρὸ τῶν κινδυνίων κινδυνεύειν, ἐν αὐτοῖς δὲ ἀφίσαν). Οἱ δὲ ἀνδρεῖοι, ἐν τοῖς ἔργοις ὀξεῖς, πρότερον δὲ ἡσύχιοι. *id est:* Temerarij quidem, prompti & volentes sunt ante pericula periclitari; sed in ipsis deficiunt: at fortes, in rebus & factis acres, ante quietissimi. *Quem locum nihil absurdum Tacitum adspexisse & expressisse. Sed & Homerus Græcos semper quietos & tacitos facit ante pugnam: iliad.* α.

Οἱ δ' ἄρ' ἴσαν σιγῇ μεμαῶτα πνείοντες Ἀχαιοί.
Iliad. δ.

——— Οἱ δ' ἄλλοι ἀπρεπὲς ἴσαν (οὐδέ κε φαίης
Τόσσον λαὸν ἕπεσθαι ἔχοντ' ἐν στήθεσιν αὐδήν)
Σιγῇ δειδιότες σημάντορας.
Verùm ibant taciti, spirantes robur Achiui.
——— alij taciti ibant (nec dixisses
Hunc tantum populum linguæ vsum aut oris habere:)
Ibant, quisque ducum reuerentes.

Talis & Liuianus Manlius, qui nullâ voce aut minis in Gallum ibat: sed pectus, animorum iræque taci-
tæ plenum, omnem ferociam in discrimen ipsum certaminis distulerat.

157. VITELLIVS IN NOS CIET.] *Locum ab aliis fœdè interpolatum è Vaticano restitui, religiosè seruatâ eius scripturâ: nisi quòd* Audeant *feti, ex* Audiant. *Ne Germani quidem, inquit, illi barbari, quos nunc Vitellius in nos concitat, audeant ad pœnam amplissimum ordinem deposcere: nedum vos Romana suboles. non etiam spreuerim scribere cum Hispano codice*, quis cum maximè: *id est, quis co-*
mitatus maximè Vitellius in nos mouet.

158. DOMIBVS ET TECTIS.] *Tale Augustus in* C
Dione, oratione ad populum, lib. LVI. Ἄνθρωποι γάρ πω πόλις ἐστίν, οὐκ οἰκίαι, οὐδὲ στοαί, οὐδ' ἀγοραὶ ἀνδρῶν κεναί: Viri enim vrbs sunt, non domus, & porticus, aut fora hominum vacua.

159. PROMISCVE POSSVNT.] *Budensis codex,* promiscua sunt: *itémque Florentinus, in quo* promiscua sunt. *quod Hellenismo quodam retineri posse, imò debere, assentior Rhenano. Sed velim amplius,* inanima, *rescribi, paullo antè.*

160. NON TAMEN QVIES VRBI.] *Lectionem hanc & distinctionem à libris priscis non potui quin anteferrem vulgatæ, aut coniecturis aliorum parum firmis.*

161. MILITIBVS SPARSIS PER DOMOS.] *Turbarunt me verba, quæ iam capio. Significat enim mi-* D
lites in plebeiâ aut pacatâ veste, sine gladiis, domos perlustrasse, sermones excepisse aduersus Principem aut statum præsentem. Arrianus eum morem mihi suggerit, Dissertation. Epicteti libro IV. *cap. vltimo.* Οὕτω νῦν ὑπὸ τῆς στρατιᾶς ἐν Ῥώμῃ οἱ προπετεῖς λαμβάνονται. Παρασκευάθική σοι στρατιώτης ἐν σχήματι ἰδιωτικῷ, νῦν ἀρξάμενος κακῶς λέγειν τῶν Καίσαρα, εἶτα σὺ ὥσπερ ἐνέχυρον παρ' αὐτὸν λαβὼν τῆς πίστεως τὸν αὐτὸν δὴ λοιδορίας κατῆρχθαι, λέγεις καὶ αὐτὸς ὅσα φρονεῖς. Εἶτα δεθείς, ἀπαγη. *id est:* Hoc modo Romæ circumueniuntur à militibus isti procliuis linguæ & effusi. Adsedit miles tibi quispiam, habitu priuati. is malè loqui de Cæsare incipit: tu tamquam pignus fidei id arripiens quod cœpit prior, ipse quoque effutis quidquid sentis. Deinde vinctus, abduceris. *Et hoc sine præsertim milites, qui Frumentarij dicti. De quo aliâs.*

162. ATQVE

A [162] atque eadem dicenti, nota adulatio. Igitur versare sententias, & huc atque illuc torquere; hostem & parricidam Vitellium vocantes. Prouidentissimus quisque, vulgaribus conuitiis; quidam, vera probra iacere, in clamore tamen, & vbi plurimæ voces, aut tumultu verborum sibi ipsi obstrepentes. Prodigia insuper terrebant, diuersis auctoribus vulgata. In vestibulo Capitolij omissas habenas bigæ, cui Victoria insiterat, erupisse cellâ Iunonis; maiorem humanâ speciem. statuam diui Iulij, in insulâ Tiberini amnis, sereno & immoto die, ab Occidente in Orientem conuersam. prolocutum in Ethruriâ bouem. insolitos animalium partus. & plura alia, rudibus sæculis, etiam in pace obseruata, quæ nunc [163] tantùm in metu audiuntur. Sed præcipuus, & cum præsenti exitio, [164] etiam futuri pauor, subitâ inundatione Tiberis: qui immenso auctu, prorupto ponte Sublicio, ac strage obstantis molis refusus, non modò iacentia & plana vrbis loca, sed secura huiusmodi casuum impleuit. Rapti è publico plerique, plures in tabernis & cubilibus intercepti. Fames in vulgus, inopia quæstus, & penuria alimentorum, corrupta stagnan-
B tibus aquis insularum fundamenta; dein remeante flumine dilapsa. Vtque primùm vacuus à periculo animus fuit; id ipsum, quod paranti expeditionem Othoni, campus Martius & via Flaminia iter belli esset obstructum, à fortuitis vel naturalibus caussis, in prodigium & omen imminentium cladium vertebatur. Otho, lustratâ vrbe, & expensis belli consiliis, quando Peninæ Cottiæque alpes, & ceteri Galliarum aditus Vitellianis exercitibus claudebantur, Narbonensem Galliam aggredi statuit, classe validâ & partibus fidâ, quòd reliquos cæsorum ad pontem Miluium, & sæuitiâ Galbæ in custodiam habitos, [165] in numerum legionis composuerat. facta & reliquis spes honoratioris in posterum militiæ. Addidit classi vrbanas cohortes, & plerosque è prætorianis, [166] vires & robur exercitus, atque ipsis ducibus consilium & custodes. Summa expeditionis Antonio Nouello, Suedio Clementi primipilaribus, Æmilio Pacensi, cui ademptum à Galba Tribunatum reddiderat, permissa. Curam nauium Oscus libertus retinebat, ad obseruandam honestiorum fidem [167] inuitatus. Peditum equitumq; copiis Suetonius Paullinus, [168] Marius Celsus, Annius Gallus, rectores destinati. Sed plurima fides
C Licinio Proculo prætorij præfecto. Is vrbanæ militiæ impiger, bellorum insolens, auctoritatem Paullini, vigorem Celsi, maturitatem Galli, vt cuique erat, criminando, quod facillimum factu est, prauus & callidus, bonos & modestos anteibat. Sepositus per eos dies Cornelius Dolabella in coloniam Aquinatem, neque artâ custodiâ, neque obscurâ: nullum ob crimen, sed vetusto nomine, & [169] propinquitate Galbæ monstratus. Multos è magistratibus, magnam consularium partem, Otho, non participes aut ministros bello, sed comitum specie, secum expedire iubet. In quîs & L. Vitellium, eo-
dem

Ne hunc illúmve offenderent. Cap. 86. *Cladium Romæ signa.* *Tiberis inundat.* Cap. 87. *Otho prouinciam statuit aggredi: Iádq; classe.* *Duces expeditionis.* *Licinius Proculus: Calúmniárum sartor.* Cap. 88. *Dolabella relegatus.* *Otho Senatores ad bellum ducit.*

162. ATQVE EADEM DICENTI, NOTA ADVLATIO.] *E Vatic. ita restituimus, voce vnâ additâ, & alterâ mutatâ. Difficilis, inquit, in Senatu rerum omnium modus. Taceres? silentium pro contumaciâ esset. Diceres liberè & censeres? inuisa libertas. Ad* D *gratiam loquerêre? non faceres fidem: quia priuatus nuper Otho, peritus harum artium, & ijsdem adulationibus exercitus.*

163. TANTVM IN METV AVDIVNTVR.] *Quippe hoc ingenium vulgi, tunc conuerti ad religiones, & monstra obseruare aut fingere. Claudianus appositè, De bello Getico:*

Vtque est ingenioque loquax, & plurima fingi
Permittens crediq; Timor: nunc somnia vulgò
Narrari, tunc monstra deûm, monitusq; sinistri.

Propiusq; ad Tacitum:

Et si quod fortasse Quies neglexerat omen,
Addit cura nouis.

164. ETIAM FVTVRI PAVOR:] *Is enim, vt ait Plinius,* vates quodammodò intellegitur ac monitor, auctu semper religiosus.

165. IN NVMERVM LEGIONIS.] *Hispanus codex,* numero: *Romana editio & Florentinus,* numeros. *quod rectum hîc est, intellegendiq; numeri militares, de quibus iam prædixi.*

166. VIRES ET ROBVR.] *A coniecturâ nostrâ est. libri enim omnes,* è prætorianis viris, vt robur exercitus. *parum aptè.*

167. INVITATVS.] *Vox,* Inuitatus, *suspecta. quidam libri,* Imitatus, *alij,* immutatus. *Faernus,* initio datus.

168. MARIVS CELSVS, ANNIVS GALLVS, RECTORES DESTINATI.] *Liber Couarruuiæ,* rectores constituti. *Vtrumque spurium: & sententia sine eo constat.*

169. PROPINQVITATE GALBÆ:] *Quo vinculo, nescio: sed ipsi Galbæ suspectum Dolabellam de imperio, in Suetonij Galbâ, cap* XII. *obseruo. Scribit & Plutarchus, cùm de successore Galbæ deliberaret,* amicos partim Dolabellæ, plures Othoni studuisse. *Non ergo mirum, Othoni nunc suspectum, & à Vitellio mox interfectum.*

170. PA-

dem quo ceteros cultu, nec vt Imperatoris fratrem, nec vt hostis. Igitur motæ vrbis curæ, A
Sed hercules imbelles. nullus ordo metu aut periculo vacuus. Primores senatus ætate inualidi, & longâ pace desides; segnis & oblita bellorum nobilitas; ignarus militiæ eques: quanto magis occultare ac abdere pauorem nitebantur, manifestiùs pauidi. Nec deerant è contrario, qui ambitione stolidâ, conspicua arma, insignes equos, quidam luxurioſos apparatus conuiuiorum, & irritamenta libidinum, vt instrumenta belli mercarentur. Sapientibus quietis & Reip. cura: leuissimus quisque, & futuri improuidus, spe vanâ tumens. Multis afflicta
Cap. 89. *Plebs belli incommoda sentit.* fides in pace, ac turbatis rebus alacres, & per incerta tutissimi. Sed vulgus & magnitudine nimiâ communium curarum expers populus, sentire paulatim belli mala, conuersâ in militum vsum omni pecuniâ, intentis alimentorum pretiis: quæ motu Vindicis, haut perinde plebem attriuerant, securâ tum vrbe, & prouinciali bello, quod inter legiones Galliasque velut externum fuit. Nam, ex quo diuus Augustus res Cæsarum com-
Diuorum expers. posuit, procul & in vnius solicitudinem aut decus, populus Romanus bellauerat. Sub Tiberio & Caio, tantum [170] pacis aduersa pertimuere: Scriboniani contra Claudium B incepta, simul audita & coërcita: Nero nuntiis magis & rumoribus, quàm armis depulsus: tum legiones classesque, & quod rarò aliàs, prætorianus vrbanusque miles, in aciem deducti. Oriens Occidensque & quidquid vtrimque virium est à tergo: sub ducibus aliis si bellatum foret, longo bello materia. Fuere, qui proficiscenti Othoni moras religionemque [171] nondum conditorum ancilium afferrent. Aspernatus omnem contationem, vt Neroni quoque exitiosam: & Cæcina, iam alpes transgressus, exstimulabat.
Ancilium conditio.

Cap. 90. *Otho proficiscitur: Concione prius habitâ.* Pridie Idus Mart. commendatâ patribus Rep. reliquias Neronianarum sectionum nondum in fiscum conuersas, reuocatis ab exsilio concessit: iustissimum donum, & in speciem magnificum, sed [172] festinatâ exactione, vsu sterile. Mox vocatâ concione, maiestatem vrbis, & consensum populi ac senatus pro se attollens, aduersum Vitellianas partes modestè disseruit. inscitiam potiùs legionum, quàm audaciam increpans, nullâ
Quam cautè composuit. Vitellij mentione. siue ipsius ea moderatio, seu scriptor orationis sibi metuens, contu- C
Galerius Trachalus. meliis in Vitellium abstinuit: quando, vt in consiliis militiæ Suetonio Paullino & Mario Celso, ita in rebus vrbanis Galerij Trachali ingenio Othonem vti credebatur. & erant qui genus ipsum orandi noscerent, crebro fori vsu celebre, & ad implendas populi aures, latum & sonans. Clamor vocesque vulgi, ex more adulandi, nimiæ & falsæ. quasi dictatorem Cæsarem, aut Imperatorem Augustum prosequerentur, ita studiis votisque certabant. nec metu aut amore, [173] sed ex libidine seruitij, vt in familiis, priuata cuique stimulatio, & vile iam decus publicum. Profectus Otho, quietem vrbis curasque imperij, Saluio Titiano fratri permisit.

170. PACIS ADVERSA PERTIMVERE.] *Fallor, aut hoc rectum: etsi à mente tantùm nostrâ, sine libris. Nam illi omnes voce auctiores*, aduersa reip. pertimuêre. *quam nos tamen supereſſe censemus, imò sententiam perdere.*

171. NONDVM CONDITORVM ANCILIVM.] *Mitto te ad ea quæ scripsi olim lib.* V. *Antiq. Lection. cap.* XVI. *Quibus adtexi velim Ouidij locum lib.* III. *Fastorum:*

Arma mouent pugnam: pugna est aliena maritis.
Condita cùm fuerint, aptius omen erit.

quibus versibus vult Poëta ne coniugium quidem dextro pede adiri, cùm mota sunt ancilia, sed cùm condita. Festus autem ostendit etiam alios aliquot dies fuisse, quibus Romani tenuerint se ab armis: Præliares dies, *inquit*, quibus fas est hostem bello lacessere. erant enim quædam feriæ publicæ, quibus nefas erat id facere.

172. FESTINATA EXACTIONE.] *Nempe ab ipsis qui fisco præerant: qui festinantes, & vt in talibus, diffidentes exegerant vel ante diem: pactione etiam* D *aliquâ aut remissione. Itaque pro hac sententiâ, benè Floren. & quidam libri*, festinatâ iampridem exactione: *additâ significanter voce.*

173. SED EX LIBIDINE SERVITII, VT IN FAMILIIS.] *Verius clariusque distinxeris*, seruitij. Vt in familiis, &c.

C. COR-

A

C. CORNELII TACITI
AB EXCESSV NERONIS
HISTORIAR. LIBER II.
BREVIARIVM LIBRI.

B ITVS *Vespasianus Romam missus ad gratulandum Galbæ, cæde eius auditâ, substitit. Paphiam Venerem adit, & de futuris eam consulit. Læta omnia & magna accipit. Ad patrem redit. qui belli consilia agitat. sed bellum ipsum in occasionem differt. Falsus Nero detegitur, & capitur. Othonis copiæ, & duces; & classis eius in Galliam Narbonensem irruptio. In Corsicâ motus aliquis temeritate procuratoris. Cæcina Italiam intrat, Placentiam oppugnat, sed cum infamiâ & strage repulsus. Insidias paullò pòst Othonianis locat, sed eæ quoque in ipsum vertêre. Valens Ticinum venit. seditio ibi in eum militum. Quâ compositâ, Cæcinæ rapido agmine iungitur. Otho eo nuntio accepto, de summâ belli deliberat. trahi id melius; an fortunam experiri præstaret. Postremum pessimumque consilium præfert. Ita haut procul Bedriaco pugnatum. victi Othoniani: non tamen fracti. Sed Otho auersus à consilijs belli, mortem elegit. quam tam fortiter exsequitur, quàm noster facundè narrat. Post mortem eius, seditio militum & impetus in Vergínium. Senatorum etiam periculum, falso quodam nuntio. Albinus in Africâ victus, & eæ prouinciæ Vitellio adiunctæ. Quid in Italiâ Vitellius egerit, & legiones cohortesque victas quomodo distraxerit: non sine acri tumultu apud Ticinum. At in Syriâ Vespasianus & Mucianus seriò iam de bello deliberant. huius egregia ad illum oratio. Quâ persuasus Vespasianus imperium suscipit. legiones in nomen eius iurant. præterque Orientales, Mœsici & Pannonij etiam transeunt in partes. Vitellius intereà magno & minaci agmine vrbem intrat. Popularia multa vsurpat. Consilia item eius paratusque de bello. Gesta eodem anno, consulibus tamen alijs suffectis.*

C

STRVEBAT iam fortuna, in diuersâ parte terrarum, initia causasque imperio: [1] quod variè ortum, lætum Reip. aut atrox, ipsis Principibus prosperum, aut exitio fuit. Titus Vespasianus è Iudæâ, incolumi adhuc Galbâ, [2] missus à patre, caussam profectionis officium erga Principem, & maturam petendis honoribus iuuentam ferebat. Sed vulgus fingendi auidum, dispersrat, accitum in adoptionem. materia sermonibus, senium & orbitas Principis, & intemperantia ciuitatis, donec vnus eligatur, multos destinandi. Augebat famam, ipsius Titi ingenium quantæcumque fortunæ capax, decor oris cum quadam maiestate, prosperæ Vespasiani res, præsaga responsa, & inclinatis ad credendum animis, loco omnium etiam fortuna. Vbi Corinthi, Achaiæ vrbe, certos nuntios

Cap. 1.

Titus ad Galbam missus:

Vulgi spe futurus Princeps.

Eius laus.

D

NOTÆ.

1. QVOD VARIE ORTVM.] *Non suspicabar de mendo, absque Vaticano fuisset. cuius lectio diuersa coëgit me acriùs paullò intueri. Nam in eo,* vari aborte, *scriptum. Et hercules vulgata inepta & exsensa. quid enim est, variè ortum esse imperium Vespasiani? Imò vnus & certus illius ortus. Scribo ex vestigijs illis priscis,* quod variâ sorte. *Atque ita est. imperium Vespasianorum, felix reip. & infelix, itémque ipsis Principibus fuit.*

2. MISSVS A PATRE.] *Quâ de re ita Hegesippus* IV. Sententiam noui Principis (*Galbæ*) de bello Iudaico scisciatari Vespasiano consilium fuit. misitque Titum filium, & regem Agrippam. Titus de Achaiâ reuertit, comperto quòd Galba occisus: Agrippa Romam contendit.

Galbam occisum audit. Deliberat an pergeret:

nuntios accepit de interitu Galbæ, & aderant qui arma Vitellij bellumque affirmarent: A anxius animo, paucis amicorum adhibitis, cuncta vtrimque perluſtrat. Si pergeret in vrbem; nullam officij gratiam, in alterius honorem ſuſcepti: ac ſe Vitellio, ſiue Othoni, obſidem fore. Sin rediret; offenſam haut dubiam victoris. ſed incertâ adhuc victoriâ, & concedente in partes patre, filium excuſaturum. Sin Veſpaſianus Remp. ſuſciperet; obliuiſcendum * infenſarum, de bello agitantibus. His ac talibus inter ſpem metumque iactatum, ſpes vicit. Fuere qui accenſum deſiderio Berenices reginæ, vertiſſe iter crederent. Neque abhorrebat à Berenice iuuenilis animus: ſed gerendis rebus nullum ex eo impedimentum. lætam voluptatibus adoleſcentiam egit, ſuo quàm patris imperio modeſtior. Igitur oram Achaiæ, & Aſiæ, ac læua maris * præteruectus, Rhodum & Cyprum inſulas, inde Syriam audentioribus ſpatijs petebat. Atque illum cupido inceſſit, adeundi viſendique templum Paphiæ Veneris, inclytum per indigenas aduenaſque. Haut fuerit longum initia religionis, templi ſitum, formam deæ, neque enim alibi ſic habetur, paucis differere. Conditorem templi [3] regem Aëriam vetus memoria, quidam ipſius deæ nomen id perhibent. Fama recentior tradit, à Cinarâ ſacratum templum, deamque ipſam conceptam mari, huc appulſam. Sed ſcientiam artemque haruſpicum accitam, & Cilicem Thamyram intuliſſe. Atque ita pactum, vt familiæ vtriuſque poſteri cæremonijs præſiderent. Mox ne honore nullo regium genus peregrinam ſtirpem antecelleret, ipsâ quam intulerant ſcientiâ hoſpites ceſſere. Tantùm Cinarades ſacerdos conſulitur. Hoſtiæ [4] vt quiſque vouiſſet, mares diliguntur. Certiſſima fides hædorum fibris. Sanguinem aræ offundere vetitum. precibus & igne puro altaria adolentur, nec vllis imbribus quamquam in aperto madeſcunt. Simulacrum deæ non effigie humanâ, [5] continuus orbis latiore initio tenuem in ambitum metæ modo exſurgens. Et ratio in obſcuro. Titus ſpectatâ opulentiâ doniſque regum, quæque alia lætum antiquitatibus Græcorum genus incertæ vetuſtati affingit, de nauigatione primum conſuluit. Poſtquam pandi viam, & mare proſperum accepit, de ſe per ambages interrogat, cæſis compluribus hoſtijs. Soſtratus, ſacerdotis id nomen erat, vbi læta & congruentia exta, magniſque conſultis annuere deam videt, pauca in præſens & ſolita reſpondens, petito ſecreto futura aperit. Titus aucto animo ad patrem peruectus, ſuſpenſis prouinciarum & exercituum mentibus, [6] ingens rerum [fiducia] acceſſit. [7] Profligauerat bellum Iudaicum Veſpaſianus, oppugnatione Hieroſolymorum reliquâ; duro magis & arduo opere [8] ob ingenium gentis & peruicaciam ſuperſtitionis, quàm quòd ſatis virium obſeſſis ad tolerandas neceſſitates ſupereſſet. Tres, vt ſuprà memorauimus, ipſi Veſpaſiano legiones erant, exercitæ bello: quattuor [9] Mucianus obtinebat in pace. Sed æmulatio & proxi-

** Vat. offenſarum,*

Cap. 2.

Sed reſiſtit, & flectit iter.

** Vat. præfectus,*

Veneris Paphiæ templum adit.

Cap. 3.

Quis id condiderit.

Ritus ibi ſacrorum.

Deæ ipſius informe ſignum.

Cap. 4.

Titus à ſacerdote futura diſcit.

Ad patrem redit.

Eius vires & copiæ.

B

C

D

3. REGEM AERIAM.] *Libri ſcripti aut* Veriannum *hunt nominant, aut* Venerianum. *Pro vulgatâ lectione tamen Tacitus ipſe in Annalibus eſt, libro* III. Exin Cypri tribus delubris: quorum vetuſtiſſimum Paphiæ Veneri, Aërias auctor, pòſt filius eius Amathus, *&c. Aegyptum ipſam olim Aëriam dictam fuiſſe, Iſidoro alibi traditum eſt & Agellio. Alciatus hîc mauult,* Vranium. *De Cinarâ autem, quod ſequitur, Homerus, Plutarchus, Athenæus, Arnobius, aliíq; meminere.*

4. VT QVISQVE VOVISSET.] *Pichena ex veſtigijs Florentini libri:* vt quiſque vouit, ſed mares.

5. CONTINVVS ORBIS LATIORE INITIO.] *Tyrius Maximus:* Venus à Paphiis colitur, cuius ſimulacrũ nulli rei magis aſſimile, quàm albæ pyramidi.

6. INGENS RERVM FIDVCIA.] *Suſpicabar*, ingens rerum, *voce ſe ſequenti reiectâ. Sed Pichena ſagacitter ſenſum eruit,* Ingens rerum fiduciâ (*ſexto caſu*) *quam ex oraculo conceperat. Audiamus.*

7. PROFLIGAVERAT BELLVM.] *Paullò aliter profligandi verbo vſus, quàm placuit Agellio lib.* XV. *Noctium. qui in totâ eâ re vereor vt caliget. Ni ita eſt; barbarè etiam locutus ſit Auguſtus in Ancyrano lapide:* CEPTA. PROFLIGATAQVE. OPERA. A. PATRE. MEO. PERFECI. *quod exemplum rigidè & ex diametro cum Agellij notâ pugnat.*

8. OB INGENIVM GENTIS.] *Nam peruicaces ſcilicet, & cedere neſcij Iudæi. Tamen in Florentino eſt,* ingenium montis: *& ſcimus Hieroſolyma in arduo ferè ſita.*

9. MVCIANVS.] *Ita vbique præpotentis huius hominis nomen ſcripſi. Græci ſuadent, qui* Μουκιανὸν *appellant: & lapides, in quibus C. media, non T. ſemper ſculptum. vt in illo Romæ:* L. ANNIO. FABIANO. M. NONIO. MVCIANO. COS. *Multa etiam huius mentio in Plinio, qui Licinium ei nomen addit, & titulum ferè ter conſulis, lib.* XII. Licinius Mucianus ter cos. & nuper Lyciæ prouinciæ legatus. *Libro* XXXII. *de oſtrearum præſtantiâ:* Dicemus, *inquit,* alienâ linguâ, quæque peritiſſima huius cenſuræ in noſtro æuo fuit. Sunt ergo Muciani verba quæ ſubiiciam. *Et ſæpè aliàs: oſtenditq; doctum & amœni ingenij fuiſſe, ſed mollem, fractum, & alterum velut Mæcenatem.*

10. ET

A proximi exercitus gloria repulerat ſegnitiam. Quantumque illis roboris diſcrimina & labor, tantum his vigoris addiderat integra quies, [10] & inexpertus belli labor. auxilia vtrique cohortium alarumque, & claſſes regeſque, ac nomen diſpari famâ celebre. Veſpaſianus acer militiæ, anteire agmen, locum caſtris capere, noctu diuque conſilio, ac ſi res poſceret, manu hoſtibus obniti, cibo fortuito, veſte habituque vix à gregario milite diſcrepans, prorſus, ſi auaritia abeſſet, antiquis ducibus par. Mucianum è contrario magnificentia & opes, & cuncta priuatum modum ſupergreſſa extollebant. aptior ſermone, diſpoſitu, prouiſuque, ciuilium rerum peritus. egregium Principatus temperamentum, ſi demptis vtriuſque vitijs, ſolæ virtutes miſcerentur. Ceterùm hic Syriæ, ille Iudææ præpoſitus, vicinis prouinciarum adminiſtrationibus inuidiâ diſcordes, exitu demum Neronis, poſitis odijs in medium conſuluere. primùm per amicos; dein præcipua concordiæ fides Titus, praua certamina communi vtilitate aboleuerat. naturâ atque arte compoſitus alliciendis etiam Muciani moribus. Tribuni centurioneſque, & vulgus militum, induſtriâ, licentiâ, per virtutes, per voluptates, vt cuique ingenium, adſciſce-

B bantur. Antequam Titus aduentaret, ſacramentum Othonis acceperat vterque exercitus, præcipitibus, vt aſſolet, nuntijs, & tardâ mole ciuilis belli, quod longâ concordiâ quietus Oriens, tunc primùm parabat. Namque olim validiſſima inter ſe ciuium arma, in Italiâ, Galliáve, viribus Occidentis cœpta. Et Pompeio, Caſſio, Bruto, Antonio, quos omnes trans mare ſecutum eſt ciuile bellum, haut proſperi exitus fuerant. Auditique ſæpiùs in Syriâ Iudæaque Cæſares quàm inſpecti. Nulla ſeditio legionum; tantum aduerſus Parthos minæ vario euentu. Et proximo ciuili bello, turbatis alijs, inconcuſſa ibi pax: dein fides erga Galbam. Mox vt Othonem ac Vitellium ſceleſtis armis res Romanas raptum ire, vulgatum eſt, ne penes ceteros imperij præmia, penes ipſos tantùm ſeruitij neceſſitas eſſet, fremere miles, & vires ſuas circumſpicere. Septem legiones ſtatim & cum ingentibus auxilijs Syria Iudæaque: inde continua Ægyptus, [11] duæque legiones: hinc Cappadocia Pontuſque, & quidquid caſtrorum Armenijs prætenditur. Aſia, & ceteræ prouinciæ, nec virorum inopes, & pecuniæ opulentæ. quantum inſula-

C rum mari cingitur, & parando interim bello [12] ſecluſum tutumque ipſum mare. Non fallebat duces impetus militum. Sed bellantibus alijs placuit exſpectari bellum, [13] cùm in victores victoſque numquam ſolida fides coaleſceret. Nec referre Vitellium an Othonem ſuperſtitem fortuna faceret. Rebus ſecundis etiam egregios duces inſoleſcere. diſcordiam his, ignauiam, luxuriem. & ſuiſmet vitijs, alterum bello, alterum victoriâ periturum. Igitur arma in occaſionem diſtulere, Veſpaſianus Mucianuſque [14] nuper, ceteri olim mixtis conſilijs, optimus quiſque amore Reip. Multos dulcedo prædarum ſtimulabat; alios ambiguæ domi res. Ita boni malique, cauſſis diuerſis, ſtudio pari, bellum omnes cupiebant. Sub idem tempus Achaia atque Aſia falsò exterritæ, velut Nero adueuta-

Ingenium & mores.

Muciani item mores:

Qui Syriæ Præſes.

Orientales legiones Othoni iurauerant:

Haud prona ad res nouas.

Niſi quòd in communi hoc tumore intumeſcunt. Erecta ſuis viribus.

Veſpaſianus tamen bellum prolatat.

Falſus Nero in Aſiâ.

10. ET INEXPERTVS BELLI LABOR.] *Redundare vox* labor *videtur, & inculcata huc è priore verſu. Legam,* & inexpertis belli. *Ita ſuprà:* pacis

D artibus, belli inexpertus.

11. DVÆQVE LEGIONES.] *Paullo aliter hoc olim. Nam C. Cæſar, Aegypto deuictâ, tres in eâ legiones reliquit. Auctor Suetonius in Iul. cap.* LXXVI. *Auguſtus eum numerum retinuit, imò & Tiberius: ſub quo Strabo ſanè vixit, & hæc ſcripſit lib.* XVII. Εἰσὶ δὲ (*in Aegypto*) ξία τάγματα· ὧν τὸ ἓν καὶ ἐν πόλιν ἵδρυ), τ' ἄλλα δ' ἐν τῇ χώρᾳ. Sunt tres Legiones: quarum vna in vrbe agit, reliquæ in ipsâ regione. *Sed Tiberius tamen non in longum. Anno enim imperij eius nono, Tacitus clarè duas saltem legiones Aegypto adtribuit: vti & hîc. Libro* IV. Cetera Africæ per duas legiones, parique numero Ægyptus. *Obſerua ergo obiter, paullò certius de Strabonis ſcriptione, quam vides eum deſiiſſe antè hunc nonum Tiberiani imperij annum. Addo, Egeſippum etiam de duabus hîc legionibus aſſentiri Tacito, lib.* IV. Eſſe etiam illic duos ordines militarium virorum, quos ſibi adiungere Veſpaſianus properauit.

12. SECLVSVM TVTVMQVE.] *Vatic. Flor. & Romana editio,* ſecundum tutumque. *quod approbo.*

13. CVM IN VICTORES VICTOSQVE.] *Rodolphus & priſca item editio,* cum victoribus victos numquam ſolidâ fide coaleſcere. *At totum locum libentius nunc cum Pichenâ, legam:* exſpectari belli exitum. victores victoſque numquam, *&c.*

14. NVPER, CETERI OLIM.] *Locus ſubobſcuræ ſententiæ, imò incertæ. Rodolphus legiſſe dicitur,* nuper Titi operâ mixtis conſiliis. *ſententiâ nihil aberrante; vereor tamen vt propriâ quadam lectione, non à libris. An* ceteros *intelligimus, amicos & familiares Veſpaſiani? qui iamdiu cum eo ſpem conceperant imperij, & de eo locuti erant? Diu ſanè ſpem conceptam, idque ob omina multa & clara, Suetonius Veſpaſ. cap.* V.

uentaret: vario super exitu eius rumore, eoque pluribus viuere eum fingentibus, credenA
tibusque. Ceterorum casus conatusque in contextu operis dicemus. Tunc seruus è Ponto, siue, vt alij tradidere, libertinus ex Italiâ, citharæ & cantus peritus (vnde illi super si-
Qui reliquias colligit. militudinem oris propior ad fallendum fides) adiunctis desertoribus, quos inopiâ vagos ingentibus promissis corruperat, mare ingreditur: ac vi tempestatum [15] Scithinum insulam detrusus, & militum quosdam ex Oriente commeantium adsciuit, & abnuentes interfici iussit, & spoliatis negotiatoribus, mancipiorum valentissimum quemque armauit. Centurionemque Sisennam dextras, concordiæ insignia, Syriaci exercitus nomine ad prætorianos ferentem, varijs artibus aggressus est: donec Sisenna clàm relictâ insulâ, trepidus & vim metuens aufugeret. inde latè terror, multis ad celebritatem nominis erectis, rerum nouarum cupidine & odio præsentium. Glisscentem in dies famam sors discussit. Galatiam ac Pamphyliam prouincias, Calpurnio Asprenati regendas Galba permiserat. Datæ è classe Misenensi duæ triremes ad prosequendum, cum quibus Scithinum insulam tenuit. Nec defuere qui trierarchos nomine Neronis accirent. Is in mæstitiam compositus, & fidem suorum quondam militum inuocans, vt eum in B
Syriâ aut Ægypto sisterent orabat. Trierarchi nutantes, seu dolo, alloquendos sibi mili-
Sed opprimitur ab Asprenate. tes, & paratis omnium animis reuersuros firmauerunt. Sed Asprenati cuncta ex fide nuntiata. cuius cohortatione expugnata nauis, & interfectus quisquis ille erat. Corpus insigne oculis comaque & toruitate vultus, in Asiam, atque inde Romam peruectum est. In ciuitate discordi, & ob crebras Principum mutationes inter libertatem ac licen-
Vibius Crispus Annium accusat. tiam incertâ, paruæ quoque res magnis motibus agebantur. Vibius Crispus pecuniâ, potentiâ, ingenio inter claros magis quàm inter bonos, Annium Faustum equestris ordinis, qui temporibus Neronis delationes factitauerat, ad cognitionem senatus vocabat. Nam recens Galbæ principatu censuerant patres, vt accusatorum caussæ noscerentur. Id senatusconsultum variè iactatum, & prout potens vel inops reus inciderat, infirmum
** retinebatur adhuc. Terrore.* aut validum * retinebatur. Ad hæc terrore & propriâ vi Crispus incubuerat delatorem fratris sui peruertere: traxeratque magnam senatus partem, vt indefensum & inauditum dedi ad exitium postularent. Contrà apud alios nihil æquè reo proderat quàm nimia po- C
tentia accusatoris: dari tempus, edi crimina, quamuis inuisum ac nocentem, more tamen audiendum censebant. Et valuere primò, dilataque in paucos dies cognitio. mox
Et damnat: damnatus est Faustus, nequaquam eo assensu ciuitatis, quem pessimis moribus meruerat. quippe ipsum Crispum eadem accusationes cum præmio exercuisse meminerant.
Ipse tamen eiusdem criminis damnandus. Nec pœna criminis, sed vltor displicebat. Læta interim Othoni principia belli, motis ad
Auxilia Othoni adfluunt. imperium eius è Dalmatiâ Pannoniaque exercitibus. Fuere quattuor legiones, è quibus bina millia præmissa. Ipsæ modicis interuallis sequebantur: septima à Galbâ conscripta: veteranæ, vndecima ac tertiadecima, & præcipui famâ Quartadecumani, rebel-
Quartadecima, veterana & laudata legio. lione Britanniæ compressâ. Addiderat gloriam Nero, eligendo vt potissimos. Vnde longa illis erga Neronem fides, & erecta in Othonem studia. Sed quo plus virium ac roboris, è fiduciâ tarditas inerat. agmen legionum, alæ cohortesque præueniebant. Ex ipsâ
Copiæ vrbicæ. vrbe haut spernenda manus, quinque prætoriæ cohortes, & equitum vexilla cum legione primâ, ac deforme insuper auxilium, duo millia gladiatorum, sed per ciuilia arma D
Annius Gallus & Spurinna ijs duces. etiam seueris ducibus vsurpatum. His copijs rector additus Annius Gallus, cum Vestricio Spurinnâ ad occupandas Padi ripas præmissus: quoniam prima consiliorum frustrà ceciderant, transgresso iam alpes Cæcinâ, quem sisti intra Gallias posse speraverat. Ipsum Othonem comitabantur speculatorum lecta corpora, cum ceteris prætorijs cohortibus, [16] veterani è prætorio, classicorum ingens numerus. Nec illi segne aut corruptum

15. SCITHINVM INSVLAM.] *Farnes.* Cynthum. *Vatic.* Scithinum. *Vera lectio,* Cythnum: *quomodo aiunt legi in Florentino. quæ insula iuxta Atticam sub Eubœâ. Plinio nominatur lib.* IV. *& Ptolemæo dicitur* Κύθνος. *Philoni etiam in Flaccum sic dicitur, & iuxta Ceam collocatur. In Zonarâ non rectè scriptum, hunc falsum Neronem in traiectu Cydni amnis interfectum: decepitq. eum adfinitas hæc vocum.*

16. VETERANI E PRÆTORIO.] *Superesse videantur hæ voces. Præmisit enim tam nunc de prætorijs omnibus cohortibus: qui igitur isti amplius è prætorio? Sed non supersunt. Distinguit enim à cohortibus Veteranos. rectè. quia exauctoratos*

A ruptum luxu iter. sed loricâ ferreâ vsus, & ante signa pedester, horridus, incomtus, famæque dissimilis. Blandiebatur cœptis fortuna, possessâ per mare & naues maiore Italiæ parte, penitus vsque ad initium maritimarum alpium. [17] quibus tentandis, aggrediendæque prouinciæ Narbonensi, Suedium Clementem, Antonium Nouellum, Æmilium Pacensem duces dederat. Sed Pacensis per licentiam militum * victus; Antonio Nouello nulla auctoritas; Suedius Clemens ambitioso imperio regebat. vt aduersus modestiam disciplinæ corruptus, ita præliorum auidus. [18] Non Italia adiri, nec loca sedesque patriæ videbantur: tamquam externa litora, & vrbes hostium vrere, vastare, rapere: eò atrociùs, quòd nihil vsquam prouisum aduersum metus. pleni agri, apertæ domus. occursantes domini iuxta coniuges & liberos, securitate pacis, & belli malo circumueniebantur. Maritimas tum alpes tenebat procurator Marius Maturus. Is concitâ gente, (nec deest iuuentus) arcere prouinciæ finibus Othonianos intendit. Sed primo impetu cæsi disiectique montani, vt quibus temerè collectis, non castra non ducem no-
B scitantibus, neque in victoriâ decus esset, neque in fugâ flagitium. Irritatus eo prælio Othonis miles, vertit iras in municipium [19] Albium Intemelium. quippe in acie nihil prædæ, inopes agrestes, & vilia arma: nec capi poterant, pernix genus, & gnari locorum. sed calamitatibus insontium expleta auaritia. Auxit inuidiam præclaro exemplo femina Ligus, quæ filio abdito, cùm simul pecuniam occultari milites credidissent, eoque per cruciatus interrogarent vbi filium occuleret, vterum ostendens, latêre respondit. Nec vllis deinde * [20] tortoribus, aut morte, constantiam vocis egregiæ mutauit. Imminere prouinciæ Narbonensi, in verba Vitellij adactæ, classem Othonis, Fabio Valenti trepidi nuntij attulere. Aderant legati coloniarum, auxilium orantes. Duas Tungrorum cohortes, quattuor equitum turmas, vniuersam Treuerorum alam, cum Iulio Classico præfecto misit, è quibus pars in coloniâ Foroiulienſi retenta; ne omnibus copijs in terrestre iter versis, vacuo mari classis acceleraret. Duodecim equitum turmæ, & lecti è cohortibus, aduersus hostem iere: quibus adiuncta Ligurum cohors, vetus loci auxi-
C lium, & quingenti Pannonij nondum sub signis. Nec mora prælio: sed acie ita instructâ, vt pars classicorum mixtis paganis in colles mari propinquos exsurgeret, quantum inter colles ac litus æqui loci prætorianus miles expleret, in ipso mari vt annexa classis & pugnæ parata, conuersa, & minaci fronte prætenderetur. Vitelliani, quibus minor peditum vis, in equite robur, alpinos proximis iugis, cohortes densis ordinibus post equitem locant. Treuerorum turmæ obtulere se hosti incautè, cùm exciperet contrà veteranus miles, simul à latere saxis vrgeret apta ad iaciendum paganorum manus; qui sparsi inter milites, strenui ignauique in victoriâ idem audebant. Additus perculsis terror, inuectâ in terga pugnantium classe. Ita vndique clausi deletæque omnes copiæ forent, ni victorem exercitum attinuisset obscurum noctis, obtentui fugientibus. Nec Vitelliani, quamquam victi, quieuere: accitis auxilijs, securum hostem, ac successu rerum secordiùs agentem

Otho cultu & victu militari. Cap. 12. *Prima belli ei prospera.* *Flor. victus,* *Sed milites licenter & sæuè agunt.* *Maturus Alpium procurator vincitur.* Cap. 13. *Albintemelium spoliatum.* *Fortis ibi matris pietas.* *terroribus, Flor.* Cap. 14. *Valens auxilia mittit Gallis.* *Pugnant cum Othonianis:* *Sed Marte non fausto.* Cap. 15. *Quem iterùm tentant:*

ctoratos intellegit, & qui post sedecim stipendia habebantur sub vexillo, non aliter quàm legionarij, de quibus scripsi satis ad 1. *Annal. Atqui hi nec in legionibus vltrà censebantur, nec illi in cohortibus.*

17. QVIBVS TENTANDIS, AGGREDIENDÆQVE.] *Farnesiana hæc scriptura est: quàm verisimam censeo. Duplex enim mandatum Othoniani duces habuerunt; tentandarum Alpium, & Prouinciæ inuadendæ, quæ ad Vitellium defecerat. Suprà libro* 1. Narbonensem Galliam aggredi statuit, classe validâ & partibus fidâ. *Infrà:* imminere prouinciæ Narbonensi in verba Vitellij adactæ classem Othonis, trepidi nuntij attulêre. *Vulgata lectio valdè turbat:* quibus tentandis aggrediendisque, prouinciæ Narbonensi, *&c. tamquam tres hi duces Prouinciæ impositi. & mage maiores tenebras offundit etiam Maurus.*

18. NON ITALIA ADIRI.] *Nihil ego hîc nisi germanum video. Sudant tamen in mutando Rhenanus pariter & Vertranius.*

19. ALBIVM INTEMELIVM.] *Ita quidem è Strabone scripseris lib.* IV. Τῶν δ' Λιγύων, *inquit,* τῶν μὲν ὄντων Ἰγγαύνων, τῶν δὲ Ἰντεμελίων, εἰκότως τὰς ἀποικίας ἑαυτῶν ὅτι τῇ θαλάττῃ τὸ μὲν ὀνομάζεσθαι Ἄλβιον Ἰντεμέλιον, οἷον Ἄλπιον, τὸ δὲ ὑπιτετμημένως μᾶλλον, Ἀλβιγαύνον. *id est:* Cùm duplices sint Ligures, Intemelij & Ingauni; iure eorum ad mare coloniæ, altera Albium Intemelium dicta, quasi Alpium, altera paullò contractiùs, Albingaunum. *Nec aliter in Plinio. Quin tamen etiam concisè Albintemelium dicta fuerit, haud pertinaciter eo negatum.*

20. TORTORIBVS.] *Regius codex,* temporibus. *ex quo Rhenanus,* terroribus.

tem inuadunt. cæsi vigiles, perrupta castra, trepidatum apud naues, donec sidente pau- A
Nec tunc feliciter. latim metu, occupato iuxtà colle defensi, mox irrupere. Atrox ibi cædes, & Tungrarum cohortium præfecti, sustentatâ diu acie, telis obruuntur. Ne Othonianis quidem incruenta victoria fuit, quorum improuidè secutos, conuersi equites circumuenerunt. Ac velut pactis inducijs, ne hinc classis, inde equites subitam formidinem inferrent, Vitelliani retro Antipolim, Narbonensis Galliæ municipium, Othoniani Albingaunum interioris Liguriæ reuertêre. Corsicam ac Sardiniam, ceteraque proximi maris insulas, fama victricis classis in partibus Othonis tenuit. Sed Corsicam propè afflixit Decimi Pacarij procuratoris temeritas, tantâ mole belli nihil in * summa profutura, ipsi exitiosa. Namque Othonis odio iuuare Vitellium Corsorum viribus statuit, inani auxilio etiam si proueniisset. Vocatis Principibus insulæ, consilium aperit. Et contradicere ausos Claudium Phirricum trierarchum liburnicarum ibi nauium, Quinctium Certum equitem Romanum, interfici iubet. quorum morte exterriti qui aderant, simul ignara & alieni metus socia imperitorum turba, in verba Vitellij iurauêre. Sed vbi dilectum agere Pacarius, & inconditos homines fatigare militiæ muneribus occepit, laborem insolitum B perosi, infirmitatem suam reputabant. Insulam esse quam incolerent, & longè Germaniam viresque legionum: direptos vastatosque classe, etiam quos cohortes alæque protegerent. Et auersi repentè animi, nec tamen apertâ vi: aptum tempus insidijs legêre. Di-

Cap. 16. *Procurator Corsicæ in Othonem molitur.* * summam *Aduersos sibi occidit.*

Sed & ipse mox ab insulanis occiditur. gressis qui Pacarium frequentabant, nudus & auxilij inops, balneis interficitur. Trucidati & comites. Capita, vt hostium, ipsi interfectores ad Othonem tulere. Neque eos aut Otho præmio affecit, aut puniuit Vitellius, in multâ colluuie rerum maioribus flagitijs permixtos. Aperuerat iam Italiam, bellumque transmiserat, vt suprà memorauimus, ala Syllana, nullo apud quemquam Othonis fauore, nec quia Vitellium mallent, sed longa pax ad omne seruitium fregerat, faciles occupantibus, & melioribus incuriosos. Florentissimum Italiæ latus, quantum inter Padum Alpesque camporum & vrbium, armis Vitellij (namque & præmissæ à Cæcinâ cohortes aduenerant) tenebatur. Capta

Cap. 17. *Pars Italiæ prima pro Vitellio.*

Eius miles vlteriùs penetrat. Pannoniorum cohors apud Cremonam. Intercepti centum equites, ac mille classici inter Placentiam Ticinumque: quo successu Vitellianus miles, non iam flumine aut ripis C arcebatur. Irritabat quin etiam Batauos Transrhenanosque Padus ipse: quem repentè contra Placentiam transgressi, * raptis quibusdam exploratoribus, ita ceteros terruere, vt

* captis

Cap. 18. adesse omnem Cæcinæ exercitum trepidi ac falsi nuntiarent. Certum erat [21] Spurinnæ (is enim Placentiam obtinebat) nec dum venisse Cæcinam, & si propinquaret, coërcere intra munimenta militem, nec tris prætorias cohortes, & mille vexillarios cum paucis equitibus, veterano exercitui obijcere. Sed indomitus miles, & belli ignarus, correptis si-

In quem pauci Othoniani irè volunt: Alacriùs, quàm prudentiùs. gnis vexillisque ruere, & retinenti duci tela intentare, spretis centurionibus tribunisque prouidentiam ducis laudantibus, [22] qui pro Othone, & accitum Cæcinam clamitabant. Fit temeritatis alienæ comes Spurinna, primò coactus, mox velle simulans, quo plus auctoritatis inesset consilijs, si seditio mitesceret. Postquam in conspectu Padus, & nox

Cap. 19. appetebat, vallari castra placuit. Is labor vrbano militi insolitus contudit animos. [23] Tum vetustissimus quisque castigare credulitatem suam, metum ac discrimen osten-

Coërcentur arte quâdam à duce. dere, si cum exercitu Cæcina, patentibus campis, tam paucas cohortes circumfudisset. D Iamque totis castris modesti sermones, & inserentibus se centurionibus tribunisque, laudare prouidentiam ducis: quòd coloniam virium & opum validam, robur ac sedem bello legisset. Ipse postremò Spurinna non tam culpam exprobrans, quàm ratione ostendens, relictis exploratoribus, ceteros Placentiam reduxit, minus turbidos, & imperia accipien-

21. SPVRINNÆ.] *Vestricius est Spurinna, egregius dux, & qui ad Taciti medium ævum vixit. Plinij Secundi de eo epistola capienda est, lib.* II. Heri à Senatu Vestricio principe auctore, Spurinnæ triumphalis statua decreta est. *quem locum tamen emaculo*: Vestricio Spurinnæ, Principe auctore, triumphalis statua decreta. *Malè enim traiecta verba.*

22. QVI PRO OTHONE.] *Mercerus ingeniosè*: quin proditione accitum: *quasi id crimen Spurinnæ obiecerint, vt est in Plutarcho.*

23. TVM VETVSTISSIMVS QVISQVE.] *Vulgata* lectio, tum mœstissimus quisque. *ex quo Rhenanus illud* vetustissimus *extudit: ego malim* modestissimus.

24. INSITA

A cipientes. Solidati muri, propugnacula addita, auctæ turres, prouisa paratáque non arma modò, sed obsequium & parendi amor, quod solum illis partibus defuit, cùm virtutis haut pœniteret. At Cæcina, velut relictâ post alpes sæuitiâ ac licentiâ, modesto agmine per Italiam incessit. Ornatum ipsius, municipia & coloniæ in superbiam trahebant: quòd versicolore sagulo, brachas tegmen barbarum indutus, togatos alloqueretur. Vxorem quoque eius Saloninam, quamquam in nullîus iniuriam, insigni equo ostroque veheretur, tamquam læsi grauabantur. [24] * Insitâ mortâlibus naturâ, recentem aliorum felicitatem ægris oculis introspicere, modumque fortunæ à nullis magis exigere, quàm quos in æquo videre. Cæcina Padum transgressus, tentatâ Othonianorum fide per colloquium & promissa, ijsdem petitus, postquam pax & concordia specios & irritis nominibus iactata sunt, consilia curasque in oppugnationem Placentiæ magno terrore vertit: gnarus, vt initia belli proueniissent, famam in cetera fore. Sed primus dies, impetu magis quàm veterani exercitus artibus, transactus. Aperti incautique muros subiêre, cibo vinoque prægraues. In eo certamine, pulcherrimum amphitheatri opus, situm extra

B muros, conflagrauit: siue ab oppugnatoribus incensum, dum faces & glandes ac missilem ignem in obsessos iaculantur, siue ab obsessis, dum regerunt. Municipale vulgus pronum ad suspiciones, fraude illata ignis alimenta credidit, à quibusdam è vicinis colonijs, [25] inuidiæ æmulatione, quòd nulla in Italiâ moles tam capax foret. quocumque casu accidit, dum atrociora metuebantur, in leui habitum: redditâ securitate, tamquam nihil grauius pati potuissent, mærebant. Ceterùm, multo suorum cruore, pulsus Cæcina. Et nox parandis operibus * assumta. Vitelliani pluteos crateséque & vineas suffodiendis muris, protegendisque oppugnatoribus, Othoniani sudes & immensas lapidum ac plumbi æriséque moles, perfringendis operibus, obruendisque hostibus expediunt. Vtrimque pudor, vtrimque gloria, & diuersæ exhortationes, hinc legionum & Germanici exercitus robur; inde vrbanæ militiæ, & prætoriarum cohortium decus attollentium. Illi, vt

C segnem ac desidem, & circo ac theatris corruptum militem; hi, peregrinum & externum increpabant. simul Othonem, ac Vitellium, celebrantes culpanteséque, vberioribus inter se probris, quàm laudibus stimulabantur. Vix dum orto die, plena propugnatoribus mœnia, fulgentes armis viriséque campi, densum legionum agmen, sparsa auxiliorum manus, altiora murorum sagittis aut saxis incessere, neglecta aut æuo fluxa cominus aggredi. Ingerunt desuper Othoniani pila, librato magis & certo ictu, aduersus temerè subeuntes cohortes Germanorum, canru truci, & more patrio, nudis corporibus, super humeros scuta quatientium. Legionarius pluteis & cratibus tectus subruit muros, instruit aggerem, molitur portas. Contrà prætoriani dispositos ad id ipsum molares, ingenti pondere ac fragore, prouoluunt. pars subeuntium obruti: pars confixi, & exsangues aut laceri, cùm augeret stragem trepidatio, eoque acriùs è mœnibus vulnerarentur, redière, infractâ partium famâ. Et Cæcina, [26] fama & pudore cœptæ temerè oppugnationis, ne irrisus ac vanus ijsdem castris assideret, traiecto rursus Pado, Cremonam petere intendit. Tradidêre se abeunti Turullius Cerialis, cum compluribus classicis, &

D Iulius Briganticus, cum paucis equitum. hic præfectus alæ, in Batauis genitus; ille primipilaris, & Cæcinæ haut alienus, quòd ordines in Germaniâ duxerat. Spurinna, comperto itinere hostium, defensam Placentiam, quæque acta, & quid Cæcina pararet, Annium Gallum per litteras docet. Gallus legionem primam in auxilium Placentiæ ducebat, diffisus paucitati cohortium, ne longius obsidium, & vim Germanici exercitus parum tolerarent. Vbi pulsum Cæcinam pergere Cremonam accepit, ægrè coërcitam legio-

Placentia munitur.

Cap. 20.

Cæcina interèa in Italiam.

* Insito

Placentiam statim oppugnat.

Cap. 21.

Amphitheatrum exustum:

Capacissimum omnium Italiæ:

* Muretus abiumpta

Cap. 22.

Iterata oppugnatio:

Sed strenua repugnatio.

Et abit Cæcina irritus.

Cap. 23.

24. INSITA MORTALIBVS NATVRA, RECENTEM ALIORVM FELICITATEM ÆGRIS OCVLIS INTROSPICERE.] *Verè hîc morbus in nostris animis: nec nesciuit Aemilius Probus, siue Nepos, in Chabriâ.* Est hoc commune vitium, *inquit*, magnis liberisque ciuitatibus, vt inuidia gloriæ comes sit: & libenter de his detrahant, quos emergere videant altiùs: neque animo æquo pauperes alienam opulentum intueantur fortunam.

25. INVIDIÆ ÆMVLATIONE.] *Muretus*, inuidiâ & æmulatione.

26. FAMA ET PVDORE.] *Lego*, fame. *Duplex enim caussa abscessus, Fames & pudor irriti cœpti.*

Bedriacum, vicus.

Othonianorum pugna prospera.

Qui seditiosi in duces.

Titianus copijs præfectus.

Cap. 24.

Cæcina insidias ponit.

Quæ detecta Othonianis.

** Mercerus, auxiliaribus*

Cap. 25.

Itaque in ipsum vertêre.

Suetonij cautela & tarditas.

Cap. 26.

legionem, & pugnandi ardore vsque ad seditionem progressam, [27] Bedriaci sistit. Inter A Veronam Cremonamque situs est vicus, duabus iam Romanis cladibus notus, infaustusque. Iisdem diebus, à Martio Macro, haut procul Cremonâ, prosperè pugnatum. Namque promtus animi Martius, transuectos nauibus gladiatores, in aduersam Padi ripam, repentè effudit. Turbata ibi Vitellianorum auxilia, & ceteris Cremonam fugientibus, cæsi qui restiterant. Sed repressus vincentium impetus, ne nouis præsidijs firmati hostes, fortunam prœlij mutarent. Suspectum id Othonianis fuit, omnia quæcumque facta prauè æstimantibus. Certatim, vt quisque animo ignauus, procax ore, Annium Gallum, & Suetonium Paullinum, & Marium Celsum (nam eos Otho quoque præfecerat) varijs criminibus incesserant. Acerrima seditionum ac discordiæ incitamenta, interfectores Galbæ, scelere & metu vecordes, miscere cuncta, modò palam turbidis vocibus, modò occultis ad Othonem litteris. qui humillimo cuique credulus, bonos metuens, trepidabat, rebus prosperis incertus, & inter aduersa melior. Igitur Titianum fratrem accitum, bello præposuit. Interea, Paullini & Celsi ductu, res egregiæ gestæ. Angebant Cæcinam, nequidquam omnia cœpta, & senescens exercitus sui fama. pulsus Placentiâ, cæsis nuper auxilijs, etiam per concursum exploratorum, crebra magis quàm digna memoratu prœlia, inferior: propinquante Fabio Valente, ne omne belli decus illuc concederet, reciperare gloriam, auidiùs quàm consultiùs, properabat. Ad duodecimum à Cremonâ, [28] locus Castorum vocatur, ferociſſimos auxiliarium imminentibus viæ lucis occultos imponit. equites procedere longiùs iussi, & irritato prælio spontè refugi, festinationem sequentium elicere, donec insidiæ coorirentur. Proditum id Othonianis ducibus. & curam peditum Paullinus, equitum Celsus, sumsere. Tertiæ decimæ legionis vexillum, quattuor auxiliorum cohortes, & quingenti equites in sinistro locantur. Aggerem viæ tres prætoriæ cohortes, artis ordinibus obtinuere. [29] Dextrâ fronte prima legio incessit, cum duabus * vexillaribus cohortibus, & quingentis equitibus. Super hos è prætorio auxilijsque mille equites, cumulus prosperis, aut subsidium laborantibus, ducebantur. Antequam miscerentur acies, terga vertentibus Vitellianis, Celsus doli G prudens, repressit suos. Vitelliani temerè exsurgentes, cedente sensim Celso, longiùs secuti, vltrò in insidias præcipitantur. nam [30] à lateribus cohortes legionum, aduersâ fronte, & subito discursu terga cinxerant equites. Signum pugnæ non statim à Suetonio Paullino pediti datum. Contator naturâ, & cui cauta potiùs consilia cum ratione, quàm prospera ex casu placerent. compleri fossas, aperiri campum, pandi aciem iubebat, satis citò incipi victoriam ratus, vbi prouisum foret ne vincerentur. Eâ contatione, spatium Vitellianis datum, in vineas nexu traducum impeditas, refugiendi. Et modica silua adhærebat, vnde rursus ausi, promtissimos prætorianorum equitum interfecere. vulneratur rex Epiphanes, impigrè pro Othone pugnam ciens. Tum Othonianus pedes erupit: protritâ hostium acie, versi in fugam etiam qui subueniebant. Nam Cæcina non simul cohor-

27. BEDRIACI.] *Vicus paruus, sed duabus Romanis cladibus insignis, nec indignior cuius verum nomen norimus, quàm Cannæ aut Philippi. Vulgò* Bebriacum *appellant, atque ita Iuuenalis libri,*

Bebriaci in campo spolium adfectare Palati.

At sincerus ille Vatic. Bedriacum, *semper. quomodo & in Clariss. Sambuci scripto codice exstare cognoui, cùm strictim eum Viennæ vidissem. In vetustis Suetonij libris*, Betriacum, *dicitur: sicut & in Plutarcho,* Βητριακὸν πολίχνη πλησίον Κρεμώνης. *Iuuenalis interpres quàm nugatur, qui vicum hunc Campaniæ facit! in Sat.* III. Othonem, *inquit*, bello ciuili Vitellius vicit apud Bebriacum Campaniæ. *Atqui noster clarè:* Inter Cremonam Veronamque situs est is vicus. *& ipse Scholiastes mox fatetur. Corrupta ea verba igitur, & scripsit :* apud Bedriaci campum. *Manifestò enim allusit Iuuenalis sui versum.*

Bedriaci campo spolium affectare Palati.

Quod autem adtexitur: Horum bellum Cornelius scripsit & Pompeius Planta, qui ait Bebriacum vicum esse à Cremonâ vicensimo lapide. D *Sanè Cornelium hunc nostrum intellegit: Pompeius ille quis sit, nondum repperi.*

28. LOCVS CASTORVM.] *Rectè, non* castrorum. *Suetonius eumpse locum*, ad Castoris *dixit: Orosius lib.* VII. circa locum quem Castores vocant.

29. DEXTRA FRONTE.] *Quæ hîc frons dextra? haud satis capio, & rescribo:* Aggerem viæ tres prætoriæ cohortes obtinuêre dextrâ. A fronte, prima legio incessit.

30. A LATERIBVS COHORTES LEGIONVM.] *Nihil ambigimus quin Tacitus scripserit*, à lateribus cohortes, legio aduersâ fronte. *Ita superior aciei dispositio postulat: & ad circumueniendum hostes, inuasionem tripertitam esse oportuit.*

31. OBI-

A cohortes, sed singulas acciuerat: quæ res in prœlio trepidationem auxit, cùm dispersos, nec vsquam validos, pauor fugientium abriperet. Orta & in castris seditio, quòd non vniuersi ducerentur. Vinctus præfectus castrorum Iulius Gratus, tamquam fratri apud Othonem militanti proditionem ageret: cùm fratrem eius Iulium Frontonem tribunum, Othoniani sub eodem crimine vinxissent. Ceterùm ea vbique formido fuit, apud fugientes, occursantes, in acie, pro vallo, vt deleri cum vniuerso exercitu Cæcinam potuisse, ni Suetonius Paullinus receptui cecinisset, vtrisque in partibus percrebuerit. Timuisse se Paullinus ferebat, tantum insuper laboris atque itineris, ne Vitellianus miles recens è castris fessos aggrederetur, perculsis nullum retro subsidium foret. apud paucos ea ducis ratio probata, in vulgus aduerso rumore fuit. Haut perinde id damnum Vitellianos in metum compulit, quàm ad modestiam composuit: nec solùm apud Cæcinam, qui culpam in militem conferebat, seditioni magis quàm prælio paratum, sed Fabij quoque Valentis copiæ (iam enim Ticinum venerat) posito hostium contemtu, & recuperandi decoris cupidine, reuerentiùs & æqualiùs duci parebant. Grauis alioquin seB ditio exarserat, quam altiori initio (neque enim rerum à Cæcinâ gestarum ordinem interrumpi oportuerat) repetam. Cohortes Batauorum, quas bello Neronis à quartadecimâ legione digressas, cùm Britanniam peterent, audito Vitellij motu in ciuitate Lingonum Fabio Valenti adiunctas rettulimus, superbè agebant, vt cuiusque legionis tentoria accessissent, coërcitos à se quartadecimanos, ablatam Neroni Italiam, atque omnem belli fortunam in ipsorum manu sitam iactantes. Contumeliosum id militibus, acerbum duci, corrupta iurgijs aut rixis disciplina. Ad postremum Valens è petulantiâ etiam perfidiam suspectabat. Igitur nuntio allato, pulsam Treuerorum alam Tungrosque à classe Othonis, & Narbonensem Galliam circumiri, simul curâ socios tuendi, & militari astu, cohortes turbidas, ac si vnà forent, præualidas, dispergendi, partem Batauorum ire in subsidium iubet. Quod vbi auditum, vulgatumque, mærere socij, fremere legiones, *Orbari se fortissimorum virorum auxilio. veteres illos & tot bellorum victores, postC quam in conspectu sit hostis, velut ex acie abduci. si prouincia vrbe & salute imperij potior sit, omnes illuc sequerentur: sin victoriæ sanitas, sustentaculum, columen in Italiâ verteretur, non abrumpendos, vt corpori, validissimos artus.* Hæc ferociter iactando, postquam, immissis lictoribus, Valens coërcere seditionem cœptabat, ipsum inuadunt, saxa iaciunt, fugientem sequuntur. Spolia Galliarum, & Viennensium aurum, & pretia laborum suorum occultare clamitantes, direptis sarcinis, tabernacula ducis, ipsamque humum pilis & lanceis rimabantur. nam Valens, seruili veste, apud decurionem equitum tegebatur. Tum Alphenus Varus præfectus castrorum, deflagrante paulatim seditione, addit consilium, vetitis [31] obire vigilias centurionibus, omisso tubæ sono, quo miles ad belli munia cietur. Igitur torpere cuncti, circumspectare inter se attoniti: & id ipsum quòd nemo regeret pauentes, [32] silentio, patientiâ, postremò precibus ac lacrymis veniam quærebant. Vt verò deformis & flens, & præter spem incolumis Valens processit, gaudium, miseratio, fauor: versi in lætitiam (vt est vulgus vtroque immodicum) laudantes gratantesque, circumdatum aquilis signisque, in tribunal ferunt. Ille, vtili moderatione, non supplicium cuiusquam popposcit: ac ne dissimulans suspectior foret, [33] paucos incusauit: gnarus ciuilibus bellis, plus militibus quàm ducibus, licere. Munientibus castra apud Ticinum, de aduersâ Cæcinæ pugnâ allatum, & propè renouata seditio, tamquam fraude & contationibus Valentis prœlio defuissent. Nolle requiem, non exspectare ducem, anteire signa, vrgere signiferos. rapido agmine Cæcinæ iunguntur. Improspera Valentis fama apud exercitum Cæcinæ erat: expositos se tanto pauciores integris hostium viribus querebantur, simul in suam excusationem, & aduentantium robur per adulationem attollentes, ne vt victi & ignaui despectarentur. Et quamquam plus virium, propè duplica-

Vitelliani fugantur.

Suetonius receptui canit: Sed præfestinè.

Valens venit in Italiam.

Batauorum iactantia.

Suspecta Valenti.

Diuidere eos parat.

Vnde nata seditio.

Dux comprimere parat: Sed ipsum inuadunt.

Latere cogitur.

Varus per artem eos sedat.

Valens prodit, lato & gratanti milite.

Qui festinat ad Cæcinam.

31. OBIRE VIGILIAS.] *De hoc ritu ego, in Militiâ lib.* V. *Dial.* IX.

32. SILENTIO, PATIENTIA.] *Malim*, silentio, pœnitentiâ.

33. PAVCOS INCVSAVIT.] *Lego*, paucis. *ad breuitatem enim orationis refertur, non ad eos qui peccarant. & sanè omnes in hac culpâ, nec excerpi pauci potuere.*

34. FOE-

In quem milites valdè proni.

plicatus legionum auxiliorumque numerus erat Valenti, ſtudia tamen militum in Cæ- A
cinam inclinabant, ſuper benignitatem animi quâ promtior habebatur, etiam vigore ætatis, proceritate corporis, & quodam inani fauore. Hinc æmulatio ducibus. Cæcina,

In Othonem probra.

vt [34] fœdum & maculoſum: ille, vt vanum ac tumidum, irridebant. Sed condito odio, eamdem vtilitatem fouere, crebris epiſtolis, ſine reſpectu veniæ, probra Othoni obiectantes: cùm duces partium Othonis, quamuis vberrimâ conuitiorum in Vitellium

Comparatio eius cum Vitellio.

materiâ, abſtinerent. Sanè ante vtriuſque exitum, quo egregiam Otho famam, Vitellius flagitioſiſſimam, meruere, minùs Vitellij ignauæ voluptates, quàm Othonis flagrantiſſimæ libidines timebantur. Addiderat huic terrorem atque odium cædes Galbæ: contrà, illi initium belli nemo imputabat. Vitellius, ventre & gulâ ſibi ipſi hoſtis: Otho, luxu, ſæuitiâ, audaciâ, Reip. exitioſior ducebatur. Coniunctis Cæcinæ ac Valentis co-

Deliberat Otho an pugnandum.

pijs, nulla vltrà penes Vitellianos mora, quin totis viribus certarent. Otho conſultauit, trahi bellum, an fortunam experiri placeret. Tum [35] Suetonius Paullinus, dignum famâ ſuâ ratus, quâ nemo illâ tempeſtate militaris rei callidior habebatur, de toto genere

Negat peritiſſimus bellorum Suetonius.

belli cenſere; feſtinationem hoſtibus, moram ipſis vtilem diſſeruit. *Exercitum Vitellij* B *vniuerſum aduenisse: nec multum virium à tergo, quoniam* [36] *Galliæ tumeant, & deſerere Rheni ripam irrupturis tam infeſtis nationibus, non conducat. Britannicum militem hoſte & mari diſtineri: Hiſpanias, armis non ita redundare: prouinciam Narbonenſem, incurſu claſſis, & aduerſo prælio contremuiſse: clauſam alpibus, & nullo maris ſubſidio, Transpadanam Italiam, atque ipſo tranſitu exercitus vaſtatam: non frumentum vſquam exercitui, nec exercitum ſine copijs retineri poſſe. Iam Germanos, quod genus militum apud hoſtes atrociſſimum ſit, tracto in æſtatem bello, fluxis corporibus, mutationem ſoli cælique haut toleraturos. Multa bella impetu valida, per tædia & moras euanuiſſe. Contrà, ipſis omnia opulenta, & fida: Pannoniam, Mœſiam, Dalmatiam, Orientem, cum integris exercitibus: Italiam, & caput rerum vrbem, ſenatumque & populum, numquam obſcura nomina, etſi aliquando obumbrentur: publicas priuatasque opes, & immenſam pecuniam, inter ciuiles diſcordias ferro validiorem: corpora militum aut Italiæ ſueta, aut æſtibus Obiacere flumen Padum, tutas viris murisque vrbes è quibus nullam hoſti ceſſuram, Placentiæ defenſione exploratum. proinde duceret bellum.* [37] *Paucis diebus quar-* C *tamdecimam legionem, magnâ ipſam famâ, cum Mœſiacis copijs affore. Tum rurſus deliberaturum, & ſi prælium placuiſſet, auctis viribus certaturos.* Accedebat ſententiæ Paullini Marius Celſus. Idem placere Annio Gallo, paucos ante dies lapſu equi afflicto, miſſi qui conſilium eius ſciſcitarentur, rettulerant. Otho pronus ad decertandum. Frater eius Ti-

Othoni mens ætia. & imperitus.

tianus, & præfectus prætorij Proculus, imperitiâ properantes, fortunam & deos & numen Othonis adeſſe conſilijs, affore conatibus teſtabantur. neu quis obuiàm ire ſententiæ

34. FOEDVM ET MACVLOSVM.] *Valet in omne animi vitium & labem Maculoſi vox: tamen vereor vt hîc propriè in ignauiam ac timorem. Ex antitheſi quæ ſequitur, ſuſpicêris: & magis ex hoc Ammiani loco, libro* XXX. Arguebat hic idem Princeps (*Valentinianus*) timidos ſæpiùs, Maculoſos tales appellans & ſordidos.

35. SVETONIVS PAVLLINVS.] *Et hîc & alibi effusè laudat hunc Suetonium,* vetuſtiſſimum conſularium, *vt infrà vocat, & non vnâ militiâ clarum. Præfuit Britanniæ, vt habes Annali* XIV. *& in Agricolâ: ſed & in Africâ bellum geſſit, è Plinio l.* v. Suetonius, *inquit,* Paullinus quem conſulem vidimus, primus Romanorum ducum tranſgreſſus Atlantem, *&c. Vbi autem mens ſiue iudicium fuit viro magno & celebri, qui in Varijs ſuis nuper hunc Suetonium, patrem fecit Suetonij noſtri tranquilli? Ita enim locum eum corrigit, Suetonij Othone:* Interfuit huic bello pater meus Suetonius Lenis, tertiædecimæ legionis tribunus anguſticlauius. *Et liber, inquit, qui tineas & cariem ſenſerat, habet,* Linus. *Omninò autem legendum Paullinus. Teſtem in eam rem laudabo Tacitum, qui fortis viri neque nomen neque virtutem tacitam eſſe ſiuit. eius enim ſæpè & in Annalibus & in Agricolæ vitâ honorificam mentionem facit. Hæc ille. Quid dicam? Non inſector te vir elegantiſſime. ſed bonâ fide hæc ſcribis? Erras nimis. Suetonius ille* D *Lenis, Tribunus fuit: noſter belli dux. Ille anguſticlauius, id eſt nondum Senator, ſed inter equites: iſte, Conſularis. nec tenue vſquam veſtigium confuſionis eius, quam facis. Hoc mihi in tranſcurſu monitum, non vt carpam (Fidem teſtor:) ſed vt claro ſub exemplo doceam quàm fallax hæc Critica, & ignoſcendum etiam nobis eſſe, ſi labimur interdum in procliui iſtâ viâ.*

36. GALLIÆ TVMEANT, ET.] *Copulam aptè inſerui, ex Vatic. Tumere autem eleganti metaphorâ dicuntur, quæ eruptura videntur. vſurpauit Cicero bis in Epiſtolis ad Atticum.*

37. PAVCIS DIEBVS QVARTAMDECIMAM.] *Hæc reſtitui, in vulgatis quà à verbis quà ab interpunctis mendoſa.*

38. BRI-

A tentiæ auderet, in adulationem conceſſerant. Poſtquam pugnāri placitum, intereſſe pugnæ imperatorem, an ſeponi melius foret, dubitauere. Paullino & Celſo iam non aduerſantibus, ne Principem obiectare periculis viderentur, ijdem illi deteriores conſilij auctores perpulêre, vt [38] Brixellum concederet, ac dubijs prœliorum exemptus, ſummæ rerum & imperij ſe ipſum reſeruaret. Is primus dies Othonianas partes afflixit. Namque & cum ipſo prætoriarum cohortium, & ſpeculatorum, equitumque, valida manus diſceſſit; & remanentium fractus animus: quando ſuſpecti duces, & Otho, cui vni apud militem fides, dum & ipſe non niſi militibus credit, imperia ducum in incerto reliquerat. *Hi vicerunt: Etiam hoc, ne Otho intereſſet.*

Nihil eorum Vitellianos fallebat, crebris vt in ciuili bello transfugijs, & exploratores curâ diuerſa ſciſcitandi, ſua non occultabant. Quieti intentique Cæcina ac Valens, quando hoſtis imprudentiâ rueret, quod loco ſapientiæ eſt, alienam ſtultitiam opperiebantur, inchoato ponte tranſitum Padi ſimulantes, aduerſus oppoſitam gladiatorum manum, ac ne ipſorum miles ſegne otium tereret. Naues pari inter ſe ſpatio, validis vtrimque trabibus connexæ, aduerſum in flumen dirigebantur, iactis inſuper anchoris, B quæ firmitatem pontis continerent. Sed anchorarum funes non extenti fluitabant, vt augeſcente flumine, inoffenſus ordo nauium attolleretur. Claudebat pontem impoſita turris, & in extremam nauem educta: vnde tormentis ac machinis hoſtes propulſarentur. Othoniani in ripâ turrim ſtruxerant, ſaxaque & faces iaculabantur. Et erat inſula amne medio, in quam gladiatores nauibus molientes, Germani nando prælabebantur. Ac fortè plures tranſgreſſos, completis liburnicis, per promptiſſimos gladiatorum Macer aggreditur. Sed neque ea conſtantia gladiatoribus ad prœlia quæ militibus, nec perinde nutantes è nauibus, quàm ſtabili gradu è ripâ, vulnera dirigebant. Et cùm varijs trepidantium inclinationibus, immixti remiges propugnatoreſque turbarentur, deſilire in vada vltrò Germani, retentare puppes, ſcandere foros, aut cominus mergere. quæ cuncta in oculis vtriuſque exercitus, quanto lætiora Vitellianis, tanto acriùs Othoniani cauſſam auctoremque cladis deteſtabantur. Et prœlium quidem, abruptis quæ ſuperfuerant nauibus, fugâ diremptum: Macer ad exitium poſcebatur. Iamque vulnera- C tum eminus lanceâ, ſtrictis gladijs inuaſerant, cùm intercurſu tribunorum centurionumque protegitur. Nec multò pòſt; Veſtricius Spurinna, iuſſu Othonis, relicto Placentiæ modico præſidio, cum cohortibus ſubuenit. Dein Flauium Sabinum conſulem deſignatum Otho rectorem copijs miſit, quibus Macer præfuerat, læto milite ad mutationem ducum, & ducibus ob crebras ſeditiones, tam infeſtam militiam aſpernantibus. Cap. 34. *Vitelliani agunt cautiùs. Pontem in Pado ſtruūt* Cap. 35. *Leue prælium inter gladiatores & Germanos.* *Non pro bono illis.* Cap. 36. *Iracundia militaris in Macrum.* *Flauius Sabinus ei ſubſtituitur.*

Inuenio apud quoſdam auctores, pauore belli, ſeu faſtidio vtriuſque Principis, quorum flagitia ac dedecus apertiore in dies famâ noſcebantur, dubitaſſe exercitus, num poſitò certamine, vel ipſi in medium conſultarent, vel ſenatui permitterent legere Imperatorem. Atque eò duces Othonianos ſpatium ac moras ſuaſiſſe, præcipuè Paulinum: quòd vetuſtiſſimus conſularium, & militiâ clarus gloriam nomenque Britannicis expeditionibus meruiſſet. Ego vt conceſſerim apud paucos, tacito voto, quietem pro diſcordiâ, bonum & innocentem Principem, pro peſſimis ac flagitioſiſſimis expetitum: ita neque Paullinum, quâ prudentiâ fuit, ſperaſſe, corruptiſſimo ſæculo, tantam vulgi moderatio- D nem reor, vt qui pacem belli amore turbauerant, bellum pacis caritate deponerent; neque aut exercitus linguis moribuſque diſſonos, in hunc conſenſum potuiſſe coaleſcere: aut legatos ac duces, magnâ ex parte luxus, egeſtatis, ſcelerum ſibi conſcios, niſi pollutum obſtrictumq; meritis ſuis Principem paſſuros. Vetus ac iam pridem inſita mortalibus potentiæ cupido, cum imperij magnitudine adoleuit, erupitque. Nam rebus modicis, æqualitas facilè habebatur. ſed vbi ſubacto orbe, & æmulis vrbibus regibúſve exciſis, ſecuras opes concupiſcere vacuum fuit, prima inter patres plebemque certamina exarſere. Modò turbulenti tribuni, modò conſules prævalidi, & in vrbe ac foro tentamenta Cap. 37. *Fama de ſtudio pacis.* *Quam refellit Tacitus.* Cap. 38. *Imperij cupido vetus.* *Cui origo, opes.* *Pluresq; Romæ ad illud adſpirarunt.*

38. BRIXELLVM CONCEDERET.] *Ita factum, ibiq; ſe occidit. Elue mendam igitur quæ in Egeſippo (ſcriptore mihi quidem haud ſpernendo) libro* IV. *capite* XXIV. Cùm Otho comperiſſet Valenti ac Cæcinæ, Vitellij comitibus, victoriam ceſſiſſe, Brixiæ poſitus, voluntariâ morte eripuit ſe ludibrio. *Facito* Brixelli.

39. IVSSA

menta ciuilium bellorum. Mox à plebe infimâ, C. Marius, & nobilium sæuissimus L.Sulla, victam armis libertatem in dominationem verterunt. Post quos Gn.Pompeius occultior, non melior. Et numquam posteà, nisi de principatu quæsitum. Non discessere ab armis in Pharsaliâ ac Philippis ciuium legiones, nedum Othonis ac Vitellij exercitus sponte posituri bellum fuerint. Eadem illos deûm ira, eadem hominum rabies, cædem scelerum caussæ in discordiam egêre. Quod singulis velut ictibus transacta sunt bella, ignauiâ Principum factum est. Sed me veterum nouorumque morum reputatio longiùs tulit. Nunc ad rerum ordinem venio. Profecto Brixellum Othone, honor imperij penes Titianum fratrem, vis ac potestas penes Proculum præfectum. Celsus & Paullinus, cùm prudentiâ eorum nemo vteretur, inani nomine ducum, alienæ culpæ prætendebantur. Tribuni centurionesque ambigui, quòd spretis melioribus, deterrimi valebant. Miles alacer, qui tamen [39] iussa ducum interpretari quàm exsequi mallet. [40] Promoueri ad quartum à Bedriaco castra placuit, [41] adeò imperitè, vt quamquam verno tempore anni, & tot circùm amnibus, penuriâ aquæ fatigarentur. Ibi de prælio dubitatum, Othone per litteras flagitante, vt maturarent: militibus, vt Imperator pugnæ adesset poscentibus: plerique copias trans Padum agentes acciri postulabant. Nec perinde diiudicari potest, quid optimum factu fuerit, quàm pessimum fuisse quod factum est. Non vt ad pugnam, sed ad bellandum profecti, Confluentes [42] Padi & Adduæ fluminum XVI. inde milium spatio distantes petebant. Celso & Paullino abnuentibus, militem itinere fessum, sarcinis grauem, obijcere hosti, non admissuro quo minus expeditus & vix quattuor milia passuum gressus, aut incompositos in agmine, aut dispersos, & vallum molientes aggrederetur. Titianus & Proculus, vbi consilijs vincerentur, ad ius imperij transibant. Aderat sanè [43] citus equo Numida, cum atrocibus mandatis, quibus Otho, increpitâ ducum segnitiâ, rem in discrimen mitti iubebat: [44] æger morâ, & spei impatiens. Eâdem die, ad Cæcinam operi pontis intentum, duo prætoriarum cohortium tribuni, colloquium eius postulantes, venerunt. Audire conditiones, ac reddere parabat, cùm præcipites exploratores adesse hostem nuntiauêre. Interruptus tribunorum sermo. eoque incertum fuit, insidias, an proditionem, vel aliquod honestum consilium cœptauerint. Cæcina dimissis tribunis, reuectus in castra, datum iussu

Cap. 39. *Titianus pro Othone copijs præest, sed titulo: Vi Proculus.*

Imperitia eorũ & lapsus.

Cap. 40. *Militem fessum hosti obijciunt.*

Cap. 41. *Duorum tribunorum colloquium:*

Incertum eui fini

Fabij

39. IVSSA DVCVM INTERPRETARI.] *Id est, inquirere in caussas iussionis, & explorare ac ponderare, quàm simplici obedientiâ parêre. Tale in Agricolâ:* Adeò vt plerique, viso aspectoque Agricolâ, quærerent famam, pauci interpretarentur. *Significat, multos ex specie tantùm externâ iudicasse, paucos inquisisse aut explorasse.*

40. PROMOVERI AD QVARTVM.] *E Plutarcho scriberes,* ad sextum. *Nam ille quinquaginta stadia numerat. Sed & paullò pòst vbi noster* XVI. *milliaria numerat, Græci eiusdem computatione* XII. *saltem efficiuntur. Nihil tamen ego mutem.*

41. ADEO IMPERITE.] *Totum hunc locum verbatim Plutarchus expressit, vt pleraque alia: etsi haud multum ætate nostro inferior.*

42. PADI ET ADDVÆ.] *In Vatic. locus hic in liturâ, sic tamen vt apertè esset eruere scriptum antiquitus,* Padi & Agele: *alienâ deinde manu factum,* Adduæ. *Sed Agela ignotum mihi flumen, & censeam vulgatam esse veram. De Adduâ, Plinius lib.* II. *Strabo* III. *itémque Sidonius:* Vidimus vluosum Lambrum, cæruleum Adduam, velocem Athesim, pigrum Mincium.

43. CITVS EQVO NVMIDA.] *Quis hic Numida? num inter auxilia Othonis ea gens? minimè, sed inter obsequia. Ne fugiat enim te latens hîc ex antiquo mos: quo receptum, vt viris lautioribus ditioribusque Afri aut Numidæ equites essent, ad iter. Præcurrebant illi, & agmen ducebant heri sequentis. Seneca epist.* LXXXVIII. O quàm cuperem Catoni nunc occurrere aliquem ex his trossulis in viâ diuitibus, cursores & Numidas & multum ante se pulueris agentem! *Idem expressiùs epist.* CXXIV. Omnes sic iam peregrinantur, vt illos Numidarum præcurrat equitatus, vt agmen cursorum antecedat. *Martialis:*

Cùm cathedralitios portet tibi rheda ministros,
Et Libys in longo puluere sudet eques.

De tali igitur hîc capies: quando & Principibus illi in vsu. Ex Martiali, in aduentum Domitiani:

Quando eques & picti tunicâ Nilotide Mauri
Ibitis? & populi vox erit vna, Venit?

Nec Suetonium aliter interpretemur (viderat sagacissimus Turnebus) in Nerone cap. XXX. Iter fecisse traditur phaleratâ cum Mazacum turbâ atque cursorum. *Nam Mazaces, Afri.*

44. ÆGER MORA, ET SPEI IMPATIENS.] *Talis in Homerico illo Hectore affectus:*

Βέλτερον αὖτ' ἔριδι ξυνελαύνεμεν. Ὄττι τάχιστα
Εἴδομεν ὁππότερῳ κὲν ὀλύμπιος εὖχος ὀρέξῃ.

Et Polybij verissima gnome: Βαρύτατος δὲ πᾶσιν ἀνθρώποις ὁ τῶ μέλλοντος χρόνος. Grauissima omnibus hominibus futuri temporis exspectatio.

45. Ac-

A Fabij Valentis pugnæ ſignum, & militem in armis inuenit. Dum legiones de ordine agminis ſortiuntur, equites prorupêre, & mirum dictu, à paucioribus Othonianis, quo minus in vallum impingerentur, Italicæ legionis virtute territi ſunt. ea ſtrictis mucronibus, redire pulſos, & pugnam reſumere coëgit. Diſpoſita Vitellianarum legionum acies, ſine trepidatione, & enim (quamquam vicino hoſte) aſpectus armorum denſis arbuſtis prohibebatur: apud Othonianos pauidi duces, miles ducibus infenſus, mixta vehicula & lixæ, & præruptis vtrimque foſſis, via quieto quoque agmini anguſta. Circumſiſtere alij ſigna ſua, quærere alij: incertus vndique clamor, [45] accurrentium, clamantium: & vt cuique audacia vel formido, in primam poſtremámve aciem prorumpebant, vel reuehebantur. Attonitas ſubito terrore mentes, falſum gaudium in languorem vertit, re- Cap. 42.
pertis qui deſciuiſſe à Vitellio exercitum ementirentur. Is rumor ab exploratoribus Vitellij diſperſus, an ipsâ Othonis parte, ſeu dolo, ſeu forte ſurrexerit, parum compertum. Omiſſo pugnæ ardore, Othoniani vltrò ſalutauêre. & hoſtili murmure excepti, pleriſ-
B que ſuorum ignaris, quæ cauſa ſalutandi, metum proditionis fecêre. Tum incubuit hoſtium acies, integris ordinibus, robore & numero præſtantior. Othoniani quamquam diſperſi, pauciores, feſſi, prœlium tamen acriter ſumsêre. Et per locos, arboribus ac vineis impeditos, non vna pugnæ facies. cominus, eminuſque, cateruis ac cuneis, concurrebant: in aggere viæ, collato gradu, corporibus & [46] vmbonibus niti, omiſſo pilorum iactu, gladiis & ſecuribus galeas loricaſque perrumpere, noſcentes inter ſe, ceteris conſpicui, in euentum totius belli certabant. Fortè inter Padum viamque, patenti cam- Cap. 43.
po, duæ legiones congreſſæ ſunt: pro Vitellio Vnaetuiceſima, [47] cui cognomen Rapaci, vetere gloriâ inſignis: è parte Othonis, prima Adiutrix, non antè in aciem deducta, ſed ferox, & noui decoris auida. Primani, ſtratis [48] Vnaetuiceſimanorum principiis, aquilam abſtulêre. quo dolore accenſa legio, & impulit rurſus primanos, interfecto Orphidio Benigno legato, & plurima ſigna, vexillaque ex hoſtibus rapuit. A parte aliâ, propulſa quintanorum impetu tertiadecima legio: circumuenti plurium accurſu quar-
C tadecimani. Et ducibus Othonis iam pridem profugis, Cæcina ac Valens ſubſidiis ſuos firmabant. Acceſſit recens auxilium Varus Alphenus cum Batauis, fusâ gladiatorum manu, quam nauibus tranſuectam, oppoſitæ cohortes in ipſo flumine trucidauerant. ita victores latus hoſtium inuecti. Et mediâ acie perruptâ, fugere paſſim Othoniani Cap. 44.
Bedriacum petentes. Immenſum id ſpatium. obſtructæ ſtrage corporum viæ; quo plus cædis fuit. neque enim ciuilibus prœliis, capti in prædam vertuntur. Suetonius Paullinus, & Licinius Proculus, diuerſis itineribus, [49] caſtra vitauêre. Vedium Aquilam tertiædecimæ legionis legatum, iræ militum inconſultus pauor obtulit. Multo adhuc die

Vitelliani pugnæ ſe aptant.

Sine metu, & compoſitè.

Apud Othonianos contrà, turbæ.

Duces Othonis profugiunt:

Et mox exercitus.

Qui ducibus infenſus, tumultuatur in caſtris.

45. ACCVRRENTIVM, CLAMANTIVM.] *Farneſ. & priſcæ editiones*, accurrentium, volantium; *Vatic.* vomantium. *vt omnino aliud hîc verbi fuerit; placetq; Pichenæ*, vocitantium.

46. VMBONIBVS NITI.] *Vocem*, niti, D *ex Farneſ. & Vatic. addidi: & verò abeſſe ſine ſententiæ incommodo non poteſt.*

47. CVI COGNOMEN RAPACI.] *Non abs re arbitror, quoniam cognomina legionum ſæpè Tacitus commemorat, veterem à me lapidem proponi, in quo ea ordine deſculpta. Conſpicitur autem Romæ in Capitolio, formâ columellæ.*

NOMINA LEG.

II. AVGuſta.	II. ADIVTrix.	IIII. SCHYTHica.
VI. VICTRIX.	IIII. FLAvia.	XVI. FLAvia.
XX. VICTRIX.	VII. CLAVDia.	VI. FERRATenſis.
VIII. AVGuſta.	I. ITALica.	X. FRETENſis.
XXII. PRIMigenia.	V. MACEDonica.	III. CYRENenſis.
I. MINERuia.	XI. CLAVDia.	II. TRAIANA.
XXX. VLPia.	XIII. GEMina.	III. AVGuſta.
I. ADIVTrix.	XII. FVLMinatrix.	VII. GEMina.
X. GEMina.	XV. APOLlinea.	II. ITALica.
XIIII. GEMina.	III. GALLicana.	III. PARTHica.
I. PARTHica.	II. PARTHica.	

Velim Dionis recenſum legionum, qui eſt libro LV. *cum hoc lapide conferri. à quo adiuti interpretes, paullò feliciùs ſanè eum vertiſſent.*

48. VNAETVICESIMANORVM PRINCIPIIS.] *Aliquot libri*, principibus. *placet.*

49. CASTRA VITAVERE.] *Farneſ.* caſtra petiuêre.

die vallum ingreſſus, clamore ſeditioſorum & fugacium circumſtrepitur. Non probris, A
non manibus abſtinent, deſertorem proditoremque increpant, nullo proprio crimine
eius, ſed, more vulgi, ſuum quiſque flagitium aliis obiectantes. Titianum & Celſum
Placat Annius Gallus nox iuuit, diſpoſitis iam excubiis, compreſſiſque militibus, quos Annius Gallus precibus, conſilio, auctoritate flexerat, ne ſuper cladem aduerſæ pugnæ, ſuiſmet ipſi cædibus
ſæuirent. ſiue finis bello veniſſet, ſeu reſumere arma mallent, vnicum victis in conſenſu
Prætorij miles nihil fractus eâ pugnâ. leuamentum. Cæteris fractus animus. Prætorianus miles, non virtute ſe, ſed proditione
victum fremebat. Ne Vitellianis quidem incruentam fuiſſe victoriam, pulſo equite, raptâ legionis aquilâ. Supereſſe cum ipſo Othone militum quod trans Padum fuerit: venire Mœſicas legiones: magnam exercitus partem Bedriaci remanſiſſe. Hos certè nondum victos,& ſi ita ferret,honeſtiùs in acie perituros. His cogitationibus truces aut pauCap.45. di, extremâ deſperatione ad iram ſæpiùs, quàm in formidinem, ſtimulabantur. At Vi*Vitelliani victores caſtris adpropinquant.* tellianus exercitus, ad quintum à Bedriaco lapidem conſedit, non auſis ducibus eodem
die oppugnationem caſtrorum. Simul voluntaria deditio ſperabatur. Sed expeditis & B
tantum ad prœlium egreſſis, munimentum fuêre arma & victoria. Poſterâ die, haut
ambiguâ Othoniani exercitus voluntate, & qui ferociores fuerant ad pœnitentiam in*Legati ad eos veniunt, pro veniâ. Et impetrăt.* clinantibus, miſsâ legatione, [50] apud duces Vitellianos dubitatum, quo minus pacem
concederent. Legati pauliſper retenti. ea res hæſitationem attulit, ignaris adhuc an im*Deteſtantur communiter ciuilia bella* petraſſent. Mox remiſsâ legatione patuit vallum. Tum victi victoreſque in lacrymas
effuſi,ſortem ciuilium armorum miſerâ lætitiâ deteſtantes. Iiſdem tentoriis,alij fratrum,
alij propinquorum vulnera fouebant. Spes & præmia in ambiguo: certa, funera & luCap.46. ctus. Nec quiſquam adeò mali expers, vt non aliquam mortem mæreret. Requiſitum
Triſtis hic ad Othonem nuntius. Orphidij legati corpus, honore ſolito crematur. Paucos neceſſarij ipſorum ſepeliuêre.
Quem milites fidiſſimi erigunt: Ceterum vulgus, ſuper humum relictum. Opperiebatur Otho nuntium pugnæ, nequaquam trepidus, & conſilij certus. Mæſta primùm fama, dein profugi è prœlio perditas res patefaciunt. Non exſpectauit militum ardor vocem Imperatoris. bonum habere animum iubebant. ſupereſſe adhuc nouas vires, & ipſos extrema paſſuros, auſuroſque. neque erat adulatio. Ire in aciem, excitare partium fortunam, furore quodam & C
inſtinctu flagrabant. qui procul aſtiterant, tendere manus, & proximi prehenſare genua,
Et cum iis Plotius Firmus. promtiſſimo Plotio Firmo. [51] Is prætorij præfectus, idemtidem orabat, *Ne fidiſſimum exercitum, ne optimè meritos milites deſereret:* [52] *maiore animo tolerari aduerſa quàm relinqui.* [53] *fortes & ſtrenuos, etiam contra fortunam, inſiſtere ſpei, timidos & ignauos ad deſperationem*

petiuêre. *falsò. Nam Plutarchus apertè:* Τῶν δὲ στρατηγῶν ὅτε Πρόκλος ὅτε Πωλλῖνος συνεισελθεῖν ἐτόλμησαν, ἀλλ' ἐξεκλιναν φοβούμενοι τὰς στρατώτας.

50. APVD DVCES VITELLIANOS DVBITATVM.] *Imò verò*, non dubitatum. *idq; res & Plutarchus ſuadent. Ideò optima lectio quam ex Flor. adſtruit Pichena:* miſſa legatio: nec apud duces.

51. IS PRÆTORII PRÆFECTVS.] *Duo Præfecti prætorio ſub Othone, Licinius Proculus & Plotius Firmus. Tacitus lib.* I. Prætorij Præfectos ſibiipſi legêre, Plotium Firmum è manipularibus quondam, & Licinium Proculum. *Nec alios vſquam nominat. Vt iure mirer in hac Othonis morte Plutarchum commemorare Pollionem prætorij Præfectum. Quod vix eſt vt ſit ſine mendo. verba eius:* Οἱ δὲ στρατιῶται, Πολλίωνος τοῦ ἑτέρου τῶν ἐπάρχων, ὀυνύειν ἐυθὺς εἰς τὸν Οὐιτέλλιον κελεύσαντος,&c. *malimq;* Πλωτίου. *niſi huic Plotio etiam Pollionis cognomen, quod vnum dici ſupereſt.*

52. MAIORE ANIMO TOLERARI.] *Hæc illa ſunt, quibus iugulare Stoicos aduerſa omnis manus ſolet: pro quibus ſcutum habeo equidem quod opponam, niſi Religio me vetet. In hanc mentem igitur & Lucanus:*

——— fortiſſimus ille eſt,
Qui promptus metuenda pati, ſi cominus inſtent,
Et differre poteſt.

Illa virgo apud egregium vatem (intellego qui Thebaida ſcripſit:) D
——— non eſt, vt putas, virtus, pater,
Timere vitam: ſed malis ingentibus
Obſtare, nec ſe vertere, ac retrò dare.

Cæſar. lib. VII. Animi eſt iſta mollities,non virtus, inopiam paullìſper ferre non poſſe. Qui ſe morti vltrò offerant faciliùs reperiuntur, quàm qui dolorem patienter ferant. *Q. Curtius:* Fortium virorum eſt, magis mortem contemnere, quàm odiſſe vitam. Sæpè tædio laboris, ad vilitatem ſui compelluntur ignaui. *Biberunt omnes è paterâ Ariſtotelis, cuius hoc ſcitum in Ethicis:* Τὸ δὲ ἀποθνήσκειν φεύγοντα πενίαν, ἢ ἔρωτα, ἢ τι λυπηρὸν, ἀνδρεία, ἀλλὰ μᾶλλον δειλῆ. *Heu taceo.*

53. FORTES ET STRENVOS.] *Itaque Florus, libro* IV. *cap.* VIII. Magnæ indolis ſignum eſt, ſperare ſemper.

54. LEGIO-

A *nem formidine properare.* Quas inter voces, vt flexerat vultum, aut indurauerat Otho, clamor & gemitus. Nec prætoriani tantùm, proprius Othonis miles, sed præmissi Mœsiâ, eamdem obstinationem aduentantis exercitus, [54] legiones Aquileiam ingressas, nuntiabant, vt nemo dubitet potuisse renouari bellum atrox, lugubre, incertum victis, & victoribus. Ipse* versus à consiliis belli, *Hunc*, inquit, *animum, hanc virtutem vestram vltrà periculis obiicere, nimis grande vitæ meæ pretium puto. Quanto plus spei ostenditis, si viuere placeret, pulchrior mors erit. Experti inuicem sumus, ego ac fortuna. ne tempus computaueritis, [55] difficilius est temperare felicitati, quâ te non putes diu vsurum. Ciuile bellum à Vitellio cœpit, & vt de principatu certaremus armis, initium illic fuit. ne plusquam semel certemus, penes me exemplum erit. Hinc Othonem posteritas æstimet. Fruetur Vitellius fratre, coniuge, liberis. mihi non vltione, neque solatiis opus est. Alij diutius imperium tenuerint; nemo tam fortiter reliquerit. An ego tantum Romanæ pubis, tot egregios exercitus, sterni rursus, & Reip. eripi patiar? Eat hic mecum animus, tamquam perituri pro me fueritis. Sed este superstites, nec diu moremur, ego*

B *incolumitatem vestram, vos constantiam meam.* [56] *Plura de extremis loqui, pars ignauiæ est. præcipuum destinationis meæ documentum habete, quòd de nemine queror. Nam incusare deos vel homines, eius est, qui viuere velit.* Talia locutus, vt cuique ætas aut dignitas, comiter appellatos, irent properè, neu remorando iram victoris asperarent, iuuenes auctoritate, senes precibus monebat: placidus ore, intrepidus verbis, intempestiuas suorum lacrymas coërcens. Dari naues ac vehicula abeuntibus iubet. libellos epistolasque, studio erga se, aut Vitellium contumeliis, insignes, abolet. Pecunias distribuit parcè, nec vt periturus. Mox [57] Saluium Cocceianum fratris filium primâ iuuentâ trepidum, & mærentem, vltrò solatus est, laudando pietatem eius, castigando formidinem. *An Vitellium tam immitis animi fore, vt pro incolumi totâ domo, ne hanc quidem sibi gratiam redderet? Mereri se festinato exitu clementiam victoris. Non enim vltimâ desperatione, sed poscente prælium exercitu, remisisse Reipub. nouissimum casum. Satis sibi nominis, satis posteris suis nobilitatis quæsitum. post Iulios, Claudios, Seruios, se primum, in familiam nouam imperium intulisse, proinde erecto animo capessere*

C *ret vitam,* [58] *neu patruum sibi Othonem fuisse, aut obliuisceretur vmquam, aut nimium meminisset.*

Cap. 47. *Sed ipse bellum abhorret.*

* *Libri alij, auertus. Oratio huic rei elegans.*

Attendite principes.

Cap. 48. *Suos dimittit.*

Cauet omnibus in posterum.

Fratris filium alloquitur.

54. LEGIONES AQVILEIAM INGRESSAS.] *De Mœsiæ legionibus tribus loquitur, de quibus hoc ipsum infrà:* Aquileiam iam progressæ, raptâ pecuniâ & inter se diuisâ, hostiliter egerunt. *Hoc eò noto, quòd in Suetonio aliter legas, & dumtaxat* bina ex his legionibus millia præmissa, *Aquileiam venisse. in Vespas. cap.* VI. Mœsiaci exercitus bina è tribus legionibus millia, missa auxilio Othoni, postquàm iter ingressis nuntiatum est victum eum, ac vim vitæ suæ attulisse: nihilo secius Aquileiam vsque perseuerauerunt, quasi rumori minus crederent. *Et addit, metuentes vltionem de alio Imperatore cogitasse. Sed vereor vt Suetonius alucinetur in* duobus millibus: *qui non è Mœsicis, sed Pannoni-*

D *cis Dalmaticisq; fuere. Ita enim idem Tacitus suprà dixerat:* Læta Othoni principia belli, motis ad imperium eius è Dalmatiâ Pannoniaque exercitibus. Fuêre quatuor legiones, è quibus bina millia præmissa. *Nec apud Tacitum leges, de præmissis illis è legionibus Mœsiacis. Sanè si & rem vides, probabilius tres ipsas legiones illa violenta & hostilia Aquileiæ ausas, & de Imperatore deliberasse, quàm sola ex iis duo millia electa.*

55. DIFFICILIVS EST TEMPERARE.] *Acutè, vt solet, Statius hoc expressit:*

Non parcit populis regnum breue.

Et est humanum ingenium scilicet auidum tunc & præceps.

56. PLVRA DE EXTREMIS LOQVI.] *Quem non capiant hæc talia, ex intimo animorum & affectuum penetrali deprompta? & sunt assidua in nostro scriptore. Quinctilianus Declamator simile, Declam.* CCCXLIV. Iam mihi narras moras. ipsum illud secretum quærere, & putare interesse vbi pereas, non est ardentis in mortem impetus. Non fiunt ista nisi subitò. nec quisquam (præsertim nullâ graui præcedente causâ) spiritum ratione deposuit. *Etiam Aiax apud Sophoclem iam se interfecturus:*

Ἀλλ' οὐδὲν ἔργον ταῦτα θρηνεῖσθαι μάτην.
Ἀλλ' ἀρκτέον τὸ πρᾶγμα σωὐ τάχει τινί.
Ὦ θάνατε, θάνατε, νῦν μ' ὑπάντησον μολών:
Sed cui bono sit ista frustrà plangere?
Res ipsa agenda est, & quidem celeri manu.
O mors adesdum, ô mors veni atque me vide.

57. SALVIVM COCCEIANVM FRATRIS FILIVM.] *Melius ita, quàm* Cocceium. *quod Plutarchus præfert. Nam & Tranquillus ita appellat, in Domit. cap.* X. *vbi narrat hunc interfectum. At Suetonius non fratris solùm filium, sed ipsum hîc fratrem præsentem facere videtur: contra Taciti & Plutarchi narrationem apertè. Nam ille in castra euaserat è pugnâ, seq; cum aliis dedidit. Suetonij tamen verba, cap.* X. Fratrem igitur, fratrisque filium, & singulos amicorum cohortatus. *quæ profectò non vera, si verus Tacitus.*

58. NEV PATRVVM SIBI OTHONEM.] *Totidem pænè verbis Plutarchus:* μήτε ὑπολαβέσθαι παντάπασι, μήτε ἄγαν μνησικεύειν, ὅτι Καίσαρα θεῖον ἔχεις. *Non audiemus Beatum, qui verbum,*

Cap. 49. *Morti jeparat* *Quidam libri animo volutantem *Impeditur seditione militum: Quam interueniens sedat. Nocte eâ dormit. Manè se interficit. Funeratur magno studio. Milites multi se quoque interficiunt.*

nisset. Post quæ, dimotis omnibus, paulum requieuit. atque illum iam supremas curas A
* agentem repens tumultus auertit; nuntiatâ consternatione ac licentiâ militum. nam-
que abeuntibus exitium minitabantur, atrociſſimâ in Verginium vi, quem clausâ do-
mo obsidebant. increpitis seditionis auctoribus regressus, vacauit abeuntium alloquiis,
donec omnes inuiolati digrederentur. [59] Vesperascente die, sitim hausto gelidæ aquæ
sedauit. Tum [60] allatis pugionibus, cùm vtrumque prætentasset, alterum capiti subdit.
Et explorato, iam profectos amicos, noctem quietam, vtque affirmatur, non insomnem
egit. Luce primâ, in ferrum pectore incubuit. Ad gemitum morientis, ingressi liberti,
seruique, & Plotius Firmus prætorij præfectus, vnum vulnus inuenêre. Funus matura-
tum. ambitiosis id precibus petierat, ne amputaretur caput, ludibrio futurum. Tulere
corpus prætoriæ cohortes, cum laudibus & lacrymis, vulnus manusque eius exosculan-
tes. Quidam militum, iuxta rogum interfecere se; non noxâ neque ob metum, sed æmu-
latione decoris, & caritate Principis. Ac posteà; promiscuè Bedriaci, Placentiæ aliisque
in castris, celebratum id genus mortis. Othoni sepulchrum exstructum est, modicum, B
& mansurum. Hunc vitæ finem habuit septimo & tricesimo ætatis anno. Origo illi è

Cap. 50. *Elogia de Othone.*

municipio Ferentino. Pater consularis, auus prætorius, [61] maternum genus impar, nec
tamen indecorum. pueritia ac iuuenta, qualem monstrauimus. duobus facinoribus, al-
tero flagitiosissimo, altero egregio, tantumdem apud posteros meruit bonæ famæ, quan-
tum malæ. Vt conquirere fabulosa, & fictis oblectare legentium animos, procul graui-
tate cœpti operis crediderim; ita vulgatis traditisque demere fidem, non ausim. Die quo

Prodigium de aue visâ. * *Fortè*, loco

Bedriaci certabatur, auem inusitatâ specie, apud Regium Lepidum celebri * luco conse-
disse, incolæ memorant; nec deinde cœtu hominum, aut circumuolitantium alitum,
territam pulsámve, donec Otho se ipse interficeret: tum ablatam ex oculis: & tempora
reputantibus, initium finemque miraculi, cum Othonis exitu competisse. In funere eius,

Cap. 51. *Iterùm seditio militaris.*

nouata luctu ac dolore militum seditio. nec erat, qui coërceret. Ad Verginium versi,
modò vt reciperet imperium, nunc vt legatione apud Cæcinam ac Valentem fungere-
tur, minitantes orabant. Verginius per auersam domus portam furtim digressus, irrum- C
pentes frustratus est. Earum, quæ Brixelli egerant, cohortium, preces, Rubrius Gallus tu-
lit. Et venia statim impetrata, concedentibus ad victorem per Flauium Sabinum, iis

Cap. 52. *Senatus discrimen Mutina.*

copiis quibus præfuerat. Posito vbique bello, magna pars senatus extremum discrimen
adiit, profecta cum Othone ab vrbe, dein Mutinæ relicta. illuc de aduerso prœlio alla-
tum. Sed milites, vt falsum rumorem aspernantes, quòd infensum Othoni senatum ar-
bitrabantur, custodire sermones, vultum habitumque trahere in deterius: conuitiis po-
stremò ac probris caussam & initium cædis quærebant. cùm alius insuper metus sena-
toribus instaret, ne præualidis iam Vitellij partibus, contanter excepisse victoriam cre-
derentur. Ita trepidi & vtrimque anxij coëunt. nemo priuatim expedito consilio, inter
multos, [62] societate culpæ tutior. Onerabat pauentium curas ordo Mutinensis, arma

Cap. 53. *Eprius Marcellus accusatur.*

& pecuniam offerendo, appellabatque Patres Conscriptos, intempestiuo honore. No-
tabile iurgium inde fuit, quo Licinius Cæcina Marcellum Eprium, vt ambigua differen-
tem, inuasit. Nec ceteri sententias aperiebant. Sed inuisum memoriâ delationum, expo- D
situmque ad inuidiam Marcelli nomen, irritauerat Cæcinam, vt nouus adhuc, & in se-
natum nuper adscitus, magnis inimicitiis clarescceret. Moderatione meliorum diremti.

Et re-

nimium, *auctore Budensi codice delet, & vnà sententiæ acumen. Totum id enim in eo. sicut & in Plinij loco fuerat, epist.* XIV. *lib.* III. *quem deprauarunt:* Largius Macedo superbus alioqui & sæ-
uus dominus, & qui seruisse patrem suum parùm imò minimum meminisset. *Tu scribe*, nimium
meminisset.

59. VESPERASCENTE DIE.] *Farnesiano est*, vesperante. *quod verum arbitramur. Agellius:* Vbi iam vesperauerat.

60. ALLATIS PVGIONIBVS.] *Vocem addunt aliquot libri*, pugionibus duobus. *atque ita Plutarchus:* δυοῖν ὄντων ἀυτῷ ξιφῶν.

61. MATERNVM GENVS IMPAR.] *Quomodo? si splendidissima ea fœmina fuit, Suetonio testante? Scribit enim de patre Othonis:* Ex Albiâ Terentiâ splendidissimâ fœminâ duos tulit filios. *Sed melior ibi scriptura*, splendidâ fœminâ: *quam ex opt. libro Torrentius adnotauit. idq; non aliud quàm ordinem equestrem propriè notat.*

62. SOCIETATE CVLPÆ TVTIOR.] *Puto*, tutiores.

63. RVR-

A Et rediere omnes Bononiam, [63] rursus consiliaturi. Simul, medio temporis, plures nuntij sperabantur. Bononiæ, diuisis per itinera qui recentissimum quemque percontarentur, interrogatus Othonis libertus caussam digressus, habere se suprema eius mandata respondit. Ipsum viuentem quidem relictum, sed solâ posteritatis curâ, & abruptis vitæ blandimentis. Hinc admiratio, & plura interrogandi pudor. Atque omnium animi in Vitellium inclinauere. Intererat consiliis frater eius L. Vitellius, seque iam adulantibus offerebat, cùm repentè * Cenus libertus Neronis, atroci mendacio vniuersos perculit, affirmans superuentu XIIII. legionis, iunctis à Brixello viribus, cæsos victores, versam partium fortunam. Caussa fingendi fuit, vt [64] diplomata Othonis, quæ negligebantur, lætiore nuntio reualescerent. Et Cenus quidem rapidus in vrbem vectus, paucos post dies, iussu Vitellij pœnas luit. Senatorum periculum auctum, credentibus Othonianis militibus vera esse quæ afferebantur. Intendebat formidinem, quòd publici consilij facie, discessum Mutinâ, desertæque partes forent. Nec vltrà in commune congressi, sibi

B quisque consuluere: donec missæ à Fabio Valente epistolæ, demerent metum. Et mors Othonis, quò laudabilior, eò velociùs audita. At Romæ nihil trepidationis: [65] Cereales ludi ex more spectabantur. vt cessisse vitâ Othonem, & à Flauio Sabino præfecto vrbis, quod erat in vrbe militum sacramento Vitellij adactum, certi auctores in theatrum attulerunt, Vitellio plausere: populus, cum lauru ac floribus, Galbæ imagines circum templa tulit, congestis in modum tumuli coronis, iuxta lacum Curtij, quem locum Galba moriens sanguine infecerat. In senatu, cuncta longis aliorum principatibus composita, statim decernuntur. Additæ erga Germanicos exercitus laudes, grateque. & missa legatio, quæ gaudio fungeretur. Recitatæ Fabij Valentis epistolæ ad consules scriptæ, haut immoderatè. [66] Gratior Cæcinæ modestia fuit, quòd non scripsisset. Ceterùm Italia grauiùs atque atrociùs, quàm bello afflictabatur. Dispersi per municipia & colonias Vitelliani, spoliare, rapere, vi & stupris polluere, in omne fas nefasque auidi, aut venales, non sacro, non profano abstinebant. Et fuêre qui inimicos suos specie militum interfi-

C cerent. ipsique milites regionum gnari, refertos agros, dites dominos in prædam, aut si repugnatum foret, ad excidium destinabant: obnoxiis ducibus, & prohibere non ausis. Minus auaritiæ in Cæcinâ, plus ambitionis: Valens, ob lucra & quæstus infamis, eoque alienæ etiam culpæ dissimulator. Iam pridem attritis Italiæ rebus, [67] tantum peditum equitumque, vis, damnaque, & iniuriæ, ægrè tolerabantur. Interim Vitellius victoriæ suæ nescius, vt ad integrum bellum, reliquas Germanici exercitus vires trahebat. Pauci veterum militum in hibernis relicti, festinatis per Gallias dilectibus, vt remanentium legionum nomina supplerentur. [68] Cura belli Hordeonio Flacco permissa. Ipse è Britannico dilectu octo millia sibi adiunxit. Et paucorum dierum iter progressus, prosperas

Senatus Bononiam redit.
Ibi de Othone certa fama.
Cap. 54.
* *Lib. vet.* Gomenus. *vera scriptura*, Cœnus.
Liberti Neroniani audax mendacium Ex quo periculum Senatui.
Cap. 55.
Plebs Romana statim ad Vitellium.
Senatus honores in Vitellium cumulat.
Cap. 56.
Cuius milites mirè petulantes.
Cap. 57.
Hordeonius Germanæ præfectus.

63. RVRSVS CONSILIATVRI.] *Non muto. Horatius eo verbo vsus*, Gratum elocuta consilianti-bus Iunone diuis. *& alij.*

D 64. DIPLOMATA OTHONIS.] *Ad cursum publicum ea spectant, & à Principe dabantur. Si ergo ille mortuus, quis parêret? Sed de Diplomatis plenè alibi: nunc Suetonij locum* παρέργως *emendemus, Calig. cap.* XXXVIII. Prolata diuorum Iulij & Augusti diplomata, vt vetera & obsoleta deflebat. *Cur deflebat? aut quî id conuenit? vidi qui* delebat, *vellet. Ego,* deflabat, *vel* difflabat, *verum contendo. non enim alio gestu melius expresseris superbum habitum illum contemnentis & respuentis. Eaq; diffiatio etiam in nostris hodie moribus, vbi eleuamus quid aut aspernamur.*

65. CEREALES LVDI.] *Mors Othonis incidit in* XII. *Kal. Maias, computatione satis certâ, imperauitq;* XCV. *dies. Atqui suprà notaui (libro* XV. *in coniuratione Pisonianâ)* Cereris ludos *pridie Idus Apriles datos in Circo. Quod verum est, sed in plures nempe dies, & ad hoc ferè tempus productos, ex hoc loco constet. Adde, quæ suprà scripsi.*

66. GRATIOR CÆCINÆ MODESTIA.] *Quid ita? quia inualuerat iam illo æuo, vt publicè nemo, id est ad Consules aut Senatum scriberet, præter Principem: alij autem omnes, ad istum. Itaque superbè se gessisse Valens visus, qui id fecit: modestè Cæcina, qui omisit. Tale illud lib.* IV. *Hist. de Muciano:* Miserat & epistolas ad Senatum, quæ materiem sermonibus præbuere. Si enim priuatus esset, cur publicè loqueretur?

67. TANTVM PEDITVM EQVITVMQVE, VIS.] *Si attendis, haud difficulter mecum fatebere, illud,* tantum, *à glossographo esse, legéque:* peditum equitumque vis, damnaque, *&c. Vis pro multitudine & copiâ, tritum.*

68. CVRA BELLI HORDEONIO.] *Verisimè è Florentino corrigunt,* cura ripæ. *Nempe Rheni, & ne Germani transirent.*

ſperas apud Bedriacum res, ac morte Othonis concidiſſe bellum accepit. Vocatâ concione, virtutem militum laudibus cumulat. Poſtulante exercitu, vt libertum ſuum Aſiaticum equeſtri dignitate donaret, inhoneſtam adulationem compeſcuit. Dein, mobilitate ingenij, quod palàm abnuerat, inter ſecreta conuiuij largitur: honorauitque Aſiaticum anulis, fœdum mancipium, & malis artibus ambitioſum. Iiſdem diebus, acceſſiſſe partibus vtramque Mauretaniam, interfecto procuratore Albino, nuntij venêre. Luceius Albinus, à Nerone Mauretaniæ Cæſarienſi præpoſitus, additâ per Galbam Tingitanæ prouinciæ adminiſtratione, haut ſpernendis viribus agebat. XVIII. cohortes, quinque alæ, ingens Maurorum numerus aderat, per latrocinia & raptus apta bello manus. cæſo Galbâ, in Othonem pronus, nec Africâ contentus, Hiſpaniæ anguſto freto diremtæ imminebat. Inde Cluuio Rufo metus, & decimam legionem propinquare litori, vt tranſmiſſurus iuſſit. Præmiſſi centuriones, qui Maurorum animos Vitellio conciliarent. Neque arduum fuit, magnâ per prouincias Germanici exercitus famâ. Spargebatur inſuper, ſpreto procuratoris vocabulo, Albinum inſigne regis, & Iubæ nomen vſurpare. Ita mutatis animis, Aſinius Pollio alæ præfectus, è fidiſſimis Albino, & Feſtus ac Scipio cohortium præfecti opprimuntur. Ipſe Albinus, dum è Tingitanâ prouinciâ Cæſarienſem Mauretaniam petit, appulſus litori, trucidatur. Vxor eius, cùm ſe percuſſoribus obtuliſſet, ſimul interfecta eſt: [69] nihil eorum quæ fierent Vitellio anquirente. Breui auditu, quamuis magna tranſibat, impar curis grauioribus. Exercitum itinere terreſtri pergere iubet. Ipſe Arare flumine deuehitur, nullo principali paratu, ſed vetere egeſtate conſpicuus: donec Iunius Blæſus, Lugdunenſis Galliæ rector, genere illuſtri, largus animo, & par opibus, circumdaret Principi miniſteria, comitaretur liberaliter, eo ipſo ingratus, quamuis odium Vitellius [70] humilibus blanditiis velaret. Præſtò fuere Lugduni, victricium victarumque partium duces. Valentem & Cæcinam pro concione laudatos, curuli ſuæ circumpoſuit. Mox vniuerſum exercitum occurrere infanti filio iubet. Perlatumque, & paludamento opertum, ſinu retinens, Germanicum appellauit, cinxitque cunctis fortunæ principalis inſignibus. Nimius honos inter ſecunda, rebus aduerſis in ſolatium ceſſit. Tum interfecti centuriones promtiſſimi Othonianorum: vnde præcipua in Vitellium alienatio, per Illyricos exercitus. Simul ceteræ legiones contactu, & aduerſus Germanicos milites inuidiâ, bellum meditabantur. Suetonium Paullinum, ac Licinium Proculum, triſti morâ ſqualidos tenuit: donec auditi, neceſſariis magis defenſionibus, quàm honeſtis vterentur. Proditionem vltrò imputabant: ſpatium longi ante prœlium itineris, fatigationem Othonianorum, permixtum vehiculis agmen, ac pleraque fortuita, fraudi ſuæ aſſignantes. Et Vitellius credidit de perfidiâ, & fidem abſoluit. Saluius Titianus, Othonis frater, nullum diſcrimen adiit, pietate & ignauiâ excuſatus. Mario Celſo conſulatus ſeruatur. [71] Sed creditum famâ, obiectumque mox in ſenatu Cæcilio Simplici, quòd eum honorem pecuniâ mercari, nec ſine exitio Celſi voluiſſet. Reſtitit Vitellius, deditque poſteà conſulatum Simplici, innoxium & inemtum. Trachalum aduerſus criminantes, Galeria vxor Vitellij protexit. Inter magnorum virorum diſcrimina (pudendum dictu) Maricus quidam, è plebe Boiorum, inſerere ſeſe fortunæ, & prouocare arma Romana, ſimulatione numinum auſus eſt. Iamque aſſertor Galliarum, & deus (nomen id ſibi indiderat) concitis octo millibus hominum, proximos Æduorum pagos trahebat: cùm grauiſſima ciuitas, electâ iuuentute, adiectis à Vitellio cohortibus, fanaticam multitudinem diſiecit. Captus in eo prœlio Maricus, ac mox feris obiectus, quia non laniabatur, ſtolidum vulgus inuiolabilem credebat, donec ſpectante Vitellio interfectus eſt. Nec vltrà in defectores, aut bona cuiuſquam, ſæuitum. Rata fuêre eorum, qui acie Othonianâ ceciderant, teſtamenta,

Aſiaticus libertus anulis donatur. Cap. 58.

Mauretania vtraque ad Vitellium redit.

Cap. 59.

In alterâ Albinus, & turbatores cæſi.

Iunius Blæſus.

Vitellij filius vt Cæſar habetur.

Cap. 60.

Ipſe aduerſarios aut punit variè, aut abſoluit.

Cap. 61.

Maricus inſania.

Qui pœnas cum ſuis luit.

Cap. 62.

69. NIHIL VITELLIO ANQVIRENTE.] *Meritò id verbum repoſui, cùm in manuſſ. repperiſſem,* acquirente. *Anquiro enim pro Inquiro ſiue potiùs Valdè quæro, veteri & probâ notâ ſignatum verbum eſt, Ciceroni, Varroni, aliiſque crebrò vſurpatum, crebrò corruptum.*

70. HVMILIBVS BLANDITIIS.] *In Florentino,* vernilibus: *quod germaniſſimum.*

71. SED CREDITVM FAMA.] *Rectúmne? an ſcribendum,* deditum famâ?

72. LON-

A menta, aut lex inteſtatis. Prorſus, ſi luxuriæ temperaret, auaritiam non timeres. Epularum fœda & inexplebilis libido. Ex vrbe atque Italiâ, irritamenta gulæ geſtabantur, ſtrepentibus ab vtroque mari itineribus. exhauſti conuiuiorum apparatibus principes ciuitatum. vaſtabantur ipſæ ciuitates. degenerabat à labore ac virtute miles, aſſuetudine voluptatum, & contemtu ducis. Præmiſit in vrbem edictum, quo vocabulum Auguſti differret, Cæſaris non reciperet, cùm de poteſtate nihil detraheret. Pulſi Italiâ mathematici. Cautum ſeuerè, ne equites Ro. ludo & arenâ polluerentur. Priores id Principes, pecuniâ, & ſæpiùs vi, perpulerant. Ac pleraque municipia & coloniæ, æmulabantur corruptiſſimum quemque adoleſcentium, pretio illicere. Sed Vitellius, aduentu fratris, & irrepentibus dominationis magiſtris, ſuperbior & atrocior, occidi Dolabellam iuſſit, quem in coloniam Aquinatem ſepoſitum ab Othone rettulimus. Dolabella, auditâ morte Othonis, vrbem introierat. Id ei Plautius Varus, prætura functus, ex intimis
B Dolabellæ amicis, apud Flauium Sabinum præfectum vrbis obiecit, tamquam ruptâ cuſtodiâ, ducem ſe victis partibus oſtentaſſet. Addidit tentatam cohortem, quæ Hoſtiæ ageret. nec vllis tantorum criminum probationibus, in pœnitentiam verſus, ſeram veniam poſt ſcelus quærebat. Contantem ſuper tantâ re Flauium Sabinum, Triaria L. Vitellij vxor, vltra feminam ferox, terruit è periculo Principis famam clementiæ affectare. Sabinus ſuopte ingenio mitis, vbi formido inceſſiſſet, facilis mutatu, & in alieno diſcrimine ſibi pauens, ne alleuaſſe videretur, impulit ruentem. Igitur Vitellius, metu & odio, Cap. 64.
quòd Petroniam vxorem eius mox Dolabella in matrimonium accepiſſet, vocatum per epiſtolas, vitatâ Flaminiæ viæ celebritate, diuertere Interamnam, atque ibi interfici iuſſit. [72] Longum interfectori viſum: in itinere ac tabernâ, proiectum humi iugulauit: magnâ cum inuidiâ noui Principatus, cuius hoc primum ſpecimen noſcebatur. Et Triariæ licentiam, modeſtum è proximo exemplum onerabat, Galeria Imperatoris vxor,
C non minax triſtibus: & pari probitate, mater Vitelliorum Sextilia, antiqui moris. Dixiſſe quin etiam, ad primas filij ſui epiſtolas, ferebatur, non Germanicum à ſe, ſed Vitelium genitum. Nec vllis poſtea fortunæ illecebris, aut ambitu ciuitatis in gaudium cuecta, domus ſuæ tantùm aduerſa ſenſit. Digreſſum à Lugduno Vitellium, M. Cluuius Rufus aſſequitur, omiſsâ Hiſpaniâ: lætitiam & gratulationem vultu ferens, animo anxius, & petitum ſe criminationibus gnarus. Hilarius Cæſaris libertus detulerat, tamquam audito Vitellij & Othonis Principatu, propriam ipſe potentiam & poſſeſſionem Hiſpaniarum tentaſſet: eoque diplomatibus nullum Principem præſcripſiſſet. Interpretabatur quædam ex orationibus eius, contumelioſa in Vitellium, & pro ſe ipſo popularia. Auctoritas Cluuij præualuit, vt puniri vltrò libertum ſuum Vitellius iuberet. Cluuius comitatu Principis adiectus, non ademtâ Hiſpaniâ, quam rexit abſens, exemplo L. Arruntij, quem Tiberius Cæſar ob metum, Vitellius Cluuium nullâ formidine retinebat. Non idem Trebellio Maximo honos. Profugerat Britanniâ, ob iracundiam militum. Miſſus eſt in locum eius [73] Vectius Bolanus. E præſentibus, angebat Vitellium Cap. 66.
D victarum legionum haut quaquam fractus animus. Sparſæ per Italiam, & victoribus permixtæ, hoſtilia loquebantur: præcipuâ quartadecimanorum ferociâ, qui ſe victos abnuebant. quippe Bedriacenſi acie, vexillariis tantùm pulſis, vires legionis non affuiſſe. Remitti eos in Britanniam, vnde à Nerone exciti erant, placuit, atque interim Batauorum cohortes vnà tendere, ob veterem aduerſus quartadecimanos diſcordiam. Nec diu in tantis armatorum odiis quies fuit. Auguſtæ Taurinorum, dum opificem quemdam Batauus vt fraudatorem inſectatur, legionarius vt hoſpitem tuetur, ſui cuique commilitones aggregati, à conuitiis ad cædem tranſiêre. & prœlium atrox arſiſſet, ni duæ prætoriæ cohortes, cauſſam quartadecimanorum ſecutæ, his fiduciam, & metum Batauis feciſſent. quos Vitellius agmini ſuo vt fidos iungit, legionem, Graiis alpibus traductam, eo flexu

Vitellius glutto & gáneo.

Editatamen eius quædam ſeuera.

Dolabellæ cædes.

Quem Varus improbè accuſat.

Victæ legiones, non pro victis.

Quartadecimani à Batauis diſſident:

Ad manus veniunt.

Sed ſeiunguntur.

72. LONGVM INTERFECTORI.] *Hic ordo verborum in meis libris: & ſententia liquet. Alij traiiciunt, quid niſi libidine quadam omnia mutandi?*

73. VECTIVS BOLANVS. E PRÆSENTIBVS.] *Diſtingui malim*, Bolanus è præſentibus. Angebat, *&c. vt ſignificet Bolanum è comitatu principis in Britanniam miſſum.*

eo flexu itineris ire iubet, quo Viennam vitarent. Namque & Viennenſes timebantur. A Nocte quâ proficiſcebatur legio, relictis paſſim ignibus, pars Taurinæ coloniæ ambuſta: quod damnum, vt pleraque belli mala, maioribus aliarum vrbium cladibus oblitteratum. Quartadecimani, poſtquam alpibus digreſſi ſunt, ſeditioſiſſimus quiſque ſigna Viennam ferebant. conſenſu meliorum compreſſi: & legio in Britanniam tranſuecta. Proximus Vitellio è prætoriis cohortibus metus erat. Separati primùm, deinde, addito honeſtæ miſſionis lenimento, arma ad tribunos ſuos ferebant: donec motum à Veſpaſiano bellum crebreſceret. Tum, reſumtâ militiâ, robur Flauianarum partium fuêre. Prima claſſicorum legio, in Hiſpaniam miſſa, vt pace & otio miteſceret. Vndecima ac ſeptima, ſuis hibernis redditæ. Tertiadecimani, ſtruere amphitheatra iuſſi. Nam Cæcina Cremonæ, Valens Bononiæ, ſpectaculum gladiatorum edere parabant: numquam ita ad curas intento Vitellio, vt voluptates obliuiſceretur. Et quidem partes modeſtè diſtinxerat. [74] Apud victores orta ſeditio ludicro initio, niſi numerus cæſorum inuidiam bello auxiſſet. Diſcubuerat Vitellius Ticini, adhibito ad epulas Ver- B ginio. Legati tribunique, ex moribus Imperatorum ſcueritatem æmulantur, vel tempeſtiuis conuiuiis gaudent. perinde miles intentus, [75] aut licentior. Apud Vitellium omnia indiſpoſita, temulenta, peruigiliis ac Bacchanalibus, quàm diſciplinæ & caſtris propiora. Igitur duobus militibus, altero legionis quintæ, altero è Gallis auxiliaribus, [76] per laſciuiam & certamen luctandi accenſis, poſtquam legionarius prociderat, inſultante Gallo, & iis qui ad ſpectandum conuenerant in ſtudia diductis; erupêre legionarij in perniciem auxiliorum, ac duæ cohortes interfectæ. Remedium tumultus fuit, alius tumultus. Puluis procul, & arma aſpiciebantur. Conclamatum repentè XIIII. legionem, verſo itinere, ad prœlium venire. ſed erant agminis coactores. Agniti, demſere ſolicitudinem. Interim Verginij ſeruus fortè obuius, vt percuſſor Vitellij inſimulatur. & ruebat ad conuiuium miles, mortem Verginij expoſcens. Ne Vitellius quidem, quamquam ad omnes ſuſpiciones pauidus, de innocentiâ eius dubitauit. ægrè tamen cohibiti, qui exitium viri conſularis, & quondam ducis ſui flagitabant. Nec quemquam ſæpiùs, quàm C Verginium, omnis ſeditio infeſtauit. Manebat admiratio viri, & fama: ſed oderant, vt faſtiditi. Poſtero die, Vitellius, ſenatus legatione, quam ibi opperiri iuſſerat, auditâ, tranſgreſſus in caſtra, vltrò pietatem militum collaudauit: frementibus auxiliis, tantum impunitatis atque arrogantiæ legionariis acceſſiſſe. Cohortes Batauorum, ne quid truculentius auderent, in Germaniam remiſſæ, principium interno ſimul externoque bello parantibus fatis. Reddita ciuitatibus Gallorum auxilia, ingens numerus, & primâ ſtatim defectione, inter inania belli aſſumtus. Ceterùm, vt largitionibus affectæ tamen imperij opes ſufficerent, amputari legionum auxiliorumque numeros iubet, vetitis ſupplementis. Et promiſcuæ miſſiones offerebantur. Exitiale id Reip., ingratum militi, cui eadem munia inter paucos, periculaque ac labor crebriùs redibant. & vires luxu corrumpebantur: contra veterem diſciplinam, & inſtituta maiorum, apud quos virtute quàm pecuniâ res Romana meliùs ſtetit. Inde Vitellius Cremonam flexit, & ſpectato munere Cæcinæ, inſiſtere Bedriacenſibus campis, ac veſtigia recentis victoriæ luſtrare D oculis, concupiuit. Fœdum atque atrox ſpectaculum. intra XL. pugnæ diem, lacera corpora, trunci artus, putres virorum equorumque formæ, infecta tabo humus, prottitis arboribus atque frugibus, dira vaſtitas. nec minus inhumana pars viæ, quam Cremonenſes lauro roſiſque conſtrauerant, [77] exſtructis altaribus, cæſiſque victimis, regium in mo-

In Britanniâ tranſuecti. Cap. 67. *Prætoriani honeſtè miſſi.* *Cetera legiones, alia alibi locata.* Cap. 68. *Seditio Ticini.* *A leui cauſsâ. Inter legionarios & auxiliares.* *Compoſuit eos fama de hoſte.* *Verginius ad eadem poſcitur.* Cap. 69. *Batani in Germaniam redeunt.* *Vitellius militares numeros accidit.* Cap. 70. *Locum felicis ſibi pugnæ ſpectat, Fœdum & triſtem.*

74. APVD VICTORES ORTA SEDITIO.] *Vix tandem emerſi me ex hac ſalebrâ, & vidi errorem. Tranſpoſiti enim per neglegentiam verſus ſunt, iiq; in hunc ordinem cogendi:* Et quidem partes modeſtè diſtraxerat, niſi numerus cæſorum inuidiam bello auxiſſet. Apud victores orta ſeditio, ludicro initio. Diſcubuerat Vitellius, *&c. Si tamen locus integer eſt, de quo ambigo. Scripſi* diſtraxerat, *non,* diſtinxerat: *ex Vatic. & videtur ad ſententiam aptius, quia intellegit Vitellium ſatis clementer & modeſtè legiones aduerſæ partis diſparaſſe, & per varias prouincias diſtraxiſſe, nè coirent.*

75. AVT LICENTIOR.] *Anteà,* licentioſus, *legebatur: quod ſanè eligam præ iſto quod ſuppoſuit Rhenanus.*

76. PER LASCIVIAM ET CERTAMEN.] *Verius,* ad certamen: *quod in Florentino item exſtat.*

77. EXSTRVCTIS ALTARIBVS, CÆSISQVE VICTIMIS.]

A in morem. quæ læta in præsens, mox perniciem ipsis fecêre. Aderant Valens & Cæcina, monstrabantque pugnæ locos: hinc erupisse legionum agmen, hinc equites coortos: inde circumfusas auxiliorum manus. Iam tribuni præfectique, sua quisque facta extollentes, *falso vera, aut maiora vero miscebant. Vulgus quoque militum, clamore & gaudio, deflectere viâ, spatia certaminum recognoscere, aggerem armorum, strues corporum intueri, mirarique. Et erant quos varia fors rerum, lacrymæque & misericordia subiret. At non Vitellius flexit oculos, nec tot millia insepultorum ciuium exhorruit. Lætus vltrò, & tam propinquæ sortis ignarus, instaurabat sacrum diis loci. Exin Bononiæ, à Fabio Valente, gladiatorum spectaculum editur, aduecto ex vrbe cultu. Quantoque magis propinquabat, tanto corruptius iter, immixtis histrionibus & spadonum gregibus, & cetero Neronianæ aulæ ingenio. Namque & Neronem ipsum Vitellius admiratione celebrabat, sectari cantantem solitus, non necessitate quâ honestissimus quisque, sed luxu, & saginæ mancipatus emtusque. Vt Valenti & Cæcinæ vacuos honoris men-
B ses aperiret, coartati aliorum consulatus, [78] dissimulatus M. Macri tamquam Othonianarum partium ducis: & Valerium Marinum, destinatum à Galbâ consulem, distulit, nullâ offensâ, sed mitem, & iniuriam segniter laturum. Pedanius Costa omittitur, ingratus Principi, vt aduersus Neronem ausus, & Verginij exstimulator. Sed alias protulit causas. actæque insuper Vitellio gratiæ consuetudine seruitij. Non vltra pau- Cap. 72.
cos dies, quamquam acribus initiis cœptum, mendacium valuit. Exstiterat quidam, Scribonianum se Camerinum ferens, Neronianorum temporum metu in Histriâ occultatum, quòd illic clientelæ & agri veterum Crassorum, ac nominis fauor manebat. Igitur deterrimo quoque in argumentum fabulæ assumto, vulgus credulum, & quidam militum errore veri, seu turbarum studio, certatim aggregabantur: cùm pertractus ad Vitellium, interrogatusque quisnam mortalium esset, postquam nulla dictis fides, & à domino noscebatur, conditione fugitiuus, nomine Geta, sumtum de eo supplicium in seruilem modum. Vix credibile memoratu est, quantum superbiæ secordiæque Vitel- Cap. 73.
C lio adoleuerit, postquam speculatores Syriâ Iudæaque, adactum in verbis eius Orientem nuntiauere. Nam etsi vagis adhuc & incertis auctoribus, erat tamen in ore famaque Vespasianus, ac plerumque ad nomen eius Vitellius excitabatur. Tum ipse exercitusque, vt nullo æmulo, fœuitiâ, libidine, raptu, in externos mores proruperunt. At Vespasianus Cap. 74.
bellum armaque, procul vel iuxtà sitas vires, circumspectabat. Miles ipsi adeò paratus, vt præeuntem sacramentum, & fausta Vitellio omnia precantem, per silentium audierint. Muciani animus, nec Vespasiano alienus, & in Titum pronior. præfectus Ægypti Alexander, consilia sociauerat. Tertiam legionem, quòd è Syriâ in Mœsiam transisset, suam numerabat. ceteræ Illyrici regiones, secuturæ sperabantur. Namque omnes exercitus flammauerat arrogantia venientium à Vitellio militum, quòd truces corpore, hortidi sermone, ceteros vt impares irridebant. [79] Sed inerat à mole belli plerumque contatio, & Vespasianus modò in spem erectus, aliquando aduersa reputabat. *Quis ille dies*

Milites latè eâ specie:

** Flor. falsa, vera,*

Et Vitellius supra fas.

Qui Neronis olim assecla.

Honores suis diuidit.

Falsus Scribonianus:

Capite & cruce mendacium luit.

Oriens in Vitellium iurat.

Tamen Vespasianus occultè de imperio agitat.

Vires suas circumspicit:

Sperat: sed interdum & metuit.

D

VICTIMIS.] *Aræ istæ & Victimæ, Vitellij Genio & Victoriæ. Fœda, sed vetus adulatio: quam in aduentu Regum aut Principum vsurparunt Græci Latiniq;. Iustinus libro* XXIV. Arsinoë prægressa virum, festum diem vrbi indicit, domos, templa, ceteraque omnia exornari iubet: ARAS vbique HOSTIASQVE disponi. *Valerius lib.* IX. *De luxuriâ:* Quid sibi voluit princeps suorum temporum Metellus Pius, cùm in Hispaniâ ADVENTVS suos ab Hospitibus ARIS ET THVRE excipi patiebatur? *Factum & Cæsari è Galliâ reduci. Hirtius lib.* VIII. Multitudo obuiam procedebat: HOSTIÆ omnibus locis immolabantur: tricliniis stratis fora templaque occupabantur. *Et passim deinde Principibus. In Caligulâ Sueton. cap.* XIII. Inter ALTARIA & VICTIMAS, ardentesque tedas, densissimo & lætissimo obuiorum agmine incessit. *In Galbâ idem c.* XVIII. Cùm per omne iter, dextrâ sinistrâque VICTIMÆ opidatim cæderentur. *Plinius Panegyrico, de aduentu Traiani:* Vt plena ALTARIBVS, augusta VICTIMIS cuncta! *Alius Panegyristes ad Maximianum:* Totamque hanc vrbem repentinâ tuâ in hostes eruptione solicitam, lætitiâ & exultatione & ARIS flagrantibus, & SACRIFICIIS & ODORIBVS accensis numini tuo, implesti.

78. DISSIMVLATVS M. MACRI.] *Scribendum videtur* Martij Macri. *Nam ita eum suprà crebrò nominat, qui Præfectus gladiatoribus fuit.*

79. SED INERAT A MOLE BELLI.] *In Florentino:* sed iniant à mole: *ex quo Pichena*, sed in tantâ mole.

80. ABIIT

dies foret, quo LX. *ætatis annos, & duos filios iuuenes bello permitteret? Esse priuatis cogitationibus progressum: & prout velint, plus minúsve sumi ex fortunâ. Imperium cupientibus, nihil medium inter summa aut præcipitia.* Versabatur ante oculos Germanici exercitus robur, notum viro militari. *Suas legiones, ciuili bello inexpertas: Vitellij, victrices. & apud victos, plus querimoniarum, quàm virium. Fluxam per discordias militum fidem, & periculum ex singulis. Quid enim profuturas cohortes alasque, si vnus alterque, præsenti facinore paratum ex diuerso præmium petat? Sic Scribonianum sub Claudio interfectum; sic percussorem eius Volaginium, è gregario ad summa militiæ prouectum. Faciliùs vniuersos impelli, quàm singulos vitari.* His pauoribus nutantem, & alij legati amicique firmabant, & Mucianus post multos secretosque sermones, iam & coràm ita locutus: *Omnes qui magnarum rerum consilia suscipiunt, æstimare debent, an quod inchoatur, Reip. vtile, ipsis gloriosum aut promtum effectu, aut certè non arduum sit. Simul ipse qui suadet considerandus est, aduciátne consilio periculum suum: & si fortuna cœptis affuerit, cui summum decus acquiratur. Ego te Vespasiane ad imperium voco, tam salutare Reip. quàm tibi magnificum. Iuxta deos, in tuá manu positum est. Nec* B *speciem adulantis expaueris, à contumeliá quàm à laude propius fuerit, post Vitellium eligi. Non aduersus diui Augusti acerrimam mentem, nec aduersus cautissimam Tiberij senectutem, nec contra Cai quidem, aut Claudij, vel Neronis, fundatam longo imperio domum exsurgimus. cessisti etiam Galbæ imaginibus. Torpere vltrà, & polluendam perdendamque Remp. relinquere, sopor & ignauia videretur, etiam si tibi, quàm inhonesta, tam tuta seruitus esset.* [80] *Abiit iam, & transuectum est tempus, quo posses videri concupisse. Confugiendum est ad imperium. An excidit trucidatus Corbulo? splendidior origine quàm nos sumus, fateor: sed & Nero, nobilitate natalium, Vitellium anteibat. Satis clarus est apud timentem, quisquis timetur. Et posse ab exercitu Principem fieri, sibi ipse Vitellius documento est, nullis stipendiis, nullâ militari famâ, Galbæ odio prouectus. Ne Othonem quidem, ducis arte, aut exercitus vi, sed præproperâ ipsius desperatione victum, iam desiderabilem & magnum Principem fecit. Cùm interim spargit legiones, exarmat cohortes, noua quotidie bello semina ministrat. si quid ardoris ac ferociæ miles habuit, popinis, & comessationibus, & Principis imitatione, deteritur. Tibi è Judæâ & Syriâ & Ægypto* C *nouem legiones integræ, nullâ acie exhaustæ, non discordiâ corruptæ. sed firmatus vsu miles, & belli domitor externi. Classium, alarum, cohortium robora; & fidissimi reges; & tua ante omnes experientia. Nobis nihil vltrà arrogabo, quàm ne post Valentem ac Cæcinam numeremur. Ne tamen Mucianum socium spreueris, quia æmulum non experiris. me Vitellio antepono, te mihi. Tuæ domui triumphale nomen, duo iuuenes, capax iam imperij alter, & primis militiæ annis apud Germanicos quoque exercitus clarus. Absurdum fuerit, non cedere imperio ei, cuius filium adoptaturus essem, si ipse imperarem. Ceterùm inter nos non idem prosperarum aduersarumque rerum ordo erit. Nam si vincimus; honorem quem dederis habebo: discrimen ac pericula ex æquo partiemur. imò vt melius est, tu hos exercitus rege, mihi bellum, & præliorum incerta trade. Acriore hodie disciplinâ victi, quàm victores agunt. hos ira, odium, vltionis cupiditas ad virtutem accendit. illi per fastidium, & contumaciam hebescunt.* [81] *Aperiet & recludet, contecta victricium partium & tumescentia vulnera, bellum ipsum. Nec mihi maior in tuâ vigilantiâ,* [82] *parcimoniâ, sapientiâ, fiducia est, quàm in Vitellij torpore, insciti, sæuitiâ. Sed & meliorem in bello* D *caussam*

Cap. 75.

Cap. 76. *Amici eum firmant: Inprimis acri & aptâ oratione Mucianus.*

Cap. 77.

80. ABIIT IAM, ET TRANSVECTVM.] *Obscura est sententia, & ergo acuta. An hoc vult, iam senem esse Vespasianum, & in hac modestâ ætate nihil iuueniliter, aut cupidè atque ambitiosè visum iri agere, sed omnia studio & amore reipublicæ? An potius alio telo, & proprio periculo excitat? Abiit iam tempus, nec in tuâ manu est, dissimulare aut tegere cupidinem imperij. Iam innotuit multis signis, & vt saluus sis,* confugiendum est ad imperium.

81. APERIET ET RECLVDET.] *Vix abest, quin ad hæc Demosthenis sit adspectum: & certè paria sunt, in Olynthiacâ: Ὥσπερ ἐν τοῖς σώμασιν ἡμῶν, ἕως μὲν ἐρρωμένος ἦ τις, οὐδὲν ἐπαισθάνεται τῆς καθ' ἕκαστα, σαθρῶν. ἐπὰν δὲ ἀρρώστημά τι συμβῇ, πάντα κινεῖται, κἂν ῥῆγμα, κἂν στρέμμα, κἂν ἄλλο τι τῆς ὑπερχόντων σαθρὸν ᾖ. οὕτω καὶ τῆς πόλεων, καὶ τῆς τυράννων, ἕως μὲν ἂν ἔξω πολεμῶσιν, ἀφανῆ τὰ κακὰ τοῖς πολλοῖς ὄζίν. ἐπειδὰν δὲ ὅμοιος πόλεμος συμπλακῇ, πάντα ἐποίησεν ἔκδηλα:* Vt in corporibus nostris, dum valet aliquis, nullum dolorem sentit è partibus affectis; cùm autem morbus superuenit, omnia commouentur, siue ruptura, siue luxatio, siue alia imbecillitas sit: ita res habet in vrbibus, & regibus. qui donec foris belligerant, mala sua secreta habent; vbi verò vicinum bellum conflatum est, omnia aperiuntur & eluescunt.

82. PARCIMONIA, SAPIENTIA.] *Ambigo de voce parcimoniæ. Conuenit in Vespasianum, scio: quem sordidum*

A *causam, quàm in pace habemus. Nam* [83] *qui deliberant, desciuerunt.* Post Mucianii oratio- Cap.78.
nem ceteri audentiùs circumsistere, hortari, responsa vatum, & siderum motus referre. *Cui omnes subseruiunt.*
Nec erat intactus tali superstitione, vt qui mox rerum dominus, Seleucum quemdam *Incitant & vaticinia:*
mathematicum, rectorem & præscium palàm habuerit. Recursabant animo vetera
omina. Cupressus arbor in agris eius, conspicuâ altitudine, repentè prociderat, ac poste- *Siue omina.*
râ die, eodem vestigio resurgens, procera & * latior virebat. grande id prosperumque * lætior
consensu haruspicum: & summa claritudo iuueni admodum Vespasiano promissa. Sed
primò triumphalia, & consulatus, & Iudaicæ victoriæ decus, implesse fidem ominis vi-
debantur. Vt hæc adeptus est, portendi sibi imperium credebat. Est Iudæam inter Sy-
riamque Carmelus, ita vocant montem, deumque. [84] nec simulacrum deo, aut tem- *Carmelus deus.*
plum, (sic tradidere maiores) aram tantùm & reuerentiam. Illic sacrificanti Vespasia-
no, cùm spes occultas versaret animo, Basilides sacerdos, inspectis idemtidem extis,
Quidquid est, inquit, *Vespasiane quod paras, seu domum exstruere, seu prolatare agros, siue am-*
B *pliare seruitia, datur tibi magna sedes, ingentes termini, multum hominum.* Has ambages &
statim exceperat fama, & tunc aperiebat. nec quidquam magis in ore vulgi: crebriores
apud ipsum sermones, quanto sperantibus plura dicuntur. Haut dubiâ destinatione Cap.79.
discessêre, Mucianus Antiochiam, Vespasianus Cæsaream. Illa Syriæ, hæc Iudææ
caput est. Initium ferendi ad Vespasianum imperij Alexandriæ cœptum, festinante Ti- *Prima Ægyptus Vespasiano iurat.*
berio Alexandro, qui Kalend. Iul. sacramento legiones eius adegit. [85] Isque primus prin- *Sequuntur in Iudæâ legiones.*
cipatus dies in posterum celebratus, quamuis Iudaicus exercitus [86] v. Nonas Iul. apud
ipsum iurasset, eo ardore, vt ne Titus quidem filius exspectaretur, Syriâ remeans, & con-
siliorum inter Mucianum ac patrem nuntius. cuncta impetu militum acta: [87] non pa-
ratâ cognitione, non coniunctis legionibus, dum quæritur tempus locusque, quodque
in re tali difficillimum est, prima vox, dum animo spes, timor, ratio, casus obuersantur.
Egressum cubiculo Vespasianum, pauci milites solito assistunt ordine, vt legatum sa-
lutaturi: Imperatorem salutauerunt. Tum ceteri accurrere, Cæsarem, & Augustum, & Cap.80.
C omnia principatus vocabula cumulare. Mens à metu ad fortunam transierat. [88] In ip-
so nihil tumidum, arrogans, aut in rebus nouis nouum fuit. Vt primùm tantæ multi-
tudinis offusam oculis caliginem discussit: [89] militariter locutus, læta omnia, & affluen-
tia

sordidum auarumq; omnes faciunt, non solùm parcum. sed cur inter principes & illustres virtutes hanc domesticam priuatamq; nominet? aut cur in eâ fiduciam boni euentus collocet? Non digna videtur, quæ ad imperium adiuuet, aut ad id gradum struat: nisi fortasse comparatione Vitellij dictum, qui natus ad prodigendum. Vtcumque, liceat dubitare an non reponendum, acrimoniâ: *sed, vt dixi, dubitare.*

83. QVI DELIBERANT, DESCIVERVNT.] *Acutè & verè dictum. Fidem enim iam fregit, qui*
D *deliberat an seruet. Plutarchus exprimere in Galbâ voluit (magni fecit ille vir hunc nostrum, & quamquam æuo compar, multa verbatim ex hac historiâ conuertit:) vbi Vinnium facit Galbam excitare & alloqui.* Ὦ Γάλβα, τίνα τρόπον βεβλεύσῃ; τὸ γὰρ ζητεῖν Νέρωνι εἰ πιστοὶ μένομεν, ἤδη μιαίνοντων ἐστί. *Vocula negans excidit, & legendum* ἤδη ἐ μιαίνοντων. *Verto:* O Galba, quomodo deliberas? Nam quærere an Neroni fidi maneamus, iam non manentium est. *Alludit & hoc Taciti, in Agricolâ:* Iam ipsos, quod difficillimum est, deliberare. Porrò in eiusmodi consiliis, periculosius esse deprehendi, quàm audere.

84. NEC SIMVLACRVM.] *Parissimum illud, quod de Herculeo fano ad Gades tradit Silius lib.* III.

Sed nulla effigies, simulacraq; nota deorum:
Maiestate locum & sacro impleuere timore.

85. ISQVE PRIMVS PRINCIPATVS DIES.] *Dies ille, Natalis imperij decorè dictus. Spartianus Hadriano:* Tertio iduum earumdem Natalem imperij statuit celebrandum.

86. QVINTO NONAS IVLIAS.] *Suetonio scriptum,* quinto Idus. *sed eum ad exemplar Taciti emendandum videri non vanè pronuntiat clarissimus Torrentius.*

87. NON PARATA COGNITIONE.] *Cui rei hîc cognitio? quam vocem Taciti mens planissimè spernit. Emendo verò,* non paratu ac concione.

88. IN IPSO NIHIL TVMIDO.] *Ita decuit per se magnum animum, non attolli per fortunam. Claudiani illud pulchrum, & hîc aptum.*

Frons priuata manet. non se meruisse fatetur,
Qui creuisse putat.

Attamen non leuiter innouauit Vespasianus, si vera quæ Sulpitius Seuerus scribit lib. II. *Sac. Hist.* Vespasianus cùm Hierosolymam obsideret, sumit imperium: &, vt mos est, diademate capiti imposito, ab exercitu Imperator consalutatus, Titum filium Cæsarem facit. *Sed palàm illa falsa. Nec mos eius æui diadema tulit, nec Flauius per somnium vsurpauit.*

89. MILITARITER LOCVTVS.] *Rectissimè. atque ita libri. Significat orationem eius castrensem horridamq;*

Etiam in Syriâ, operâ Muciani.

tia excepit. Iam id ipſum opperiens Mucianus, alacrem militem in verba Veſpaſiani adegit. Tum Antiochenſium theatrum ingreſſus, vbi illis [90] conſultare mos eſt, concurrentes, & in adulationem effuſos alloquitur: ſatis decorus etiam Græcâ facundiâ, omniumque quæ diceret atque ageret, arte quâdam oſtentator. Nihil æquè prouinciam exercitumque accendit, quàm quod aſſeuerabat Mucianus, ſtatuiſſe Vitellium, vt Germanicas legiones in Syriam, ad militiam opulentam quietamque transferret. Contrà, Syriacis legionibus Germanica hiberna, cælo ac laboribus dura mutarentur. Quippe & prouinciales, ſueto militum contubernio gaudebant, plerique neceſſitudinibus & propinquitatibus mixti, & militibus, vetuſtate ſtipendiorum, nota & familiaria caſtra, in

Cap. 81. *Et reges ſociantur: Sohemus, Antiochus, Agrippa, Bereniæ.*

modum penatium [91] diligebantur. Ante Idus Iul. Syria omnis in eodem ſacramento fuit. Acceſſere cum regno, Sohemus haut ſpernendis viribus, Antiochus vetuſtis [92] opibus ingens, & inſeruientium regum ditiſſimus. Mox, per occultos ſuorum nuntios [93] excitus ab vrbe Agrippa, ignaro adhuc Vitellio, celeri nauigatione properauerat. Nec minore animo, regina Berenice partes iuuabat, florens ætate formaque, & ſeni quoque Veſpaſiano magnificentiâ munerum grata. Quidquid prouinciarum alluitur mari, Aſiâ atque Achaiâ tenus, quantumque introrſus Pontum & Armenios pateſcit, iuraueˆre. Sed inermes legati regebant, [94] nondum additis Cappadociæ legionibus. Conſi-

Beryti conuentus.

lium de ſummâ rerum, Beryti habitum. Illuc Mucianus, cum legatis tribunisque, & ſplendidiſſimo quoque centurionum ac militum, venit. Et è Iudaico exercitu, lecta decora. Tantum ſimul peditum equitumque, & æmulantium inter ſe regum paratus, ſpe-

Cap. 82. *Omnia ad bellum parantur.*

ciem fortunæ Principalis effecerant. Prima belli cura, agere dilectus, [95] reuocare veteranos. deſtinantur validæ ciuitates, exercendis armorum officinis. apud Antiochenſes, aurum argentumque ſignatur. eaque cuncta per idoneos miniſtros, ſuis quæque locis, feſtinabantur. Ipſe Veſpaſianus, adire, hortari; bonos laude, ſenes exemplo, incitare ſæ-

Honores in amicos Veſpaſianus largitur: At parcè pecuniam militi.

piùs quàm coërcere: vitia magis amicorum, quàm virtutes diſſimulans. Multos, præfecturis & procurationibus; pleroſque, ſenatorij ordinis honore percoluit, egregios viros, & mox ſumma adeptos. quibuſdam, fortuna pro virtutibus fuit. Donatiua militi, neque Mucianus primâ concione, niſi modicè oſtenderat. ne Veſpaſianus quidem, plus ciuili bello obtulit, quàm alij in pace, egregiè firmus aduerſus militarem largitionem, eoque exercitu meliore. Miſſi ad Parthum Armeniumque legati. prouiſumque, ne verſis ad

Titus in Iudæâ manet:

ciuile bellum legionibus, terga nudarentur. Titum inſtare Iudææ, Veſpaſianum obtinere clauſtra Ægypti placuit. Sufficere videbantur aduerſus Vitellium, pars copiarum, & dux Mucianus, & Veſpaſiani nomen, ac Nihil arduum fatis. Ad omnes exercitus legatoſque ſcriptæ epiſtolæ, præceptumque vt prætorianos Vitellio infenſos, reciperandæ

Cap. 83. *Mucianus it ad bellum.*

militiæ præmio inuitarent. Mucianus cum expeditâ manu, ſocium magis imperij quàm miniſtrum agens, non lento itinere, ne contari videretur, neque tamen properans, gliſcere famam ipſo ſpatio ſinebat: gnarus modicas vires ſibi, & maiora credi de abſentibus.

Claſſem parat,

Sed legio ſexta, & tredecim vexillariorum millia, ingenti agmine ſequebantur. [96] Claſſem è Ponto, Byzantium adigi iuſſerat: ambiguus conſilij, num omiſsâ Mœſiâ, Dyrrachium

ridamq; fuiſſe, non cultum forenſi aut vrbano more. Qui, militariter lautus, *caſtigant: ineptiunt.*

90. CONSVLTARE MOS EST.] *Qui mos ſcilicet pleriſque Græcorum, & qui oriundi à Græcis. Frontinus* III. *Stratag. cap.* II. Alcibiades in theatro diſſeruit, vbi ex more Græcorum locus conſultationi præbebatur. *Iuſtinus lib.* XXII. Agathocles velut reip. ſtatum formaturus, populum in theatrum ad concionem vocari iubet. *Inde illud Satyrici, de principe oratore:*

——— & pleni moderantem fræna theatri.

Meminit eiuſce ritus Cicero pro Flacco, & alij.

91. DILIGEBANTVR.] *Id eſt, amabant vetera & nota caſtra, iuxtà ac ſuas ædes. Clarum, nec monitione dignum: niſi correctores,* dirigebantur, *maluiſſent.*

92. OPIBVS INGENS.] *Adtextam cenſeo vocem,* ingens: *certè obnubilat ſententiam & phraſem, quæ aliàs Tacito crebra.*

93. EXCITVS AB VRBE.] *Quomodo, aut quando ergo illuc venerat? Ex Egeſippo diſce, lib.* IV. *c.* XXI. Sententiam noui Principis de bello Iudæorum ſciſcitari, Veſpaſiano conſilium fuit: miſitque Titum filium, & regem Agrippam. Titus de Achaiâ reuertit: Agrippa Romam contendit, vt apud nouum Principem locaret gratiam.

94. NONDVM ADDITIS.] *Veſpaſianus ipſe addidit. Vide Tranquillum, cap.* VIII. *in Veſpaſ.*

95. REVOCARE VETERANOS.] *In quibuſdam,* euocare: *& rectè. Iſti enim ſunt verè Euocati: de quibus in Milit. noſtrâ, lib.* I.

96. CLASSEM E PONTO.] *Intellege claſſem, quæ*

A chium pedite atque equite peteret: ſimul longis nauibus verſum in Italiam mare clauderet, tutâ pone tergum Achaiâ Aſiaque. quas inermes exponi Vitellio, ni præſidiis firmarentur: atque ipſum Vitellium in incerto fore, quam partem Italiæ protegeret, ſi ſimul Brundiſium Tarentumque, & Lucaniæ Calabriæque litora, infeſtis claſſibus peterentur. Igitur nauium, militum, armorum paratu ſtrepere prouinciæ. Sed nihil æquè fatigabat, quàm pecuniarum conquiſitio: eos eſſe belli ciuilis neruos dictitans Mucianus, non ius aut verum in cognitionibus, ſed ſolam magnitudinem opum ſpectabat. paſſim delationes, & locupletiſſimus quiſque in prædam correpti. quæ grauia atque intoleranda, ſed neceſſitate armorum excuſata, etiam in pace manſêre. ipſo Veſpaſiano, inter initia imperij, ad obtinendas iniquitates haut perinde obſtinato: donec, indulgentiâ fortunæ, & prauis magiſtris, didicit, auſuſque eſt. Propriis quoque opibus Mucianus bellum iuuit, largitus priuatim, quod auidiùs de Rep. ſumeret. Ceteri conferendarum pecuniarum exemplum ſecuti; rariſſimus quiſque, eamdem in reciperando licen- Cap.84.
Pecuniam inprimis. Acres vbique exactiones: Et concuſſiones.

B tiam habuerunt. Accelerata interim Veſpaſiani cœpta, Illyrici exercitus ſtudio Tranſ- Cap.85.
greſſa in partes tertia legio, exemplum ceteris Mœſiæ legionibus præbuit. Octaua erat ac ſeptima Claudiana, imbutæ fauore Othonis, quamuis prœlio non interfuiſſent: Aquileiam iam progreſſæ, [97] proturbatis qui de Othone nuntiabant, laceratiſque vexillis nomen Vitellij præferentibus, raptâ poſtremò pecuniâ, & inter ſe diuisâ, hoſtiliter egerant. Vnde metus, & ex metu conſilium, poſſe imputari Veſpaſiano; quæ apud Vitellium excuſanda erant. Ita tres Mœſicæ legiones per epiſtolas alliciebant Pannonicum exercitum, aut abnuenti vim parabant. In eo metu Aponius Saturninus Mœſiæ rector, peſſimum facinus audet, miſſo centurione ad interficiendum Tertium Iulianum, ſeptimæ legionis legatum; ob ſimultates, quibus cauſſam partium prætendebat. Iulianus, comperto diſcrimine, & gnaris locorum adſcitis, per auia Mœſiæ vltra montem Hæmum profugit. nec deinde ciuili bello interfuit, per varias moras ſuſceptum ad Veſpaſianum iter trahens, & ex nuntiis contabundus, aut properans. At in Pannoniâ XIII. legio, ac Cap.86.
Illyriciani ad Veſpaſianum tranſeunt:

C VII. Galbiana, dolorem iramque Bedriacenſis pugnæ retinentes, haut contanter Veſpaſiano acceſſere, vi præcipuâ [98] Primi Antonij. Is legibus nocens, & tempore Neronis falſi damnatus, inter alia belli mala, ſenatorium ordinem reciperauerat, præpoſitus à Galbâ ſeptimæ legioni. ſcriptitaſſe Othoni credebatur, ducem ſe partibus offerens: à quo neglectus, in nullo Othoniani belli vſu fuit. labantibus Vitellij rebus Veſpaſianum ſecutus, grande momentum addidit, ſtrenuus manu, ſermone promtus, ſerendæ in alios inuidiæ artifex, diſcordiis & ſeditionibus potens, raptor, largitor, pace peſſimus, bello non ſpernendus. Iuncti inde Mœſici ac Pannonici exercitus, Dalmaticum militem traxêre, quamquam conſularibus legatis nihil turbantibus. Titus Ampius [99] Flauianus Pannoniam, [100] Pompeius Sullanus Dalmatiam tenebant, diuites ſenes. Sed procurator aderat Cornelius Fuſcus, vigens ætate, claris natalibus: primâ iuuentâ, quietis cupidine, ſenatorium ordinem exuerat. Idem pro Galbâ dux coloniæ ſuæ, eaque operâ procurationem adeptus, ſuſceptis Veſpaſiani partibus, acerrimam bello facem præ-

D tulit. non tam præmiis periculorum, quàm ipſis periculis lætus, pro certis & olim partis, noua, ambigua, ancipitia malebat. Igitur mouere & quatere quidquid vſquam ægrum
Operâ maximè Antonij Primi.
Quid is hominis?
Fax altera, Cornelius Fuſcus.

quæ Romanis etiam illic ordinaria, ad tuendam Ponti oram. Quanta ea fuit? hauries è ſolo Egeſippo lib. II. *in oratione (cui pulchra placent, eam legat) Agrippæ:* Mæotia regna Boſporanique omnes Romano ſubiiciuntur imperio, & illud antè innauigabile pelagus quadraginta naues ad pacem exercent.

97. PROTVRBATIS QVI DE OTHONE.] *Id eſt, ſpretis reiectiſq; qui victum eum, & vixiſſe dicebant. quod Suetonius dixit,* rumori eos non credidiſſe: *vt ſolent homines, in ſpem ſuam proni.*

98. PRIMI ANTONII.] *Egeſippi ſuper hoc nobili duce errorem non celo ſiue errores potiùs. Is enim libro* IV. *cap.* XXIX. *facit eum* Præfectum tertio ordini militari: *id eſt, legioni tertiæ. Atqui Septimæ præponit eum ſtatim noſter. Item in Myſiâ eum collocat: noſter clarè in Pannoniâ. Quis autem præponderare fidem Cornelianam neſciat?*

99. FLAVIANVS.] *Malui quàm,* Fabianus. *Farneſianum codicem audio, & Tacitum ipſum, qui non aliter ſequenti libro appellat.*

100. POMPEIVS SVLLANVS.] *Imò* Siluanus. *Ita enim libro proxima:* Sex millia Dalmatarum ducebat Pompeius Siluanus, conſularis ſenex.

Alij exercitus item alliciuntur.

ægrum foret, aggreditur. Scriptæ in Britanniam ad quartadecimanos, in Hiſpaniam ad primanos epiſtolæ: quòd vtraque legio pro Othone, aduerſa Vitellio fuerat. Spargun- A
tur per Gallias litteræ, momentoque temporis flagrabat ingens bellum, Illyricis exercitibus palàm deſciſcentibus: ceteris fortunam ſecuturis. Dum hæc per prouincias, à

Cap. 87. *Vitellius lentè interèà ad vrbem:*

Veſpaſiano ducibuſque partium, geruntur: Vitellius contemtior in dies ſegnioráque, ad omnis municipiorum villarumque amœnitates reſiſtens, graui vrbem agmine petebat.

Ingenti agmine.

Sexaginta millia armatorum ſequebantur, licentiâ corrupta. Calonum numerus amplior, procaciſſimis etiam inter ſeruos lixarum ingeniis. tot legatorum amicorumque comitatus inhabilis ad parendum, etiam ſi ſummâ modeſtiâ regeretur. Onerabant multitudinem, obuij ex vrbe ſenatores equiteſque: quidam metu, multi per adulationem, ceteri ac paullatim omnes, ne aliis proficiſcentibus, ipſi remanerent. Aggregabantur è plebe, flagitioſa per obſequia Vitellio cogniti, ſcurræ, hiſtriones, aurigæ, quibus ille amicitiarum dehoneſtamentis mirè gaudebat. Nec coloniæ modò, aut municipia, congeſtu copiarum; ſed ipſi cultores, aruaque, maturis iam frugibus, vt hoſtile ſolum, vaſtaban- B

Cui & viliſſimi miſcentur.

Italia adeditur, & atteritur.

Cap. 88.

tur. Multæ & atroces inter ſe militum cædes, poſt ſeditionem Ticini cœptam; manente legionum auxiliorumque diſcordiâ, vbi aduerſus paganos certandum foret, conſenſu. Sed plurima ſtrages, ad ſeptimum ab vrbe lapidem. Singulis ibi militibus Vitellius paratos cibos, vt gladiatoriam ſaginam, diuidebat. Et effuſa plebs, totis ſe caſtris miſcuerat. Incurioſos milites, [101] vernaculâ vrbanitate quidam ſpoliauere, abſciſſis furtim baltheis, an accincti forent rogitantes. Non tulit ludibrium inſolens contume-

Plebs vrbana à milite caſa.

liæ animus. Inermem populum gladiis inuaſere. Cæſus inter alios pater militis, cùm filium comitaretur, deinde agnitus. & vulgatâ cæde, temperatum ab innoxiis. In vrbe tamen trepidatum, præcurrentibus paſſim militibus. Forum maximè petebant, cupidine

Ferocia Germanicorum militum.

viſendi locum in quo Galba iacuiſſet. Nec minus ſæuum ſpectaculum erant ipſi, tergis ferarum & ingentibus telis horrentes, cùm turbam populi per inſcitiam parum vitarent, aut vbi lubrico viæ vel occurſu alicuius procidiſſent, ad iurgium, mox ad manus & ferrum tranſirent. Quin & tribuni præfectique, cum terrore & armatorum cateruis voli- C

Cap. 89. *Vitellius vrbem init: Pulcherrimo exercitu.*

tabant. Ipſe Vitellius, à Ponte Miluio, inſigni equo, paludatus accinctuſque, ſenatum & populum ante ſe agens, quo minus vt captam vrbem ingrederetur, amicorum conſilio deterritus, ſumtâ prætextâ & compoſito agmine inceſſit. Quattuor legionum aquilæ per frontem, totidemque circà è legionibus aliis vexilla; mox XII. alarum ſigna, & poſt peditum ordines, eques: dein quattuor & XXX. cohortes, vt nomina gentium, aut ſpecies armorum forent, diſcretæ. [102] Ante Aquilam præfecti caſtrorum tribunique, & primi centurionum, candidâ veſte: ceteri, iuxta ſuam quiſque centuriam, armis doniſque fulgentes. Et militum phaleræ torqueſque ſplendebant. decôra facies, & non Vitellio Principe dignus exercitus. Sic Capitolium ingreſſus, atque ibi matrem complexus,

Cap. 90. *Concionem habet:*

Auguſtæ nomine honorauit. Poſterâ die, tamquam apud alterius ciuitatis ſenatum populumque, magnificam orationem de ſemetipſo promſit, induſtriam temperantiamque ſuam laudibus attollens: conſciis flagitiorum ipſis qui aderant, omnique Italiâ, per quam

Magno applauſu vulgi.

ſomno & luxu pudendus inceſſerat. Vulgus tamen, vacuum curis, & ſine falſi verique diſcrimine ſolitas adulationes edoctum, clamore & vocibus adſtrepebat: abnuentique D

Cap. 91. *Malũ omen Vitellio.*

nomen Auguſti, expreſsêre vt aſſumeret, tam fruſtra quàm recuſauerat. Apud ciuitatem cuncta interpretantem, funeſti ominis loco acceptum eſt, quòd maximum Pontificatum adeptus Vitellius, de cærimoniis publicis XV. Kal. Aug. edixiſſet, antiquitùs infauſto die Cremerenſi Allienſique cladibus. adeò omnis humani diuinique iuris expers,

Popularem ſe facit.

pari libertorum amicorumque ſecordiâ, velut inter temulentos agebat. Sed comitia conſulum cum candidatis ciuiliter celebrans, omnem infimæ plebis rumorem, in theatro vt ſpectator, in circo vt fautor affectauit. quæ grata ſanè & popularia, ſi à virtutibus proficiſce-

101. VERNACVLA VRBANITATE.] *Libri aliquot veteres,* vernaculâ vtebantur vrbanitate. *Fuit omnino,* vt rebantur. *Illi iocari ſe vrbanatim cenſebant: at milites ruſticatim tetigerunt.*

102. ANTE AQVILAM.] *Accipe, ante quamque ſuam Aquilam. Alioqui veriùs Aquilas: quattuor nam erant ſimul.*

103. P. SABI-

A ficiſcerentur; memoriâ vitæ prioris, indecora & vilia accipiebantur. Ventitabat in ſenatum, etiam cùm paruis de rebus patres conſulerentur. Ac fortè Priſcus Heluidius, prætor deſignatus, contra ſtudium eius cenſuerat. Commotus primò Vitellius, non tamen vltrà quàm tribunos plebis in auxilium ſpretæ poteſtatis aduocauit. Mox mitigantibus amicis, qui altiorem iracundiam eius verebantur, nihil noui accidiſſe reſpondit, quòd duo Senatores in Rep. diſſentirent: ſolitum ſe etiam Thraſeæ contradicere. Irriſere plerique impudentiam æmulationis. aliis id ipſum placebat, quòd non ex præpotentibus, ſed Thraſeam ad exemplar veræ gloriæ legiſſet. Præpoſuerat prætorianis [103] P. Sabinum, ac præfecturæ cohortis Iulium Priſcum, [104] dum centurio eſſet. Priſcus, Valentis; Sabinus, Cæcinæ gratiâ pollebant. Inter diſcordes, Vitellio nihil auctoritatis. munia imperij Cæcina ac Valens obibant, olim anxij odiis, quæ bello & caſtris malè diſſimulata, prauitas amicorum, & fecunda gignendis inimicitiis ciuitas auxerat, dum ambitu, comitatu, & immenſis ſalutantium agminibus contendunt, comparan-

Heluidius in eum libertatem.

Quod comiter tamen acceptum.

Cap. 92.

Diſſidium inter Valentem & Cæcinam.

B turque, variis in hunc aut illum Vitellij inclinationibus. Nec vnquam ſatis fida potentia, vbi nimia eſt. Simul ipſum Vitellium, ſubitis offenſis aut intempeſtiuis blanditiis mutabilem, contemnebant metuebantque. Nec eo ſegniùs inuaſerant domos, hortos, opeſque imperij: cùm flebilis & egens nobilium turba, quos ipſos liberoſque patriæ Galba reddiderat, nullâ Principis miſericordiâ iuuarentur. Gratum primoribus ciuitatis, etiam plebs approbauit, quòd [105] reuerſis ab exſilio iura libertorum conceſſiſſet: quamquam id *omnino ſeruilia ingenia corrumpebant, abditis pecuniis per occultos aut [106] ambitioſos ſinus. Et quidam in domum Cæſaris tranſgreſſi, atque ipſis dominis potentiores. Sed miles, plenis caſtris, & redundante multitudine, in porticibus aut delubris, & vrbe totâ vagus, non principia noſcere, non ſeruare vigilias, neque labore firmari: per illecebras vrbis, & inhoneſta dictu, corpus otio, animum libidinibus imminuebat. Poſtremò ne ſalutis quidem curâ, [107] infamibus Vaticani locis magna pars

Qui omnia Romæ poſſunt.

Exſulibus iura libertorum reſtituta.

** Flor. omnimodo*

Cap. 93.

Miles Romæ effœminatur: Atque langueſcit.

C teten-

103. P. SABINVM, AC PRÆFECTVRÆ COHORTIS.] *Benè Mercerus*, P. Sabinum à Præfecturâ cohortis; & Iulium: *id eſt, qui dumtaxat cohorti præfuerat, & docet alium hunc Sabinum à fratre Veſpaſiani eſſe.*

104. DVM CENTVRIO ESSET.] *In Farneſiano non erat vocula*, eſſet. *itaque ex facili & vero emendaui*, tum centurionem. *Significat vtrumque ex paruo aut modico ad primam dignitatem promotum.*

105. REVERSIS AB EXSILIO IVRA LIBERTORVM CONCESSIT.] *Interpretor. Cùm Galba exſules reſtituiſſet; non tamen etiam bona. credo, quia in fiſcum illata, & pleraque iam per prodigentiam Neronis conſumpta. Sed nec pars quæ accuſatoribus ſententiâ iudicum ſemel donata, temerè eripienda* D *videbatur. Itaque egebant. Vitellius eos miſeratus, huc decurrit vt largiretur Iura libertorum, dupliciter quidem: redderet inquam iura libertorum veterum, daret & eorum qui poſteà manumiſſi. non aliter quàm ſi ab illo iuſto domino manumiſſi fuiſſent. In ſpeciem igitur ingens hoc donum. Nam operas liberti domino debebant, alimenta ſi egeret, denique teſtamento bonorum ſemiſſem. quæ omnia prompta & obuia tibi apud Ictos. Hoc vulgò etiam appellant, Ius patronatus, & Ius patronorum, Plinius epiſtolâ* XI. *libro* X. *Eiuſdem ſententiæ verſus illos Martialis cenſeo (Princeps Ictorum hodie variè eos tamen traxit) ad Traianum:*

Qui ſua reſtituis ſpoliato iura patrono,
Libertis exſul non erit ille ſuis.

Nec diſimilis, imò maior benignitas Auguſti in Iulum Antonij hoſtis ſui filium. de quo Dio lib. LI. Τῷ Ἰούλῳ τῷ τοῦ Ἀντωνίου τῆς τε Φυλείας υἱεῖ, τὰς ἐξελευθέρους ὁπόσα τελευτῶντας σφᾶς καταλιπεῖν ὁπωσοῦν εἶχον τοὺς νόμους ἔδει, ὅσα χρῆμα δέναι ἐκέλευσε: Iulo, Antonij & Fuluiæ filio, libertos eius, quidquid mortuos relinquere ex legibus conueniebat, ſtatim dare iuſſit. *Non enim dedit ſolùm ea iura, ſed repræſentauit.*

106. AMBITIOSOS SINVS.] *Argui olim demendo, ipſe fortaſſe arguendus. Sententiam nunc expedio: Vitellium quidem exſulibus reuerſis iura reddidiſſe vetera in libertos: ſed non cum magno fructu. quia pecunias ſuas occultabant per varias artes & receſſus. ita in alimentis, teſtamentis, aliiſque, patronos fraudabant, vt modici ipſi & inopes. Voci Sinus, ea vis ſubeſt fraudandi, ſubtrahendi, occulendi. Tacitus libro* IV. *infrà:* Tradi ſe præfectis centurionibuſque, quos vbi ſpoliis expleuerunt, mutari; exquirique nouos ſinus & varia prædandi vocabula. *Plinius libro* XXXVI. Vnde M. Scaurus pater, toties Princeps ciuitatis, & Marianis ſodalitiis rapinarum prouincialium ſinus? *Sinum vocat hominem ipſum, in quem rapinæ omnes collatæ velut in ſinum. Plura exempla huic rei vide, ſi libet, apud Barn. Briſſonium in Lexico: & lumen ab eo fœnerare, qui vere Europæ lumen.*

107. INFAMIBVS VATICANI LOCIS.] *Ob æerem parùm purum: quod etiam hodie experiuntur. Frontinus libro* II. *De Aquæductibus, vult id emendatum in totâ vrbe, ſuo æuo, idq; ablutione aquarum:* Ne pereuntes quidem aquæ otioſæ ſunt. Nam immunditiarum facies, & impur. or ſpiritus, & cauſſæ grauioris cæli, quibus apud veteres VRBIS INFAMIS AER fuit, ſunt remotæ.

tetendit. vnde crebræ in vulgus mortes. Et adiacentia Tiberi Germanorum Gallorum- A
Numerus cohortium in vrbe augetur; que obnoxia morbis corpora, fluminis auiditas, & æstus impatientia labefecit. Insuper confusus, prauitate vel ambitu, ordo militiæ. Sedecim prætoriæ, quattuor vrbanæ cohortes scribebantur, quîs singula millia inessent. Plus in eo dilectu Valens audebat, tamquam ipsum Cæcinam periculo exemisset. sanè aduentu eius partes conualuerant, & sinistrum lenti itineris rumorem prospero prœlio verterat: omnisque inferioris Germaniæ miles Valentem affectabatur. vnde primùm creditur Cæcinæ fides fluitasse.

Cap. 94. *Idq; confusè.* Ceterùm non ita ducibus indulsit Vitellius, vt non plus militi liceret. Sibi quisque militiam sumsere. quamuis indignus, si ita maluerat, vrbanæ militiæ adscribebatur: rursus bonis remanere inter legionarios aut alares volentibus, permissum. nec deerant qui vellent, fessi morbis, & intemperiem cæli incusantes. Robora tamen legionibus aliisque subtracta, conuulsum castrorum decus, XX. millibus è toto exercitu permixtis magis
Quidam ad supplicium postulati. quàm electis. Concionante Vitellio, postulantur ad supplicium Asiaticus, & Flauius, & Rufinus duces Galliarum, quòd pro Vindice bellassent. Nec coërcebat eiusmodi vo- B
ces Vitellius, [108] super insitam animo ignauiam, conscius sibi instare donatiuum & deesse pecuniam, [109] omnia alia militi largiebatur. [110] Liberti Principum, conferre pro
Vitellius vim pecuniæ profudit. numero mancipiorum, vt tributum iussi. Ipse solâ perdendi curâ, stabula aurigis exstruere. Circum, gladiatorum ferarumque spectaculis, opplere: tamquam in summâ abun-
Cap. 95. dantiâ, pecuniæ illudere. Quin & natalem Vitellij diem, Cæcina ac Valens, editis totâ vrbe vicatim gladiatoribus, celebrauere: ingenti paratu, & ante illum diem insolito. Lætum fœdissimo cuique, apud bonos inuidiæ fuit, quod [111] exstructis in campo Mar-
Neroni parentat. tio aris, inferias [112] Neroni feciſſet. Cæsæ publicè victimæ crematæque: * faces Augu-
** Flor. facem* stales subdidere: quod sacerdotium, vt Romulus Tatio regi, ita Cæsar Tiberius Iuliæ genti sacrauit. Nondum quartus à victoriâ mensis, & libertus Vitellij Asiaticus, Polycletos, Patrobios, & vetera odiorum nomina æquabat. Nemo in illâ aulâ, probitate aut
Aula eius corruptissima. industriâ certauit: vnum ad potentiam iter, prodigis epulis, & [113] sumtu Caianæ aquæ satiare inexplebiles Vitellij libidines. Ipse abundè ratus, si præsentibus frueretur, nec in C
longius consultans, [114] nouies millies sestertium pauciſſimis mensibus interuertisse
Miseria ciuium. creditur. Magna & misera ciuitas, eodem anno Othonem Vitelliumque passa, inter Vinios, Fabios, Icelos, Asiaticos, variâ & pudendâ sorte agebat, donec succeſſere Mucianus
Cap. 96. & Marcellus, & magis alij homines, quàm alij mores. Prima Vitellio tertiæ legionis defectio

108. SVPER INSITAM ANIMO IGNAVIAM.] *Flor. inserit vocem*, insitam morte animo. *Putarem*, insitam fortè: *etsi hoc ad causſam sequentem traho.*

109. OMNIA ALIA MILITI.] *Hunc quoque locum liberare inustâ notâ possumus. Ait enim hoc: Vitellium, quia pecuniam dare militi non poterat, Impunitatem & licentiam omnis culpæ dedisse: vt hac saltem blanditiâ eum retineret. Nec aliter sanè fit in paupere militiâ.*

110. LIBERTI PRINCIPVM.] *Non muto: & scio multos Romæ, eosq; prædiuites, priorum Principum libertos. Videatur tamen & lectio & rapina procliuior, si libertos* patrum *substituas: aut de iis* Principes *hîc capias.*

111. EXSTRVCTIS IN CAMPO.] *Scriptor incertus apud Suidam in voce* Βιτέλλιος, *hanc rem sic narrat:* Καὶ τὸν νεκρὸν τοῦ Νέρωνος ἐς κοῖλόν τινα καὶ ἀφανῆ τάφον κατακείμενον ἀπεσείσατο.

112. NERONI FECISSET.] *Reposui pro*, iecisset.

113. SVMTV CAIANÆ AQVÆ.] *De Caianâ aquâ, id est, vt volunt, aquæductu illo sumtuoso, nugæ magnæ. Nec Ferreti quidem emendatio ad genium meum aut librorum,* Caianæ aulæ. *Nobis subluit mendum & eius causſa, è deductione copulæ: quam reddimus, legimúsque*, sumptu saginaque. *Saginæ vox apta, quoties de helluone Vitellio: & Tacito velut de industriâ vsurpata. Vt*, luxu & saginæ mancipatus emptusque. *Iterùm:* medio die temulentus & saginâ grauis. *Nec aliter Cicero pro Flacco:* Qui multitudinem illam non auctoritate, sed saginâ tenebat. *Hæc apta & bona. Palmerij tamen coniectura non minùs recta*, sumptu ganeaque. D

114. NOVIES MILLIES SESTERTIVM.] *Sidonius in Panegyrico ad Maiorianum, abire ab hac summâ videtur, vbi vitia singulorum Principum recensens, de isto ait:*

——— post quina VitellI
Millia, famosi ventris donata barathro.

Valdè, inquam, abit, si de totâ eius saginâ & luxu accipis: quod non debes, sed magis de singularibus epulis, & quòd tantum in paucis aliquot cœnis. Xiphilinus quidem ex Dione, ὀλίγων ἡμερῶν διελθουσῶν, ἑκατὸν εἰς τὸ δεῖπνον μυριάδας ἀναλῶσαι, *conscripsit:* in paucis diebus, centum myriades absumsisse in cœnam: *quæ sunt Latinè* quadragies HSS; *nobis* centum millia *Philippicorum. Tale & Suetonius indicat, cùm* singulos apparatus dominis, siue conuiuatoribus, constitisse non minus quadringenis HS. *asse-*

A fectio nuntiatur, missis ab Aponio Saturnino epistolis, antequam is quoque Vespasiani partibus aggregaretur. Sed neque Aponius cuncta, vt trepidans re subitâ, perscripserat; & amici adulantes, molliùs interpretabantur. Vnius legionis eam seditionem: ceteris exercitibus constare fidem. In hunc modum etiam Vitellius apud milites disseruit, prætorianos nuper exauctoratos insectatus, à quibus falsos rumores dispergi. nec vllum ciuilis belli metum asseuerabat, suppresso Vespasiani nomine, & vagis per vrbem militibus, qui sermones populi coërcerent. Id præcipuum alimentum famæ erat. Auxilia tamen è Germaniâ Britanniaque & Hispaniis exciuit: segniter, & necessitatem dissimulans. Perinde legati prouinciæque contabantur. Hordeonius Flaccus, suspectis iam Batauis, anxius proprio bello. Vectius Bolanus, numquam satis quietâ Britanniâ. & vterque ambigui. neque ex Hispaniis properabatur, nullo tum ibi consulari. Trium legionum legati, pares iure, & prosperis Vitellij rebus, certaturi ad obsequium; aduersam eius fortunam, ex æquo detractabant. In Africâ legio cohortesque dilectæ à Clodio Ma-
B cro, mox à Galbâ dimissæ; rursus iussu Vitellij militiam cœpere. simul cetera iuuentus dabat impigrè nomina. quippe [115] integrum illic ac fauorabilem proconsulatum Vitellius, famosum inuisumque Vespasianus egerat: perinde socij de imperio vtriusque coniectabant. sed experimentum contrà fuit. Ac primò Valerius Festus legatus, studia prouincialium cum fide iuuit. mox nutabat, palàm epistolis edictisque Vitellium, occultis nuntiis Vespasianum fouens, & hæc illáve defensurus, [116] prout inualuissent. Deprehensi cum litteris edictisque Vespasiani, per Rhætiam & Gallias militum & centurionum quidam, ad Vitellium missi necantur. plures fefellere, fide amicorum, aut [117] suomet astu occultati. Ita Vitellij paratus noscebantur: Vespasiani consiliorum pleraque ignota. primùm secordiâ Vitellij; deinde Pannonicæ alpes præsidiis insessæ, nuntios retinebant. [118] Mare quoque Etesiæ flabant. harum flatu in orientem nauigantibus secundum, inde aduersum erat. Tandem irruptione hostium, atrocibus vndique nuntiis exterritus, Cæcinam & Valentem expediri ad bellum iubet. Præmissus
C Cæcina. Valentem è graui corporis morbo tum primùm assurgentem, infirmitas tardabat. Longè alia proficiscentis ex vrbe Germanici exercitus species. Non vigor corporibus, non ardor animis. lentum & ratum agmen, & fluxa arma, segnes equi. impatiens solis, pulueris, tempestatum: quantumque hebes ad sustinendum laborem miles, tanto ad discordias promtior. Accedebat huc Cæcinæ ambitio vetus, torpor recens, nimiâ fortunæ indulgentiâ soluti in luxum: seu perfidiam meditanti, infringere exercitus virtutem, inter artes erat. Credidere plerique Flauij Sabini consiliis concussam Cæcinæ mentem, ministro sermonum Rubrio Gallo, rata apud Vespasianum fore pacta transitionis. simul odiorum inuidiæque erga Fabium Valentem admonebatur, vt impar apud Vitel-

Nuntij super defectione à Vitellio.

Quos stultè coërcet ipse.

Cap. 97.

Lentè militem colligit.

Africa pro eo adnititur.

Cap. 98.

Sed præses eius occultè pro Vespasiano.

Cap. 99.

Cæcina it ad bellum: Non cum eodem milite, quem adduxerat.

Dux ipse solutus:

Siue corruptus etiam.

HS. *asserit: id est*, decies mille *Philippicis: sed obserua*, singulos. *Sidonius igitur in singulis illis millibus, dum* quina *ea numerat, intellegit* millena HS.
D *neutro (vt cum Grammaticis dicam) genere: atque ita iustè efficit* quinquagies HS. *siue* centum vigintiquinque millia *Philippicûm, prope ad Xiphilinum. Quòd si in eo, pro more & communi sermone*, quina millia *dumtaxat capias, id est* quina HS: *quantulum sint?* centum vigintiquinque Philippæi: *ridiculum.*

115. INTEGRVM ILLIC.] *De Vitellio, eadem Suetonius in vitâ eius cap.* V. *At de Vespasiano mutat, &* Africam integerrimè, *inquit*, nec sine magnâ dignatione administrauit. *Quî concilientur, non video.*

116. PROVT INVALVISSENT.] *Non malè*, prout ij valuissent. *Temporum enim hominem describit, qui nunc in suspenso, inclinaturus erat ad partes valentioris. Multi eiusmodi Vulpiones præsertim per bella ciuica. Talis rex Iuliates, lib.* XII. *Annal. qui* societatem Meherdatis palàm induerat, in Gotarzem per occulta & magis fida inclinabat. *Et depingit in vno omnes Claudianus:*

Librauit geminas, euentu iudice, vires,
Ad rerum momenta cliens; sesèque daturus
Victori.

117. SVOMET ASTV.] *A Ferreto est. malè anteà*, statu.

118. MARE QVOQVE ETESIÆ.] *Intricata valdè lectio in scriptis. Vaticanus:* mare quoque & Blæsi flabra aquilonis, harum flatu. *nec aliter Farnes. At Budensis*, mare quoque & esi flabra Aquilonis verum flatur. *Nos legimus*, Mare quoque Etesij flabant Aquilones. Horum flatu. *Plinius lib.* II. Post biduum iidem Aquilones constantiùs perflant, per dies XL. quos Etesias vocant. *Et clarum certè est, Aquilones propitios optabilesque iis, qui ex Italiâ Orientem adnauigant: qui ex eo Italiam, contrà. Cæsar lib.* III. *belli ciuil.* Ipse enim necessariò Etesiis tenebatur, qui Alexandriâ nauigantibus sunt aduersissimi venti.

Cap. 100. Vitellium, gratiam vireſque apud nouum Principem pararet. Cæcina, complexu Vitellij multo cum honore digreſſus, partem equitum ad occupandam Cremonam præmiſit. Mox vexillarij [119] quartædecimæ & ſextædecimæ legionum, dein quinta [120] & duodeuiceſima ſecutæ: poſtremo agmine Vnaetuiceſima Rapax & prima Italica inceſſere, cum Vexillariis trium Britannicarum legionum, & electis auxiliis. Profecto Cæcinâ, ſcripſit Fabius Valens exercitui, quem ipſe ductauerat, vt in itinere opperiretur: ſic ſibi cum Cæcinâ conueniſſe. qui præſens, eoque validior, immutatum id conſilium finxit, vt ingruenti bello, totâ mole occurreretur. Ita accelerare legiones Cremonam, pars Hoſtiliam petere iuſſæ. Ipſe Rauennam diuertit, prætexto Claſſem alloquendi. Mox Patauij ſecretum componendæ proditionis quæſitum. Namque [121] Lucilius Baſſus poſt præfecturam alæ, Rauennati ſimul ac Miſenenſi claſſibus à Vitellio præpoſitus, quòd non ſtatim præfecturam prætorij adeptus foret, iniquam iracundiam flagitioſâ perfidiâ vlciſcebatur. Nec ſciri poteſt, traxerit ne Cæcinam, an (quod euenit inter malos, vt & ſimiles ſint) eadem illos prauitas impulerit. Scriptores temporum, qui potiente rerum Flauiâ domo, monumenta huiuſce belli compoſuerunt, curam pacis & amorem Reip. corruptas in adulationem cauſſas tradidere. Nobis, ſuper inſitam leuitatem, & prodito Galbâ mox vilem fidem, æmulatione etiam inuidiaque, ne ab aliis apud Vitellium anteirentur, [122] peruertiſſe ipſum Vitellium videntur. Cæcina legiones aſſecutus, centurionum militumque animos obſtinatos pro Vitellio, variis artibus ſubruebat. Baſſo eadem molienti minor difficultas erat, lubricâ ad mutandam fidem claſſe, ob memoriam recentis pro Othone militiæ.

Copiæ eius.

Proditionem cum Baſſo inſtruit. Quem, corruptúne? an ab eo corruptus?

Vterque ſuos tentat, & immutat: Faciliùs. Baſſus.

119. QVARTÆDECIMÆ ET SEXTÆDECIMÆ.] *Libri ſcripti*, vexilla XIIII. *&* XIII. legionum. *Sed verius eſt*, XV. *aut, quod Mercero placet*, quartæ: *nam de Britannicis, mox ſequitur, inter quas hæc* XIV. *fuit. Ceterùm, ſemel ſciendum eſt, duplicia Vexilla videri illo æuo fuiſſe. Prius, è veteranis: qui ſtipendiis peractis, id eſt vigeſimo militiæ anno abſoluto, ſub vexillis habebantur, donec præmium & emerita acciperent: de quibus* I. *Annal. & alibi dixi. Alterum, ex electione, in neceſsitate aliquâ aut bello: cùm ipſæ legiones & Aquilæ in caſtris aut prouinciis relinquebantur, certâ manu decerptâ, qui ſub vexillo mittebantur. Hi tales, Vexillarij, & è tali legione, dicuntur: ac nimiſquàm crebrum eſt in his libris. Teſtimoniis hæc firmare liceret: aliâs, aut ab alio fiet: nunc ſatis indicaſſe.*

120. ET DVODEVICESIMA.] *Vatic. & ipſa res poſcunt*, duoetuiceſima.

121. LVCILIVS BASSVS.] *Fruſtrà ſolicitant libri. Nam Vaticano eſt*, Blæſus: *Farneſiano*, Blexus. *At Baſſi cognomen firmat omnino priſcum monumentum quod Aquileiæ, cuius exemplar à Fuluio Vrſino mihi traditum ſubieci.*

IMP. CÆSAR. VESPASIANVS. AVG.
PONT. MAX.
TR. POT. II. IMP. VI. P. P. COS. III. DES. IIII.
VETERANIS. QVI. MILITAVERVNT. IN.
CLASSE. RAVENATE. SVB. SEX. LVCILIO.
BASSO. QVI. SENA. ET. VICENA. STIPENDIA. AVT. PLVRA. MERVERVNT. ET.
SVNT. DEDVCTI. IN. PANNONIAM. QVORVM. NOMINA. SVBSCRIPTA. SVNT. IPSIS.
LIBERIS. POSTERISQVE. EORVM. CIVITATEM. DEDIT. ET. CONVBIVM. CVM. VXORIBVS. QVAS. TVNC. HABVISSENT. CVM.
EST. CIVITAS. IS. DATA. AVT. SI. QVI.
CÆLIBES. ESSENT. CVM. IIS. QVAS. POSTEA. DVXISSENT. DVMTAXAT. SINGVLI.
SINGVLAS. NON. APRIL. CÆSARE. AVG.
DOMITIANO. CN. PEDIO. CASTO. COS.
ILATORI. VENETI. F. CENTVRIONI. AMAEZEIO. DESCRIPTVM. ET. RECOGNITVM.
EX. TABVLA. ÆNEA. QVÆ. FIXA. EST.
ROMÆ. IN. CAPITOLIO. AD. ARAM. GENTIS. IVLIÆ. DEFORAS. PODIO. SINISTERIORE. TAB. T. PAG. II. LOC. XXXXIIII.

122. PERVERTISSE IPSVM VITELLIVM.] *Vox Vitellij ineptè repetita, & inculcata, vt ſolet, ab interprete. Scribo eâ eiectâ*, peruertiſſe ipſum videntur.

C. COR-

C. CORNELII TACITI
AB EXCESSV NERONIS
HISTORIAR. LIBER III.

BREVIARIVM LIBRI.

VESPASIANI *copiæ in Italiam veniunt, duce & instinctore Antonio Primo. Sparsim quædam gesta, & leues pugnæ. Classis Rauennàs ad Vespasianum deficit: & proditorem animum Cæcina aperit. sed hic parum prosperè, quia à milite vinctus captusque. Prœlium inde ad Bedriacum: quo victi Vitelliani. Iterùm superuentu nouarum legionum prœlium: idque noctu. sed & tunc pulsi Vitelliani. Castra ad Cremonam oppugnantur & tandem expugnantur. vbi magna strages, paullò pòst in ipsâ vrbe omne genus cladium. Vitellius intereà in luxu, nec sine sæuitiâ. P. Sabinum vinciri iubet, Junium Blæsum interfici. Fabius Valens contra Antonium venit: sed pugnâ illâ magnâ cognitâ, cum paucis aufugit, & in mari oppressus est. Britannia turbata, item Germania, & Dacia. Vespasiani duces Romam petunt. Vitellius insideri Apenninum iubet. sed belli mox pertæsus, paciscitur cum Sabino Vespasiani fratre. Quod pactum Germanici milites rupêre. Sabinum in Capitolium compulerunt, obsederunt, expugnarunt, incenderunt. Quædam à L. Vitellio fratre Principis in Campaniâ gesta. Tandem Vespasiani omnes copiæ Romam venêre: per vim & varia prœlia ingressæ sunt, omniaque libidine & cæde fœdarunt. Mors ipsius Vitellij. Gesta vno eodemque anno.*

MELIORE fato fideque Flauianarum partium duces consilia belli tractabant. Petouionem in hiberna Tertiædecimæ legionis conuenerant. illic agitauêre, placerétne obstrui Pannoniæ alpes, donec à tergo vires vniuersæ consurgerent, an ire cominus, & certare pro Italiâ constantius foret. Quibus opperiri auxilia, & trahere bellum videbatur, *Germanicarum legionum vim famamque extollebant, & adueniſſe mox cum Vitellio Britannici exercitus robora: Ipsis nec numerum parem pulsarum nuper legionum, & quamquam atrociter loquerentur, minorem esse apud victos animum. Sed insessis interim alpibus, venturum cum copiis Orientis Mucianum. Superesse Vespasiano mare, classes, studia prouinciarum, per quas velut alterius belli molem cieret. Ita salubri morâ, nouas vires affore, & præsentibus nihil perirum.* Ad ea Antonius Primus (is acerrimus belli cõcitator) *festinationem ipsis vtilem, Vitellio exitiosam* disseruit. *plus secordiæ, quàm fiduciæ, accessisse victoribus. Neque enim in procinctu & castris habitos: per omnia Italiæ municipia desides, tantùm hospitibus metuendos: quanto ferociùs antè se egerint, tanto cupidiùs insolitas voluptates hausisse. Circo quoque, ac theatris, & amœnitate vrbis emollitos, aut valetudinibus fessos. Sed addito spatio, rediturum & his robur meditatione belli. Nec procul Germaniam, vnde vires; Britanniam freto dirimi, iuxtà Gallias, Hispaniasque. vtrimque viros, equos, tributa: ipsamque Italiam, & opes vrbis. Ac si inferre arma vltrò velint: duas classes, vacuumque Illyricum mare. Quid tum claustra montium profutura? quid tractum in æstatem aliam bellum? vnde interim pecuniam, & commeatus? Quin potiùs eo ipso vterentur, quòd Pannonicæ legiones deceptæ magis, quàm victæ, resurgere in vltionem properent: Mœsici exercitus, integras vires attulerint. Si numerus militum potiùs, quàm legionum putetur: plus binc roboris, nihil libidinum, & profuisse disciplinæ ipsum pudorem. Equites verò, ne tum quidem victos; sed, quamquam rebus aduersis disiectam Vitellij aciem.*

Cap. 1. *Vespasiani duces de bello deliberant.*

Quidam id differunt.

Cap. 2. *Accelerant alij, & inprimis Antonius.*

aciem. Duæ tunc Pannonicæ ac Mœsicæ alæ perrupêre hostem. Nunc XVI. *alarum coniuncta signa, pulsu sonituque, & nube ipsâ operient ac superfundent oblitos prœliorum equites equósque. Nisi quis retinet, idem suasor auctorque consilio ero. Vos, quibus fortuna in integro est, legiones continete, mihi expeditæ cohortes sufficient.* [1] *Iam, reseratâ militiâ, impulsas Vitellij res audietis: iuuabit sequi, & vestigiis vincentis insistere.* Hæc atque talia, flagrans oculis, truci voce, quo latiùs audiretur, (& enim se centuriones & quidam militum consilio miscuerant) ita effudit, vt cautos quoque ac prouidos permoueret: vulgus, & ceteri, vnum virum ducemque, spretâ aliorum segnitiâ, laudibus ferrent. Hanc sui famam eâ statim concione commouerat, quâ recitatis Vespasiani epistolis, non, vt plerique, incerta disseruit, huc illuc tracturus interpretationem, prout conduxisset. Apertè descendisse in caussam videbatur: eoque gratior militibus erat, culpæ vel gloriæ socius. Proxima Cornelij Fusci procuratoris auctoritas. Is quoque inclementer in Vitellium inuehi solitus, nihil spei sibi inter aduersa reliquerat. [2] Titus Ampius Flauianus, naturâ ac senectâ contator, suspiciones militum irritabat, tamquam affinitatis cum Vitellio meminisset. Idemque, quòd cœptante legionum motu profugus, dein sponte remeauerat, perfidiæ locum quæsisse credebatur. Nam Flauianum, omissâ Pannoniâ ingressum Italiam, & discrimini exemtum, rerum nouarum cupido, legati nomen resumere, & misceri ciuilibus armis impulerat, suadente Cornelio Fusco, non quia industriâ Flauiani egebat, sed vt consulare nomen, surgentibus tum maximè partibus, honestâ specie prætenderetur. Ceterùm [3] vt transmitteret in Italiam impunè, & eo vsui foret, scriptum Aponio socium reuirescere credetet. [4] Quæsitum inde quæ sedes bello legeretur. Verona potior visa, patentibus circùm campis ad pugnam equestrem, quâ prævalebant: simul coloniam copiis validam auferre Vitellio, in rem famamque videbatur. Possessa ipso transitu [5] Vicentia: quod per se parum (etenim modicæ municipio vires) magni momenti locum obtinuit, reputantibus illic Cæcinam genitum, & patriam hostium duci ereptam. In Veronensibus pretium fuit. exemplo, opibusque, partes iuuêre. [6] Et interceptus exercitus per Rhætiam Iuliasque alpes. ac ne peruium illâ Germanicis exercitibus foret, obsepserat. quæ ignara Vespasiano, aut vetita. quippe Aquileiæ sisti bellum, expectarique Mucianum iubebat. Adiiciebatque imperio consilium, quando Ægyptus, claustra annonæ, vectigalia opulentissimarum prouinciarum obtinerentur, posse Vitellij exercitum, egestate stipendij

Cap. 3.

Quem milites audiunt;

Vt virum, & vt apertum.

Cap. 4.

Cornelius Fuscus.

T. Flauianus.

Cap. 5.

Vespasiani copiæ in Italiâ:

Vicentiam occupant:

Etiam Veronam:

NOTÆ.

1. IAM, RESERATA MILITIA.] *Non sperno: aptius tamen fortasse, certè clarius,* reseratâ Italiâ. *Atque id Taciti siue Antonij concionantis mentem propius tangit.*

2. T. AMPIVS FLAVIANVS.] *Verum hoc nomen erui è libris, qui aut* Tampius *aut* Tumpius *præferunt, cohæsu scilicet notæ. Ampia gens inter Romanas nota. Vulgò Appium hîc legas, falsò: quia non vni duplex prænomen esse potuit.*

3. VT TRANSMITTERET.] *Clausula corrupta, manca, nec scio an loco posita. Farnesianus:* vt transmitteretur in Italiam impunem eo visui foret scriptum Aponio, Satium reuirescere crederetur. *Nec aliter Vatic. nisi quod,* vsui: *& suprà* Satium *adnotat,* Sotium. *Ficulnum auxilium: certè mihi, qui sine libris non enato ex hac lacunâ.*

4. QVÆSITVM INDE QVÆ.] *Variè olim peccatum in libris: sæpè etiam in transpositu foliorum aut traiectu. Quod hîc factum mihi liquet. Quomodo autem id alij Critici non aduertêre ante me? mirum. Nam historiam saltem lege non ignauè: videbis, imò tanges. En, hîc deliberatur de sede belli in Italiâ, & Verona eligitur. Atqui nondum in Italiam copiæ vllæ transmissæ. Paginâ demum sequenti narratur,* Antonio rapienti partem equitum ad inuadendam Italiam Arrius Varus comes fuisse, & Aquileiam & proxima quæque occupasse. *Veronámne igitur venire potuerunt, à tergo his relictis? Sed & tota narratio, incomposita, dissona. cui verum veteremq; ordinem dare, haud nostrum: in meliorem tamen paullò aptioremq; sic redigi censeam, vt dedi in* EXCVR. A.

5. VICENTIA.] *Vicetiam appellant Plinij meliores libri, & Strabo* Οὐικέτιαν. *Etiam lapis:*

INTER
ATESTINOS
ET
VICETINOS
FINES. TERMINOS Q.
POSVIT.

6. ET INTERCEPTVS.] *Vatic. & Farnes.* intertectus exercitus Retiam Iuliasque. *Ego ne hæc quidem integra puto aut satis composita. Legam tamen:* interiectus exercitus Ræticas Iuliasque Alpes, ne peruium illâ Germanicis exercitibus foret, obsepserat.

7. VIPSA-

A ſtipendij frumentiq́ue ad deditionem ſubigi. Eadem Mucianus crebris epiſtolis monebat, incruentam & ſine luctu victoriam; & alia huiuſcemodi prætexendo; ſed gloriæ auidus, atque omne belli decus ſibi retinens. Ceterùm ex diſtantibus terrarum ſpatiis, conſilia poſt res afferebantur. Igitur; repentino incurſu, Antonius ſtationes hoſtium irrupit, tentatiſq́ue leui prœlio animis, ex æquo diſceſſum. Mox Cæcina, inter Hoſtiliam vicum Veronenſium, & paludes Tartari fluminis, caſtra permuniit, tutus loco, cùm terga flumine, latera obiectu paludis tegerentur. quòd ſi affuiſſet fides, aut opprimi vniuerſis Vitellianorum viribus, duæ legiones nondum coniuncto Mœſico exercitu potuere: aut retrò actæ, deſertâ Italiâ turpem fugam conſciuiſſent. Sed Cæcina, per varias moras, prima hoſtibus prodidit tempora belli, dum quos armis pellere promtum erat, epiſtolis increpat, donec per nuntios pacta perfidiæ firmaret. Interim Anonius Saturninus, cum legione ſeptimâ Claudianâ aduenit. Legioni tribunus [7] Vipſanius Meſſalla præerat, claris maioribus, egregius ipſe, & qui ſolus ad id bellum artes bo-
B nas attuliſſet. Has ad copias nequaquam Vitellianis pares (quippe tres adhuc legiones erant) miſit epiſtolas Cæcina, temeritatem victa arma tractantium incuſans. Simul virtus Germanici exercitus, laudibus attollebatur, Vitellij modicâ & vulgari mentione, nullâ in Veſpaſianum contumeliâ. Nihil prorſus, quod aut corrumperet hoſtem, aut terreret. Flauianarum partium duces, omiſsâ prioris fortunæ defenſione, pro Veſpaſiano magnificè, pro cauſsâ fidenter, [8] de exitu ſecuri, Vitellium vt inimici, vt inno cuum exercitum Mœſicum celebrare. At ne inermes prouinciæ, barbaris nationibus exponerentur; Principes Sarmatarum Iazygum, penes quos ciuitatis regimen, in commilitium aſciti, plebem quoque, & vim equitum, quâ ſolâ valent, offerebant. remiſſum id munus, ne inter diſcordias externa molirentur, ac maiore ex diuerſo mercede, ius faſq́ue exuerent. Trahuntur in partes Sido atque Italicus, reges Sueuorum, quibus vetus obſequium erga Romanos, [9] & gens fidei commiſſæ patientior: oppoſita in latus auxilia, infeſtâ Rhætiâ, cui Porcius Septimius procurator erat, incorruptæ erga Vitellium
C fidei. Igitur Sextilius Felix [10] cum alâ Taurianâ & VIII. cohortibus, ac Noricorum iuuentute, ad occupandam ripam Æni fluminis, quod Rhætos Noricoſq́ue interfluit, miſſus, nec illis, aut his prœlium tentantibus, fortuna partium alibi tranſacta. Antonio vexillarios è cohortibus, & partem equitum ad inuadendam Italiam rapienti, comes fuit Arrius Varus, [11] ſtrenuus bello: quàm gloriam ei dux Corbulo, & proſperæ in Armeniâ res addiderant. Idem, ſecretis apud Neronem ſermonibus, ferebatur Corbulonis virtutes criminatus. Vnde, infami gratiâ, primum pilum adepto, læta ad præſens malè

Cæcina caſtra ad Hoſtiliam.

Qui verbis in Flauianos ferox; re anceps.

Meſſallæ laus.

Cæcina epiſtolas parum liberæ:

Liberrima Flauianorum.

Auxilia externa Veſpaſiani.

Cap. 6.

Arrius Varus.

7. VIPSANIVS MESSALLA.] *Eſt iſteipſe, cui partes ſermonis præcipuæ tribuuntur in libello De cauſsis corruptæ eloquentiæ. Amicum Tacito fuiſſe, ex elogiis his ſatis conſtat.*

8. DE EXITV SECVRI.] *Manuſcripti,* de exer-
D citu. *Quod edidi, magis placet.*

9. ET GENS FIDEI COMMISSÆ.] *Mei codices,* commiſſior, patientior. *An,* fide cognitior? *an impar medicina noſtra huic vulneri? Palmerius legit:* fidei commiſſior: patenti orâ, oppoſita in latus auxilia. *neſcio an fauente Æſculapio.*

10. CVM ALA TAVRIANA.] *Itáne? atqui ala Tauriana, ſiue Taurina, adiuncta legioni Italicæ in Vitellij partibus erat: nec de transfugio aut diſceſſu eius vſquam didicimus. Vt iuſta cauſſa ſit, cur Vaticanam & Flor. lectionem recipiam,* Alâ Aurianâ. *Nomina enim ferè equitum alis, à præfectis: Taurianæ, Frontonianæ, Valeriæ, Silanæ, Aurianæ. & hæc ipſa Auriana perſeuerauit ad labens imperium, legáſque in Notitiâ imperij Sub diſpoſitione Ducis Armeniæ:* Aula Auriana, Daſcuſæ.

11. STRENVVS BELLO: QVAM GLORIAM.] *Locus quem fædatum arbitror non vanè. Nam ſcripti mei,* Strenuus bello magis quàm gloriâ. & dux Corbulo. *Diuinabam olim,* ſtrenuus bello, quàm gloriâ: ei dux Corbulo & proſperæ in Armeniâ res. *omiſsâ voce,* addiderant, *quam additam cenſebam à gloſſographo ſententiæ fulciendæ. Genus quidem hoc loquendi, per Tacito crebrum. Annali* IV. Agrippa claris maioribus, quàm vetuſtis. *Annal.* I. Pacem quàm bellum probabam: *& ſæpiùs. Plautus ipſe non refugit, Rudente:*

Eò tacent, quia tacita bona eſt mulier ſemper,
quàm loquens.

Iterùm Menæchmis:

Quin vidua viuam, quàm tuos mores perferam.

Nec quidquam in his mutandum. intellegitur enim, magis, potiùs: vti Græcis crebrò τὸ μᾶλλον. *Iterùm Plautus:*

Certum eſt moriri, quàm hunc pati lenonem
in me graſſari.

Liuius: Multiplex quàm pro numero damnum eſt. *Laberius:* Conſiſtes ægrè, & quàm deſcendas, decides. *Curtius lib.* VII. Nec me ars mea, quàm beniuolentia perturbat. *Noto pluribus, vt illuſtrem genus*

malè parta, mox in perniciem vertêre. Sed Primus ac Varus, [12] occupantes Aquileiæ A proxima quæque, & Opitergij & Altini lætis animis accipiuntur. Relictum Altini præsidium, aduersus classem Rauennatem, nondum defectione eius auditâ. Inde Patauium & Ateste partibus adiunxêre. Illic cognitum, tris Vitellianas cohortes, & alam, cui [13] Scribonianæ nomen, ad Forum Alieni, ponte iuncto, consedisse. Placuit occasio inuadendi incuriosos. Nam id quoque nuntiabatur. luce primâ, inermes pleroſque oppressêre. Prædictum, vt paucis interfectis, ceteros pauore ad mutandam fidem cogerent. Et fuêre, qui se statim dederent. plures, abrupto ponte, instanti hosti viam abstulerunt.

Opitergium, Altinum, Patauium. Ateste, à Flauianis occupata.

Cap. 7. *Legiones duæ iis accedunt.*

Vulgatâ victoriâ, [14] post principia belli secundùm Flauianos, duæ legiones, septima Galbiana, Tertiadecima Gemina, cum Vedio Aquilâ legato, Patauium alacres veniunt. Ibi pauci dies ad requiem sumti. & Minucius Iustus, præfectus castrorum legionis septimæ, [15] quia audaciùs quàm ciuili bello imperitabat, subtractus militum iræ, ad Vespasianum missus est. Desiderata diu res, interpretatione gloriæ, in maius accipitur, postquam Galbæ imagines, discordiâ temporum subuersas, in omnibus municipiis re- B coli iussit Antonius: decorum pro caussâ ratus, [16] si placeret Galbæ principatus. * Et partes præsumsêre, factâ tribunis & centurionibus retinendi quæ Vitellius indulsisset spe, atque ipsum Cæcinam non obscurè ad transitionem hortabantur. Recitatæ pro concione epistolæ addidêre fiduciam, quòd submisse Cæcina velut offendere Vespasianum timens, ipsorum duces contemtim, tamquam insultantes Vitellio scripsissent. Aduentu deinde duarum legionum, è quibus tertiam Dillius Aponianus, octauam Numisius Lupus ducebant, ostentare vires, & militari vallo Veronam circumdare placuit. Fortè Galbianæ legioni, in aduersâ fronte valli opus cesserat, & visi procul sociorum equites, vanam formidinem vt hostes fecere. Rapiuntur arma, [17] & vt proditionis * ira militum in T. Ampium Flauianum incubuit, nullo criminis argumento. Sed iam pridem inuisus, turbine quodam ad exitium poscebatur. propinquum Vitellij, proditorem Othonis, interceptorem donatiui clamitabant. Nec defensioni locus, quamquam supplices manus tenderet, humi plerumque stratus, lacerâ veste, pectus atque ora singultu C quatiens. Id ipsum apud infensos incitamentum erat, tamquam nimius pauor conscientiam argueret. Obturbabatur militum vocibus Aponius, cùm loqui cœptaret. fremitu & clamore ceteros aspernantur, vni Antonio apertæ militum aures. Nam & facundia aderat mulcendique vulgum artes, & auctoritas. Vbi crudescere seditio, & à conuitiis & probris, ad tela & manus transibant, iniici catenas Flauiano iubet. Sensit ludibrium miles,

Cap. 8. *Galbæ imagines restitutæ.*

Cap. 9. *Verona obsessa.* *Seditio in castris.*

Cap. 10. *Antonius arte lenire parat.* *Quæ detecta.*

genus dicendi quod obscurum visum multis & in Tacito durum. At de loco hoc ipso, nunc quidem hæreo. Parum aptæ sententiæ videtur, strenuus gloriâ: *nec antitheſis clara. Rodolphus adnotarat in suo codice,* strenuus bello magis quàm bonus. *Certè valdè mihi placeat legi,* strenuus bello, quàm bonus. gloriam ei dux Corbulo, *&c. Et vereor vti Rodolphus in libro aliquo reppererit, non ausus sequi.*

12. OCCVPANTES AQVILEIÆ.] *Budensis codex & Romana editio,* occupatâ Aquileiâ, in proxima quæque. *Haud displicet. posit & legi,* in proximo quoque.

13. SCRIBONIANÆ NOMEN.] *Aliquot libri,* Sebonianæ.

14. POST PRINCIPIA BELLI.] *Abest particula,* post, *à Budensi: eoq; Rhenanus,* principio belli, *rescribit, me fauente.*

15. QVIA AVDACIVS QVAM.] *Sperno illud,* audaciùs: *nec proteruo militi vnquam ea in duce displicuerit, sed rigor potiùs & seueritas. Itaque benè Vaticanus,* adductiùs: *cui verbo ea vis. Tacitus libro* XIV. *Annal.* Pluribus sermonibus, modò familiaritate iuuenili Nero, & rursus adductiùs, quasi seria consociaret. *Idem* XIV *Annal.* Adductum quasi & virile seruitium. *ita enim ibi malo cum codice Budensi, quàm* Addictum. *Suetonius sensu simili Tiberium incessisse scripsit,* vultu adducto, plerumque tacitum: *id est, graui, serio, & seuero. Ita Seneca* vultum adducere in tristitiâ *vsurpat: & Capitolinus de Aelio Vero scribit,* fuisse fronte in supercilia adductâ venerabilem. *Caussa aperta huic significationi, à gestu. Qui enim* D *alacres, comes, fronte etiam ferè sunt exporrectâ, & diffusâ: qui tristes, seueri, eâdem contractâ & adductâ. Non aliâ mente Propertius subductum vultum pro graui dixit:*

Nunc volo subducto grauior procedere vultu.

16. SI PLACERET GALBÆ PRINCIPATVS.] *Malè deducta sententia & scripta. Puto:* si placere Galbæ principatum & partes, præsumpsissent. *Putauit, inquit, Antonius è re futurum, si homines animo præsumerent, Galbæ principatum & optimatum partes Vespasiano placere.*

17. ET VT PRODITIONIS IRA.] *Videatur vox abesse. legendumq;:* proditionis auctorem, *vel,* compertum: *nisi tamen compendio fuit,* & vt proditione, ira militum: *id est, vt in proditione, quasi ea esset.*

18. COR-

A miles, diſiectiſque qui tribunal tuebantur, extrema vis parabatur. Oppoſuit ſinum Antonius ſtricto ferro, aut militum ſe manibus, aut ſuis moriturum obteſtans: vt quemque notum, & aliquo militari honore inſignem aſpexerat, ad ferendam opem nomine ciens. Mox conuerſus ad ſigna & bellorum deos, hoſtium potiùs exercitibus illum furorem, illam diſcordiam iniicerent, orabat; donec fatiſceret ſeditio, &, extremo iam die, ſua quiſque in tentoria dilaberetur. Profectus eâdem nocte Flauianus, obuiis Veſpaſiani litteris, diſcrimini exemtus eſt. Legiones, veluti tabe infectæ, Aponium Saturninũ Mœſici exercitus legatum, eò atrociùs aggrediuntur, quòd non, vt priùs, labore & opere feſſæ, ſed medio diei exarſerant, vulgatis epiſtolis, quas Saturninus ad Vitellium ſcripſiſſe credebatur. vt olim virtutis modeſtiæque, tunc procacitatis & petulantiæ certamen erat; ne minus violenter Aponium, quàm Flauianum, ad ſupplicium depoſcerent. Quippe * Mœſici, adiutam à ſe Pannoniorum vltionem, referentes; & Pannonici, velut abſoluerentur aliorum ſeditione, iterare culpam gaudebant. In hortos, in quibus diuertebatur B Saturninus, pergunt. Nec tam Primus, Aponianus, & Meſſalla (quamquam omni modo niſi) eripuêre Saturninum, quàm obſcuritas latebrarum, quibus occulebatur, vacantium fortè balnearum fornacibus abditus. Mox, omiſſis lictoribus, Patauium conceſſit. Digreſſu conſularium, vni Antonio vis & poteſtas in vtrumque exercitum fuit; cedentibus collegis, & obuerſis militum ſtudiis. Nec deerant qui crederent, vtramque ſeditionem fraude Antonij cœptam, vt ſolus bello frueretur. Ne in Vitellij quidem partibus quietæ mentes. exitioſiore diſcordiâ, non ſuſpicionibus vulgi, ſed perfidiâ ducum turbabantur. Lucilius Baſſus, claſſis Rauennatis præfectus, ambiguos militum animos, quòd magna pars Dalmatæ Pannoniiique erant, quæ Prouinciæ Veſpaſiano tenebantur, partibus eius aggregauerat. Nox proditioni electa, vt ceteris ignaris, ſoli in principia defectores coirent. Baſſus, pudore ſeu metu, quiſnam exitus foret, intra domum opperiebatur. Trierarchi, magno tumultu, Vitellij imagines inuadunt, & paucis reſiſtentium obtruncatis, ceterum vulgus rerum nouarum ſtudio, in Veſpaſianum inclinabat. Tum pro- C greſſus Lucilius auctorem ſe palàm præbet. * claſſis [18] Cornelium Tuſcum præfectum ſibi deſtinat, qui properè accurrit. Baſſus, honoratâ cuſtodiâ, liburnicis nauibus Hadriam prouectus, à præfecto alæ Mennio Rufino, præſidium illic agitante, vincitur. Sed exſoluta ſtatim vincula, interuentu Hormi Cæſaris liberti. is quoque inter duces habebatur. At Cæcina, defectione claſſis vulgatâ, primores centurionum, & paucos militum, ceteris per militiæ munera diſperſis, [19] ſecreta caſtrorum affectans, in principia vocat. Ibi Veſpaſiani virtutem, vireſque partium extollit: transfugiſſe claſſem, [20] arcem commeatuum, aduerſas Gallias Hiſpaniaſque, nihil in vrbe fidum, atque omnia de Vitellio in deterius. Mox, incipientibus qui conſcij aderant, ceteros re nouâ attonitos, in verba Veſpaſiani adigit. Simul Vitellij imagines direptæ, & miſſi qui Antonio nuntiarent. Sed vbi totis caſtris [21] in famâ proditio, recurrens in principia miles, præſcriptum Veſpaſiani nomen, proiectas Vitellij effigies aſpexit: vaſtum primò ſilentium, mox cuncta ſimul erumpunt. *Huc cecidiſſe Germanici exercitus gloriam, vt ſine prælio, ſine vulnere, vinctas*

Igitur auctoritate agit.

Et peruincit.

Cap. II.
Iterùm ſeditio.

**Vat. Mœſicæ legiones,*

Et pulſus Saturninus.

Antonius ſolus omnia regit

Cap. 12.

Baſſus claſſem prodit.

**Hiatus aliquis & defectio.*

Cap. 13.
Cæcina idem conatur de exercitu.

Indignatio militum.

D

18. CORNELIVM TVSCVM.] *Lege*, Fuſcum. *Ille eſt qui ſuperiore libro nominatur.* Sed Cornelius Fuſcus procurator *(Dalmatiæ)* aderat vigens ætate, claris natalibus. *Et hac in bello ciuili operâ, niſi fallor, benè penitus in Veſpaſiani domum inſinuauit: & à Domitiano præfectus prætorio factus. Periit in Dacis, infelici pugnâ. Suetonius Domit. cap.* VI. *Dio, Victor. Iuuenalis de eodem:*

Et qui vulturibus ſeruabat viſcera Dacis.

19. SECRETA CASTRORVM.] *Eò refero, quòd dimiſiſſet pleroſque militum, paucis iſtis retentis. Itaque ſecretum & ſolitudo in caſtris. Alioqui ſi de Principiis capias; obſtat Romanus ritus, quia illa pars frequentiſſima, & ibi ambulare & obuerſari aſſiduè ſoliti. Facit etiam, quòd illos reliquos in Principia vocauit: non loci igitur illius ſecretum affectans, ſed caſtrorum. Flor. etiam,* ſecretorum, *habet: ex quo benè,* ſecretum.

20. ARCEM COMMEATVVM.] *Benè emendaui iam olim in Antiquis. Præter exempla eius ſermonis, quæ tunc adduxi: velim addi nouitium à Liuio, lib.* III. *qui caſtellum etiam in hac metaphorâ ponit:* Reſpicerent tribunal homines, caſtellum omnium ſcelerum.

21. IN FAMA PRODITIO.] *Alij libri,* infamia prodita. *nec ſperno. Ita narrat, vt ſtatim mouiſſe miles ſe videatur. At Egeſippus (quem ſuadeo in totâ hâc hiſtoriâ legas) lib.* IV. *cap.* XXX. *noctem interponit: & manè demum* ſurgentes euaginatis gladiis inſiluiſſe ſuper Cæcinam *facit.*

22. EXSVLI

vinctas manus, & capta traderent arma? Quas enim ex diuerso legiones? Nempe victas. & ab- A
esse vnicum Othoniani exercitus robur, primanos, quartadecimanosque. quos tamen iisdem campis illis fuderint strauerintque, vt tot armatorum millia velut grex venalium [22] *exsuli Antonio donum darentur. Octo nimirum legiones vnius classis accessionem fore. Id Baso, id Cæcinæ visum, postquam domos, hortos, opes, principi abstulerint,* [23] *etiam militibus principem auferre, licet integros incruentosque, Flauianis quoque partibus viles. quid dicturos reposcentibus aut prospera, aut aduersa?* Hæc singuli, hæc vniuersi, vt quemque dolor impulerat, vociferantes,

Cap. 14. *Cæcinam in vincla dant.* initio à quintâ legione orto, repositis Vitellij imaginibus, vincla Cæcinæ iniiciunt. Fabium Fabulum, quintæ legionis legatum, & Cassium Longum præfectum castrorum, duces diligunt. Fortè oblatos trium liburnicarum milites, ignaros & insontes trucidant.

Cremonam eunt. Relictis castris, abrupto ponte, Hostiliam rursus, inde Cremonam pergunt, vt legionibus primæ Italicæ & Vnetvicesimæ Rapaci iungerentur: quas Cæcina ad obtinendam Cre-

Cap. 15. *Antonius occasione vti properat.* monam, cum parte equitum præmiserat. Vbi hæc comperta Antonio, discordes animis, discretos viribus hostium exercitus aggredi statuit, antequam ducibus auctoritas, mili- B
ti obsequium, & iunctis legionibus fiducia rediret. namque Fabium Valentem profectum ab vrbe, acceleraturumque, cognitâ Cæcinæ proditione, coniectabat. Et fidus Vitellio Fabius, nec militiæ ignarus. Simul ingens Germanorum vis, per Rhætiam timebatur: & Britanniâ Galliaque & Hispaniâ auxilia Vitellius acciuerat, immensam belli luem, ni Antonius id ipsum metuens, festinato prœlio victoriam præcepisset. Vniuerso

Bedriacum venit. cum exercitu, secundis à Veronâ castris, Bedriacum venit. Postero die, legionibus ad muniendum retentis, auxiliares cohortes in Cremonensem agrum missæ, vt specie parandarum copiarum, ciuili prædâ miles imbueretur. Ipse cum quattuor millibus equitum, ad octauum à Bedriaco progressus, quò licentiùs popularentur. Exploratores (vt mos est) lon-

Cap. 16. giùs curabant. Quinta fermè hora diei erat, cùm citus eques, aduentare hostes, prægredi
Subitum ibi prœlium: paucos, motum fremitumque latè audiri, nuntiauit. Dum Antonius, quid nam agendum, consultat, auiditate nauandæ operæ Arrius Varus cum promtissimis equitum pro-
Nec Antonianis primò prosperum. rupit, impulitque Vitellianos modicâ cæde. nam plurium accursu, versa fortuna, & acer- C
rimus quisque sequentium, fugæ vltimus erat. nec sponte Antonij properatum, & fore quæ acciderant, rebatur. Hortatus suos, vt magno animo capesserent pugnam, diductis
Sed rem Antonius restituit; in latera turmis, vacuum in medio reliquit iter, quo Varum equitesque eius reciperet. Iussæ armari legiones, datum per agros signum, vt quà cuique proximum, omissâ prædâ, prœlio occurrerent. Pauidus interim Varus, turbæ suorum miscetur, intulitque formidinem. Pulsi cum sauciis integri, suomet ipsi metu, & angustiis viarum conflictabantur.

Cap. 17. Nullum in illâ trepidatione Antonius constantis ducis, aut fortissimi militis, offi-
Nimi quàm animosè: cium omisit. occursat pauentibus, retinet cedentes. vbi plurimus labor, vnde aliqua spes, consilio, manu, voce insignis hosti, conspicuus suis, eò postremò ardoris prouectus est, vt vexillarium fugientem hastâ transuerberarit. mox raptum vexillum in hostem

Adiuuit & casus. vertit. quo pudore, haut plures quàm centum equites restitêre. Iuuit locus, artiore illic viâ, & fracto interfluentis riui ponte, qui incerto alueo, & præcipitibus ripis, fugam impediebat. Ea necessitas, seu fortuna, lapsas iam partes restituit. Firmati inter se, densis or- D
dinibus, excipiunt Vitellianos temerè effusos. atque illi consternantur. Antonius instare perculsis, sternere obuios. Simul ceteri, vt cuique ingenium, spoliare, capere, arma equosque abripere. Exciti prospero clamore, qui modò per agros fugâ palabantur, victo-

Cap. 18. riæ se miscebant. Ad quartum à Cremonâ lapidem, fulsêre legionum signa, Rapacis atque Italicæ, læto inter initia equitum suorum prœlio, illuc vsque prouecta. Sed vbi fortuna contrà fuit, non laxare ordines, non recipere turbatos, non obuiàm ire, vltroque aggredi hostem, tantum per spatium cursu & pugnando fessum. [24] fortè victi, haut perinde

22. EXSVLI ANTONIO.] *Cur iste exsul, aut quando? Puto sub Nerone, lege Corneliâ, de Testamentis, falsi damnatum, cùm tabulas subditicias, fraude & præmio inductus, obsignasset. Vide libro* XIV. *Annal. Actis anni* DCCCXIIII.

23. ETIAM MILITIBVS.] *Cum Ferreto omninò lego,* etiam milites auferre.

24. FORTE VICTI.] *Rodolphus,* victuri. *Mentem video: & tamen subuereor vt parum plena ista, & huic narrationi quædam desint.*

25. RAPTIM

A inde rebus prosperis ducem desiderauerant, atque in aduersis deesse intelligebant. Nutantem aciem, victor equitatus incursat. Et Vipsanius Messalla tribunus, cum Mœsicis auxiliaribus assequitur, quos militiæ gloriâ legionariis quamquam [25] raptim ductos, æquabat. Ita mixtus pedes equesque, rupêre legionum agmen. Et propinqua Cremonensium mœnia, quantò plus spei ad effugium, minorem ad resistendum animum dabant. Nec Antonius vltrà institit, memor laboris ac vulnerum, quibus tam anceps prœlij fortuna, quamuis prospero fine, equites equosque afflictauerat. Inumbrante vesperâ, vniuersum Flauiani exercitus robur aduenit. Vtque cumulos super,& recentia cæde vestigia incessêre, quasi debellatum foret, pergere Cremonam, & victos in deditionem accipere, aut expugnare deposcunt. Hæc in medio, pulchra dictu. Illa sibi quisque. *Posse coloniam plano sitam impetu capi. Idem audaciæ per tenebras irrumpentibus, & maiorem rapiendi licentiam. Quòd si lucem operiantur, iam pacem, iam preces, & pro labore ac vulneribus, clementiam & gloriam inania laturos. sed opes Cremonensium, in sinu præfectorum legatorumque fore. Expugnatæ vrbis prædam, ad militem; deditæ, ad duces pertinere.* Spernuntur cen- *Vitelliani autem sine duce.* *Itaque fugiunt.* *Intereà Flauianæ omnes copiæ iunctæ. Cremonam ire deposcũt:* *Spe prædæ:*

B turiones tribunique, ac ne vox cuiusquam audiatur, quatiunt arma, rapturi imperium ni ducantur. Tum Antonius inferens se manipulis, vbi aspectu & auctoritate silentium fecerat: *Non se decus neque pretium eripere tam benè meritis* affirmabat: *sed diuisa inter exercitum ducesque munia. militibus cupidinem pugnandi conuenire; duces prouidendo, consultando, contatione sæpiùs, quàm temeritate prodesse. Vt pro virili portione, armis ac manu victoriam iuuerit, ratione & consilio, propriis ducis artibus, profuturum. Neque enim ambigua esse quæ occurrant, noctem, & ignotæ situm vrbis, intus hostes, & cuncta insidiis opportuna. [26] non si pateant portæ, nisi explorato, nisi die, intrandum. An oppugnationem inchoaturos, ademto omni prospectu, quis æquus locus, quanta altitudo mœnium? tormentis ne & telis, an operibus & vineis aggrediendi vrbs foret?* Mox conuersus ad singulos, *num secures, dolabras, & cetera expugnandis vrbibus, secum attulissent?* rogitabat. Et cùm abnuerent, *gladiis ne,* inquit, *& pilis, perfringere ac subruere muros, vllæ manus possunt? Si aggerem struere, si pluteis cratibúsve protegi necesse fuerit, vt vulgus improuidum irriti stabimus, altitudinem turrium, & aliena munimenta mirantes? Quin potiùs morâ noctis vnius, aduectis tormentis machinisque, vim victo-*

C *riamque nobiscum ferimus.* Simul lixas caloneſque cum recentissimis equitum, Bedriacum mittit, copias ceteraque vsui, allaturos. Id verò ægrè tolerante milite, prope seditionem ventum, cùm progressi equites sub ipsa mœnia, vagos ex Cremonensibus corripiunt. quorum indicio noscitur, sex Vitellianas legiones, omnemque exercitum, qui Hostiliæ egerat, eo ipso die triginta millia passuum emensum, compertâ suorum clade, in prœlium accingi, ac iam affore. Is terror obstructas mentes, consiliis ducis, aperuit. Sistere * tertiam legionem, in ipso viæ Postumiæ aggere iubet, cui iuncta à læuo septima Galbiana, patenti campo stetit: dein septima Claudiana, agresti fossâ (ita locus erat) præmunita; dextro, octaua per apertum limitem; mox tertiadecima, densis arbustis intersepta. Hic aquilarum signorumque ordo. Milites mixti per tenebras, vt fors tulerat. prætorianum vexillum, proximum tertianis. cohortes auxiliorum, in cornibus. latera ac terga, equite circumdata. Sido atque Italicus Sueui, cum dilectis populariorum, primori in acie versabantur. At Vitellianus exercitus, cui acquiescere Cremonæ,& reciperatis cibo

D somnoque viribus, confectum algore atque inediâ hostem, posterâ die profligare ac [27] proruere, ratio fuit; indigus rectoris, inops consilij, tertiâ fermè noctis horâ, paratis, iamque dispositis Flauianis impingitur. Ordinem agminis disiecti per iram ac tenebras asseuerare non ausim: quamquam alij tradiderunt, quartam Macedonicam, dextro suorum

Parati prælio. **Quidam libri,* tertiamdecimam *Itaque & Flauiani se parant. Eorum dispositio.* *Ducibus etiam inuitis.* Cap.20. *Vnus Antonius retinet.* Cap.21. *Cremonam Vitelliani omnes conuenêre:* Cap.22. *Vitelliani inuadunt.* *Quorum ordo incertus.*

25. RAPTIM DVCTOS.] *An ideò miratur æquari, quia raptim & celeriter ducti? non eò facit, nisi fortè absque iustis, vt in festinatione, armis. An verius scribi,* raptim dilectos? *& quòd subitarius fuerit hic miles, sed sub bono duce mox bonus.*

26. NON SI PATEANT.] *Rodolphi lectio valdè mihi arridet, nescio an à libris:* non si pateant portæ, non die, nisi exploratò intrandum.

27. PRORVERE, RATIO FVIT.] *Notaui in Antiquis lib.* II. *cap.* XVI. *videri inductâ voce legend.* ac proruere fuit, *id est, licuit. Sed vereor vt ego quoque interdum (cur negem aut purgem communem Criticorum hanc noxam?) inter sectores, non medicos. Nunc sanè vocem eam tolero.*

rum cornu; quintam, & quintamdecimam, cum vexillis nonæ, ſecundæque, & viceſimæ, Britannicarum legionum, mediam aciem; ſextadecimanos, duoetuiceſimanoſque, & primanos, læuum cornu compleſſe. Rapaces atque Italici, omnibus ſe manipulis miſcuerant. Equites, auxiliaque, ſibi ipſi locum legêre. Prœlium totâ nocte varium, anceps, atrox; his, rurſus illis, exitiabile. Nihil animus, aut manus, ne oculi quidem prouiſu iuuabant. Eademque vtrâque acie, arma. crebris interrogationibus, notum pugnæ ſignum: permixta vexilla, vt quiſque globus, capta ex hoſtibus, huc vel illuc raptabat. Vrgebatur maximè ſeptima legio, nuper à Galbâ conſcripta. Occiſi ſex primorum ordinum centuriones. abrepta quædam ſigna. Ipſam Aquilam, Atilius Verus [28] primipili centurio, multâ cum hoſtium ſtrage, & ad extremum moriens, ſeruauerat. Suſtinuit labantem aciem Antonius, accitis prætorianis. qui vbi excepêre pugnam, pellunt hoſtem, dein pelluntur. Namque Vitelliani, tormenta in aggerem viæ contulerant, vt tela vacuo atque aperto excuterentur, diſperſa primò & arbuſtis ſine hoſtium noxâ illiſa. Magnitudine eximiâ, [29] quartadecimæ legionis baliſta, ingentibus ſaxis hoſtilem aciem proruebat: lateque cladem intuliſſet, ni duo milites præclarum facinus auſi, arreptis è ſtrage ſcutis, ignorati vincla ac [30] libramenta tormentorum abſcidiſſent. Statim confoſſi ſunt, eoque intercidêre nomina. de facto haut ambigitur. Neutrò inclinauerat fortuna, donec adultâ nocte, luna ſurgens oſtenderet acies, falleretque. Sed Flauianis æquior à tergo. hinc maiores equorum virorumque vmbræ, & [31] falſo, vt in corpora, ictu, tela hoſtium citrà cadebant. Vitelliani, aduerſo lumine collucentes, velut ex occulto iaculantibus, incauti offerebantur. Igitur Antonius, vbi noſcere ſuos, noſciique poterat, alios pudore & probris, multos laude & hortatu, omnes ſpe promiſſiſque accendens, [32] *cur rari ſumſiſſent arma?* Pannonicas legiones interrogabat. *Illos eſſe campos, in quibus abolere labem prioris ignominiæ, vbi reciperare gloriam poſſent.* Tum ad Mœſios conuerſus, principes auctoreſque belli ciebat: *Fruſtrà minis & verbis prouocatos Vitellianos, ſi manus eorum oculosque non tolerent.* Hæc vt quoſque acceſſerat. Plura ad Tertianos, veterum recentiumque admonens: vt ſub M. Antonio Parthos, ſub Corbulone Armenios, nuper Sarmatas pepuliſſent. Mox infenſus prætorianis: *Vos*, inquit, *niſi victis pagani, quis alius Imperator, quæ caſtra alia excipient? Illic ſigna armaque veſtra ſunt, & mors victis.* [33] *Nam ignominiam conſumſiſtis.* Vndique clamor. & orientem [34] ſolem (ita in Syriâ

Longa & anceps pugna per tenebras.

Septima legio afflicta.

Cap. 23.

Duorum militum audax facinus.

Luna Flauianos iuuat:

Cap. 24. *Antonius inprimis, qui eos erigit.*

Tertianorum laus.

28. PRIMIPILI CENTVRIO.] *Nam in eius Centurionis cuſtodiâ Aquila. Ego de Milit. Rom. lib.* II. *Dial.* VIII.

29. QVARTADECIMÆ LEGIONIS.] *Quî poteſt? Nam quartadecima legio pro Othone ſteterat, & poſt Bedriacenſe prœlium ſtatim à Vitellio in Britanniam remiſſa. Sed nec mentio eius in hac pugnâ, imò bello. Reponam fidenter*, quintadecimæ, *quæ inter Vitellianas paullò antè cenſa.*

30. LIBRAMENTA TORMENTORVM.] *Atqui vnius tormenti, ſiue Balliſtæ, mentio eſt. Ergo*, tormento tum abſcid. *aut antè*, Balliſtæ, *legendum*, & proruebant.

31. FALSO, VT IN CORPORA, ICTV.] *Ita è libris reſtituimus. nec ſententiam difficile capi, è ſimilibus auctorum locis. Nam hæc fraus ſiue error aliâs quoque obiectus hoſti. Plutarchus in pugnâ Pompeÿ cum Mithridate:* Ἐπίπεσαν μὲν οἱ Ῥωμαῖοι καὶ νῶτα τὴν σελήνην ἔχοντες. Πεπισμένοι δὲ περὶ τὰς δύσεις τοῦ φωτὸς, αἱ σκιαὶ πολὺ τῶν σωμάτων ἔμπροσθεν προϊοῦσαι τοῖς πολεμίοις ἐπέβαλον, ὑδὲ δωναμένοις τὸ σχῆμα σαφῶς ἰδεῖν ἀκριβῶς· ἀλλ' ὡς ἐν χερσὶν ἤδη γεγονότων, τὰς ὕασις ἀφέντες μάτην, ὑδενὸς ἐφίκοντο. *Id eſt:* Aggreſſi eos Romani ſunt, Lunam à tergo habentes. quâ inclinante in occaſum, vmbræ corporum anteriùs productæ hoſtibus incurrebant, qui parùm exactè interuallum hac cauſsâ diſcernere potuerunt. ſed tamquam iam in manibus & intra tela eſſent, haſtis temerè emiſſis, neminem attigerunt. *Florus paullò aliter narrat, nec rem cepiſſe viſus eſt, de illapsâ pugnâ:* Nocturna ea dimicatio fuit, & Luna in partibus. quippe quaſi commilitans, cùm à tergo hoſtibus, à facie Romanis ſe præbuiſſet: Pontici per errorem, longiùs cadentes vmbras ſuas, quaſi hoſtium corpora petebant. *Si tamen ea lectio recta, nec interpolata ab imperitis. Nam certè Oroſius etiam & Frontinus, Romanis in hac pugnâ Lunam fuiſſe à tergo fatentur: & Dio clarè,* κατόπιν. *Itaque emendem in Floro:* cùm à tergo Romanis, à facie hoſtibus ſe præbuiſſet: Pontici per errorem longiùs cadentes vmbras *(voculam illam,* ſuas, *expungimus)* quaſi hoſtium corpora petebant. *Sanè ratio ipſa ita vult. nec tam bardum ego Florum vmquam cenſeam, vt hoc non ceperit.*

32. CVR RARI SVMSISSENT.] *Ex hiſtoriâ & ſententiâ*, cur reſumſiſſent. *Nam Pannonici ſemel victi, arma tamen iterùm ſumſerant.*

33. NAM IGNOMINIAM CONSVMSISTIS.] *Aſſidet acuto huic dicto illud Curtianum, libro* VI. Scit eos qui miſericordiam conſumſerunt, ampliùs ſperare non poſſe.

34. SOLEM (ITA IN SYRIA MOS EST.] *Nam hæc legio è Syriâ deducta, in quâ ſub Corbulone milita-*

A Syriâ mos eſt)Tertiani ſalutauere. [35] Vagus inde, conſilio ducis, ſubditus rumor; aduenisse Mucianum, exercitus inuicem ſalutaſſe. gradum inferunt, quaſi recentibus auxiliis aucti, rariore iam Vitellianorum acie, vt quos, nullo rectore, ſuus quemque impetus vel pauor [36] contraheret, diducerétve. Poſtquam pulſos ſenſit Antonius, denſo agmine obturbat. laxati ordines abrumpuntur. nec reſtitui quiuere, impedientibus vehiculis, tormentiſque. Per limitem viæ ſparguntur, conſectandi feſtinatione, victores. eò notabilior cædes fuit, quia filius patrem interfecit. Rem nominaque, auctore Vipſanio Meſſallâ, tradam. Iulius Manſuetus, ex Hiſpaniâ, Rapaci legioni additus, impuberem filium domi liquerat. Is mox adultus, inter ſeptimanos à Galbâ conſcriptus, oblatum fortè patrem & vulnere ſtratum, dum ſemianimem ſcrutatur, agnitus, agnoſcenſque, & exanguem amplexus, voce flebili precabatur * piatos patris manes, néve ſe vt parricidam aduerſarentur. publicum id facinus, & vnum militem quotam ciuilium armorum partem? Simul attollere corpus, aperire humum, ſupremo erga parentem officio fungi. Aduertê-
B re proximi, deinde plures. hinc per omnem aciem miraculum, & quæſtus, & ſæuiſſimi belli exſecratio. Nec eo ſegniùs propinquos, affines, fratres trucidatos ſpoliant. Factum eſſe ſcelus loquuntur, faciuntque. Vt Cremonam venêre, nouum immenſumque opus occurit. Othoniano bello, Germanicus miles mœnibus Cremonenſium caſtra ſua, caſtris vallum circumiecerat. eaque munimenta rurſus auxerat. Quorum aſpectu hæsere victores, incertis ducibus quid iuberent. Incipere oppugnationem, feſſo per diem noctemque exercitu, arduum; & nullo iuxtà ſubſidio, anceps. Sin Bedriacum redirent; intolerandus tam longi itineris labor; & victoria ad irritum reuoluebatur. Munire caſtra; id quoque propinquis hoſtibus formidoloſum, ne diſperſos & opus molientes ſubitâ eruptione turbarent. Quæ ſuper cuncta, terrebat ipſorum miles, periculi quàm moræ patientior. Quippe ingrata quæ tuta, & ex temeritate, ſpes. omniſque cædes, & vul-
C nera, & ſanguis, auiditate prædæ penſabantur. Huc inclinauit Antonius, cingique vallum coronâ iuſſit. Primò ſagittis ſaxiſque eminus certabant, maiore Flauianorum pernicie, in quos tela deſuper librabantur. Mox vallum portaſque legionibus attribuit, vt diſcretus labor fortes ignauoſque diſtingueret, atque ipsâ contentione decoris accenderentur. Proxima Bedriacenſi viæ, tertiani ſeptimanique ſumsêre; dexteriora valli, octaua ac ſeptima Claudiana; tertiadecimanos, ad Brixianam portam impetus tulit. Paulum inde moræ, dum è proximis agris ligones, dolabras, & alij falces, ſcalaſque conuectant. Tum, elatis ſuper capita ſcutis, densâ teſtudine ſuccedunt. Romanæ vtrimque artes. pondera ſaxorum Vitelliani prouoluunt, diſiectam fluitantemque teſtudinem lanceis contiſque ſcrutantur, donec ſolutâ compage ſcutorum exangues aut laceros proſternerent. [37] Multâ cum ſtrage, inceſſerat contatio, ni duces feſſo militi, & velut irritas exhortationes abnuenti, Cremonam monſtraſſent. Hormíne id ingenium, vt Meſſalla tradit,

Cap. 25. *Callidum Antonij commentum.*

Patrem filius interficit.

* *Vulgò*, placatos

Cap. 26. *Ad Cremonam caſtra.*

Quæ oppugnatu ardua.

Tamen oppugnant. Cap. 27.

Teſtudinem faciunt. Vitelliani eam diſſiciunt. Cap. 28.

militauerat. At de more ipſo, Herodianus lib. IV. *de Parthis, qui pugnam inituri orto iam Sole: Ἀναστάμενοι δὲ τὸν ἥλιον, inquit, ὡς ἔθος αὐτοῖς, οἱ βάρβαροι μεγίστῃ κλαγγῇ βοήσαντες ἐπέδεξαμον τοῖς Ῥωμαίοις.*
D *Sed obſeruo ampliùs: non ſolùm Syros aut Orientales Soli cultum hunc detuliſſe, ſed gentium pleraſque. Plato libro* X. *De legib.* Ἀνατέλλοντός τε ἡλίου καὶ σελήνης, καὶ πρὸς δυσμὰς ἰόντων, προσκυλίσεις ἅμα καὶ προσκυνήσεις Ἑλλήνων τε καὶ βαρβάρων πάντων. Oriente Sole & Lunâ, iiſdemque occidentibus, in terram inclinationes & adorationes ſunt Græcorum omniumque Barbarorum. *Ipſis Romanis receptum, in precando verti ad Orientem. Hyginus, de Limitibus:* Antiqui architecti in Occidentem templa rectè ſpectare ſcripſerunt. Poſteà placuit omnem religionem eò conuertere, ex quâ parte cæli terra illuminabatur. *Iſidorus lib.* XV. *templa ita ſtructa ait*, vt qui conſuleret ac deprecaretur, rectum aſpiceret Orientem. *Latinus Pacatus in Panegyrico ad Theodoſium:* Nam vt diuinis rebus operantes, in eam cæli plagam ora conuertimus, à quâ lucis exordium eſt. *Nec Chriſtiani abhorruerunt. Tertullianus Apolog. cap.* XVI. Alij planè humaniùs & veriſimiliùs, Solem credunt deum noſtrum. Suſpicio inde, quòd innotuerit nos ad Orientis regionem precari. Sed plerique veſtrûm, adfectatione aliquando & cæleſtia adorandi, ad Solis ortum labia vibratis.

35. VAGVS INDE, CONSILIO.] *Romanus codex*, vagus inde, an conſilio. *quod valdè amplector. Ambigit videlicet, fortuitu natus inter milites is rumor, an arte ducis ſparſus.*

36. CONTRAHERET, DIDVCERETVE.] *Sententia & ἀντίθεσις ſic viſa poſtulare. vulgò*, ducerétve.

37. MVLTA CVM STRAGE, INCESSERAT.] *Id eſt, quia multa ſtrages, timidior & cunctantior iam miles.*

Sed spe prædæ iterùm accenduntur.

tradit, an potior auctor sit C. Plinius, qui Antonium incusat, haut facilè discreuerim: nisi A quòd neque Antonius, neque Hormus, à famâ vitaque suâ, quamuis pessimo flagitio, degenerauêre. Non iam sanguis, neque vulnera morabantur, quin subiuerent vallum, quaterentque portas, innixi humeris, & super iteratam testudinem scandentes, prehensarent hostium tela brachiaque, integri cum sauciis, * semineces cum exspirantibus voluuntur, variâ pereuntium formâ, & omni imagine mortium. Acerrimum, septimæ tertiæque legionum, certamen. Et dux Antonius, cum dilectis auxiliaribus, eôdem incubuerat. Obstinatos inter se, cùm sustinere Vitelliani nequirent, & superiecta tela testudine laberentur, ipsam postremò balistam in subeuntes propulêre: quæ vt ad præsens disiecit obruitque quos inciderat, ita pinnas ac summa valli ruinâ suâ traxit. Simul iuncta turris, ictibus saxorum cessit. quâ septimani dum nituntur cuneis, tertianus securibus gladiisque portam perfregit. Primum irrupisse C. Volusium tertiæ legionis militem, inter omnes auctores constat. Is in vallum egressus, deturbatis qui resisterent, conspicuus manu ac voce, capta castra conclamauit. Ceteri, trepidis iam Vitellianis, seque è B vallo præcipitantibus, perrupêre. [38] completur cæde, quantum inter castra murosque, vacui fuit. Ac rursus noua laborum facies, ardua vrbis mœnia, saxeæ turres, ferrati portarum obiices, vibrans tela miles, frequens obstrictusque Vitellianis partibus Cremonensis populus, magna pars Italiæ stato in eosdem dies mercatu congregata. quod defensoribus auxilium ob multitudinem, oppugnantibus incitamentum ob prædam erat.

* *Vat.* semianimes

Cap. 29.

Denique perfringunt & perrumpunt. Vitelliani in vrbem fugâ feruntur.

Cap. 30.

Sed & hanc victores aggrediuntur.

Ante vrbia incendunt.

Rapi ignes Antonius, inferriquę amœnissimis extra vrbem ædificiis iubet: si damno rerum suarum, Cremonenses ad mutandam fidem traherentur. propinqua muris tecta, & altitudinem mœnium egressa, fortissimo quoque militum complet. Illi trabibus, teguliisque, & facibus, propugnatores deturbant. Iam legiones in testudinem glomerantur, & alij tela saxaque incutiebant, cùm languere paullatim Vitellianorum animi, & vt quisque ordine anteibat, cedere fortunæ: ne Cremonâ quoque excisâ, nulla vltrà venia, omnisque ira victoris non in vulgus inops, sed in tribunos centurionesque, vbi pretium cædis erat, reuerteretur. Gregarius miles, futuri secors, & ignobilitate tutior, perstabat. Vagi per vias, in domibus abditi, pacem ne tum quidem orabant, cùm bellum C posuissent. Primores castrorum, [39] nomen atque imagines Vitellij amoliuntur. Catenas Cæcinæ (nam etiam tum vinctus erat) exsoluunt, orantque, vt caussæ suæ deprecator assistat. Aspernantem tumentemque, lacrymis fatigant; extremum malorum, tot fortissimi viri, proditoris opem inuocantes. mox velamenta & infulas pro muris ostentant. Cùm Antonius inhiberi tela iussisset, signa aquilasque extulêre. Mæstum inermium

Cap. 31.

Languescunt Vitellianorum primi.

Cæcinam exsoluunt.

Victoribus supplicant.

38. COMPLETVR CÆDE.] *Quis verò numerus cæsorum in his præliis? Tacuit noster, expressit Egesippus.* Exstincta triginta millia & ducenti viri de exercitu Vitellij. Primusque (id enim Antonio cognomentum erat) quattuor millia quingentos de Mysiacis militibus amisit.

39. NOMEN ATQVE IMAGINES.] *Nomen eius in Signis. Mos enim ille, vt Imperatoris sui nomen tum Vexillis inscriberent, tum Scutis. Quod etiam in liberâ rep. video factitatum. Dio de Crasso in Parthos mouente, lib.* XL. Σημεῖον δὲ τῆς μεγάλων τοῖς ἰδίοις ἐοικότων, καὶ φοινικᾶ γράμματα ἐπ' αὐτῷ τοῖς δήλωσιν τῶ τε στρατοῦ καὶ τῦ στρατηγοῦ σφῶν τῶ αὐτοκράτορος ἐχόντων. Signum vnum, ex iis quæ magna sunt & velorum similia, & puniceas litteras inscriptas habent ad indicium exercitus & Imperatoris sui faciendum. *Thebaidis scriptor etiam Græcis attribuit, sed mentem habens in militiâ Romanâ:*

——— aureâ clarum notâ
Nomen ducum vexilla præscriptum ferunt.

facitq; litteras aureas, quas Dio puniceas. Huc Suetonij illud pertinet, Vespas. cap. VI. Nomen eius vexillis omnibus sine morâ inscripserunt. *Item Prudentij, de Constantino:*

CHRISTVS purpureum, gemmato textus in auro
Signabat LABARVM. CLYPEORVM insignia CHRISTVS D
Scripserat.

Qui benè addit de Clypeis, siue Scutis. nam & illic, vt dixi, inscribebant. Quinctilianus, pro Milite: Inscriptum in scuto C. Marij nomen. *Dio* XLII. *Marcellum ait* nomen Pompeij, cùm id scutis suis milites inscriberent, delesse. *vti scilicet fautorem se Cæsari ostenderet. Idem lib.* L. *notat, Romanos milites* Cleopatræ nomen scutis inscripsisse, *quasi Imperatoris. D. Ambrosius (siue quis alius ille scriptor) ad hunc ritum respexit Oratione funebri de Valentiniano:* Valentinianus habens in se imaginem Christi. Nec iniuriam putaueris. charactere Domini inscribuntur & seruuli, & nomine Imperatoris signantur milites. *nisi tamen ad puncturas & stigmata militum hoc refers: quod non sperno.*

40. VI-

A mium agmen, deiectis in terram oculis, sequebatur. Circumstiterant victores, & primò ingerebant probra, intentabant ictus. Mox vt præberi ora contumeliis, & posità omni ferociâ cuncta victi patiebantur, subit recordatio, illos esse, qui nuper Bedriaci victoriæ temperassent. Sed vbi Cæcina, prætextâ lictoribusque insignis, dimotâ turbâ, consul incessit: exarsêre victores. superbiam, sæuitiamque (adeò inuisa scelera sunt) etiam perfidiam, obiectabant. Obstitit Antonius, datisque defensoribus ad Vespasianum dimisit. *Inermes exeunt.*

Plebs interim Cremonensium, inter armatos conflictabatur. nec procul cæde aberant, cùm precibus ducum mitigatus est miles. Et vocatos ad concionem Antonius alloquitur, magnificè victores, victos clementer. de Cremonâ in neutrum. Exercitus, præter insitam prædandi cupidinem, vetere odio ad excidium Cremonensium incubuit. Iuuisse partes Vitellianas, Othonis quoque bello, credebantur. Mox tertiadecimanos ad exstruendum amphitheatrum relictos, vt sunt procacia vrbanæ plebis ingenia, petulantibus iurgiis illuserant. Auxit inuidiam editum illic à Cæcinâ gladiatorum spectaculum, eademque rursus belli sedes, & præbiti in acie Vitellianis cibi: cæsæ quædam fe- B minæ, studio partium ad prœlium progressæ. Tempus quoque mercatus, ditem alioquin coloniam, maiorum opum specie complebat. Ceteri duces in obscuro, Antonium fortuna famaque omnium oculis exposuerat. Is balneas, abluendo cruori, properè petit. Excepta vox est, cùm teporem incusaret, statim futurum vt incalescerent. Vernile dictum omnem inuidiam in eum vertit, tamquam signum incendendæ Cremonæ dedisset, quæ iam flagrabat. Quadraginta armatorum millia irrupere, calonum lixarumque amplior numerus, & in libidinem ac sæuitiam corruptior. Non dignitas, non ætas protegebat, quo minus stupra cædibus, cædes stupris miscerentur. Grandæuos senes, exactâ ætate feminas, [40] viles ad prædam, in ludibrium trahebant. Vbi adulta virgo, aut quis formâ conspicuus incidisset, vi manibusque rapientium diuulsus, [41] ipsos postremò direptores in mutuam perniciem agebat. Dum pecuniam, vel grauia auro templorum dona, sibi quisque trahunt, maiore aliorum vi truncabantur. Quidam obuia aspernati, verberibus tormentisque dominorum, abdita scrutati, defossa eruere. Faces in C manibus: quas, vbi prædam egesserant, in vacuas domos, & inania templa, per lasciuiam iaculabantur. Vtque exercitu vario linguis, moribus, cui ciues, socij, externi interessent, diuersæ cupidines, & aliud cuique fas, nec quidquam illicitum. Per quatriduum Cremona suffecit. cùm omnia sacra profanaque in igne considerent, solum Mephitis templum stetit ante mœnia, loco, seu numine, defensum. Hic exitus Cremonam habuit, anno CCLXXXVI. à primordio sui. Condita erat [42] Ti. Sempronio & P. Cornelio consulibus, ingruente in Italiam Hannibale, propugnaculum aduersus Gallos trans Padum agentes, & si qua alia vis [43] per Alpes rueret. Igitur numero colonorum, opportunitate fluminum, vbere agri annexu, connubiisque gentium adoleuit floruitque, bellis externis intacta, ciuilibus infelix. Antonius [44] pudore flagitij, crebrescente inuidiâ, edixit, nequis Cremonenses captiuos detineret. Irritamque prædam militibus effecerat consensus Italiæ, emtionem talium mancipiorum aspernantis. Occidi cœpere. quod vbi enotuit, à propinquis affinibusque occultè redimebantur. mox rediit Cremonam reliquus D populus. reposita fora, templaque, [45] magnificentiâ municipum, & Vespasianus hortabatur. Ceterùm assidere sepultæ vrbis ruinis, noxia tabo humus, haut diu permisit.

Flauiani infensi Cremonensibus. Cap. 32.

Variâ de causâ:

Sed primâ & intimâ, ob opes.

Cremona igitur incensa: Cap. 33.

Vexata, spoliata.

Templum Mephitis inuiolatum igni. Cap. 34.

Antonij imaginarium edictum pro ciuibus.

Cremona instaurata Vespasiani iussu. Cap. 35.

40. VILES AD PRÆDAM.] *Turnebo ne accedamus rescribenti*, miles ad prædam. *Taciti enimuerò mens, eosipsos qui aut ætate aut imbecillitate non erant vllius æris, raptos tamen per sæuitiam & ad illusum. Curtius non absimiliter in direptione Persæpolis:* Neque auaritia solùm, sed etiam crudelitas in captâ vrbe grassata est. auro argentoque onusti, vilia captiuorum corpora trucidabant.

41. IPSOS POSTREMÒ DIREPTORES.] *Talis illa in captâ vrbe descriptio Quinctiliani libro* VIII. Et conata retinere infantem suum mater, & sicubi maius lucrum, pugna inter victores.

42. TI. SEMPRONIO.] *Id est, Tiberio. Malè enim valgò,* Tito: *ex Liuio, & Fastis.*

43. PER ALPES RVERET.] *A Beato hoc est. anteà,* irrueret. *Legam* ingrueret.

44. PVDORE FLAGITII.] *Ita mei libri. Budensis*, pistore. *vulgati pessimè*, post rem flagitij.

45. MAGNIFICENTIA MVNICIPVM.] *Placet magis quod in Rom. codice est*, munificentiâ.

sit. Ad tertium lapidem progressi, vagos pauentesque Vitellianos, sua quemque apud A signa componunt. Et victæ legiones, ne manente adhuc ciuili bello ambiguè agerent,

Victores spargunt victos.

per Illyricum dispersæ. In Britanniam inde, & Hispanias, nuntios famamque; in Galliam, Iulium Calenum tribunum; in Germaniam, Alpinum Montanum præfectum cohortis, quòd hic Treuir, Calenus Æduus, vterque Vitelliani fuerant, ostentui misêre. Simul transitus Alpium, præsidiis occupati: suspectâ Germaniâ, tamquam in auxilium

Cap. 36. *Vitellius intereà latet, & iacet.*

Vitellij accingeretur. At Vitellius, profecto Cæcinâ, cùm Fabium Valentem paucis pòst diebus ad bellum impulisset, curis luxum obtendebat: non parare arma, non alloquio exercitioque militem firmare, [46] non in ore vulgi agere, sed vmbraculis hortorum abditus, vt ignaua animalia, quibus si cibum suggeras, iacent torpentque, præterita, instantia, futura, pari obliuione dimiserat. Atque illum, in nemore Aricino desidem & marcentem, proditio Lucilij Bassi, ac defectio classis Rauennatis perculit. Nec multo pòst de Cæcinâ affertur mixtus gaudio dolor, & desciuisse, & ab exercitu vinctum. plus apud

Nuntij ad eum de Basso & Cæcinâ.

secordem animum lætitia, quàm cura valuit. Multâ cum exsultatione in vrbem reuectus, frequenti concione, pietatem militum laudibus cumulat. P. Sabinum prætorij præ- B fectum, ob amicitiam Cæcinæ vinciri iubet, substituto in locum eius Alpheno Varo.

P. Sabinum in vincla dat.

Cap. 37. *Senatum habet.*

Mox senatum, compositâ in magnificentiam oratione, allocutus, exquisitis patrum adulationibus attollitur. Initium atrocis in Cæcinam sententiæ, à L. Vitellio factum. Dein

Qui verba torquent & temperant.

ceteri, compositâ indignatione, quòd consul Rempublicam, dux Imperatorem, tantis opibus, tot honoribus cumulatus, amicum, prodidisset, velut pro Vitellio conquerentes, suum dolorem proferebant. nulla, in oratione cuiusquam, erga Flauianos duces obtrectatio: errorem imprudentiamque exercituum culpantes, Vespasiani nomen suspensi

Diarius Consul suffectus.

& vitabundi circumibant. Nec defuit, qui vnum consulatus diem (is enim in locum Cæcinæ supererat) magno cum irrisu accipientis, tribuentisque, eblandiretur. Pridie Kalend. Nouemb. Rossius Regulus iniit, eiurauitque. Annotabant periti, numquam anteà non abrogato magistratu, neque lege latâ, alium suffectum. Nam consul vno die & antè fuerat Caninius Rebilus, C. Cæsare dictatore, cùm belli ciuilis præmia festinarentur.

Cap. 38. *Iunij Blæsi mors: Ob leuem caussam.*

Nota per eos dies Iunij Blæsi mors, & famosa fuit; de quâ sic accepimus. Graui cor- C poris morbo æger Vitellius, Seruilianis hortis, turrim vicino sitam collucere per noctem crebris luminibus animaduertit. Scisciranti caussam, apud Cæcinam Tuscum epulari multos, præcipuum honore Iunium Blæsum nuntiatur. Cetera in maius, de apparatu,

Sed delatores exaggerant:

& solutis in lasciuiam animis. Nec defuere, qui ipsum Tuscum & alios, sed criminosius Blæsum incusarent, quòd ægro Principe lætos dies ageret. Vbi asperatum Vitellium, & posse Blæsum peruerti, satis patuit iis qui Principum offensas acriter speculantur, datæ L. Vitellio delationis partes. Ille infensus Blæso, æmulatione prauâ, quòd eum

Et inprimis frater Principis, Hac oratione vsus.

omni dedecore maculosum, egregiâ famâ anteibat, cubiculum Imperatoris referat: filium eius sinu complexus, & genibus accidens, caussam confusionis quærenti. *Non se proprio metu, nec sui anxium, sed pro fratre, pro liberis fratris, preces lacrymasque attulisse. Frustrà Vespasianum timeri, quem tot Germanicæ legiones, tot prouinciæ virtute ac fide, tantum denique terrarum ac maris immensis spatiis arceat. In vrbe ac sinu cauendum hostem, Iunios Antoniosque auos iactantem, qui se stirpe imperatoriâ comem ac magnificum militibus ostentet. Versas illuc omnium mentes, dum Vitellius amicorum inimicorumque negligens, fouet æmulum, principis labores è conuiuio prospectantem. Reddendam pro intempestiuâ lætitiâ mœstam & funebrem noctem, quâ sciat & sentiat viuere Vitellium, & imperare, & si quid fato accidat, filium habere.* D

Cap. 39. Trepidanti inter scelus metumque, ne dilata Blæsi mors maturam perniciem, palàm

46. NON IN ORE VVLGI.] *Vera nostra coniectura. Nam in libris omnibus,* more vulgi. *quod sanè haud conuenit. At in ore agere, est Latinis coràm & in conspectu esse, sese offerre. Sallustianum est, & ab eo penu Tacito promptum. In oratione Cottæ ad Quirites:* A primâ adolescentiâ, in ore vestro, priuatus & in magistratibus egi. *Fragmento alio:* In ore agens gentibus, populo, ciuitati. *Tacitus iterùm hoc libro:* Iulianus ad L. Vitellium perductus, verberibus fœdatus, in ore eius iugulatur. *Dicendi hoc genus restituendum Plinio censeo in Panegyrico:* Sunt in honore hominum, & in honore famæ magna nomina, ex tenebris obliuionis, indulgentiâ Cæsaris. *Et lego:* Sunt in ore hominum, & in ore famæ.

47. VENE-

Alàm iussa atrocem inuidiam ferret: placuit [47] veneno grassari. Addidit facinori fidem, [48] nobili gaudio, Blæsum visendo. quin & audita est sæuissima Vitellij vox, quâ (ipsa enim verba referam) se pauisse oculos, spectatâ inimici morte, iactauit. Blæso super claritatem natalium & elegantiam morum, fidei obstinatio fuit. Integris quoque rebus, à Cæcinâ & primoribus partium iam Vitellium aspernantibus, ambîtus, abnuere perseuerâuit; sanctus, inturbidus, nullius repentini honoris, adeò non principatus appetens, vt parùm effugeret, ne dignus crederetur. Fabius interim Valens, multo ac molli concubinarum spadonumque agmine, segniùs quàm ad bellum incedens, proditam à Lucilio Basso Rauennatem classem, pernicibus nunciis accepit. Et si cœptum iter properasset, nutantem Cæcinam præuenire, aut, ante discrimen pugnæ, assequi legiones potuisset. Nec deerant qui monerent, vt cum fidissimis per occultos tramites, vitatâ Rauennâ, Hostiliam Cremonámve pergeret. Aliis placebat, accitis ex vrbe prætoriis cohortibus, validâ manu perrumpere. Ipse, inutili contatione, agendi tempora consultando consumsit. Mox vtrumque consilium aspernatus, quod inter ancipitia deterrimum est, dum me-

Igitur veneno tollitur: Cum turpi Vitellij voce.

Cap. 40.

Valens parum militariter it ad bellum. Tristia accipit.

Inutiliter cunctatur.

Bdia sequitur, nec ausus est satis, nec prouidit. Missis ad Vitellium litteris, auxilium postulat. Venêre tres cohortes, cum alâ Britannicâ, neque ad fallendum aptus numerus, neque ad penetrandum. Sed Valens, ne in tanto discrimine quidem, infamiâ caruit, quo minus illicitas rapere voluptates, adulteriisque ac stupris polluere hospitum domus crederetur. Aderant vis & pecunia, & ruentis fortunæ nouissima libido. Aduentu demum peditum equitumque prauitas consilij patuit, quia nec vadere per hostes tam paruâ manu poterat, etiam si fidissima foret, nec integram fidem attulerant. Pudor tamen, & præsentis ducis reuerentia morabatur, haut diuturna vincula apud auidos periculorum, & [49] decoris securos. Eo metu, & paucis, quos aduersa non mutauerant, comitantibus, cohortes Ariminum præmittit. Alam tueri terga iubet. Ipse flexit in Vmbriam, atque inde in Etruriam: vbi cognito pugnæ Cremonensis euentu, non ignauum, &, si prouenisset, atrox consilium iniit, vt arreptis nauibus, in quamcumque partem Narbonensis prouinciæ egressus, [50] Gallias & Germaniæ gentes, nouumque bellum cieret. Digresso

Cap. 41.

Libidine intereà omnia fœdat.

In Vmbriam venit. Consilium eius forte.

Cap. 42.

CValente, trepidos, qui Ariminum tenebant, Cornelius Fuscus admoto exercitu, & missis per proxima litorum liburnicis, terrâ marique circumuenit. Occupantur plana Vmbriæ, & quà Picenus ager Hadriâ alluitur. omnisque Italia, inter Vespasianum ac Vitellium, Apennini iugis diuidebatur. Fabius Valens è sinu Pisano, [51] sæuitiâ maris, aut aduersante vento, Portum Herculis Monœci depellitur. haut procul inde agebat Marius Maturus, alpium maritimarum procurator, fidus Vitellio, cuius sacramentum, cunctis circà hostilibus, non exuerat. Is Valentem comiter exceptum, ne Galliam Narbonensem temerè ingrederetur monendo terruit. simul ceterorum fides [52] metu intacta. Nam circumiectas ciuitates, procurator Valerius Paullinus, strenuus militiæ, & Vespasiano ante fortunam amicus, in verba eius adegerat. Concitisque omnibus, qui exauctorati à Vitellio bellum sponte sumebant, Foroiulienſem coloniam, clauſtraque maris præsidio tuebatur: eo grauior auctor, quòd Paullino patria Forum Iulij, & honos apud Prætorianos, quorum quondam tribunus fuerat. Ipsique pagani, fauore municipali, & futuræ

Flauiani Italia prima occupant.

Valerius Paullinus pro Vespasiano.

Cap. 43.

Dpotentiæ spe iuuare partes annitebantur. quæ vbi paratu firma, & aucta rumore, apud varios

47. VENENO GRASSARI.] *Ergo huc referam, in silentio interpretum, Suetonij hæc de Vitellio, capite* XIV. Nobiles viros, condiscipulos suos, tantúmnon ad societatem Imperij omnibus blanditiis allicefactos, vario genere fraudis occidit. etiam vnum veneno, manu suâ porrecto in aquæ frigidæ potione. *Priora Dolabellam notant; hæc de veneno, Iunium Blæsum.*

48. NOBILI GAVDIO.] *Nescio an*, notabili gaudio.

49. DECORIS SECVROS.] *Bono sensu: in Florentino tamen*, dedecoris, *fortasse & meliore*.

50. GALLIAS ET GERMANIÆ GENTES.] *Vocem aptè inserit Vatic. codex:* Gallias & exercitus & Germ. gentes. *Nam in Galliâ exercitus,* VIII. *legiones.*

51. SÆVITIA MARIS.] *Romana editio,* segnitiâ maris: *quod auribus meis blanditur: significatq; nullo, vel aduerso vento, vsum.*

52. METV INTACTA.] *Pichena censet,* infracta: *at mihi pro sententiâ nunc videbatur,* intentata. *Destitit Valens ab aliis tentandis, metu ne temerè se crederet & interciperetur. Quòd si eamdem sententiam è voce,* intacta, *elicis: haud immutem.*

Valens mare intrat.

varios Vitellianorum animos increbuere; Fabius Valens cum quattuor speculatoribus, A & tribus amicis, totidem centurionibus ad naues [53] regreditur maturè: ceteriſque remanere, & in verba Veſpaſiani adigi volentibus fuit. Ceterùm vt mare tutius Valenti, quàm litora, aut vrbes; ita futuri ambiguus, & magis quid vitaret quàm cui fideret certus; aduersâ tempestate Stœchadas Massilienſium insulas affertur. Ibi eum, missæ à Paullino liburnicæ, oppreſsêre. Captо Valente, cuncta ad victoris opes conuersa, initio per Hiſpaniam à primâ Adiutrice legione orto, quæ memoriâ Othonis infenſa Vitellio, decimam quoque ac ſextam traxit. Nec Galliæ contabantur. Et Britanniam, inclytus erga Veſpaſianum fauor, quòd illîc ſecundæ legioni à Claudio præpoſitus, & bello clarus egerat, non ſine motu adiunxit ceterarum: in quibus plerique centuriones ac milites à Vitellio prouecti, expertum iam Principem anxij mutabant. Eâ diſcordiâ, & crebris belli ciuilis rumoribus, Britanni ſuſtulêre animos, auctore Venuſio: qui ſuper inſitam ferociam, & Romani nominis odium, propriis in Carthiſmanduam reginam ſtimulis accendebatur. Carthiſmandua Brigantibus imperitabat, pollens nobilitate: & [54] auxerat potentiam, poſtquam capto per dolum rege Caractaco, inſtruxiſſe triumphum B Claudij Cæſaris videbatur. Inde opes, & rerum ſecundarum luxus. ſpreto Venuſio, is fuit maritus, armigerum eius Vellocatum in matrimonium regnumque accepit. concuſſa ſtatim flagitio domus. Pro marito, ſtudia ciuitatis: pro adultero, libido reginæ, & ſæuitia. Igitur Venuſius, accitis auxiliis, ſimul ipſorum Brigantum defectione, in extremum diſcrimen Carthiſmanduam adduxit. Tum petita à Romanis præſidia, & cohortes alæque noſtræ, variis prœliis, exemêre tamen periculo reginam. Regnum Venuſio, bellum nobis relictum. Turbata per eoſdem dies Germania, & ſecordiâ ducum, & ſeditione legionum. Externâ vi, & perfidiâ ſociali, propè afflicta Romana res. Id bellum, cum cauſſis & euentibus (etenim longiùs prouectum eſt) mox memorabimus. Mota & Dacorum gens, numquam fida, tunc ſine metu, abducto è Mœſiâ exercitu. ſed prima rerum, quieti ſpeculabantur: vbi flagrare Italiam bello, cuncta inuicem hoſtilia, accepêre, expugnatis cohortium alarumque hibernis, vtrâque Danubij ripâ potiebantur. Iamque caſtra legionum exſcindere parabant, ni Mucianus ſextam legionem oppo- C ſuiſſet, Cremonenſis victoriæ gnarus, ac ne externa moles vtrimque ingrueret, ſi Dacus Germanuſque diuerſi irrupiſſent. Affuit, vt ſæpè aliàs, fortuna populi Rom. quæ Mucianum vireſque Orientis illuc tulit: & quod Cremonæ interim tranſegimus. Fonteius Agrippa ex Aſiâ (proconſul eam prouinciam annuo imperio tenuerat) Mœſiæ præpoſitus eſt: additis copiis è Vitelliano exercitu, quem ſpargi per prouincias, & externo bello illigari, pars conſilij, paciſque erat. Nec ceteræ nationes ſilebant. Subita per Pontum arma, Barbarum mancipium, regiæ quondam claſſis præfectus, mouerat. Is fuit Anicetus Polemonis libertus, præpotens olim, & poſtquam regnum in formam prouinciæ verte-

Capitur à Paullino. Cap. 44.

In Britanniâ rebellio, Duce Venuſio. Cap. 45.

In Germaniâ turbæ. Cap. 46.

Et Daci rebellant;

Sed repreſſit opportunè Mucianus.

In Ponto bellum, Duce Aniceto liberto. Cap. 47.

53. REGREDITVR MATVRE: CETERISQVE.] *Priora lego:* regreditur. Maturo ceteriſque. *Intellegit enim Marium Maturum procuratorem Alpium, qui diſceſſu Valentis velut exſolutus, tranſiit in Flauianas partes. Poſteriora rectè olim Rhenanus emendauit, cùm vulgò eſſet,* volentibus liberum fuit, *inſiticiâ voce: aut, vt in quibuſdam,* auctor fuit. *Qui ſcilicet gloſſographi ignorarunt genus dicendi à fonte Græco: quod peritum illum ſagacemq; Germanum non fugit. Ingenij enim & induſtriæ laudem Rhenano libens do: & ſcio inter primores eum ſuæ gentis. At carpſi olim liberiùs. Non ego, ſed ætas. (etſi reuerâ multa in Rhenani iudiciis, quæ probet nemo iudex è Selectis.) Nunc abiit ille feruor: & obtendere manum ad magnorum virorum culpas poſſim, quàm diducere & explicare. Reuerâ autem quantula hæc ſunt, de quibus litigamus? litteræ, ſyllabæ, voculæ. Ridere mihi lubet, cùm virorum grauium & grandium velitationes, imò pugnas video in his nugis. & metuo vt excitent me ad alteram Satyram. Nunc cum Ariſtophane ſatis mihi inclamaſſe:*

——— Λοιδορεῖσθαι δ' ὃ φέρτερος
Ἀνδρὸς ποιητὰς, ὥσπερ ἀρτοπωλίδας. D

54. AVXERAT POTENTIAM.] *Fallor, aut Tacitus ſcripſit,* potentia. *Quis enim aliâs iſte qui auxit? At genus illud dicendi perelegans, Auxit potentia, id eſt, Aucta eſt, ſignificatione occultâ quadam patiendi. Cato in hoc ipſo verbo:* Eodem nomine complures ex agris acceſſitauere. eò res eorum auxit. *Velleius Sedandi verbum ſic vſurpat:* Poſtquam tempeſtas ſedauit, Adherbal taurum immolat. *Plautus Leniendi:*

Dum hæ conſileſcunt turbæ atque iræ leniunt.

Et plures eiuſmodi Latinæ linguæ delicias guſtare tibi fas apud Agellium lib. XIIX. *c.* XII. *Non diſſimile, quod in Thucydideo charactere obſeruat Dionyſius: ſæpè τὰ παθητικὰ ῥήματα, δεκτήρια· τὰ δὲ δεκτήρια, παθητικὰ eſſe.*

55. VETV-

A verterat, mutationis impatiens. Igitur Vitellij nomine, adſcitis gentibus, quæ Pontum accolunt, corrupto in ſpem rapinarum egentiſſimo quoque, haut temnendæ manus ductor, Trapezuntem, [55] vetuſtam admodum ciuitatem, à Græcis in extremo Ponticæ oræ conditam ſubitus irrupit. Cæſa ibi cohors, regium auxilium olim. mox donati ciuitate Romanâ, ſigna armaque in noſtrum modum, deſidiam licentiamque Græcorum retinebant. Claſſi quoque faces intulit, vacuo mari * eludens, quia lectiſſimas liburnicarum, omnemque militem Mucianus Byzantium adegerat. Quin & barbari contemtiùs vagabantur, fabricatis repentè nauibus, quas [56] cameras vocant, artis lateribus, latâ aluo, ſine vinculo æris aut ferri connexâ. & tumido mari, prout fluctus attollitur, ſumma nauium tabulis augent, donec in modum tecti claudantur. Sic inter vndas voluuntur, pari vtrimque prorâ, & mutabili remigio, quando hinc vel illinc appellere indiſcretum & innoxium eſt. Aduertit ea res [57] Veſpaſiani animum, vt vexillarios è Cap.48.
legionibus, ducemque Virdium Geminum, ſpectatæ militiæ, diligeret. Ille incompoſitum & prædæ cupidine vagum hoſtem adortus, cogit in naues: effectiſque raptim liB nicis, aſſequitur Anicetum in oſtio fluminis Cohibi, tutum ſub [58] Sedochezorum regis auxilio, quem pecuniâ doniſque ad ſocietatem perpulerat. Ac primò rex, minis armiſque ſupplicem tueri. Poſtquam merces proditionis, aut bellum oſtendebatur, fluxâ, vt eſt Barbaris, fide, pactus Aniceti exitium, perfugas tradidit, belloque ſeruili finis impoſitus. Lætum eâ victoriâ Veſpaſianum, cunctis ſuper vota fluentibus, Cremonenſis prœlij nuntius in Ægypto aſſequitur. Eò properantiùs Alexandriam pergit, vt fracto Vitellij exercitu, vrbem quoque externæ opis indigam fame vrgeret. Namque & Africam, eodem latere ſitam, terrâ marique inuadere parabat, clauſis annonæ ſubſidiis, inopiam, ac diſcordiam hoſti facturus. Dum hac totius orbis mutatione, fortuna imperij Cap.49.
tranſit: Primus Antonius nequaquam pari innocentiâ, poſt Cremonam agebat. ſatisfactum bello ratus, & cetera ex facili: ſeu felicitas, in tali ingenio, auaritiam, ſuperbiam, ceteraque occulta mala patefecit. vt captam Italiam perſultare, vt ſuas legiones colere, omnibus dictis factiſque viam ſibi ad potentiam ſtruere. Vtque licentiâ militem imC bueret, interfectorum centurionum ordines, legionibus offerebat. eo ſuffragio turbidiſſimus quiſque dilecti. nec miles in arbitrio ducum, ſed duces militari violentiâ trahebantur. quæ ſeditioſa, & corrumpendæ diſciplinæ, mox in prædam vertebat, nihil aduentantem Mucianum veritus, quod exitioſius erat quàm Veſpaſianum ſpreuiſſe. Ce- Cap.50.
terùm propinquâ hieme, & humentibus Pado campis, expeditum agmen incedere. Signa aquilæque victricium legionum, milites vulneribus aut ætate graues, plerique etiam integri, Veronæ relicti. ſufficere cohortes alæque, & è legionibus lecti, profligato iam bello videbantur. Vndecima legio ſeſe adiunxerat, initio contata, ſed proſperis rebus, anxia quòd defuiſſet. Sex millia Dalmatarum, recens dilectus, comitabantur. Ducebat Poppæus Siluanus conſularis. vix conſiliorum penes Annium Baſſum, legionis legatum. Is Siluanum ſecordem bello, & dies rerum verbis terentem, ſpecie obſequij regebat, ad omniaque quæ agenda forent, quietâ cum induſtriâ aderat. Ad has copias, è claſſicis Rauennatibus legionariam militiam poſcentibus, optimus quiſque adſciti. Claſſem, D Dalmatæ ſuppleuêre. Exercitus duceſque ad Fanum Fortunæ iter ſiſtunt, de ſummâ rerum contantes, quòd motas ex vrbe prætorias cohortes audierant, & teneri præſidiis Apenninum rebantur, & ipſos [59] in regione bello attritâ, inopia & ſeditioſæ militum vo-

Is Trapezuntem capit.

Claſſem incendit.

** Nec malè vulgatus, Camaras, naues.*

Anicetus Romanis traditur.

Veſpaſianus Alexandriam venit.

Antonius immoderatè agit:

Et ambitiosè.

Copias in hoſtem expedit.

Earum enumeratio.

Contantur in viâ,

ces

55. VETVSTAM ADMODVM CIVIT.] *In Florentino:* vetuſta mama ciuitatem. *Omnino leg.* vetuſtâ famâ.

56. CAMERAS VOCANT.] *Noſtráſne hæc vox? certè etiam hodie Cubilia tecta & clauſa Cameras vocamus. & ab eâ ſimilitudine priſci, opinor, has naues. Strabo in deſcribendâ Boſporanâ orâ:* Ἄκαπα ἔχουσι λεπτὰ, σανὰ, καὶ κῦφα, ὅσον ἀνθρώπους πέντε ἢ εἴκοσι δεχόμενα. Καλοῦσι δὲ αὐτὰ οἱ Ἕλληνες καμάρας. *Vbi à gloſſulâ fortaſſe illæ voces,* οἱ Ἕλληνες.

57. VESPASIANI ANIMVM.] *Scribas,* ea res Veſpaſianum, *voce ſequenti inductâ, breuiùs & veriùs. Ita loquitur Annal.* II. Octo aquilæ petere ſiluas & intrare viſæ, aduertêre Imperatorem.

58. SEDOCHEZORVM REGIS.] *Vatic.* Sedothezorum. *Rom.* Sedotoſorum. *Nullum hunc populum ego natum ſcio.*

59. IN REGIONE.] *Malè enim omnibus libris,* in legione.

60. CLA-

Pecunia & commeatuum angustiâ.

ces terrebant, [60] Clauarium (donatiui nomen est) flagitantium. nec pecuniam, aut frumentum prouiderant: & festinatio atque auiditas præpediebant, dum quæ accipi poterant, rapiuntur. Celeberrimos auctores habeo, tantam victoribus aduersus fas nefasque

Cap. 51.

Immane scelus militis.

irreuerentiam fuisse, vt gregarius eques, occisum à se proximâ acie fratrem professus, præmium à ducibus petierit. Nec illis aut honorare eam cædem, ius hominum; aut vlciscì, ratio belli permittebat. Distulerant tamquam maiora meritum, quàm quæ statim exsoluerentur. nec quicquam vltrà traditur. Ceterùm, & prioribus ciuium bellis, par scelus inciderat. Nam prœlio, quo [61] apud Ianiculum aduersùm Cinnam pugnatum est, Pompeianus miles fratrem suum, dein cognito facinore, seipsum interfecit, vt Sisenna memorat. tanto acrior apud maiores, sicut virtutibus gloria, ita flagitiis pœnitentia fuit. Sed hæc aliaque ex veteri memoriâ repetita, quotiens res locusque exempla recti,

Cap. 52.

aut solatia mali poscent, haut absurdè memorabimus. Antonio ducibusque partium, præmitti equites, omnemque Vmbriam explorari placuit, si quà Apennini iuga clementiùs adirentur: acciri aquilas signaque, & quidquid Veronæ militum foret. Padumque

Reliqua copia arcessuntur.

& mare, commeatibus compleri. Erant inter duces, qui necterent moras. quippe nimius

Muciani ambigua scripta.

iam Antonius, [62] & certiora de Muciano sperabantur. Namque Mucianus tam celeri victoriâ anxius, & ni præsens vrbe potiretur, expertem se belli gloriæque ratus, ad Primum & Varum media scriptitabat, instandum cœptis, aut rursus contandi vtilitates differens: atque ita compositus, vt ex euentu rerum aduersa abnueret, vel prospera agnosceret. Plotium Griphum, nuper ab Vespasiano in senatorium ordinem additum, ac legioni præpositum, ceteroque sibi fidos, apertiùs monuit. Iique omnes, de festinatione

Qui alienat Vespasianum ab Antonio.

Cap. 53.

Illo nec ignaro, nec dissimulante.

Primi ac Vari sinistrè, & [63] Muciano volentia scripsêre. Quibus epistolis Vespasiano missis, effecerat, vt non pro spe Antonij, consilia factaque eius æstimarentur. Ægrè id pati Antonius, & culpam in Mucianum conferre, cuius criminationibus coaluissent pericula sua. nec sermonibus temperabat, immodicus * linguæ, & obsequij insolens. litteras ad Vespasianum composuit, iactantiùs quàm ad Principem, nec sine occultâ in Mucianum insectatione. *Se Pannonicas legiones in arma egisse, suis stimulis excitos Mœsiæ duces, suâ constantiâ perruptas alpes, occupatam Italiam, intersepta Germanorum Rhætorumque auxilia. quòd discordes, dispersasque Vitellij legiones, equestri procellâ, mox peditum vi, per diem noctemque fudisset, id pulcherrimum, & sui operis. casum Cremonæ, bello imputandum. maiore damno, plurium vrbium excidiis, veteres ciuium discordias reipublicæ stetisse. non se nuntiis neque epistolis, sed manu & armis Imperatori suo militare. neque officere gloriæ eorum, qui Asiam interim composuerint: illis Mœsiæ pacem, sibi salutem securitatemque Italiæ, cordi fuisse. suis exhortationibus, Gallias Hispaniasq; validissimam terrarum partem, ad Vespasianum conuersas.*

Sed

** Flor. linguâ, Litteræ eius superbæ.*

60. CLAVARIVM.] *Quod prætextum & originem habuit, quasi ad militares clauos, de quibus res iam nota. Simili formâ Vnguentarium Plinius dixit, lib.* II. *Epist.* XI. Prætereà acceperat sestertiûm decem millia, fœdissimo quidem titulo, nomine Vnguentarij: *donationem scilicet à prouincialibus factam in Legatum, ad vnguenta. Sic in Suetonij Vespasiano, cap.* VIII. Classiarij petunt, constitui aliquid sibi calcearij nomine.

61. APVD IANICVLVM.] *Cum Tacito aut Sisennâ potiùs consentit Liuius epitomâ* LXXIX. *& alterum militem in Pompeij exercitu statuit, alterum Cinnæ. At Valerius l.* V. *pro Cinnâ Sertorium substituit, cum quo & Orosius sentit libro* VI. *Bello Actiaco etiam idem euenisse, commemorat Epigramma vetus: quod vulgatum magno Scaligero debemus:*

Mæuius à castris miles melioribus ausus
Hostilem saltu præcipitare ratem,
In damnum felix, & victor vt impius esset,
Nescius occiso fratre superbus erat.
Dum legit exuuias, hostiliaque arma reuellit,
Fraternos vultus oraque nota videt.
Ille ferox. quid lenta manus nunc denique cessas?
Iustiùs hoste tibi qui moriatur adest.
Fraternam res nulla potest defendere cædem,
Mors tua sola potest, morte leuanda tuâ est.
Viximus aduersis, iaceamus partibus îsdem.
Dixit: & in dubio est vtrius ense cadat.
Ense meo moriar maculato cæde nefandâ?
Cui moreris, ferrum quo moriare, dabit.
Dixit, & in fratrem fraterno concidit ense.
Victorem & victum condidit vna manus.

62. ET CERTIORA DE MVCIANO.] *Magis placet Florentina scriptio,* ex Muciano. *Ambigebant duces, quid facturi aut non facturi, ex sequentibus: Mucianus aduentabat, alter pænè Flauius; ergo ab illo certiores omnium futuri.*

63. MVCIANO VOLENTIA.] *Ita libri. Sallustianum videtur:* Pompeius multis suspicionibus volentia plebi facturus habebatur. *Beatus tamen* volenti *maluit.*

64. QVI

A *ſed cecidiſſe in irritum labores, ſi præmia periculorum ſoli aſſequantur, qui periculis non affuerint.* Nec fefellere ea Mucianum. Inde graues ſimultates: quas Antonius ſimpliciùs, Mucianus callidè, eoq; implacabiliùs nutriebat. At Vitellius, fractis apud Cremonam rebus, nuncios cladis occultans, ſtultâ diſſimulatione, remedia potiùs malorum, quàm mala differebat. Quippe conſitenti conſultantiq́ue ſupererant ſpes vireſq́ue: cùm è contrario læta omnia fingeret, falſis ingraueſcebat. Mirum apud ipſum de bello ſilentium. prohibiti per ciuitatem ſermones, eoq́ue plures: ac ſi liceret, vera narraturi, quia vetabantur, atrociora vulgauerant. Nec duces hoſtium, augendæ famæ deerant, captos Vitellij exploratores, circumductoſq́ue, vt robora victoris exercitus noſcerent, remittendo: quos omnes Vitellius ſecretò pereontatus, interfici iuſſit. Notabili conſtantiâ, centurio Iulius Agreſtis, poſt multos ſermones, quibus Vitellium ad virtutem fruſtrà accendebat, perpulit, vt ad vires hoſtium ſpectandas, quæq́ue apud Cremonam acta forent, ipſe mitteretur. Nec exploratione occultâ fallere Antonium tentauit, ſed mandata Imperatoris ſuumq́ue animum profeſſus, vt cuncta viſeret, poſtulat. Miſſi qui locum prœlij, Cremo-
B næ veſtigia, captas legiones oſtenderent. Agreſtis ad Vitellium remeauit, abnuentiq́ue vera eſſe quæ referret, atque vltrò corruptum arguenti: *Quandoquidem*, inquit, *magno documento opus eſt, nec alius iam tibi aut vitæ aut mortis meæ vſus, dabo cui credas.* atque ita digreſſus, voluntariâ morte dicta firmauit. Quidam iuſſu Vitellij interfectum, de fide conſtantiaq́ue eadem tradidere. Vitellius vt è ſomno excitus, Iulium Priſcum, & Alphenum Varum, cum XIV. prætoriis cohortibus, & omnibus equitum alis obſidere Apenninum iubet. Secuta è claſſicis legio. tot millia armatorum, lecta equis viriſq́ue, ſi alius dux foret, inferendo quoque bello ſatis pollebant. Ceteræ cohortes, ad tuendam vrbem L. Vitellio fratri datæ. Ipſe nihil è ſolito luxu remittens, & diffidentiâ properus, feſtinare comitia, quibus conſules in multos annos deſtinabat: fœdera ſociis, Latium externis dilargiri: his tributa dimittere, alios immunitatibus iuuare, denique nullâ in poſterum
C curâ, lacerare imperium. Sed vulgus ad magnitudinem beneficiorum aderat, ſtultiſſimus quiſque pecuniis mercabatur. Apud ſapientes caſſa habebantur, quæ neque dari, neque accipi, ſaluâ republicâ poterant. Tandem, flagitante exercitu, [64] qui Mcuaniam inſederat, magno ſenatorum agmine, quorum multos ambitione, plures formidine trahebat, in caſtra venit, incertus animi, & infidis conſiliis obnoxius. Concionanti (prodigioſum dictu) tantum fœdarum volucrum ſuperuolitauit, vt nube atrâ [65] diem obtenderent. Acceſſit dirum omen, profugus altaribus taurus, diſiecto ſacrificij apparatu, [66] longè, nec vbi feriri hoſtias mos eſt, confoſſus. Sed præcipuum ipſe Vitellius oſtentum erat, ignarus militiæ, improuidus conſilij. quis ordo agminis, quæ cura explorandi, quantus vrgendo trahendóve bello modus, alios rogitans, & ad omnes nuntios, vultu quoque & inceſſu trepidus, dein temulentus. Poſtremò tædio caſtrorum, & auditâ de-
D fectione Miſenenſis claſſis, Romam reuertit, recentiſſimum quodque vulnus pauens, ſummi diſcriminis incurioſus. Nam cùm tranſgredi Apenninum integro exercitus ſui robore, & feſſos hieme atque inopiâ hoſtes aggredi, in aperto foret; dum diſpergit vires, acerrimum militem, & vſque in extrema obſtinatum, trucidandum, capiendumq́ue tradidit, peritiſſimis centurionum diſſentientibus, & ſi conſulerentur, vera dicturis. [67] Arcuêre eos intimi amicorum Vitellij. ita formatis Principis auribus, vt aſpera quæ vtilia, nec quidquam niſi iocundum & læſurum acciperet. Sed claſſem Miſenenſem (tantum ciui-

Quibus mirè Mucianus offenſus. Cap. 54.
Vitellius cladem diſſimulat.
Rumores vetat.
Centurionis memorabile factum.
Cap. 55.
Tandem Vitellius Apenninum occupat.
Honores largitur, Aut commoda.
In caſtra venit.
Cap. 56.
Mirum ei prodigium.
Romam redit.
Peſſimo in omnibus conſilio vſus.
Cap. 57.

64. QVI MEVANIAM INSEDERAT.] *Vocula addita è libris.*

65. DIEM OBTENDERENT.] *Benè ita libri, non,* obtunderent, *vt viſum Beato. Quibuſdam ſcriptum,* nube radium obtunderent. *vitioſè.*

66. LONGE, NEC VBI FERIRI.] *Præiuit ad emendationem hanc Vatic. qui refert,* longè necui feriri. *Nam alij libri hîc mutili. Ominoſum verò antiquitus, ſi hoſtia fugiſſet, nec ſuo loco, id eſt ante aram caſa fuiſſet. Feſtus:* Piacularia appellabant, quæ ſacrificantibus triſtia portendebant, cùm aut hoſtia ab arâ profugiſſet, aut percuſſa mugitum dediſſet, aut in aliam partem corporis quàm oporteret, cecidiſſet. *Plinius:* Notatum eſt vitulos, ad aras humeris hominis allatos, non ferè litare: ſicut nec claudicante, nec alienâ hoſtiâ deos placari, nec trahente ſe ab aris.

67. ARCVERE EOS.] *Verè. non* arguêre.

68. Iv-

Misenensis classis defectio.

ciuilibus discordiis etiam singulorum audacia valet) Claudius Fauentinus centurio, per A ignominiam à Galbâ dimissus, ad defectionem traxit, fictis Vespasiani epistolis pretium proditionis ostentans. præerat Classi Claudius Apollinaris, neque fidei constans, neque strenuus in perfidiâ. & Apinius Tiro præturâ functus, ac tum fortè Minturnis agens, ducem se defectoribus obtulit. à quibus municipia coloniæque impulsæ, præcipuo Puteolanorum in Vespasianum studio, contrà Capuâ Vitellio fidâ, municipalem æmulationem bellis ciuilibus miscebant. Vitellius, Claudium Iulianum (is nuper classem Misenensem molli imperio rexerat) permulcendis militum animis dilegit. data in auxilium vrbana cohors, & gladiatores, quibus [68] Iulianus præerat. Vt collata vtrimque castra, haut magnâ contatione Iuliano in partes Vespasiani transgresso, Tarracinam occupauêre, mœnibus situque magis, quàm ipsorum ingenio tutam. Quæ vbi Vitellio cognita, parte copiarum Narniæ cum præfectis prætorij relictâ, L. Vitellium fratrem, cum sex cohortibus & quingentis equitibus, ingruenti per Campaniam bello opposuit. Ipse æger animi, studiis militum & clamoribus populi arma poscentis refouebatur: dum vulgus ignauum, & nihil vltra verba ausurum, falsâ specie, exercitus & legiones appel- B lat. Hortantibus libertis (nam amicorum eius quanto quis clarior, minùs fidus) vocari tribus iubet, dantes nomina sacramento adigit. Superfluente multitudine, curam dilectus in consules partitur. Seruorum numerum & pondus argenti senatoribus indicit, equites Romani obtulêre operam pecuniasque, etiam libertinis idem munus vltrò flagitantibus. Ea simulatio, officia metu profecta, verterat in fauorem. Et plerique haut perinde Vitellium, quàm casum locumque principatus miserabantur. nec deerat ipse vultu, voce, lacrymis, misericordiam elicere, largus promissis, &, quæ natura trepidantium est, immodicus. Quin & Cæsarem se dici voluit, aspernatus anteà. sed tunc, superstitione nominis, & quia in metu consilia prudentium, & vulgi rumor iuxtà audiuntur. Ceterùm vt omnia inconsulti impetus cœpta, initiis valida, spatio languescunt, dilabi paulatim senatores, equitesque, primò contanter & vbi ipse non aderat, mox [69] conterriti, mœstive discrimine, donec Vitellius pudore irriti conatus, quæ non dabantur omisit.

Tribus Romanæ nomina dant.

Puteolani, pro Vespasiano Capuani, pro Vitellio

Iulianus cum gladiatoribus transit ad Flauianos.

Cap. 59. Vt terrorem Italiæ possessa Meuania, ac velut renatum ex integro bellum intulerat; C ita haut dubium erga Flauianas partes studium, tam pauidus Vitellij discessus addidit. [70] ereptus Samnis, Pelignusque, & Marsi, æmulatione, quòd Campania præuenisset, vt in nouo obsequio ad cuncta belli munia acres erant. Sed fœdâ hieme per transitum Apennini conflictatus exercitus: & vix quieto agmine niues eluctantibus, patuit quantum discriminis adeundum foret, ni Vitellium retrò fortuna vertisset. quæ Flauianis ducibus non minùs sæpè quàm ratio affuit. Obuium illîc Petilium Cerialem habuêre, agresti cultu, & notitiâ locorum, custodias Vitellij elapsum. Propinqua affinitas Ceriali cum Vespasiano, nec ipse inglorius militiæ, eoque inter duces assumtus est. Flauio quoque Sabino, ac Domitiano patuisse effugium, multi tradidêre. Et missi ab Antonio nuntij, per varias fallendi artes penetrabant, locum ac præsidium monstrantes. Sabinus inhabilem labori & audaciæ valetudinem caussabatur. Domitiano aderat animus: sed custodes à Vitellio additi, quamquam se socios fugæ promitterent, tamquam insidiantes timebantur. Atque ipse Vitellius, respectu suarum necessitudinum, nihil in Domitianum atrox parabat. Duces partium, vt Carsulas venêre, paucos ad requiem dies sumunt: donec aquilæ, signaque legionum assequerentur. Et locus ipse castrorum placebat, latè prospectans, tutò copiarum aggestu, florentissimis ponè tergum municipiis. Simul colloquia cum Vitellianis decem milium spatio distantibus, & proditio sperabatur. Ægrè id pati miles, & victoriam malle quàm pacem. ne suas quidem legiones operiebantur, vt prædæ quàm periculorum socias. Vocatos ad concionem Antonius docuit,

Hi Apenninum transeunt.

Cerialis elapsus.

Domitianus non item.

Cap. 60. *Castra Carsulis.*

68. IVLIANVS PRÆERAT.] *Mirum, ni ille ipse Iulianus, qui Plinio* curasse *dicitur* munus gladiatorium Neronis. *lib.* XXXVII. *cap.* III.

69. CONTERRITI, MÆSTIVE.] *E Florentino, in quo est*, contempti mestine, *Pichena emendat*: contemptim & sine discr. *Belle, bellè.*

70. EREPTVS SAMNIS.] *In Florentino*, erectus: *sed illud placet, ereptum nempe Vitellio, qui possidebat. Aut si* erectus, *capi licet animis erectos ob Vitellij discessum, & sic defeciss.*

71. RA-

A cuit, *Esse adhuc Vitellio vires, ambiguas si deliberarent, acres si desperassent. Initia bellorum ciuilium fortunæ permittenda, victoriam consiliis & [71] ratione perfici. Jam Misenensem classem & pulcherrimam Campaniæ oram desciuisse, nec plus è toto terrarum orbe reliquum Vitellio, quàm quod inter Tarracinam Narniamque iaceat. Satis gloriæ prælio Cremonensi partum, & exitio Cremonæ, nimium inuidiæ. ne concupiscerent Romam capere potiùs, quàm seruare. Maiora illis præmia, & multo maximum decus, si incolumitatem senatui populoque Rom. sine sanguine quæsissent.* His & talibus mitigati animi. Nec multo pòst legiones venêre. Et terrore famaque aucti exercitus, Vitellianæ cohortes nutabant, nullo in bellum adhortante, multis ad transitionem, qui suas centurias turmasque tradere donum victori, & sibi in posterum gratiam certabant. Per eos cognitum est, Interamnam proximis campis præsidio quadringentorum equitum teneri. Missus extemplò Varus, cum expeditâ manu, paucos repugnantium interfecit. plures, abiectis armis, veniam petiuêre. quidam in castra refugi, cuncta formidine implebant, augendo rumoribus virtutem copiasque hostium, quo amissi præsidij dedecus lenirent. Nec vlla apud Vitellianos flagitij pœna: &
B præmiis defectorum, vera fides. ac reliquum perfidiæ certamen, crebra transfugia tribunorum centurionumque. Nam gregarius miles induruerat pro Vitellio, donec Priscus & Alphenus, desertis castris ad Vitellium regressi, pudore proditionis cunctos exsoluerent. Iisdem diebus, Fabius Valens, Vrbini, in custodiâ interficitur. Caput eius Vitellianis cohortibus ostentatum, ne quam vltrà spem fouerent. nam peruasisse in Germanias Valentem, & veteres illic nouosque exercitus ciere credebant. Visâ cæde, in desperationem versi. & Flauianus exercitus, immane quantum animo exitium Valentis, vt finem belli, accepit. Natus erat Valens Anagniæ, equestri familiâ, procax moribus, neque absurdus ingenio famam vrbanitatis per lasciuiam petere. [72] ludicro Iuuenalium sub Nerone, velut ex necessitate, mox sponte mimos actitauit, scitè magis quàm probè. Legatus legionis, & fouit Verginium, & infamauit. Fonteium Capitonem in proditionem corruptum, seu quia corrumpere nequiuerat, interfecit. Galbæ proditor, Vitellio fidus, & aliorum perfidiâ illustratus. Abruptâ vndique spe, Vitellianus miles transC iturus in partes, id quoque non sine dedecore, sed sub signis vexillisque in subiectos Narniæ campos descendêre. Flauianus exercitus, vt ad prœlium [73] intentus armatusque, densis circa viam ordinibus, adstiterat. Accepti in medium Vitelliani. & circumdatos, Primus Antonius clementer alloquitur. pars Narniæ, pars Interamnæ subsistere iussi. relictæ simul è victricibus legiones, neque quiescentibus graues, & aduersus contumaciam validæ. Non omisêre per eos dies Primus ac Varus crebris nuntiis salutem, & pecuniam, & secreta Campaniæ, offerre Vitellio, si positis armis, seque ac liberos suos Vespasiano permisisset. In eumdem modum & Mucianus composuit epistolas: quibus plerumque fidere Vitellius, ac de numero seruorum, [74] electione lictorum loqui. Tanta torpedo inuaserat animum, vt si Principem eum fuisse ceteri non meminissent, ipse obli-

Antonius milites mitigat. Cap. 61. *Præsidium Interamnæ interruptum.* *Vitelliani catpim ad victores transeunt.* Cap. 62. *Valentis cades.* *Vita & mores hominis.* Cap. 63. *Cohortium Vitellij deditio.* *Ipsi conditiones propositæ.* *Nec ab eo spretæ.*

71. RATIONE PERFICI.] *Vulgati*, proficisci; *scripti*, profici. *ex quo nobis* perfici *visum facere*.

72. LVDICRO IVVENALIVM.] *Hoc malui, quàm quod vulgò est* Iuuenum.

73. INTENTVS ARMATVSQVE.] *Codex regius*, ornatusque. *quod germanum est. Loquebantur enim ita etiam in armis. Vnde & gladiatorum ornamenta. Tacitus lib.* v. Pauci ornati militariter. *Liuius libro* IX. Diemque iis quâ equis armisque instructi ornatique adessent, edicit.

74. ELECTIONE LICTORVM.] *Quorsum lictores? Si enim priuatum seriò indueret, nihil iis opus. Scribendum omnino* litorum. *Secessum videlicet aliquem amœnum & maritimum adtribui sibi Vitellius volebat, velut ad otium. Itaque in oratione aduersariâ mox amicorum, respondetur huic parti:* Nunc pecuniam & familiam, & beatos Campaniæ sinus promitti. *Suetonium ego in hac voce paullò grauiùs & obscuriùs corruptum restituo. Tiber. cap.* LXXII. Nec abstinuit consuetudine, quin tunc quoque instans in medio triclinio, adstante lictore, singulos valere dicentes appellaret. *Cui enim rei lictor hîc in triclinio? aut ex quo ritu? Beroaldus & priscæ editiones*, vt stans in medio. *Legam & rescribam totum locum:* aut stans in medio triclinio, aut stans in litore, singulos, *&c. siue relegatâ alterâ voce breuiùs*, aut stans in medio triclinio, aut è litore. *Temerè enim repetita videtur à librario. Sententia autem liquida & pura, Tiberium Capreis dissimulando morbo stantem valedixisse comiter singulis, siue in triclinio, siue in ipso litore. Nam modica ea insula, & amici plerique diuersabantur, vt opinor, in oppositâ Italiæ terrâ.*

Cap.64. *Sabinus incitatur ad arma.*

obliuiſceretur. At primores ciuitatis, Flauium Sabinum præfectum vrbis, ſecretis ſermonibus incitabant, victoriæ famæque partem capeſſeret. *Eſſe illi proprium militem cohortium vrbanarum. nec defuturas* [75] *vigilum cohortes, ſeruitia ipſorum fortunam partium, & omnia prona victoribus. ne Antonio Varoque de gloriâ concederet. Paucas Vitellio cohortes, & mœſtis vndique nuntiis trepidas populi, mobilem animum: & ſi ſe ducem præbuiſſet, eaſdem illas adulationes pro Veſpaſiano fore. Ipſum Vitellium ne proſperis quidem parem, adeò ruentibus debilitatum. gratiam patrati belli penes eum qui vrbem occupaſſet. Id Sabino conuenire, vt imperium fratri reſeruaret: id Veſpaſiano, vt ceteri poſt Sabinum haberentur.* Haut quaquam erecto animo eas voces accipiebat, [76] inualidus ſenectâ. Erant qui occultis ſuſpicionibus inceſſerent, tamquam inuidiâ & æmulatione fortunam fratris moraretur. Namque Flauius Sabinus ætate prior, priuatis vtriuſque rebus, auctoritate pecuniaque Veſpaſianum anteibat. Et credebatur affectam eius fidem præiuuiſſe, domo agriſque pignori acceptis. Vnde, quamquam manente in ſpeciem concordiâ, [77] offenſarum operta metuebantur. Melior interpretatio, mitem virum abhorrere à ſanguine & cædibus; eoque crebris cum Vitellio ſermonibus de pace, ponendiſque per conditionem armis agitare. Sæpè domi congreſſi. poſtremò in æde Apollinis, vt fama fuit, pepigêre. Verba voceſque duos teſtes habebant, Cluuium Rufum & Silium Italicum. Vultus procul viſentibus notabantur, Vitellij proiectus & degener, Sabinus non inſultans, & miſeranti propior. Quòd ſi tam facilè ſuorum mentes flexiſſet Vitellius, quàm ipſe ceſſerat; incruentam vrbem Veſpaſiani exercitus intraſſet. Ceterùm vt quiſque Vitellio fidus, ita pacem & conditiones abnuebant, diſcrimen ac dedecus oſtentantes, & fidem in libidine victoris. *Nec tamen Veſpaſiano ſuperbiam, vt priuatum Vitellium pateretur:* [78] *ne victos quidem laturos. Ita periculum ex miſericordiâ. Ipſum ſanè ſenem, & proſperis aduerſisque ſatiatum. Sed quod nomen, quem ſtatum filio eius Germanico fore? Nunc pecuniam, & familiam, & beatos Campaniæ ſinus promitti. Sed vbi imperium Veſpaſianus inuaſerit, non ipſi, non amicis eius, non denique exercitibus ſecuritatem, niſi exſtincto* [79] *æmulatu redituram. Fabium illis Valentem, captiuum & caſibus dubiis reſeruatum, prægrauem fuiſſe: nedum Primus ac Fuſcus, & ſpecimen partium Mucianus, vllam in Vitellium, niſi occidendi licentiam habeant. Non à Cæſare Pompeium, non ab Auguſto Antoniam incolumes relictos. Niſi fortè Veſpaſianus altiores ſpiritus gerat,* [80] *Vitellij cliens, cùm Vitellius collega Claudio foret. Quin vt cenſuram patris, vt tres conſulatus, vt tot egregiæ domus* [81] *honores deceret, deſperatione ſaltem in audaciam accin-*

Cap.65. *Nec facilè imellitur:*

Et magis de pace annititur.

Cap.66. *Quam Vitellij proximi dirimunt:*

Eumq; ad robur exſtimulant.

75. VIGILVM COHORTES.] *Quas Principe Auguſto inſtitutas, Dio ſcribit lib.* LV. *idq; refert in annum Vrbis* DCCLIX. *Idem Paulus tradidit libro proprio De officio præfecti vigilum, vt vides in Pandectis. Appiano tamen quid fiet, qui in Triumuiratu Vigiles repperit, & inſtitutos vult, Pompeio in Siciliâ victo? id eſſet, triginta pænè ante Dionis traditionem annis. Scribit lib.* V. *Ciuil.* Sabinum præfectum à Cæſare ad turbas & latrocinia in vrbe atque Italiâ comprimenda: Καὶ ἐξ ἐκείνου *(addit)* φασὶ φυλακὴν μείναι τὸ τῆς στρατείας τῆς νυκτοφυλάκων ἔθος τε καὶ εἶδος. Atque ex eo tempore aiunt manſiſſe nocturnorum Vigilum morem & formam. *Benè*, aiunt: *nam ſi tu Appiane, nimis erras. Sparteolos hos milites vocare interpres Iuuenalis videtur, Sat.* XIV. *in illud:* Diſpoſitis prædiues hamis. Per tranſlationem, *inquit*, diſciplinæ militaris Sparteolorum Romæ, quorum cohortes in tutelam vrbis, cum hamis & cum aquâ vigilias curare conſueuerunt vicinis. *Corrigendum in fine huius Scholij*, curare conſueuerunt vicibus: *& quod ad* Sparteolos, *ipſa vox in Tertulliani Apologetico, eodem ſenſu.*

76. INVALIDVS SENECTA.] *Vocem Rodolphus addit,* ſenectâ ſenſuque. *valdè appoſitè, modò è libris.*

77. OFFENSARVM OPERTA.] *Ita Farneſianus, probâ & ſolemni Tacito dictione. Alij,* opera.

78. NE VICTOS QVIDEM.] *Varia emendatio vel crux potiùs adhibita huic loco. Vertranius legit,* Ne victor quidem laturus. *Beatus:* Ne victum quidem laturus. *Mihi ſana lectio eſt, ſana ſententia. Si Veſpaſianus, inquiebant, tam alto animo eſt vt rectis oculis æmulum quondam imperij poſſit adſpicere: tamen id iſta ipſæ victæ partes ferent numquam. qui miſeratione olim Principis, ad vltionem & res nouas accingentur. Atque huic ſententiæ aptè ſubnexum,* Ita periculum ex miſericordiâ.

79. ÆMVLATV REDITVRAM.] *Cenſeo nos aptè reſtituiſſe: etſi in libris,* æmulatore redituram. *Budenſis aliquid iuuit, qui* æmulatore daturam *præferebat. Tacitus alibi:* & ne æmulatus in vrbe ageret, prouinciæ Luſitaniæ præficitur.

80. VITELLII CLIENS, CVM VITELLIVS.] *Poſtrema ea verba,* cùm Vit. col. Cl. foret, *gloſſulam ſapere videantur, ad ſubſequentia verba,* Quin vt cenſuram patris. *Fero tamen.*

81. HONORES DECERET.] *Rectè: & capio. In Romanâ tamen editione* honores degeret. *ex quâ (ſi quid*

A *accingeretur. perstare militem, supereſſe ſtudia populi. Denique nihil atrocius euenturum, quàm in quod ſponte ruant. moriendum victis, moriendum deditis. id ſolum referre, nouiſſimum ſpiritum per ludibrium & contumelias effundant, an per virtutem.* Surdæ ad ſortia conſilia Vitellio aures. Obruebatur animus miſeratione curaque, ne pertinacibus armis, minùs placabilem victorem relinqueret coniugi ac liberis. Erat illi & feſſa ætate parens, quæ tamen paucis antè diebus opportunâ morte excidium domus præuênit. nihil principatu filij aſſecuta, niſi luctum & bonam famam. XV. Kal. Ianu. auditâ defectione legionis cohortiumque, quæ ſe Narniæ dediderant, pullo amictu palatio degreditur, mœſtâ circùm familiâ. Simul ferebatur lecticulâ paruulus filius, velut in funebrem pompam. Voces populi blandæ & intempeſtiuæ; miles minaci ſilentio. Nec quiſquam adeò rerum humanarum immemor, quem non commoueret illa facies, Romanum Principem, & generis humani paullò antè dominum, relictâ fortunæ ſuæ ſede, per populum, per vrbem, exire de imperio. Nihil tale viderant, nihil audierant. Repentina vis dictatorem Cæſarem oppreſſerat; occultæ Caium inſidiæ. nox & ignotum rus, fugam Neronis abſ-
B conderant. Piſo & Galba, tamquam in acie cecidêre. in ſuâ concione Vitellius, inter ſuos milites, proſpectantibus etiam feminis, pauca & præſenti mœſtitiæ congruentia locutus: *Cedere ſe pacis & Reip. cauſſâ: retinerent tantùm memoriam ſui, fratremque, & coniugem, & innoxiam liberorum ætatem miſerarentur.* Simul filium protendens, modò ſingulis, modò vniuerſis commendans, poſtremò fletu præpediente, aſſiſtenti conſuli (Cæcilius Simplex erat) exſolutum à latere pugionem, velut ius necis vitæque ciuium, reddebat. Aſpernante conſule, reclamantibus qui in concione adſtiterant, vt in æde Concordiæ poſiturus inſignia imperij, domumque fratris petiturus, diſceſſit. Maior hic clamor obſiſtentium penatibus priuatis, in palatium vocantium. intercluſum aliud iter, idque ſolum quod in ſacram viam pergeret, patebat. Tum conſilij inops, in palatium rediit. Præuenerat rumor, eiurari ab eo imperium. Scripſeratque Flauius Sabinus cohortium tribunis, vt militem cohiberent. Igitur tamquam omnis Reſp. in Veſpaſiani ſinum ceſ-
C ſiſſet, primores ſenatus, & plerique equeſtris ordinis, omniſque miles vrbanus, & vigiles, domum Flauij Sabini compleuêre. Illuc de ſtudiis vulgi, & minis Germanicarum cohortium affertur. Longiùs iam progreſſus erat, quàm vt regredi poſſet: & ſuo quiſque metu, ne diſiectos, eoque minùs validos, Vitelliani conſectarentur, contantem in arma impellebant. Sed quod in eiuſmodi rebus accidit, conſilium ab omnibus datum eſt, periculum pauci ſumsêre. Circa lacum Fundani, deſcendentibus qui Sabinum comitabantur armatis, occurrunt promtiſſimi Vitellianorum. Modicum ibi prœlium, improuiſo tumultu, ſed proſperum Vitellianis fuit. Sabinus, re trepidâ, quod turiſſimum è præſentibus, arcem Capitolij inſedit mixto milite, & quibuſdam ſenatorum equitumque: quorum nomina tradere haut promtum eſt, quoniam victore Veſpaſiano, multi id meritum erga partes ſimulauêre. Subierunt obſidium etiam feminæ: inter quas maximè inſignis, Verulana Gracilia, neque liberos, neque propinquos, ſed bellum ſecuta. Vi-
D tellianus miles, cuſtodiâ ſecordi clauſos circumdedit, eoque, concubiâ nocte, ſuos liberos Sabinus, & Domitianum fratris filium, [82] in Capitolium acciuit. At Sabinus, miſſo per neglecta ad Flauianos duces nuntio, qui circumſideri ipſos, & niſi ſubueniretur, artas res nuntiaret; noctem adeò quietam egit, vt digredi ſine noxâ potuerit. Quippe miles Vitellij aduerſus pericula ferox, laboribus & vigiliis parum intentus erat. Et hibernus imber repentè fuſus, oculos aureſque impediebat. Luce primâ Sabinus, antequam inuicem hoſtilia cœptarent, Cornelium Martialem è primipilaribus, ad Vitellium miſit, cum mandatis & queſtu, quòd pacta turbarentur. *Simulationem prorſus & imaginem deponendi imperij fuiſſe, ad decipiendos tot illuſtres viros. Cur enim è roſtris, fratris domum imminentem foro, & irritandis hominum oculis, quàm Auentinum & penates vxoris petiſſet? Ita priuato,*

Cap. 67. *Naturâ ignauum & degenerem. Mater eius obiit.*

Cap. 68. *Ipse principatu abiiurit.*

Concionem habet.

Abiectè se gerit.

Populus & miles in sede eum restituunt.

Cap. 69. *Sabinus interea Remp. susceperat.*

Prœliatur cum Vitellianis: vellitur. Capitolium occupat.

Obsidetur.

Cap. 70. *Mittit ad Vitellium expostulatum.*

(si quid mutandum est) fecerim, tegeret. *Rodolphus enim longiùs abire à scripto videtur, qui reponit,* negligeret.

82. IN CAPITOLIVM.] *Hæ duæ voces à glossographo fortasse. certè in Capitolium eos accitos, sine monitore vllo nimis clarum.*

priuato, & omnem principatus ſpeciem vitanti, conueniſſe. Contrà, Vitellium in palatium, in ipſam imperij arcem regreſſum. Inde armatum agmen emiſſum, ſtratam innocentium cædibus celeberrimam vrbis partem. ne Capitolio quidem abſtineri. Togatum nempe ſe, & vnum è ſenatoribus, dum inter Veſpaſianum ac Vitellium prœliis legionum, captiuitatibus vrbium, deditionibus cohortium iudicatur. Iam Hiſpaniis, Germaniisque, & Britanniâ, deſciſcentibus, fratrem Veſpaſiani manſiſſe in fide, donec vltrò ad conditiones vocaretur. Pacem & concordiâ victis vtilia; victoribus tantùm pulchra eſſe. Si conuentionis pœniteat; non ſe, quem perfidiâ deceperit, ferro peteret, non filium Veſpaſiani vix puberem. quantum occiſis vno ſene & vno iuuene proficit? Iret obuiàm legionibus, de ſummâ rerum illic certaret: cetera ſecundùm euentum prœlij ceſſura. Trepidus ad hæc Vitellius, pauca purgandi ſui cauſsâ reſpondit, culpam in militem conferens, cuius nimio ardori imparem eſſe modeſtiam ſuam. Et monuit Martialem, vt per ſecretam ædium partem occultè abiret, ne à militibus internuntius inuiſæ pacis interficeretur. Ipſe neque iubendi neque vitandi potens, non iam imperator, ſed tantùm belli cauſſa erat. A

Ille ſe purgat, milites culpat.

Cap. 71. *Capitolium oppugnatur.*

Vix dum regreſſo in Capitolium Martiale, furens miles aderat, nullo duce, ſibi quiſque auctor: cito agmine, forum & imminentia foro templa præteruecti, erigunt aciem per aduerſum collem, vſque ad primas Capitolinæ arcis fores. Erant antiquitùs [83] porticus in latere cliui, [84] dextrâ ſubeuntibus. In quarum tectum egreſſi, ſaxis teguliſque Vitellianos deturbabant. neque illis manus niſi gladiis armatæ; & arceſſere tormenta, aut miſſilia tela, longum videbatur. Faces in prominentem porticum iecêre, & ſequebantur ignem. ambuſtaſque Capitolij fores penetraſſent, ni Sabinus reuulſas vndique ſtatuas, decora maiorum, in ipſo aditu vice muri obieciſſet. Tum diuerſos Capitolij aditus inuadunt, iuxta lucum aſyli, & quà Tarpeia rupes centum gradibus aditur. Improuiſa vtraque vis. propior atque acrior per aſylum ingruebat. Nec ſiſti poterant, ſcandentes per coniuncta ædificia: quæ, vt in multâ pace, in altum edita, ſolum Capitolij æquabant. Hîc ambigitur, [85] ignem tectis oppugnatores iniecerint, an obſeſſi, quæ crebrior fama eſt, quò nitentes ac progreſſos depellerent. Inde lapſus ignis in porticus, appoſitas ædibus. mox [86] ſuſtinentes faſtigium Aquilæ, vetere ligno, traxêre flammam, aluerunt-que. Sic Capitolium, clauſis foribus, indefenſum & indireptum, conflagrauit. Id faci- C
nus poſt conditam vrbem luctuoſiſſimum fœdiſſimumque Pop. Rom. accidit, nullo externo hoſte, propitiis, ſi per mores noſtros liceret, deis. Sedem Iouis optimi maximi, auſpicatò à maioribus pignus imperij conditam, quam non Porſena deditâ vrbe, neque Galli captâ, [87] temerare potuiſſent, furore Principum exſcindi? Arſerat & antè Capitolium ciuili bello, ſed fraude priuatâ. Nunc palàm obſeſſum, palàm incenſum. quibus armorum cauſſis, [88] quo tantæ cladis pretio pro patriâ bellauimus? Vouerat Tarquinius Priſcus rex, bello Sabino; ieceratque fundamenta, ſpe magis futuræ magnitudinis, quàm quò modicæ adhuc Pop. Rom. res ſufficerent. Mox Seruius Tullius, ſociorum ſtudio; deinde Tarquinius Superbus, captâ Sueſsâ Pometiâ, hoſtium ſpoliis exſtruxêre. Sed gloria operis, libertati reſeruata. Pulſis regibus, Horatius Puluillus iterùm conſul dedicauit, eâ magnificentiâ, quam immenſæ poſteà Pop. Rom. opes ornarent potiùs,

Cap. 72. *Querela ſuper eo.*

Incenditur.

Quis condiderit, Auxerit.

83. PORTICVS IN LATERE.] *Dionyſius lib.* IV. Frons eius meridiem ſpectans, porticum habet, cum triplici columnarum ordine: in lateribus ordo duplex eſt.

84. DEXTRA SVBEVNTIBVS.] *An,* dextræ ſubeuntibus? *atque ita, vt diſco, Florentinus.*

85. IGNEM OPPVGNATORES.] *Hoc quidem ambigi poteſt: at non quod Philoſtratus incuriosè ſcribit libro* v. Domitianum obſediſſe Vitellianos in Capitolio, atque illos clanculum fugientes templum incendiſſe. *Ille dixit, qui perperàm multa alia: claſsicus nemo ſcripſit.*

86. SVSTINENTES FASTIGIVM AQVILÆ.] *Græci etiam eâ mente ἀετὸν dicunt. Heſychius:* Ἀετὸς, καὶ ὄρφος, καὶ τὸ ὑπὲρ τῶ γείσω κυμάτιον. *Pauſanias aliquoties vſurpat; vt lib.* X. Τὰ δὲ ἐν τοῖς ἀετοῖς ὄξιν Ἄρτεμις, καὶ Λητὼ, καὶ Ἀπόλλων. *Lib.* V. Τῦφος μὲν δὴ αὐτὸ τοῦτο ἐς τὸν ἀετὸν ἀνῆκον εἶσιν οἱ ὀκτὼ πόδες καὶ ἑξήκοντα. *Niſi fallor, iſtæ ipſæ aquilæ,* γεισίποδες *Polluci dicuntur.* D

87. TEMERARE POTVISSENT.] *Ita Farneſianus, melius certè, quàm,* tenere, *quod obtinuit. Pollutio enim iſta ad locum ſacrum refertur.*

88. QVO TANTÆ CLADIS.] *Aeger mihi locus olim viſus, nunc in ſanitate eſſe. Sententia: ne pro patriâ quidem olim tantâ clade pugnatum; nedum pro ambitione priuatâ, aut contra patriam.*

A tiùs, quàm augerent. Iisdem rursus vestigiis situm est, postquam interiecto [89] CCCCXV. annorum spatio L. Scipione, C. Norbano Coss. flagrauerat. Curam victor Sulla susce- *Reparauerit.*
pit, neque tamen dedicauit. hoc solum [90] felicitati eius negatum. [91] Lutatij Catuli no-
men, inter tanta * Cæsarum opera, vsque ad Vitellium mansit. Ea tunc ædes cremaba- * *Flor.* tot Cap. 73.
tur. Sed plus pauoris obsessis, quàm obsessoribus intulit. Quippe Vitellianus miles, ne-
que astu, neque constantiâ, inter dubia indigebat. Ex diuerso, trepidus miles, dux segnis, *Torpor Sabini.*
& veluti captus animi, non linguâ, non auribus competere. neque alienis consiliis regi,
neque sua expedire. huc illuc clamoribus hostium circumagi. quæ iusserat vetare, quæ
vetuerat iubere. Mox quod in perditis rebus accidit, omnes præcipere, nemo exsequi.
postremò abiectis armis, fugam & fallendi artes circumspectabant. Irrumpunt Vitel-
liani, & cuncta sanguine, ferro, flammisque miscent. Pauci militarium virorum, inter
quos maximè insignes, Cornelius Martialis, Æmilius Pacensis, Casperius Niger, Di-
dius Scæua, pugnam ausi obtruncantur. Flauium Sabinum inermem, neque fugam cœ-
ptantem, circumsistunt, & Quinctium Atticum consulem, vmbrâ honoris & suâmet *Consul Atticus.*
B vanitate monstratum, quòd edicta in populum pro Vespasiano magnifica, probrosa
aduersus Vitellium iecerat. Ceteri per varios casus elapsi, quidam seruili habitu, alij fide *Multi elapsi.*
clientium contecti, & inter sarcinas abditi. Fuêre, qui excepto Vitellianorum signo, quo
inter se noscebantur, vltrò rogitantes respondentésve, audaciam pro latebrâ haberent.

Domitianus, primâ irruptione apud ædituum occultatus, sollertiâ liberti, lineo amictu Cap. 74.
turbæ sacricolarum [92] immixtus ignarusque, apud Cornelium Primum paternum *Inter quos Domitianus.*
clientem, iuxta Velabrum, delituit. Ac potiente rerum patre, disiecto æditui contuber-
nio, modicum sacellum IOVI CONSERVATORI, aramque posuit, casusque suos in *Qui latebram suam postea sacrauit.*
marmore expressit. Mox imperium adeptus, IOVI CVSTODI templum ingens, seque
in sinu dei sacrauit. Sabinus & Atticus onerati catenis, & ad Vitellium ducti, nequa-
quam infesto sermone vultuque excipiuntur, frementibus, qui ius cædis, & præmia na-
uatæ operæ, petebant. Clamore à proximis orto, sordida pars plebis supplicium Sabini
C exposcit, minas adulationesque miscet. Stantem pro gradibus palatij Vitellium, & pre-
ces parantem, peruicêre vt absisteret. Tum confossum conlaceratumque, & abscisso ca- *Sabinus confoditur.*
pite truncum corpus Sabini, in Gemonias trahunt. Hic exitus viri haut sanè spernendi. Cap. 75.
Quinque & XXX. stipendia in Repub. fecerat, domi militiæque clarus. Innocentiam
iustitiamque eius, non argueres: sermonis nimius erat. Id vnum septem annis, quibus
Mœsiam; duodecim, quibus præfecturam vrbis obtinuit, calumniatus est rumor. in
fine vitæ, alij segnem, multi moderatum, & ciuium sanguinis parcum credidêre. Quod
inter omnes constiterit, ante principatum Vespasiani, decus domus penes Sabinum erat.
Cædem eius lætam fuisse Muciano accepimus. Ferebant plerique etiam paci consultum,
diremtâ æmulatione inter duos, quorum alter se fratrem Imperatoris, alter consortem
imperij cogitaret. Sed Vitellius consulis supplicium poscenti populo restitit, placatus ac *Atticus saeuientibus eripitur.*
velut vicem reddens, quòd interrogantibus quis Capitolium incendisset, se reum Atti-
cus obtulerat. Eaque confessione, siue aptum tempori mendacium fuit, inuidiam cri-
menque agnouisse, & à partibus Vitellij amolitus videbatur. Iisdem diebus L. Vitellius, Cap. 76.
D positis apud Feroniam castris, excidio Tarracinæ imminebat: clausis illic gladiatoribus *Tarracina obsessa.*
remigibusque, qui non egredi mœnia, neque periculum in aperto audebant. Præerat, vt
suprà memorauimus, Iulianus gladiatoribus, Apollinaris remigibus, lasciuiâ secordia- *Quam gladiatores, egniter custodiunt.*
que gladiatorum magis, quàm ducum similes. Non vigilias agere, non intuta mœnium
firma-

89. CCCCXV. ANNORVM.] *Ratio temporum euincit scrib.* CCCCXXV. *Adi Fastos.*

90. FELICITATI EIVS NEGATVM.] *Sullæ ipsius dictum hoc est, quò Tacitus alluſit. Plinius libro* VII. *cap.* XLIII. Hoc tamen nempe felicitati suæ defuisse confessus est, quòd Capitolium non dedicauisset.

91. LVTATII CATVLI NOMEN.] *Fallit nos ergo, aut falsus ipse Dio, qui adseuerat inter alios honores datum Cæsari, vt nomen eius Capitolio inscriberetur, deleto Catuli. idq; eum recepisse. Quod ex hoc loco omnino non potest.*

92. IMMIXTVS IGNARVSQVE.] *Ita Vatic. quod germanum iudicaui, non,* ignoratusque. *Nouitas quædam in eâ voce est, quam Sallustio debet:* More humanæ cupidinis ignara visundi. *id valet,* ignota.

firmare, noctu dieque fluxi, & amœna litorium personantes, in ministerium luxus dispersis militibus, de bello tantùm inter conuiuia loquebantur. Paucos ante dies, discesserat Apinius Tiro: donisque ac pecuniis acerbè per municipia conquirendis, plus inuidiæ quàm virium partibus addebat. Interim ad L. Vitellium seruus Verginij Capitonis perfugit, pollicitusque si præsidium acciperet, vacuam arcem furtim traditurum; multâ nocte cohortes expeditas summis montium iugis, super caput hostium sistit. inde miles ad cædem magis, quàm ad pugnam decurrit. sternunt inermes, aut arma capientes, & quosdam somno excitos, cùm tenebris, pauore, sonitu tubarum, clamore hostili turbarentur. pauci gladiatorum resistentes, neque inulti cecidêre. Ceteri ad naues ruebant; vbi cuncta pari formidine implicabantur, permixtis paganis, quos nullo discrimine Vitelliani trucidabant. Sex liburnicæ inter primum tumultum euasêre, in quîs præfectus classis Apollinaris: " reliquas in litore captas, aut nimio ruentium onere pressas, mare hausit. Iulianus ad L. Vitellium perductus, & verberibus fœdatus, in ore eius iugulatur. Fuêre, qui vxorem L. Vitellij Triariam incesserint, tamquam gladio militari cincta, inter luctum cladesque expugnatæ Tarracinæ, superbè sæuèque egisset. Ipse lauream prosperè gestæ rei, ad fratrem misit: percontatus, statim regredi se, an perdomandæ Campaniæ insistere iuberet. Quod salutare non modò partibus Vespasiani, sed Reipub. fuit. nam si recens victoriâ miles, & super insitam peruicaciam secundis ferox, Romam contendisset, haut paruâ mole certatum, nec sine exitio vrbis foret. quippe L. Vitellio, quamuis infami, inerat industria: nec virtutibus, vt boni, sed quomodo pessimus quisque, vitiis valebat. Dum hæc in partibus Vitellij geruntur, digressus Narniâ Vespasiani exercitus, festos Saturni dies, Otriculi per otium agitabat. Caussa tam prauæ moræ, vt Mucianum opperirentur. Nec defuere qui Antonium suspicionibus arguerent, tamquam dolo contantem, post secretas Vitellij epistolas, quibus consulatum & nubilem filiam, & dotales opes, pretium proditionis, offerebat. Alij, ficta hęc, & in gratiam Muciani composita. Quidam, omnium id ducum consilium fuisse, ostentare potiùs vrbi bellum, quàm inferre: quando validissimæ cohortes à Vitellio desciuissent, & abscissis omnibus præsidiis, cessurus imperio videbatur. Sed cuncta festinatione, deinde ignauiâ Sabini corrupta: qui sumtis temerè armis, munitissimam Capitolij arcem, & ne magnis quidem exercitibus inexpugnabilem, aduersus tris cohortes tueri nequisset. Haut facilè quis vni assignauerit culpam, quæ omnium fuit. nam & Mucianus, ambiguis epistolis, victores morabatur; & Antonius, præpostero obsequio, vel [94] dum tegeret inuidiam, crimen meruit: ceterique duces, [95] dum peractum bellum putant, finem eius insigniuere. Ne Petilius quidem Cerialis, cum mille equitibus præmissus, vt transuersis itineribus per agrum Sabinum, Salariâ viâ vrbem introiret, satis maturauerat: donec obsessi Capitolij fama cunctos simul exciret. Antonius per Flaminiam ad Saxa rubra, multo iam noctis, serum auxilium venit. Illic interfectum Sabinum, conflagrasse Capitolium, tremere vrbem, mæsta omnia accepit. plebem quoque & seruitia pro Vitellio armari, nuntiabatur. Et Petilio Ceriali equestre prœlium aduersum fuerat. namque incautum, & tamquam ad victos ruentem, Vitelliani interiectus equiti pedes excepêre. pugnatum haut [96] procul vrbe, inter ædificia hortosque, & anfractus viarum. quæ gnara Vitellianis, incomperta hostibus, metum fecerant. neque omnis eques concors, adiunctis quibusdam, qui nuper apud Narniam dediti, fortunam partium speculabantur. capitur præfectus alæ, Tullius Flauianus. ceteri fœdâ fugâ consternantur, non vltra Fidenas secutis victoribus. Eo successu studia populi aucta. Vulgus vrbanum arma cepit. Paucis scuta militaria. plures,

Cap. 77. Proditur à seruo.

Iulianus occisus. Famina viriliter lasciuit.

L. Vitellij ingenium.

Cap. 78. Flauiani Saturnalia agitant. Caussa eius morę.

Mox omnes properant ad vrbem.

Cap. 79.

Equites eorum victi.

Cap. 80. Plebs pro Vitellio se armat.

93. RELIQVAS IN LITORE CAPTAS.] *Couarruuiæ codex*, reliquæ in litore captæ. *quod verius.*

94. DVM TEGERET INVIDIAM.] *Ne vnus ipse omnia velle & facere videretur, eoq; cunctatus. Sed placet magis Pichenæ lectio ex scripturâ Flor.* dum regerit. *Nimirum inuidiam ipse in Mucianum retorquet: inuidiam, inquam, eius culpâ & consilio Capitolium exustum. Cur enim moratus est, aut inhibuit? At in crimine tamen Antonius, nec parêre in tantâ necessitate debebat.*

95. DVM PERACTVM.] *Romanus*, patratum bellum. *probè.*

96. PROCVL VRBE.] *Hispanus*, vrbem, *verè.*

97. VVL-

A res, raptis quod cuique obuium telis, signum pugnæ exposcunt. Agit grates Vitellius, & ad tuendam vrbem prorumpere iubet. Mox vocato senatu, diliguntur legati ad exercitus, vt prætexto Reipub. concordiam pacemque suaderent. Varia legatorum sors fuit. Qui Petilio Ceriali occurrerunt, extremum discrimen adiere, aspernante milite conditiones pacis. [97] Vulneratur prætor Arulenus Rusticus. auxit inuidiam, super violatum legati prætorisque nomen, propria dignatio viri. Palantur comites. occiditur proximus lictor, dimouere turbam ausus. & ni dato à duce præsidio defensi forent, sacrum etiam inter exteras gentes legatorum ius, ante ipsa patriæ mœnia, ciuilis rabies vsque in exitium temerasset. Æquioribus animis accepti sunt, qui ad Antonium venerant, non quia modestior miles, sed duci plus auctoritatis. Miscuerat se legatis Musonius Rufus equestris ordinis, studium philosophiæ & placita Stoicorum æmulatus, cœptabatque permixtus manipulis, bona pacis ac belli discrimina differens, armatos monere. Il pleriſque ludibrio, pluribus tædio. nec deerant qui propellerent proculcarentque, ni admonitu modestissimi cuiusque, & aliis minitantibus, omisisset intempestiuam sapientiam.

Legati de pace missi sed ferociter excepti.

Cap. 81.

Musonij importuna sapientia.

B Obuiæ fuere & virgines Vestales, cum epistolis Vitellij ad Antonium scriptis. Eximi supremo certamini vnum diem postulabant. si moram interiecissent, facilius omnia conuentura. Virgines cum honore dimissæ. Vitellio rescriptum, Sabini cæde, & incendio Capitolij, [98] diremta belli commercia. Tentauit tamen Antonius vocatas ad concionem legiones mitigare, vt castris iuxta pontem Miluium positis, posterâ die vrbem ingrederentur. Ratio contandi, ne asperatus prœlio miles, non populo, non senatui, ne templis quidem ac delubris deorum consuleret. Sed omnem prolatationem, vt inimicam victoriæ, suspectabant. Simul fulgentia per colles vexilla, quamquam imbellis populus sequeretur, speciem hostilis exercitus fecerant. Tripartito agmine, pars vt astiterat Flaminiâ viâ, pars iuxta ripam Tiberis incessit, tertium agmen per Salariam Collinæ portæ propinquabat. plebs, inuectis equitibus fusa. Miles Vitellianus, trinis & ipse præsidiis occurrit. Prœlia ante vrbem multa, & varia: sed Flauianis consilio ducum præstantibus, sæpiùs prospera. Ij tantùm conflictati sunt, qui in partem sinistram vrbis ad Sallu-

Vestales à Vitellio missæ.

Cap. 82.

Sed miles morâ impatiens.

Triplici agmine vrbem adeunt.

Occurritur:

C stianos hortos, per angusta & lubrica viarum flexerant. Superstantes maceriis hortorum Vitelliani, ad serum vsque diei, saxis pilisque subeuntes arcebant. donec ab equitibus, qui portâ Collinâ irruperant, circumuenirentur. Concurrêre & in campo Martio infestæ acies. Pro Flauianis fortuna, & parta toties victoria. Vitelliani desperatione solâ ruebant. & quamquam pulsi, rursus in vrbe congregabantur. Aderat pugnantibus spectator populus, vtque in ludicro certamine, hos modò, rursus illos clamore & plausu fouebat: quoties pars altera inclinasset, *abditos in tabernis, aut si quam in domum perfugerant, erui iugulariique postulantes, parte maior prædæ potiebantur. Nam milite ad sanguinem & cædes obuerso, spolia in vulgus cedebant. Sæua ac deformis vrbe totâ facies. alibi prœlia & vulnera, alibi balneæ popinæque. Simul cruor & strues corporum. iuxta scorta, & scortis similes: quantum in luxurioso otio libidinum, quidquid in acerbissimâ captiuitate scelerum: prorsus, vt eamdem ciuitatem, & furere crederes, & lasciuire. Conflixerant antè armati exercitus in vrbe, bis L. Sullâ, semel Cinnâ, victori-

Instauratum in campo Martio prœlium: Sed pari fortunâ:

Cap. 83.

* *Vulgò, abditi*

Plebis leuitas & sæuitia.

Misera Romæ facies.

D bus, nec tunc minus crudelitatis. nunc inhumana securitas, & ne minimo quidem temporis, voluptates intermissæ, velut festis diebus id quoque gaudium accederet, exsultabant, fruebantur: nullâ partium curâ, malis publicis læti. Plurimum molis in oppugnatione castrorum fuit, quæ acerrimus quisque vt nouissimam spem retinebant. Eò intentiùs victores, præcipuo veterum cohortium studio, cuncta validissimarum vrbium excidiis reperta, simul admouent, testudinem, tormenta, aggeres, faceſque: quidquid tot præ-

Cap. 84.

Castra Prætoria oppugnata.

97. VVLNERATVR PRÆTOR.] *Haud aliunde lucem Plinio, siue Regulo potiùs dederis apud Plinium, lib. 1. epist. v.* Rustici Aruleni periculum fouerat, exultauerat morte, adeò vt librum recitaret ederetque, in quo Rusticum insectatur, atque etiam *Stoicorum Simiam* appellat. Adiicit, *Vitelliană cicatrice stigmosum.* Agnoscis Reguli eloquentiam. *Hoc cicatricis Vitellianæ conuitium, est à vulnere, quod nunc accepit.*

98. DIREMTA BELLI COMMERCIA.] *Quid clarius? Corrector tamen aduentat,* diremta bellico commercia.

prœliis laboris ac periculi hauſiſſent, opere illo conſummari clamitantes. Vrbem ſenatui ac pop. Rom. templa diis reddita; proprium eſſe militis decus, in caſtris illam patriam, illos penates. ni ſtatim recipiantur, noctem in armis agendam. Contrà Vitelliani, quamquam numero fatoque diſpares, inquietare victoriam, morari pacem, domos araſque cruore fœdare, ſuprema victis ſolatia complectebantur. Multi ſemianimes, ſuper turres & propugnacula mœnium, exſpirauêre. Conuulſis portis, reliquus globus obtulit ſe victoribus: & cecidêre omnes contrariis vulneribus, verſi in hoſtem. Ea cura etiam morientibus decôri exitus fuit. Vitellius captâ vrbe,[99] per auerſam palatij partem, Auentinum in domum vxoris ſellulâ defertur: vt ſi diem latebrâ vitauiſſet, Tarracinam ad cohortes fratremque perfugeret. Dein mobilitate ingenij, & quæ natura pauoris eſt, cùm omnia metuenti, præſentia maximè diſplicerent, in palatium regreditur, vaſtum deſertumque: dilapſis etiam infimis ſeruitiorum, aut occurſum eius declinantibus. [100] Terret ſolitudo, & tacentes loci. tentat clauſa, inhorreſcit vacuis. feſſuſque miſero errore, & pudendâ latebrâ ſemet occultans, ab Iulio Placido tribuno cohortis protrabitur. Vinctæ ponè tergum manus. laniatâ veſte, fœdum ſpectaculum ducebatur, multis increpantibus, nullo illacrymante. deformitas exitus miſericordiam abſtulerat. Obuius è Germanicis militibus Vitellium infeſto ictu, per iram, vel quo maturiùs ludibriis eximeret, an tribunum appetierit, in incerto fuit: aurem tribuni amputauit, ac ſtatim confoſſus eſt. Vitellium infeſtis mucronibus coactum, modò erigere os & offerre contumeliis, nunc cadentes ſtatuas ſuas, plerumque roſtra, & Galbæ occiſi locum contueri, poſtremò ad Gemonias, vbi corpus Flauij Sabini iacuerat, propulêre. Vox vna non degeneris animi excepta, cùm tribuno inſultanti, ſe tamen Imperatorem eius fuiſſe reſpondit. Ac demde ingeſtis vulneribus, concidit. Et vulgus eâdem prauitate inſectabatur interfectum, quâ fouerat viuentem. Pater illi L. Vitellius. ſeptimum & quinquageſimum ætatis annum explebat. conſulatum, ſacerdotia, nomen locumque inter primores, nullâ ſuâ induſtriâ, ſed cuncta patris claritudine adeptus. Principatum ei detulêre, qui ipſum non nouerant. Studia exercitus, rarò cuiquam bonis artibus quæſita perinde affuêre, quàm huic per ignauiam. Inerat tamen ſimplicitas ac liberalitas: quæ, ni adſit modus, in exitium vertuntur. Amicitias dum magnitudine munerum, [101] non conſtantiâ morum continere putat, meruit magis quàm habuit. * Reip. haud dubiè intererat, Vitellium vinci. Sed [102] imputare perfidiam non poſſunt, qui Vitellium Veſpaſiano prodidêre, cùm à Galbâ deſciuiſſent. [103] Præcipiti in occaſum die, ob pauorem magiſtratuum ſenatorumque, qui dilapſi ex vrbe, aut per domos clientium ſemet occultabant, vocari ſenatus non potuit. Domitianum, poſtquam nihil hoſtile metuebatur, ad duces partium progreſſum, & Cæſarem conſalutatum, miles frequens, vtque erat in armis, in paternos penates deduxit.

Strenuè propugnare.

Sed deo inuito.

Cap. 85. *Vitellius palatium deſerit:*

Iterùm repetit.

Latens capitur.

Ad necem ducitur.

Vox ſupra eius indolem.

Cap. 86. *Vita, & mores.*

** Abeſt ea vox à vulgatis: reposui è Vat.*

Domitianus Cæſar ſalutatus.

99. PER AVERSAM PALATII PARTEM.] *Roman.* portam. *quod præfero: aut potiùs vtraque voce ſpretâ,* per auerſa palatij. *Sæpè ita noſter loquitur. itemq; Velleius:* Antonius per auerſa caſtrorum, proruto vallo, receptus eſt.

100. TERRET SOLITVDO, ET TACENTES LOCI.] *Virgilius arcanum hunc naturæ noſtræ motum pariter effert:*

Horror vbique animos, atque ipſa ſilentia terrent.

101. NON CONSTANTIA MORVM.] *Egregium dogma: etſi quis hæc notet? millena ſunt. Sed in* conſtantiâ *aliquis hæreat; & an non melius,* conuenientiâ, *aut tale? Res ita habet, conſenſum & ſimilitudinem morum ac virtutum, veram amicitiam parere: ſed nec virtus ſine* conſtantiâ *eſt: ergo nec mutemus.*

102. IMPVTARE PERFIDIAM.] *Quaſi Veſpaſiani cauſsâ fidem Vitellio fregiſſent. Non, inquam, poſſunt adſcribere hoc Veſpaſiano: & proprio verbo,* imputare. *neque aliud eâ vi reperies.*

103. PRÆCIPITI IN OCCASVM DIE.] *E Vatic. nam alij,* præcipitanti.

C. COR-

A

C. CORNELII TACITI

AB EXCESSV NERONIS HISTORIAR. LIBER IV.

BREVIARIVM LIBRI.

B *EACIES & miseria Romanæ vrbis. L. Vitellius se cum cohortibus dedidit : sed nihilo seciùs ipse interfectus. Imperium Vespasiano à Senatu firmatur. De Heluidio Prisco accuratiùs, insigni viro. de dissidiis eius cum Eprio Marcello. Mucianus inter hæc vrbem ingreditur. is Calpurnium Pisonem interfici iubet. Initia & motus Germanici belli : quod, duce Ciuili, Batani primi sumpsêre. Postque eos, Caninefates. Præsidia & castella Romana eiiciunt aut exscindunt. Aquilium primipilarem, & pòst Mumium Lupercum legatum præliis vincunt. Batauorum veteranæ cohortes ad Ciuilem abeunt. quas transitu arcere Herennius Gallus conatus, item funditur. Castra vetera à Ciuili obsidentur. Seditio militum Rom. contra Hordeonium. & summa belli Voculæ permissa. Is contra Ciuilem duxit: & primò victus, præter spem fortuitò vicit. Iterùm seditio in Hordeonium : quem & interficiunt. Quædam Romæ & apud Patres gesta. iurgia : accusationes. Vitelliani milites compositi. alij in prætorium lecti.*

C *L. Pisonis in Africâ cædes. Capitolium Romæ restitutum. Treueri & Lingones à Romanis deficiunt, & reliquæ Galliæ nutant. Ipsæ legiones cohortesque Romanæ parum fidæ, & à Gallis corrumpebantur. Vocula interficitur. Sacramentum Romani pro imperio Galliarum dicunt. Idem legiones fecêre, quæ in Veteribus diu obsessæ. Nec Agrippinenses vltrà contati, quin se victoribus adiungerent. Lingones intereà à Sequanis fusi. At Romæ, imperium periclitari visum : & Domitianus ipse ad hoc bellum accingitur, cum Muciano. Legiones quattuor statim præmissæ. Galli intereà deliberant : & pluribus sanioribusque cum seruitute pax placuit. Petilius Cerialis Treueros magnâ pugnâ vicit. defectores plerique ad Romana signa redîre. Paullò pòst acre iterùm certamen cum Ciuili & Classico : cuius initio ambiguo, lætus Romanis finis fuit. Vespasiani in Ægypto facta & edita ab eo miracula. itemque de oraculis & sortibus ad eius imperium. Gesta illo ipso anno, cuius parte postremâ Consules*

IMP. VESPASIANVS ITERVM, TITVS FILIVS.

D INTERFECTO Vitellio, bellum magis desierat, quàm pax cœperat. Armati per vrbem victores, implacabili odio, victos consectabantur. plenæ cædibus viæ, cruenta fora templaque, passim trucidatis, vt quemque sors obtulerat. Ac mox, augescente licentiâ, scrutari, ac protrahere abditos : si quem [1] procerum habitu, & iuuentâ, prospexerant, obtruncare ; nullo militum, aut populi discrimine. quæ sæuitia, recentibus odiis, sanguine explebatur ; dein verterat in auaritiam. Nihil vsquam secretum aut clausum sinebant, Vitellianos occultari simulantes. Initium id perfringendarum domuum, vel si resisteretur, caussa cædis. nec deerat egentissimus quisque ex plebe, & pessimi seruitiorum prodere vltrò dites dominos. alij ab amicis monstrabantur. Vbique lamenta, conclamationes, & [2] fortuna captæ vrbis, adeò vt Othoniani Vitellianique militis inuidiosa anteà petulantia desideraretur. Duces partium accendendo ciuili bello acres, temperandæ victoriæ impares. Quippe in turbas & discordias pessimo cuique plurima vis, pax & quies bonis artibus indigent. Nomen sedemque Cæsaris, Domitianus acceperat, nondum

Cap. 1. *Sæuitùm in vrbe :*

Et præda acta.

Nec duces militi coërcendo.

Cap. 2.

nondum ad curas intentus, sed stupris & adulteriis filium Principis agebat. Præfectura A
Antonius impotenter se gerit. prætorij, penes Arrium Varum. Summa potentiæ, in Primo Antonio. is pecuniam familiamque è Principis domo, quasi Cremonensem prædam rapere. Ceteri modestiâ vel ignobilitate, vt in bello obscuri, ita præmiorum expertes. Ciuitas pauida & seruitio parata, occupari redeuntem Tarracinâ L. Vitellium cum cohortibus, exstinguique reliqua belli, postulabat. Præmissi [3] Ariciam equites. agmen legionum, intra Bouillas stetit.
L. Vitellius se dedit; Nec contatus est Vitellius, seque & cohortes arbitrio victoris permittere. Et miles infelicia arma, haut minùs irâ, quàm metu abiecit. Longus deditorum ordo, septus armatis, per vrbem incessit. Nemo supplici vultu, sed tristes & truces, & aduersùm plausus ac lasciuiam insultantis vulgi immobiles. paucos erumpere ausos, circumiecti pressêre. ceteri in custodiam conditi. Nihil quisquam locutus indignum, & quamquam inter aduersa, salua virtutis fama. Dein L. Vitellius interficitur, par vitiis fratris, in principatu eius
Ipse interficitur. vigilantior, nec perinde prosperis socius, quàm aduersis abstractus. Iisdem diebus Lucilius Bassus, cum expedito equite, ad componendam Campaniam mittitur: discordi-
Cap. 3. *Campania composita.* bus municipiorum animis, magis inter semet, quàm contumaciâ aduersus Principem. B
Viso milite, quies, & minoribus coloniis impunitas. Capuæ, legio tertia hiemandi caussâ locatur: & domus illustres afflictæ, cùm contrà Tarracinenses nullâ ope iuuarentur. Tantò promptius est iniuriæ, quàm beneficio vicem exsoluere: quia gratia oneri, vltio in quæstu habetur. Solatio fuit seruus Verginij Capitonis, quem proditorem Tarracinensium diximus, patibulo affixus, in iisdem annulis, quos acceptos à Vitellio gestabat.
Honores in Vespasianum à Senatu. At Romæ senatus cuncta principibus solita, Vespasiano decernit, lætus & spei certus. quippe, sumta per Gallias Hispaniasque ciuilia arma, motis ad bellum Germanis, mox Illyrico, postquam Ægyptum, Iudæam Syriamque & omnes prouincias exercitusque
Qui comiter ad eos scribit. lustrauerant, velut expiato terrarum orbe, cepisse finem videbantur. Addidere alacritatem Vespasiani litteræ, tamquam manente bello scriptæ. ea, primâ specie, forma. Ceterùm vt Princeps loquebatur, ciuilia de se, & Republicâ egregia. nec senatus obsequium deerat. Ipsi consulatus cum Tito filio, prætura Domitiano & [4] consulare imperium C
Cap. 4. *Etiam Mucianus: Sed superbè.* decernuntur. Miserat & Mucianus epistolas ad senatum, quæ materiam sermonibus præbuêre. *Si priuatus esset, cur publicè loqueretur? potuisse eadem, paucos post dies, loco sententiæ dici. ipsa quoque insectatio in Vitellianos,* [5] *sera, & sine libertate. id verò erga Rempublicam superbum, erga Principem contumeliosum, quod in manu sua fuisse imperium, donatumque Vespasiano* iactabat. Ceterùm inuidia, in occulto; adulatio in aperto, erant. Multo cum
Honores in duces. honore verborum, Muciano triumphalia de bello ciuili data. Sed [6] in Sarmatas expeditio fingebatur. Adduntur Primo Antonio consularia, Cornelio Fusco & Arrio Varo prætoria insignia. Mox deos respexêre. restitui placuit Capitolium. Eaque omnia Valerius Asiaticus, consul designatus censuit. [7] Ceteri, vultu manuque; pauci quibus conspicua dignitas, aut ingenium adulatione exercitum, compositis orationibus assentieban-

NOTÆ. D

1. PROCERVM HABITV, ET IVVENTA.] *Duas notas Germani militis habebant, proceritatem corporis, itemq; iuuentam. Nam Germani plerumque proceri; & milites, à flore & robore æui colligebantur.*

2. FORTVNA CAPTÆ VRBIS.] *Non displicet Vertranij diuinatio,* forma captæ vrbis.

3. ARICIAM EQVITES.] *Liber vnus*, Arriani equites. *quid? an Arrij Vari turmas intellegit? Non opinor. & magis est vt vera sit vulgata.*

4. CONSVLARE IMPERIVM.] *Intellegit* potestatem Consularem, *vt Suetonius loquitur, Domitiani cap.* 1. Cæsar consalutatus, honorem Prætura vrbanæ, cum potestate Consulari, suscepit.

5. SERA, ET SINE LIBERTATE.] *Sera, quia iam afflicti aut nulli erant: non libera, quia sine periculo mortuis vel inualidis insultabatur.*

6. IN SARMATAS EXPEDITIO.] *Quæ fuerit, non dixit: neque debuit. nam apparet exiguum aliquid fuisse. Atque hoc factum opinari licet ipso ciuili isto bello, cùm Mucianus lento itinere in Thraciam & Mœsiam venit.*

7. CETERI, VVLTV MANVQVE.] *Ratio assentiendi in Senatu, Voce aut Signo. Signo dupliciter, Pedibus aut Manu. Pedum in discessione vsus, Manus etiam in sessione aut statione, cùm eâ exporrectâ significarent talem sententiam se approbare. Vopiscus in Aure-*

A tiebantur. Vbi ad Heluidium Priſcum prætorem deſignatum ventum, [8] promſit ſententiam,* vt honorificam in bonum Principem. Falſa aberant, & ſtudiis ſenatus * attollebantur. Iſque præcipuus illi dies, magnæ offenſæ initium, & magnæ gloriæ fuit. *Heluidius Priſcus.* * attollebatur.

Res poſcere videtur, quia iterùm in mentionem incidimus viri ſæpiùs memorandi, vt vitam ſtudiaque eius, & quali fortunâ ſit vſus, paucis repetam. Heluidius Priſcus, regione [9] Italiæ ſeptimâ, Tarracinæ municipio, Cluuio patre, qui ordinem primipili duxiſſet, ingenium illuſtre altioribus ſtudiis iuuenis admodum dedit: [10] non vt plerique, vt nomine magnifico ſegne otium velaret, ſed quò firmior aduerſus fortuita, Rempub. capeſſeret. doctores ſapientiæ ſecutus eſt, qui ſola bona quæ honeſta, mala tantùm quæ turpia; potentiam, nobilitatem, ceteraque extra animum, neque bonis neque malis annumerant. [11] Quæſtorius adhuc, à Pæto Thraſeâ gener dilectus, è moribus ſoceri nihil æquè ac libertatem hauſit. [12] ciuis, ſenator, maritus, gener, amicus, cunctis vitæ officiis æquabilis, opum contemtor, recti peruicax, conſtans aduerſus metus. Erant quibus appetentior famæ videretur: [13] quando etiam ſapientibus, cupido gloriæ, nouiſſima B exuitur. Ruinâ ſoceri, in exſilium pulſus, vt [14] Galbæ principatu rediit, Marcellum Eprium delatorem Thraſeæ accuſare aggreditur. Ea vltio, incertum maior an iuſtior, ſenatum in ſtudia diduxerat. Nam ſi caderet Marcellus, agmen reorum ſternebatur. Primô minax certamen, & egregiis orationibus vtriuſque [15] teſtatum. Mox dubiâ voluntate *Viri magni genus, & ingenium.* Cap. 5. *Stoicos amauit,* Cap. 6. *Et famam.* *Actio eius in Marcellum.*

Aureliano. Deinde aliis MANVS PORRIGENTIBVS, aliis pedibus in ſententiam euntibus, pleriſque verbo conſentientibus conditum eſt Senatuſconſultum. *Seneca epiſtolâ* VIII. Non videor tibi plus prodeſſe, quàm ſi in Senatu candidato vocem & MANVM commodarem? *Iſidorus hanc notam ad exercitum quoque transfert, libro* I. Mos eſt militaris, vt quoties conſentiat exercitus, quia voce non poteſt, MANV promittat.

C 8. PROMSIT SENTENTIAM.] *Aut mihi mens, aut huic loco aliquid deſit. Quid enim hîc in quo Heluidius offenderit? Sed nec iſta ipſa ſententiola integra: ſcripſeritq; Tacitus,* vt honorificam in bonum principem, ita adulationis expertem. *Certè membrum tale aliquod requiro. Rodolphus enim non explet, qui legit:* vt honorif. in bon. Principem, ita falſa aberant. *qui ſententiam ſequentem debilitat & eneruat.*

9. ITALIÆ SEPTIMA, TARRACINÆ MVNICIPIO.] *Locus nec bonus nec firmus, de firmiſſimo viro. Nam libris abeſt vox,* ſeptimâ: *quam nos tamen inſeruimus, ſententiæ vtcumque fulciendæ, admonitionibus Vertranij & Ferreti. Scimus enim Italiam totam in* XI. *regiones diuiſam ab Auguſto. itaque cùm regionis hîc mentio;* ἔυλογον, *aiunt, numerum eius à Cornelio expreſſum. Sed iure ambigo. primùm quia non Tacito, non aliis hiſtoricis vſurpatum, vt in opi-* D *di mentione regionem Italiæ adiungant. Et vt id in loco ignotiore fiat; quid opus in Tarracinâ, municipio tam vicino vrbi, tam noto? Denique libri etiam in illo ipſo verbo vacillant. Nam Vaticano eſt,* Tarentium municipio: *Farneſ.* Tarentinæ: *priſcis editionibus,* Tarentino. *Mirum verò, ſi libri omnes in opido toties iam antè ſine errore vllo nominato, hîc demum offendant. At pro,* regione Italiæ, *ſubit opinari,* origine Italicâ. *Non exterum ſcilicet fuiſſe, vt tunc in Senatu plurimi, non ſolùm multi.*

10. NON VT PLERIQVE.] *Diſce iuuentus, & vide verum finem quem Sapientiæ ſtudiis proponas.*

11. QVÆSTORIVS ADHVC.] *Quæſtor autem fuit ſub Nerone, & Achaiam adminiſtrauit: quod Scholiaſtes in Sat.* V. *Iuuenalis prodidit. At Prætor demum ſub Veſpaſiano, diſertè ita ſcribente Suetonio, cap.* XV. *Nominatur tamen Tacito* Heluidius Priſcus legatus legionis, *anno vrbis* DCCCV. *lib.* XII. *quem, ex more eius ævi, prætorium legatum fuiſſe probabile eſt: quis ergo iſte? non noſter, quia tunc ſub Claudio nec Quæſtor. An pater eius? non, quia Tacitus hîc* Cluuium *illi patrem dat dumtaxat* Primipilarem. *Suſpicor auunculum fuiſſe, & ab eo in nomen & familiam adoptatum. Nam vnde alioqui* Heluidius è Cluuio *patre? Notandum hoc ſanè eſt ad viri magni notitiam. Item illud, quod aliam etiam vxorem antè habuerit, & ex eâ* Heluidium iuniorem, *quem Domitianus interfecit: Plinio & Tacito laudatum item, & patre dignum virum. Vide quæ noto in fine Agricolæ.*

12. CIVIS, SENATOR.] *Magnæ laudes: & quæ iure nos rapiant in admirationem viri. Cui Tacitum ipſum perfamiliarem fuiſſe, mihi liquet. Non minora de eo elogia ſparſim reperias in Diſſertationibus Epicteti apud Arrianum: & Plinius etiam in Epiſtolis celebrat, plus vno loco. At tam illuſtre ſidus (heu, quid ſperemus?) in tenebris pænè iacebat, abſque vnâ hac Taciti face.*

13. QVANDO ETIAM SAPIENTIBVS.] *Veriſimè: nec mutandum. Omnes adfectus faciliùs à Sapiente exuuntur, quàm hæc cupido: & in magnis viris*

——— tu ſola animum mentemque peruris
Gloria.

Plato ad hanc mentem aptiſſimè: Τὴν κενοδοξίαν, ὡς τελευταῖον χιτῶνα, ἡ ψυχὴ ἀποτίθεται. Cupidinem gloriæ, velut vltimam tunicam, anima ſolet deponere. *Et noſter in Agricolâ:* Fama, cui ſæpè etiam boni indulgent.

14. GALBÆ PRINCIPATV REDIIT.] *Vnde? Apolloniâ. Illîc enim in exſilio egit: quod nos docet Scholiaſtes in Sat. Iuuenalis* V. Eluidius Priſcus, poſt damnationem ſoceri Pæti Thraſeæ, interdictâ ſibi Italiâ, Apolloniam conceſſit.

15. TESTATVM.] *Noſtri libri. Viſum Rhenano* certatum.

16. SE-

luntate Galbæ, multis ſenatorum deprecantibus, omiſit Priſcus: variis, vt ſunt hominum ingenia, ſermonibus, moderationem laudantium, aut conſtantiam requirentium. A

Cum eodem diſſenſio ſuper legatis.

Ceterùm eo ſenatus die, quo de imperio Veſpaſiani cenſebant, placuerat mitti ad Principem legatos. Hinc inter Heluidium, & Eprium, acre iurgium. Priſcus eligi nominatim à magiſtratibus iuratis, Marcellus vrnam poſtulabat, quæ conſulis deſignati ſententia fuerat. Sed Marcelli ſtudium proprius rubor excitabat, ne aliis electis poſthabitus crederetur. Paullatimque, per altercationem ad continuas & infeſtas orationes proiecti ſunt. quærente Heluidio, *Quid ita Marcellus iudicium magiſtratuum præueſceret? eſſe illi pecuniam, & eloquentiam, quîs multos anteiret, ni memoria flagitiorum vrgeret. Sorte & vrnâ, mores non diſcerni: ſuffragia & exiſtimationem ſenatus reperta, vt in cuiuſque vitam famamque penetrarent. pertinere ad vtilitatem Reip. pertinere ad Veſpaſiani honorem, occurrere illi quos innocentiſſimos ſenatus habeat, qui honeſtis ſermonibus aures Imperatoris imbuant. Fuiſſe Veſpaſiano amicitiam cum Thraſeâ, Sorano,* [16] *Senecione: quorum accuſatores, etiam ſi puniri non oporteat, oſtentari non debere. hoc ſenatus iudicio, velut admoneri Principem, quos probet,* B *quos reformidet. nullum maius boni imperij inſtrumentum, quàm bonos amicos.* * *Eſſe ſatis Marcello, quòd Neronem in exitium tot innocentium impulerit. Frueretur præmiis & impunitate, Veſpaſianum melioribus relinqueret.* Marcellus, non ſuam ſententiam impugnari, ſed conſulem deſignatum cenſuiſſe dicebat, [17] ſecundùm vetera exempla, quæ ſortem legationibus poſuiſſent, ne ambitioni aut inimicitiis locus foret. *Nihil eueniſſe cur antiquitus inſtituta exoleſcerent, aut Principis honor in cuiuſquam contumeliam* * *verteretur. Sufficere omnes obſequio. id magis vitandum, ne peruicaciâ quorumdam irritaretur animus nouo principatu ſuſpenſus, & vultus quoque ac ſermones omnium circumſpectans. Se meminiſſe temporum, quibus natus ſit, quam ciuitatis formam patres auique inſtituerint: vlteriora mirari, præſentia ſequi, bonos imperatores voto expetere, qualeſcumque tolerare. Non magis ſuâ oratione Thraſeam, quàm iudicio ſenatus afflictum. Sæuitiam Neronis,* [18] *per huiuſmodi imagines illuſiſſe. nec minùs ſibi anxiam talem amicitiam, quàm aliis exſilium. Denique conſtantiâ, fortitudine, Catonibus & Brutis æquaretur Heluidius: ſe vnum eſſe ex illo ſenatu, qui ſimul ſeruierit. ſuadere etiam Priſco, ne ſupra Principem ſcanderet, ne Veſpaſianum ſenem triumphalem, iuuenum liberorum patrem* C *præceptis coërceret. Quo modo peſſimis imperatoribus ſine fine dominationem, ita quamuis egregiis modum libertatis placere.* Hæc magnis vtrimque contentionibus iactata, diuerſis ſtudiis accipiebantur. Vicit pars quæ ſortiri legatos malebat, etiam mediis patrum annitentibus retinere morem. Et ſplendidiſſimus quiſque eódem inclinabat, metu inuidiæ ſi ipſi eligerentur. Secutum aliud certamen. Prætores ærarij (nam tum à prætoribus tractabatur ærarium) publicam paupertatem queſti, modum impenſis poſtulauerant. Eam curam conſul deſignatus, ob magnitudinem oneris, & remedij difficultatem, Principi reſeruabit. Heluidius, arbitrio ſenatus agendum cenſuit. Cùm perrogarent ſententias conſules, Vulcatius Tertullinus tribunus plebis interceſſit, ne quid ſuper tantâ re, Principe abſente, ſtatueretur. Cenſuerat Heluidius, vt Capitolium publicè reſtitueretur, adiuuaret Veſpaſianus. Eam ſententiam modeſtiſſimus quiſque ſilentio, deinde obliuio tranſmiſit: [19] fuêre, qui & meminiſſent. Tum inuectus eſt Muſonius Rufus in Publium D

Legati ſorte lecti.

Cap. 7. *Inuehitur in hominem.*

* Eſſet

Cap. 8. *Marcellus cordatè reſpondet.*

* verteret.

Cap. 9. *De pecuniâ publicâ diſſenſio.*

Et quædam ab Heluidio, non pro ſeruili ſtatu.

Cap. 10.

16. SENECIONE.] *Malè. fateor fuiſſe Herennium Senecionem inſignem virum, ſed quem Domitianus occiderit, non Nero. Sequor igitur libros ſcriptos, qui hîc,* Sentio: *etſi virum ignoro.*

17. SECVNDVM VETERA EXEMPLA.] *Hoc virum doctum valdè anxium habuit: qui negabat de more eo ſe legiſſe. Ego ita accipio. non quaſi ſemper legati ſorte olim miſſi, ſed ſæpè. & in eam rem exempla hæc reperio. Cicero ad Atticum lib.* I. *epiſt.* XVII. Senatus decreuit, vt legati cum auctoritate mitterentur. *Addit poſt pauca:* Hoc non queo præterire, cùm de conſularibus mea prima ſors exiſſet, vnâ voce Senatus frequens retinendum me in vrbe cenſuit. *E quibus ſortitionem illîc fuiſſe, clarè vides. Dio libro* LIX. Πρέσβεις τε ἐπ' αὐτοῖς ἄλλους κλήρῳ, καὶ τὸν Κλαύδιον αἱρετὸν ἔπεμψαν. Legatos his de rebus, alios quidem ſorte, Claudium verò ſuffragiis electum miſerunt. *Plura exempla auidè quæſiui: ſed, vt verum fatear, clamaui Hylam.*

18. PER HVIVSMODI IMAGINES ILLVSISSE.] *Benè ita libri. Hoc enim dicit Eprius: Non ſe magis auctorem interficiendi claros viros Neroni fuiſſe, quàm ſenatum vniuerſum qui eos damnauerit. Sed Neronem videlicet hoc quaſi velum prætendiſſe ſceleribus, vt quæ ſponte iuſſurus erat, ea per accuſatores & Senatum exerceret. atque ita imagine quadam Iuſtitiæ hominibus verè illuderet. Vulgo eſt,* illuxiſſe.

19. FVERE, QVI ET MEMINISSENT.] *Qui & apud*

A lium Celerem, à quo Baream Soranum falso testimonio circumuentum arguebat. Eâ cognitione renouari odia accusationum videbantur. sed vilis & nocens reus, protegi non poterat. Quippe Sorani sancta memoria. Celer professus sapientiam, dein testis in Bream, [20] proditor corruptorque amicitiæ, cuius se magistrum ferebat. Proximus dies, caussæ destinatur. Nec tam Musonius aut Publius, quàm Priscus & Marcellus, ceterique [21] motis ad vltionem animis, exspectabantur. Tali rerum statu, cùm discordia [22] inter patres, ira apud victos, nulla in victoribus auctoritas, non leges, non Princeps in ciuitate essent; Mucianus in vrbem ingressus cuncta simul in se traxit. fracta Primi Antonij Varique potentia, malè dissimulatâ in eos Muciani iracundiâ, quamuis vultu tegeretur. Sed ciuitas rimandis offensis sagax, verterat se, transtuleratque. Ille [23] vnus ambiri, coli. nec deerat ipse, stipatus armatis, domos, hortosque permutans, apparatu, incessu, excubijs, vim Principis amplecti, nomen remittere. Plurimum terroris intulit cædes Calpurnij Galeriani. Is fuit filius C. Pisonis, nihil ausus. sed nomen insigne, & decora B ipsi iuuenta, rumore vulgi celebrabantur. Erantque in ciuitate adhuc turbidâ, & nouis sermonibus lætâ, qui principatus inanem ei famam circumdarent. Iussu Muciani, custodiâ militari cinctus, ne in ipsâ vrbe conspectior mors foret, ad quadragesimum ab vrbe lapidem, viâ Appiâ, fuso per venas sanguine exstinguitur. Iulius Priscus, prætoriarum sub Vitellio cohortium præfectus, se ipsum interfecit, pudore magis quàm necessitate. Alphenus Varus, ignauiæ infamiæque suæ superfuit. Asiaticus (enim is libertus) malam potentiam, seruili supplicio, expiauit. Ijsdem diebus crebrescentem cladis Germanicæ famam, nequaquam mæsta ciuitas excipiebat. cæsos exercitus, capta legionum [* castra] hiberna, desciuisse Gallias, non vt mala loquebantur. Id bellum quibus caussis ortum, quanto externarum sociarumque gentium motu flagrauerit, altiùs expediam. Batani, donec trans Rhenum agebant pars Cattorum, seditione domesticâ pulsi, extrema Gallicæ oræ vacua cultoribus, simulque [24] insulam inter vada sitam occupauêre, quam mare Oceanum à fronte, Rhenus amnis tergum ac latera circumluit: nec opibus Romanis, [25] societate validiorum, attriti, viros tantùm armaque imperio ministrant, C diu

Musonius Celerem accusat.

Mucianus in vrbem venit.

Ad quem omnes se inclinant.

Calpurnius Piso cæsus.

Asiaticus cruci affixus. Cap. 12.

* Abest à manuss. *Initium belli Germanici. Batauorum regio,*

Et in armis gloria.

apud Vespasianum nempe deferrent. quare? quia hæc sententia dignitatem Principis minuebat, Senatus populique augebat. à quo restitui Capitolium, dumtaxat adiuuante Vespasiano, volebat.

20. PRODITOR CORRVPTORQVE AMICITIÆ, CVIVS SE MAGISTRVM FEREBAT.] *Non damnoreuerâ enim philosophus magister amicitiæ, vti & aliarum virtutum est. Nec tamen vetus coniectura mea mihi euiluit*, corruptorque amici, & cuius se magistrum ferebat. *Vix enim est vt Tacitus omiserit, quod valdè ad rem & ad culpam facit, fuisse hunc Celerem Bareæ præceptorem. Iuuenalis docet:*

Stoicus occîdit Baream delator amicum,
Discipulumque senex.

Interpres Iuuenalis hanc quoque rem affirmat, in D *versum* ——magni delator amici.

Alij dicunt Philosophum Egnatium Celerem, Bareæ Sorani magistrum, qui ipsum apud Neronem detulit, & damnauit: & ipse posteà sub Vespasiano, hoc ipsum Musonio Rufo accusante, damnatus est.

21. MOTIS AD VLTIONEM ANIMIS.] *Corruptissimus anteà locus, quem restituimus ab ingenio: cùm libris esset*, motis adulationibus animis: *aut, vt Vatic.* notis adulationi. *Sententia est: Non tam minuti illi & plebeij delatores expectabantur, aut expetebantur; quàm, erectis semel cupidine vlciscendi animis, illi Senatorij & illustres Priscus & Marcellus.*

22. INTER PATRES.] *Ita Mercerus, & rectè: non*, partes. *Senatum nempe intellegit discordem, vt antè ostendit.*

23. VNVS AMBIRI, COLI.] *De hac flagranti ambitione Muciani, locus incerti scriptoris apud Suidam, in voce* Ἀγήλειον. *ait:* Ὅτι Μουκιανὸς ὁ Ῥωμαῖος πᾶσι μὲν ὑφ' ἁπάντων ὑπὲρ πάντας ἤθελε, καὶ ἤχθετο εἴ τις οὐκ ἂν ἔχ ὅτι ὑβρίσειεν αὐτὸν, ἀλλ' ὅτι μὴ ἐ μεγάλως ἀγήλειεν. Mucianus Romanus honore ab omnibus affici, & super omnes volebat: & ægrescebat, si quisquam non dicam contumeliâ eum affeciset, sed nisi summò cultu prosecutus esset.

24. INSVLAM INTER VADA.] *Valdè turbant libri. Quidam*, insulam vocatam sitam: *alij*, insulam Vacasitam: *Budensis*, insulam iuuata sitam. *Et certè inter vada aut vadosa loca: propriè sita non est hæc nobilis insula. quippe inter Rhenum Mosamque, alta & profunda planè flumina. sed Vadorum scilicet voce paullò laxiùs & latiùs Tacitus vsus, pro aquis. Quomodo Catullus pro mari,*

——vada salsa citâ decurrere puppi:

Virgilius, Ouidius, aliique. Etsi reuerà vada & breuia multa olim (vt opinor) in illis fluminibus: cùm aggeres nondum & certæ ripæ coërcerent. ideoque latè diffundebantur. An alicui placeat, insulam Vahali assitam?

25. SOCIETATE VALIDIORVM ATTRITI.] *Sententia est. quamquam Romanis socij & fœderati Batani, quæ societas apud potentiores plerumque in seruitutem transit: tamen non ita eis factum. libertatem tenuêre, nec tributa ijs imposita aut seruitij aliæ*

diu Germanicis bellis exerciti: mox aucta per Britanniam gloria, transmissis illuc cohortibus, quas vetere instituto, nobilissimi popularium regebant. Erat & domi dilectus eques, præcipuo nandi studio,[26] arma equosque retinens, integris turmis, Rhenum perrumpere. Iulius Paullus, & Claudius Ciuilis, regiâ stirpe, multò ceteros anteibant. Cap. 13. *Iulius Paullus. Claudius Ciuilis:* Paullum Fonteius Capito, falso rebellionis crimine interfecit. Iniectæ Ciuili catenæ, missusque ad Neronem, & à Galbâ absolutus, sub Vitellio rursus discrimen adijt, flagitante supplicium eius exercitu. Inde caussæ irarum, spesque ex malis nostris. Sed Ciuilis, *Huius solertia.* vltrà quàm barbaris solitum, ingenio solers, & Sertorium se aut Hannibalem ferens, simili oris dehonestamento; ne vt hosti obuiàm iretur, si à populo Romano palàm desciuisset. Vespasiani amicitiam, studiumque partium prætendit. missis sanè ad eum Primi Antonij litteris, quibus auertere accita à Vitellio auxilia, & tumultus Germanici specie, retentare legiones iubebatur. Eadem Hordeonius Flaccus præsens monuerat, inclinato in Vespasianum animo, & Reip. curâ, cui excidium aduentabat, si redintegratum bellum, & tot armatorum millia Italiam irrupissent. Igitur Ciuilis[27] dissidij certus, occultato interim altiore consilio, cetera ex euentu iudicaturus, nouare res hoc modo cœpit. Cap. 14. Iussu Vitellij, Batauorum iuuentus ad[28] dilectum vocabatur: quem suapte naturâ grauem, onerabant ministri auaritiâ ac luxu, senes aut inualidos conquirendo, quos pretio dimitterent. rursus * impuberes, sed formâ conspicui (& est plerisque procera pueritia) ad stuprum trahebantur. Hinc inuidia, & compositi seditionis auctores perpulêre vt dilectum abnuerent. Ciuilis primores gentis, & promtissimos vulgi, specie epularum, sacrum in nemus vocatos, vbi nocte ac lætitiâ incaluisse videt, à laude gloriaque gentis orsus, iniurias & raptus, & ceteta seruitij mala enumerat. *Neque enim societatem vt olim, sed tamquam mancipia haberi.*[29] *Quando legatum, graui quidem comitatu, & superbo cum imperio, venire? tradi se præfectis centurionibusque. quos vbi spolijs & sanguine expleuerint, mutari, exquirique nouos sinus, & varia prædandi vocabula. Instare dilectum, quo liberi à parentibus, fratres à fratribus, velut supremùm diuidantur. Numquam magis afflictam rem Romanam, nec aliud in hibernis quàm prædam & senes. attollerent tantùm oculos, & inania legionum nomina ne pauescerent. esse sibi robur peditum equitumque, consanguineos Germanos; Gallias idem cupientes: ne Romanis quidem ingratum id bellum, cuius ambiguam fortunam Vespasiano imputaturos: victoriæ rationem non reddi.* Magno cum assensu auditus, barbaro ritu, & patrijs exsecrationibus, vniuersos adigit. Missi ad Caninefates, qui consilia sociarent. Ea gens Cap. 15. *Et impellit ad arma. Caninefates quoque.* partem insulæ colit, origine, linguâ, virtute, par Batauis: numero superantur. Mox occultis nuntijs, pellexit Britannica auxilia, Batauorum cohortes, missas in Germaniam, vt suprà rettulimus, ac tum Magontiaci agentes. Erat in Caninefatibus, stolidæ audaciæ * Brinio, claritate natalium insigni. pater eius multa hostilia ausus, Caianarum expeditionum ludibrium impunè spreuerat. Igitur ipso rebellis familiæ[30] nomine placuit, *Brinio dux. * Alij libri,* Brinno, *alij,* Brenno, [31] impositusque scuto, more gentis, & sustinentium humeris vibratus, dux diligitur. Sta-

Dilectus Batauorum. *Vat.* Impubes; *Occasio rebellandi. Ciuilis oratione eos incitat.*

notæ. Vaticanus liber, societatéve aliorum adstricti. *quod minùs placet.*

26. ARMA EQVOSQVE RETINENS.] *Romanus codex,* arma quoque retinens. *quod haut spreuerim. vti non tam ipsi tranatasse, quàm equis tramisisse intellegantur. Certè ambiguum mihi, Batauorumne hæc ars & opera fuerit, ita vt ipsi nantes, equos armaque tenuerint: an potiùs equi ipsi docti sic & facti. E Tacito aut priscis scriptoribus litem hanc haud facilè decidas. Noster in Agricolâ, viris ipsis tribuere iterùm videtur: (de Batauis enim illa capio:)* lectissimos auxiliarium, quibus nota vada, & patrius nandi vsus, quo simul seque & arma & equos regunt, repentè immisit. *Xiphilinus in Hadriano, ambiguè:* Τὸ ἱππικὸν τῶν καλουμένων Βατάβων μετὰ τῶν ὅπλων διενήξατο. *Hadrianus de Sorano Batauo:*

Hadriano potui qui iudice, vasta profundi
Æquora Danubij cunctis tranare sub armis.

27. DISSIDII CERTVS.] *Libri veteres,* descisendi certus. *Vtrum mauis rectum.*

28. DILECTVM SVAPTE NATVRA GRAVEM.] *Quippe in longam & longinquam militiam. Velleius in laudibus Tiberij:* Quantâ cum quiete hominum, rem perpetui præcipuique timoris, supplementum, sine trepidatione dilectus, prouidet?

29. QVANDO LEGATVM.] *Notâ interrogandi hæc scripserim. atque interpreter: En, vsque eò viles Romanis sumus, vt non legati aut prætores saltem nos diripiant: id est, honestiorum manibus pereamus: sed latrunculi aliquot minuti, præfecti & centuriones.*

30. NOMINE PLACVIT.] *Siue etiam,* omine. *At Brinionem ipsum,* Brunonem, *scribi verius fortasse sit.*

31. IMPOSITVSQVE SCVTO, MORE GENTIS.] *Mors igitur ille ignotus Romanis, eo quidem æuo. Nam* *postea*

A Statimque accitis Frisijs (transrhenana gens est) duarum cohortium hiberna, [32] proximo occupato Oceano, irrumpit. Nec præuiderant impetum hostium milites: nec si præuidissent, satis virium ad arcendum erat. Capta igitur & direpta castra: dein vagos & pacis modo effusos lixas, negotiatoresque Romanos, inuadunt. Simul excidijs castellorum imminebant: quæ à præfectis cohortium incensa sunt, quia defendi nequibant. Signa vexillaque, & quod militum, in superiorem insulæ partem congregantur, duce Aquilio primipilari, nomen magis exercitus, quàm robur. Quippe [33] viribus cohortium abductis, Vitellius è proximis Neruiorum Germanorumque pagis segnem numerum armis onerauerat. Ciuilis dolo grassandum ratus, ineusauit vltrò præfectos, quòd castella deseruissent: se cum cohorte cui præerat, Caninefatum tumultum compressurum. illi sua quisque hiberna repeterent. Subesse fraudem consilio, & dispersas cohortes faciliùs opprimi, nec Brinionem ducem eius belli, sed Ciuilem esse patuit: erumpentibus paulatim indicijs, quæ Germani læta bello gens, non diu occultauerant. Vbi insidiæ parum

B cessêre, ad vim transgressus, Caninefates, Frisios, Batauos proprijs cuneis componit. directa ex diuerso acies, haut procul à flumine Rheno, & obuersis in hostem nauibus, quas incensis castellis illuc appulerant. nec diu certato, Tungrorum cohors signa ad Ciuilem transtulit: perculsique milites improuisâ proditione, à socijs hostibusque cædebantur. Eadem etiam nauibus perfidia. Pars remigum è Batauis, tamquam imperitiâ, officia nautarum propugnatorumque impediebant. mox contrà tendere, & puppes hostili ripæ obijcere. ad postremum gubernatores centurionesque, nisi eadem volentis, trucidant. donec vniuersa quattuor & viginti nauium classis, transfugeret, aut caperetur.

Clara ea victoria in præsens, in posterum vsui: armaque & naues, quibus indigebant, adepti, magnâ per Germanias Galliasque famâ, libertatis auctores celebrabantur. Germaniæ statim misêre legatos, auxilia offerentes. Galliarum societatem, Ciuilis arte doniisque affectabat, captos cohortium præfectos suas in ciuitates remittendo: cohortibus abire an manere mallent datâ potestate. manentibus, honorata militia; digredientibus, spolia Romanorum offerebantur. Simul, secretis sermonibus, admonebat malorum,

C quæ tot annis perpessi, *Miseram seruitutem falsò pacem vocarent. Batauos, quamquam tributorum expertes, arma contra communes dominos cepisse. primâ acie, fusum victumque Romanum: quid si Galliæ iugum exuant? quantum in Italiâ reliquum? prouinciarum sanguine, prouincias vinci. ne Vindicis aciem cogitarent: Batauo equite, protritos Aeduos Aruernosque. fuisse inter Verginij auxilia, Belgas. vereque reputantibus, Galliam suismet viribus concidisse. Nunc easdem omnium partes, addito si quid militaris disciplinæ in castris Romanorum viguerit esse secum veteranas cohortes, quibus nuper Othonis legiones procubuerint. Seruirent Syria Asiaque, & suetus regibus Oriens:* [34] *multos adhuc in Galliâ viuere, ante tributa genitos. Nuper certè, cæso*

Hiberna Romana capit.

Cap. 16. Dolus Ciuilis:

Et mox aperta vis.

Prælium cum Romanis.

Qui produntur, & vinciuntur.

Cap. 17. Germaniam Ciuilis sibi iungit: Conatur & Gallias.

Composita oratione.

postea irrepsit, sed non nisi cum Barbaris. Galli, Gothi, Franci hunc in cooptando Principe ritum habuerunt: & notauit, atque exemplis firmauit, P. Pythœus. Illum vide libro II. *Subseciuor. cap.* VI.

D *Sed addo, etiam Græcis leuationem hanc in scutum vsurpatam, inter sollennia Principatus. Zonaras de Hypatio, qui seditiosè contra Iustinianum electus, καὶ ὅτι ἀσπίδος αὐτὸν μετάρσιον ἄραντες, ἀναγορεύσι βασιλέα*: & in scutum sublime eum tollentes, salutant regem. *Nicephorus Gregoras lib.* III. *de Theodoro Ducæ filio: Ἀνηγορεύετο δ' ὕστερον βασιλεὺς παρ' ἑκόντων τῶν ὑπηκόων ἁπάντων, κατασθεὶς ἐπ' ἀσπίδος, καὶ τὸ ἐν τούτοις ὑπερφυὲς ἔθος*: Dictus autem posteà Imperator est à volentibus subditis, sedens in clypeo iuxta morem in hac re receptum. *Curopalates de officijs Aulæ: Ὁ νέος βασιλεὺς ὅτι σκυταρίῳ κατασθεὶς ἐπαίρεται εἰς ὕψος*: Nouus Imperator scuto impositus tollitur in altum. *In Excerptis Georgij Pachymerij libro* II. Imperatorio clypeo insidet is, qui Imperio destinatur. *Adde, si lubet, Zosimum lib.* III. *in electione Iuliani.*

32. PROXIMO OCCVPATO OCEANO.] *Legam,* proxima occupatu, Oceano irrumpit. *hac mente: vt Brinio duarum cohortium castra quæ finitima Caninefatibus, per Oceanum irruperit. Et accedit, quod in Flor. est,* Proxima occupata.

33. VIRIBVS COHORTVM ABDVCTIS.] *Bona & fida lectio è libris. Frustrà Rhenanus è Budensi admutilato codice turbat, miscet. Vitellius quidem non cohortes ipsas aut legiones omnes è Germaniâ abduxit: sed illis manentibus nomine & specie, valentissimum quemque militem subtraxit. id est, vires cohortium abduxit, vt hîc ait.*

34. MVLTOS ADHVC IN GALLIA.] *Cautè vide legas. Si enim de primâ seruitute & stipendio quod Cæsar imposuit, capis: capieris. quomodò enim vera hæc adsertio, cùm ab eo tempore ad hunc diem, anni sint inter ferè* CXX? *nec tam vitales, vt opinor, tunc nostri Galli. Sed ad Augustum eiusq; æuum id*

cæso Quinctilio Varo, pulsam è Germaniâ seruitutem. Nec Vitellium Principem, sed Cæsarem Augustum bello prouocatum. Libertatem naturâ, etiam mutis animalibus, datam. Virtutem proprium hominis bonum. Deos fortioribus adesse. Proinde arriperent vacui, occupatos; integri, fessos. dum alij Vespasianum, alij Vitellium foueant, patere locum aduersus utrumque. Sicut in Gal-

Cap. 18.

lias Germaniasque intentus, si destinata proueniissent, validissimarum ditissimarumque nationum regno imminebat. At Flaccus Hordeonius, primos Ciuilis conatus, per dissimulationem aluit. Vbi expugnata castra, deletas cohortes, pulsum Batauorum insulâ Romanum nomen, trepidi nuntij afferebant: Mumium Lupercum legatum (is duarum legionum hibernis præerat) egredi aduersus hostem iubet. Lupercus legionarios è præsentibus, Vbios è proximis, Treuerorum equites, haut longè agentes, raptim transmisit: additâ Batauorum alâ, quæ iam pridem corrupta, fidem simulabat, vt proditis in ipsâ acie Romanis, maiore pretio fugeret. Ciuilis captarum cohortium signis circumdatus, vt suo militi recens gloria ante oculos, & hostes memoriâ cladis terrerentur, matrem suam sororesque, simul omnium coniuges paruosque liberos, consistere à tergo iubet: hortamenta victoriæ, vel pulsis pudorem. Vt virorum cantu, feminarum vlulatu, sonuit B acies: [35] nequaquam par à legionibus, cohortibusque redditur clamor. Nudauerat sinistrum cornu Batauorum ala transfugiens, statimque in nos versa. sed legionarius miles, quamquam rebus trepidis, arma ordinesque retinebat. Vbiorum Treuerorumque auxilia, fœdâ fugâ, dispersa, totis campis palantur. Illuc incubuêre Germani. Et fuit interim effugium legionibus, in castra, quibus Veterum nomen est. Præfectus alæ Batauorum, Claudius Labeo, opidano certamine æmulus Ciuili, ne interfectus inuidiam apud populares, vel si retineretur, semina discordiæ præberet, in Frisios auehitur. Ijsdem diebus Batauorum & Caninefatium cohortes, cùm iussu Vitellij in Vrbem pergerent, missus à Ciuile nuntius assequitur. Intumuêre statim superbiâ ferociaque, & pretium itineris, donatiuum, duplex stipendium, augeri equitum numerum, promissa sanè à Vitellio, postulabant; non vt assequerentur, sed caussam seditioni. Et Flaccus multa concedendo, nihil aliud effecerat, quàm vt acriùs expoſcerent, quæ sciebant negaturum. Spreto C Flacco, inferiorem Germaniam petiuere, vt Ciuili iungerentur. Hordeonius, adhibitis tribunis centurionibusque, consultauit, num obsequium abnuentes vi coërceret. Mox insitâ ignauiâ, & trepidis ministris, quos ambiguus auxiliorum animus, & subito delectu suppletæ legiones angebant, statuit continere intra castra militem. Dein pœnitentiâ, & arguentibus ipsis qui suaserant, tamquam secuturus, scripsit Herennio Gallo, legionis primæ legato, qui Bonnam obtinebat, vt arceret transitu Batauos: se cum exercitu, tergis eorum hæsurum. Et opprimi poterant, si hinc Hordeonius, inde Gallus, motis vtrimque copijs, medios clausissent. Flaccus omisit inceptum, alijsque litteris Gallum monuit, ne teneret abeuntes. Vnde suspicio, sponte legatorum excitari bellum: quin cuncta quæ acciderant, aut metuebantur, non inertiâ militis, neque hostium vi, sed [36] fraude ducum euenire. Batani, cùm castris Bonnensibus propinquarent, præmisêre qui Herennio Gallo mandata cohortium exponerent. *Nullum sibi bellum aduersus Romanos, pro quibus toties bellassent. Longâ atque irritâ militiâ fessis, patriæ atque otij cupidinem esse. Si nemo obsisteret, innoxium iter fore: sin arma occurrant, ferro viam inuenturos.* Contantem D legatum milites perpulerant, fortunam prœlij experiretur. Tria millia legionariorum, & tumultuariæ Belgarum cohortes, simul paganorum lixarumque ignaua, sed procax ante periculum manus, omnibus portis erumpunt, vt Batauos numero impares circumfundant. [37] Illi veteres militiæ, in cuneos congregantur, densi vndique, & frontem tergaque

Hordeonius segniter ut obuiam.

Lupercus in eum missus.

Ciuilis animosè occurrit.

Et insigniter vincit. Romani in castra Vetera fugiunt.

Cap. 19. *Batauorum cohortes corrupta à Ciuili.*

Ad eum tendunt. Hordeonius impedire vult, nec vult.

Cap. 20. *Bonnam veniunt. Innoxium transitum petunt.*

Sed resistitur.

Illi ferro viam inueniunt.

referri verius erit: qui censum tributumque instituit, quod penderent Galli. idq; in consulatu suo septimo. Ad quam rationem nihil absurdi aut vani in hac oratione Ciuilis.

35. NEQVAQVAM PAR.] *Quod valdè Romani obseruabant, & velut omen habebant euentus. Appianus in Parthicis:* Crassus iussit eos clamorem tollere. in quo maximè militum mæstitia deprehensa est, exilem & dissonum clamorem edentium. Contrà, à Barbaris clarus & fortis est redditus.

36. FRAVDE DVCVM EVENIRE.] *Vocem sustuli, metuebantur, auctore Vaticano. quæ perperàm hîc inserta, & de priore lineâ repetita.*

37. ILLI VETERES MILITIÆ.] *Ipsa est Taciti phrasis, & egregia restitutio Florentino codici debetur, atque industriæ Pichenæ.*

38. LON-

A gaque ac latus tuti. Sic tenuem aciem noſtrorum perfringunt. Cedentibus Belgis, pellitur legio, & vallum portaſque trepidi petebant. Ibi plurimum cladis. cumulatæ corporibus foſſæ: nec cæde tantùm & vulneribus, ſed ruinâ, & ſuis plerique telis interîêre. Victores, coloniâ Agrippinenſium vitatâ, nihil cetero in itinere hoſtile auſi, Bonnenſe prælium excuſabant: tamquam petitâ pace, poſtquam negabatur, ſibimetipſi conſuluiſſent. Ciuilis aduentu veteranarum cohortium, iuſti iam exercitus ductor, ſed conſilij ambiguus, & vim Romanam reputans, cunctos qui aderant, in verba Veſpaſiani adigit. Mittitque legatos ad duas legiones, quæ priore acie pulſæ in Vetera caſtra conceſſerant, vt idem ſacramentum acciperent. Redditur reſponſum, neque proditoris, neque hoſtium ſe conſilijs vti. Eſſe ſibi Vitellium Principem, pro quo fidem & arma vſque ad ſupremum ſpiritum retenturos. proinde perfuga Batauus arbitrum rerum Romanarum ne ageret, ſed meritas ſceleris pœnas exſpectaret. Quæ vbi relata Ciuili, incenſus irâ, vniuerſam Batauorum gentem in arma rapit. Iunguntur Bructeri Tenterique, & B excita nuntijs Germania, ad prædam famamque. Aduerſus has belli concurrentis minas, legati legionum, Mumius Lupercus, & Numiſius Rufus, vallum muroſque firmabant. ſubuerſa [38] longæ pacis opera, haut procul caſtris in modum municipij exſtructa, ne hoſtibus vſui forent. [39] Sed parum prouiſum, vt copiæ in caſtra conueherentur; rapi permisêre. Ita paucis diebus per licentiam abſumta ſunt, quæ aduerſus neceſſitates in longum ſuffeciſſent. Ciuilis medium agmen cum robore Batauorum obtinens, [40] vtramque Rheni ripam, quò truculentior viſu foret, Germanorum cateruis complet, aſſultante per campos equite. Simul naues in aduerſum amnem agebantur. Hinc veteranarum cohortium ſigna, inde depromtæ [41] ſiluis luciſque ferarum imagines, vt cuique genti inire prœlium mos eſt, [42] iuxtà belli ciuilis externique facie obſtupefecerant obſeſſos. & ſpem oppugnantium augebat amplitudo valli, quod duabus legionibus ſitum, vix quinque millia armatorum tuebantur. Sed lixarum multitudo, turbatâ pace illuc congregata, & bello miniſtra aderat. Pars caſtrorum, in collem leniter aſſurgens, C pars æquo adibatur. quippe illis hibernis, obſideri premique Germanias Auguſtus crediderat: neque vmquam id malorum, vt oppugnatum vltrò legiones noſtras venirent. Inde non loco, neque munimentis labor additus. Vis & arma ſatis placebant. Batavi, Tranſrhenanique, quò diſcreta virtus manifeſtiùs ſpectaretur, ſibi quæque gens conſiſtunt, eminus laceſſentes. Pòſt vbi pleraque telorum turribus pinniſque mœnium irrita * hærebant, & deſuper ſaxis vulnerabantur; clamore atque impetu, inuaſêre vallum. Appoſitis plerique ſcalis, alij [43] per teſtudinem ſuorum, ſcandebant iam quidam; cùm gladijs & armorum incuſſu præcipitati, ſudibus & pilis obruuntur, præferoces initio, & rebus ſecundis nimij. Sed * tum prædæ cupidine, aduerſa quoque tolerabant. Machinas etiam, inſolitum ſibi, auſi. nec vlla ipſis ſolertia: perfugæ captiuique docebant ſtruere materias in modum pontis, mox ſubiectis rotis propellere: vt alij ſuperſtantes, tamquam ex aggere prœliarentur: pars intus, occulti muros ſubruerent. Sed excuſſa baliſtis ſaxa, ſtrauere informe opus. & crates vineaſque parantibus, adactæ tormentis ardentes

Cap. 21. *Ciuilis Veſpaſiano cabidè iurat.*

Copias contrahit & auget.

Cap. 22.

Ad Veteras venit.

Cap. 23. *Eorum deſcriptio.*

Oppugnantur:

* *Vat.* pendebant, *Fruſtrà.*

* *Far.* tamen *Machinæ admouentur.*

Fruſtrà.

D 38. LONGÆ PACIS OPERA.] *Id eſt Proceſtria, & quæ ædificari ante caſtra ſolent, vſibus lixarum aut aduentorum. Me vide Milit.* v. *Dial.* 1.

39. SED PARVM PROVISVM, VT.] *Itáne in litteræ vnius ſalebrâ viri docti hæſerant? Nam,* ni, *anteà legebatur, non,* vt, *velut nos emendauimus. Itaque conſenſu Vertranius & Rhenanus corrigunt,* ſed paruum prouiſum, ni copiæ. *& prouiſum interpretantur commeatum, annonam. Ludibria. Noſtra ſententia clara. Peccatum, inquit, in eo à ducibus, quòd dum ædificia pro caſtris diruuntur, commeatum aliaq. tolerandæ obſidioni diripi permiſere, potiùs quàm vt in caſtra conueherent ad vſum.*

40. VTRAMQVE RHENI RIPAM.] *Vox,* vtramque, *Budenſi abeſt. Et verò cur vtramque ripam milite compleuerit, cùm hæc in alterâ geſta? Inducatur igitur id verbi, aut reſcribatur,* vtrimque. *Id enim veri ſpeciem habet, ſupra infraq. caſtra militem locatum, ad obſeſſorum terrorem.*

41. SILVIS LVCISQVE.] *Sic libri noſtri, non* iugiſque. *Enimuerò in ſacris Germanorum lucis ferina iſta ſigna. Tacitus de moribus gentis:* Effigieſque & ſigna quædam detracta lucis in prœlium ferunt.

42. IVXTA BELLI CIVILIS.] *Puto germanum eſſe. Romanus tamen codex, itemq. Flor.* mixta belli ciuilis. *non item malè.*

43. PER TESTVDINEM SVORVM.] *Explico in Poliorceticis, lib.* 1. *Dial.* v.

Igitur obsidiũ placuit.

dentes hastæ. vltroque ipsi oppugnatores ignibus petebantur: donec desperatâ vi, verte- A
rent consilium ad moras, haut ignari paucorum dierum inesse alimenta, & multum im-
bellis turbæ. Simul ex inopiâ proditio, & fluxa seruitiorum fides, ac fortuita belli spera-

Cap. 24. *Vocula ad id soluendum mittitur.*

bantur. Flaccus interim, cognito castrorum obsidio, & missis per Gallias qui auxilia
concirent, lectos legionibus Dillio Voculæ duoetvicesimæ legionis legato tradit, vt
quàm maximis per ripam itineribus celeraret. [44] Ipse pauidus torpere, inuisus militi-

Miles in Hordeonium fremit.

bus. neque enim ambiguè fremebant, *Emissas à Magontiaco Batauorum cohortes, dissimu-*
latos Ciuilis conatus, acciri in societatem Germanos. non Primi Antonij, neque Muciani ope Ve-
spasianum magis adoleuisse. [45] *aperta odia, armaque palàm depelli: fraudem & dolum, obscura,*
eoque ineuitabilia Ciuilem stare contrà, struere aciem; Hordeonium, è cubiculo & lectulo, iube-
re quidquid hosti conducat. Tot armatas fortissimorum virorum manus, vnius senis valetudine
regi. Quin potiùs interfecto traditore, fortunam virtutemque suam malo omine exsoluerent.
His inter se [46] vocibus insistentes, flammauere insuper allatæ à Vespasiano litteræ, quas
Flaccus, quia occultari nequibant, pro concione recitauit: vinctosque qui attulerant, ad

Cap. 25. Vitellium misit. Sic mitigatis animis, Bonnam, hiberna primæ legionis ventum. In- B
festior illic miles, culpam cladis in Hordeonium vertebat: eius iussu directam aduersus
Batauos aciem, tamquam à Magontiaco legiones sequerentur: eiusdem proditione cæ-

Ille se purgat.

sos, nullis superuenientibus auxilijs. Ignota hæc ceteris exercitibus, neque Imperatori
suo nuntiari: cùm accursu tot prouinciarum, exstingui repens perfidia potuerit. Hordeo-
nius exemplaria omnium litterarum, quibus per Gallias Britanniamque & Hispanias
auxilia orabat, exercitui recitauit: instituitque pessimum facinus, vt [47] epistolæ Aquili-

* *Puto, legantur.*

feris legionum traderentur, à quîs antè militi quàm ducibus * legebantur. Tum è sedi-
tiosis vnum vinciri iubet, [48] magis vsurpandi iuris, quàm quia vnius culpa foret. Mo-

Galli auxiliantur strenuè Romanis.

tusque Bonnâ exercitus, in Coloniam Agrippinensem; affluentibus auxilijs Gallorum,
qui primò rem Romanam enixè iuuabant. Mox valescentibus Germanis, pleræque ci-
uitates aduersum nos armatæ, spe libertatis; &, si exuissent seruitium, cupidine imperi-
tandi. Gliscebat iracundia legionum, nec terrorem vnius militis vincula indiderant. C
quin idem ille arguebat vltrò conscientiam ducis: tamquam nuntius inter Ciuilem Flac-

Vocula constans factũ.

cumque, falso crimine, testis veri opprimeretur. Conscendit tribunal Vocula, mirâ con-
stantiâ, prehensumque militem ac vociferantem duci ad supplicium iussit. Et dum mali

Quem omnes ducem deposcunt, & capiunt.

pauent, optimus quisque iussis paruêre. Exin, consensu, ducem Voculam poscentibus,
Flaccus summam rerum ei permisit. Sed discordes animos multa efferebant, inopia

Cap. 26. *Sed media Romanis aduersa.*

stipendij frumentique, & simul dilectum tributaque Galliæ aspernantes: Rhenus, incog-
nitâ illi cælo siccitate, vix nauium patiens: arti commeatus: dispositæ per omnem ripam
stationes, quæ Germanos vado arcerent: eâdemque de causâ minus frugum, & plu-
res qui consumerent. Apud imperitos prodigij loco accipiebatur ipsa aquarum penu-
ria, tamquam nos amnes quoque, & vetera imperij munimenta, desererent. quod in

* *Vat.* XVI.

pace, sors, seu natura; tunc fatum & ira dei, vocabatur. Ingressis Nouesium, * tertiadeci-
ma legio coniungitur. Additus Voculæ in partem curarum, Herennius Gallus, legatus:

Herennius accedit Vocula.

nec ausi ad hostem pergere, loco, Gelduba nomen est, castra fecêre. Ibi struendâ acie,
munien- D

44. IPSE PAVIDVS TORPERE.] *Quædam editiones*, ipse nauibus inualidus corpore. *Fortè*, ipse pauidus, inualidus, torpêre. *Duplex certè vitium & segnitas huic seni, corporis animique.*

45. APERTA ODIA, ARMAQVE.] *Sallustiana imitatio est:* Hostem aduersum deprimere, homini strenuo haud difficile est: occulta pericula neque vitare, neque facere, bonis in promptu est.

46. VOCIBVS INSISTENTES.] *Alij*, vocibus instinctos.

47. EPISTOLÆ AQVILIFERIS.] *Cur Aquiliferis? quia legendæ nimirum ad Signa: id est, in Principijs. Facit omnino ad hunc morem, quod Spartianus in Pescennio Nigro refert ex epistolâ M. Antonini Imperatoris:* Itaque misi litteras recitandas ad signa.

48. MAGIS VSVRPANDI IVRIS.] *Vaticanum iure sequor in elegantissimo genere dicendi. Nam vulgati scilicet*, Caussam, *inculcauerant, sine causâ. Prisci autem hac breuitate sermonis vsi sæpè. Sallustius:* Quæ postquam glorioſa modò neque belli patrandi cognouit. *Liuius:* Ea prodendi imperij Romani, tradendæ Annibali victoriæ esse. *Plautus:* Iusiurandum rei seruandæ, non perdundæ conditum est. *Vlpianus:* Siquis euitandi criminis id egit, vt reip. causâ abesset. *Rectè enim ita liber Florentinus.*

49. AT

munichdo vallandoque, & ceteris belli meditamentis militem firmabant. Vtque prædâ ad virtutem incenderetur, in proximos Gugernorum pagos, qui societatem Ciuilis acceperant, ductus à Voculâ exercitus. Pars cum Herennio Gallo permansit. Fortè nauem, haut procul castris, frumento grauem, cùm per vada hæsisset, Germani in suam ripam trahebant. Non tulit Gallus, misitque subsidio cohortem. Auctus & Germanorum numerus, paulatimque aggregantibus se auxilijs, acie certatum. Germani, multâ cum strage nostrorum, nauem abripiunt. Victi (quod tum in morem verterat) non suam ignauiam, sed perfidiam legati culpabant. Protractum è tentorio, scissâ veste, verberato corpore, quo pretio, quibus conscijs, prodidisset exercitum, dicere iubent. Redit in Hordeonium inuidia. Illum auctorem sceleris, hunc ministrum vocant: donec exitium minitantibus exterritus, proditionem & ipse Hordeonio obiecit. Vinctusque, aduentu demum Voculæ, exsoluitur. Is posterâ die, auctores seditionis morte affecit. Tanta illi exercitui diuersitas inerat, licentiæ, patientiæque. Haut dubiè gregarius miles, Vitellio fidus: splendidissimus quisque, in Vespasianum proni. inde scelerum ac supplicium vices, & mixtus obsequio furor: vt contineri non possent, qui puniri poterant. [49] At Ciuilem immensum vniuersa Germania extollebat, societate nobilissimis obsidum firmatâ. Ille, vt cuique proximum, vastari Vbios Treuerosque, & aliâ manu Mosam amnem transire iubet, vt Menapios & Morinos & extrema Galliarum quaterent. Actæ vtrobique prædæ. Infestius in Vbijs, [50] quos genus Germanicæ originis, eiuratâ patriâ, * Romanorum nomine Agrippinenses vocarent. Cæsæ cohortes eorum, in vico Marcoduro, incuriosiùs agentes, quia procul ripâ aberant. Nec quieuere Vbij, quominus prædas è Germaniâ peterent. primò impunè: dein circumuenti sunt per omne id bellum, meliore vsi fide quàm fortunâ. Contusis Vbijs, grauior & successu rerum ferocior Ciuilis, obsidium legionum vrgebat: intentis custodijs, ne quis occultus nuntius venientis auxilij penetraret. Machinas molemque operum, Batauis delegat: Transrhenanos prœlium poscentis, ad scindendum vallum ire, detrusosque redintegrare certamen iubet: superante multitudine, & facili damno. nec finem labori nox attulit.

Cap. 27.

Fortuitum certamen. In quo Germani superant.

Diuersi affectus & vota inter Romanos.

Cap. 28.

Germani prædam è Gallis agunt.

* *Malim,* Romano

Vbij ab ijs repressi.

Ciuilis ad Vetera satagit.

Qui Germanos oppugnatũ ea misit.

Congestis circùm lignis accensisque, simul epulantes, vt quisque vino incaluerat, ad pugnam temeritate inani ferebantur. Quippe ipsorum tela, per tenebras vana. Romani conspicuam Barbarorum aciem, & si quis audaciâ aut insignibus effulgens, ad ictum destinabant. Intellectum id Ciuili: & restincto igne, misceri cuncta tenebris & armis iubet. Tum verò strepitus dissoni, casus incerti, neque feriendi, neque declinandi prouidentia. Vnde clamor acciderat, circumagere corpora, [51] tendere arcus: nihil prodesse virtus; fors cuncta turbare, & ignauorum sæpè telis fortissimi cadere. Apud Germanos, inconsulta ira: Romanus miles periculorum gnarus, ferratas sudes, grauia saxa, non fortè iaciebat. Vbi sonus molientium, aut appositæ scalæ, hostem in manus dederant, propellere vmbone, pilo sequi. multos mœnia egressos, pugionibus fodere. Sic exhaustâ nocte, nouam aciem dies aperuit. Eduxerant Batani turrim, duplici tabulato. quam prætoriæ portæ (is æquissimus locus) propinquantem, promoti contra validi asseres, & incussæ trabes perfregêre, multâ superstantium pernicie. Pugnatumque in periculosos, subitâ & prosperâ eruptione. Simul à legionarijs peritiâ & arte præstan-

Cap. 29.

Parum consultè.

Cap. 30.

Turris à Batauis structa: Sed confracta.

49. At Civilem immensvm.] *Locum rectè ita purgauimus, cùm legeretur,* immensis actibus, *vulgò in Couarruuiano erat,* auctibus. *in Rodolphi codice,* laudibus. *Quæ omnes externæ & addititicæ voces, pro libito explentium. At mihi Vaticanus ille bonus benè præiuit, qui legit,* immensis vniuersa Germ. *Ex quo phrasim facilè elicui Tacito & Sallustio notam. Noster libro* III. *Annal.* Opumque, quîs domus illa immensùm viguit, primus accumulator. *Sallustius* III. *Histor.* Neque iam sustineri poterant, immensùm aucto mari, & vento gliscente. *Nec tamen absurdè etiam scripseris,* immensum quantum. *Nam Vaticano certè spatium aliquod post eam vocem est, quasi altera desiat. Pichenæ quidem placere video, ex Flor.* immensis auctibus: *quod interpretatur, auctum valdè viribus copijsq;, à Germanis. Vt quisque volet: at nimia pro re & vero illa locutio sit,* immensis auctibus. *Vbi hæc tam magna? ne dicam* immensa.

50. Qvos genvs Germanicæ.] *E Budensi & Romano colligas,* quod gens Germ. *& statim,* vocarentur.

51. Tendere arcvs.] *Mihi suspectum, & tibi si attendes. Quorsum hîc Arcus? De Germanicis sermo est, quibus haud trebra ea arma: sed nec ille sensus ad Taciti sensum. Mihi videbatur,* tendere armis. *Et ita solet. vbi periculum, eò armis tendimus.*

præstantibus, plura struebantur. Præcipuum pauorem intulit suspensum & nutans ma- A
chinamentum, quo repentè demisso præter suorum ora, singuli pluresve hostium sublime rapti, verso pondere intra castra effundebantur. Ciuilis omissâ oppugnandi spe, rursus per otium assidebat, nuntijs & promissis fidem legionum conuellens. Hæc in Germaniâ ante Cremonense prœlium gesta; cuius euentum litteræ Primi Antonij docuere, addito Cæcinæ edicto. Et præfectus cohortis è victis, Alpinus Montanus, fortunam partium præsens fatebatur. Diuersi hinc motus animorum. Auxilia è Galliâ, quîs nec amor, nec odium in partes, militia sine affectu, hortantibus præfectis, statim à Vitellio desciscunt: vetus miles contabatur. Sed adigente Hordeonio Flacco, instantibus tribunis, dixit sacramentum, non vultu neque animo satis affirmans: & cùm ceteta iurisiurandi verba conciperent, Vespasiani nomen hæsitantes, aut leui murmure, & plerumque silentio transmittebant. Lectæ deinde pro concione epistolæ Antonij ad Ciuilem, * suspiciones militum irritauere, tamquam ad socium partium scriptæ; & de Germanico exercitu hostiliter. Mox allatis Geldubam in castra nuntijs, eadem dicta, factaque: B
& missus cum mandatis Montanus ad Ciuilem, vt absisteret bello, [52] néve externa armis falsis velaret. Si Vespasianum iuuare aggressus foret; satisfactum cœptis. Ad ea Ciuilis primò, callidè: pòst, vbi videt Montanum præferocem ingenio, paratumque in res nouas, orsus à questu periculisque quæ per quinque & viginti annos in castris Romanis exhausisset, *Egregium*, inquit, *pretium laboris cepi, necem fratris, & vincula mea, & sæuissimas huius exercitus voces, quibus ad supplicium petitus, iure gentium pœnas reposco. vos autem Treueri, ceteraque seruientium animæ, quod pretium effusi totiens sanguinis exspectatis, nisi ingratam militiam, immortalia tributa, virgas, secures, & dominorum ingenia? En ego præfectus vnius cohortis, & Caninefates Batauique, exigua Galliarum portio, vana illa castrorum spatia excidimus, vel septa ferro fameque premimus. denique ausos aut libertas sequetur, aut victi ijdem erimus.* Sic accensum, sed * meliora referre iussum, dimittit. Ille vt irritus legationis redijt, cetera dissimulans, quæ mox erupêre. Ciuilis parte copiarum retentâ, veteranas cohortes, & quod è Germanis maximè promtum, aduersus Voculam exercitumque eius C
mittit: Iulio Maximo, & Claudio Victore [53] sororis suæ filio, ducibus. Rapiunt in transitu hiberna alæ, Asciburgij sita. adeoque improuisi castra inuolauere, vt non alloqui, non pandere aciem Vocula potuerit. Id solum, vt in tumultu, monuit, subsignano milite media firmare. auxilia passim circumfusa sunt. Eques prorupit, exceptusque compositis hostium ordinibus, terga in suos vertit. Cædes inde, non prœlium. Et Neruiorum cohortes, metu seu perfidiâ, latera nostrorum nudauêre. Sic ad legiones peruentum. quæ, amissis signis, intra vallum sternebantur; cùm repentè, nouo auxilio, fortuna pugnæ mutatur. Vasconum lectæ à Galbâ cohortes, ac tum accitæ, dum castris propinquant, audito prœliantium clamore, intentos hostes à tergo inuadunt, latioremque quàm pro numero terrorem faciunt: alijs à Nouesio, alijs à Maguntiaco vniuersas copias aduenisse credentibus. Is error Romanis addit animos, & dum alienis viribus confidunt, suas recepere. Fortissimus quisque è Batauis, quantum peditum erat, funduntur: eques euasit, cum signis captiuisque, quos primâ acie corripuerant. Cæsorum eo die, in partibus nostris, maior numerus & imbecillior; è Germanis, ipsa robora. Dux
vterque, pari culpâ meritus aduersa, prosperis defuere. Nam Ciuilis, si maioribus copijs D
instruxisset aciem; circumiri à tam paucis cohortibus nequisset, castraque perrupta excidisset. Vocula, nec aduentum hostium explorauit, eoque simul egressus victusque. dein victoriæ parum confisus, tritis frustrà diebus, castra in hostem mouit. quem si statim impellere, cursumque rerum sequi maturasset; soluere obsidium legionum eodem impetu potuisset. Tentauerat interim Ciuilis obsessorum animos, tamquam perditæ apud Romanos res, & suis victoria prouenisset. Circumferebantur signa vexillaque. ostentati etiam

Igitur iterum ad obsidium Ciuilis vertit. Cap. 31.

Milites Vespasiano iurare adacti: Sed verè adacti. Cap. 32.

* *Vat.* suspectiones

Montanus ad Ciuilem, pro pace. Sed ipse vltrò eum ad bellum trahit.

* *Libri quidã,* mollitora

Ciuilis in Voculam mittit.

Quem improuisò panè opprimunt.

Casus Romanos adiuuit:

Et Batauos cædunt. Cap. 34.

Iudicium in vtrumque ducem.

Ciuilis obsessos fraude tentat.

52. NEVE EXTERNA ARMIS FALSIS VELARET.] *Clarius*, externa arma. *hoc sensu, Ne Ciuilis vltrà tegeret perfidiam & rebellionem: neu quod reuerâ externum bellum erat, tegeret & velaret quasi pro Vespasiano sumtum & ciuile.*

53. SORORIS SVÆ FILIO.] *Romanus cod. & Rodolphus*, sororis suæ viro.

54. CRE-

A etiam captiui. ex quibus vnus, egregium facinus ausus; clarâ voce gesta patefecit, confossus illic à Germanis. vnde maior indici fides. Simul vastatione incendijsque flagrantium villarum, venire victorem exercitum intelligebatur. In conspectu castrorum constitui signa, fossamque & vallum circumdari Vocula iubet; vt depositis impedimentis sarcinisque expediti certarent. Hinc in ducem clamor pugnam poscentium, & minari assueuerant. Ne tempore quidem ad ordinandam aciem capto, incomposiți fessique prœlium sumsere. nam Ciuilis aderat non minùs vitijs hostium, quàm virtute suorum fretus. Varia apud Romanos fortuna, & seditiosissimus quisque ignauus: quidam recentis victoriæ memores, retinere locum, ferire hostem, seque & proximos hortari. Et redintegratâ acie, manus ad obsessos tendere, ne tempori deessent. Illi cuncta è muris cernentes, omnibus portis prorumpunt. Ac fortè Ciuilis lapsu equi prostratus, [54] creditâ per vtrumque exercitum famâ, vulneratum aut interfectum, immane quantum suis pauoris, & hostibus alacritatis indidit. Sed Vocula, omissis fugientium tergis, vallum turresque castrorum augebat, tamquam rursus obsidium immineret: corruptâ to-

B tiens victoriâ, non falsò suspectus bellum malle. Nihil æquè exercitus nostros, quàm egestas copiarum fatigabat. Impedimenta legionum cum imbelli turbâ Nouesium missa, [55] vt inde terrestri itinere frumentum adueherent. Nam flumine hostes potiebantur. Primum agmen securum incessit, nondum satis firmo Ciuile. [56] qui reuersus, missos Nouesium frumentatores, datasque in præsidium cohortes, velut multâ pace, ingredi accepit, ratum apud signa militem, arma in vehiculis, cunctos licentiâ vagos, compositus inuadit: præmissis, qui pontes & viarum angusta insiderent. pugnatum longo agmine, & incerto Marte, donec prœlium nox dirimeret. Cohortes Geldubam perrexere, manentibus vt fuerant castris, quæ relictorum illîc militum præsidio tenebantur. Non erat dubium, quantum in regressu discriminis adeundum foret, frumentatoribus [57] onustis pauculisque. Addidit exercitui suo Vocula mille dilectos, è quintâ & quartadecimâ legionibus apud Vetera obsessis, indomitum militem & ducibus infensum. Plures quàm iussum erat profecti, palàm in agmine fremebant, non se vltrà

C famem, insidias legatorum toleraturos. At qui remanserant, desertos se abductâ parte legionum querebantur. Duplex hinc seditio, alijs reuocantibus Voculam; alijs redire in castra abnuentibus. Interim Ciuilis Vetera circumsedit. Vocula Geldubam, atque inde Nouesium concessit. Ciuilis capit Geldubam. Mox haud procul Nouesio, equestri prœlio prosperè certauit. Sed miles, secundis aduersisque, perinde in exitium ducum accendebatur. Et aduentu quintanorum quintadecimanorumque auctæ legiones donatiuum exposcunt, comperto pecuniam à Vitellio missam. Nec diu contatus Hordeonius, nomine Vespasiani dedit. Idque præcipuum fuit seditionis alimentum. Effusi in luxum & epulas, & nocturnos cœtus, veterem in Hordeonium iram renouant. nec vllo legatorum, tribunorúmve obsistere auso, (quippe omnem pudorem nox ademerat) protractum è cubili interficiunt. Eadem in Voculam parabantur, nisi seruili habitu, per tenebras, ignoratus euasisset. Vbi sedato impetu, metus redijt: centuriones cum epistolis ad ciuitates Galliarum misêre, auxilia ac stipendia oraturos. Ipsi, vt est

D vulgus sine rectore præceps, * pauidus, secors, aduentante Ciuile, raptis temerè armis, ac statim omissis, in fugam vertuntur. Res aduersæ discordiam peperere; ijs qui è superiore exercitu erant, caussam suam dissociantibus. Vitellij tamen imagines, in castris, & per proximas Belgarum ciuitates, repositæ, cùm iam Vitellius * corruisset. Dein mutuati in pœnitentiam primani, quartanique * & duodeuicesimani, Voculam sequuntur:

Quam captiuus vnus aperit.

Ad Vetera certatur:

Primò ambiguè:

Mox eruptione, prosperè. Ciuilis periculum.

Cap. 35. *Vocula non vtitur victoriâ.*

Frumentatores Rom. Ciuilis inuadit.

Ad quos eripiendos copiæ è Veteribus lecta.

Cap. 36. *Geldubam Ciuilis capit:*

Pecuniam Romani.

Quæ in perniciem datori vertit.

Cap. 37. * *Alij*, pauidum, *Discordia inter ipsos. Ad Vitellium pars redeũt, iam nullum.* * *Flor.* occidisset. * duodetuicesimani.

54. CREDITA.] *Rhenanus*, editâ. *ego*, deditâ, *vel* diditâ.

55. VT INDE TERRESTRI.] *Præcesſit de* impedimentis legionum & imbelli turbâ: *an illi igitur frumenta adueherent, inter medios ita hostes? ridiculum. puto defectum aliquem esse, & asteriscum ante hæc verba ponendum* * vt inde terrestri. *Vide sequentia, agnosces.*

56. QVI REVERSVS, MISSOS.] *Magis placet quod è quibusdam libris eruas*, qui vbi rursus missos. *Sententiam certè aptiùs nectit.*

57. ONVSTIS PAVCVLISQVE.] *Rom.* onustis perculsisque.

58. NEC

Magontiacũ liberatum.

tur: apud quem resumto Vespasiani sacramento, ad liberandum Magontiaci obsidium A ducebantur. Discesserant obsessores, mixtus ex Cattis, Vsipijs, Mattiacis exercitus, satietate prædæ, [58] nec incruentati. [* Ita] dispersos & nescios miles noster inuaserat. Quin & loricam vallumque per fines suos Treueri struxêre, magnisque inuicem cladibus cum Germanis certabant. donec egregia erga populum Romanum merita, mox rebelles fœdarent. Interea Vespasianus iterùm, ac Titus, consulatum absentes inierunt, mæstâ & multiplici metu suspensâ ciuitate. quæ super instantia mala, falsos pauores induerat, desciuisse Africam, res nouas moliente L. Pisone. Is præerat prouinciæ, nequaquam turbidus ingenio. Sed quia naues sæuitiâ hiemis prohibebantur, vulgus alimenta in dies mercari solitum, cui [59] vna ex rep. annonæ cura, clausum litus, retineri commeatus dum timet, credebat: augentibus famam Vitellianis, qui studium partium nondum posuerant: nec victoribus quidem ingrato rumore, quorum cupiditates externis quoque bellis inexplebiles, nulla vmquam ciuilis victoria satiauit. Kalen. Ianuarijs, in senatu, quem Iulius Frontinus prætor vrbanus vocauerat, legatis exercitibusque, ac B regibus laudes gratesque decretæ. Et Tertio Iuliano prætura, * quòd transgredientem in partes Vespasiani, legionem deseruisset, ablata, vt in Plotium Griphum transferretur. Hormo dignitas equestris data. Et mox, eiurante Frontino, Cæsar Domitianus præturam cepit. Eius nomen epistolis edictisque proponebatur. Vis penes Mucianum erat: nisi quòd pleraque Domitianus, instigantibus amicis, aut propriâ libidine, audebat. Sed præcipuus Muciano metus è Primo Antonio, Varoque Arrio: quos recentes, clarosque rerum famâ, ac militum studijs, etiam populus fouebat, quia in neminem vltra aciem sæuierant. Et ferebatur Antonius Scribonianum Crassum, egregijs maioribus, & fraternâ imagine fulgentem, ad capessendam rempub. hortatus: haut defuturâ consciorum manu, ni Scribonianus abnuisset. ne paratis quidem corrumpi facilis, adeò metuens incerta. Igitur Mucianus, quia propalàm opprimi Antonius nequibat: multis in senatu laudibus cumulatum, secretis promissis onerat, citeriorem Hispaniam ostentans, discessu Cluuij Rufi vacuam. simul amicis eius, tribunatus præfecturasque largitur. Dein, postquam inanem animum spe & cupidine impleuerat, vires abolet: C dimissâ in hiberna legione septimâ, cuius flagrantissimus in Antonium amor. Et tertia legio, familiaris Arrio Varo miles, in Syriam remissa. Pars exercitus, in Germanias ducebatur. Sic egesto, quidquid turbidum, redit vrbi sua forma, legesque, & munia magistratuum. Quo die senatum ingressus est Domitianus, de absentiâ patris fratrisque ac iuuentâ suâ, pauca & modica disseruit, decorus habitu: & ignotis adhuc moribus, crebra oris confusio, pro modestiâ accipiebatur. Referente Cæsare, de restituendis Galbæ honoribus, censuit Curtius Montanus, vt Pisonis quoque memoria celebraretur. Patres vtrumque iussere. de Pisone irritum fuit. Tum sorte ducti, per quos redderentur bello rapta, quique æra legum vetustate delapsa noscerent, figerentque, & Fastos adulatione temporum fœdatos exonerarent, modumque publicis impensis facerent. Redditur Tertio Iuliano prætura, postquam cognitus est ad Vespasianum confugisse. Gripho honor mansit. Repeti inde cognitionem inter Musonium Rufum & P. Celerem placuit, damnatusque Publius, & Sorani manibus satisfactum. Insignis publicâ seueritate dies, ne priuatim quidem laude caruit. Iustum iudicium explesse Musonius videbatur. Diuersa fama Demetrio Cynicam sectam professo, quòd manifestum reum ambitiosiùs quàm honestiùs defendisset. [60] Ipsi Publio neque animus in periculis, neque oratio suppeditauit. Signo vltionis in accusatores dato, petit à Cæsare Iunius Mauricus, vt commentariorum principalium potestatem senatui faceret, per quos nosceret, quem quisque accusandum popposcisset. Consulendum tali super re Principem, respondit.

Cap. 38. A. V. C. DCCCXXIII. *Falsus ab Africâ metus. L. Piso.*

Callidè eum exarmat.

Cap. 39. *Senatus honores distribuit.* ** Flor. tamquam*

Domitianus Prætor.

Antonius Muciano suspectus, spei nouæ.

Cap. 40. *Domitianus Patres benignè alloquitur.* *Galbæ memoria restituta.* *Leges & Fasti, reparata.*

P. Celer damnatus.

58. NEC INCRVENTATI. ITA DISPERSOS ET NESCIOS.] *Iudicabam deesse quippiam. nunc restituere iuuante Romano cod. posse videor,* nec incruentati. In viâ dispersos.

59. VNA EX REP. ANNONÆ CVRA.] *Nihil mutandum. Tale illud Iuuenalis de populo Romano est:*

——duas tantùm res anxius optat
Panem & Circenses.

Nam, Pana, *substituunt leguntq; malè.*

60. IPSI PVBLIO NEQVE ANIMVS.] *Vox addita, auctore Vatic.*

61. Ivs-

dit. Senatus, inchoantibus primoribus, [61] iusiurandum concepit, quo certatim omnes magistratus, ceteri vt sententiam rogabantur; *Deos testes aduocabant, nihil ope suâ factum quo cuiusquam salus læderetur, neque se præmium aut honorem ex calamitate ciuium cepisse.* trepidis, & verba iusiurandi per varias artes mutantibus, quîs flagitij conscientia inerat. Probabant religionem patres; periurium arguebant. Eaque velut censura, in Sariolenum Voculam, & Nonium Actianum, & Cestium Seuerum acerrimè incubuit, crebris apud Neronem delationibus famosos. Sariolenum & recens crimen vrgebat, quòd apud Vitellium molitus eadem foret. nec destitit senatus manus intentare Voculæ, donec curiâ excederet. Ad Pactium Africanum transgressi, eum quoque proturbant: tamquam Neroni, [62] Scribonianos fratres concordiâ opibusque insignes, ad exitium monstrauisset. Africanus neque fateri audebat, neque abnuere poterat: in Vibium Crispum, cuius interrogationibus fatigabatur, vltrò conuersus, miscendo quæ defendere nequibat, societate culpæ inuidiam declinauit. Magnam eo die pietatis eloquentiæque famam Vipsanius Messalla adeptus est, nondum senatoriâ ætate, ausus pro fratre [63] Aquilio Regulo deprecari. Regulum, subuersa Crassorum & Orphiti domus, in summum odium extulerat. [64] Spontè ex S. C. accusationem subijsse iuuenis admodum, nec depellendi periculi, sed in spem potentiæ videbatur. Et Sulpicia Prætextata [65] Crassi vxor, quattuorque liberi, si cognosceret senatus, vltores aderant. Igitur Messalla non caussam neque reum tueri, sed periculis fratris semet opponens, flexerat quosdam. Occurrit truci oratione Curtius Montanus, eò vsque progressus, vt post cædem Galbæ, datam interfectori Pisonis pecuniam à Regulo, appetitum morsu Pisonis caput obiectaret. *Hæc certè*, inquit, *Nero non coëgit, nec dignitatem,* [66] *aut salutem illâ sæuitiâ redemisti. Sanè toleremus istorum defensiones: qui perdere alios, quàm periclitari ipsi maluerunt. Te securum reliquerat exsul pater, & diuisa inter creditores bona, nondum honorum capax ætas: nihil quod ex te concupisceret Nero, nihil quod timeret. libidine sanguinis, & hiatu præmiorum, ignotum adhuc ingenium, & nullis defensionibus expertum, cæde nobili imbuisti. cùm ex funere reipublicæ, raptis* [67] *consularibus spolijs,* [68] *septuagies sestertio signatus, & sacerdotio fulgens, innoxios pueros,*

Cap. 41. *Iurati patres à calumniâ se purgant.*

Delatores propulsi.

Cap. 42. *Messalla Regulum eripere tentat.*

Curtius eum premit.

61. IVSIVRANDVM, QVO CERTATIM.] *Est iuramentum à toto Senatu editum, de calumniâ quam nemini capitalem intulissent. Sed hîc non video, cur ita* certatim *magistratus præstiterit: neque enim in honorem Principis, aut adulatio aliqua fuit, imò cunctanter potiùs hoc agendum. Sanè ea vox suspecta est, & seriatim, aut tale quid malim: quia certum habeo ordine quodam magistratus omnes id præstitisse, & digniores primò.*

62. SCRIBONIANOS FRATRES.] *Iunctim eos iterùm nominat Annali* XIII. Ad Scribonios fratres ea cura transfertur. *Nec temerè aut iungit, aut concordiam laudat. Audi Xiphilinum, qui vnus hæc illustrat, in Nerone:* Ἀδελφοί τε, *inquit,* καὶ ἡλικιῶται ὄντες, καὶ μηδὲν μηδέποτε ἀνδ' ἀλλήλων πράξαντες, ἀλλ' ὥσπερ τῷ γένει, οὕτω καὶ τῇ προαιρέσει τῇ τε οὐσίᾳ συμπεφυκότες: Fratres, & quodammodò æquales, nihil alter absque altero facientes, sed vt genere, ita & electione vitæ & facultatibus coniuncti. *Addit deinde*, cùm vtrique Germaniæ præfuissent, vocatos à Nerone in Græciam, ibique incisis spontè venis periisse. *Sed rectène* Scribonianos *hîc legimus? non opinor. Taciti loco dicto* Scribonios *habes: & in Xiphilino,* Σκριβωνίων.

63. AQVILIO REGVLO.] *Est omnino ille Regulus, Plinio in Epistolis meritissimò flagellatus, & alibi* Bipedum nequissimus *dictus. Obserua ergo de Messallâ diuersissimo fratre.*

64. SPONTE EX SC.] *Non de nihilo ambigit Rhenanus. Si enim ex Sc" subijt, quomodò sponte? Diuinat,* Sponte ex se. *Haud ineptè. Quid si,* Sponte, nec Sc?

65. CRASSI VXOR.] *Vox,* VXOR, *abest Rom edit. Rectissimè. Vix enim aliter prisci locuti aut scripsere, quàm Terentia Tullij, Liuia Drusi, &c. cùm intellegant vxorem.*

66. AVT SALVTEM ILLA SÆVITIA.] *Ex ductu scripturæ Vaticanæ restitui. Nam hi,* nec dignitatem hausta litem. *Vulgò*, nec dignitatem aut ista lucem.

67. CONSVLARIBVS SPOLIIS.] *Eò dictum, quia consulatum acceperat, præmium accusationis. Nam ita obtinebat, vt accusanti & damnanti, non pecuniæ solùm merces esset, sed & honoris aut magistratus quem reus habuisset. Dio libro* XLVI. *de accusatoribus percussorum Cæsaris, pulchrè:* Χρήματά τε γὰρ ἐκ τῶν τοῦ ἀλόντος οὐσίας, καὶ τὴν τιμὴν ἢ τὴν ἀρχὴν τὴν ἐκείνου, εἴ τινα ἄρα ἔσχων ἦν, ἐλάμβανον: Nam & pecunias è bonis damnati, & honorem aut magistratum, si quem modò haberet, accipiebant. *Tacitus sæpè indicat: & clarè, initio libri* I. Nec minùs præmia delatorum inuisa, quàm scelera. cùm alij sacerdotia & consulatus, vt spolia, adepti, procurationes alij & interiorem potentiam, agerent, ferrent cuncta.

68. SEPTVAGIES SESTERTIO SIGNATVS.] *Volebam* dignatus: *vt in Virgilio:*

Coniugio Anchisa Veneris dignate superbo.

& ipso alibi Cicerone. At nunc placet magis Faernî coniectura, saginatus.

69. EXEM-

ros, illustres senes, conspicuas feminas eâdem ruinâ prosterneres: cùm segnitiam Neronis incusa- A
res, quòd per singulas domos, seque & delatores fatigaret. posse vniuersum senatum vnâ voce
subuerti. Retinete patres conscripti, & reseruate hominem tam expediti consilij, vt omnis ætas
instructa sit: & quomodo senes nostri, Marcellum, Crispum; iuuenes, Regulum imitentur. In-
uênit etiam æmulos infelix nequitia. quid si floreat vigeatque? Et quem adhuc quæstorium offen-
* Puto ve- *dere non audemus, prætorium & consularem * visuri sumus? An Neronem, extremum domino-*
rius, *ausuri.* *rum putatis? Idem crediderant, qui Tiberio, qui Caio superstites fuerunt: cùm interim intesta-*
bilior, & sæuior exortus est. Non timemus Vespasianum: ea principis ætas, ea moderatio. Sed
diutiùs durant [69] *exempla, quàm mores. Elanguimus P.C. nec iam ille senatus sumus, qui occiso*
Nerone, delatores & ministros, more maiorum puniendos flagitabat. Optimus est, post malum
Cap. 43. *Principem, dies primus.* Tanto cum assensu senatus auditus est Montanus, vt spem cape-
Et Senatum permouet. Heluidius iterùm in Marcellum. ret Heluidius, posse etiam Marcellum prosterni. Igitur à laude Cluuij Rufi orsus, qui perinde diues & eloquentiâ clarus, nulli vmquam sub Nerone periculum facessisset; crimine simul exemploque Eprium vrgebat, ardentibus patrum animis. quod vbi sensit B
[70] Marcellus, velut excedens curiâ: *Imus*, inquit, *Prisce, & relinquimus tibi senatum tuum: regna præsente Cæsare.* Sequebatur Vibius Crispus: ambo infensi, vultu diuerso. Marcellus minacibus oculis, Crispus renidens: donec accursu amicorum, retraherentur. Cùm glisceret certamen, hinc multi bonique, inde pauci & validi pertinacibus odijs tenderent; consumtus per discordiam dies. Proximo senatu, inchoante Cæsare de abolendo
Cap. 44. *Sed memoria præteritorum abolita.* dolore iraque, & priorum temporum necessitatibus, censuit Mucianus prolixè pro accusatoribus. Simul eos qui cœptam, dein omissam actionem repeterent, monuit sermone molli, & tamquam rogaret. Patres [71] cœptam libertatem, postquam obuiàm itum, omisere. Mucianus ne sperni senatus iudicium, & cunctis sub Nerone admissis data
Sagitta reiectus in exsilium: impunitas videretur; Octauium Sagittam, & Antistium Sosianum senatorij ordinis, egressos exsilium, in easdem insulas redegit. Octauius, Pontiam Postumiam stupro cognitam, & nuptias suas abnuentem, impotens amoris interfecerat: Sosianus, prauitate morum multis exitiosus. Ambo graui senatus consulto damnati pulsique, quamuis concesso alijs reditu, in eâdem pœnâ retenti sunt. Nec ideò lenita erga Mucianum C
Et Sosianus. inuidia. Quippe Sosianus ac Sagitta, viles, etiam si reuerterentur: accusatorum ingenia,
Cap. 45. & opes, & exercita malis artibus potentia, timebantur. Reconciliauit paulisper studia patrum, habita in senatu cognitio, secundùm veterem morem. [72] Manlius Patricius ordinis senatorij, [73] pulsatum se in [74] coloniâ Senensi, cœtu multitudinis, & iussu magistratuum querebatur. nec finem iniuriæ hîc stetisse: planctum, & lamenta, & supremorum imaginem præsenti sibi circumdata: cum contumelijs & probris, quæ in senatum vniuersum iacerentur. Vocati qui arguebantur. Et cognitâ causâ, in conuictos
Puniti qui Senatorem illuserant. vindicatum. Additumque S. C. quo Senensium plebes modestiæ admoneretur. Ijsdem diebus Antonius Flamma Cyrenensibus damnatur, lege repetundarum, & exsilio

69. EXEMPLA, QVAM MORES.] *Inepta aut nihili sententia. Rudolphus*, quàm homines. *Vis ad verum duci? lege*, amores: *tum alteram litteram diuide, habes* autores: *id est, rem & sententiam meram. O quàm leuia sæpè turbant!*

70. MARCELLVS.] *Hic homo eloquens magis, quàm sapiens aut bonus, eâ vi accusatores omnes repressit, aut reiecit; & simul Vespasianum mox suum fecit. Quod idem in Vibio Crispo. Auctor Dialogi de Caussis corr. eloq. super hac re:* Quid aliud infestis patribus nuper Eprius Marcellus, quàm eloquentiam suam opposuit? cùm accinctus & minax disertam quidem, sed inexercitatam eiusmodi certaminum & rudem Heluidij sapientiam elusit. *Iam & de gratiâ apud Principem, ibidem de illis duobus:* Multos iam annos, ac donec libuit, principes fori, nunc principes in Cæsaris amicitiâ agunt feruntque cuncta.

71. COEPTAM LIBERTATEM.] *Prisci libri*, cœptatam. *ex quo velim*, cœptam tantùm.

72. MANLIVS PATRICIVS.] *Vatic. & Rom.* Patruitus. *Fortasse*, Patruinus. *quod nomen in Symmachi epistolis plus semel leges.* D

73. PVLSATVM SE IN COLONIA.] *Grande priscis illis moribus crimen. nam nec conuitio Senatorem aspergere licebat impunè. Arnobius libro* IV. Magistratum in ordinem redigere, Senatorem aut conuitio prosequi, suis esse decrestis periculosissimum pœnis. *Saluianus libro* VI. Illustrem ac præpotentem virum nequaquam exhonorari à quoquam licet; & si quisquam exhonorauerit, decretis legalibus reus sistitur, & iniuriarum auctor iure damnatur.

74. COLONIA SENENSI.] Senensi *in Vatic. semper.*

75. PREN-

A filio ob sæuitiam. Inter quæ, militaris seditio propè exarsit. Prætorianam militiam repetebant à Vitellio dimissi, pro Vespasiano congregati: & lectus in eamdem spem è legionibus miles, promissa stipendia flagitabat. Ne Vitelliani quidem, sine multâ cæde, pelli poterant. Ingressus castra Mucianus, quò rectiùs stipendia singulorum spectaret, suis cum insignibus armisque victores constituit, modicis inter se spatiis diiectos. Tum Vitelliani, quos apud Bouillas in deditionem acceptos memorauimus, ceterique per vrbem, & vrbi vicina conquisiti, producuntur propè intecto corpore. Eos Mucianus diduci, & Germanicum Britannicumque militem, ac si qui aliorum exercituum, separatim assistere iubet. Illos primus statim aspectus obstupefecerat: cùm ex diuerso, velut aciem telis & armis trucem; semet, clausos nudosque & illuuie deformes, aspicerent. Vt verò huc illuc distrahi cœpere, metus per omnes, & præcipua Germanici militis formido, tamquam eâ separatione ad cædem destinarentur. [75] prensare commanipularium pectora, ceruicibus innecti, suprema oscula petere, ne desererentur soli, neu in pari
B caussâ dispatem fortunam paterentur: modò Mucianum, modò absentem Principem, postremùm cælum ac deos obtestari. donec Mucianus, cunctos eiusdem sacramenti, ciusdem imperatoris milites appellans, falso timori obuiàm iret. Namque & victor exercitus, clamore, lacrymas eorum iuuabat. Isque finis illâ die. Paucis pòst diebus, alloquentem Domitianum firmati iam excepere. Spernunt oblatos sibi agros, militiam & stipendia orant. Preces erant, sed quibus contradici non posset. igitur in prætorium accepti. Dein quibus ætas & iusta stipendia, dimissi cum honore, alij ob culpam: sed carptim, ac singuli. quo tutissimo remedio, consensus multitudinis extenuatur. Cetcrùm veráne pauperie, an vti videretur, actum in senatu, vt sexcenties sestertiûm à priuatis mutuum acciperetur. Præpositusque ei curæ Poppæus Siluanus. nec multò pòst necessitas abiit, siue omissa simulatio. Abrogati inde, legem ferente Domitiano, consulatus quos Vitellius dederat. funusque censorium Flauio Sabino ductum. magna documenta instabilis fortunæ, [76] summaque etiam miscentis. Sub idem tempus L. Piso
C proconsul interficitur. eâ de cæde quàm verissimè expediam, si pauca suprà petiero, ab initio caussisque talium facinorum non absurda. Legio in Africâ auxiliaque, tutandis imperij finibus, sub diuo Augusto Tiberioque principibus, Proconsuli parebant. Mox C. Cæsar turbidus animi, ac [77] M. Silanum obtinentem Africam metuens, ablatam Proconsuli legionem, misso in eam rem legato tradidit. æquatus inter duos [78] beneficiorum numerus, & mixtis vtriusque mandatis, discordia quæsita auctaque. Prauo certamine, legatorum ius adoleuit, diuturnitate officij, vel quia minoribus maior æmulandi

Cap. 46. *Seditio prænè noua.*

Quam Mucianus comprimit.

Vitellianos produci iubet:

Illi fraudem & cædem timent.

Sed confirmat Mucianus.

Iterumq; in Prætorium accipit.

Cap. 47. *Pecunia conquisita.*

Cap. 48. *De L. Pisonis cæde.*

Inermis Proconsul Africæ factus.

75. PRENSARE COMMANIPVLARIVM.] *Ita lego. non tamen malè*, prensare commanipulares, pectori, ceruicibus innecti.

76. SVMMAQVE ETIAM MISCENTIS.] *Rodolphus acutè*, summaque & ima miscentis.

D 77. M. SILANVM.] *Dio hæc in rebus Caij mirè confundit ac miscet. Nec M. Silano Proconsule euenisse diuisionem hanc vult, sed ipso L. Pisone. Vide eum: & de hac ipsâ cæde Plinium libro* III. *epistolâ* VII.

78. BENEFICIORVM NVMERVS.] *Propriè & ex æui eius vsu accipe Beneficia, promotiones ad altiores ordines siue gradus. Castrense in eâ re verbum est, Liuio sic vsurpatum lib.* IV. Vt tribuni militum à populo senideni crearentur. quæ anteà, perquam paucis suffragio populi relictis locis, Dictatorum & consulum fermè fuerant beneficia. *Ciceroni etiam epistolâ ad Rufum Quæstorem:* De centurionibus tamen & tribunorum militum contubernalibus, res est in integro. genus enim horum beneficiorum definitum lege non erat. *Nec Valerius alio sensu, lib.* IV. *cap.* VII. *scripsit.* Ad equestrem ordinem & splendidæ militiæ stipendia P. Cælij beneficio peruenerat. *Item Suetonius Tiberij capite* XII. *clarè:* Venit in suspicionem, per quosdam beneficij sui centuriones. *Noster adæquè lib.* I. *suprà.* Primores militum, per beneficia Nymphidij, vt suspectos. *Hi tales, Beneficiarij dicti. Cæsar de Bello ciuili libro* II. Petreius cum prætoriâ cohorte, barbarisque equitibus paucis, Beneficiariis suis. *Passim in lapidibus:* BF.COS. & BF.PR. & BF.PR.PR. *id est*, Beneficiarius Consulis. Beneficiarius prætoris. Beneficiarius præfecti prætorio, *aut* Proprætoris. *Vegetius restringere nomen videtur:* & Beneficiarij, *inquit libro* II. *cap.* VII. ab eo appellati, quòd beneficio Tribunorum promouerentur. *Et ad eius mentem in lapidibus lego ista. In Piceno:* BENEFICIARIVS. TRIBVNI. DEINDE. OPTIO. IN. CENTVRIA. *Romæ:* CORNELIO. MARCIANO. MILITI. COHORT. XII. VRB. BENEF. TRIBVN. *Abiisse in aliud officij nomen videtur, ex Tertulliano de Fugâ:* In matricibus Beneficiariorum & Curiosorum inter tabernarios, & lanios, & aleones, & lenones, Christiani quoque vectigales continentur.

di cura. Proconsulum splendidissimus quisque, securitati magis quàm potentiæ consu- A
Cap. 49. lebant. Sed tum legionem in Africâ regebat [79] Valerius Festus, sumtuosæ adolescentiæ,
Valerius Festus in eâ legatus. Is Pisonem criminatur. neque modica cupiens, sed affinitate Vitellij anxius. Is, crebris sermonibus, tentarítne Pisonem ad res nouas; an tentanti restiterit, incertum, quoniam secreto eorum nemo affuit, & occiso Pisone plerique ad gratiam interfectoris inclinauere. Nec ambigitur, prouinciam & militem, alienato erga Vespasianum animo fuisse. & quidam è Vitellianis vrbe profugi, ostentabant Pisoni nutantes Gallias, paratam Germaniam, pericula ipsius, & in pace suspectâ tutius bellum. Inter quæ Claudius Sagitta, [80] præfectus alæ Petrinæ, prosperâ nauigatione præuenit Papirium centurionem, à Muciano missum:
Centurio ad eadem eius missus. assueraúitque mandata interficiendi Pisonis, centurioni data. Cecidisse Galerianum, consobrinum eius generumque. Vnam in audaciâ spem salutis. Sed duo itinera audendi, seu mallet statim arma, seu petitâ nauibus Galliâ, ducem se Vitellianis exercitibus ostenderet. Nihil ad ea moto Pisone, centurio à Muciano missus, vt portum Carthagi-
Qui fraude agit. nis attigit, magnâ voce, læta Pisoni omnia, tamquam Principi continuare: obuios & B
subitæ rei miraculo attonitos, vt eadem adstreperent, hortari. vulgus credulum, tuere in forum, præsentiam Pisonis exposcere. Gaudio clamoribusque cuncta miscebant, indiligentiâ veri, & adulandi libidine. Piso indicio Sagittæ, vel insitâ modestiâ, non in pu-
Piso eum interficit. blicum egressus est, neque se studiis vulgi permisit. Centurionemque percontatus, postquam quæsitum sibi crimen cædemque comperit: animaduerti in eum iussit, haut perinde spe vitæ, quàm irâ in percussorem, quòd idem ex interfectoribus Clodij Macri,
Et plebem coërcet. cruentas legati sanguine manus, ad cædem proconsulis rettulisset. Anxio deinde edicto Carthaginensibus increpitis, ne solita quidem munia vsurpabat, clausus intra domum,
Cap. 50. ne qua motus noui causa vel fortè oriretur. Sed vbi Festo consternatio vulgi, centurio-
Festus ad eius cædem mittit. nis supplicium, veraque & falsa, more famæ, in maius innotuere; equites in necem Pisonis mittit. Illi raptim vecti, obscuro adhuc cœptæ lucis, domum proconsulis irrumpunt, districtis gladiis, & magna pars Pisonis ignari: quòd Pœnos auxiliares, Maurosque in eam cædem dilegerat. haut procul cubiculo, obuium fortè seruum, quis nam, & C
Serui mira fides. vbi esset Piso? interrogauere. Seruus, egregio mendacio, se Pisonem esse respondit: ac statim obtruncatur. nec multò pòst, Piso interficitur. Namque aderat, qui nosceret, Bebius Massa è procuratoribus Africæ: iam tunc optimo cuique exitiosus, & in caussas malorum quæ mox tulimus, sæpiùs rediturus. Festus Adrumeto, vbi speculabundus subsistiterat, ad legionem tendit, præfectumque castrorum Cetronium Pisanum vinciri iussit, proprias ob simultates: sed Pisonis satellitem vocabat, militesque & centuriones
Festus & alios punit. quosdam puniit, alios præmiis affecit. neutrum ex merito, sed vt oppressisse bellum crederetur. [81] Mox Ophensium Leptitanorumque discordias componit, quæ raptu frugum & pecorum inter agrestes, modicis principiis, iam per arma atque acies exercebantur. Nam populus Ophensis multitudine inferior, Garamantas exciuerat, gentem indomitam, & inter accolas latrociniis fecundam. Vnde arta Leptitanis res, lateque vastatis
Ophenses. Leptitani. Garamantes. agris, intra mœnia trepidabant. donec interuentu cohortium alarumque fusi Garamantes, & recepta omnis præda, nisi quam vagi per inaccessa mapalium vlterioribus
Cap. 51. vendiderant. At Vespasiano post Cremonensem pugnam, & prosperos vndique nun- D
Vespasiano nuntij de victoriâ. tios, cecidisse Vitellium multi cuiusque ordinis pari audaciâ fortunaque hibernum mare ag-

79. VALERIVS FESTVS.] *Plinius lib.* III. *epistolâ* VII. Nuper L. Piso, pater illius qui à Valerio Festo per summum facinus in Africâ occisus est.

80. PRÆFECTVS ALÆ PETRINÆ.] *In Notitiâ Imperij.* Præfectus alæ Petrianæ *legitur in Britanniâ* per Lineam Valli. *Vbi Linea Valli, non aliud est quàm tractus ille ad Vallum à Seuero aliisq; exstructum.*

81. MOX OPHENSIVM.] *Rodolphus voluit*, Ruspensium: *sed à coniecturâ. Ophensium quidem non alibi mentio in hoc tractu: & putamus rectissimè emendatum iri*, Oëensium. *Statimque*, populus Oëensis. *Rem tetigi. Te aduoco C. Plini, in meam fidem & Taciti lucem: Scribis libro* V. *cap.* V. *hisipsis verbis:* Ad Garamantas iter inexplicabile adhuc fuit. Proximo bello quod cùm Oëensibus Romani gessêre, initiis Vespasiani Imperatoris, compendium viæ quatridui deprehensum est. *Quod illud bellum sub initia Vespasiani, nisi istud? Itaque Plinio quoque prælucent clarè hæc Corneliana. Tempus, situs, nomen, omnia conueniunt: & est hoc illud ipsum celebre opidum, vnde Pudentilla Apuleij, vt ipse Apologiâ commemorat. Scripsit & Orationem*, Pro statuâ sibi Oëæ locandâ.

82. QVA-

A re aggressi nuntiauêre. Aderant legati regis Vologesi, [82] quadraginta Parthorum equitum millia offerentes. magnificum lætumque tantis sociorum auxiliis ambiri, neque indigere. Gratiæ Vologeso actæ, mandatumque vt legatos ad senatum mitteret, & pacem esse sciret. Vespasianus in Italiam resque vrbis intentus, aduersam de Domitiano famam accipit: tamquam terminos ætatis, & concessa filio egrederetur. Igitur validissimam exercitus partem Tito tradit, ad reliqua Iudaici belli perpetranda. Titum, antequam digrederetur, multo apud patrem sermone orasse dicebatur, ne criminantium nuntiis temerè accenderetur: integrumque se ac placabilem filio præstaret. *Non legiones, non classes, perinde firma imperij munimenta, quàm numerum liberorũ. Nam amicos tempore, fortunâ, cupidinibus aliquando, aut erroribus, imminui, transferri, desinere: suum cuique sanguinem indiscretum. sed maximè Principibus: quorum prosperis & alij fruantur, aduersa ad iunctissimos pertineant. ne fratribus quidem mansuram concordiam, ni pater exemplum præbuisset.* Vespasianus haut æquè Domitiano mitigatus, quàm Titi pietate gaudens, bono esse animo iubet, belloque & armis rempublicam attollere; sibi pacem domumque curæ fore. Tum celerrimas nauium frumento onustas, sæuo adhuc mari committit. Quippe tanto discrimine vrbs nutabat, vt decem haut ampliùs dierum frumentum in horreis fuerit, cùm à Vespasiano commeatus subuenere. [83] Curam restituendi Capitolij in [84] L. Vestinum confert, equestris ordinis virum, sed auctoritate famaque inter proceres. Ab eo contracti haruspices, monuere, vt reliquiæ prioris delubri in paludes aueherentur, templum iisdem vestigiis sisteretur. nolle deos mutari veterem formam. Vndecimo Kalendas Iulias, serenâ luce, spatium omne quod templo dicabatur, euinctum vittis coronisque. Ingressi milites, [85] quibus fausta *nomina, [86] felicibus ramis. dein virgines Vestales, cum pueris puellisque patrimis matrimisque, [87] aquâ riuis & fontibus amnibusque

Legati item à Partho.

Domitianus ei suspectus.

Cap. 52. *Mitigat Titus.*

Frumentum Romam missum, Quæ periclitabatur à fame.

Cap. 53. *Capitolium refectum.*

*Quo ritu, quáque cerimoniâ? *Vulgò, omina.*

82. QVADRAGINTA PARTHORVM.] *Nec nimis pro illo rege, & militiâ totius gentis equestri.* C *Idem numerus in Suetonio, cap.* VI. Vologesum promisisse XL. millia sagittariorum. *Non pugnat. nempe equites illi Sagittarij, vt solent, & Hippotoxotæ. Quidam tamen libri in Suetonio* XV. M. *nec audio.*

83. CVRAM RESTITVENDI CAPITOLII CONFERT.] *Confert in illum iam dictum. Sed adfuit igitur Vespasianus, an abfuit? Adfuisse Suetonius fortiter dicit, cap.* VIII. Ipse restitutionem Capitolij aggressus, ruderibus purgandis manus admouit PRIMVS, ac suo collo quædam extulit. *Simile & in Dionis compendio legas. At Taciti verba & narratio aliorsum eunt, & omnia sunt, vt Vespasiano absente. Si præsens, cur in alium transfert? cur nec nominatur quidem? cur cetera omnia, quæ temporum serie narrantur, illo absente gesta? Ego nihil nisi pugnam manifestam hîc video, & libens audiam (paci* D *amicus sum) conciliantem.*

84. L. VESTINVM EQVESTRIS ORDINIS.] *Est ne ille, de quo Oratione pro Gallis Claudius Cæsar?* Ex quâ Coloniâ *(Viennensi)* inter paucos equestris ordinis ornamentum L. Vestinum familiarissimè diligo. *Ego puto. idq; paullò certiùs, quàm eumdem Martiali intellegi, lib.* IV. *Epigr.* XXIX.

Cùm grauis extremas Vestinus duceret horas,
Et iam per Stygias esset iturus aquas:
Vltima voluentes orauit pensa sorores,
Vt traherent paruâ stamina pulla morâ.
Tum largas partitus opes, à luce recessit:
Seque mori post hoc credidit ille senem.

Nam hic fuerit potiùs filius eius: qui videtur è clausulâ iuuenis obiisse.

85. QVIBVS FAVSTA NOMINA.] *Non,* omina, *vt vulgò. Vaticanus ita iubet, & mos religionis priscæ. quibus magnæ curæ vt in his talibus initiis homines præessent aut interessent bono nomine. id est: è quorum nominibus captari velut augurium aliquod posset prosperitatis & diuturnitatis. Talia sunt, Saluius, Longinus, Statorius, &c. Mala contra, è quibus triste aliquod, infirmum, breue. vt Curtius, Minutius, Furius, Hostilius. Cicero de Diuinat.* Cùm Imperator exercitum, Censor populum lustraret, bonis nominibus qui hostias ducerent eligebantur: quod idem in dilectu Consules obseruant, vt primus miles fiat bono nomine. *Plinius:* Publicis lustris etiam nomina victimas ducentium prospera eligimus. *Tale vaticinium lenonis illius Plautini, in Lucride:*

Nomen atque omen quantiuis est pretij,
Mihi quoque Lucridem confido fore te.

Adi & Festum in Lacus Lucrinus.

86. FELICIBVS RAMIS.] *Id est, è felici arbore (dîs gratâ, interpretatur Macrobius) decerptus. Ammianus in religione simili, libro* XXIX. Linteis quidam indumentis amictus, torulo capite circumflexo, verbenas felicis arboris gestans. *Huic vsui maximè Laurus. Liuius lib.* XL. Omnes coronati & lauream in manu tenentes supplicauerunt. *Suidas:* Αἴσακος. ὁ κλάδος τῆς δάφνης, ὃν κατέχοντες ὑμνῶν τὰς θεάς: Aisacus. ramus lauri, quem manu tenentes deos celebrabant.

87. AQVA PERLVERE.] *Sollenni & vsitatâ lustratione: publicè priuatimq; receptâ. Tertullianus de Baptismo:* Ceterùm villas, domos, templa, totasque vrbes aspergine circumlatæ aquæ expiant passim. *Huic rei & περιῤῥαντήρια vasa in templis, aquâ lustrali plena, quâ sacerdotes aut æditui intrantes aspergerent, aut etiam ipsi sese. Sozomenus.*

Quâ prece? busque hauſtâ perluere. Tum Heluidius Priſcus prætor, præeunte [88] Plauto Eliano A pontifice, [89] luſtratâ * boue tauriſque areâ, & ſuper ceſpitem redditis extis, Iouem, lunonem, Mineruam, præſideſque imperij deos precatus vti cœpta proſperarent, ſedeſque ſuas pietate hominum inchoatas, diuinâ ope attollerent, vittas quibus ligatus lapis innexique funes erant, contigit. Simul ceteri magiſtratus, & ſacerdotes, & ſenatus, & eques, & magna pars populi, ſtudio lætitiaque connixi, ſaxum ingens traxêre: paſſimque iectæ fundamentis argenti aurique ſtipes, & metallorum primitiæ, nullis fornacibus victæ, ſed vt gignuntur. Prædixere haruſpices, ne temeraretur opus ſaxo auróve in aliud deſtinato. Altitudo ædibus adiecta. Id ſolum religio annuere, & prioris templi magnificentiæ defuiſſe creditum, quo tanta vis hominum retinenda erat. Audita interim per Gallias Germaniaſque mors Vitellij, duplicauerat bellum. Nam Ciuilis omiſsâ diſſimulatione, in populum Romanum ruere: Vitellianæ legiones externum ſeruitium, quàm Imperatorem Veſpaſianum malle. Galli ſuſtulerant animos, eandem vbique exercituum noſtrorum fortunam rati. vulgato rumore, à Sarmatis Daciſque Mœſica ac Pan- B nonica hiberna circumſideri, paria de Britanniâ fingebantur. Sed nihil æquè, quàm incendium Capitolij, vt finem imperij adeſſe crederetur, impulerat. Captam olim à Gallis vrbem; ſed integrâ Iouis ſede manſiſſe imperium. Fatali nunc igne, ſignum cæleſtis iræ datum. & poſſeſſionem rerum humanarum Tranſalpinis gentibus portendi, ſuperſtitione vanâ Druidæ canebant. Inceſſeratque fama, primores Galliarum ab Othone aduerſus Vitellium miſſos, antequam digrederentur, pepigiſſe, ne deeſſent libertati, ſi populum Romanum continua bellorum ciuilium ſeries & interna mala fregiſſent. Ante Flacci Hordeonij cædem, nihil prorupit, quo coniuratio intelligeretur. Interfecto Hordeonio, commeauere nuntij inter Ciuilem Claſſicumque præfectum alæ Treuerorum. Claſſicus, nobilitate opibuſque, [90] anteibat alios. Regium illi genus, & pace belloque clara origo. Ipſe, è maioribus ſuis, [91] hoſtis populi Rom. quàm ſocius iactabat. Miſcuere ſeſe Iulius Tutor, & Iulius Sabinus, hic Treuir, hic Lingon. Tutor, ripæ Rheni à Vitellio præfectus: Sabinus, ſuper inſitam vanitatem, falſæ ſtirpis gloriâ in- C cen-

Aurum & argentum rude iectũ.

Altiùs id exſtructum.

Cap. 54.

In Germaniâ acriores turbæ.

Et arrecti hoſtes, ob incendium Capitolij.

Cap. 55.

Fœdus Ciuili cum quibuſdam Gallis.

Cum Treuetis primo.

Θαλλὸς πινας διαβρόχας κατέχων ὁ ἱερεὺς, νόμῳ ἑλληνικῷ περιέῤῥαινε τὰς εἰσιόντας: Ramos quoſdam madidatos ſacerdos tenens, aſpergebat ritu Græcorum ſiue Gentilium, intrantes. *Ouidius:*

Vdaque rorales laurea miſit aquas.

Inſignem ad hanc ablutionem locum abluo, Aſconij In Diuinationem: Alij delubra dicunt ea templa, in quibus ſunt labra corporum abluendorum mortuorum, vt Dodonæi Iouis aut Apollinis Delphici, in quorum delubris lebetes tripodeſque viſuntur. *Fallor, aut* τὸ mortuorum, *ab inepto gloſſographo eſt: nec aliunde Delubra deriuari vult, quàm ab iſtâ in templorum vaſis aquâ ad deluendum.*

88. PLAVTO ELIANO.] *Vatic. Barbarè vulgò,* Eliatius.

89. LVSTRATA BOVE TAVRISQVE.] *Vera dictio,* Suouetaurilibus. *Præit Vatic. in quo,* bouetaurilibus: *& Couarruuiæ, qui,* bouetauribus. *Scilicet priſci in luſtrationibus aut piamentis hoc ſacrificij genus adhibebant, ſollenni ritu. Liuius libro* IX. Telo potiri hoſtem fas non eſt: ſi potiatur, Marti Suouetaurilibus piaculum fieri. *Tacitus* V. *Annal.* Sacrificantibus, cùm hic more Romano Suouetaurilia daret, ille equum placando amni. *Cato de re Ruſtic.* Cum Diuis volentibus, quodque benè eueniat, mando tibi Mani, vti illace Suouetaurilia, fundum, agrum, terramque meam, quotâ ex parte circumferenda cenſeas, vti cures luſtrare. *Quæ victimæ in hoc ſacro, etſi vox indicat, clarè etiam Varro lib.* II. *De re Ruſt.* Populus Romanus cùm luſtratur Suouetaurilibus, circùm aguntur verres, aries, taurus. *Et Quinctilianus:* Nam Suouetaurilia iam perſuaſum eſt eſſe ex ſue, oue, & tauro. *Solitaurilia hæc etiam dicta, docebit te Feſtus. nec abeunt à Græcorum veteri ſacro, quod illi τελειτὼν dicebant. de quo Euſtathius, aliiq.*

90. ANTEIBAT ALIOS.] *Breuius & verius Vatic. & Couarruuiæ,* ante alios. *Sic libro* V. *Hiſtor:* Templum in modum arcis, propriique muri labore & opere ante alios. *Lib.* I. *Annal.* Cn. Lentulus ante alios ætate & gloriâ belli.

91. HOSTIS POPVLI ROMANI, QVAM SOCIVS IACTABAT.] *Sic reſtitui. Tranſmarinum & elegans dicendi genus eſt, Iactat eſſe ſocius: quod plebs dixerit,* D *Iactat ſe ſocium eſſe. Homerus:*

Ἕκτωρ ὃς Διὸς εὔχετ' Ἐυδδέελος πάϊς εἶναι:

& crebrò Græci: quos ſæpè & vulgò imitati Latini, ſed locis hodie ferè corruptis. Plautus Aſinariâ:

Argenti viginti minæ me modò ad mortem appulerunt,
Quas hodie adoleſcens Diabolus ipſi daturus dixit.

Ita enim conſenſu manuſcripti. ſicut & illo Bacchidibus:

Eia, nunc eſſe ego opinor Hercules, tu autem Linus.

Apuleium eo exemplo ſcripſiſſe cenſeam libro VII. Summos illi promitterent honores habituri mihi. *nec mutem. Virgilius:*

—— ſenſit medios delapſus in hoſtes.

92. Ex-

A cendebatur, proauiam ſuam diuo Iulio per Gallias bellanti, corpore atque adulterio placuiſſe. His ſecretis ſermonibus animos ceterorum ſcrutari. vbi, quos idoneos rebantur, conſcientiâ obſtrinxere; in coloniâ Agrippinenſi, in domum priuatam conueniunt. nam publicè, ciuitas talibus inceptis abhorrebat. Attamen interfuere quidam Vbiorum, Tungrorumque. Sed plurima vis penes Treueros, ac Lingonas. Nec tulere moras conſultandi. certatim proclamant, *Furere diſcordiis populum Rom. cæſas legiones, vaſtatam Italiam, capi cùm maximè vrbem, omnes exercitus ſuis quemque bellis diſtineri. ſi alpes præſidiis firmentur: coalitâ libertate, diſpecturas Gallias, quem virium ſuarum terminum velint.* *Qui in Vbiis conſultant. Deficiunt à Romanis.*

Hæc dicta pariter, probataque. de reliquiis Vitelliani exercitus dubitauere. Plerique interficiendos cenſebant, turbidos, infidos, ſanguine ducum pollutos. Vicit ratio parcendi: ne ſublatâ ſpe veniæ, pertinaciâ accenderentur. Alliciendos potiùs in ſocietatem. legatis tantùm legionum interfectis, ceterum vulgus conſcientiâ ſcelerum, & ſpe impunitatis, facilè acceſſurum. Ea primi concilij forma. miſſique per Gallias concitores belli. Cap. 56. *De legionibus deliberant.*

B Simulatum ipſis obſequium, quò incautiorem Voculam opprimerent. Nec defuere qui Voculæ nuntiarent. Sed vires ad coërcendum deerant, infrequentibus infidiſque legionibus. Inter ambiguos milites, & occultos hoſtes, optimum è præſentibus ratus, mutuâ diſſimulatione, & iiſdem quibus petebatur artibus graſſari, in Coloniam Agrippinenſem deſcendit. Illuc Claudius Labeo, quem captum & [92] extra conuentum amandatum in Frisios diximus, corruptis cuſtodibus perfugit. pollicituſque, ſi præſidium daretur, iturum in Batauos, & potiorem ciuitatis partem ad ſocietatem Romanam retracturum: acceptâ peditum equitumque modicâ manu, nihil apud Batauos auſus, quoſdam Neruiorum Bethaſiorumque in arma traxit. Et furtim magis, quàm bello, Caninefates Marſacoſque incurſabat. Vocula Gallorum fraude illectus, ad hoſtem contendit. Nec procul Veteribus aberat. cùm Claſſicus & Tutor per ſpeciem explorandi prægreſſi, cum ducibus Germanorum pacta firmauere. Tumque primùm diſcreti à legionibus, proprio vallo caſtra ſua circumdant, obteſtante Voculâ, [93] *Non adeò turbatam ciuilibus armis rem Romanam, vt Treueris etiam Lingonibusque deſpectui ſit. Supereſſe fidas prouincias, victores exercitus, fortunam imperij, & vltores deos. Sic olim, Sacrouirum & Æduos; nuper, Vindicem Galliasque ſingulis prœliis concidiſſe. Eadem rurſus numina, eadem fata, ruptores fœderum exſpectarent. Meliùs diuo Iulio, diuoque Auguſto notos eorum animos. Galbam, & infracta tributa, hoſtiles ſpiritus induiſſe. Nunc hoſtes, quia molle ſeruitium: cùm ſpoliati exutique fuerint, amicos fore.* Hæc ferociter locutus, poſtquam perſtare in perfidiâ Claſſicum Tutoremque videt; verſo itinere, Noueſium concedit. Galli, duum millium ſpatio diſtantibus campis, conſedêre. Illuc commeantium centurionum militumque emebantur animi: vt (flagitium incognitum) Romanus exercitus in externa verba iurarent, pignuſque tanti ſceleris, nece aut vinculis legatorum daretur. Vocula, quamquam plerique fugam ſuadebant, audendum ratus, vocatâ concione, in hunc modum diſſeruit: *Numquam apud vos verba feci, aut pro vobis ſolicitior, aut pro me ſecurior. Nam mihi exitium parari, libens audio: mortemque [94] in tot malis hoſtium vt finem miſeriarum exſpecto. Veſtri me pudet miſeretque, aduerſus quos non prœlium & acies parantur. id enim fas armorum, & ius hoſtium. bellum cum populo Romano veſtris ſe manibus geſturum, Claſſicus ſperat: imperiumque & ſacramentum Gallicum oſtentat. Adeò nos, ſi fortuna in præſens virtuſque deſeruit, etiam vetera exempla deficiunt. quoties Romanæ legiones perire præoptauerunt, ne loco pellerentur? ſocij ſæpè noſtri, exſcindi vrbes ſuas, ſeque cum coniugibus ac liberis cremari pertulerunt. neque aliud pretium exitus, quàm fides famaque. Tolerant cùm maximè inopiam obſidiumque* *Claudius Labeo aliquid pro Romanis tentat.* *Ad reliquos Gallos mittunt: Vocula reſciſcit, nec punire audet.* *Et Noueſium abit.* *Galli Romanos ipſos ad ſe alliciunt.* Cap. 57. *Treueri & Lingones palam deſiciunt. Vocula increpat.* Cap. 58. *Vocula dehortari conatur.*

D

92. EXTRA CONVENTVM.] *Accipio, conuentum Socialem. iectum ab iis omnibus, qui arma in Romanos iunxiſſent. Si tamen pura eſt lectio. nam libri quidam,* commentum *habent, Florentinus* cõmtum. *Nihil melius elicio.*

93. NON ADEO TVRBATAM.] *Similem & è Romano pectore vocem, emiſit ille Stilico apud Claudianum, De bello Getico:*

Non ita Romanum Fati violentia nomen
Obruit, vt veſtros nequeat punire tumultus.

94. IN TOT MALIS HOSTIVM.] *Haud planè damno. Quid ſi tamen faciamus,* portum & finem? *Quid ſi* in tot malis honeſtam?

diumque apud Vetera legiones, nec terrore aut promissis demouentur. Nobis, super arma & vi- A
ros, & egregia castrorum munimenta, frumentum & commeatus quamuis longo bello pares. Pecunia nuper etiam [95] *donatiuo sufficit: quod siue à Vespasiano, siue à Vitellio datum interpretari mauultis, ab Imperatore certè Romano accepistis. Tot bellorum victores, apud Geldubam, apud Vetera, fuso toties hoste, si pauetis aciem, indignum id quidem. Sed est vallum murique, & trahendi artes, donec è proximis prouinciis auxilia exercitusque concurrant. Sanè ego displiceam. Sunt alij legati, tribuni, centurio denique, aut miles. ne hoc prodigium toto terrarum orbe vulgetur, vobis satellitibus, Ciuilem & Classicum Italiam inuasuros. An si ad mœnia vrbis Germani Galliique duxerint, arma patriæ inferetis? Horret animus tanti flagitij imagine. Tutori Treuero agentur excubiæ? Signum belli Batauus dabit? & Germanorum cateruas supplebitis? quis deinde sceleris exitus? cùm Romanæ legiones contrà direxerint: transfugæ è transfugis, & proditores è proditoribus, inter recens & vetus sacramentum inuisi deis errabitis? Te Iupiter optime maxime, quem per octingentos viginti annos, tot triumphis coluimus; te Quirine Romanæ parens vrbis, precor venerorque, vt* [96] *si vobis non fuit cordi, me duce hæc castra incorrupta &* B
intemerata seruari: at certè pollui fœdarique à Tutore & Classico, ne sinatis. Militibus Romanis, aut innocentiam detis; aut maturam, & sine noxâ pœnitentiam. Variè excepta oratio inter

Cap. 59. *Nec proficit multum. Classici operâ occiditur. Legati alij vinciuntur.*

spem metumque ac pudorem. Digressum Voculam, & de supremis agitantem, liberti seruique prohibuêre fœdissimam mortem sponte præuenire. Et Classicus, misso Æmilio Longino desertore primæ legionis, cædem eius maturauit. Herennium & Numisium legatos vinciri, satis visum. Dein sumtis Romani imperij insignibus, in castra venit. Nec illi, quamquam ad omne facinus durato, verba vltrà suppeditauere, quàm vt sacramentum recitaret. Iurauere qui aderant, pro imperio Galliarum. Interfectorem Voculæ, altis ordinibus; ceteros, vt quisque flagitium nauauerat, præmiis attollit. Diuisæ inde inter Tutorem & Classicum curæ. Tutor, validâ manu circumdatos Agrippinenses, quantumque militum apud superiorem Rheni ripam, in eadem verba adigit. Occisis Magontiaci tribunis, pulso castrorum præfecto, qui detractauerant, Classicus corruptissimum quemque è deditis pergere ad obsessos iubet, veniam ostentantes si præ- C
sentia sequerentur. aliter, nihil spei. Famem, ferrumque, & extrema passuros. Adiecere qui missi erant, exemplum suum. Obsessos hinc fides, inde egestas, inter decus ac flagitium distrahebant. Contantibus solita insolitaque alimenta deerant; absumtis iumentis equisque, & ceteris animalibus, quæ profana fœdaque in vsum necessitas vertit. Virgulta postremò & stirpes & internatas saxis herbas vellentes, miseriarum patientiæque documentum fuêre: donec egregiam laudem fine turpi macularent, missis ad Ciuilem legatis vitam orantes. Neque antè preces admissæ, quàm in verba Galliarum iurarent. Tum pactus prædam castrorum, dat custodes, qui pecuniam, calones, sarcinas retentarent, ac qui ipsos leues abeuntes prosequerentur. Ad quintum ferè lapidem coorti Germani, incautum agmen aggrediuntur. Pugnacissimus quisque in vestigio; multi, palantes occubuere. Ceteri retrò in castra profugiunt, querente sanè Ciuile & increpante Germanos, tamquam fidem per scelus abrumperent. Simulata ea fuerint, an retinere sæuientes nequiuerit, parum affirmatur. Direptis castris, faces iniiciunt. Cunctosque qui prœlio superfuerant, incendium hausit. [97] Ciuilis, barbaro voto, post cœpta aduer- D
sus Romanos arma, propexum rutilatumque crinem, patratâ demum cæde legionum, depo-

Obsessi in Veteribus solicitantur.

Et ad pactionem perpellit.

Abeuntes Germani præter fas cadunt.

Cap. 60. *Quos fames premit:*

Cap. 61. *Ciuilis crinem ponit, voti damnas.*

95. DONATIVO SVFFICIT.] *Imò*, suffecit. *Nuper enim donatiuum acceperant. Suprà.*

96. SI VOBIS NON FVIT CORDI.] *Imitatum clarè è Liuio:* Vos dI immortales precor quæsoque, si vobis non fuit cordi Sp. Postumium cum Samnitibus bellum gerere. *Tacitus infrà:* Id fortasse cordi diis, & diuino ministerio Principem electum. *Nec quidquam hîc scrupi aut nodi. Rhenanus tamen ait in Budensi,* τὸ cordi, *non legi: ex quo ille iuratus emendat,* si vobis non fuit. *id est, licuit, inquit, more Græco. Benè Beate manibus tuis sit. nam periuria hæc litteratorum, pariter ac amantium, vt spero, venti auferunt.*

97. CIVILIS, BARBARO VOTO.] *Patrium & solenne Germanis hoc votum. Tacitus de moribus eius gentis:* Aliis Germanorum populis vsurpatum, rarâ & priuatâ cuiusque audentiâ, apud Cattos in consensum vertit, crinem barbamque summittere, nec nisi hoste cæso exuere votiuum obligatumque virtuti oris habitum. *Mansit inferiore æuo. & lego apud Diaconum* III. *de Gestis Longobard. cap.* III. Sex millia Saxonum, quæ bello super-

A depoſuit. & ferebatur paruulo filio, quoſdam captiuorum, ſagittis iaculiſque puerilibus figendos, obtuliſſe. Ceterùm neque ſe, neque quemquam Batauum, in verba Galliarum adegit: fiſus Germanorum opibus, &, ſi certandum aduerſus Gallos de poſſeſſione rerum foret, inclytus famâ, & potior. Mumius Lupercus legatus legionis, inter dona miſſus Velledæ. Ea virgo nationis Bructeræ, latè imperitabat: vetere apud Germanos more, quo pleraſque feminarum fatidicas, & augeſcente ſuperſtitione arbitrentur deas. Tuncque Velledæ auctoritas adoleuit. nam proſperas Germanis res, & excidium legionum prædixerat. Sed Lupercus, in itinere interfectus. Pauci centurionum tribunorumque in Galliâ geniti, reſeruantur, pignus ſocietatis. Cohortium, alarum, legionum, hiberna, ſubuerſa crematàque: iis tantùm relictis, quæ Magontiaci, ac Vindoniſſæ ſita ſunt. Legio XIII. cum auxiliis ſimul deditis, à Noueſio in coloniam Treuerorum tranſgredi iubetur, præfinitâ die intra quam caſtris excederet. Medium omne tempus, per varias curas egêre. ignauiſſimus quiſque, cæſorum apud Vetera exemplo, pauentes; melior pars, rubore & infamiâ, quale illud iter, quis dux viæ, & omnia in arbitrio eorum, quos vitæ neciſque dominos feciſſent. Alij, nullâ dedecoris curâ, pecuniam, aut cariſſima ſibimetipſi circumdare: quidam expedire arma, teliſque tamquam in aciem accingi. [98] Hæc meditantibus, aduênit proficiſcendi hora, exſpectatione triſtior. Quippe intra vallum, deformitas haut perinde notabilis: detexit ignominiam campus, & dies. Reuulſæ imperatorum imagines, [99] innexa ſigna, fulgentibus hinc inde Gallorum vexillis, ſilens agmen, & velut longæ exſequiæ. Dux Claudius Sanctus effoſſo oculo, dirus ore, ingenio debilior. Duplicatur flagitium, poſtquam, deſertis Bonnenſibus caſtris, altera ſe legio miſcuerat. Et vulgatâ captarum legionum famâ, cuncti qui paullò antè Romanorum nomen horrebant, procurrentes ex agris tectiſque, & vndique effuſi, inſolito ſpectaculo nimium fruebantur. Non tulit ala Picentina gaudium inſultantis vulgi. ſpretiſque Sancti promiſſis, aut minis, Magontiacum abeunt: ac fortè obuio interfectore Voculæ Longino, coniectis in eum telis, initium exſoluendæ in poſterum

B C culpæ fecere. Legiones nihil mutato itinere, ante mœnia Treuerorum conſidunt. Ciuilis & Claſſicus rebus ſecundis ſublati, an Coloniam Agrippinenſem diripiendam exercitibus ſuis permitterent, dubitauere. Sæuitiâ * ingenitâ & cupidine prædæ, ad excidium ciuitatis trahebantur. obſtabat ratio belli, & nouum imperium inchoantibus vtilis clementiæ fama. Ciuilem etiam beneficij memoria flexit; quòd filium eius primo rerum motu in Coloniâ Agrippinenſi deprehenſum, honoratè cuſtodierant. Sed Tranſrhenanis gentibus inuiſa ciuitas, opulentiâ auctuque. Neque alium finem belli rebantur, quàm ſi promiſcua ea ſedes omnibus Germanis foret: aut diſiecta, Vbios quoque diſperſiſſet. Igitur Tencteri, Rheno diſcreta gens, miſſis legatis, mandata apud concilium Agrippinenſium edi iubent. quæ, ferociſſimus è legatis, in hunc modum protulit:

Sæuitia eius.

Vell. de virginis auctoritas.

Castra Romana euerſa.

Cap. 62.

Legio qua Noueſij, exit:

Rediſſe vos in corpus nomenque Germaniæ, communibus deis, ſed præcipuo deorum Marti grates agimus: vobisque gratulamur, quòd tandem liberi inter liberos eritis. Nam ad hunc diem, flumina ac terras, & cælum quodammodo ipſum, clauſerant Romani: vt colloquia congreſſusque noſtros arcerent: vel, quod contumelioſius eſt viris ad arma natis, inermes ac propè nudi, ſub cuſtode & pretio coiremus. Sed vt amicitia ſocietasque noſtra in æternum rata ſint: poſtulamus à vobis, muros coloniæ, munimenta ſeruitij, detrahatis. etiam fera animalia, ſi clauſa teneas, virtutis obliuiſcuntur. Romanos omnes, in finibus veſtris, trucidetis. haut facilè libertas, & domini miſcentur. Bona interfectorum, in medium cedant: ne quis occulere quidquam, aut ſegregare cauſſam

D

Turpi & triſti agmine.

Claudius Sanctus ducit.

Illuditur à vulgo. Ala vna abit, & ſe vindicat.

Cap. 63.

Agrippinenſis Colonia in ancipiti.

* *Ex Vat. ſcribo, ingenij*

Sed fatum eam ſeruat: Germanis valdè inuitis.

Cap. 64.

E quis Tencteri Vbios adeunt. Horr. dè affatur.

ſuperfuerant, deuouerunt ſe neque barbam neque capillos raſuros, niſi ſe de Sueuis hoſtibus vlciſcerentur. *Pulchrè igitur & decorè Silius Sarmenti Gallo hoc affingit* IV. *Punic.*

Occumbit Sarmens, flauam qui ponere victor
Cæſariem crinemque tibi Gradiue vouebat.

Quin & Romani vſurparunt interdum, vt Iulius Cæſar. de quo Suetonius, cap. LXVII. Diligebat quoque milites vſque adeò, vt auditâ clade Tituriânâ, barbam capillumque ſubmiſerit, nec antè dempſerit, quàm vindicaſſet.

98. HÆC MEDITANTIBVS.] *Quis neget à Liuiano exemplari eſſe? qui in deditione illâ turpi ad Furculas:* Hæc frementibus, *inquit*, hora fatalis ignominiæ aduênit, omnia triſtiora experiundo factura.

99. INNEXA SIGNA.] *Budenſis codex*, in hora ſigna. *Roman.* in ora. *Diuinabam olim*, inuerſa

cauſſam ſuam poſſit. Liceat nobis vobiſque vtramque ripam colere, vt olim maioribus noſtris. A
[100] *quomodo lucem noctemque omnibus hominibus, ita omnes terras fortibus viris natura aperuit.*
* Vulgò, vectigalibus, *Inſtituta cultumque patrium reſumite,* [101] *abruptis* voluptatibus quibus Romani plus aduerſus ſubiectos, quàm armis valent. ſincerus & integer, & ſeruitutis oblitus populus, aut ex æquo agetis, aut aliis imperitabitis.* Agrippinenſes, ſumto conſultandi ſpatio, quando neque ſubire conditiones metus futuri, neque palàm aſpernari conditio præſens ſinebat, in hunc
Cap. 65.
Vbij ambiguè & callidè reſpondent. modum reſpondent: *Quæ prima libertatis facultas data eſt, auidiùs quàm cautiùs ſumſimus, vt vobis ceterisque Germanis conſanguineis noſtris iungeremur. Muros ciuitatis, congregantibus ſe cùm maximè Romanorum exercitibus, augere nobis, quàm diruere tutius eſt. Si qui ex Italiâ aut prouinciis alienigenæ in finibus noſtris fuerant, eos bellum abſumſit: vel in ſuas quiſque ſedes refugêre.* [102] *Eductis olim, & nobiſcum per connubium ſociatis, quique mox prouenêre, hæc patria eſt. Nec vos adeò iniquos exiſtimamus, vt interfici à nobis parentes, fratres, liberos noſtros velitis. Vectigal & onera commerciorum, reſoluimus. Sint tranſitus incuſtoditi, ſed diurni & inermes: donec noua & recentia iura,* [103] *in vetuſtatem conſuetudine vertantur. Arbitrum habebimus Ciuilem & Velledam, apud quos pacta ſancientur.* Sic lenitis Tencteris, legati ad Ciuilem & Velledam miſſi cum donis, cuncta ex voluntate Agrippinenſium perpetrauere. Sed coràm
Velleda auctoritas: Eiuſq; faſtidium. Cap. 66. adire, alloquique Velledam, negatum. Arcebantur aſpectu, quò venerationis plus ineſſet.
[104] Ipſa editâ in turre. dilectus è propinquis, conſulta reſponſaque, vt internuntius numinis, portabat. Ciuilis ſocietate Agrippinenſium auctus, proximas ciuitates affectare, aut aduerſantibus bellum inferre ſtatuit. Occupatiſque Sunicis, & iuuentute eorum per cohortes compoſitâ: quominùs vltrà pergeret, Claudius Labeo Bethaſiorum Tungrorumque
Labeo opponit ſe Ciuili. & Neruiorum tumultuariâ manu reſtitit. fretus loco, quia pontem Moſæ fluminis anteceperat. Pugnabaturque in anguſtiis ambiguè, donec Germani tranantes, terga Labeonis
Sed vincitur. inuaſere. Simul Ciuilis, auſus, an ex compoſito, intulit ſe agmini Tungrorum, & clarâ voce, *Non ideò*, inquit, *bellum ſumſimus, vt Batani & Treueri gentibus imperent. Procul hæc à nobis arrogantia, accipite ſocietatem. tranſgredior ad vos,* [105] *ſeu me ducem, ſeu militem mauultis.* Mouebatur vulgus, condebantque gladios, cùm Campanus, ac Iuuenalis, ex primo- C
Tungri deduntur, Bethaſij, & Neruij. Cap. 67. ribus Tungrorum, vniuerſam ei gentem dedidêre. Labeo, antequam circumueniretur, profûgit. Ciuilis Bethaſios quoque ac Neruios in fidem acceptos, copiis ſuis adiunxit: ingens rerum, perculſis ciuitatum animis, vel ſpontè inclinantibus. Interea [106] Iulius Sabinus,

ſigna. *quod ignominiæ fuit, & victos ſe fatentium. Spartianus in Seuero:* In palatium eodem habitu perrexit, prælatis ſignis quæ prætorianis ademerat, ſupinis non erectis. *Idem vſurpatum in dolore. Tacitus* III. *Annal.* Præcedebant incompta ſigna, verſi faſces. *Pedo Albinouanus ad Liuiam:*

Quos primùm vidi faſces, in funere vidi,
Sed vidi verſos indiciumque mali.

At nunc putem commodiùs legi, inhonora ſigna. *id eſt, ſqualida, non vncta, non nitidata: quæ opponit* fulgentibus Gallorum vexillis: *aut potiùs retineri illud* innexa, *cum explicatione*, Signa innexa, *id eſt, ſine nexu, & nuda fuiſſe. Nam ſolent imagines Principum, clypei, etiam coronæ, & talia innecti.*

100. QVOMODO LVCEM NOCTEMQVE.] *Perſpicuè, rectum. atque ita in Vatic. Vulgò*, lucem diemque, *quaſi ea differant.*

101. ABRVPTIS VOLVPTATIBVS, QVIBVS.] *Ambigua lectio. Quam poſui, libri firmant, nec ratio impugnat. Verè enim inter Romanas artes fuit, ad homines in imperio retinendos, mollire vires eorum, & per delicias amœnaſq; voluptates frangere. Tacitus in Agricolâ:* Sequens hiems ſaluberrimis conſiliis abſumpta, vt homines diſperſi ac rudes, eoque bello faciles, quieti & otio per voluptates aſſueſcerent. *Et paullò pòſt:* Paulatimque diſceſſum ad delinimenta vitiorum, porticus, & balnea, & conuiuiorum elegantiam. idque apud imperitos humanitas vocabatur, cùm pars ſeruitutis eſſet. *At veteres tamen editiones*, abruptis vectigalibus. *quod ſtabiliri prorſus reſponſo Vbiorum videtur, ad hanc orationis partem:* Vectigal & onera commerciorum reſoluimus.

102. EDVCTIS OLIM.] *Scribe*, deductis olim. *colonos veteres intellegit.*

103. IN VETVSTATEM CONSVETVDINE.] *Aptius & concinnius viſum, quàm illud tritum*, vetuſtatem & conſuetudinem. *Quod autem poſui, in* D
Farneſiano eſt.

104. IPSA EDITA IN TVRRE.] *Romana edit. & Rodolphus:* ipſa adyta intrare, dilectus è prop. *Quam lectionem haud temerè ſpernendum. Vt de fatidico numine quopiam loquitur: cui rei apta hæc Adytorum vox. Vulgata nihilo ſeciùs valde probo.*

105. SEV ME DVCEM.] *Inſidioſâ modeſtiâ dictum: vt à Salluſtij Catilinâ:* Vel imperatore, vel milite me vtimini.

106. IVLIVS SABINVS.] *Alius ab iſto, qui Senecæ patri nominatur lib.* IX. *Controu.* IV. *in quo corruptè legas*, Et ab Iulio, & à Sabino. *Scio iunctim fuiſſe*, ab Iulio Sabino. *qui Gallis præfuit ſub Caio: patérne huius? Dionem vide, lib. vltimo.*

107. PRO-

A Sabinus, [107] proiectis fœderis Romani monumentis, Cæsarem se salutari iubet: magnamque & inconditam popularium turbam in Sequanos rapit, conterminam ciuitatem & nobis fidam. Nec Sequani detractauêre certamen. Fortuna melioribus affuit. [108] Fusi Lingones. Sabinus festinatum temerè prœlium, pari formidine deseruit. Vtque famam exitij sui faceret, villam in quam perfugerat, cremauit. illîc voluntaria morte interiisse creditus. Sed quibus artibus latebrisque, vitam per nouem mox annos traduxerit, simul amicorum eius constantiam, & [109] insigne [110] Epponinæ vxoris exemplum, suo loco reddemus. Sequanorum prosperâ acie, belli impetus stetit. Resipiscere paullatim ciuitates, fasque & fœdera respicere, principibus Remis: qui per Gallias edixere, vt missis legatis in commune consultarent, libertas an pax placeret. At Romæ cuncta in deterius audita Mucianum angebant. [111] Nequaquam egregij duces, iam enim Gallum Annium & [112] Petilium Cerialem dilegerat, summam belli parum tolerare. Nec relinquenda vrbs, sine rectore. & Domitiani indomitæ libidines timebantur: suspectis, vti diximus, Primo Antonio, Varroque Arrio. Varus prætorianis præpositus, B vim atque arma retinebat. Eum Mucianus pulsum loco, ne sine solatio ageret, annonæ præfecit. Vtque Domitiani animum, Varo haut alienum, deliniret: Arretinum Clementem, domui Vespasiani per affinitatem innexum, & gratissimum Domitiano, prætorianis præposuit, patrem eius sub Caio Cæsare egregiè functum eâ curâ dictitans. Lætum militibus idem nomen. atque ipsum [113] quamquam senatorij ordinis ad vtraque munia sufficere. Assumuntur è ciuitate clarissimus quisque; & alij per ambitionem. Simul Domitianus Mucianusque accingebantur; dispari animo. ille, spe ac iuuentâ properus; hic, moras nectens, quîs flagrantem retineret, ne ferociâ ætatis, & prauis impulsoribus si exercitum inuasisset, paci belloque malè consuleret. Legiones victrices, VI. & XVIII. Vitellianarum vnaetvicesima, è recèns conscriptis secunda, Peninis Coctianisque alpibus, pars monte Graio, traducuntur: quartadecima legio è Britanniâ, [114] tertia ac prima ex Hispaniâ accitæ. Igitur venientis exercitus famâ, & suopte ingenio ad mitiora inclinantes Galliarum ciuitates, in Remos conuenere. Treuerorum le-

Sabini vanitas, qui Cæsarem se facit. Sequanos inuadit:

Fugit, latet.

Concilium Galliarum super summâ rei. Cap. 68.

Varo præfectura Prat. adempta:

Clementi data.

Domitianus vnà cum Muciano ad bellum expediunt.

Legiones contrahunt.

Remis deliberant Galli.

C gatio

107. PROIECTIS FOEDERIS ROMANI.] *Aut nihil, aut nimis, in hoc loco video. Quale istud est, proiicere monumenta fœderis? pingue & insulsum. Aliorsum emendatione traxerim:* prolectus Romani generis monumentis. *Sabinus, inquit, inuitatus & inductus stirpis suæ origine, Cæsarem se appellat. Quid mirum? ecce suprà scriptum:* Sabinus falsæ stirpis gloriâ incendebatur. Proauiam suam, * D. Iulio per Gallias bellanti, corpore & adulterio placuisse. *Possis eodem sensu:* prolatis R. generis.

108. FVSI LINGONES.] *Tangit hoc bellum, quod in Iohanne Sarisberiense legitur lib.* V. *cap.* VII. Auspiciis Imperatoriis Cæsaris Domitiani Germanico bello, quod Iulius Ciuilis in Galliâ mouerat, D Lingonum opulentissima ciuitas quæ ad Ciuilem desciuerat, cùm aduenientem ab exercitu Cæsaris populationem timeret, quod præter spem inuiolata nihil ex rebus suis amiserat, ad obsequium redacta, septuaginta millia armatorum tradidit ei. *Quæ totidem verbis apud Frontinum libro* IV. *Stratagematôn.*

109. INSIGNE EPPONINÆ.] *Verè insigne & rarum, plenúmque fidei in sexu infido. Non est in libris qui exstant. Seruauit enim Tacitus in vltimum Vespasiani annum, cùm & Iulius hic Sabinus (qui gloriabatur à Cæsare genus ducere) & ista ipsa Epponina interfecti. Tota historia dignissima lectu, apud Plutarchum diffusè est in Erotico extremo. Aliquid & Dionis compendium, in Vespasiano.*

110. EPPONINÆ.] *At Plutarchus* Emponam *scribit, & id nomen Gallis Heroinam signare addit:* ἦν δὲ γυναῖκα, *inquit,* πασῶν ἀρίστῳ ἀνδρὶ συνοῦσαν Ἐμπονίῳ ἐπάλξει, ἑλλιπεῖ δὲ ἄν τις ἡρωΐδα προσαγορεύσειεν.

111. NEQVAQVAM EGREGII.] *Mercero accedo:* ne, quanquam egregij duces (iam enim Gallum Annium & Petilium Cerialem dilegerat) summam belli parum tolerarent.

112. PETILIVM CERIALEM DILEGERAT.] *Imò ex Iosepho, propriè non dilegerat ipse, aut Vespasianus: sed casu & bonâ sorte, Petilius Consul creatus à Vespasiano, in Britanniam missus erat. Illi verò auditâ hac rebellione, opportunè superuênit, & hostes vicit. vide Iosephi. lib.* VII. *cap.* XXIII.

113. QVAMQVAM SENATORII ORDINIS.] *Suetonium igitur culpæ quis purgat, scribentem Titum primum è Senatoriis prætorio præfectum? In Tito, cap.* VI. Præfecturam quoque Prætorij suscepit, numquam ad id tempus nisi ab equite Romano administratam. *Occultè adsentitur Plinius Præfatione operis:* Dum illud patri pariter & equestri ordini præstas, Præfectus prætorio eius. *Tamen noster palàm adfirmat Clementem hunc Arretinum, & Præfectum & Senatorem fuisse. Adde quæ notaui ad lib.* IV. *suprà.*

114. TERTIA AC PRIMA.] *Sauillus legit:* Sexta ac Decima. *Nam suprà sic in Hispaniâ collocauit. Tamen & Tertia ibi fuit, & diuturna: nec aliam caussam arbitror, cur Hispani hodieq; legiones suas* Tertios *appellent.*

* *Notat & Dio idem, in Vespasiano.*

115. PER

Tullius in arma eos trahit.

gatio illîc opperiebatur, accerrimo inſtinctore belli Tullio Valentino. Is meditatâ ora- A
tione, cuncta magnis imperiis obiectari ſolita, contumeliaſque & inuidiam in popu-
lum Romanum effudit: turbidus miſcendis ſeditionibus; & pleriſque gratus vecordi
facundiâ. At Iulius Auſpex è primoribus Remorum, vim Romanam, paciſque bona
diſſertans, & ſumi bellum etiam ab ignauis, ſtrenuiſſimi cuiuſque periculo geri, iamque
ſuper caput legiones: ſapientiſſimum quemque reuerentiâ fideque, iuniores periculo ac
metu continuit. Et Valentini animum laudabant, conſilium Auſpicis ſequebantur.
Conſtat obſtitiſſe Treueris Lingonibuſque apud Gallias, quòd Vindicis motu cum
Verginio ſteterant. Deterruit pleroſque prouinciarum æmulatio. *quod bello caput? vnde*
ius auſpiciumque peteretur? quam, ſi cuncta proueniſſent, ſedem imperio legerent? Nondum
victoria, iam diſcordia erat: aliis fœdera, quibuſdam opes vireſque, aut vetuſtatem ori-
ginis, [115] per iurgia iactantibus. Tædio futurorum, præſentia placuere. Scribuntur ad
Treueros epiſtolæ, nomine Galliarum, vt abſtinerent armis, impetrabili veniâ, & para-
tis deprecatoribus ſi pœniteret. Reſtitit idem Valentinus, obſtruxitque ciuitatis ſuæ B
aures, haut perinde inſtruendo bello intentus, quàm frequens concionibus. Igitur non
Treueri neque Lingones, ceteræve rebellium ciuitates, pro magnitudine ſuſcepti diſcri-
minis agere. Ne duces quidem, in vnum conſulere. Sed Ciuilis, auia Belgarum circum-
ibat: dum Claudium Labeonem capere, aut exturbare nititur. Claſſicus, ſegne plerum-
que otium trahens, velut parto imperio fruebatur. Ne Tutor quidem maturauit ſupe-
riorem Germaniæ ripam, & ardua alpium [116] præſidiis claudere. Atque interim vnaet-
viceſima legio Vindoniſsâ, Sextilius Felix cum auxiliariis cohortibus per Rhætiam, ir-
rupêre. Acceſſit ala Singularium, excîta olim à Vitellio, deinde in partes Veſpaſiani
tranſgreſſa. Præerat Iulius Brigantieus, ſorore Ciuilis genitus, vt fermè [117] acerrima pro-
ximorum odia ſunt, inuiſus auunculo infenſuſque. Tutor, Treuerorum copias, recenti
Vangionum, Caracatium, Tribocorum lectu auctas, veterano pedite atque equite fir-
mauit, corruptis ſpe, aut metu ſubactis legionariis. qui primò cohortem præmiſſam à
Sextilio Felice, interficiunt. mox vbi duces exercituſque Romani propinquabant, ho-
neſto transfugio rediere: ſecutis Tribocis, Vangionibuſque & Caracatibus. Tutor, Tre- C
ueris comitantibus, vitato Magontiaco Bingium conceſſit, fidens loco, quia pontem
Nauæ fluminis abruperat. ſed incurſu cohortium quas Sextilius ducebat, & reperto va-
do, proditus fuſuſque. Eâ clade, perculſi Treueri. & plebes omiſſis armis, per agros pa-
latur. quidam principum, vt primi poſuiſſe bellum viderentur, in ciuitates, quæ ſocie-
tatem Romanam non exuerant, perfugerunt. Legiones à Noueſio Bonnaque in Treue-
ros, vt ſuprà memorauimus, traductæ, ſe ipſas in verba Veſpaſiani adigunt. Hæc Valen-
tino abſente geſta. qui vbi aduentabat, furens, cunctaque rurſus in turbas & exitium
conuerſurus: legiones in Mediomatricos, ſociam ciuitatem, abſceſſere. Valentinus ac
Tutor, in arma Treueros retrahunt: occiſis Herennio ac Numiſio legatis, quo minore
ſpe veniæ creſceret vinculum ſceleris. Hic belli ſtatus erat, cùm Petilius Cerialis Magon-
tiacum venit. eius aduentu, erectæ ſpes. Ipſe pugnæ auidus, & contemnendis quàm ca-
uendis hoſtibus melior, ferociâ verborum militem incendebat. vbi primùm congredi
licuiſſet, nullam prœlio moram facturus. Dilectus per Galliam habitos, in ciuitates re- D
mittit, ac nuntiare iubet ſufficere imperio legiones. ſocij ad munia pacis redirent, ſecuri
velut confecto bello, quod Romanæ manus excepiſſent. Auxit ea res Gallorum obſe-
quium. nam receptâ iuuentute, faciliùs tributa tolerauêre, proniores ad officia quòd
ſpernebantur. At Ciuilis & Claſſicus, vbi pulſum Tutorem, cæſos Treueros, cuncta ho-
ſtibus

Romani vndique irrumpunt.

Iulius Briganticus pro iis.

Legionarij Treueros deſerunt: Aliiq; plures.

Tutor victus.

Perculſi Treueri.

Tamen iterùm animos & arma recipiunt.

Cap. 71. *Cerialis ingenium.*

Ciuilis & Claſſicus accelerant.

Cap. 69. *Iulius retinet.*

Vide, per deum, quæ in plurium imperio eueniant.

Galli Romanum iugum præferunt.

Cap. 70. *Intereà hoſtes ſegniter agunt.*

115. PER IVRGIA IACTANTIBVS.] *Sumpſi lectionem à P. Manutio: qui amicè mihi in pomeridiano ſermone contribuit. Nam vulgò eſt*, periuriaque iactantibus. *in manuſſ.* periuria iactantibus. *quod Manutianam coniecturam firmat. Romano tamen libro eſt*, pro iure iactantibus. *quod reiicere, iniurium ſanè ſit.*

116. PRÆSIDIIS CLAVDERE.] *Rom.* Præſidiis capere. *quod recipio.*

117. ACERRIMA PROXIMORVM ODIA.] *Exſequitur Ariſtoteles*, VII. *Politic. cap.* VII. *& cauſſam donat: vide. Sed breuiter, pro noſtrâ re: Prouerbio iactatum ait*, Χαλεποὶ πόλεμοι ἀδελφῶν. καὶ, Οἵ τι πέρα ϛέρξαντες, οἰδὲ καὶ πέρα μισῆσι: Grauia fratrum bella. &, Qui nimis amant, nimis oderunt.

118. RI-

A ſtibus proſpera accepêre: trepidi ac properantes, dum diſperſas ſuorum copias conducunt, crebris interim nuntiis Valentinum monuêre, ne ſummæ rei periculum faceret. Eo rapidiùs Cerialis, miſſis in Mediomatricos, qui breuiore itinere legiones in hoſtem verterent, contracto quod erat militum Magontiaci, quantumque ſecum transuexerat, tertiis caſtris [118] Rigodulum venit. quem locum, magnâ Treuerorum manu, Valentinus inſederat, montibus aut Moſellâ amne ſeptum. & addiderat foſſas, obiceſque ſaxorum. Nec deterruêre ea munimenta Romanum ducem, quo minus peditem perrumpere iuberet; equitum aciem, in collem erigeret; ſpreto hoſte, quem temerè collectum, haut ita loco iuuari, vt non plus ſuis in virtute foret. Paulum moræ in aſcenſu, dum miſſilia hoſtium præuehuntur. Vt ventum * ad manus; deturbati, ruinæ modo, præcipitantur. Et pars equitum, æquioribus iugis circumuecta, nobiliſſimos Belgarum, in quîs ducem Valentinum, cepit. Cerialis, poſtero die, coloniam Treuerorum ingreſſus eſt, auido milite eruendæ ciuitatis. *Hanc eſſe Claſſici, hanc Tutoris patriam. horum ſcelere, clauſas cæſasque*

B *legiones. Quid tantum Cremonam meruiſſe, quam è gremio Italiæ raptam, quia vnius noctis moram victoribus attulerit? Stare in confinio Germaniæ integram ſedem, ſpoliis exercituum & ducum cædibus ouantem. Redigeret prædam in fiſcum: ipſis ſufficere ignes, & rebellis coloniæ ruinas, quibus tot caſtrorum excidia penſarentur.* [119] Cerialis metu infamiæ, ſi licentiâ ſæditiaque imbuere militem crederetur, preſſit iras. & paruere, poſito ciuili bello ad externa modeſtiores. Conuertit inde animos, accitarum è Mediomatricis legionum miſerabilis aſpectus. Stabant conſcientiâ flagitij mæſtæ, fixis in terram oculis. Nulla inter coëuntes exercitus conſalutatio. neque ſolantibus hortantibúſve reſponſa dabant, abditi per tentoria, & lucem ipſam vitantes. nec perinde periculum aut metus, quàm pudor ac dedecus obſtupefecerat: attonitis etiam victoribus, qui vocem preceſque adhibere non auſi, lacrymis ac ſilentio veniam poſcebant. donec Cerialis mulceret animos, fato acta dictitans, quæ militum ducúmve diſcordiâ, vel fraude hoſtium euenîſſent. Primum illum ſtipendiorum & ſacramenti diem haberent: priorum facinorum neque Imperatorem, neque ſe meminiſſe. Tunc recepti in eadem caſtra. & edictum per manipulos, ne quis in certamine iurgióve ſeditionem aut cladem commilitoni obiectaret. Mox

C Treueros ac Lingonas, ad concionem vocatos, ita alloquitur: *Neque ego vmquam facundiam exercui; & populi Romani virtutem armis affirmaui. Sed quia apud vos verba plurimum valent, bonaque ac mala non ſuâ naturâ, ſed vocibus ſeditioſorum æſtimantur: ſtatui pauca diſſerere, quæ profligato bello, vtilius ſit vobis audiſſe, quàm nobis dixiſſe. Terram veſtram, ceterorumque Gallorum, ingreſſi ſunt duces Imperatoresque Romani, nullâ cupidine, ſed maioribus veſtris inuocantibus, quos diſcordiæ vſque ad exitium fatigabant. & accîti auxilio Germani, ſociis pariter atque hoſtibus ſeruitutem impoſuerant. Quot prœliis aduerſus Cimbros Teutonosque, quantis exercituum noſtrorum laboribus, quóve euentu Germanica bella tractauerimus, ſatis * clarum. Nec ideò Rhenum inſedimus, vt Italiam tueremur: ſed ne quis alius Arioviſtus, regno Galliarum potiretur. An vos cariores Ciuili Batauisque & Tranſrhenanis gentibus creditis, quàm maioribus eorum patres auique veſtri fuerunt? Eadem ſemper cauſſa Germanis tranſcendendi in Gallias, libido atque auaritia, & mutandæ ſedis amor: vt relictis paludibus & ſolitudinibus ſuis, fecundiſſimum hoc ſolum, vosque ipſos poſſiderent. Ceterùm libertas & ſpecioſa nomina prætexun-*

D *tur. nec quiſquam alienum ſeruitium, & dominationem ſibi concupiuit, vt non eadem iſta vocabula vſurparet. Regna bellaque per Gallias ſemper fuere, donec in noſtrum ius concederetis. Nos, quamquam totiens laceſſiti, iure victoriæ id ſolum vobis addidimus, quo pacem tueremur. Nam neque quies gentium, ſine armis; neque arma, ſine ſtipendiis; neque ſtipendia, ſine tributis haberi queunt. Cetera in communi ſita ſunt. Ipſi plerumque legionibus noſtris præſidetis: ipſi has aliaſque prouincias regitis. Nihil ſeparatum, clauſúmve. Et* [120] *laudatorum Principum vſus ex æ-*

quo,

Sed præuenit Cerialis,

Valentinum inuadit:

* Flor. in Alios fugat: Ipſum capit. Cap. 72.

Treueris exitium imminebat.

Sed Cerialis diſcuſſit.

Legiones nuper dedita.

Veniam impetrant.

Cauetur eorum infamiæ.

Cap. 73. Cerialis, ita me deus, facunda & ſapiens oratio.

* Vat. claret.

Cap. 74.

118. RIGODVLVM VENIT.] *Vatic.* Ridogulum. *Hodie dimidiatum nomen tenet, aliquot milliaribus ſupra Confluentes, pagus* Rigol *dictus.*

119. CERIALIS METV INFAMIÆ.] *Vulgati*, Cerialis à metu. *Mihi vox aliqua excidiſſe videtur, & alternaſſe cauſſas, vt ſolet, Tacitus:* Cerialis emptus, an metu infamiæ. *ſive,* Cerialis clementiâ, an metu.

120. LAVDATORVM PRINCIPVM.] *Acuta gnome: quam non abeſt quin callidè abductam Salluſtio*

quo, quamuis procul à gentibus: sæui proximis ingruunt. [121] *quomodo sterilitatem, aut nimios imbres, & cetera naturæ mala; ita luxum, vel auaritiam dominantium tolerate. Vitia erunt, donec homines. sed neque hæc continua; & meliorum interuenta pensantur: nisi fortè Tutore & Classico regnantibus, moderatius imperium speratis: aut minoribus quàm nunc tributis, parabuntur exercitus, quibus Germani Britanniáque arceantur. Nam pulsis (quod dij prohibeant) Romanis,* [122] *quid aliud quàm bella omnium inter se gentium exsistent? Octingentorum annorum fortunâ disciplináque, compages hæc coaluit: quæ conuelli, sine exitio conuellentium, non potest. Sed vobis maximum discrimen, penes quos aurum & opes, præcipuæ bellorum caussæ. Proinde pacem & vrbem, quam victi victoresque eodem iure obtinemus, amate, colite. Moneant vos vtriusque fortunæ documenta, ne contumaciam cum pernicie, quàm obsequium cum securitate malitis.* A

Cap. 75. *Treueris ignotum.* Tali oratione grauiora metuenteis composuit, erexitque. Tenebantur victore exercitu Treueri; cùm Ciuilis & Classicus misêre epistolas ad Cerialem, quarum hæc sententia fuit. Vespasianum, quamquam * nuntios occultarent, excessisse vitâ. Vrbem atque Italiam, interno bello consumtam. Muciani & Domitiani, vana & sine viribus nomina. Si Cerialis imperium Galliarum velit, ipsos finibus ciuitatum suarum contentos: si prœlium mallet, ne id quidem abnuere. Ad ea Cerialis Ciuili & Classico nihil: eum qui attulerat ipsas epistolas, ad Domitianum misit. Hostes diuisis copiis aduenere vndique. Plerique culpabant Cerialem passim iungi, quos discretos intercipere licuisset. Romanus exercitus castra fossâ valloque circumdedit: quîs temerè anteà intutis consederat. Apud Germanos, diuersis sententiis certabatur. Ciuilis opperiendas Transrhenanorum gentes, *Quarum terrore fractæ Po. Ro vires obtererentur. Gallos quid aliud quàm prædam victoribus? & tamen quod roboris sit, Belgas, secum palàm, aut voto stare:* Tutor contatione crescere rem Romanam affirmabat, coëuntibus vndique exercitibus. *Transuectam à Britanniâ legionem: accitas ex Hispaniâ: aduentare ex Italiâ: nec subitum militem, sed veterem, expertemque belli. Nam Germanos, qui ab ipsis sperentur, non iuberi, non regi, sed cuncta ex libidine agere. Pecuniamque ac dona, quîs solis corrumpantur, maiora apud Ro- & neminem adeò in arma promtum, vt non idem pretium quietis quàm periculi malit. quòd si statim congrediantur, nullas esse Ceriali, nisi ex reliquiis Germanici exercitus, legiones, fœderibus Galliarum obstrictas. Idque ipsum, quòd inconditam nuper Valentini manum contra spem suam fuderint, alimentum illis ducique temeritatis. Ausuros rursus, venturosque in manus, non imperiti adolescentuli verba & conciones, quàm ferrum & arma meditantis, sed Ciuilis & Classici: quos vbi aspexerint, redituram in animos formidinem, fugam, famemque, ac totiens captis precariam vitam. neque Treueros aut Lingonas beneuolentiâ contineri: resumturos arma, vbi metus abscesserit.* Tutor maturat: Cap. 76. *Ille pugnam differri tensit.* B C

Et cum eo Classicus. Diremit consiliorum diuersitatem, approbatâ Tutoris sententiâ, Classicus. statimque exsequuntur. Media acies Vbiis Lingonibusque data, dextro cornu cohortes Batauorum, sinistro Bructeri Tencteriique. pars montibus, alij viam inter Mosellamque flumen, tam improuisi assiluêre, vt in cubiculo ac lectulo Cerialis (neque enim noctem in castris egerat) pugnari simul, vinciique suos audierit, increpans pauorem nuntiantium, donec vniuersa clades in oculis fuit. Perrupta legionum castra, fusi equites: Medius Mosellæ pons, qui vlteriora Coloniæ annectit, ab hostibus insessus. Cerialis turbidis rebus Cap. 77. *Romanos inuadunt improuisò.* *Panè fundunt.* D

lustio credam, in oratione Sullæ ad Bocchum: Tibi verò nulla amicitia opportunior nostrâ. primùm quòd procul absimus, in quo offensæ minimum, gratia par ac si propè adessemus.

121. QVOMODO STERILITATEM.] *Pulchrum documentum in mala publica, & ad ea fortiter sustinenda. Seneca præiuerat, De Constantiâ sapientis, cap.* IX. Omnia itaque sic patitur, vt hiemis rigorem, & intemperantiam cæli, vt feruores morbosque, & cetera fortè accidentia. *At Dio Cassius Ciceronem ita loqui facit, vbi Amnestiam suadet, post cædem Cæsaris:* Ὥστε τὰ μὲν γεγενημένα ταῦτα χαλάζης τέ τινος ἢ καταιγίδος τρόπον συμβεβηκέναι νομίσαντες, λήθῃ παραδότε: Itaque hæc præterita, grandinis aut nimbi modo eueniſse existimantes, obliuioni tradite. *Planè gemina sunt, & aut ab inuentione, aut imitatione.*

122. QVID ALIVD QVAM BELLA.] *Oraculum, cuius fidem proaui viderunt: & nos videmus, videbimúsque, quamdiu secta in tot dominos Europa non audiet vnius Aurigæ habenas. Plutarchus igitur verè,* Imperium Romanum, velut anchoram esse *scripsit* fluctuanti mundo. *Et nónne à Crispo suo hoc effatum sumpsit noster? sumpsit. Ille sic ad Cæsarem:* Quippe si morbo iam aut fato huic Imperio secus accidat: cui dubium est, quin per orbem terrarum vastitas, bella, cædes oriantur?

123. OBLI-

A bus intrepidus, & fugientes manu retrahens, intecto corpore promptus inter tela, felici temeritate, & fortissimi cuiusque accursu, reciperatum pontem lectâ manu firmauit. Mox in castra reuersus, palantes captarum apud Nouesium Bonnamque legionum manipulos, & rarum apud signa militem, ac propè circumuentas aquilas videt. Incensus irâ, *Non Flaccum*, inquit, *non Voculam deseritis. Nulla hîc proditio. neque aliud excusandum habeo, quàm quòd vos Gallici fœderis* [123] *oblitos prædixerim, memoriam Romani sacramenti tenere credidi. Annumerabor Numisiis & Herennijs, vt omnes legati vestri, aut militum manibus, aut hostium ceciderint.* [124] *Ite, nuntiate Vespasiano, vel, quod propius est, Ciuili & Classico relictum à vobis in acie ducem. venient legiones, quæ neque me inultum, neque vos impunitos patiantur.* Vera erant. & à tribunis præfectisque eadem ingerebantur. Consistunt per cohortes, & manipulos. neque enim poterat patescere acies effuso hoste, & impedientibus tentoriis sarcinisque, cùm intra vallum pugnaretur. Tutor, & Classicus, & Ciuilis, suis quisque locis pugnam ciebant: Gallos pro libertate, Batauos pro gloriâ, Germanos ad prædam instigantes. Et cuncta pro hostibus erant. donec legio vicesimaprima, patentiore quàm ceteræ spatio conglobata, sustinuit ruentes; mox impulit. Nec sine ope diuinâ, mutatis repentè animis, terga victores vertêre. Ipsi territos se cohortium aspectu ferebant, quæ primo impetu disiectæ, summis rursus iugis congregabantur, ac speciem noui auxilij fecerant. Sed obstitit vincentibus prauum inter ipsos certamen, hoste omisso spolia consectandi. Cerialis, vt incuriâ propè rem afflixit, ita constantiâ restituit. Secutusque fortunam, castra hostium eodem die capit exscinditque. Nec in longum quies militi data. Orabant auxilium Agrippinenses; offerebantque vxorem ac sororem Ciuilis, & filiam Classici, relicta sibi pignora societatis. Atque interim dispersos in domibus Germanos trucidauerant. Vnde metus & iustæ preces inuocantium, antequam hostes reparatis viribus, ad spem, vel ad vltionem accingerentur. Namque & Ciuilis illuc intenderat, non inualidus, flagrantissimâ cohortium suarum [125] integrâ, & è Chaucis Frisiisque compositâ. [126] Tolbiaci, in finibus Agrippinensium, agebat. Sed tristis nuntius auertit, deletam cohortem dolo Agrippinensium: qui largis epulis vinoC que sopitos Germanos, clausis foribus, igne iniecto, cremauere. Simul Cerialis propero agmine subuênit. Circumsteterat Ciuilem & alius metus, ne quartadecima legio, adiunctâ Britannicâ classe, afflictaret Batauos, quà Oceano ambiuntur. Sed legionem, terrestri itinere, Fabius Priscus legatus in Neruios Tungrosque duxit. Eæque ciuitates in deditionem acceptæ. Classem vltrò Caninefates aggressi sunt. maiorque pars nauium depressa, aut capta. Et Neruiorum multitudinem spontè commotam, vt pro Romanis bellum capesseret, iidem Caninefates fudêre. Classicus quoque aduersus equites, Nouesium à Ceriale præmissos, secundum prœlium fecit. quæ modica, sed crebra damna, famam victoriæ nuper partæ lacerabant. Iisdem diebus, Mucianus Vitellij filium interfici iubet: mansuram discordiam obtendens, ni semina belli restinxisset. Neque Antonium Primum adsciri inter comites à Domitiano passus est: fauore militum anxius, & superbiâ viri, æqualium quoque adeò superiorum intolerantis. Profectus ad Vespasianum Antonius, vt non pro spe suâ excipitur, ita neque auerso Imperatoris animo. Trahebatur in diuersa. hinc, meritis Antonij, cuius ductu confectum haut dubiè belD lum erat: inde, Muciani epistolis. simul ceteri, vt infestum tumidumque insectabantur, adiun-

Cerialis mira constantia.

Milites increpat.

Cap. 78. *Iidem animum recipiunt.*

Mox fugant hostem:

Nimis prædæ intentum.

Cap. 79. *Vbij auxilium petunt.*

Cohortem Ciuilis dolo necant.

Classis Romana fusa. Itemq; Neruij, eorum socij.

Cap. 80.

Antonius Primus ad Vespasianum venit.

123. OBLITOS PRÆDIXERIM.] *Vocem*, prædixerim, *corruptam, aut superfluere vides. Rodolphus pro eâ legisse videtur*, oblitos, proximam memoriam. *In Florentino est*, temerè, *pro*, tenere. *Quo leui ductu, hæc concinno:* oblitos, rediisse in memoriâ R.S. temerè credidi. *Et collineaui, atque attigi.*

124. ITE, NVNTIATE VESPASIANO.] *Similis inuidiæ metum suis militibus iam fugientibus Sulla iniicit:* Siquis vos milites rogauerit, vbi Sullam Imperatorem vestrum reliqueritis, respondete, Apud Orchomenum pugnantem. *Atque ille hac increpatione rem labentem sustinuit. Plutarchus & Appianus.*

125. INTEGRA, ET E CHAVCIS.] *Romanus codex, & editiones aliæ:* integrâ manu, & è Chaucis. *Legam*, integrâ manente, è Chaucis. *Florentinus porrò*, integraque ex: *si plenè, facias cum Pichenâ*, integra, quæ.

126. TOLBIACI.] *Farnes.* Colbiaci: *In itinerario Antonini*, Tobiaci.

Cuius mores non ad aulam. Itaque vilescit.

adiunctis prioris vitæ criminibus. neque ipse deerat arrogantiâ vocare offensas, nimius A commemorandis quæ meruisset. Alios vt imbelles, Cæcinam vt captiuum ac deditium increpat. Vnde paulatim leuior viliorque haberi, manente tamen in speciem amicitiâ. Per eos menses, quibus Vespasianus Alexandriæ statos æstiuis flatibus dies, & certa maris, opperiebatur, multa miracula euenêre, quîs cælestis fauor & quædam in Vespasianum inclinatio numinum ostenderetur. Ex plebe Alexandrinâ quidam, oculorum tabe notus, genua eius aduoluitur, remedium cæcitatis exposcens gemitu, monitu Sarapis dei, quem dedita superstitionibus gens ante alios colit. precabaturque Principem, vt genas & oculorum orbes dignaretur respergere oris excremento. Alius manu æger, eodem deo auctore, vt pede ac vestigio Cæsaris calcaretur, orabat. Vespasianus primò irridere, aspernari: atque illis instantibus, modò famam vanitatis metuere, modò obsecratione ipsorum, & vocibus adulantium in spem induci. postremò æstimari à medicis iubet, an talis cæcitas ac debilitas, ope humanâ superabiles forent. Medici variè disserere. Huic non exesam vim luminis, & redituram si pellerentur B obstantia: illi elapsos in prauum artus, si salubris vis adhibeatur, posse integrari. Id fortasse cordi deis, & diuino ministerio Principem electum. denique patrati remedij gloriam, penes Cæsarem; irriti, ludibrium penes miseros fore. Igitur Vespasianus cuncta fortunæ suæ patêre ratus, nec quidquam vltrà incredibile, læto ipse vultu, erectâ quæ astabat multitudine, iussa exsequitur. Statim conuersa ad vsum manus, ac cæco reluxit dies. Vtrumque qui interfuere nunc quoque memorant, postquam [127] nullum

Miracula V. Spasiano edita. Cæcum sanat,

Mancum sanat.

Cap. 82. *Sarapidis templum adit Omen illic ei factum.*

mendacio pretium. Altior in Vespasiano cupido adeundi sacram sedem, vt super rebus imperij consuleret. Arceri templo cunctos iubet. atque ingressus, intentusque numini, respexit ponè tergum [128] è primoribus Ægyptiorum, nomine Basiliden: quem procul Alexandriâ plurium dierum itinere, & ægro corpore detineri haut ignorabat. Percontatur sacerdotes, num illo die Basilides templum iniisset? percontatur obuios, num in vrbe visus sit? denique missis equitibus explorat, illo temporis momento, octoginta millibus passuum abfuisse. Tunc diuinam speciem, & vim responsi ex nomine C

Cap. 83. *De Sarapide ipso excursio.*

Basilidis, interpretatus est. Origo dei nondum nostris auctoribus celebrata: Ægyptiorum antistites, sic memorant. Ptolemæo regi, qui Macedonum primus Ægypti opes firmauit, cùm Alexandriæ recens conditæ mœnia, templaque & religiones adderet, oblatum per quietem decore eximio & maiore quàm humana specie iuuenem, qui moneret, vt fidissimis amicorum in Pontum missis, effigiem suam acciret: lætum id regno, magnamque & inclutam sedem fore quæ excepisset. simul visum eumdem iuuenem in cælum igne plurimo attolli. Ptolemæus omine & miraculo excitus, sacerdotibus Ægyptiorum, quibus mos talia intelligere, nocturnos visus aperit. Atque illis Ponti & externorum parum gnaris, Timotheum Athenienſem è gente Eumolpidarum, quem vt antistitem cærimoniarum Eleusi exciuerat, quæ nam illa superstitio, quod numen interrogat. Timotheus, quæsitis qui in Pontum meassent, cognoscit vrbem illîc Sinopen, nec procul templum vetere inter accolas famâ Iouis Ditis. Namque & muliebrem effigiem assistere, quam plerique Proserpinam vocent. Sed Ptolemæus, vt sunt ingenia regum, pronus ad formidinem, vbi securitas rediit, voluptatum quàm re- D ligionum appetens, negligere paulatim, aliasque ad curas animum vertere: donec eadem species terribilior iam & instantior, exitium ipsi regnoque denuntiaret, ni iussa patrarentur. Tum legatos & dona Scydrothemidi regi (is tunc Sinopensibus imperitabat) expediri iubet, præcipitque nauigaturis, vt Pythium Apollinem adeant. Illis mare secundum. Sors oraculi haut ambigua. Irent, simulacrumque patris sui reuehe-

rent,

127. NVLLVM MENDACIO PRETIVM.] *Quis autem gratuitò mendax sit?*

——— cùm sint præmia falsi
Nulla, ratam debet testis habere fidem,

ait Ouidius.

128. E PRIMORIBVS ÆGYPTIORVM BASILIDEN.] *Firmat hoc valdè viri eximij coniecturam Lauini Torrentij, in Suetonij Vespasiano:* Basilides libertus obtulisse ei visus est. *Quomodo libertus, si sacerdos? si, quod hîc dicitur,* è primoribus Ægyptiorum? *Benè igitur ille magnus amicus noster,* Basilides obtulisse, *deletâ voce* libertus, *perperàm infarctâ.*

129. QVA

A rent, ſororis relinquerent. Vt Sinopen venêre, munera, preces, mandata regis ſui Scydro- Cap. 84.
themidi allegant. Qui diuerſus animi, modò numen paueſcere, modò minis aduerſantis populi terreri, ſæpè donis promiſſiſque legatorum flectebatur. Atque interim triennio exacto, Ptolemæus non ſtudium, non preces omittere. Dignitatem legatorum, numerum nauium, auri pondus, augebat. Tum minax facies Scydrothemidi offertur, ne deſtinata deo vltrà moraretur. Contantem varia pernicies, morbique & manifeſta cæleſtium ira; grauiorque indies fatigabat. Aduocatâ concione, iuſſa numinis, ſuos Ptolemæique viſus; ingruentia mala exponit. Vulgus aduerſari regem, inuidere Ægypto, ſibi metuere, templumque circumſidere. Maior hinc fama tradidit, deum ipſum appulſas litori nauis ſponte conſcendiſſe. Mirum inde dictu, tertio die tantum maris emenſi, Alexandriam appelluntur. Templum pro magnitudine vrbis exſtructum, loco cui nomen Rhacotis. fuerat illic ſacellum, Sarapidi atque Iſidi antiquitus ſacratum. Hæc de origine & aduectu dei, celeberrima. Nec ſum ignarus, eſſe quoſdam qui Seleuciâ vrbe Syriæ accitum, regnante Ptolemæo, quem tertia ætas tulit: alij auctorem eumdem Ptolemæum, ſedem
B ex quâ tranſierit, Memphim perhibent, inclytam olim, & veteris Ægypti columen. Deum ipſum multi Æſculapium, quòd medeatur ægris corporibus; quidam Oſirim, antiquiſſimum illis gentibus numen; plerique Iouem, vt rerum omnium potentem; plurimi Ditem patrem, inſignibus quæ in ipſo manifeſta, aut per ambages coniectant. At Domitia- Cap. 85.
nus Mucianuſque, antequam alpibus propinquarent, proſperos rerum in Treueris geſtarum nuntios accepere. Præcipua victoriæ fides, dux hoſtium Valentinus, nequaquam abiecto animo, quos ſpiritus geſſiſſet, vultu ferebat. Auditus ideò tantùm, vt noſceretur ingenium eius, damnatuſque. inter ipſum ſupplicium, exprobranti cuidam patriam eius captam, Accipere ſe ſolatium mortis reſpondit. Sed Mucianus quod diu occultauerat, vt recens expromſit. *Quoniam benignitate deûm fractæ vires hoſtium forent: parum decorè Domitianum, confecto propè bello, alienæ gloriæ interuenturum. Si ſtatus imperij, aut ſalus Galliarum, in diſcrimen verteretur, debuiſſe Cæſarem in acie ſtare. Caninefates Batauoſque minoribus ducibus delegandos. Ipſe Lugduni vim fortunamque principatus è proximo oſtentaret, nec paruis*
C *periculis immixtus, & maioribus non defuturus.* Intelligebantur artes. ſed pars obſequij in eo, ne deprehenderentur. Ita Lugdunum ventum. Vnde creditur Domitianus, occultis ad Cerialem nuntiis, fidem eius tentauiſſe, an præſenti ſibi exercitum imperiumque traditurus foret. [129] quâ cogitatione bellum aduerſus patrem cogitauerit, an opes vireſque aduerſus fratrem, in incerto fuit. Nam Cerialis, ſalubri temperamento eluſit, vt vana pueriliter cupientem. Domitianus ſperni à ſenioribus iuuentam ſuam cernens, modica quoque & vſurpata anteà munia imperij omittebat. Simul ſimplicitatis ac modeſtiæ imagine, in altitudinem conditus: ſtudiumque litterarum & [130] amorem carminum ſimulans, quò velaret animum, & fratris æmulationi ſubduceretur, cuius diſparem mitioremque naturam [131] contrà interpretabatur.

Domitianus victoriæ nuntium accipit.

Valentinus damnatus.

Mucianus Domitianum iuſtit.

Hic rei nâuas tentat.

Nec perperarat.

Otium & poëtam ſimulat.

129. QVA COGITATIONE BELLVM.] *Spernimus, vt ſpurcum, Cogitare cogitatione. Rom. cod.* quâ contagione. *ex quo verè emendo,* contatione. *Contari,*
D *velut conto explorare: & propriè noſter hîc vſus.*

130. AMOREM CARMINVM SIMVLANS.] *Simulans tantùm? ita. Suetonius:* Simulauit *(Domitianus hic iſte)* mirè modeſtiam, inprimiſque Poëticæ ſtudium, tam inuſitatum anteà ſibi quàm poſteà ſpretum & abiectum. *At ſcriptores eius aui campum hunc adulatorium egregiè exercent, & vatem faciunt ſupra vates. Omitto poëtas (more mentiri aliquid & extollere iis fas:) ecce noſtrum ſenem Fabium:* Hos nominauimus, quia Germanicum Auguſtum *(caue alium ab iſto intellegas)* ab inſtitutis ſtudiis deflexit cura terrarum: parumque diis viſum eſt, eſſe eum maximum poëtarum. Quid tamen iiſipſis operibus eius, in quæ donatus imperio iuuenis ſucceſſerat *(ſcribo,* ſeceſſerat) ſublimius, doctius, omnibus denique numeris præſtantius? *Ite Homere & Virgili, erepta vobis à Paride hoc palma. Plinius etiam Præfatione ad Titum:* Quantus in poëticâ es? ô magna fecunditas animi! quemadmodum fratrem quoque imitareris, excogitaſti. *Hæc turpia. atque vtinam tamen timeam, nequis hodie apud Principes ſic peccet?*

131. CONTRA INTERPRETABATVR.] *Scripti libri ſubtexunt,* neque vos impunitos patiantur. *Perperam. quia verba ſunt ex oratione Cerialis ſuprà repetita. Farneſianus adſcribit,* Deeſt hîc aliquantulum. *cui fidem habeo.*

C. CORNELII TACITI

AB EXCESSV NERONIS HISTORIAR. LIBER V.

BREVIARIVM LIBRI.

TITI *in Iudæos vrbemque ſacram expeditio. Eâ occaſione, de Gentis origine, moribus, religione, vrbiſque ipſius opere & ſitu, accuratiùs & vberiùs dictum. Germanici belli progreſſus. prælia aliquot inter Ciuilem & Cerialem. quæ denique pax (ita appâret ex fine admutilati libri) excepit.*

Cap. 1. *Titus in Iudæâ rem gerit.*

IVSDEM anni principio, Cæſar Titus perdomandæ Iudææ dilectus à patre, & [1] priuatis vtriuſque rebus militiâ clarus, maiore tum vi famaque agebat, certantibus prouinciarum & exercituum ſtudiis. atque ipſe, [2] vt ſuperior ſui iam crederetur, decôrum ſe promtumque in armis oſtendebat, comitate & alloquiis officia prouocans: ac plerumque in opere, in agmine, gregario militi mixtus, incorrupto ducis honore. Tres eum in Iudæâ legiones, quinta, & decima, & quintadecima, vetus Veſpaſiani miles, excepêre. Tradidit & Syria duodecimam, & adductos Alexandriâ duoetuiceſimanos tertianoſque. Comitabantur viginti ſociæ cohortes, octo equitum alæ: Simul Agrippa Sohemuſque reges, & auxilia regis Antiochi, validaque & ſolito inter accolas odio infenſa Iudæis Arabum manus. Multi, quos vrbe atque Italiâ ſua quemque ſpes acciuerat, occupandi Principem adhuc vacuum. His cum copiis fines hoſtium ingreſſus, compoſito agmine, cuncta explorans, paratuſque decernere, haut procul Hieroſolymis caſtra facit. Sed quia famoſæ vrbis ſupremum diem tradituri ſumus, congruens videtur primordia eius aperire. Iudæos Cretâ inſulâ profugos, nouiſſima Libyæ inſediſſe memorant, quâ tempeſtate Saturnus vi Iouis pulſus ceſſerit regnis. Argumentum è nomine petitur, Inclytum in Cretâ, Idam montem. accolas, Idæos, aucto in Barbarum cognomento, Iudæos vocitari [* quaſi Idæos.] quidam regnante Iſide, exundantem per Ægyptum multitudinem, ducibus Hieroſolymo ac Iudâ, proximas in terras exoneratam. Plerique Æthiopum prolem, quos rege Cepheo, metus atque odium mutare ſedes perpulerit. Sunt qui tradant, Aſſyrios conuenas, indigum agrorum populum, parte Ægypti

Quibus copiis?

Hieroſolyma adſidet.

Cap. 2. *De Iudæorum ortu: Varia & vana.*

* Gloſſema eſt: & abeſt à Vat.

NOTÆ.

1. PRIVATIS VTRIVSQVE.] *Probam lectionem cenſeam & ſententiam, abſque libris ſit: qui conſenſu omnes*, preliatis vtriuſque. *aut*, prelatis. *Ego quamquam intentus, nihil elicio.*

2. VT SVPERIOR SVI IAM.] *Hic quoque me locus diu torſit, per ſingulos apices & ductus ſcripturæ veteris euntem. Sed exclamare tandem cum Philoſopho poſſum,* ἔυρηκα. *Budenſis codex habuit*, Superior vnam crederetur. *Vatic.* ſuperiori vnam. *Ex quo, vix duabus litteris leuiter mutantibus, facio:* ipſe vt ſuper fortunam, *eleganti ſententiâ. Titus, inquit, iam tum priuatus clarus bello: nunc multò promptior, vt parem vel ſuperiorem ſe patiùs fortunâ hac Imperatoriâ oſtenderet. Rhenanus diuinabat:* vt ſuperiori viâ ingrederetur. *Farneſ. autem cod. & Rom. abeunt ab hoc ſcripto longiùs*, vt ſuperior omnibus crederetur.

3. CAR-

A Ægypti potitos, ac mox propriàs vrbes Hebræaſque terras, & propiora Syriæ coluiſſe. Clara alij Iudæorum initia: Solymos [3] carminibus Homeri celebratam gentem, conditæ vrbi Hieroſolymam nomen è ſuo feciſſe. Plurimi auctores conſentiunt, [4] ortâ per Cap.3. Ægyptum tabe, quæ corpora fœdaret, [5] regem Occhorim, adito Hammonis oraculo, remedium petentem, purgare regnum, & id genus hominum vt inuiſum deis, alias in terras auehere iuſſum. Sic conquiſitum collectumque vulgus, [6] poſtquam vaſtis locis relictum ſit; ceteris per lacrymas torpentibus, Moſen vnum exſulum monuiſſe, ne quam *Moſes.* deorum hominúmve opem exſpectarent, ab vtriſque deſerti, ſed ſibimet vt duci cæleſti crederent, [7] primo cuius auxilio credentes, præſentes miſerias pepuliſſent. Aſſensêre, atque omnium ignari fortuitum iter incipiunt. Sed níhil æquè, quàm inopia aquæ fatigabat. Iamque haut procul exitio, totis campis procubuerant: cùm grex aſinorum agreſtium, è paſtu in rupem nemore opacam conceſſit. Secutus Moſes, coniectura herbidi ſoli, largas aquarum venas aperit. Id leuamen. & continuum ſex dierum iter emenſi, *Aquæ inopia.*

B ſeptimo pulſis cultoribus, obtinuêre terras in quibus vrbs & templum dicata ſunt. Mo- Cap.4. ſes, quo ſibi in poſterum gentem firmaret, nouos ritus contrarioſque ceteris mortalibus indidit. Profana illic omnia, quæ apud nos ſacra. Rurſum conceſſa apud illos, quæ nobis inceſta. [8] Effigiem animalis, quo monſtrante errorem ſitimque depulerant, penetrali ſacrauere: cæſo ariete, velut in contumeliam Hammonis. Bos quoque immolatur, quem Ægyptij Apin colunt. Sue abſtinent, memoriâ cladis, quòd ipſos ſcabies quondam turpauerat, cui id animal obnoxium. Longam olim famem, crebris adhuc ieiuniis fatentur. Et raptarum frugum argumentum, panis Iudaicus nullo fermento detinetur. Septimo die, otium placuiſſe ferunt: quia is finem laborum tulerit. dein *Sabbathi quies.* blandiente inertiâ, ſeptimum quoque annum ignauiæ datum. Alij honorem eum Saturno haberi: ſeu principia religionis tradentibus Idæis, quos cum Saturno pulſos, & conditores gentis accepimus: ſeu quòd è ſeptem ſideribus, quîs mortales reguntur, altiſſimo orbe & præcipua potentiâ ſtella Saturni feratur: ac pleraque cæleſtium, vim ſuam & curſum ſeptimos [9] per numeros conficiant. Hi ritus quoquo modo inducti, an- Cap.5.

C tiquitate defenduntur. cetera inſtituta ſiniſtra, fœda, prauitate valuere. Nam peſſimus quiſque, ſpretis religionibus patriis, tributa & [10] ſtipes illuc congerebant. Vnde auctæ *Stipes in templum.* Iudæo-

Religio gentis. *Aſinus iis (falſum) ſacer.*

3. CARMINIBVS HOMERI.] *Locus Homeri notus: ſententia tantùm valdè ambigua inter natantes Scholiaſtas. Sunt qui deſignari Lycios aut finitimos quoſdam velint: quò Strabo, & Euſtathius, & Pindari interpres inclinant. ſunt qui Piſidas: quò Plinius & Stephanus. ſunt qui Iudæos: quod noſter hîc ſuggerit, & Tzetzes. Euſebius etiam Chærili Poëtæ teſtimonio, Hebræos Solymos olim dictos cenſet euinci. Nec Q. Calaber ſanè aliter apud Homerum accepit: ideoque* —— Σολύμων ἱερὸν σέλας *dixit: ſacri epitheto ſacram indicans gentem.*

D 4. ORTA PER ÆGYPTVM TABE.] *Vitiligînem appellat Iuſtinus, vti optimè reſtituit optimus & doctiſſimus Bongarſius.*

5. REGEM OCCHORIM.] *Ita libri vett. quos ſum ſecutus, non,* Bocchorim. *etſi vulgatæ huic ſcripturæ adſertor Iuſtinus venit* Λόγῳ θαμινεπικῷ. *Nam ait:* Τεταρτον δ' φασι νομοθέτλιν γεγενῆθαι Βόκχορίν τ' βασιλέα, σοφόν τινα καὶ πανεργίαν διαφέροντα. *Etiam Oroſius lib.* I. *qui locum hunc totum tranſcribens, Bocchorim tamen appellat. Sed & Plutarchus ita nominat, libello* περὶ δυσωπίας. *Itaque iure vacillo. Nam Clemens Strom.* I. *nimis diuerſus à nobis abit, qui Omoſim hunc, vel Amaſim appellat. At quod ad rem ipſam, falſa eſt, & refellunt libri ſacri. Tamen ſumpſit hæc à Lyſimacho, vti videre potes apud Ioſephum contrà Apionem, libro* I. *extremo. vbi item ſcriptum,* Bocchoris.

6. POSTQVAM VASTIS LOCIS.] *Mirum non addere eum quibus in locis. Ac ſanè ex Tertulliano legend. videatur,* vaſtis Arabiæ locis. *Is enim Apologetico narrat Cornelium Tacitum ſcripſiſſe in* V. *Hiſtoriar.* Iudæos Ægypto expeditos ſiue extorres in vaſtis Arabiæ locis aquarum egenos, *&c. Oroſio tamen non aliter lectum, quàm noſtri libri præferunt.*

7. PRIMO CVIVS AVXILIO.] *Citat etiam ita Oroſius. ambigo tamen & contor, an non vox,* credentes, *eiicienda ſit. Et iam video abeſſe in Othonis Friſingenſis lib.* I. *cap.* XVIII. *vbi hæc citat.*

8. EFFIGIEM ANIMALIS.] *Hoc de capite aſini magno conſenſu omnes veteres tradiderunt: ne tantoperè noſter culpetur, tamquam* mendaciorum pleniſſimus *ſcriptor. Et ſanè Strabo, Plutarchus, Democritus apud Suidam multo maiora deliria deliraruntcontra gentem & libros ſacros.*

9. PER NVMEROS CONFICIANT.] *Vera lectio, quam è Vatic. promſi referente:* per numeros coniciant. *ex quo ego* conficiant. *Aliter vulgati. De re autem ipſâ Dionem vide* XXXVII. *& in primis Alexandrinum Clementem Strom.* VI.

10. STIPES ILLVC CONGEREBANT.] *Cicero pro Flacco:* Cùm aurum, Iudæorum nomine,

Iudæorum res: & quia apud ipsos fides obstinata, misericordia in promtu, sed aduersus A
omnes alios hostile odium. Separati epulis, discreti cubilibus, proiectissima ad libidi-
Circumcisio. nem gens, alienarum concubitu abstinent. inter se nihil illicitum. Circumcidere genita-
lia instituere; vt diuersitate noscantur. Transgressi in morem eorum, idem vsurpant.
nec quidquam priùs imbuuntur, quàm contemnere deos, [11] exuere patriam: parentes,
Animorum æternitas. liberos, fratres, vilia habere. Augendæ tamen multitudini consulitur. Nam & [12] neca-
re quemquam ex agnatis, nefas: animasque prœlio aut suppliciis peremtorum, æter-
nas putant. Hinc generandi amor, & moriendi contemptus. Corpora condere, quàm
cremare, è more Ægyptio. Eademque cura, & de infernis persuasio. cælestium contrà.
Ægyptij pleraque animalia effigiesque composita venerantur. [13] Iudæi mente solâ, v-
Imaginum despretio. numque numen intelligunt. Profanos qui deûm imagines, mortalibus materiis, in spe-
cies hominum effingant. Summum illud & æternum, neque mutabile, neque interitu-
rum. Igitur nulla simulacra vrbibus suis, nedum templis sunt. Non regibus hæc adula-
tio, non Cæsaribus honor. Sed quia sacerdotes eorum tibiâ tympanisque concinebant, B
Quidam Liberum iis deum dant. hederâ vinciebantur, vitisque aurea templo reperta: Liberum patrem coli, domitorem
Orientis, quidam arbitrati sunt, nequaquam congruentibus institutis. quippe Liber fe-
Cap. 6. stos lætosque ritus posuit: Iudæorum mos absurdus sordidusque. Terra fineque, quà
Iudæa fines & situs. ad Orientem vergunt, Arabiâ terminantur: à Meridie, Ægyptus obiacet: ab Occasu,
Phœnices & mare: Septentrionem à latere Syriæ longè prospectant. Corpora homi-
Vbertas, & fruges. Balsamum. num salubria, & ferentia laborum. rari imbres, vber solum. [14] Exuberant fruges no-
strum ad morem. præterque eas, [15] Balsamum: & Palmæ. palmetis proceritas, & de-
cor. Balsamum, modica arbor. vt quisque ramus intumuit, si vim ferri [16] adhibeas, pa-
uent venæ: fragmine lapidis, aut testâ aperiuntur. humor in vsu medentium est. Præ-
cipuum

quotannis ex Italiâ & ex omnibus prouinciis Hierosolymam exportari soleret, Flaccus sanxit edicto, ne ex Asiâ exportari liceret. *Philo de Legatione ad Caium:* Καθ' ἕκαστον ἐνιαυτὸν ἱεροπομποὶ στέλλονται χρυσὸν καὶ ἄργυρον πλεῖστον νομίζοντες εἰς τὸ ἱερὸν, ὃ ἀθροισθέντα ἐκ τῶν ἀπαρχῶν. *Et paullò antè:* Ἡ-πίσατο (Τιβέριος) καὶ χρήματα συναγαγόντας ἀπὸ τῶν ἀπαρχῶν ἱερὰ, καὶ πέμψοντας εἰς Ἱεροσόλυμα διὰ τῆς τὰς θυσίας ἀναξόντων. *Sed & Iosephus notat*, immensam vim auri congestam in templum ab omni Asiâ & Europâ: *lib.* XIV. *Antiquit. cap.* XII. *Nos plura in* Magnitudine Hebraicâ.

11. EXVERE PATRIAM.] *Rom. cod.* exire.

**Malè enim, numen*

12. NECARE QVEMQVAM EX AGNATIS.] *Qui otiosè legerit, nihil offendet: fortasse is, qui intentè. Si enim de cæde capis tantùm, quid in eo noui? Sanè & Romanis & Barbaris plerisque necare consanguineos nefas. Sed alium ego hîc sensum odoror, & scribo:* necare quemquam ex gnatis. *Scimus Græcis Latinisq; in promiscuo vsu fuisse abiectiones infantum & expositiones, imò neces. Id aliter in Iudæorum moribus, & gentem inprimis suboli studuisse, adeò vt nulliusmodi partum necare fas, notat vt nouum noster. Itaque quia de liberis; iure addit* hinc generandi amor: *quoniam matres scilicet certæ, prolem tollendam. Simile prorsus, quod de Germanis in libello De moribus:* numerum liberorum finire, aut quemquam ex agnatis necare nefas habetur. *Nam & ibi scribo,* gnatis.

13. IVDÆI MENTE SOLA, VNVMQVE NVMEN INTELLIGVNT.] *Benè & verè hæc Tacitus. Ideoq; nec statuæ Iudæis, & ipsum templum sub dio & apertum. Dico, maius illud & Exterius templum: nam* Interius clausum, *vt mox dicet. Dio lib.* XXXVII. Οὐδ' ἄγαλμα ἐδὲν ἐν τοῖς Ἱεροσολύμοις ἔχον· ἄρρη-τον δὲ δὴ καὶ ἀειδῆ Θεὸν νομίζοντες εἶ, πεφυσότατα ἀνθρώπων θρησκεύσι. καὶ αὐτῷ νεών τε μέγιστον καὶ περικαλλέστατον, πλὴν καθ' ὅσον ἀχανής τε καὶ ἀνώροφος ἦν, ἐξεποίησεν: Nullam statuam Hierosolymis habebant, & Deum ineffabilem quemdam & visui non obnoxium arbitrantes, magnâ religione & super ceteros homines eum colunt. Cui & Templum MAXIMVM & PVLCHERRIMVM, nisi quòd APERTVM & sine tecto vllo est, construxerunt. *Sunt hæc verissima, pro Iudæorum sano sensu. sed quem illi deprauarunt, & quia sub cælo, & in illud adspicientes precabantur; rati sunt, cælum ipsum ab iis adorari. Iuuenalis:*

Nil præter nubes & cæli * lumen adorant.

Alius Satyricus:

Et cæli summas aduocat auriculas.

quasi putarent cælum aures habere, idq; inuocarent.

14. EXVBERANT FRVGES.] *Mihi verò vox ea ipsa exuberare videtur. legamq;*, vber solum: fruges nostrum ad morem.

15. BALSAMVM.] *Propriam eam arborem Iudææ esse plerique tradiderunt, nec alibi gigni. Iustinus libro* XXXVI. Opes genti ex vectigalibus opobalsami creuêre, quod in his tantùm regionibus gignitur. *Atque ita sanè tunc fuerit. Posteà, non dubium stirpem eam in Aegyptum transisse; atque illic creuisse. Claudianus in Epithalamio Palladij:*

Gemmatis alij per totum Balsama tectum
Effudêre cadis. duro quæ saucius vngue
Niliacus pingui desudat vulnere cortex.

Perseuerare etiam illîc nostro æuo, qui peregrinati sunt, affirmant.

16. ADHIBEAS, PAVENT VENÆ.] *Sic interpungenda ista: & in Pauendi verbo elegans metapho-*

ra.

A cipuum montium Libanum erigit, mirum dictu, tantos inter ardores opacum fidumque niuibus. Idem amnem Iordanem alit, funditque. Nec Iordanes pelago accipitur. *Iordanes amnis.* Sed [17] vnum atque alterum lacum integer perfluit: tertio retinetur. Lacus immenso ambitu, specie maris, sapore corruptior, grauitate odoris accolis pestifer, neque vento impellitur, neque pisces aut suetas aquis volucres patitur. [18] Incertæ vndæ superiecta, vt solido feruntur, periti imperitique nandi, perinde attolluntur. [19] Certo anni, bitumen egerit: cuius legendi vsum vt ceteras artes, experientia docuit. Ater suapte naturâ liquor, & sparso aceto concretus, innatat. hunc manu captum, quibus ea cura, in summa nauis trahunt. Inde nullo iuuante influit, oneratque, donec abscindas. nec abscindere ære ferróve possis: fugit cruorem veltemque infectam sanguine, quo feminæ per menses exsoluuntur. Sic veteres auctores. Sed gnari locorum tradunt, vndantes bitumine moles pelli, manuque trahi ad litus: mox vbi vapore terræ, vi solis inaruerint, securibus cuneisque vt trabes aut saxa discindi. Haut procul inde campi, quos ferunt olim Cap. 7. B vberes, magnisque vrbibus habitatos, [20] fulminum iactu arsisse: & manere vestigia, *Campi exusti.* [21] terramque specie torridam, vim frugiferam perdidisse. Nam cuncta sponte edita, aut manu sata, siue herbâ tenus aut flore, seu solitam in speciem adoleuêre, atra & inania velut in cinerem vanescunt. Ego sicut [22] Iudaicas quondam vrbes igne cælesti flagrasse concesserim, ita halitu lacus infici terram, corrumpi superfusum spiritum, eoque fetus segetum & autumni putrescere reor, solo cæloque iuxtà graui. Et Belus amnis Iudaico mari illabitur: circa cuius os [23] conlectæ arenæ, admixto nitro, in vitrum excoquuntur. modicum id litus, sed egerentibus inexhaustum. Magna pars Iudææ vi- Cap. 8. cis dispergitur. habent & opida. Hierosolyma genti caput. Illic immensæ opulentiæ *Hierosolyma vrbs.* templum, & [24] primis munimentis [25] vrbs deiugis, [26] templum intimis clausum. ad *Ibi templum.* fores tantùm Iudæo aditus: limine, præter sacerdotes, arcebantur. Dum Assyrios penes Medosque & Persas Oriens fuit; despectissima pars seruientium. postquam Macedones præpotuêre; rex Antiochus demere superstitionem, & mores Græcorum dare ad- *Antiochus Iudæis infestus.*

C nixus,

ra. Plinius de eâdem arbore: Inciditur vitro, lapide, osseísve cultellis: ferro lædi vitalia odit. *Et Iosephus, qui indigena:* ὄξει λίθῳ, *aut* ὄξεσι λίθοις *incidi adserit. Falsus ergo cum Theophrasto Dioscorides, qui ferreis vnguibus secari arborem credidit: falsus compilator Isidorus, qui* percussum ferreis vngulis corticem. *Pausanias lib.* IX. *nescio quid de Balsamo Arabiæ nugatur, & circa eum viperis.*

17. VNVM ATQVE ALTERVM LACVM.] *Ita & Egesippus lib.* III. Duos lacus victor egressus, tertio retinetur. *At Pausanias repugnat clarè, & quidem oculatus, vt ait, testis, lib.* V. Ἐν δὲ τῇ γῇ ποταμόν τινα Ἑβραίων καὶ αὐτὸς οἶδα Ἰόρδανον λίμνῃ Τιβεριάδα ὀνομαζομένῃ διοδεύοντα, ἐς δὲ ἣ λίμνῃ ἑτέραν καλουμένῃ θάλασσαν νεκρὰν, ἐς ταυτὴν ἐσίοντα, καὶ ὑπὸ ἣ λίμνης αὐτὸν ἀναλίσκουσιν. *id est:* In Hebræorum terrâ fluuium quemdam Iordanum & ipse noui, qui stagnum Tiberias subit, ac deinde alterum, cui Mare-mortuum nomen est, in quâ ipsâ palude consumitur. *Sed Tacito nos iure fidem habemus. qui in Thraconitide lacum minorem esse scimus, quem primò Iordanis ingreditur, cui Samochonitis nomen.*

18. INCERTÆ VNDÆ SVPERIECTA.] *Emendatio è libris. Vulgò est,* incertum vnde. *quod sententiam etiam aptam recipere potest. Vide de totâ re Egesippum lib.* IV. *cap.* XVIII.

19. CERTO ANNI.] *Ita libri, & phrasis nota, & Tacito frequens. vulgati vocem addunt,* certo anni tempore.

20. FVLMINVM IACTV.] *Orosio lib.* I. *qui hæc expresso etiam Cornelij nomine transcripsit; legas* fulminum ictu.

21. TERRAMQVE SPECIE TORRIDAM.] *In eodem Orosio,* terramque ipsam specie solidâ.

22. IVDAICAS QVONDAM VRBES.] *Libri aliquot,* inclitas vrbes. *nec aliter Orosius.*

23. CONLECTÆ ARENÆ, ADMIXTO NITRO.] *Non,* coniectæ. *Farnesianus etiam rectè,* lectæ arenæ. *Plinium adi libro* XXXVI. *Strabonem* XVI.

24. PRIMIS MVNIMENTIS VRBS.] *Ex Iosepho & Zonarâ legam,* & trinis munimentis. *Nam triplici muro circumdatam eam fuisse vterque is scriptor te docebit. Iosephus libro* VI. *Haloseos cap.* VI. *Zonaras tomo* I.

25. VRBS DEIVGIS.] *Iure nato, & mecum libri. Farnes.* vrbs deingia templum clausum. *Vatican.* vrbs ob demgia. *At Ios. Mercerus legit:* Primis munimentis vrbs, dein regia. *Feliciter. Tacitus ipse iuuat, infrà:* Alia intus mœnia regiæ circumiecta.

26. TEMPLVM INTIMIS.] *Quomodo, intimis? Ablego eam vocem cum nonnullis libris, & lego:* trinis munimentis *vrbs, ob deingia. Templum clausum. ad fores tantùm Iudæo aditus. *Aut si retineri placet: scribam appositè,* Templum intimum, *siue magis,* interius. *Duplex enim templum, Exterius & Interius, vt Zonaras & Iosephus describunt appellantq; : & Exterius patet, sola interior Domus clausa. Rodolphus hæc omnia concinnat (sed ab ingenio, opinor.)* & primis munimentis vrbis. alienigenis templum interius clausum.

nixus, quo minùs teterrimam gentem in melius mutaret, Parthorum bello prohibitus A
est. nam eâ tempestate, Arsaces desciuerat. Tum Iudæi, Macedonibus inualidis, Parthis
Reges ïis, vnà & sacerdotes. nondum adultis (& Romani procul aberant) sibi ipsi reges imposuêre, qui mobilitate
vulgi expulsi, resumtâ per arma dominatione, fugas ciuium, vrbium euersiones, fra-
Cap. 9. trum, coniugum, parentum neces, aliaque solita regibus ausi, superstitionem foue-
Pompeius vincit bant: quia honor sacerdotij, firmamentum potentiæ assumebatur. Romanorum pri-
* *Aliàs*, nullas i. d. effigies. mus Gn. Pompeius, domuit: templumque iure victoriæ ingressus est. Inde vulgatum,
Parthi vexant. * nulla intus deûm effigie vacuam sedem, & inania arcana. Muri Hierosolymorum di-
ruti, delubrum mansit. [27] Mox bello ciuili interno, postquàm in ditionem M. Antonij
prouinciæ cesserant; rex Parthorum Pacorus Iudæâ potitus, interfectusque à P. Ventidio, & Parthi trans Euphratem redacti. Iudæos [28] C. Sosius subegit. Regnum ab An-
tonio Herodi datum, [29] victor Augustus sanxit. Post mortem Herodis, nihil exspecta-
Varij apud eos reges, & turbæ. to Cæsare, Simon quidam regium nomen inuaserat. Is à Quinctilio Varo obtinente
Syriam punitus. & gentem coërcitam, liberi Herodis tripartitò rexêre. Sub Tiberio B
quies. dein, iussi à C. Cæsare effigiem eius in templo locare, arma potiùs sumsêre. quem
motum Cæsaris mors diremit. Claudius defunctis regibus, aut ad modicum redactis,
Iudæam prouinciam equitibus Romanis aut libertis permisit. è quibus Antonius Fe-
Felix procurator Iudææ. lix, per omnem sæuitiam ac libidinem, ius regium seruili ingenio exercuit, Drusillâ
Cleopatræ & Antonij nepte in matrimonium acceptâ. vt eiusdem Antonij, Felix pro-
Cap. 10. gener, Claudius nepos esset. Durauit tamen patientia Iudæis, vsque ad Gessium Florum
Florus, sub quo bellum. procuratorem. Sub eò bellum ortum. & comprimere cœptantem [30] Cestium Gallum
Syriæ legatum, varia prœlia ac sæpiùs aduersa excepêre. Qui vbi fato, aut tædio occidit:
Vespasianus eò missus. missu Neronis, Vespasianus fortunâ famaque & egregiis ministris, intra duas æstates,
cuncta camporum, omnesque præter Hierosolyma vrbes, victore exercitu tenebat. Pro-
ximus annus ciuili bello intentus, quantum ad Iudæos per otium transiit. pace per Ita-
liam partâ, & externæ curæ rediere. Augebat iras, quòd soli Iudæi non cessissent. Simul
Titus ibi relictus. manere apud exercitus Titum, ad omnes principatus noui euentus casúsve vtile vide- C
batur. Igitur castris, vti diximus, ante mœnia Hierosolymorum positis, instructas
Cap. 11. legiones ostentauit. Iudæi sub ipsos muros struxere aciem, rebus secundis longiùs ausu-
Fugnatur ad Hierosolyma. Eademq; oppugnantur. ri; & si pellerentur, parato perfugio. Missus in eos eques cum expeditis cohortibus, am-
biguè certauit. Mox cessere hostes, & sequentibus diebus crebra pro portis prœlia se-
rebant: donec assiduis damnis, intra mœnia pellerentur. Romani ad oppugnandum
versi. neque enim dignum videbatur, famem hostium opperiri. poscebantque pericu-
la, pars virtute, multi ferociâ, & cupidine præmiorum. Ipsi Tito Roma, & opes, volu-
ptatesque ante oculos; ac ni statim Hierosolyma concidirent, morari videbantur. Sed
Frustrà, quia permunita. vrbem arduam situ, opera molesque firmauerant, quîs vel plana satis munirentur.
Nam duos colles immensùm editos claudebant muri per artem obliqui, aut introrsus
sinuati: vt latera oppugnantium, ad ictus patescerent. Extrema rupis, abrupta. & turres,
vbi mons iuuisset, in sexaginta pedes; inter deuexa, in centenos vicenosque attolleban-
Turris Antonia. tur. mirâ specie, ac procul intuentibus pares. Alia intus mœnia, regiæ circumiecta. con-
Cap. 12. spicuoque fastigio turris, Antonia in honorem M. Antonij ab Herode appellata. Tem- D
plum

27. MOX BELLO CIVILI INTERNO.] *Cur hæc geminat Ciuile & Internum? placet imò Romana scriptio,* bello ciuili inter nos.

28. C. SOSIVS.] *Siue* Soffius. *Malè quidam libri,* Sestius.

29. VICTOR AVGVSTVS SANXIT.] *Prisci aliquot libri,* auxit.

30. CESTIVM GALLVM.] *Idem Suetonio narratur Vespas. cap.* IV. Iudæi rebellarunt, cæsoque præposito, legatum insuper Syriæ consularem, suppetias ferentem, raptâ aquilâ fugarunt. *In Iosepho hæc ipsa, & planè omnia vide. Sed quis tamen* Præpositus *ille* cæsus? *ita enim Suetonius, nec rem tam notabilem vel Iosephus, vel Tacitus dixêre. Imò ille planè contrà: Florum, qui tunc præpositus, euasisse, & bellum iis fecisse. An* cæsoque præsidio? *ita enim Eutropius, qui sua solet ex Tranquillo describere:* Exstinctis Romanis præsidiis, legatum quoque Syriæ suppetias ferentem, raptâ aquilâ fugarunt. *Sunt ipsa, vt vides, Tranquilli. An verius,* Gessiumque præpositum? *vt hoc dicat,* Gessium Florum *(id ei nomen) fugatum, ac tum etiam Cestium Gallum? Interpretes nihil hîc pro re dicunt. tu serie historiarum Lector arbitrare.*

31. CE-

A plum in modum arcis, propriiq́ue muri, labore & opere ante alios. ipſæ porticus, quîs templum ambiebatur, egregium propugnaculum. Fons perennis aquæ, cauati ſub terrâ montes: & piſcinæ ciſternæq́ue ſeruandis imbribus. præuiderant conditores, ex diuerſitate morum, crebra bella. inde cuncta, quamuis aduerſus longum obſidium: & à Pompeio expugnatis, metus atque vſus pleraque monſtrauêre. Atque per auaritiam Claudianorum temporum, emto iure muniendi, ſtruxêre muros in pace, tamquam ad bellum: magnâ colluuie, & [31] ceterarum vrbium clade aucti. Nam peruicaciſſimus quiſque illuc perfugerat; eoq́ue ſeditioſiùs agebant. Tres duces, totidem exercitus. Extrema & latiſſima mœnium, Simon: mediam vrbem, Ioannes, quem & Bargioram vocabant: templum, Eleazarus firmauerat. Multitudine & armis Ioannes, ac Simon; Eleazarus, loco pollebat. Sed prœlia, dolus, incendia inter ipſos, & magna vis frumenti ambuſta. Mox Ioannes, miſſis per ſpeciem ſacrificandi, qui Eleazarum manumq́ue eius obtruncarent, templo potitur. ita in duas factiones ciuitas diſceſſit, donec propinquantibus

B Ro.bellum externum concordiam pareret. Euenerant prodigia, quæ neque hoſtiis, neque votis piare fas habet gens, ſuperſtitioni obnoxia, religionibus aduerſa. Viſæ per cælum concurrere acies, rutilantia arma, & ſubito nubium igne collucere templum. Expaſſæ repentè delubri fores, & audita maior humanâ vox, Excedere deos: ſimul ingens motus excedentium. Quæ pauci in metum trahebant: pluribus perſuaſio inerat, antiquis ſacerdotum litteris contineri, eo ipſo tempore, vt valeſceret Oriens; profectiq́ue Iudæâ rerum potirentur. quæ ambages Veſpaſianum ac Titum prædixerant. Sed vulgus, more humanæ cupidinis, ſibi tantam fatorum magnitudinem interpretati, ne aduerſis quidem ad vera mutabantur. Multitudinem obſeſſorum omnis ætatis, virilis ac muliebris ſexus, [32] ſexcenta millia fuiſſe accepimus. Arma cunctis, qui ferre poſſent: & [33] plures, quàm pro numero, audebant. Obſtinatio viris feminiſq́ue par: ac ſi transferre ſedes cogerentur, maior vitæ metus quàm mortis. Hanc aduerſus vrbem gentem-

C q́ue Cæſar Titus, quando impetum & ſubita belli locus abnueret, aggeribus vineiſq́ue certare ſtatuit. Diuiduntur legionibus munia, & quies prœliorum fuit: donec cuncta expugnandis vrbibus reperta apud veteres, aut nouis ingeniis, ſtruerentur. At Ciuilis, poſt malam in Treueris pugnam, reparato per Germaniam exercitu, apud Vetera conſedit: tutus loco: & vt memoriâ proſperarum illîc rerum, augeſcerent Barbarorum animi. Secutus eſt eôdem Cerialis, duplicatis copiis, aduentu ſecundæ & XVI. & XIV. legionum. Cohorteſq́ue & alæ iampridem accitæ, poſt victoriam properauerant. Neuter ducum contator. Sed arcebat latitudo camporum, ſuopte ingenio humentium. Addiderat Ciuilis obliquam in Rhenum molem, cuius obiectu reuolutus amnis, adiacentibus ſuperfunderetur. Ea loci forma, incertis vadis ſubdola, & nobis aduerſa. quippe miles Romanus armis grauis, & nandi pauidus: Germanos fluminibus ſuetos, leuitas armorum, & proceritas corporum attollit. Igitur laceſſentibus Batauis, ferociſſimo cuique noſtrorum cœptum certamen. deinde orta trepidatio, cùm prælatis paludibus arma equiq́ue haurirentur. Germani, notis vadis perſultabant; omiſsâ plerumque fronte, la-

D tera ac terga circumuenientes. neque vt in pedeſtri acie, cominus certabatur; ſed tamquam nauali pugnâ, vagi inter vndas, aut ſi quid ſtabile occurrebat, totis illic corporibus niten-

Templum.

Duces Iudæorum, Simon, Ioannes, Eleazarus. Inter ſe diſcordes.

Cap. 13. *Prodigia ante exitium Iudæorum.*

Prædictio de rege regum è Iudâ.

Mira multitudo obſeſſorum.

Machinis vrbs inuaditur.

Cap. 14. *Ciuilis ad Vetera cum copiis.*

Cerialis item illuc.

Rhenus in campos effuſus:

Cap. 15. *Pugna tumultuaria in aquis.*

31. CETERARVM VRBIVM CLADE.] *Alij* exterarum.

32. SEXCENTA MILLIA FVISSE ACCEPIMVS.] *Numerus mihi non certus, & quem ex Budenſi cod. & Oroſio ſubſtitutum video parùm cautè. Nam ille ſcribit*, ſexcenta millia Iudæorum interfecta Cornelius & Suetonius referunt. *Sed interfecta ait: cùm noſter hîc vniuersè, de obſeſſis. qui certè paulò plures. Libri etiam inſtabiles, & quidam*, ducenta millia. *Fortaſſe*, dena, *aut*, vndena millia. *quod paulò propiùs ad Ioſephum & Zonaram & Iornandem accedat, qui omnes* vndecies centena millia *periiſſe obſidione illâ clarè tradunt. periiſſe, inquam, fame, morbo, ferro. Nam Sulpicio Seuero fidem vix habeo, qui* numerum peremptorum ad vndecies centena millia profert, capta verò centum millia ac venundata. *Sed peremptos fortaſſe largiùs accepit, & noſtro illo ſenſu.*

33. PLVRES, QVAM PRO NVMERO.] *Id valet. fuêre obſeſſi* ſexcenta millia: *credas quartam aut circiter partem (pro communi ratiocinatione) arma tuliſſe: at hîc aliter fuit, & plures impetu atque ardore ceperunt. Qui? infra aut ſupra legitimam ætatem, pueri ſeneſq́;.*

34. SVAM

nitentes, vulnerati cum integris, periti nandi cum ignaris, in mutuam perniciem impli- A
cabantur. minor tamen quàm pro tumultu cædes: quia non ausi egredi paludem Ger-
Qua Ciuili pro meliore fuit. mani, in castra rediêre. Eius prœlij euentus, vtrumque ducem, diuersis animi motibus,
ad maturandum summæ rei discrimen erexit. Ciuilis, instare fortunæ; Cerialis, abolere
ignominia n. Germani, prosperis feroces, Romanos, pudor excitauerat. nox apud Bar-
Cap. 16. baros cantu aut clamore, nostris per iram & minas acta. Posterâ luce, Cerialis equite
Iterum pugna, sed ordinata. & auxiliariis cohortibus frontem explet: in secundâ acie, legiones locatæ: dux sibi dile-
ctos retinuerat, ad improuisa. Ciuilis haut porrecto agmine, sed cuneis astitit. Batani
Cugernique in dextro; læua ac propiora fluminis, Transrhenani tenuêre. Exhortatio
ducum; non more concionis apud vniuersos, sed vt quosque eorum aduehebantur. Ce-
Cerialis suos variè hortatur. rialis *veterem Rom. nominis gloriam, antiquas recentesque victorias: vt perfidum, ignauum, victum hostem, in æternum exscinderent. vltione magis, quàm prœlio opus esse. Pauciores nuper cum pluribus certasse: attamen fusos Germanos, quod roboris fuerit. Supereſſe, qui fugam animis, qui vulnera tergo, ferant.* Proprios inde stimulos legionibus admouebat, domitores B
Britanniæ quartadecimanos appellans. principem Galbam, sextæ legionis auctoritate
factum: illâ primùm acie, Secundanos noua signa, nouamque aquilam dicaturos. Hinc
prævectus ad Germanicum exercitum, manus tendebat, vt suam ripam, sua castra san-
guine hostium reciperarent. Alacrior omnium clamor, quîs vel è longâ pace prœlij cu-
Cap. 17. pido, vel fessis bello pacis amor, præmiaque & quies in posterum sperabantur. Nec Ci-
* silens, *aut* silenter uilis * silentem struxit aciem, locum pugnæ testem virtutis ciens: *Stare Germanos Batauosque super vestigia gloriæ, cineres ossaque legionum calcantes. quocumque oculos Romanus intenderet, captiuitatem, clademque & dira omnia obuersari. Ne terrerentur vario Treuerici prœlij euentu:* [34] *suam illic victoriam Germanis obstitisse, dum omissis telis, prædâ manus impediunt. sed cuncta mox prospera & hosti contraria euenisse. Quæ prouideri astu ducis oportuerit, prouidisse: campos madentes & ipsis gnaros, paludes hostibus noxias: Rhenum & Germaniæ deos in aspectu, quorum numine capesserent pugnam, coniugum, parentum, patriæ memores. illum diem aut glorioſissimum inter maiores, aut ignominioſum apud posteros fore.* Vbi sono armorum tri- C
Ciuilis item suos.
Commissa acies. pudiisque (ita illis mos) approbata sunt dicta, saxis, grandibusque & ceteris missilibus
prœlium incipitur: neque nostro milite paludem ingrediente, & Germanis vt elicerent
Cap. 18. lacessentibus. Absumtis quæ iaciuntur, & ardescente pugnâ, procursum ab hoste infe-
stiùs, immensis corporibus, & prælongis hastis [35] fluitantem labantemque militem
eminus fodiebant. simul è mole, quam eductam in Rhenum rettulimus, Bructero-
Turbatiq; initio Romani. Mox perfugæ suggestione adiuti. rum cuneus transnatauit. turbata ibi res: & pellebatur sociarum cohortium acies, cùm
legiones pugnam excipiunt, suppressaque hostium ferociâ, prœlium exæquatur. Inter
quæ, perfuga Batauus adiit Cerialem, terga hostium promittens, si extremo paludis
eques mitteretur: solidum illâ, & Cugernos quibus custodia obuenisset, parum inten-
Hostes fugiunt. tos. Duæ alæ cum perfugâ missæ, incauto hosti circumfunduntur. quod vbi clamore
cognitum; legiones à fronte incubuêre, pulsique Germani Rhenum fugâ petebant.
Debellatum eo die foret, si Romana classis sequi maturasset. Ne eques quidem institit,
Cap. 19. repentè fusis imbribus, & propinquâ nocte. Posterâ die, decimaquarta legio in superio- D
rem prouinciam Gallo Annio missa. Cerialis exercitum, decima ex Hispaniâ legio sup-
Ciuilis in Batauiam se condit. pleuit. Ciuili Chaucorum auxilia venêre. non tamen ausus [36] opidum Batauorum ar-
mis tueri, raptis quæ ferri poterant, ceteris iniecto igni insulam concessit. gnarus de-
esse naues efficiendo ponti, neque exercitum Ro. aliter transmissurum. quin & diruit mo-
lem

34. SVAM ILLIC VICTORIAM.] *Vatic.* suam illic materiam. *quæ lectio inuoluit aliud verbi, quod nondum educo. certè de auaritia aut cupidine, id dici verius, quàm de victoriâ. Neque enim ea, sed quòd eâ per securitatem & insolentiam abusi, cladem dedit.*

35. FLVITANTEM LABANTEMQVE.] *Interpunxi & voce additâ expleui locum, fide Vaticani.*

36. OPIDVM BATAVORVM.] *Quod opidum? nominare enim certè debuit. An* Batauodurum *scribendum? an cum Rom. codice legimus,* opida Batauorum? *Et intellegam tunc ea opida, quæ extra insulam. Nam Batauorum veterum sedes, non dubiè supra & extra etiam insulam, in orâ Gallicâ. Tacitus clarè, suprà:* Extrema Gallicæ oræ vacua cultoribus, simulque insulam inter vada sitam occupauere.

37. AD-

A lem à Druſo Germanico factam, Rhenumque prono alueo in Galliam ruentem, diſiectis quæ morabantur, effudit. Sic velut abacto amne, tenuis alueus, inſulam inter, Germanoſque, continentium terrarum ſpeciem fecerat. Tranſiêre Rhenum Tutor quoque & Claſſicus, & centum tredecim Treuerorum ſenatores: in quibus fuit Alpinus Montanus, quem à Primo Antonio miſſum in Gallias ſuperiùs memorauimus. Comitabatur eum frater D. Alpinus. Simul ceteri miſeratione ac donis auxilia concibant, inter gentes periculorum auidas. Tantumque belli ſuperfuit, vt præſidia cohortium, alarum, legionum, modicis vicis quadripartita Ciuilis inuaſerit: Decimam legionem, Arenaci, ſecundam, Batauoduri; & Grinnes Vadamque cohortium alarumque caſtra: ita diuiſis copiis, vt ipſe & Verax ſorore eius genitus, Claſſicuſque ac Tutor ſuam quiſque manum traherent: nec omnia patrandi fiduciâ, ſed multa auſis aliquâ in parte fortunam affore. Simul Cerialem, neque ſatis cautum, & pluribus nuntiis huc illuc curſantem, poſſe medio intercipi. Quibus obuenerant caſtra decumanorum, oppugnationem legionis ar-
B duam rati, egreſſum militem & cædendis materiis operatum turbauêre, occiſo præfecto caſtrorum & quinque primoribus centurionum, pauciſque militibus. Ceteri ſe munimentis defendêre. Et interim Germanorum manus, Batauoduri, irrumpere inchoatum pontem nitebantur. Ambiguum prœlium nox diremit. Plus diſcriminis apud Grinnes Vadamque. Vadam Ciuilis, Grinnes Claſſicus, oppugnabant. nec ſiſti poterant, interfecto fortiſſimo quoque: in quîs Briganticus præfectus alæ ceciderat, quem fidum Romanis, & Ciuili auunculo infenſum diximus. Sed vbi Cerialis cum dilectâ equitum manu ſubuênit, verſa fortuna. præcipites Germani in amnem aguntur. Ciuilis dum fugientes retentat agnitus, petituſque telis, relicto equo, tranſnatauit. Idem Germanis effugium. Tutorem Claſſicumque appulſæ lintres vexêre. Ne tum quidem Romana claſſis pugnæ affuit, vt iuſſum erat. Sed obſtitit formido, & remiges per alia militiæ munia diſperſi. Sanè Cerialis parum temporis ad exſequenda imperia dabat: ſubi-
C tus conſiliis, ſed euentu clarus. Aderat fortuna, etiam vbi artes defuiſſent. hinc ipſi exercituique, minor cura diſciplinæ. Et paucos poſt dies quamquam periculum captiuitatis euaſiſſet, infamiam non vitauit. Profectus Noueſium Bonnamque ad viſenda caſtra, quæ hiematuris legionibus erigebantur, nauibus remeabat, diſiecto agmine, incurioſis vigiliis. Animaduerſum id Germanis, & inſidias compoſuêre: electa nox atra nubibus, & prono amne rapti, nullo prohibente vallum ineunt. Prima cædes aſtu adiuta: inciſis tabernaculorum funibus, ſuiſmet * coriis coopertos trucidabant. Aliud agmen, turbare claſſem, iniicere vincla, trahere puppes. Vtque ad fallendum ſilentio, ita cœptâ cæde, & quò plus terroris adderent, cuncta clamoribus miſcebant. Romani vulneribus exciti, quærunt arma, ruunt per vias, pauci ornati militariter, plerique circum brachia tortâ veſte, & ſtrictis mucronibus. dux ſemiſomnis ac propè intectus, errore hoſtium ſeruatur. Namque prætoriam nauem, vexillo inſignem, illîc ducem rati, abripiunt. Cerialis alibi noctem egerat, vt plerique credidêre, ob ſtuprum Claudiæ Sacratæ, mulieris Vbiæ. vigiles flagitium ſuum ducis dedecore excuſabant, tamquam iuſſi ſilere: ne quietem eius turbarent. ita intermiſſo ſigno, & vocibus, ſe quoque in ſomnum lapſos. Multâ luce
D reuecti hoſtes, captiuis nauibus, prætoriam triremem, flumine Luppiâ, donum Velledæ traxere. Ciuilem cupido inceſſit, naualem aciem oſtentandi. Complet quot biremium, quæque ſimplici ordine agebantur. [37] Adiecta ingens lintrium vis. tricenis quadrageniſque armamenta liburnicis ſolita: & ſimul captæ lintres, ſagulis verſicoloribus, haud indecorè pro velis iuuabantur. Spatium velut æquoris * captum, vbi [38] Moſæ fluminis amnem

Molem Druſi diruit.

Primores Galliarum trans Rhenum fugiunt.

Cap. 20.

Ciuilis diuerſa præſidia inuadit:

Caſtra decumanorum:

Batauodurum:

Cap. 21.

Grinnes & Vadam.

Sed vbique repulſus.

Cerialis parum prouidus.

Cap. 22.

Itaque panè is interceptus.

* *Vat.* tentoriis

Nauibus hoſtes potiti.

Cap. 23.

Nauale certamen tentatum.

* *Vat.* electum,

37. ADIECTA INGENS LINTRIVM VIS.] *Locum vitiatum & mutilum correxi & auxi è Vatic. qui ſic:* Armamenta liburnicis ſolite & ſimul capte lintres ſagulis verſicoloribus haut indecore pro telis iuuabantur. *Hegeſippi verba commodè adtexam & corrigam lib.* II. *de Rheno:* Itaque iam non copiis Germanorum repletur, ſed Romanorum Liburnis. *Vetus lectio,* copolis Germanorum. *quæ recta eſt, ſiue* caupulis: *& cape exiguas illas lintres. Quam vocem Agellio etiam reſtituimus in Electis, cap.* VII. *At hic inſignis locus tunc me fugit.*

38. MOSÆ FLVMINIS.] *Probè. nec improbè in libris quibuſdam,* Moſæ fluminis os amnem Rhenum. *Res quidem ipſa eadem, aliter elata.*

39. MI-

nem Rhenus Oceano affundit. Cauſſa inſtruendæ claſſis, ſuper inſitam genti vanitatem, A vt eo terrore commeatus Galliâ aduentantes interciperent. Cerialis [39] miraculo magis, quàm metu, direxit claſſem : numero imparem, vſu remigum, gubernatorum arte, nauium magnitudine potiorem. Is flumine ſecundo, illi vento agebantur. Sic prævecti, tentato telorum iactu, dirimuntur. Ciuilis nihil vltrà auſus, trans Rhenum conceſſit. Cerialis inſulam Batauorum hoſtiliter populatus, agros villaſque Ciuilis intactos, notâ arte ducum ſinebat : cùm interim flexu autumni, & crebris pluuialibus imbribus ſuperfuſus amnis, paluſtrem humilemque inſulam in faciem ſtagni oppleuit. nec claſſis, aut commeatus aderant : caſtraque in plano ſita, vi fluminis differebantur. Potuiſſe tunc oppriimi legiones & voluiſſe Germanos, ſed dolo à ſe flexos, imputauit Ciuilis. Neque abhorret vero, quando paucis pòſt diebus deditio inſecuta eſt. Nam Cerialis, per occultos nuntios, Batauis pacem, Ciuili veniam oſtentans, Velledam propinquoſque monebat, fortunam belli tot cladibus aduerſam, opportuno erga populum Rom. merito mutare. *Cæſos Treueros, receptos Vrbios, ereptam Batauis patriam: neque aliud Ciuilis amicitiâ peractum, quàm vulnera, fugas, luctus. exſulem eum & extorrem, recipientibus oneri: & ſatis* B *peccauiſſe, quòd toties Rhenum tranſcenderint. ſi quid vltrà moliantur, inde iniuriam & culpam, hinc vltionem & deos fore.* Miſcebantur minis promiſſa. Et concuſsâ Tranſrhenanorum fide, inter Batauos quoque ſermones orti, *Non prorogandam vltrà ruinam: nec poſſe ab vnâ natione totius orbis ſeruitium depelli. quid perfectum cæde & incendiis legionum, niſi vt plures validioreſque accirentur? Si Veſpaſiano bellum nauauerint, Veſpaſianum rerum potiri. ſin pop. Rom. armis prouocent; quotam partem generis humani Batauos eſſe? reſpicerent Rhætos Noricoſque, & ceterorum onera ſociorum: ſibi non tributa, ſed* [40] *virtutes & viros indici. proximum id libertati: & ſi dominorum electio ſit; honeſtiùs Principes Romanorum, quàm Germanorum feminas tolerari.* Hæc vulgus. Proceres, *atrociore Ciuilis rabie ſemet in arma truſos, illum domeſticis malis, excidium gentis oppoſuiſſe. tunc infenſos Batauis deos, cùm obſiderentur legiones, interficerentur legati, bellum vni neceſſarium, ferale ipſis ſumeretur. Ventum ad extrema, ni reſipiſcere incipiant & noxij capitis pœnâ pœnitentiam fateantur.* Non fefellit Ciuilem ea inclinatio, & prævenire ſtatuit. ſuper tædium malorum, etiam ſpe vitæ, quæ plerumque C magnos animos infringit. Petito colloquio, ſcinditur [41] Nabaliæ fluminis pons. In cuius abrupta progreſſi duces, & Ciuilis ita cœpit : *Si apud Vitellij legatum defenderer: neque facto meo venia, neque dictis fides debebatur. Cuncta inter nos inimica, hoſtilia, ab illo cœpta, à me aucta erant. Erga Veſpaſianum, vetus mihi obſeruantia:* [42] *& cùm priuatus eſſet, amici vocabamur. Hoc Primo Antonio notum, cuius epiſtolis ad bellum accitus ſum, ne Germanicæ legiones & Gallica iuuentus alpes tranſcenderet. Quæ Antonius abſens, Flaccus præſens mouebat, arma in Germaniâ moui, quæ Mucianus in Syriâ, Aponius in Mœſiâ, * Fabianus in Pannoniâ. **

Cerialis Batauiam intrat.

In quâ periclitatur ab aquis.

Cap. 24.

Ad pacem Batauos inuitat.

Cap. 25.

Atque hi inclinant.

Ciuilem accuſant.

Cap. 26.

Ille ad colloquium Cerialis venit.

* Lego, Flauianus

39. MIRACVLO MAGIS, QVAM METV.] *Magis, quia mirabatur Ciuilem hoc audere, quàm quod timeret. Nam reuera Romanis hîc peritiſſimis nihil periculi: & nondum Batani in mari aut aquis, quales nunc miramur.*

40. VIRTVTES ET VIROS.] *Rhenanum audiebam corrigentem,* iuuentutem & viros : *nunc magis cum Florentino legam,* virtutem : *id eſt bellicum ab iis robur exigi, non pecuniam aut opes.*

41. NABALIÆ FLVMINIS.] *Nuſquam id fluminis in hoc tractu. An opidum eo nomine? Quod Iunio Hadriano videtur, legitq;* Naualiæ. *& vrbem Campos ita indigitat ad ſinum hodie Auſtralem, Ptolemæo parum firmiter innixus. Ego ambigo ne* Vahalis *corrigendum ſit. Pontem quidem aliquem cœptum à Romanis paullò ſuprà legas, ſed Batauoduri: de quo hæc non vanè intellegas, niſi quòd Batauodurum ad Rhenum fuiſſe volunt, quos arguat hic locus.*

42. ET CVM PRIVATVS ESSET.] *De hoc loco* D *ſenſit Sidonius in Epiſtolis:* Caius Tacitus è maioribus vnis tuis, ſub verbis cuiuſdam Germanici ducis in hiſtoriâ ſuâ rettulit : Cum Veſpaſiano mihi vetus amicitia, & dum priuatus eſſet, amici vocabamur.

AD CLARISSIMVM VIRVM IOANNEM SAMBVCVM PANNONIVM.

VIENNA vestrâ, Clarissime Sambuce, inuitus discessi. Tenuit me vrbs ipsa, & optimi Imperatoris aula; tenuisti præcipuè tu. Vrbis amœnitatem, aulæ splendorem admiratus sum; in te singularem humanitatem cum singulari eruditione coniunctam dilexi, vel, vt magis propriè loquar, amaui. Cui amori meo testificando hos Taciti duos libros, alterum De moribus Germanorum, alterum De vitâ Cn. Agricolæ, & incerti scriptoris tertium De Oratoribus sui temporis, nomini tuo inscripsi, & beniuolentiæ perpetuæ MON. LIB. MER. DD. Tenue munus, fateor; & quod nullam partem sit gratiæ exsoluendæ: sed in quo spero te facturum quod benigni creditores solent, vt hac quasi particulâ soluti debiti tantisper sustenteris, dum meliore ingenij mei prouentu sortem ipsam cum vsuris dependam. Id quod breuî, si Musæ adnuent, futurum confido. Valeo.

C. COR-

C. CORNELII TACITI DE SITV, MORIBVS ET POPVLIS GERMANIÆ LIBELLVS.

Cap. 1. *Fines Germaniæ.*

GERMANIA omnis à Gallis Rhætiisque & Pannoniis, Rheno & Danubio fluminibus; à Sarmatis Dacisque, [2] mutuo metu aut montibus separatur. Cetera Oceanus ambit, latos sinus & insularum immensa spatia complectens, [3] nuper cognitis quibusdam gentibus, ac regibus, quos bellum aperuit. Rhenus Rhæticarum alpium inaccesso ac præcipiti vertice ortus, modico flexu in Occidentem versus, septentrionali Oceano miscetur. Danubius molli & clementer edito [4] montis Abnobæ iugo effusus, plures populos adit, donec in Ponticum mare sex meatibus erumpat. septi-

Cap. 2. *Populi, qui?*

mum enim os paludibus hauritur. Ipsos Germanos indigenas crediderim, minimeque aliarum gentium aduentibus & hospitiis mixtos: quia nec terrâ olim, sed classibus aduehebantur qui mutare sedes quærebant: & immensus vltrà, [5] vtque sic dixerim, aduersus Oceanus raris ab orbe nostro nauibus aditur. Quis porrò præter periculum horridi & ignoti maris, Asiâ, aut Africâ, aut Italiâ relictâ, Germaniam peteret? informem terris, asperam cælo, tristem cultu aspectuque, nisi si patria sit. Celebrant carmi-

Tuisto Deus.

nibus antiquis ([6] quod vnum apud illos memoriæ & annalium genus est) Tuistonem deum terrâ editum & filium Mannum, originem gentis conditoresque. Manno tris filios assignant, è quorum nominibus proximi Oceano Ingæuones, medij Herminones, ceteri Istæuones vocentur. Quidam autem licentiâ vetustatis plureis deo ortos, pluresque

NOTÆ.

1. ORDINEM *scriptionis, si sequimur, ante Historias & Annales sibi locum vindicet hic libellus. Scriptus enim est Traiano secundùm consule, id est Neruâ adhuc viuo. Ipse ostendit infrà:* Cæcilio Metello ac Papirio Carbone Coss. Ex quo si ad alterum Traiani consulatum computemus, ducenti ferè & decem anni colliguntur. *At Historiæ cœptæ Neruâ iam mortuo, & inter diuos. vt docui.*

2. MVTVO METV AVT MONTIBVS.] *Vitiat acutam sententiam Bambergense exemplar,* mutuo victu. *Imò verò metu: qui inter æquè potentes, pro termino ac repagulo. Thucydides benè & appositè:* Τὸ δὲ ἀντίπαλον δέος, μόνον πιστὸν ἐς ξυμμαχίαν.

3. NVPER COGNITIS.] *Domitiani imperio, opinor. cui bella cum Cattis, Sueuis, Sarmatis, & eâ occasione, illustratæ magis vicinæ gentes.*

4. MONTIS ABNOBÆ.] *Plinius nominat libro* IV. *cap.* XII. *sed ibi quoque infida scriptura. Alij enim libri,* Arnobæ. *Bambergensis hîc,* Anribæ. *Roman.* Arbonæ. *Ptolemæo sunt* Αὐνοβοὶ *montes.*

5. VTQVE SIC DIXERIM, ADVERSVS.] *Haud satis capio. An aduersum dicit, oppositum & contrarium? An* obuersus *verius sit legi, idq; ex situ ipso? An vox aliqua durior aut remotior fuit, præsertim quam præfatione eâ leniit? Tamen haud malè aduersum ceperis, quasi mari Italico & Tyrrheno oppositum: eodemq; sensu etiam,* Diuersus. *Sic in Agricolâ scripsit:* Glota & Bodotria diuersi maris æstu in immensum reuecti, angusto terrarum spatio dirimuntur.

6. QVOD VNVM APVD ILLOS.] *Vti apud Barbaros ferè omnes, & rudes litterarum. Nec Hispani aliter comperêre, apud nouos Indos. Eginhartus in Vitâ Caroli Magni:* Barbara & antiquissima carmina, quibus veterum regum actus & bella cane-

A que gentis appellationes, Marsos, Gambriuios, Sueuos, Vandalios affirmant: eaque vera & antiqua nomina. Ceterùm Germaniæ vocabulum [7] recens, & nuper additum: quoniam qui primi Rhenum transgressi Gallos expulerint, [8] nunc Tungri, nunc Germani vocati sint. ita nationis nomen, non gentis eualuisse paullatim, vt omnes primùm [9] à victore ob metum, mox [10] à seipsis inuento nomine Germani vocarentur. Fuisse apud eos & Herculem memorant, primumque omnium [11] virorum fortium. Ituri in prœlia canunt. Sunt illis hæc quoque carmina, quorum relatu quem [12] Barditum vocant, accendunt animos, futuræque pugnæ fortunam ipso cantu augurantur. terrent enim, trepidántve, prout sonuit acies. Nec tam vocis ille, [13] quàm virtutis concentus videtur. affectatur præcipuè asperitas soni, & fractum murmur obiectis ad os scutis, quo plenior & grauior vox repercussu intumescat. Ceterùm & [14] Vlixem quidam opinantur longo illo & fabuloso errore in hunc Oceanum delatum, adisse Germaniæ terras, Asciburgiumque, quod in ripâ Rheni situm hodieque incolitur, ab illo B constitutum, [15] nominatumque ἀσκιπύργιον. Aram quinetiam Vlixi consecratam, adiecto

Germaniæ vox, vnde.

Hercules Germanicus.

Cap. 3.

Barditus.

Vlysses in Germaniâ.

canebantur, scripsit memoriæque mandauit. *Iornandes de Gothis:* In priscis eorum carminibus pænè historico ritu recolitur, &c. *At propriè de Germanis, noster lib.* II. *Annal. de Arminio:* Canitur-que adhuc Barbaras apud gentes. *Iulianus egregiè in Antiochico: qui hæc, ἄγεια μέλη vocat, ὡσπλήσια ταῖς κλάγγαις τῶν τετρχὺ βοώντων ὀρνίθων:* agrestia carmina, similia clangoribus auium asperè clamantium.

7. RECENS, ET NVPER ADDITVM.] *Nos* auditum *maluimus legi, quàm* additum. *Quod ait,* nuper, *non hercules ita nuper: quippe cùm ab æuo Iulij Cæsaris, quo constat Germanos Galliam irrupisse.*

C 8. NVNC TVNGRI, NVNC GERMANI.] *Valdè amplector Bambergensem scripturam, quam & Pichena repperit in veteri editione Bononiensi:* ac nunc Tungri, tunc Germani. *atque ita euoluam me ex obscurâ origine nominis, quod hodieq; hæret in pace & bello optimâ gente. Sententiam enim hanc reor (quidquid dissertum aliis) eos qui transgressi primitus Rhenum sint, esse eum ipsum populum qui nunc Tungri appellentur, at tunc Germani. quod tamen vnius nationis peculiare nomen, paulatim transfusum ad omnes.*

9. A VICTORE OB METVM.] *Vox* Germani, *eidem Bamberg. rectè abest. Ista ipsa enim nouiter interpretari posse videor, & præter mentem omnium, etsi non præter verum. Censeo eum hoc dicere: Factum vt omnes qui Rhenum accolerent, nomen ab istâ victrice natione inuenirent, ob metum scilicet recentem* D *Gallorum: qui quoties de transgressu vel aduentu Transrhenanæ nationis audirent, aiebant trepidi aduentare Germanos. at isti propriè Germani, nouum nomen inuenirent à se ipsis, discriminandi nimirum causâ, & dicerent se Tungros. Possim vulgatam tueri & explicare. sed cur nuger? hæc mera veritas.*

10. A SEIPSIS INVENTO NOMINE GERMANI.] *Si mordicus hanc retines; legam,* à reipsâ inuento. *Germani enim etymo prisco, bellaces viri sunt. Gerra bellum. inuenêre ergo id nomen, ab ipsâ re, quia tales. Vulgatam quomodo expedies? aut quî à seipsis nomen hoc inuenêre, quod anteà in Tungris? Sanè interpretes hîc fluctuant, & fluctuabunt æternùm.*

11. VIRORVM FORTIVM. ITVRI.] *Rectè distinxi. Non enim ea mens, quòd Herculem canant: sed quòd alacres & cum cantu incipiant pugnas. Tacitus lib.* II. *Histor.* Temerè subeuntes cohortes Germanorum, cantu truci, & more patrio nudis corporibus. *Lib.* IV. Vt virorum cantu, fœminarum vlulatu sonuit acies. *Noto autem etiam Hispanos præliis præcinuisse, ex Silio.:*

——— ritu iam moris Iberi
Carmina pulsatâ fundentem barbara cetrâ.

Diodorus Siculus, de Lusitanis: Ἐν τοῖς πολέμοις πρὸς ῥυθμὸν ἐμβαίνουσι, καὶ παιᾶνας ᾄδουσιν ὅταν ὁπλίσωσι τοῖς ἀντιτεταγμένοις: In bellis ad numerum incedunt, & carmina canunt cùm aggrediuntur hostem. *Simile in Thracibus aliisq; Barbaris fuisse, notaui ad* IV. *Annal.*

12. BARDITVM VOCANT.] *Ita Farnes. & scio Bardos Gallos dictos cantores, siue poëtas. Placet tamen nunc magis,* Baritum: *quæ mera vox nostras, quibus* Beren *aut* Baeren, *clamare, vocem tollere. Errabit enim qui ab elephantis barritu deducet, Germanis tunc ignoti. Althamerus,* Blaritum *vellet, Germanico item verbo. Quidquid de nomine sit; Ammianus hunc describit,* clamorem fuisse maximum, qui ipso feruore certaminum exoriens identidem, paullatimque adolescens, ritu extollitur fluctuum cautibus illisorum.

13. QVAM VIRTVTIS CONCENTVS VIDETVR.] *Bambergensis,* quàm mentis concentus. *quod haud præferam vulgatæ.*

14. VLIXEM QVIDAM.] *Interq; eos Strabo, magni & directi iudicij scriptor, lib.* III. *qui adfirmatè tradit Vlysseam Lusitaniæ (Vlyssiponem aliter dicimus) Homerici Vlyssis monumentum esse. Sed & in Britanniam eum venisse, ex arâ Græcis litteris inscriptâ collegit Solinus cap.* XXV. *itemq; Mela. Cui miræ & blandienti opinioni si indulgemus: quídni Vlissinga nostra in Zelandiâ, ab eodem sit? quídni Circæa à Circe? Sed vani & lasciui, vereor, lusus isti ingeniorum sunt: quibus tamen hodie non nemo se ostentat & superbit. Io. Brodæus hæc de Vlyssis errore in Miscellaneis scitè coarguit: Brodæus, vir siue adolescens potiùs, acris ingenij, probi iudicij, lectionis diffusæ, quem non magis in ore famæ esse miror, imò indignor.*

15. NOMINATVMQVE ἀσκιπύργιον.] *Vel, vt Rhenanus,* ἀσυπύργιον. *etsi abesse vox ea potest,*

iecto Laërtæ patris nomine, eodem loco, olim repertam: monumentaque, & tumulos quosdam [16] Græcis litteris inscriptos in confinio Germaniæ Rhætiæque adhuc exstare. quæ neque confirmare argumentis, neque refellere in animo est: ex ingenio suo quisque demat, vel addat fidem. Ipse eorum opinionibus accedo, qui Germaniæ populos nullis [*aliis] aliarum nationum connubiis infectos, [17] propriam & sinceram & tantùm sui similem gentem exstitisse arbitrantur. Vnde habitus quoque corporum, quamquam in tanto hominum numero, idem omnibus: truces & cærulei oculi, [18] rutilæ comæ, [19] magna corpora, & tantùm ad impetum valida. laboris atque operum non eadem patientia: minimeque sitim æstumque tolerare, frigora atque inediam cælo soloque assueuerunt. Terra [20] & si aliquanto specie differt, in vniuersum tamen aut siluis horrida, aut paludibus fœda: humidior quà Gallias; [21] ventosior quà Noricum ac Pannoniam aspicit: satis ferax, frugiferarum arborum impatiens; pecorum fœcunda, sed

Indigenæ Germani.

Cap. 4. ** Redundat.* *Hominum habitus.*

Cap. 5. *Terræ habitus.*

tesť, incolumi sensu. Præcessit enim. At libri quidam magis hîc diuersi, qui ἀκεινίσριον referunt. ex quo placet quibusdam ἀκεινήειτον, à Nerito, vt volunt, Ithacæ monte. locus quidem hic ipse, quem indicari putamus, cliuosus est, haud procul Veteribus vicus, Aschelburg *nunc dictus.*

16. GRÆCIS LITTERIS.] *Litteris fortasse, vix credo linguâ. Quid autem mirum de illis, cùm etiam Heluetij & Galli litteraturâ Græcâ vsi sint, Romanis characteribus iuxtà cum imperio ignotis?*

17. PROPRIAM ET SINCERAM.] *Bamberg.* perpetuam & sinceram.

18. RVTILÆ COMÆ.] *Siue flauæ, & colore auri. Ideò Auricomi Batani, Silio:*

At puer auricomo iam formidate Batauo:

VVandali χρυσοειδεῖς, Procopio dicti. Rufum Seneca dixit III. *De irâ:* Non est Æthiopis inter suos insignitus color, nec rufus crinis & coactus in nodum apud Germanos. *Et Martialis, Ruffum eâ mente Batauum:*

Sum figuli lusus ruffi persona Batani.

Græci plerumque ξανθὸν verterunt: etsi Galenus Commentario ad Polybum De victu, velit Germanos magis propriè πυῤῥοὺς dici, quàm ξανθούς. Calpurnius Flaccus Declamat. II. *de hoc Germanorum connato habitu:* Miramur hanc legem esse naturæ, vt in subolem transeant formæ, quas quasi descriptas species custodiunt? Sua cuique genti etiam facies manet. Rutili sunt Germaniæ vultus, & flaua proceritas Hispaniæ. non eodem omnes colore tinguntur. Diuersa sunt mortalium genera, nemo tamen est suo generi dissimilis. *Quem obiter emendo:* & flaua proceritas. *(apage enim hoc de Hispanis.)* Hispani an non eodem omnes colore tinguntur? *Nec à naturâ solùm rutilus hic crinis, etiam ab * arte. Lauabant enim crebrò, & medicamento rutilabant. Ammianus:* Videbat *(Germanos)* lauantes alios, quosdam comas rutilantes ex more. *Medicamentum, sapo. Martialis:*

Caustica Theutonicos accendit spuma capillos.

Plinius: Prodest & sapo. Galliarum hoc inuentum rutilandis capillis, ex seuo & cinere. *Ita Caligula procerissimum quemque è Gallis ad Germanicum triumphum legit:* coëgitque rutilare & submittere comam: *vt Germani scilicet Germani viderentur. Suetonius narrat cap.* XLVII. *Herodianus item de Antonino Germanos æmulante:* Κόμας τε τῇ κεφαλῇ ἐπετίθετο ξανθὰς, καὶ εἰς κορὰν Γερμανῶν ἐσκημμένας. *id est:* Comas etiam flauas capiti circumposuit; & ad tonsuram Germanicam factas. *Caussam huic coloris studio adsignat Clemens (libro* III. *Pædagog. cap.* III.*) terrorem.* Τῶν ἐθνῶν, *inquit,* οἱ Κελτοὶ καὶ οἱ Σκύθαι κομῶσιν, ἀλλ' ὁ κοσμῶν). ἔχει τὶ φοβερὸν, τὸ εὐτελχον τῶ βαρβάρῳ, καὶ τὸ ξανθὸν αὐτῶ πολεμὸν ἀπειλεῖ, συγχύσεις, τι χρῶμα τῶ αἵματι. *Romanæ etiam matronæ veteres amauêre hunc colorem,* & summâ diligentiâ capillos cinere rutilabant, *ait Valerius lib.* II. *cap.* I. *Posteriores magis auidè, quæ capillitium ipsum emebant à Germanis, & pro comis suis supponebant. Ouidius ad puellam:*

Iam tibi captiuos mittet Germania crines,
Culta triumphatæ munere gentis eris.

Quamquam Seruium notare video in IV. *Virgilij,* matronis nigram comam, meretricibus flauam probatam fuisse. *Quò videatur Satyricus respexisse de Messillinâ matronam sedulò dissimulante:*

Et nigrum flauo crinem abscondente galero.

De hac ipsâ re doctissimus Tertullianus, libello de Cultu: Video quasdam & capillum croco vertere. pudet eas etiam nationis suæ, quòd non Germanæ aut Gallæ procreatæ sint: ita patriam capillo transferunt. Malè ac pessimè sibi auspicantur, flammeo capite. *Nam quòd mali auspicij ait flammeum caput: intellegit omen ad flammas æternas.*

19. MAGNA CORPORA, ET TANTVM.] *Mutilus, me iudice, Bambergensis, qui spretâ priori voce scribit:* corpora tantùm impetu valida. *Nam proceritas etiam inter Germanorum proprias notas.*

20. ET SI ALIQVANTO SPECIE DIFFERT.] *Nescio quid idem liber sibi velit,* etsi aliquando specie aret. *An,* variet?

21. VENTOSIOR QVA NORICVM.] *Vix fides. Loca certè quæ humida & ad mare, magis obnoxia ventis, quàm sicca & mediterranea. quod vtique verissimum experimur in omni Germaniæ isto tractu, qui ad Septemtrionem. Sed nec ventorum propriè hîc res est: de humore agitur, aut siccitate. Anne* verticosior, *ausim legere? id est magis alta & montana? Mela quidem ita disparat, in hac ipsâ terrâ describendâ:* Terra multis impedita fluminibus, multis montibus aspera, & magnâ ex parte siluis aut lapidibus inuia. *An frustrà angimur? & ventosam accipi, pro siccâ atque aëreâ, simplicius & verius sit?*

22. PLE-

* Vide Diod. Sicul. lib. v.

A ſed [22] plerumque improcera. ne armentis quidem ſuus honor, aut gloria frontis. numero gaudent. eæque ſolæ & gratiſſimæ opes ſunt. Argentum & aurum propitij an irati dij negauerint, dubito. Nec tamen affirmauerim, nullam Germaniæ venam argentum aurúmve gignere. quis enim ſcrutatus eſt? poſſeſſione & vſu haut perinde afficiuntur. Eſt videre apud illos argentea vaſa, legatis & principibus eorum muneri data, non in aliâ vtilitate, quàm quæ humo finguntur: quamquam proximi ob vſum commerciorum aurum & argentum in pretio habent, formaſque quaſdam noſtræ pecuniæ agnoſcunt, atque eligunt: interiores ſimpliciùs & antiquiùs permutatione mercium vtuntur. Pecuniam probant veterem & diu notam, [23] Serratos, Bigatoſque. Argentum quoque magis quàm aurum ſequuntur, nullâ affectione animi, ſed quia numerus argenteorum faciliori vſui eſt promiſcua ac vilia mercantibus. Ne ferrum quidem ſupereſt, ſicut ex genere telorum colligitur. [24] Rari gladiis, aut [25] maioribus lanceis vtuntur. [26] haſtas, vel ipſorum vocabulo frameas gerunt, anguſto & breui ferro, ſed ita acri & ad vſum B habili, vt eodem telo, prout ratio poſcit, vel cominus vel eminus pugnent. & eques quidem ſcuto frameaque contentus eſt. pedites & miſſilia ſpargunt, pluraque ſinguli, atque in immenſum vibrant, nudi aut ſagulo leues. nulla cultus iactatio: ſcuta tantùm lectiſſimis coloribus diſtinguunt. paucis loricæ: vix vni alteríve caſſis, aut galea. Equi non formâ, non velocitate conſpicui. ſed nec variare gyros in morem noſtrum docentur. In rectum aut vno flexu dextros agunt, ita conſuncto orbe, vt nemo poſterior ſit. In vniuerſum æſtimanti, plus penes peditem roboris: eoque mixti prœliantur, aptâ & congruente ad equeſtrem pugnam velocitate peditum, quos ex omni iuuentute dilectos ante aciem locant. Definitur & numerus: centeni ex ſingulis pagis ſunt: idque ipſum inter ſuos vocantur. & quod primò numerus fuit, iam nomen & honor eſt. Acies per cuneos

Metalla, an ſint?

Pecunia rara.

Cap. 6.

Item ferrum, & tela.

Framea.

Scuta.

Equites.

Mixti pedites.

22. PLERVMQVE IMPROGERA.] *Malo*, pleraque. *De ipsâ autem, ita hodie contrà eſt, vt armenta noſtra Batauiæ aut Friſiæ, palmam poſcere audeant* C *contra omnia Europæ.*

23. SERRATOS, BIGATOSQVE.] *Diu hos Serratos nummos quæro, homo aliâs non appetens valdè nummûm. Nam vulgò leuiter defunguntur. & Serrati, inquiunt, nummi quibus ſerræ forma impreſſa ſiue incuſa, vt Bigati quibus Bigarum. & de his quidem clarum eſt. oculi me docent cottidie. at de Serratis, quis obſecro in tantâ iſtâ copiâ nummorum veterum vnum aliquem protulit aut proferet cum ſerrâ? Non vidi, non legi. Fuluius ſanè Vrſinus, in gente Manliâ nummum repræſentat, cuius in poſticâ parte caput vrbis, & inſcriptum* ROMA. SER. *quod ipſe interpretatur Serratum. ſed quo argumento? Mille nummi cum illo capite, in quîs nihil tale. & potiùs id referendum ad Serrani cognomen, quod ex aliâ gente hærere huic potuit per adoptionem. An lectio* D *ſolicitanda in Tacito? an* æratos, *aut* ratitos, *aut* Seruianos *legendum? De prioribus quid fuerint, clarum: Seruianos autem interpreter veteres regios, quos in pretio fuiſſe notat Suetonius Auguſto. Seruius certè primus regum, æs ſignauit. Adde quòd in codice Bambergenſi,* Seruatos. *An ſeruamus lectionem, & capimus Serratos eos, quorum ambitus dentatus atque aſper ſit in modum ſerræ? quæ proba nota, & nihil periiſſe longo vſu aut reſectione. Nummos ego quoſdam argenteos ita formatos vſurpaſſe his oculis ſum certus. Spectaſſe autem id eos in nummis vulgò, ratio & Tertullianus addocent:* Qui venditant, priùs nummum quo paciſcantur examinant, ne ſcalptus, néve raſus, ne adulter ſit. *Sed tu erudite lector cogita. nam de me Tullianum illud habe,* Cedo, eia manum tollo.

24. RARI GLADIIS VTVNTVR.] *Iiſq; grandibus & oblongis. Plutarchus de Cimbris:* Μεγάλαις ἐχρῶντο καὶ βαρείαις μαχαίραις. *Cæſar item, Liuius, & Hiſtorici paſſim. Illud dignum notâ è VVindichindo:* Erat illis diebus Saxonibus longorum cultellorum vſus, quibus vſque hodie Angli vtuntur morem gentis antiquæ ſectantes. Cultelli autem noſtrâ linguâ Sahs dicuntur: ideoque aiunt quidam Saxones nuncupatos. *De veritate etymi neſcio: illud ſcio, falces oblongas & grandes frumentarias eo nomine etiam hodie nobis dici.*

25. MAIORIBVS LANCEIS.] *Mirum, quòd hîc rarum id telum facit: at in Annalibus vulgat. Vt libro* I. *de Cheruſcis:* Haſtæ ingentes, ad vulnera quamuis procul facienda. *Et* II. *vniuersè de Germanis:* Immenſa Barbarorum ſcuta, enormes haſtæ. *Iterumq;:* Artis locis prælongas haſtas non protendere, non colligere. *Nuſquam de iſtis breuibus, quas Frameas vocat.*

26. HASTAS, VEL IPSORVM VOCABVLO FRAMEAS.] *Quod genus teli fuerit, quæro. Iſidorus vult gladium fuiſſe.* Framea, *inquit,* gladius ex vtraque parte acutus, quam vulgo Spatham vocant. Ipſa eſt & Romphæa. *Valdè à Tacito abit, qui clarè appellat Haſtam: & addit, eodem telo cominus eminuſq; pugnaſſe. Non ergo gladius. Numquid Romphæa? nam & hoc addidit. pariterq; Gloſſæ veteres,* Framea, ῥομφαία. *Ambigo, nec facilè inducor credere, ſi* * *Valerij quidem deſcriptio hæc proba:* * *Argonaut. lib.* VI.

Æquaque, nec ferro breuior, nec romphia ligno.

Facit enim genus teli, in quo haſtile & mucro pari fuerint longitudinis modo. Tacitus autem aliud fuiſſe in ſuâ Frameâ docet, quam ſtatuit breui & anguſto ferro. *Itaque magis eſt vt ad exemplum Haſtæ ſiue* Spieſſe *noſtræ fuerit, breuiore tamen ligno.*

Pugnandi ratio. cuneos componitur. Cedere loco, dummodò rursus instes, consilij quàm formidinis A
arbitrantur. Corpora suorum etiam in dubiis prœliis referunt. Scutum reliquisse præ-
Ignominia ignauis. cipuum flagitium, nec aut sacris adesse, aut concilium inire ignominioso fas. multique
Cap. 7. superstites bellorum, infamiam laqueo finierunt. Reges ex nobilitate, duces ex virtute
Reges, & Duces. sumunt. Nec regibus infinita aut libera potestas; & duces exemplo potiùs quàm impe-
rio, si promti, si conspicui, si ante aciem agant, admiratione præsunt. Cæterùm [27] neque
Sacerdotum potestas. animaduertere, neque vincire, neque verberare quidem nisi sacerdotibus permissum:
non quasi in pœnam, nec ducis iussu, sed velut deo imperante, quem adesse bellantibus
credunt. effigiesque, & signa quædam detracta lucis in prœlium ferunt. Quodque præ-
Cunei è familiis. cipuum fortitudinis incitamentum est, non casus, nec fortuita conglobatio turmam aut
cuneum facit, sed familiæ & propinquitates. & in proximo pignora: vnde feminarum
vlulatus audiri, vnde vagitus infantium. hi cuique sanctissimi testes, hi maximi lauda-
Faminæ in bellis. tores. Ad matres, ad coniuges vulnera ferunt: [28] nec illæ numerare, aut exsugere plagas
Cap. 8. pauent. Ciboscque & hortamina pugnantibus gestant. Memoriæ proditur, quasdam B
Earum animositas. acies inclinatas iam & labantes à feminis restitutas, constantiâ precum & obiectu pe-
ctorum, & monstratâ cominus captiuitate. quam longè impatientiùs feminarum sua-
rum nomine timent: adeò vt efficaciùs obligentur animi ciuitatum, quibus [29] inter
Obsides puellæ. obsides puellæ quoque nobiles imperantur. Inesse quinetiam sanctum aliquid, & pro-
Vates faminæ. uidum putant: [30] nec aut consilia earum aspernantur, aut responsa negligunt. Vidimus
sub diuo Vespasiano [31] Velledam, diu apud plerosque numinis loco habitam. Sed &
olim [32] Auriniam & complureis alias venerati sunt, non adulatione, nec tamquam face-
rent

27. NEQVE ANIMADVERTERE.] *Repugnare Cæsar videtur lib.* VI. Cùm bellum ciuitas aut illatum defendit aut infert, magistratus qui ei bello præsint, vt vitæ necisque habeant potestatem deliguntur. *Sed Cæsar de belli tempore tantùm: noster in pace intellexit.*

28. NEC ILLÆ NVMERARE, AVT EXSVGERE PLAGAS PAVENT.] *Ita Rhenanus: spectatq; fuctus ille ad medicinam. Homero etiam non ignotam: qui de Machaone Iliad. δ. vers.* 218.

Αἷμ' ἐκμυζήσας, ἐπ' ἄρ' ἤπια φάρμακα εἰδὼς
Πάσσε.

Farnes. tamen codex & Rom. exigere. *quod robur fœmineum magis exprimere videtur, tamquam illæ non numerauerint solùm plagas, sed exegerint; expostularintq. cum suis si illæsi redissent, tamquam ignaui & vitæ suæ parci.*

29. INTER OBSIDES PVELLÆ QVOQVE.] *Igitur ad Germanos referam, quod generatim à Suetonio scriptum, in Augusto cap.* XXI. A quibusdam, nouum genus obsidum fœminas exigere tentauit, quod negligere marium pignora sciebat. *Etsi cur id Tranquillo nouum? Romani ipsi virgines obsides Porsenæ olim dederunt, interq. eas Cœliam. Athenæus id primum inuentum Cleonymo Spartano vult, parùm verè, libro* XIII. *cap.* XXVIII. Ἐμοὶ γὰρ, *inquit*, κατὰ φύσιν δοκεῖ πεποιηκέναι Κλεώνυμος ὁ Σπαρτιάτης, πρῶτος ἀνθρώπων εἰς ὁμηρείαν λαβὼν παρὰ Μεταποντίνων γυναῖκας παρθένους τὰς ἐνδοξοτάτας καὶ καλλίστας ἑξακοσίας. *id est:* Mihi iuxta naturam feciſſe Cleonymus Spartanus videtur, qui primus mortalium *(magis rectè, si primus Græcorum dixisset)* obsides à Metapontinis fœminas virgines accepit nobilissimas & pulcherrimas ducentas. *Vbi discis Metapontinos, imò credo ceteros Italiæ populos, habuisse antiquitus hunc morem.*

30. NEC CONSILIA EARVM.] *Hócne supererat? heu ipsos parùm firmâ mente, qui eam quæsiuere apud amentem sexum! Et tamen adeò vera Taciti affirmatio, vt Plutarchus narret, consultationibus omnibus apud Celtas (ita Germanos Græci vocant) de pace deq. bello, fœminas adhiberi, & lites cum fœderatis aut sociis populis exortas earum interuentu decidi. Verba ipsa in re parùm credibili dabo. In libello De Virtutibus mulierum:* Ἐπὶ τούτοις διετέλουν, *inquit*, περί τε πολέμου καὶ εἰρήνης βουλεύοντες μετὰ τῶν γυναικῶν, καὶ τὰ πρὸς τοὺς συμμάχους ἀμφίβολα δι' ἐκείνων βεβαιούντες. C

31. VELLEDAM.] *De quâ multa noster lib.* IV. *Histor. quam captiuam & in triumpho posteà ductam colligas ex Statio:*

Non vacat Arctoas acies Rhenumq; rebellem
Captiuæque preces Veledæ.

qui nomen tamen id corripit: cuius germanam scripturam fuisse censeo Weldam. *Huic successit in dignatione & diuinatione* Gauna, *sub Domitiano celebris. Dio in Frag.* XLIX. Καὶ Γαῦνα παρθένος μετὰ τὴν Βελήδαν ἐν τῇ Κελτικῇ θειάζουσα: Gauna virgo, D
poſt Veledam, in Germaniâ, diuina & vates. *Addit, ad Domitianum veniſſe, & præmiis ab eo affectam. Quæ ipsa ex Dione Suidas (tacito nomine, vt solet) in voce* θειάζουσα.

32. AVRINIAM.] *Farnes. liber,* Fluriniam. *Putem fuisse,* Aluriniam. *Quod Iornandes mihi auctor in rebus Gothicis, non proprium nomen, sed commune omnium sagarum fuisse.* Repperit, *inquit*, in populo quasdam magas mulieres, quas patrio sermone Aliorunas ipse cognominat. *De fatidicis autem fœminis Germanorum, præter Cæsarem libro* I. *Plutarchum in Mario & Cæsare, Strabonem libro* VII. *vide etiam Clementem Stromate* I.

33. MER-

A rent deas. Deorum maximè [33] Mercurium colunt, cui certis diebus, [34] humanis quoque hostiis litare fas habent. Herculem ac [35] Martem concessis animalibus placant: pars Sueuorum & Isidi sacrificat. Vnde caussa & origo peregrino sacro, parum comperi, nisi quòd signum ipsum in modum liburnæ figuratum, docet aduectam religionem. Ceterùm nec cohibere parietibus deos, neque in vllam humanioris speciem assimilare, ex magnitudine cælestium arbitrantur: [36] lucos ac nemora consecrant, deorumque nominibus appellant secretum illud, quod solâ reuerentiâ vident. Auspicia, sortesque vt qui maximè obseruant. Sortium consuetudo simplex. virgam frugiferæ arbori decisam, in surculos amputant, eosque notis quibusdam discretos super candidam vestem temerè ac fortuitò spargunt. mox si publicè consulatur, sacerdos ciuitatis; sin priuatim, ipse paterfamiliæ precatus deos, cælumque suspiciens, ter singulos tollit, sublatos secundùm impressam antè notam interpretatur. Si prohibuerunt; nulla de eâdem re in eumdem diem consultatio. Sin permissum; auspiciorum adhuc fides exigitur. & illud
B quidem etiam hîc notum, auium voces, volatusque interrogare. Proprium gentis, [37] equorum quoque præsagia ac monitus experiri. publicè aluntur iisdem nemoribus ac lucis, candidi & nullo mortali opere contacti, quos pressos sacro curru sacerdos ac rex vel princeps ciuitatis comitantur, hinnitusque ac fremitus obseruant. Nec vlli auspicio maior fides, non solùm apud plebem, sed apud proceres, apud sacerdotes. Se enim ministros deorum, illos conscios putant. Est & alia obseruatio auspiciorum, quâ grauium bellorum euentus explorant. Eius gentis, cum quâ bellum est, captiuum quoquo modo interceptum, cum electo popularium suorum, patriis quemque armis committunt. victoria huius vel illius, pro præiudicio accipitur. De minoribus rebus principes consultant, de maioribus omnes. ita tamen, vt ea quoque, quorum penes plebem arbitrium est, apud principes pertractentur. Coëunt, nisi quid fortuitum & subitum inciderit, certis diebus, cùm aut inchoatur luna aut impletur. nam agendis rebus hoc auspicatissimum

Cap. 9. *Mercurius Deus. Hercules, & Mars.*

Luci pro templis.

Cap. 10. *Sortes eorum.*

Ex equis præsagia.

Item è captiuis.

Cap. 11. *Ratio consultandi.*

C

33. MERCVRIVM COLVNT.] *Plura igitur ac certiora de religione Germanorum Tacito nota, quàm Cæsari, qui contrà scribit lib.* VI. Deorum numero eos solos ducunt quos vident, Solem, Vulcanum, & Lunam. reliquos ne famâ quidem acceperunt. *Falsò. Nam noster etiam in Annali* XIII. *scriptum reliquit:* ab Hermunduris diuersam aciem Marti ac Mercurio sacratam. *Paulus Diaconus * notat Longobardis (ij autem Germani)* Wodam *Mercurium appellari. ego legerim* Wondam, *vel* Wonstam: *à lucro scilicet, cui præest. Maioribus quidem nostris ita dictum, claret vel ex Mercurij die, qui veteri & gentili appellatione nobis* Wonstdach.

34. HVMANIS QVOQVE HOSTIIS.] *Quod Gallis Germanisq; commune: & priscis testatum crebrò. Illud noto, mansisse eam diritatem etiam inferiori æuo. Procopius lib.* II. *De Bello Goth. ait Francos etsi Christum iam colerent, humanis tamen ad*
D *suum æuum hostiis vsos. Ditmarus lib.* I. *Nortmannos & Danos quotannis mense Ianuario dîs suis immolasse* XCIX. *homines, totidem equos cum canibus & gallis: ab eaq; barbarie Henricum Aucupem primùm eos abduxisse.*

35. MARTEM CONCESSIS ANIMALIBVS.] *Non certè Gothi. de quibus Iornandes:* Martem semper asperrimâ placauere culturâ; nam victimæ eius mortes fuere captorum.

36. LVCOS AC NEMORA CONSECRANT.] *Fatuam religionem. quam Claudianus item iis opprobrat. de laudib. Stil. lib.* I.

Vt procul Hercyniæ per vasta silentia siluæ
Venari tutò liceat, lucosque vetustâ
Religione truces, & robora numinis instar
Barbarici, nostræ feriant impunè secures.

Sed & Lucanus appositè, in obsidione Massiliæ:

Lucus erat, longo numquam violatus ab æuo.
—— hîc barbara ritu
Sacra deûm, structæ diris altaribus aræ,
Omnisque humanis lustrata cruoribus arbos.

Benè ergo & meritò Religione truces *eos fecit Claudianus: quoniam victimæ, imò & homines, ad arbores has (è Lucano hauries) immolatæ. Ait etiam,* robora numinis instar. *Illustrabit Tyrius Maximus, qui* Celtas excelsam quercum coluisse *ait*, & Iouis nomine sollenniter appellasse. *Atque adeò posteriori etiam æuo mansit hic cultus. Luitprandi regis Longobardorum lex est:* Qui ad arborem, quam rustici Sanctiuum vocant, adorauerit, vel incantationes fecerit, componat medietatem pretij sui in sacro palatio. *Tacitus hunc ipsum ritum saltem indicatum lib.* IV. *Histor. voluit, cùm scripsit Ciuilem Batauos* specie epularum sacrum in nemus vocasse: *nec putauerim sanè* sacri *vocem illic peculiare aut proprium siluæ nomen. Hæc in Germanis meritò nos ridemus. sed cur Romani? illi in eâdem naui. Plinius de arboribus:* Hæc fuere numinum templa, priscoque ritu etiam nunc simplicia rura deo præcellentem arborem dicant. *Seneca epistolâ* XLI. Si tibi occurrit vetustis arboribus & solitam altitudinem egressis frequens lucus, illa proceritas siluæ, & secretum loci, & admiratio vmbræ, fidem numinis facit. * Lib. I.

37. EQVORVM QVOQVE PRÆSAGIA.] *Ditmarus Luizicis (qui veterem superstitionem adhuc re-*

simum initium credunt. Nec dierum numerum vt nos, sed noctium computant. Sic A
constituunt, sic condicunt. nox ducere diem videtur. Illud ex libertate vitium, quòd
[38] non simul, nec iussi conueniunt, sed & alter, & tertius dies contatione coëuntium ab-
sumitur. Vt turbæ placuit, considunt armati. Silentium per sacerdotes, quibus tum &
Mos assentiendi, vel contrà. coërcendi ius est, imperatur. Mox rex vel princeps, [39] prout ætas cuique, prout nobi-
litas, prout decus bellorum, prout facundia est, audiuntur, auctoritate suadendi magis
quàm iubendi potestate. Si displicuit sententia, fremitu aspernantur: sin placuit, fra-
Cap. 12. *Pœnarum ratio.* meas concutiunt. Honoratissimum assensus genus est, armis laudare. Licet apud con-
cilium accusare quoque, & discrimen capitis intendere. Distinctio pœnarum ex delic-
to. proditores & transfugas arboribus suspendunt. ignauos, & [40] imbelles & corpore
infames, cœno ac palude, iniectâ insuper crate, mergunt. Diuersitas supplicij illuc re-
spicit, tamquam scelera ostendi oporteat dum puniuntur, flagitia abscondi. Sed & le-
uioribus delictis pro modo pœnarum, equorum pecorumque numero conuicti mul-
tantur. pars multæ regi vel ciuitati, pars ipsi qui vindicatur vel propinquis eius exsolui-
Principes, siue Iuridici. tur. Eliguntur in iisdem conciliis & principes, [41] qui iura per pagos vicosque reddunt. B
Cap. 13. *Arma tradendi mos.* [42] Centeni singulis ex plebe comites, consilium simul & auctoritas, adsunt. Nihil au-
tem neque publicæ neque priuatæ rei, [43] nisi armati agunt. Sed arma sumere non antè
cuiquam moris, quàm ciuitas suffecturum probauerit. Tum in ipso concilio vel princi-
pum aliquis, vel pater, vel propinquus [44] scuto frameaque iuuenem ornant. hæc apud
illos toga, hic primus iuuentæ honos: ante hoc domus pars videntur, mox reipublicæ.
Comites Principum. Insignis nobilitas aut magna patrum merita, principis dignationem etiam adolescen-
tulis

tinebant) hoc idem præsagium equinum adtribuit: sed diuersâ paullùm formâ: Equum, *inquit*, qui maxi-
mus inter alios habetur, & vt sacer ab his venerat, super fixas in terram duorum cuspides ha-
stilium inter se transmissorum, supplici obsequio ducunt: & præmissis sortibus quibus id explora-
uêre priùs, per hunc quasi diuinum denuò augurantur.

38. NON SIMVL, NEC IVSSI.] *Bambergensis*, iussu. *Rhenanus in veteri codice legi ait*, nec iniussi. *ex quo benè etiam scripseris*, nec vt iussi.

39. PROVT ÆTAS CVIQVE.] *Claudianus hoc etiam in Getico confessu notat:*

——— primosque suorum
Consultare iubet, bellis annisque verendos.
Crinigeri sedêre patres.

40. IMBELLES ET CORPORE INFAMES.] *Hoc lego de Germanis? feri illi & horridi, fœmineo morbo & mollitie corporis infames? Numquam credam: & Quinctilianus certè eos purgat in Declamatione pro Milite, cuius pudicitia tentata à Tribuno:* Nihil tale nouêre Germani, & sanctiùs apud Oceanum viuitur. *Scribamus igitur (gratiam mihi age magna patria)* & torpôre infames. *Non enim alia mens hîc Taciti, quàm quòd ignauos, torpentes, bello inutiles, crate impositâ merserint. Idem in eodem verbo vitium apud Agellium lib.* XIX. *cap.* XII. *in extremo:* Omnibus vehementioribus animi officiis amputatis in corpore ignauæ & quasi eneruatæ vitæ consenescunt. *scribe*, torpore. *Hoc mihi certum. quatit tamen non nihil Athenæus lib.* XIII. *qui fœdum illud vitium remotum à me, rursus imponit Germanis:* Κέλτοι δὲ τῆς Βαρβάρου, *inquit*, καίτοι καλλίστας ἔχοντες γυναῖκας, παιδικοῖς μᾶλλον χαίρουσιν, ὡς πολλάκις ἐνίοις ὅπὶ ταῖς δοραῖς μετὰ δύο ἑφυμνίων ἀναπαύεσθαι. *Quem falli tamen scio: nec vrtica illa vmquàm tetigit maiores nostros. Austri & Orientis ista infamia sit: quæ ne nunc quidem Septemtriones habitat, aut frigidum castumq; hunc orbem. Hæc labefacere conati alij, sed firmauimus in* EXCVRS. A.

41. QVI IVRA PER PAGOS VICOSQVE REDDVNT.] *In alia verba sententiam it Bambergensis liber:* qui vitâ per pagos vicosque excellunt. *Sed non auellor à vulgatâ.* C

42. CENTENI SINGVLIS.] *Hoc est quod in lege Alamannorum priscâ lego:* Conuentus autem, secundùm consuetudinem aliquam, fiat in omni Centenâ, coram Comite aut suo Misso, & coram Centenario ipsum placitum fiat.

43. NISI ARMATI AGVNT.] *Quem eumdem morem Græcis priscis fuisse, eosq; solitos σιδηροφορεῖσθαι, Thucydides notauit. Idemq; de Gallis, Liuius lib.* XXI. In his noua terribilisque species visa est, quòd armati (ita mos gentis) in concilium venerunt. *Quin conuiuia etiam Germani adibant in armis. Tacitus hoc ipso libro:* Tum ad negotia, nec minus sæpè ad conuiuia procedunt armati. *Athenæus lib.* IV. *famulos adstitisse vel assedisse conuiuantibus iis vult, cum scuto, lanceâ, & iustis armis.* Καὶ οἱ μὲν, *ait*, τὰς θυρεὰς ὁπλοφορεῦντες ἐκ τῆς ὀπίσω παρεσᾶσιν. οἱ δὲ δορυφόροι, κατὰ τὸν ἀντικρὺ καθήμενοι κύκλῳ, καθάπερ οἱ δεσπόται σωζόμενοι χεῦν). *Denique templa ipsa adiere armati. Panegyristes:* Nec maiores vestri templa ingrediebantur, nisi armati. D

44. SCVTO FRAMEAQVE.] *Originem moris videsauis nostris ad insaniam amati, Equites creandi. Fallor, aut tangit eumpse Diaconus in Longobardicis, lib.* I. *cap.* XV. Scitis non esse apud nos Consuetudinem, vt regis filius cum patre prandeat, nisi priùs à rege gentis exteræ arma susceperit. *Adde, si lubet, Caput sequens.*

45. CE-

A tulis assignant. [45] Ceteris robustioribus ac iampridem probatis aggregantur. nec rubor inter comites aspici. Gradus quinetiam & ipse comitatus habet, iudicio eius quem sectantur. Magnaque & comitum æmulatio, quibus primus apud principem suum locus; & principum, cui plurimi & acerrimi comites. Hæc dignitas, hæ vires, magno semper electorum iuuenum globo circumdari, in pace decus, in bello præsidium. Nec solùm in suâ gente cuique, sed apud finitimas quoque ciuitates id nomen, ea gloria est, si numero ac virtute comitatus emineat. expetuntur enim legationibus, & muneribus ornantur, & ipsâ plerumque famâ bella profligant. Cùm ventum in aciem, turpe prin- Cap. 14.
cipi virtute vinci; turpe comitatui, virtutem principis non adæquare. Iam verò infame *Deuotio.*
in omnem vitam ac probrosum, superstitem principi suo ex acie recessisse. Illum defendere, tueri, sua quoque fortia facta gloriæ eius assignare, [46] præcipuum sacramentum est. Principes pro victoriâ pugnant: comites pro principe. Si ciuitas, in quâ orti sunt, *Militare studium.*
longâ pace & otio torpeat; plerique nobilium adolescentium petunt vltrò eas nationes,
B quæ tum bellum aliquod gerunt. quia & ingrata genti quies, & facilius inter ancipitia clarescunt, magnumque comitatum non nisi vi belloque [47] tueantur. exigunt enim principis sui liberalitate illum bellatorem equum, illam cruentam victricemque framean. Nam epulæ, & quamquam incomti largi tamen apparatus, pro stipendio cedunt. Materia munificentiæ per bella, & raptus. Nec arare terram, aut exspectare annum, tam facilè persuaseris, quàm vocare hostes & vulnera mereri. pigrum quinimmò & iners videtur sudore acquirere, quod possis sanguine parare. Quotiens bella non Cap. 15.
ineunt, [48] non multum venatibus, plus per otium transigunt, dediti somno, ciboque. *Venatio.*
Fortissimus quisque ac bellicosissimus nihil agens, delegatâ domus & penatium & agrorum curâ feminis senibusque, & infirmissimo cuique ex familiâ. [49] Ipsi hebent: mirâ diuersitate naturæ, cùm iidem homines sic ament inertiam, & oderint quietem. Mos est ciuitatibus [50] vltrò ac viritim conferre principibus vel armentorum vel frugum, *Tributa, aut munera.*
* quod pro honore acceptum, etiam necessitatibus subuenit. Gaudent præcipuè finitimarum gentium donis, quæ non modò à singulis, sed publicè mittuntur: electi equi,
C magna arma, phaleræ, torquesque. Iam & pecuniam accipere docuimus. Nullas Ger- Cap. 16.
manorum populis vrbes habitari, satis notum est; ne pati quidem inter se iunctas sedes. *Nulla vrbes.*
Colunt discreti ac diuersi, vt fons, vt campus, vt nemus placuit. Vicos locant, non in nostrum morem, connexis & cohærentibus ædificiis: suam quisque domum spatio cir- *Vici, & domus.*
cumdat, siue aduersus casus ignis remedium, siue inscitia ædificandi. Ne cæmentorum quidem apud illos aut tegularum vsus. Materiâ ad omnia vtuntur informi, & citra speciem aut delectationem. Quædam loca diligentiùs illinunt terrâ ita purâ ac splendente, vt picturam ac lineamenta colorum imitetur. Solent & [51] subterraneos specus *Specus subterranei.*
aperi-

45. CETERIS ROBVSTIORIBVS.] *Lege*, ceteri. *statim liber vetus*, aggregant, *non* aggregantur. *quod Taciti & veterum phrasim olet.*

46. PRÆCIPVVM SACRAMENTVM.] *Liber scri-*
D *ptus*, principum sacramentum.

47. TVEANTVR.] *Scriptus*, tueare.

48. NON MVLTVM VENATIBVS.] *Pugnam cum Cæsare hîc video, imò cum vsu & ratione. Cæsar ait:* Vita Germanorum omnis in venationibus, atque in studiis rei militaris consumitur. *Iterùm de Sueuis:* multum sunt in venationibus. *Vsus etiam & ratio suadent, gentes acres, feras, vbi siluarum copia, venatui addictas. Nec aliter in hac ipsâ gente hodie. Pacem vera emendatio faciet:* quoties bella non ineunt, multum venatibus. *negatione eiectâ, quæ haud dubiè malè geminata & petita è prioribus verbis.*

49. IPSI HEBENT: MIRA.] *Expressi Farnes. scripturam, nec quin ea germana sit dubitaueris. Vulgati,* ipsi habent miram diuersitatem.

50. VLTRO AC VIRITIM CONFERRE.] *Imminutum locum esse res & sermo ipse clamant. Rhenanus ex vestigiis, vt ait, libri,* vltrò equitium conferre. *Et scio vocem Equitij probam, Iurisconsultis vsurpatam: & morem ipsum in Armeniis etiam obtinuisse, qui equos regi alebant in tributum. Xenophon id me docuit lib.* IV. *De expeditione Cyri. At ne sic quidem pendentia verba firmaueris, quæ sequuntur. An equitium armentorum dices? an frugum? ridiculum. Mihi nota excidisse videbatur* X. *quæ Decimam significat, vel Decimas: sicut eadem geminata* XX. *vigesimam, in lapidibus sæpè. scribesq; meo sensu:* vltrò ac viritim X. conferre. *Quin mos quidem ille etiam hodie obtineat apud plerosque, de conferendis Decimis in nobilitatis vsum, negari non potest. Vel explere etiam possis:* vel frugum, quod pro.

51. SVBTERRANEOS SPECVS APERIRE.] *Idem Pomponius Mela de Sarmatis:* Atque ob sæua hiemis adsiduæ, demersis in humum sedibus, specus aut suffossa habitant. *Xenophon de frigidâ Arme-*

aperire, eosque multo insuper simo onerant, suffugium hiemi & receptaculum frugi- A
bus: quia rigorem frigorum eiusmodi locis molliunt: & si quando hostis aduenit, aperta
populatur. abdita autem & defossa, aut ignorantur, aut eo ipso fallunt, quòd quærenda
Cap.17. sunt. Tegumen omnibus sagum, fibulâ, aut, si desit, [52] spinâ consertum. Ceterà intecti,
Vestitus eorum. totos dies iuxta focum atque ignem agunt. Locupletissimi veste distinguuntur, non
fluitante, sicut Sarmatæ ac Parthi, [53] sed strictâ & singulos artus exprimente. Gerunt
& ferarum pelles, proximi ripæ negligenter, vlteriores exquisitiùs, vt quibus nullus per
commercia cultus. Eligunt feras, & detracta velamina [54] spargunt maculis pellibusque
belluarum, quas exterior Oceanus, atque ignotum mare gignit. Nec alius feminis quàm
Fœminarum vestes. viris habitus, nisi quòd [55] feminæ sæpiùs lineis amictibus velantur, eosque purpurâ va-
riant, partemque vestitus superioris in manicas non extendunt, nudæ brachia ac lacertos.
Cap.18. sed & proxima pars pectoris patet. Quamquam seuera illic matrimonia. Nec vllam
Matrimonia casta. morum partem magis laudaueris. nam propè soli barbarorum singulis vxoribus conten-
ti sunt, exceptis admodum paucis, qui non libidine, sed ob nobilitatem plurimis nuptiis B
Dotium ratio. ambiuntur. Dotem non [56] vxor marito, sed vxori maritus offert. Intersunt parentes &
propinqui, ac munera probant: munera non ad delicias muliebres quæsita, nec quibus
noua

Armeniorum regione, libro IV. *Expedit. Cyri:* Αἱδ' οἰκίαι ἦσαν κατάγειοι, τὸ μὲν στόμα ὥσπερ φρέατος, κάτω δὲ εὐρεῖαι. αἱ δὲ εἴσοδοι τοῖς μὲν ὑποζυγίοις ὀρυκταὶ, οἱ δὲ ἄνθρωποι κατ' κλίμακας κατέβαινον. ἐν δὲ ταῖς οἰκίαις ἦσαν αἶγες, βόες, ὄϊες, ὄρνιθες, καὶ τὰ ἔκγονα τούτων. *Frustrà autem originem Stubarum (ita Ditmarus & illa ætas appellant) petunt istinc. quid enim simile? Quæ tamen antiquæ: &, nisi fallor, Iuliano intellectæ in Antiochico, vbi de Lutetiâ vrbe:* Ἐθάλπετο δὲ τὸ δωμάτιον ἀθαμῶς, ὅπερ ἐκάθδδον. ὅπερ εἰώθει τοῦτον ὑπὸ τοῖς καμίνοις τὰ πολλὰ τῶν οἰκημάτων ἐκεῖ θερμαίνεσθαι. *Quamquam & Romanos ævo Senecæ nescio quid tale commentos reperio: effectu quidem pari cum Stubis, non prorsus formâ. Seneca de Prouidentiâ, cap.*IV. Quem specularia semper à flatu vindicant, cuius cænationes subditus & parietibus circumfusus calor temperauit. *Quod fieri solitum, per ambientes quosdam tubos. Idem epistolâ* XCI. Quædam nostrâ demum prodisse memoriâ scimus, vt specularium vsum, vt suspensuras balneorum, & impressos parietibus tubos per quos circumfunderetur calor, qui ima simul & summa foueret æqualiter. *Quos tubos vidisse & notasse me in ruinis balnearum Romæ, probè memini. Ceterùm quod hîc legitur, simo onerant: in Bambergensi est,* fimo operiunt.

* *Nota igitur indigenam Panni vocem fuisse.*

* *Etsi propriè pars infra zonam pendula* pant *nobis dicta.*

52. SPINA CONSERTVM.] *Cur spinâ propriè & quæsitè? an non aptius* pinnâ? *Siue è pisce siue è ligno, aut aliâ materie fuit. Certè hodieq; ita à tenuibus aut sordidis factitatur.*

53. SED STRICTA ET SINGVLOS ARTVS EXPRIMENTE.] *Exprimit verò egregiè vestitum hunt nostrum, qui à nobilitate Germanicâ diffusus non dubiè per Europam. Describit & Sidonius eleganter, in Panegyrico:*

* *Verum est in plebe.*

Strictius assutæ vestes, procera coërcent
Membra virûm: patet iis arctato tegmine poples.

Pars tamen etiam quædam Germaniæ olim in laxis vestibus, Sarmatico ritu, siue braccis. Lucanus Batauis & Vangionibus hoc tribuit:

Et qui te laxis imitantur Sarmata braccis
Vangiones, Batauique truces.

*Quamquam de plebe id tantùm ceperim. Ceterùm ad adstrictas, & Sidonij verbo, assutas Germanorum vestes, facit Dionis locus, lib.*XL. *me quidem interprete: vbi Pannonios dictos affirmat,* ὅτι τὰς χιτῶνας χειριδώτους ἐξ ἱματίων πυκνῶν ἐς φάννυς ὑπηχωρίως πως καὶ κατατέμνοντες καὶ * προσαγορεύοντες συῤῥάπτουσι: quòd tunicas manuleatas ex centonibus quibusdam & Pannis (ita appellant) patrio more conscindunt & coaptant. *Certum mihi est describi nostram tunicam, quam etiam nunc ab istis Pannis* * Pantrock *vocamus, veterum Germanorum & Pannonum ipsam vestem. Ea sanè, quo Dio ait, è variis panniculis, præter Romanum & Græcum morem, ad singula membra aptata.* C

54. SPARGVNT MACVLIS PELLIBVSQVE.] *Suspectus mihi locus. nec sat scio quomodo detractas feris pelles, sparserint maculis & pellibus aliis piscium. An Tacitus ipse hæc parùm intellexit? an maculæ vox non sine maculâ? Ego de Mastrucis aliquid libens suppositissem, si velificata mihi libri alicuius aura. Isidorus:* Mastruca, vestis Germanica ex pelliculis ferarum. *Prudentius:*

——— mastrucis proceres vestire togatos.

Cicero Sardis etiam tribuit: Sardorum mastruca tentauit. *Ceterùm non dubium, quin duplici ornatu eos vsos Tacitus velit, siue è feris, siue è piscibus. Iustinus clariùs paullò idem tradidit de Scythis:* Lanæ iis vsus ac vestium ignotus: pellibus tantùm ferinis aut marinis vestiuntur. D

55. FEMINÆ SÆPIVS LINEIS.] *Plinius:* Iam quidem & Transrhenani hostes vela è lino texunt, nec pulchriorem aliam vestem eorum fœminæ nouêre. *Linigeræ igitur fœminæ, nec tamen solæ. Benè ait,* sæpiùs. *Diaconus in viris agnoscit, lib.* IV. *cap.*VII. Vestimenta eis *(de priscis Longobardis ait, indubiè Germanis)* erant * laxa & maximè linea, qualia Angli Saxones habere solent, ornata institis latioribus, vario colore contextis. *Sed profectò quæ hîc de variegatis latisq; institis dicit, nos qui vidimus, scimus etiam nunc proprium amictum esse Germanicarum mulierum.*

56. VXOR MARITO.] *Illud,* marito, *abest Bambergensi, & sine fraude.*

57. Ac

A noua nupta comatur, ſed boues & frenatum equum, & ſcutum cum frameâ, gladioque. In hæc munera vxor accipitur: atque inuicem ipſa armorum aliquid viro affert. hoc maximum vinculum. hæc arcana ſacra, hos coniugales deos arbitrantur. Ne ſe mulier extra virtutum cogitationes, extraque bellorum caſus putet, ipſis incipientis matrimonij auſpiciis admonetur, venire ſe laborum periculorumque ſociam, idem in pace, idem in prœlio paſſuram auſuramque. hoc iuncti boues, hoc paratus equus, hoc data arma denuntiant. Sic viuendum, ſic pereundum. accipere ſe quæ liberis inuiolata [57] ac digna reddat, quæ nurus accipiant, turſuſque ad nepotes referant. Ergo ſeptâ pudicitiâ agunt, nullis ſpectaculorum illecebris, nullis conuiuiorum irritationibus corruptæ. [58] Litterarum ſecreta viri pariter ac feminæ ignorant. Pauciſſima in tam numeroſâ gente adulteria, [59] quorum pœna præſens, & maritis permiſſa. [60] Acciſis crinibus nudatam coram propinquis expellit domo maritus, ac per omnem vicum verbere agit. [61] publicatæ enim pudicitiæ nulla venia. non formâ, non ætate, non opibus maritum B inuenerit. Nemo enim illic vitia ridet: nec corrumpere & corrumpi, [62] ſæculum vocatur. [63] Meliùs quidem adhuc eæ ciuitates, in quibus tantùm virgines nubunt, & cum ſpe votoque vxoris ſemel tranſigitur. Sic vnum accipiunt maritum quo modo vnum corpus, vnamque vitam; ne vlla cogitatio vltrà, ne longior cupiditas, ne tamquam maritum, ſed tamquam matrimonium ament. Numerum liberorum finire, aut quemquam [64] ex agnatis necare, flagitium habetur. pluſque ibi boni mores valent, quàm alibi bonæ leges. In omni domo nudi ac ſordidi, in hos artus, in hæc corpora, quæ miramur, excreſcunt. Sua quemque mater vberibus alit, nec ancillis ac nutricibus delegantur. Dominum ac ſeruum nullis educationis deliciis dignoſcas. Inter eadem pecora, in eâdem humo degunt; donec ætas ſeparet ingenuos, virtus agnoſcat. Sera iuuenum Venus, eoque inexhauſta pubertas. nec virgines feſtinantur. eadem iuuenta, ſimilis proceritas. pares validique miſcentur. ac robora parentum liberi referunt. Sororum filiis idem apud auunculum, qui apud patrem honor. Quidam ſanctiorem artioremque hunc nexum ſanguinis arbitrantur, & in accipiendis obſidibus magis exigunt, tamquam ij & ani- C mum firmiùs & domum latiùs teneant. Heredes tamen ſucceſſoreſque ſui cuique liberi: & nullum teſtamentum. Si liberi non ſunt; proximus gradus in poſſeſſione, fratres, patrui, auunculi. Quanto plus propinquorum, quo maior affinium numerus, tanto gratioſior ſenectus. nec vlla orbitatis pretia. Suſcipere tam inimicitias ſeu patris ſeu propinqui, quàm amicitias neceſſe eſt. Nec implacabiles durant. luitur enim etiam homici-

Cap. 19. *Adulterij pœna.*

Vniuirè alibi.

Cap. 20. *Educatio liberorum.*

Cognationis vincula.

Succeſſio.

Cap. 21. *Inimicitiæ propagantur.*

57. AC DIGNA REDDAT.] *Vox*, digna, *non ſincera videtur. Sed & paullò antè Rhenanus*, ſic viuentes, ſic parientes, *alibi legiſſe ait.*

58. LITTERARVM SECRETA.] *Quare hoc matrimoniis, aut pudicitiæ, interſerit? mireris. Nimirum quia & litteris occultè miſsis corrumpi fœminæ ſolent, ſicut de Ludis & Conuiuiis præiuit. At eæ non ſunt.*

D 59. QVORVM POENA PRÆSENS.] *Ad ius & Romanos mores propius in Bambergenſi ſcriptum*, quorum pœna parentibus & maritis. *Nam maritos ſolos hîc eſſe arbitros, ſatis crudum. Tamen è Tacito non aliter appâret.*

60. ACCISIS CRINIBVS.] *Pœna duplex; Crines acciſi, & Fuſtigatio. Quam reperio etiam aliâs vſurpatam Germanis in hoc ſexu. In Legibus Luitprandi regis Longobardorum, hæc eſt in fœminas violentas, & quæ ſæuiunt aut feriunt.* Publicus, in quo loco factum fuerit, comprehendat ipſas mulieres, & faciat eas Decaluare & Fuſtare *(ita lego: vulgò*, Fruſtrare) per vicos vicinantes ipſius loci. *Paullò aliam & magis ſæuam Adulterij pœnam tribuit priſcis Saxonibus Bonifacius Archiepiſcopus, Epiſtolâ ad Ethelbaldum Anglorum Regem:* In antiquâ, *inquit*, Saxoniâ, vbi nulla Chriſti cognitio, ſi virgo in maternâ domo, vel maritata ſub coniuge ſit adulterata: manu propria ſtrangulatam cremant. *(& addit quod huc magis facit)* aut cingulo tenus veſtibus abſciſſis flagellant eam caſtæ matronæ, & de villâ in villam miſſæ occurrunt nouæ flagellantes, & cultellis pungunt donec interimant.

61. PVBLICATÆ ENIM.] *Scribam*, publicatæ etiam. *Non enim hoc ad adulteras refero: ſed ad eas quæ adhuc iniuges, vulgò tamen ſe vulgabant.*

62. SÆCVLVM VOCATVR.] *Grauis & acuta ſententia. Seneca ſimiliter:* Deſinit eſſe remedio locus, vbi quæ fuerant vitia, mores ſunt.

63. MELIVS EÆ CIVITATES.] *Inter quas ciuitates fuiſſe Erulos reperio: apud quos adeò ſecundo matrimonio non locus, vti vxor marito mortuo laqueo ſeſe ſtatim iuxta ſepulchrum indueret: niſi inuiſa viuere mallet & infamis: Procopius tradit lib.* II. *De bello Gothorum.*

64. EX AGNATIS NECARE.] *Agnatos hîc accipies non ἀγχιστεῖς aut συγγενεῖς, ſed liberos qui adnaſcuntur. etſi mallem omnino ſcribi,* gnatis. *Illud autem*

micidium certo armentorum ac pecorum numero, recipitque satisfactionem vniuersa domus, vtiliter in publicum, quia periculosiores sunt inimicitiæ iuxta libertatem. Conuictibus & hospitijs non alia gens effusiùs indulget. Quemcumque mortalium arcere tecto, nefas habetur. pro fortunâ quisque apparatis epulis excipit. Cùm defecerit, qui modò hospes fuerat, monstrator hospitij & comes, proximam domum non inuitati adeunt. nec interest. pari humanitate accipiuntur. Notum ignotumque, quantum ad ius hospitij, nemo discernit. Abeunti, si quid poposcerís, concedere moris. & poscendi inuicem eadem facilitas. Gaudent muneribus. sed nec data imputant, nec acceptis obligantur. Victus inter hospites comis. Statim è somno, quem plerumque in diem extrahunt, lauantur, sæpiùs calidâ, vt apud quos plurimum hiems occupat. Lauti, cibum capiunt. [65] separatæ singulis sedes, & sua cuique mensa. Tum ad negotia, nec minus sæpè ad conuiuia procedunt armati. [66] Diem noctemque continuare potando, nulli probrum. Crebræ vt inter vinolentos rixæ, rarò conuitiis, sæpiùs cæde & vulneribus transiguntur. Sed & de reconciliandis inuicem inimicis, & iungendis affinitatibus, & adsciscendis principibus, de pace denique ac bello plerumque in conuiuiis consultant: tamquam nullo magis tempore aut ad simplices cogitationes pateat animus, aut ad magnas incalescat. Gens non astuta nec callida, aperit adhuc secreta pectoris, licentiâ loci. Ergo detecta & nuda omnium mens, posterâ die retractatur: [67] & salua vtriusque temporis ratio est. Deliberant, dum fingere nesciunt: constituunt, dum errare non possunt.

Hospitalitas.

Cap. 22. *Victus, & mensa.*

Vinolentia, & ex eâ pugna.

Consultatio in conuiuiis.

Potui humor ex ordeo aut frumento, in quandam similitudinem vini corruptus. Proximi ripæ, & vinum mercantur. Cibi simplices, agrestia poma, recens fera, aut lac concretum. Sine apparatu, sine blandimentis expellunt famem. aduersus sitim, non eadem temperantia. Si indulseris ebrietati, suggerendo quantum concupiscunt; haut minus facilè [68] vitiis, quàm armis vincentur. Genus spectaculorum vnum atque in omni cœtu idem. Nudi iuuenes, quibus id ludicrum est, inter gladios se atque infestas frameas saltu iaciunt. Exercitatio artem parauit, ars decorem. non in quæstum tamen aut mercedem.

Cap. 23. *Potus, cerevisia.*

Cap. 24. *Spectaculum militare.*

autem mirum, Tacitum omittere insignitum illum ritum & peculiarem Germanis de exploratione liberorum. Prolem enim natam ad Rhenum ferebant, clypeoq; imponebant. si vndis abriperetur, notham censebant: si innataret, verè suam. Claudianus in Rufinum:

Et quos nascentes explorat gurgite Rhenus.

Iulianus in epistolâ ad Maximum: Πάντως ἀδικεῖ ὁ Ῥῆνος τοὺς Κελτούς, ὃς τὰ μὴ νόθα τῷ βρέφων ὑποβρύχια ταῖς δίναις πέμπει, καθάπερ ἀκολάστου λέχους τιμωρὸς πρέπων. Ὅσα δ' ἂν ὑπηνῷ καθαρᾶ σπέρματος, ὑπερᾴνω τὸ ὕδατος αἴρει, καὶ τῇ μητρὶ ξεμύσῃ πάλιν εἰς χεῖρας δίδωσιν ὥσπερ ἀδέκαστόν τινα μαρτυρίαν αὐτῇ καθαρῶν καὶ ἀμέμπτων γάμων τῷ παιδὸς σωτηρίαν ἀντιδωρούμενος. *Meminit & Galenus De sanitate tuendâ, & alibi Nazianzenus. Nonnus in Dionysiacis, ab hac causâ Rhenum* ἐλεγχιγάμον *agnominat, velut iudicem vindicemq; coniugij: & vidi, qui Rheni etymon hinc petendum adseueraret, quasi purgatoris. Purus quidem sermone nostro* reyn *dicitur. Sed addo, Valerium Flaccum ad Scythas & ad Phasum hunc ritum (nescio an ex vero) transferre. Ita enim ibi quispiam:*

—— subitam sæui durauimus amne
Progeniem, natosque rudes?

65. SEPARATÆ SINGVLIS SEDES.] *Quæ sedes è gramine aut frondibus, & propriè thori. Strabo suggerit, qui de Gallis:* καθεζόμενοι δειπνοῦσιν ἐπὶ στιβάσι: sedentes cibum capiunt in thoris gramineis. *Posidonius apud Athenæum, fœnum sibi substrauisse scribit, ab eâdem mente:* Κελτοὶ τὰς χοὰς προτίθενται, χόρτον ὑποβάλλοντες, καὶ ὅτι τραπέζαν ξυλίνων, μικρὸν ἀπὸ τῆς γῆς ἐπηρμένων, &c. *Plura de ratione Germanici victus, ibi vide. lib.* IV. *inquam, cap.* XIII.

66. DIEM NOCTEMQVE.] *Vti & de Persis Xenophon scribit in Pædiâ, lib.* VIII. *extremo. qui mirum (studiosè enim notaui & comparaui) quàm in pleraque omni ratione vitæ, imò & linguâ, consentiant cum Germanis.*

67. ET SALVA VTRIVSQVE TEMPORIS RATIO EST.] *Ego scribo*, & sua vtriusque temporis. *Interpretor: Germani in conuiuiis & compotationibus deliberant quidem agitantq; res graues: sed eadem sobrij recoquunt & retractant. & vtrique rei sua quædam ratio est. Rationem autem addit,* deliberant, dum fingere nesciunt; constituunt, dum errare non possunt. *Ex quo discimus, Germanos in conuiuij illâ licentiâ proposuisse quidem seria: sed eadem concluisse & finisse, non nisi matutinos & serios. Persarum similis mos, qui, vt Strabo ait,* ἐν οἴνῳ τὰ μέγιστα βουλεύονται, καὶ ταῦτα βεβαιότερα τῇ ἐν νήφει τίθενται. *idemq; de iis Ammianus lib.* XVIII. *Sed & Cretensium: ex Athenæo lib.* IV. *cap.* V. *Græcorum omnium veterum: ex Homero, & Plutarcho diffusè Symposiacorum lib.* VII. *Propiùs ad Tacitum Herodotus* I. Quæ Persæ in conuiuiis deliberauerint, postridie proponi sobriis: & si tunc placuerint, rata esse.

68. VITIIS, QVAM.] *Bambergensis,* vino quàm armis.

69. DE-

A cedem. quamuis audacis lasciuiæ pretium est, voluptas spectantium. Aleam (quod mirere) sobrij inter seria exercent, tantâ lucrandi perdendíve temeritate, vt cùm omnia defecerunt, extremo ac nouissimo iactu [69] de libertate & de corpore contendant. Victus voluntariam seruitutem adit. Quamuis iunior, quamuis robustior, alligari se ac venire patitur. Ea est in re prauâ peruicacia: ipsi fidem vocant. Seruos conditionis huius per commercia tradunt, vt se quoque pudore victoriæ exsoluant. Ceteris seruis, non in nostrum morem descriptis per familiam ministeriis, vtuntur: suam quisque sedem, suos penates regit. Frumenti modum dominus, aut pecoris, aut vestis, vt colono iniungit: & seruus hactenus paret. Cetera domus officia, vxor ac liberi exsequuntur. Verbera e seruum, ac vinculis & opere coërcere, rarum. Occidere solent, non disciplinâ & seueritate, sed [70] impetu & irâ, vt inimicum, nisi quòd impunè. Liberti non multum supra seruos sunt, rarò aliquod momentum in domo, numquam in ciuitate, exceptis dumtaxat iis gentibus, quæ regnantur. Ibi enim & super ingenuos & super nobiles ascendunt.

Alea studium.

Cap. 25. Serui, dimissi & vt colunt.

Liberti.

B Apud ceteros, impares libertini libertatis argumentum sunt. Fenus agitare & in vsuras extendere, ignotum: [71] ideoque magis seruatur, quàm si vetitum esset. [72] Agri pro numero cultorum ab vniuersis per vices occupantur, quos mox inter se secundùm dignationem partiuntur. facilitatem partiendi, camporum spatia præstant. Arua per annos mutant, & superest ager. nec enim cum vbertate & amplitudine soli labore contendunt, vt pomatia conserant, & prata sepiant, & hortos rigent. sola terræ seges imperatur. Vnde annum quoque ipsum non in totidem digerunt species. Hiems & ver & æstas intellectum ac vocabula habent: autumni perinde nomen ac bona ignorantur. Funerum nulla ambitio. Id solùm obseruatur, vt corpora clarorum virorum certis lignis crementur. Struem rogi, nec vestibus, nec odoribus cumulant. sua cuique arma, quorumdam igni & equus adiicitur. Sepulcrum cespes erigit. Monumentorum arduum & operosum honorem, vt grauem defunctis, aspernantur. Lamenta ac lacrymas citò, dolorem & tristitiam tardè ponunt. Feminis lugere honestum est: [73] viris meminisse.

Cap. 26. Vsura nulla. Agrorum cultus, & partitio.

Cap. 27. Funera.

C Hæc in commune, de omnium Germanorum origine ac moribus accepimus. Nunc singularum gentium instituta, ritusque quatenus differant: quæ nationes è Germaniâ in Gallias commigrauerint, expediam. Validiores olim Gallorum res fuisse summus auctorum diuus Iulius tradit. eoque credibile est, etiam Gallos in Germaniam transgressos. Quantulum enim amnis obstabat, quò minus, vt quæque gens eualuerat, occuparet permutaretque sedes promiscuas adhuc, & nullâ regnorum [74] potentiâ diuisas? Igitur inter Hercyniam siluam, Rhenumque & Mœnum amnes, Heluetij; vlteriora Boij, Gallica vtraque gens, tenuêre. [75] Manet adhuc Boiemi nomen, significatque [76] loci

Cap. 28. Altera libelli pars.

Galli in Germaniam.

Heluetij.

Boij.

69. De libertate et de corpore.] *Hoc aleæ studium pertinax Hunnis adtribuit D. Ambrosius, de Tobiâ cap.* xi. Ferunt Hunnos, cùm sine legibus viuant, aleæ solius legibus obedire, in procinctu ludere, tesseras simul & arma portare, D & plures suis, quàm hostilibus ictibus interire. In victoriâ suâ captiuos fieri, & spolia suorum perpeti, quæ pati ab hoste nequiuerint. *Et statim:* Frequenter autem tanto ardore rapi, vt cùm ea quæ sola magna æstimant, arma victus tradiderit, ad vnum aleæ iactum vitam suam potestati vel victoris, vel fæneratoris, addicat. Denique constat, quòd quidam & Imperatori Romano cognitus, in fide pretium seruitutis, quod sibi tali sorte superatus intulerat, suppliciis imperatæ mortis exsoluerit. *O fœda, ô barbara. & scio apud quosdam Septemtrionalium hodie hanc insaniam pro parte vigere.*

70. Impetv et ira.] *Hoc ita in Septemtrionis tractu, vt Holsatiâ atque alibi, etiam hodie Germani: & per mores licet.*

71. Ideoqve magis servatvr.] *Quid seruatur? imò non seruatur fœnus, nec est eius vsus. Aliquid in hac scripturâ vitij: an* spernitur, *vel* spernatur? *ac tale sententia petit. Aut pro sensu capiendum, quasi de interdicto præiuisset.*

72. Agri ab vniversis.] *Bambergensis*, ab vniuersis vicis occupantur. *longè aliâ, nec deteriore sententiâ.*

73. Viris meminisse.] *Acutè. Seneca communiter ita præcipit, epistolâ* c. Meminisse perseueret, lugere desinat.

74. Potentia divisas.] *Codex ille ipse*, diuersas. *quod probum scio.*

75. Manet adhvc Boiemi nomen.] *Latêre aliud videtur in scripturâ Bambergensi*, manet adhuc Boiis è munere nomen. *Scribo*, manet adhuc Boiiasmi è re nomen. *vel* Boyasmum è re. *Aptè ad hæc vestigia, & rem ipsam. Strabo quidem clarè* Βοϊάσμον *regiam Marobodui nominat: quam dictam à Boiis vult nunc noster. Possis &* Boyiamum *scribere, veriùs propiusq; ad etymon, quasi Boiorum domum.*

Pannonij. [76] loci veterem memoriam, quamuis mutatis cultoribus. Sed vtrùm Arauiſci in Pannoniam ab Oſis Germanorum natione, an Oſi ab Arauiſcis in Germaniam commigrauerint, cùm eodem adhuc ſermone, inſtitutis, moribus vtantur, incertum eſt: quia pari olim inopiâ ac libertate, eadem vtriuſque ripæ bona malaque erant. Treueri & Neruij circa affectationem Germanicæ originis vltrò ambitioſi ſunt, tamquam per hanc gloriam ſanguinis, à ſimilitudine & inertiâ Gallorum ſeparentur. Ipſam Rheni ripam haut dubiè Germanorum populi colunt, Vangiones, Treboci, Nemetes. Vbij quidem, quamquam Romana colonia eſſe meruerint, ac libentiùs Agrippinenſes [77] conditoris ſui nomine vocentur, [78] origine erubeſcunt, tranſgreſſi olim, & experimento fidei ſuper ipſam Rheni ripam collocati, vt arcerent, non vt cuſtodirentur. Omnium harum gentium virtute præcipui Batani, non multum ex ripâ, ſed inſulam Rheni amnis colunt, Cattorum quondam populus, & ſeditione domeſticâ in eas ſedes tranſgreſſus, in quibus pars Romani imperij fierent. Manet honos, & antiquæ ſocietatis inſigne. nam [79] nec tributis contemnuntur, nec publicanus atterit. exemti oneribus & collationibus, & tantùm in vſum prœliorum ſepoſiti, velut tela atque arma, bellis reſeruantur. Eſt in eodem obſequio & Mattiacorum gens. Protulit enim magnitudo populi Romani [80] vltra Rhenum, vltraque veteres terminos imperij reuerentiam. Ita ſede finibuſque in ſuâ ripâ, mente animoque nobiſcum agunt, cetera ſimiles Batauis, niſi quòd ipſo adhuc terræ ſuæ ſolo & cælo [81] acriùs animantur. Non numerauerim inter Germaniæ populos, quamquam trans Rhenum Danubiumque conſederint, eos [82] qui Decumates agros exercent. Leuiſſimus quiſque Gallorum, & inopiâ audax, dubiæ poſſeſſionis ſolum occupauere. Mox limite * acto promotiſque præſidiis, ſinus imperij, & pars prouinciæ habentur. Vltra hos Catti initium ſedis ab Hercynio ſaltu inchoant, non ita effuſis ac paluſtribus locis, vt ceteræ ciuitates, in quas Germania pateſcit. durant ſiquidem colles, paulatimque rareſcunt: & Cattos ſuos ſaltus Hercynius proſequitur ſimul atque deponit. Duriora genti corpora, ſtricti artus, minax vultus, & maior animi vigor. Multum (vt inter Germanos) rationis ac ſolertiæ: præponere electos, audire præpoſitos, noſſe ordines, intelligere occaſiones, differre impetus, diſponere diem, vallare noctem, fortunam inter dubia, virtutem inter certa numerare: quodque rariſſi-

Treueri, & Neruij à Germanis.

Et Vbij.

Cap. 29. *Batauorum laus & ſitus.*

Mattiaci.

Agri Decumates.

** leg.* aucto

Cap. 30. *Catti.*

Bellica natio: Et diſciplinâ facta.

76. LOCI VETEREM MEMORIAM.] *Voculam inſerit Bambergen.* veterem viæ memoriam: *quâ quid faciam, ſum incertus.*

77. CONDITORIS SVI NOMINE.] *Agrippam intellegit, qui Rhenum eos primus traduxit, & in iis ſedibus collocauit. Ille tamen non eſt Coloniæ conditor, neque auctor nominis: ſed ab Agrippinâ id habent, eius filiâ, vt Tacitus clarè in* XII. *Annalium ſcripſit. Itaque dubitaui, num* conditoris ſuæ *legerem: neque nouum, eius flexus verba in fœmineum etiam genus vſurpari. Virgilius de Iunone:*

Auctor ego audendi. *Ouidius de Venere:*
Sponſor coniugij ſtat dea picta ſui.

Et plura ſunt eiuſmodi.

78. ORIGINE ERVBESCVNT.] *Imò verò,* non erubeſcunt. *Quamuis, inquit, Vbij nomen mutarint, & colonico iam iure, libentiùs Agrippinenſes dicantur, à conditore: tamen nec Germanicæ originis eos pudet, libenterq; ſe iis inſerunt.*

79. NEC TRIBVTIS CONTEMNVNTVR.] *Siue,* continentur. *In promptu erat,* conteruntur. *ſed parùm elegans, cùm idem verbi ſtatim ſequatur,* nec publicanus atterit. *Ferri & vulgata poteſt. Nam quibus tributa imponuntur, hoc ipſo, vt victi, pro contemtis habentur & deſpretis. Steph. Pighius, in Hercule Prodicio, mallet,* contenuantur.

80. VLTRA RHENVM.] *Ergo non ſunt* Mattiaci *(vt doctis viris viſum) qui nunc Zelandi appellantur: etſi* Matiorum *vox, familiari appellatione, inter eos duret. Taciti hæc luſtra: abnuet, atque vltra Rhenum propinqui Batauis, an vbi pars* Northollandiæ *nunc eſt, & vicini ſinus?*

81. ACRIVS ANIMANTVR.] *Quia mari & frigori propiores. Neque opinor equidem vel ex hoc Taciti loco, Zelandos eſſe, ſed* vltra Rhenum, *Septemtrionem verſus populos: qui nunc in Friſiis, aut* Northollandis *cenſentur. At mare multa abraſit.*

82. QVI DECVMATES AGROS.] *Errare cenſeo, qui proprium hîc gentis aut loci nomen quærunt. Quomodò verò iidem populi ſiue agri, trans Rhenum & Danubium ſimul ſint? quod tamen ponit noſter. Ego communiter Decumates agros interpreter, qui Decumas ſoluunt. Cicero Decumanos dixit:* Omnis, *inquit,* ager Siciliæ decumanus eſt. *Nam hi agri non aliud ſunt, quàm trans limitem capti ab hoſte, & militibus dati, ſi qui ex iis fructus. Qui haud multi aut vberes, quoniam hoſtibus expoſiti, & vt ipſe ait, dubiæ poſſeſſionis id ſolum. Tacitum de hiſipſis loqui ego ſentio* XIII. *Annali:* Friſij imbellem ætatem admouêre ripæ, agroſque vacuos & militum vſui ſepoſitos inſedêre. *Hoſipſos agros non fructu tantùm; ſed mancipio militum eſſe iuſſit*

Imp.

A rariſſimum, [83] nec niſi ratione diſciplinæ conceſſum, plus reponere in duce quàm in exercitu. omne robur in pedite, quem ſuper arma ferramentis quoque & copiis onerant. Alios ad prœlium ire videas, Cattos ad bellum. rari excurſus & fortuita pugna. Equeſtrium ſanè virium id proprium, citò parare victoriam, citò cedere. Velocitas iuxta formidinem, contatio propior conſtantiæ eſt. Et aliis Germanorum populis vſurpatum, rara & priuata cuiuſque audentia, apud Cattos in conſenſum vertit, vt primùm adoleuerint crinem barbamque ſummittere, [84] nec niſi hoſte cæſo exuere votiuum obligatumque virtuti, oris habitum. Super ſanguinem & ſpolia, reuelant frontem, ſeque tùm demum pretia naſcendi rettuliſſe, dignoſque patriâ ac parentibus ferunt. Ignauis & imbellibus manet ſqualor. Fortiſſimus quiſque ferreum inſuper annulum (ignominioſum id genti) velut vinculum geſtat, donec ſe cæde hoſtis abſoluat. Plurimis Cattorum hic placet habitus: iamque canent inſignes, & hoſtibus ſimul, ſuiſque monſtrati. omnium penes hos initia pugnarum. hæc prima ſemper acies, viſu noua. Nam ne in B pace quidem * vultu mitiore manſueſcunt. Nulli domus, aut ager, aut aliqua cura; prout ad quemque venêre aluntur, prodigi alieni, contemtores ſui, donec exſanguis ſenectus tam duræ virtuti impares faciat. Proximi Cattis certum iam alueo Rhenum, quique terminus eſſe ſufficiat, Vſipij ac Tencteri colunt. Tencteri ſuper ſolitum bellorum decus, equeſtris diſciplinæ arte præcellunt. Nec maior apud Cattos peditum laus, quàm Tencteris equitum. Sic inſtituêre maiores, poſteri imitantur. Hi luſus infantium, hæc iuuenum æmulatio; perſeuerant ſenes. inter familiam, & penates, & iura ſucceſſionum, equi traduntur. excipit filius, non vt cetera maximus natu, ſed prout ferox bello & melior. Iuxta Tencteros Bructeri olim occurrebant: nunc Chamauos & Angriuarios immigraſſe narratur, pulſis Bructeris ac penitus exciſis, vicinarum conſenſu nationum, ſeu ſuperbiæ odio, ſeu prædæ dulcedine, ſeu fauore quodam erga nos deorum. nam ne ſpectaculo quidem prœlij inuidere. ſuper LX. millia non armis teliſque Romanis, ſed, quod magnificentius eſt, oblectationi oculiſque ceciderunt. Maneat quæſo, C duretque gentibus ſi non amor noſtri, at certè odium ſui: quando [85] vrgentibus imperij fatis nihil iam præſtare fortuna maius poteſt, quàm hoſtium diſcordiam. Angriuarios & Chamauos à tergo Dulgibini, & Chaſuari cludunt, aliæque gentes haut perinde memoratæ. à fronte Friſij excipiunt. Maioribus minoribuſque Friſiis vocabulum eſt, ex modo virium; vtræque nationes vſque ad Oceanum Rheno prætexuntur, ambiuntque immenſos inſuper lacus, & Romanis claſſibus nauigatos. Ipſum quin etiam Oceanum illâ tentauimus. & ſupereſſe adhuc Herculis columnas fama vulgauit: ſiue adiit Hercules, ſeu quidquid vbique magnificum eſt, in claritatem eius [86] referre conſenſimus. Nec defuit audentia Druſo Germanico, ſed obſtitit Oceanus in ſe ſimul atque in Herculem inquiri. Mox nemo tentauit: ſanctiuſque ac reuerentius viſum, de actis deorum credere, quàm ſcire. Hactenus in Occidentem, Germaniam nouimus. In Septentrionem, ingenti flexu redit. Ac primò ſtatim Chaucorum gens, quamquam incipiat à Friſiis, ac partem litoris occupet, omnium quas expoſui gentium lateribus obtenditur, donec in Cattos vſque ſinuetur. tam immenſum terrarum ſpa-
D tium

Cap. 31. *Crinis ex voto ponitur.* *Inſigne ferrei annuli.*

* *Quidam libri,* cultu

Cap. 32. *Vſipij ac Tencteri.*

Cap. 33. *Bructeri. Chamaui. Angriuarij.*

Cap. 34. *Dulgibini. Chaſuari. Friſij duplices. Oceanum Romani tentant.*

Cap. 35. *Chauci.*

Imp. Alexander. de quo Lampridius: Sola quæ de hoſtibus capta ſunt, limitaneis ducibus & militibus donauit, ita vt heredum eſſent, ſi heredes militarent: nec vmquam ad priuatos pertinerent. Addidit ſanè his animalia & ſeruos, vt poſſent colere quod acceperant. *Videntur autem id ſecuritatis cauſſâ feciſſe Romani, & ne hoſtes aut ſuſpecti propè colerent. Itaque vacua loca, ad multa milliaria, ſepè relinquebant. In Fragm. Dionis* LXXIV. *Commodus Imp. Buris populis Germaniæ eâ lege, inter alias, pacem dat:* Ὥστε μὴ ἐνοικήσειν ποτὲ, μήτε ἐνιέναι τοσοῦτον σάδια τῆς χώρας σφῶν, τῆς πρὸς τῇ Δακίᾳ ἴσης: Ne incolerent vmquam, néve paſcerent, in quadraginta ſtadiis terræ, quæ Daciæ proxima eſſet. *De Germanis priſcis, Cæſar ſimile libro* VI.

83. NEC NISI RATIONE DISCIPLINÆ.] *Bambergenſis,* nec niſi Romanæ diſciplinæ. *Et neutram ſanè lectionem iure ſpernas.*

84. NEC NISI HOSTE CÆSO.] *Hoc teneo, præ eo quod ſcriptis,* nec non hoſte. *At de more ipſo, ſuprà dixi.*

85. VRGENTIBVS IMPERII FATIS.] *Scriptus liber non malè,* vergentibus.

86. REFERRE CONSENSIMVS.] *Idem,* referre conſueuimus.

tium non tenent tantùm Chauci, sed & implent: populus inter Germanos nobilissi- A
mus, quique magnitudinem suam malit iustitiâ tueri. sine cupiditate, sine impotentiâ,
quieti secretique, nulla prouocant bella, nullis raptibus aut latrociniis populantur. Id-
que præcipuum virtutis ac virium argumentum est, quòd vt superiores agant, non per
iniurias assequuntur. Promta tamen omnibus arma. ac si res poscat exercitus, pluri-
Cap.36. mum virorum equorumque. & quiescentibus eadem fama. In latere Chaucorum,
Cheruſci. Cattorumque, Cheruſci nimiam ac marcentem diu pacem illaceſſiti nutrierunt. idque
iocundius, quàm tutius fuit. quia inter impotentes & validos falsò quiescas: vbi manu
agitur, modestia ac probitas nomina superioris sunt. Ita qui olim boni æquique Che-
ruſci, nunc inertes ac stulti vocantur: Cattis victoribus fortuna in sapientiam cessit.
* *Pichena,* Tacti * Tacti ruinâ Cheruscorum & Fosi contermina gens, aduersarum rerum ex æquo socij,
Cap.37. cùm in secundis minores fuissent. Eumdem Germaniæ sinum proximi Oceano Cim-
Cimbri. bri tenent, parua nunc ciuitas, sed gloriâ ingens. veterisque famæ latè vestigia ma-
Eorum vires & virtus. nent vtrâque ripâ castra, ac spatia, quorum ambitu nunc quoque metiaris molem ma- B
nusque gentis, & [87] tam magni exercitus fidem. Sexcentesimum & quadragesimum
annum vrbs nostra agebat, cùm primùm Cimbrorum audita sunt arma, Cæcilio Me-
tello ac Papirio Carbone Coss. Ex quo si ad alterum Imperatoris Traiani consulatum
computemus, ducenti fermè & decem anni colliguntur: tamdiu Germania vinci-
tur. Medio tam longi æui spatio, multa inuicem damna. non Samnis, non Pœni, non
Hispaniæ, Galliæve, ne Parthi quidem [88] sæpiùs admonuere, quippe regno Arsacis
acrior est Germanorum libertas. Quid enim aliud nobis quàm cædem Crassi, amisso &
ipse Pacoro, infra Ventidium deiectus Oriens obiecerit? At Germani Carbone & Cas-
sio, & Scauro Aurelio, & Seruilio Cepione, M. quoque Manlio fusis vel captis, quinque
simul consulareis exercitus Populo Romano, Varum tresque cum eo legiones etiam
Cæsari abstulerunt. nec impunè C. Marius in Italiâ, diuus Iulius in Galliâ, Drusus ac
Nero & Germanicus in suis eos sedibus perculerunt. Mox ingentes C. Cæsaris minæ
in ludibrium versæ. Inde otium, donec occasione discordiæ nostræ & ciuilium armo-
rum, expugnatis legionum hibernis, etiam Gallias affectauêre: ac rursus pulsi inde, C
Cap.38. [89] proximis temporibus triumphati magis quàm victi sunt. Nunc de Sueuis dicendum
Sueui. est, quorum non vna vt Cattorum Tencterorúmve gens: maiorem enim Germaniæ
partem obtinent, propriis adhuc nationibus nominibusque discreti, quamquam in
commune Sueui vocentur. Insigne gentis, obliquare crinem, [90] nodoque substrin-
gere. Sic Sueui à ceteris Germanis: sic Sueuorum ingenui à seruis separantur. Sic in
aliis gentibus seu cognatione aliquâ Sueuorum, seu (quod sæpè accidit) imitatione, ra-
rum & intra iuuentæ spatium: apud Sueuos vsque ad canitiem horrentem capillum
retrò sequuntur, ac sæpè in ipso solo vertice religant. principes & ornatiorem habent.
Ea

87. TAM MAGNI EXERCITVS FIDEM.] *A coniecturâ reposui: cùm in libris sit,* magni exitus.

88. SÆPIVS ADMONVERE.] *Recta, imò & sapiens scriptura est. Admonemur in felicitate sortis humanæ, per aduersa: hoc, inquit, Parthi nobis fecêre, ne inuictos nos putaremus; neque tamen sæpiùs, quàm Germani.*

89. PROXIMIS TEMPORIBVS.] *Referendum ad Domitiani tempora, qui de* Cattis *triumphum duxit: sed vanum & irrisum. Suetonius, & noster Tacitus in Agricolâ:* Inerat conscientia, derisui nuper fuisse falsum è Germaniâ triumphum.

90. NODOQVE SVBSTRINGERE.] *Quod Sueuis propriè tribuit noster, alij Germanis vulgò. Seneca de Irâ:* Non est Æthiopis insignitus inter suos color, nec crinis ruffus & in nodum coactus apud Germanos. *Idem epistolâ* CXXVI. Quid capillum ingenti diligentiâ comis? cùm illum vel effude- ris more Parthorum, vel nodo Germanorum vinxeris, vel vt Scythæ solent, sparseris. *Martialis etiam Sigambris:* D

Crinibus in nodum tortis venere Sigambri.

Idem vniuersè alibi: Rhenique nodos. *Tertullianus Cirros in Germanis agnoscit, fortasse ab hac crinium obliquatione & flexu. De virginibus velandis:* Debebunt & ipsi aliqua insignia sibi defendere, aut pennas Garamantum, aut crobylos barbarorum, aut cicadas Athenienſium, aut cirros Germanorum. *ideò quia, vt hîc scriptum, crinem obliquabant. Iuuenalis:*

Cærula quis stupuit Germani lumina, flauam
Cæsariem, & madido torquentem cornua cirro?

Taciti tamen locum hûncce de obliquando crine, fateor ita etiam capi posse, vt crinem non in rectum passi sint descendere, sed reduxerint in posteriorem verticem & obliquarint.

91. VT

A Ea cura formæ, ſed innoxiæ. Neque enim vt ament amentúrve: in altitudinem quamdam, & terrorem, adituri bella comti, [91] vt hoſtium oculis, ornantur. Vetuſtiſſimos ſe nobiliſſimoſque Sueuorum [92] Semnones memorant. Fides antiquitatis, religione firmatur. Statо tempore in ſiluam [93] auguriis patrum & priſcâ formidine ſacram, omnes eiuſdem ſanguinis populi legationibus coëunt, cæſoque publicè homine celebrant barbari ritus horrenda primordia. Eſt & alia luco reuerentia. Nemo niſi vinculo ligatus ingreditur, vt minor, & poteſtatem numinis præ ſe ferens. ſi fortè prolapſus eſt, attolli & inſurgere haut licitum. per humum euoluuntur. eoque omnis ſuperſtitio reſpicit, tamquam inde initia gentis, ibi regnator omnium deus, cetera ſubiecta atque parentia. Adiicit auctoritatem fortuna Semnonum. centum pagis habitatur: magnoque corpore efficitur, vt ſe Sueuorum caput credant. Contrà Langobardos [94] paucitas nobilitat, quòd plurimis ac valentiſſimis nationibus cincti, non per obſequium, ſed præliis & periclitando tuti ſunt. Reudigni deinde & Auiones, & Angli, & Varini, & Eu-
B doſes, & Suardones, & Nuithones fluminibus aut ſiluis muniuntur. nec quidquam notabile in ſingulis, niſi quòd [95] in commune Herthum, id eſt, Terram matrem colunt, eamque interuenire rebus hominum, inuehi populis arbitrantur. Eſt in inſulâ Oceani Caſtum nemus, dicatum in eo vehiculum veſte contectum, attingere vni ſacerdoti conceſſum. Is adeſſe penetrali deam intelligit, vectamque bubus feminis multâ cum veneratione proſequitur. Læti tunc dies, feſta loca, quæcumque aduentu hoſpitioque dignatur. Non bella ineunt, non arma ſumunt, clauſum omne ferrum. pax & quies tunc tantùm nota, tunc tantùm amata, donec idem ſacerdos ſatiatam conuerſatione mortalium deam templo reddat. mox vehiculum & veſtes, & ſi credere velis, numen ipſum ſecreto lacu abluitur. Serui miniſtrant, quos ſtatim idem lacus haurit. Arcanus hinc terror, ſanctaque ignorantia, quid ſit illud quòd tantùm perituri vident.

Et hæc quidem pars Sueuorum in ſecretiora Germaniæ porrigitur. Propior (vt quo modo paullò antè Rhenum, ſic nunc Danubium ſequar) Hermundurorum ciuitas,
C fida Romanis, eoque ſolis Germanorum non in ripâ commercium, ſed penitus, atque in ſplendidiſſimâ Rhætiæ prouinciæ [96] coloniâ, paſſim ſine cuſtode tranſeunt, & cùm ceteris gentibus arma modò caſtraque noſtra oſtendamus, his domos villaſque

Cap. 39. *Semnones.*

Lucus ſacer.

Cap. 40. *Langobardi.*

Dea Aerthum, & eius religio.

Cap. 41. *Hermunduri.*

91. VT HOSTIVM OCVLIS, ORNANTVR.] *Placet. Bambergenſis*, armentur.

92. SEMNONES.] *Rectè. etſi in Velleio lib.* II. Senones *ſcriptum legas, qui eos cum Hermunduris coniungit. In Dionis Fragmentis Electo* LXXI. *probiſsimè ſcriptum erat:* Πρὸς Σεμνονας ἐπιχειρῆσαι: *de Antonini bello in Quados & Marcomannos. Item Electo* XLIX. Μάσυος ὁ Σεμνόνων βασιλεύς. *Latè erat* * *vir doctus, qui vtrobique Naſamones ſubſtituit & edidit, Africæ nimirum gentem. At iſti Semnones ad Albim ſunt: & manifeſtò illa Dionis ſpectant ad Germanica bella.*

D 93. AVGVRIIS PATRVM ET PRISCA FORMIDINE SACRAM.] *Legitimus verſus longus eſt (monuit me G. Falckenburgius) ſponte effuſus, an à veteri Poëta?*

94. PAVCITAS NOBILITAT.] *Ita Farneſianus. Vulgò erat*, paucitas nobilitaſque.

95. IN COMMVNE HERTHVM.] *Libri alij*, Nerthum, *aut* Verthum. *ego veram vocem cenſeo*, Aerthum. *Ita enim noſtratem eam vocem efferimus ſcribimúſque. Cum adſpiratione, focum nobis ſignet non terram. Martianus Capella an huc aſpexerit, dum Heroës ab Herâ deriuat, id eſt terrâ, neſcio. Verba eius lib.* II. A medietate aëris vſque in montium terræque confinia Hemithei Heroëſque verſantur, qui ex eo quòd Heram Terram veteres dixerunt, Heroës nuncupati. *Nam aliâs certè à craſſo errore eum non excuſes.*

96. COLONIA PASSIM SINE CVSTODE.] *Diſtingue*, colonia. paſſim ſine cuſtode tranſeunt. *Quod ait, ſine cuſtode: morem ingerit rarum & notabilem. Romani enim in limite imperij hoc ſeruabant, vt externum neminem admitterent exciperéntve, niſi cuſtode dato & arbitro actionum. Diſcis ex hoc loco, & lib.* IV. *Hiſtoriarum, vbi acris querela de hac re Germanorum, ad Vbios:* Nam ad hunc diem flumina ac terras & quodammodò cælum ipſum clauſerunt Romani, vt colloquia congreſſuſque noſtros arcerent: vel quod contumelioſius eſt viris ad arma natis, inermes ac propè nudi ſub cuſtode & pretio coiremus. *Et in reſponſo Agrippinenſium:* Sint tranſitus incuſtoditi, ſed diurni & inermes, *fuit alioqui & alia Romanorum cautio in hac re, ne conuentus haberent ſuſpecti populi, niſi certo loco, & numero: idq; coram aliquo Romano. Fragmentum Dionis* LXXIII. *Commodus pacem Marcomannis & Quadis dedit, ſed cum lege,* Ne ſæpè aut pluribus locis conuentus haberent: Ἀλλ' ἅπαξ ἐν ἑκάστῳ μηνὶ, καὶ ἐς τόπον ἕνα, ἑκατοντάρχου τινὸς Ῥωμαίου παρόντος: Sed ſemel in menſe dumtaxat, & in vno certo loco, idque Centurione aliquo Romano præſente.

* *Fuluius qui Fragmenta ea edidit.*

que patefecimus, non concupiscentibus. In Hermunduris Albis oritur flumen inclitum & notum olim: nunc tantùm auditur. Iuxta Hermunduros [97] Narisci, ac deinde A
Cap. 42. Marcomani & Quadi agunt. Præcipua Marcomanorum gloria viresque, atque ipsa
Narisci. Marcomanni. etiam sedes pulsis olim Boiis virtute parta. Nec Narisci Quadive degenerant. Eaque
Quadi. Germaniæ velut frons est, quatenus [98] Danubio prætexitur. Marcomanis, Quadisque vsque ad nostram memoriam reges manserunt, ex gente ipsorum. nobile Marobodui & Tudri genus. iam & externos patiuntur. Sed vis & potentia regibus, ex auctori-
Cap. 43. tate Romanâ, rarò armis nostris, sæpiùs pecuniâ iuuantur. Nec minùs valent retrò Marsigni, [99] Gothini, Osi, Burij: terga Marcomanorum, Quadorumque claudunt. è quibus Marsigni, & Burij sermone cultuque Sueuos referunt. Gothinos Gallica, Osos Pannonica lingua coarguit non esse Germanos: & quòd tributa patiuntur. par-
Gothini. tem tributorum Sarmatæ, partem Quadi vt alienigenis imponunt: Gothini, quò magis pudeat, & ferrum effodiunt. omnesque hi populi pauca campestrium, ceterùm saltus & vertices montium iugumque insederunt. Dirimit enim scinditque Sueuiam con- B
tinuum montium iugum, vltra quod plurimæ gentes agunt. ex quibus latissimè patet Lygiorum nomen in plures ciuitates diffusum. Valentissimas nominasse sufficiet, Arios, Helueconas, Manimos, Elysios, Naharualos. Apud Naharualos antiquæ reli-
Naharuales, eorumq; religio. gionis lucus ostenditur. Præsidet sacerdos muliebri ornatu, sed deos interpretatione
Alcis, Deus, siue Dij. Romanâ Castorem Pollucemque memorant. Eius numinis nomen Alcis. nulla si-
mulacra, nullum peregrinæ superstitionis vestigium. vt fratres tamen, vt iuuenes ve-
Arij. nerantur. Ceterùm Arij super vires, quibus enumeratos paullò antè populos antecedunt, truces, insitæ feritati arte ac tempore lenocinantur. nigra scuta, tincta corpora, atras ad prœlia noctes legunt: ipsaque formidine atque vmbrâ feralis exercitus terrorem inferunt, nullo hostium sustinente nouum ac velut infernum aspectum. nam
Gothones. primi in omnibus prœliis oculi vincuntur. Trans Lygios Gothones regnantur, [100] paullò iam addictiùs quàm ceteræ Germanorum gentes, nondum tamen supra libertatem. Protinus deinde ab Oceano Rugij, & Lemouij: omniumque harum gentium insigne, C
Cap. 44. rotunda scuta, breues gladij, & erga reges obsequium. Suionum hinc ciuitates, ipso in
Suiones. Naues eorum. Oceano, præter viros armaque classibus valent. forma nauium eò differt, quòd vtrimque prora paratam semper appulsui frontem agit: [101] nec velis ministrantur, nec remos in ordinem lateribus adiungunt. Solutum vt in quibusdam fluminum, & mutabile vt res poscit, hinc vel illinc remigium. Est apud illos & opibus honos. eoque vnus imperitat, nullis iam exceptionibus, non precario iure parendi. nec arma vt apud ceteros Germanos in promiscuo, sed clausa sub custode & quidem seruo: quia subitos hostium incursus prohibet Oceanus. otiosa porrò armatorum manus facilè lasciuiunt. enim verò neque nobilem, neque ingenuum, ne libertinum quidem armis præ-
Cap. 45. ponere regia vtilitas est. Trans Suionas aliud mare, pigrum, ac propè immotum, quo
Mare extremum. cingi cludique terrarum orbem hinc fides: quòd extremus cadentis iam Solis fulgor in ortus edurat, adeò clarus, vt sidera hebetet. [102] Sonum insuper emergentis audiri,

97. NARISCI.] *Ita in Capitolini M. Antonino dicuntur: Ptolemæo,* Ναρισσοί.

98. DANVBIO PRÆTEXITVR.] *Scriptus liber,* peragitur. *Malè. Quidam,* pergitur: *nec id tam probè.*

99. GOTHINI.] *Gothuni semper Claudiano.*

100. PAVLO IAM ADDICTIVS.] *Bambergens. & Rom.* adductiùs. *etiam rectè. & dixi de eo verbo suprà.*

101. NEC VELIS MINISTRANTVR.] *Meliùs,* ministrant. *Virgilianum est,*

——— velisque ministrant.

102. SONVM INSVPER EMERGENTIS.] *Malim,* se mergentis. *Nam hæc persuasio rudis & cascæ plebis fuit, Solem dum in Oceanum cadit, stridorem edere non aliter quàm si ignitum ferrum condatur in* D *aquam. Posidonius apud Strabonem lib.* III. Λέγειν φησὶ Ποσειδώνιος τὰς πολλὰς, μείζω δύνειν τὸν ἥλιον ἐν τῇ παρωκεανίτιδι μετὰ ψόφου ὡς βαπτιζόμενον, ὡσανεὶ σίζοντος τοῦ πελάγους καὶ σβέτιν αὐτὸ, διὰ τὸ ἐμπίπτειν εἰς τὸ βυθόν. *Florus de Decimo Bruto in Hispaniis bellante:* Non priùs signa conuertit, quàm cadentem in maria Solem, obrutumque aquis ignem, non sine quodam sacrilegij metu & horrore deprehendit. *Iuuenalis ab illo æuo:*

Audiet Herculeo stridentem gurgite Solem.

Quid D. Hieronymus, nónne in eodem errore, aut sermone? In Eccles. cap. I. Sol ipse, postquam ardentem rotam Oceano tinxerit, per incognitas nobis vias, ad locum vnde exierat regreditur.

103. IL-

A diri, formaſque deorum, & radios capitis aſpici perſuaſio adiicit. [103] Illuc vſque (& fama vera) tantùm natura. Ergo iam dextro Sueuici maris litore Æſtyorum gentes *Æſtyi.*
alluuntur: quibus ritus habituſque Sueuorum, lingua Britannicæ propior. Matrem deûm venerantur. inſigne ſuperſtitionis, formas aprorum geſtant. Id pro armis [104] omniumque tutelâ, ſecurum deæ cultorem etiam inter hoſtes præſtat. Rarus ferri, frequens fuſtium vſus. Frumenta ceteroſque fructus patientiùs quàm pro ſolitâ Germanorum inertiâ laborant. Sed & mare ſcrutantur. ac ſoli omnium [105] ſuccinum, *Succini inuentio, & natura.*
quod ipſi Gleſum vocant, inter vada atque in ipſo litore legunt. Nec quæ natura quæve ratio gignat, vt Barbaris, quæſitum compertúmve. diu quinetiam inter cetera eiectamenta maris iacebat, donec luxuria noſtra dedit nomen. ipſis in nullo vſu, rude legitur: informe perfertur, pretiumque mirantes accipiunt. Succum tamen arborum eſſe intelligas: quia terrena quædam atque etiam volucria animalia plerumque interlucent, quæ implicata humore, mox dureſcente materiâ, cluduntur. Fecundiora igitur
B nemora lucoſque, ſicut Orientis ſecretis, vbi thura balſamaque ſudantur, ità Occidentis inſulis terriſque ineſſe crediderim, quæ vicini Solis radiis expreſſa atque liquentia in proximum mare labuntur, ac vi tempeſtatum in aduerſa litora exundant. Si naturam ſuccini admoto igne tentes; in modum tedæ accenditur. alitque flammam pinguem & olentem: mox vt in picem reſinámve lenteſcit. Suionibus Sitonum gentes continuan- *Sitones.*
tur. Cetera ſimiles, vno differunt, quòd femina dominatur: in tantùm non modò à libertate, ſed etiam à ſeruitute degenerant. hîc Sueuiæ finis. Peucinorum, Venedorum- Cap. 46.
que, & Fennorum nationes Germanis an Sarmatis aſcribam dubito: quamquam Peucini, quos quidam Baſtarnas vocant, ſermone, cultu, ſede, ac domiciliis, vt Germani *Peucini, Venedi, Fenni.*
agunt. ſordes omnium ac torpor. procerum connubiis mixtis, nonnihil in Sarmatarum habitum fœdantur. Venedi multum ex moribus traxerunt. Nam quidquid inter Peucinos Fennoſque ſiluarum ac montium erigitur, latrociniis pererrant. hi tamen inter Germanos potiùs referuntur, quia & domos figunt, & ſcuta geſtant, & pedum vſu ac pernicitate gaudent. quæ omnia diuerſa Sarmatis ſunt, in plauſtro equoque viuenti-
C bus. Fennis mira feritas, fœda paupertas. non arma, non equi, non penates: victui herba, veſtitui pelles, cubile humus. ſola in ſagittis ſpes, quas inopiâ ferri oſſibus aſperant. *Vita & paupertas.*
Idemque venatus viros pariter ac feminas alit. Paſſim enim comitantur, partemque prædæ petunt. Nec aliud infantibus ferarum imbriumque ſuffugium, quàm vt in aliquo ramorum nexu contegantur. huc redeunt iuuenes, hoc ſenum receptaculum. Id beatius arbitrantur, quàm ingemere agris, illaborare domibus, ſuas alienaſque fortunas ſpe metuque verſare. Securi aduerſus homines, ſecuri aduerſus deos, rem difficilli- *Exq; cà felicitas.*
mam aſſecuti ſunt, vt illis ne voto quidem opus ſit. Cetera iam fabuloſa: Helluſios & Oxionas ora hominum vultuſque, corpora atque artus ferarum gerere. quod ego vt incompertum, in medium relinquam.

103. ILLVC VSQVE (ET FAMA VERA) TANTVM NATVRA.] *Aiunt corruptum locum, ſi quem alium in his libris. At ego ſilentio tranſieram, vt purum & liquentem. Et ſanè eſt. Loquitur vt Phyſicus, ſed illius æui: qui cenſebant Oceanum finem rerum, neque vltra Naturam (hanc inferam) eſſe.* Auitus declamator: Ita eſt rerum Natura poſt omnia Oceanus, poſt Oceanum nihil. *Albutius Alexandrum Magnum compellans:* Eumdem fortuna victoriæ tuæ, quem Natura finem facit: *de hoc ipſo Oceano. Fabianus ad eumdem, diſſuadens tentare Oceanum:* Sine potiùs rerum Naturam, quàm Fortunam tuam deficere. *Pedo Albinouanus, Carmine, quo Germanicum reuocat ab Oceano:*

Dij reuocant, RERVMQVE vetant cognoſcere FINEM.

Craſſuli fuerunt, nec orbem hunc verè orbem eſſe ſatis ſciuerunt. Facit, quod iam nunc de Sole in Oceanum lapſo dixit.

104. OMNIVMQVE TVTELA.] *Fortaſſe melius,* omnique tutelâ.

105. SVCCINVM LEGVNT.] *Hic locus eſt, quem Caſſiodorus indicatum voluit, lib.* v. *epiſt.* 11. Hoc Succinum, quodam Cornelio ſcribente, legitur in interioribus inſulis Oceani, ex arboris ſucco defluens, vnde & Succinum dicitur, paullatim Solis ardore coaleſcens. *Sed itáne contemptim ille de noſtro*, quodam Cornelio? *non ſcripſit, ſed* quondam. *Quod autem inſcriptione eius epiſtolæ eſt*, Hæſtis Theodericus rex: *è Tacito eſſet*, Æſtyis, *qui appellat* Æſtyorum gentes, *Succinum hoc legentes.*

IVLII AGRICOLÆ VITA,

SCRIPTORE CORN. TACITO.

Cap. 1. CLARORVM virorum facta moresque posteris tradere antiquitus vsitatum, ne nostris quidem temporibus quamquam incuriosa suorum ætas omisit, quotiens magna aliqua ac nobilis virtus vicit ac supergressa est vitium paruis magnisque ciuitatibus commune, ignorantiam recti & inuidiam. Sed apud priores vt agere memoratu digna pronum, magisque in aperto erat: ita celebertimus quisque ingenio, ad prodendam virtutis memoriam sine gratiâ aut ambitione, bonæ tantùm conscientiæ pretio ducebatur. Ac plerique suam ipsi vitam narrare, fiduciam potiùs morum, quàm arrogantiam arbitrati sunt. nec id [2] Rutilio & [3] Scauro citra fidem, aut obtrectationi fuit. adeò virtutes iisdem temporibus optimè æstimantur, quibus facillimè gignuntur. At mihi nunc narraturo vitam defuncti hominis, veniâ opus fuit. quam non petissem,
Cap. 2. *ni incursaturus tam sæua & infesta virtutibus tempora. [4] Legimus cùm Aruleno Rustico Pætus Thrasea, Herennio Senecioni Priscus Heluidius laudati essent, capitale fuisse: neque in ipsos modò auctores, sed in libros quoque eorum sæuitum, delegato triumuiris ministerio, vt monumenta clarissimorum ingeniorum in comitio ac foro vrerentur. Scilicet illo igne vocem Pop. Rom. & libertatem Senatus, & conscientiam generis humani aboleri arbitrabantur, expulsis insuper sapientiæ professoribus, atque omni bonâ arte in exsilium actâ, ne quid vsquam honestum occurreret. Dedimus profectò grande patientiæ documentum: & sicut vetus ætas vidit, quid vltimum in libertate esset; ita nos quid in seruitute, ademto per inquisitiones [5] & loquendi audiendique commercio. Memoriam quoque ipsam cum voce perdidissemus, si tam in nostrâ potestate esset
Cap. 3. obliuisci quàm tacere. Nunc demum redit animus: & quamquam primo statim beatissimi

NOTÆ.

1. LIBELLVS *hîc, siquis alius, verè disertus, verè prudens, scriptus videtur sub idem tempus cum illo de Germaniâ: vel certè haud longè secus. Nam quadriennio post mortem Agricolæ hunc contexuisse videtur, ipso quidem indice, hoc libro:* Nobis tam longæ absentiæ conditione, ante quadriennium amissus est. *Atque obiit Agricola Pompeio Collegâ & Corn. Prisco* coss. *Vti hac ratione, scriptum syntagma hoc esse oporteat sub ipsum initium imperij Traiani.*

2. RVTILIO.] *Rutilium Rufum intellegit, qui & Historias scripsit, & Orationes, & De vitâ suâ. Citant eum Latini Græciq; scriptores passim, & nominatim Charisius hac De vitâ. Etiam Isidorus, sed corruptus, lib.* XX. *Orig.* Lecticæ siue plutei lecti. de quibus Satilius Rufus De vitâ suâ: Primùm, inquit, consuetudine Imperatorum ipse pro lectis lecticis vtebatur. *emenda,* Rutilius Rufus.

3. SCAVRO.] *De quo Cicero in Bruto:* Huius & orationes sunt, & tres ad L. Fusidium libri scripti De vitâ ipsius actâ, sanè vtiles. *Plinius libro* XXXIV. L. Fusidium illum, ad quem Scaurus De vitâ suâ scripsit. *Valerius Maximus libro* IV. M. Scaurus quantulam à patre hereditatem acceperit, in primo libro eorum quos De vitâ suâ scripsit, refert.

4. LEGIMVS CVM.] *Itáne* legimus? *imò,* vidimus. *nam hæc sub Domitiano gesta, vt in extremo libello indicas, te viuo, atque adeò præsente.*

5. ET LOQVENDI COMMERCIO.] *Malo,* etiam loquendi.

6. FACI-

A tissimi sæculi ortu Nerua Cæsar res olim dissociabiles, miscuerit, principatum ac libertatem, augeatque cottidie [6] facilitatem imperij Nerua Traianus; nec spem modò ac votum Securitas publica, sed ipsius voti fiduciam, ac robur assumserit: naturâ tamen infirmitatis humanæ, tardiora sunt remedia quàm mala. & vt corpora lentè augescunt, citò exstinguuntur; sic ingenia studiaque oppresseris faciliùs, quàm reuocaueris. [7] Subit quippe etiam ipsius inertiæ dulcedo: & inuisa primò desidia, postremò amatur. Quid si per quindecim annos, grande mortalis æui spatium, [8] multi fortuitis casibus, promtissimus quisque sæuitiâ Principis interciderunt? Pauci, & vt ita dixerim, non modò aliorum sed etiam nostri superstites sumus, exemtis è mediâ vitâ tot annis, quibus iuuenes ad senectutem, senes propè ad ipsos exactæ ætatis terminos per silentium venimus. non tamen pigebit vel inconditâ ac rudi voce [9] memoriam prioris seruitutis, ac testimonium præsentium bonorum composuisse. Hic interim liber honori Agricolæ soceri mei destinatus, professione pietatis, aut laudatus erit, aut excusatus.

B [10] CNÆVS Iulius Agricola veteri & illustri Foroiulienſium coloniâ ortus, vtrumque auum procuratorem Cæsarum habuit: quæ equestris nobilitas est. pater [11] Iulius Græcinus senatorij ordinis, studio eloquentiæ sapientiæque notus, iisque virtutibus iram Caij Cæsaris meritus. Namque Marcum Silanum accusare iussus, & quia abnuerat, interfectus est. Mater Iulia Procilla fuit, raræ castitatis. in huius sinu indulgentiaque educatus, per omnem honestarum artium cultum pueritiam adolescentiamque transegit. Arcebat eum ab illecebris peccantium præter ipsius bonam integramque naturam, quòd statim paruulus sedem ac magistram studiorum Massiliam habuerat, locum Græcâ comitate & prouinciali parcimoniâ mistum, ac benè compositum. Memoriâ teneo solitum ipsum narrare, se in primâ iuuentâ studium philophiæ [12] acriùs vltra quàm concessum Rom. ac senatori hausisse, ni prudentia matris incensum ac flagrantem animum coërcuisset. scilicet sublime & erectum ingenium, pulchritudinem ac speciem excelsæ magnæque gloriæ vehementiùs quàm cautè appetebat: mox mitigauit Cap. 4.

C ratio & ætas: retinuitque, quod est difficillimum, [13] ex sapientiâ modum. Prima castrorum rudimenta in Britanniâ Suetonio Paullino diligenti ac moderato duci approbauit, electus, quem contubernio æstimaret. Nec Agricola licenter more iuuenum, qui militiam in lasciuiam vertunt, neque segniter ad voluptates & commeatus, titulum tribunatus & inscitiam rettulit: sed noscere prouinciam, nosci exercitui, discere à peritis, sequi Cap. 5.

6. FACILITATEM IMPERII.] *Anne*, felicitatem imperij? *tametsi vulgatum quoque aptum ad scriptoris mentem.*

7. SVBIT QVIPPE IPSIVS INERTIÆ DVLCEDO.] *Est sententia quam in me aliquoties experior: & consonat Ausonius ad Paulinum:*

——— agnosco pudorem,
D Quòd vitium fouet ipsa suum cessatio iugis,
Dumque pudet tacuisse diu, placet officiorum
Non seruare vices. & AMANT LONGA OTIA CVLPAM.

Apuleij hoc etiam simile: Desuetudo omnibus pigritiam, pigritia veternum parit.

8. MVLTI FORTVITIS CASIBVS.] *Vulgati hîc confusi, nec sani. nos ab ingenio restituimus: vt pleraque alia in hoc libello, quem non inuenimus in illis manuscriptis, etsi germanissimum Taciti fœtum.*

9. MEMORIAM PRIORIS SERVITVTIS.] *Correximus verè: cùm in libris esset,* prioribus senectutis. *nisi quòd Venetus,* prioris. *At non de senectute suâ Tacitus, sed de priorum temporum seruitute clarè loquitur, & præsentium sub Neruâ felicitate.*

10. CNÆVS IVLIVS AGRICOLA.] *Ad quem pertinere videri Epigramma quoddam Antiphili, probabiliter obseruauit Io. Brodæus lib.* I. Ἀνθολογ. εἰς θάνατον.

11. IVLIVS GRÆCINVS.] *De quo Seneca de Benefic. libro* II. Si exemplo magni animi opus est, vtemur Græcini Iulij viri egregij, quem C. Cæsar occidit ob hoc vnum, quòd melior vir esset, quàm esse quemquam tyranno expediret. *Et epistolâ* XXIX. Iulius Græcinus vir egregius. *Scripsit de re Rusticâ, aut certè de Vineis. ex Columellâ, lib.* I. *cap.* I. Iulij Attici velut discipulus, duo volumina similium præceptorum De vineis, Iulius Græcinus composita facetiùs & eruditiùs posteritati tradenda curauit. *Citat & Plinius eumdem inter scriptores, Indice libri* XIV. *&* XV.

12. ACRIVS VLTRA QVAM.] *Nihil verius, quàm legi,* vtraque, *cum copulâ.*

13. EX SAPIENTIA MODVM.] *Imò hoc docet & præit Sapientia, seruare modum. Fortasse,* & sapientiæ modum. *Difficile omnibus studiis temperare, sed huic vtique.*

14. OB

sequi optimos, nihil appetere [14] ob iactationem, nihil ob formidinem recusare, simul- A
que anxius & intentus agere. Non sanè aliàs exercitatior magisque in ambiguo Britannia fuit. trucidati veterani, [15] incensæ coloniæ, intercepti exercitus. tum de salute, mox de victoriâ certauêre. Quæ cuncta & si consiliis ductuque alterius agebantur, ac summa rerum & reciperatæ prouinciæ gloria in ducem gessit; [16] artem & vsum & stimulos addidêre iuueni: intrauitque animum militaris gloriæ cupido, ingrata temporibus, quibus sinistra erga eminentes interpretatio, nec minus periculum ex magnâ famâ, quàm
Cap.6. ex malâ. Hinc ad capessendos magistratus in vrbem digressus, Domitiam Decidianam splendidis natalibus ortam sibi iunxit. idque matrimonium ad maiora nitenti, decus ac robur fuit. vixeruntque mirâ concordiâ, per mutuam caritatem, & inuicem se anteponendo, nisi quòd in bonâ vxore [17] tanto maior laus, quanto in malâ plus culpæ est. Sors quæsturæ prouinciam Asiam, proconsulem Saluium Titianum dedit. quorum neutro corruptus est: quamquam & prouincia diues ac parata peccantibus, & procon- B
sul in omnem auiditatem pronus, quantalibet facilitate redemturus esset mutuam dissimulationem mali. Auctus est ibi filiâ in subsidium, & solatium simul. Nam filium antè sublatum, breui amisit. Mox inter quæsturam, ac tribunatum plebis, atque etiam ipsum tribunatus annum quiete & otio transit, gnarus sub Nerone temporum, quibus inertia pro sapientiâ fuit. Idem præturæ tenor, & silentium. nec enim iurisdictio obuenerat. Ludos, & inania honoris, [18] modo rationis atque abundantiæ duxit, vti longè à luxuriâ, ita famæ propior. Tum electus à Galbâ ad dona templorum recognoscenda, diligentissimâ conquisitione fecit, ne cuius alterius sacrilegium resp. quàm Neronis sen-
Cap.7. sisset. Sequens annus graui vulnere animum domumque eius afflixit. nam classis Othoniana licenter vaga [19] dum in Templo (Liguriæ pars est) hostiliter populatur, matrem Agricolæ in prædiis suis interfecit: prædiaque ipsa, & magnam patrimonij partem diripuit, quæ caussa cædis fuerat. Igitur ad solennia pietatis profectus Agricola, nuntio affectati à Vespasiano imperij deprehensus, ac statim in partes transgressus est. Initia principatus ac statum vrbis Mucianus regebat, admodum iuuene Domitiano, & ex paternâ C
fortunâ tantùm licentiam vsurpante. Is missum ad dilectus agendos Agricolam, integreque ac strenuè versatum, vicesimæ legioni tardè ad sacramentum transgressæ præposuit, vbi decessor seditiosè agere narrabatur: quippe legatis quoque consularibus nimia ac formidolosa erat. Nec legatus prætorius ad cohibendum potens, incertum suo an militum ingenio: ita successor simul & vltor electus, rarissimâ moderatione maluit
Cap.8. videri inuenisse bonos quàm fecisse. Præerat tunc Britanniæ Vectius Bolanus, placidiùs quàm feroci prouinciâ dignum est. temperauit Agricola vim suam, ardoremque compescuit, ne incresceret, peritus obsequi, eruditusque vtilia honestis miscere. Breui deinde Britannia consularem Petilium Cerialem accepit. [20] Habuerunt virtutes spatium exem-

14. OBIACTATIONEM.] *Ita Rhenanus. Venetus,* in iactationem: *alij libri particulâ vtraque vacui. Scribo,* appetere iactatione.

15. INCENSÆ COLONIÆ.] *Coloniam vnicam deletam reperio Camalodunum. Tacito ipsi id credo lib.*XIV. *atque hoc ipso libello, infrà. Magis ergo ex rei fide scribes,* incensa colonia.

16. ARTEM ET VSVM ET STIMVLOS.] *Commodiùs, ni fallor:* attamen & vsum.

17. TANTO MAIOR LAVS.] *Assentior verò Pichenæ,* tanto minor laus, *ingeniosè adstruenti. Quod ego tamen aliter ab illo explico. Non est maxima laus in fœminâ bonam esse, & mariti sequentem. quid ita? quia sic facta à naturâ est, mitis, mollis, imbecilla, ad parendum. Si ergo non facit; tanto plus culpanda, quia & in naturam pugnat. At ille vult, vitiis carere, laudem non esse: quod ita est; sed nihil ad istam fœminam, quam non dicit non malam, sed bonam fuisse.*

18. MODO RATIONIS ATQVE ABVNDANTIÆ.] *Id esset, modo quodam & temperie inter rationem, & abundantiam. Rationem, quæ dissuadet in talibus effundere. Subiit aliquando legere:* moderationis suæ D
atque. *vel potiùs,* moderationi, satisque abundantiæ. *Vtrique satisfecit, & Moderationi, & Abundantiæ: medius igitur.*

19. DVM IN TEMPLO.] *Audio Sauillium (videre nondum contigit, etsi valdè optanti) correxisse:* Dum Intemelio: *certè acutè & sagaciter, quantum potest. Fuluius tamen in veteri codice repperisse ait:* Dum Intemelium, Liguriæ vrbs est. *In re consentio, in verbo mutem:* Dum Intemelios. *Nam populi sunt hoc nomine: & pro vrbe, aut singulariè si legas, vix phrasis & textus admittit.*

20. HABVERVNT VIRTVTES.] *Ego sic lego:* Habuerunt virtutes spatium & exemplum. Sed primò Cerialis modò labores, &c. *Hac sententiâ:* *Cerialis*

A exemplorum. * Sed primò Cerialis modò labores & discrimina, mox & gloriam communicabat: sæpè parti exercitus in experimentum, aliquando maioribus copiis ex euentu præfecit. nec Agricola vmquam in suam famam gestis exsultauit, ad auctorem & ducem, vt minister, fortunam referebat: ita virtute in obsequendo, verecundiâ in prædicando, extra inuidiam, nec extra gloriam erat. Reuertentem ab legatione legionis di- Cap. 9.
uus Vespasianus inter patricios asciuit, ac deinde prouinciæ Aquitaniæ præposuit, splendidæ in primis dignitatis administratione, ac spe consulatus cui destinarat. Credunt plerique militaribus ingeniis subtilitatem deesse, quia castrensis iurisdictio secura & obtusior, ac plura manu agens, calliditatem fori non exerceat. Agricola naturali prudentiâ, quamuis inter togatos, facilè iusteque agebat. Iam verò tempora curarum remissionumque diuisa. vbi conuentus ac iudicia poscerent; grauis, intentus, seuerus, & sæpiùs misericors: vbi officio satisfactum, nulla vltrà potestatis persona. tristitiam, & arrogantiam, & auaritiam exuerat: nec illi, quod est rarissimum, aut facilitas auctoritatem, aut
B seueritas amorem deminuit. Integritatem atque abstinentiam in tanto viro referre, iniuria virtutum fuerit. Ne famam quidem, cui etiam sæpè boni indulgent, ostentandâ virtute, aut per artem quæsiuit: procul ab æmulatione aduersus collegas, procul à contentione aduersus procuratores. & vincere inglorium, & atteri sordidum arbitrabatur. Minùs triennium in eâ legatione detentus, ac statim ad spem Consulatus reuocatus est, comitante opinione Britanniam ei prouinciam dari, nullis in hoc suis sermonibus, sed quia par videbatur. haut semper errat fama, aliquando & eligit. Consul egregiæ tum spei filiam iuueni mihi despondit, ac post consulatum collocauit, & statim Britanniæ præpositus est, adiecto pontificatus sacerdotio. Britanniæ situm populosque multis Cap. 10.
scriptoribus memoratos, non in comparationem curæ ingeniive referam; sed quia tum primùm perdomita est. itaque quæ priores nondum comperta, eloquentiâ percoluere, rerum fide tradentur. Britannia insularum quas Romana notitia complectitur maxima, [21] spatio ac cælo in Orientem Germaniæ, in Occidentem Hispaniæ obtenditur: Gallis in Meridiem etiam inspicitur: Septentrionalia eius, nullis contrà terris, vasto at-
C que aperto mari pulsantur. Formam totius Britanniæ Liuius veterum, Fabius Rusticus recentium, eloquentissimi auctores, oblongæ scutulæ vel bipenni assimilauere. & est ea facies citra Caledoniam, vnde & in vniuersum fama est transgressa. sed immensum & enorme spatium procurrentium extremo iam litore terrarum, velut in cuneum tenuatur. Hanc oram nouissimi maris tunc primùm Romana classis circumuecta, insulam esse Britanniam affirmauit, ac simul [22] incognitas ad id tempus insulas, quas Orcadas vocant, inuenit, domuitque. dispecta est & Thyle, quam hactenus nix, & hiems abdebat. sed mare pigrum & graue remigantibus perhibent. ne ventis quidem proinde attolli: credo quòd rariores terræ montesque, caussa ac materia tempestatum, & profunda moles continui maris, tardiùs impellitur. Naturam Oceani atque æstus neque quærere huius operis est, ac multi rettulere. vnum addiderim: nusquam latiùs dominari mare, multum fluminum huc atque illuc ferre, nec litore tenus accrescere aut resorberi, sed influere penitus atque ambire, etiam iugis atque montibus inseri velut in
D suo. Ceterùm Britanniam qui mortales initio coluerint, indigenæ an aduecti, vt inter Cap. 11.
Barbaros, parum compertum. Habitus corporum varij: atque ex eo argumenta. namque [23] rutilæ Caledoniam habitantium comæ, magni artus, Germanicam originem assue-

Cerialis & spatium campumq; exercendis virtutibus dedit, & exemplum. Ipse enim bonus strenuusq; dux. Sed tamen initio, labores dumtaxat & pericula cum Agricolâ partiebatur: mox, virtute eius clarè cognitâ, etiam laudem. Pichena autem retinet vulgatam, & capit de vtriusque virtutibus, Cerialis & Agricolæ, quæ spatium habuerint exempla prodendi.

21. SPATIO AC CÆLO.] *Quid sibi velint hæc verba, quærunt: nec immeritò. Alio distinctione illustranda:* maxima spatio, ac cælo in Oriente m. *Est maxima spatio: si cælum intueâre, & ab eo situm, in Orientem Germaniæ obiacet.*

22. INCOGNITAS AD ID TEMPVS INSVLAS.] *Si nunc demum inuentæ, falsum quod Eusebius Chronico tradidit:* Claudius de Britannis triumphauit, & Orcadas insulas Rom. adiecit imperio. *quem tamen plerique Epitomarij scriptores secuti sunt.*

23. RVTILÆ CALEDONIAM HABITANTIVM.] *Adspexit, imò transcripsit in parte hunc locum Iornandes*

assueuerant. Silurum colorati vultus, & torti plerumque crines, & positu contra Hispa- A
niam, Iberos veteres traiecisse, easque sedes occupasse fidem faciunt. proximi Gallis, &
similes sunt: seu durante originis vi; seu procurrentibus in diuersa terris, positio cæli
corporibus habitum dedit. in vniuersum tamen æstimanti, Gallos vicinum solum oc-
cupasse, credibile est. Eorum sacra deprehendas, superstitionum persuasione. Sermo
haut multum diuersus. in deposcendis periculis eadem audacia; & vbi aduenere, in de-
tractandis eadem formido. plus tamen ferociæ Britanni præferunt, vt quos nondum
longa pax emollierit. nam Gallos quoque in bellis floruisse accepimus. mox segnitia
cum otio intrauit, amissâ virtute pariter ac libertate. quod Britannorum olim victis euc-
Cap. 12. nit, ceteri manent quales Galli fuerunt. In pedite robur. quædam nationes & curru
prœliantur. honestior auriga, clientes propugnant. olim regibus parebant, nunc per
principes factionibus & studiis trahuntur. nec aliud aduersus validissimas gentes pro
nobis vtilius, quàm quod in commune non consulunt. Rarus duabus tribusque ciui-
* *Vel*, con- tatibus, ad propulsandum commune periculum * conuentus: [24] ita dum singuli pu-
sensus: gnant, vniuersi vincuntur. Cælum crebris imbribus ac nebulis fœdum. asperitas frigo- B
rum abest. [25] Dierum spatia vltra nostri orbis mensuram, & nox clara, & extremâ
Britanniæ parte breuis, vt finem atque initium lucis exiguo discrimine internoscas.
Quòd si nubes non officiant, aspici per noctem Solis fulgorem, nec occidere & exsur-
gere, sed transire affirmant: scilicet extrema & plana terrarum humili vmbrâ non eri-
gunt tenebras, [26] infraque cælum & sidera nox cadit. Solum præter oleam vitemque &
cetera calidioribus terris oriri sueta, patiens frugum, fecundum. tardè miteſcunt, citò
proueniunt. eademque vtriusque rei caussa, multus humor terrarum, cælique. Fert
Britannia aurum & argentum & alia metalla, prerium victoriæ. gignit & Oceanus
margarita, sed subfusca ac liuentia. Quidam artem abesse legentibus arbitrantur. nam
in rubro mari vita ac spirantia saxis auelli, in Britanniâ prout expulsa sint colligi. ego
Cap. 13. faciliùs crediderim naturam margaritis deesse, quàm nobis auaritiam. Ipsi Britanni di-
lectum, ac tributa, & iniuncta imperij munera impigrè obeunt, si iniuriæ absint: has
ægrè tolerant, iam domiti vt pareant, nondum vt seruiant. Igitur primus omnium Ro- C
manorum D. Iulius cum exercitu Britanniam ingressus, quamquam prosperâ pugnâ
terruerit incolas, ac litore potitus sit, potest videri ostendisse posteris non tradidisse. Mox
bella ciuilia, & in rempublicam versa Principum arma, ac longa obliuio Britanniæ
etiam in pace. Consilium id diuus Augustus vocabat, [27] Tiberius præcipuè. Agitasse
C. Cæsarem de intrandâ Britanniâ satis constat, ni velox ingenio, mobilis pœnitentiâ,
& in-

nandes De origine Gothorum: Silurum *(malè in eo,* sylorum) colorati vultus, torto plerique crine & nigro nascuntur. Calidoniam verò incolentibus rutilæ comæ, corpora magna sed fluida, qui Gallis siue Hispanis à quibusque attenduntur adsimiles.

* Imò & supra octodecim in extremâ eius parte.

24. ITA DVM SINGVLI PVGNANT.] *Dictum, quod ætas nostra & alia comprobauit. Iustinus eleganter lib.* VIII. Græciæ ciuitates dum imperare singulæ cupiunt, Imperium omnes perdiderunt. Quippe in mutuum exitium sine modo ruentes, omnibus perire quod singulæ amitterent, non nisi oppressæ senserunt.

25. DIERVM SPATIA.] *Res hodie testis: atque etiam viri ab illo æuo. Scriptor Panegyricus ad Constantinum, de Britanniâ:* Longissimæ dies, & nullæ sine aliquâ luce noctes. dum illa litorum extrema planities non attollit vmbras, noctisque metam cæli & siderum transit aspectus. *caussâ tamen futili & à solo petitâ, quæ reuera à sole. Sed nimirum orator ille palàm argutiolam à nostro hîc sumpsit:* Scilicet extrema & plana terrarum humili vmbrâ non erigunt tenebras, infraque cælum & sidera nox cadit. *Plinius de longissimis diebus:* In Italiâ horarum quindecim: in Britanniâ * septemdecim; vbi æstate lucidæ noctes haud dubiè repromittunt id quod ratio cogit credi, Solstitij diebus accedente Sole propiùs verticem mundi, angusto lucis ambitu, subiecta terræ continuos D
dies habere senis mensibus, nocteque è diuerso ob brumam remoto. *Quem corrigo transiens,* haud dubiè re promunt.

26. INFRAQVE CÆLVM ET SIDERA.] *Id est (pro Taciti sensu) nox ibi humilis, quia ab vmbris est; vmbræ autem non illîc eriguntur: ergo longi dies, & serenæ noctes, ac sidera lucem suam spargunt, sine obstaculo. Nos alias caussas scimus, & à Solis cursu.*

27. TIBERIVS PRÆCIPVE.] *Valdè blanditur mihi correctio,* Tiberius præceptum. *Hoc sensu: Abstinere à Britanniâ Augustus consilio visus: Tiberius, præcepto. atque id vterque præ se ferebat. Respicit in Augusto illud, quod Annali primo de eo scriptum:* Addideratque consilium coërcendi intra termi-

A & ingentes aduersus Germaniam conatus fruſtrà fuiſſent, Diuus Claudius auctor operis, tranſuectis legionibus auxilijſque, & aſſumto in partem rerum Veſpaſiano. quod initium venturæ mox fortunæ fuit, domitæ gentes, capti reges, & monſtratus fatis Veſpaſianus. Conſularium primus Aulus Plautius præpoſitus, ac ſubinde Oſtorius Sca- Cap. 14.
pula, vterque bello egregius, redactaque paullatim in formam prouinciæ proxima pars Britanniæ. addita inſuper veteranorum colonia. quædam ciuitates Cogiduno regi donatæ. is ad noſtram vſque memoriam fidiſſimus manſit, vetere ac iam pridem receptâ populi Romani conſuetudine, vt haberet inſtrumenta ſeruitutis & reges. Mox Didius Gallus parta à prioribus continuit, paucis admodum caſtellis in vlteriora promotis, per quæ fama aucti officij quæreretur. Didium Veranius excepit, iſque intra annum exſtinctus eſt. Suetonius hinc Paullinus biennio proſperas res habuit, ſubactis nationibus firmatiſque præſidijs: quorum fiduciâ Monam inſulam vt vires rebellibus miniſtrantem aggreſſus, terga occaſioni patefecit. Namque abſentiâ legati remoto metu, Bri- Cap. 15.
B tanni agitare inter ſe mala ſeruitutis, conferre iniurias, & interpretando accendere. *Nihil profici patientiâ, niſi vt grauiora tamquam ex facili tolerantibus imperentur. ſingulos ſibi olim reges fuiſſe, nunc binos imponi; è quibus legatus in ſanguinem, procurator in bona ſæuiret. æquè diſcordiam præpoſitorum, æquè concordiam ſubiectis exitioſam:* [28] *alterius manus centuriones, alterius vim & contumelias miſcere: nihil iam cupiditati, nihil libidini exceptum. in prælio fortiorem eſſe qui ſpoliet, nunc ab ignauis plerumque & imbellibus eripi domos, abſtrahi liberos, iniungi dilectus, tamquam mori tantùm pro patriâ neſcientibus. quantum enim tranſiſſe militum, ſi ſeſe Britanni numerent? ſic Germanias excuſſiſſe iugum, & flumine non Oceano defendi: ſibi patriam, coniuges, parentes; illis auaritiam & luxuriam cauſſas belli eſſe. receſſuros vt diuus Iulius receſſiſſet, modò virtutes maiorum ſuorum æmularentur: néve prælij vnius aut alterius euentu paueſcerent. plus impetus, maiorem conſtantiam penes miſeros eſſe. iam Britannorum etiam deos miſereri, qui Romanum ducem abſentem,* [29] *qui relegatum in aliâ inſulâ exercitum detinerent: iam ipſos, quod difficillimum fuerit, deliberare porrò in eiuſmodi conſilijs periculoſius eſſe deprehendi, quàm audere.* His atque talibus inuicem inſtincti, Voadicâ generis Cap. 16.
C regij feminâ duce (neque enim ſexum in imperijs diſcernunt) ſumsêre vniuerſi bellum: ac ſparſos per caſtella milites conſectati, expugnatis præſidijs, ipſam coloniam inuasêre, vt ſedem ſeruitutis. nec vllum in Barbaris ſæuitiæ genus omiſit ira & victoria. Quòd niſi Paullinus, eo cognito prouinciæ motu, properè ſubueniſſet, amiſſa Britannia foret: quam vnius prœlij fortuna veteri patientiæ reſtituit, tenentibus arma pleriſque, quos conſcientia defectionis, & proprius ex legato timor agitabat. Hic cùm egregius cetera, arroganter in deditos, & vt ſuæ quoque iniuriæ vltor, duriùs conſuleret; miſſus Petronius Turpilianus tamquam exorabilior, & delictis hoſtium nouus, eoque pœnitentiæ mitior. compoſitis prioribus nihil vltrà auſus, Trebellio Maximo prouinciam tradidit. Trebellius ſegnior & nullis caſtrorum experimentis, comitate quâdam curandi prouinciam tenuit. Didicêre iam Barbari quoque ignoſcere vitijs blandientibus. & interuentus ciuilium armorum præbuit iuſtam ſegnitiæ excuſationem. ſed diſcordiâ laboratum, cùm aſſuetus expeditionibus miles otio laſciuiret, Trebellius fugâ ac latebris
D vita-

terminos imperij, incertum metu an per inuidiam. *At hoc Auguſtæum conſilium Tiberius*, qui omnia dicta factaque eius vice legis obſeruabat, (*ipſe ita apud Tac. loquitur* IV. *Annal.*) *habebat vt præceptum, ſiue interdictum. Cauſſæ porrò ipſæ huius conſilij in Strabone ſunt, lib.* IV. *iuſtæ & ex mente, niſi fallor, Auguſti. Ait enim Principem contentum fuiſſe amicitiam cum Britannis colere, & tributi loco neſcio quid minutarum rerum accipere: Ὥςε, addit, μηδὲν δεῖν φεύγειν τῆς νήσου. Τὸ ἀλάχιστον γὰρ ἔνος τάγματος χρήζοι ἂν, καὶ ἱππικοῦ τινος, ὥστε καὶ φόβους ἀπάγειν παρ' ἀυτῆς. εἰς ἴσον δὲ καθίστατο πᾶν τὸ ἀνάλωμα τῇ στρατιᾷ τοῖς προσφερομένοις χρήμασιν. ἀναγκη γὰρ μείζω τὰ τέλη φόρου ὑπεβαλλομένων, ἅμα δὲ καὶ κινδύνους ἀπάντων τινας, βίας ἐπαγομένης.*

28. ALTERIVS MANVS CENTVRIONES.] *Corrigo*, alterum manus, centuriones; alterum, vim & contumelias miſcere. *Legatus quidem, inquiunt, manus militum & centuriones immittit: procurator vim & contumelias infert. Fortaſſe etiam melius:* Alternis manus, centuriones; alternis, vim & contumelias miſcere: *vt velit eos alternis, & viciſſitudine quadam ſæuiſſe. Imò, fortè etiam:* alterius munus, centuriones. *Alter velut pro munere & ordinariâ operâ habet, immittere Centuriones & milites: alter, &c.*

29. QVI RELEGATVM.] *Placet. nec malè tamen,* religatum.

vitatâ exercitus irâ, indecorus atque humilis, precariò mox præfuit: ac velut pacti, exercitus licentiam, dux salutem. hæc seditio sine sanguine stetit. Nec Vectius Bolanus, manentibus adhuc ciuilibus bellis, agitauit Britanniam disciplinâ. [30] eadem inertia erga hostes, similis petulantia castrorum: nisi quòd innocens Bolanus, & nullis delictis inui-
Cap.17. sus, caritatem parauerat loco auctoritatis. Sed vbi cum cetero orbe Vespasianus & Britanniam reciperauit, magni duces, egregij exercitus, minuta hostium spes: & terrorem statim intulit Petilius Cerialis, Brigantum ciuitatem, quæ numerosissima prouinciæ totius perhibetur, aggressus. multa prœlia, & aliquando non incruenta: magnamque Brigantum partem aut victoriâ amplexus, aut bello. Et cùm Cerialis quidem alterius successoris curam famamque obruisset, sustinuit quoque molem Iulius Frontinus vir magnus quantum licebat, validamque & pugnacem Silurum gentem armis subegit,
Cap.18. super virtutem hostium locorum quoque difficultates eluctatus. Hunc Britanniæ statum, has bellorum vices mediâ iam æstate transgressus Agricola inuênit, cùm & milites velut omissâ expeditione ad securitatem, & hostes ad occasionem verterentur. Ordouicum ciuitas haud multò ante aduentum eius, alam in finibus suis agentem, propè vniuersam obtriuerat: eoque initio erecta prouincia, [31] vt quibus bellum volentibus erat, probare exemplum, aut recentis legati animum opperiri. Tum Agricola, quamquam transacta æstas, sparsi per prouinciam numeri, præsumta apud militem illius anni quies, tarda & contraria bellum inchoaturo, & plerisque custodiri suspecta potiùs videbatur, ire obuiàm discrimini statuit: contractisque legionum vexillis & modicâ auxiliorum manu, quia in æquum digredi Ordouices non audebant, ipse ante agmen, quò ceteris par animus simili periculo esset, erexit aciem. cæsaque propè vniuersâ gente, non ignarus instandum famæ, ac prout prima cessissent, fore vniuersa, Monam insulam, cuius possessione reuocatum Paullinum rebellione totius Britanniæ suprà memoraui, redigere in potestatem animo intendit. Sed vt in dubijs consilijs, naues deerant, ratio & constantia ducis transuexit: depositis omnibus sarcinis, lectissimos auxiliarium, quibus nota vada, & patrius nandi vsus, quo simul seque & arma & equos regunt, ita repentè immisit, vt obstupefacti hostes qui classem, qui naues, qui mare exspectabant, nihil arduum aut inuictum crediderint sic ad bellum venientibus. Ita petitâ pace, ac deditâ insulâ, clarus ac magnus haberi Agricola: quippe cui ingredienti prouinciam, quod tempus alij per ostentationem aut officiorum ambitum transigunt, labor & periculum placuisset. Nec Agricola prosperitate rerum in vanitatem vsus, expeditionem aut victoriam vocabat, victos continuisse: ne laureatis quidem gesta prosecutus est, sed ipsâ dissimulatione famæ famam auxit, æstimantibus quantâ futuri spe tam magna tacuisset.
Cap.19. Ceterùm animorum prouinciæ prudens, simulque doctus per aliena experimenta, parum profici armis si iniuriæ sequerentur, caussas bellorum statuit exscindere. à se suisque orsus, primam domum suam coërcuit, quod plerisque haut minùs arduum est, quàm prouinciam regere: nihil per libertos seruosque publicæ rei: non studijs priuatis, nec ex commendatione aut precibus centurionum milites ascire, sed optimum quemque fidelissimum putare: omnia scire, [32] non omnia exsequi: paruis peccatis veniam, magnis seueritatem commodare: nec pœnâ semper, sed sæpiùs pœnitentiâ contentus esse: * officijs & administrationibus potiùs non peccaturos, quàm damnare cùm peccassent. Frumenti & [33] tributorum auctionem æqualitate munerum mollire, circumcisis quæ in quæstum reperta, ipso tributo grauiùs tolerabantur. namque per ludibrium assidere

* Deest vox præficere, aut alia similis.

30. EADEM INERTIA.] *Poëtæ ergo illi non fides, qui Bolanum hunc magnum bellatorem facit apud filium, & trophæa eius Britannica ostendit. Statium dico: in Siluis libro* V. *ad Crispinum:*

Cernis adhuc titulos, hunc ipse vacâtibus armis
Induit, hunc regi rapuit thoraca Britanno.

quæq; alia in eodem Protreptico vatum more inflat.

31. VT QVIBVS BELLVM VOLENTIBVS ERAT.] *Vellem*, vt quibusque.

32. NON OMNIA EXSEQVI.] *Notabis* Exsequi *hîc valere*, punire, vlcisci. *quod in Suetonij Iulio, cap.* LXVII. *Vesp. cap.* XIV. *Caligulâ cap.* XII. *in Senecâ, & alibi obseruatum.*

33. TRIBVTORVM AVCTIONEM.] *Legam*, exactionem. *nisi tamen tributa aucta recenter intellegit; quod Vespasianus fecerat, vt in Suetonio legas.*

34. CLAV-

A sidere [34] clausis horreis, & emere vltrò frumenta, ac vendere pretio cogebantur. [35] deuortia itinerum & longinquitas regionum indicebatur, vt ciuitates à proximis hibernis in remota & auia deferrent, donec quod omnibus in promtu erat, paucis lucrosum fieret. Hæc primo statim anno comprimendo, egregiam famam paci circumdedit; quæ Cap. 20.
vel incuriâ, vel tolerantiâ priorum, haut minùs quàm bellum timebatur. Sed vbi æstas aduenit, contracto exercitu, militum in agmine laudare modestiam, disiectos coërcere: loca castris ipse capere, æstuaria ac siluas ipse prætentare: & nihil interim apud hostes quietum pati, quo minùs subitis excursibus popularetur. atque vbi satis terruerat, parcendo rursus * irritamenta pacis ostentare. Quibus rebus multæ ciuitates quæ in illum * *Vel*, inuitamenta
diem ex æquo egerant, datis obsidibus iram posuere, & præsidijs castelliscque circumdatæ, tantâ ratione curaque, vt nulla antè Britanniæ noua pars illaesita transierit. Se- Cap. 21.
quens hiems saluberrimis consilijs absumta. namque vt homines dispersi ac rudes, eoque bello faciles, quieti & otio per voluptates assuescerent: hortari priuatim, adiuuare
B publicè, vt templa, fora, domus exstruerent, laudando promtos, & castigando segnes. ita honoris æmulatio, pro necessitate erat. Iam verò principum filios liberalibus artibus erudire, & ingenia Britannorum studijs Gallorum anteferre, vt qui modò linguam Romanam abnuebant, eloquentiam concupiscerent. inde etiam habitus nostri honor, & frequens toga. paullatimque discessum ad delinimenta vitiorum, porticus, & balnea, & conuiuiorum elegantiam. idque apud imperitos humanitas vocabatur, cùm pars seruitutis esset. Tertius expeditionum annus nouas gentes aperuit, vastatis vsque ad Cap. 22.
Taum (æstuario nomen est) nationibus. quâ formidine territi hostes, quamquam conflictatum sæuis tempestatibus exercitum, lacessere non ausi. ponendisque insuper castellis spatium fuit. Adnotabant periti, non alium ducem opportunitates locorum sapientiùs legisse, nullum ab Agricolâ positum castellum aut vi hostium expugnatum, aut pactione ac fugâ desertum. crebræ eruptiones. nam aduersus moras obsidionis, annuis copijs firmabantur. ita intrepida ibi hiems, & sibi quisque præsidio, irritis hostibus, eoque desperantibus: quia soliti plerumque damna æstatis hibernis euentibus pen-
C sare, tum æstate atque hieme iuxtà pellebantur. Nec Agricola vmquam per alios gesta auidus intercepit; seu centurio, seu præfectus, incorruptum facti testem habebat. Apud quosdam acerbior in conuiuijs narrabatur, vt bonis comis, ita aduersus malos iniucundus. ceterùm ex iracundiâ nihil super erat. secretum & silentium eius non timeres. honestius putabat offendere, quàm odisse. Quarta æstas obtinendis quæ percurrerat Cap. 23.
insumta. ac si virtus exercituum & Romani nominis gloria pateretur, inuentus in ipsâ Britanniâ terminus. Nam Glota & Bodotria, diuersi maris æstu per immensum reuecti, angusto terrarum spatio dirimuntur. quod tum præsidijs firmabatur: atque omnis

34. CLAVSIS HORREIS.] *An publicis horreis, in quæ Publicani frumenta Decumarum condiderant? & quamquam haberent fortasse domi frumenta, cogebantur ab istis emere. Talia sanè horrea in prouincijs,* & *de ijs Tacitus in Ægypto:* Germanicum
D apertis horreis pretia frugum leuasse, *inter popularia eius facta. An* ludibrium *hoc (eâ voce vtitur) spectat propria horrea? quæ claudebant Publicani, neque aperiri volebant, nisi pacti arbitrio suo super Decumis essent. Tale sanè Cicero Verri obijcit, in libro tertio: atque edictum etiam vulgasse in aratores,* Ne tollas ex areâ, nisi pactus eris. *Itaque paciscì pro libidine Publicanorum debebant, qui, vt idem ait,* dimidias partes *pro Decumis auferebant. Quid deinde?* emere vltrò cogebantur, *inquit. Cùm videlicet tantum frumenti attributum iam Publicanis esset, ij rursum vendebant aratoribus, iubebantque emere. Satis? imò amplius, etiam* vendere. *Quomodo? cùm grandi pecuniâ suum vendidissent, redibant, & quasi in vsum militum, eorumq; annonas, emebant: sed vili pretio scilicet, & quod Præses aut potiùs Procurator Principis, ex eius re, dixisset. Id quoque à Verrinis factum: vbi omnes hæ fraudes relatæ & reuelatæ ab illustri Oratore.*

35. DEVORTIA ITINERVM.] *Iterùm ex Cicerone (nam quis fraudes melius retegat?) lux esto. Frumenti æstimatio introducta fuit, sed primò, inquit in commodum aratoris,* cùm in eum locum, quò imperabatur, frumentum portare nollet. *Quid fecerunt boni Præsides?* Instituerunt semper ad vltima ac difficillima loca apportandum frumentum imperare, vt vecturæ difficultate ad quam vellent æstimationem peruenirent. *Et id vulgò factum ostendit, non solùm à Verre aliquo. At Agricola emendauit, itemq; posteà Valerianus mandauit:* Ne præses prouincialem aut possessorem cogat frumenta illic, vbi non habet, dare; equum, vbi non potest, pascere. Quia, *inquit,* non est vlla prouisio melior, quàm vt in locis suis erogentur, quæ nascuntur, ne aut vehiculis aut sumptibus remp. grauent.

Cap.24. nis propior sinus tenebatur, summotis velut in aliam insulam hostibus. Quinto expe- A
ditionum anno naue primâ transgressus, ignotas ad id tempus gentes crebris simul ac
prosperis prœlijs domuit: eamque partem Britanniæ, quæ Hiberniam aspicit, copijs in-
struxit, [36] in spem magis quàm ob formidinem. si quidem Hibernia medio inter Britan-
niam atque Hispaniam sita, & Gallico quoque mari opportuna, valentissimam imperij
partem magnis inuicem vsibus miscuerit. Spatium eius si Britanniæ comparetur an-
gustius, nostri maris insulas superat. Solum cælumque & ingenia cultusque hominum
haut multum à Britanniâ differunt. meliùs aditus portusque per commercia & nego-
tiatores cogniti. Agricola expulsum seditione domesticâ vnum ex regulis gentis exce-
perat, ac specie amicitiæ in occasionem retinebat Sæpè ex eo audiui, legione vnâ & mo-
dicis auxilijs debellari obtinerique Hiberniam posse. Idque etiam aduersus Britanniam
Cap. 25. profuturum, si Romana vbique arma, & velut è conspectu libertas tolleretur. Cete-
* *Alij*, amplas ciuitates. rùm æstate quâ sextum officij annum inchoabat,* ampla ciuitate trans Bodotriam * si-
* sitas, *Rhen.* priùs ta, quia motus vniuersarum vltrà gentium, & infesta hostili exercitu itinera timebantur;
* portus classe explorauit: quæ ab Agricolâ primùm assumta in partem virium, sequeba- B
tur egregiâ specie, cùm simul terrâ, simul mari bellum impelleretur: ac sæpè ijsdem
castris pedes equesque & nauticus miles mixti copijs & lætitiâ, sua quisque facta, suos
casus attollerent: ac modò siluarum & montium profunda, modò tempestatum ac flu-
ctuum aduersa, hinc terra & hostis, [37] hinc auctus Oceanus militari iactantiâ compara-
rentur. Britannos quoque, vt ex captiuis audiebatur, visa classis obstupefaciebat, tam-
quam aperto maris sui secreto vltimum victis perfugium clauderetur. Ad manus & ar-
ma conuersi Caledoniam incolentes populi paratu magno, maiore famâ, vti mos est
* *Fortè*, oppugnauêre. de ignotis, [38] * oppugnasse vltrò, castella adorti, metum vt prouocantes addiderant:
regrediendumque citra Bodotriam, & excedendum potiùs, quàm pellerentur, specie
prudentium ignaui admonebant. cùm interim cognoscit, hostes pluribus agminibus
irrupturos. Ac ne superante numero, & peritiâ locorum circumirentur, diuiso & ipse in
Cap.26. tres partes exercitu incessit. Quod vbi cognitum hosti, mutato repentè consilio, vni- G
uersi nonam legionem vt maximè inualidam, nocte aggressi inter somnum ac trepida-
tionem cæsis vigilibus irrupêre. Iamque in ipsis castris pugnabant, cùm Agricola iter
hostium ab exploratoribus edoctus, & vestigijs insecutus, velocissimos equitum pedi-
tumque assultare tergis pugnantium iubet, mox ab vniuersis adijci clamorem. & pro-
pinquâ luce fulsere signa. ita ancipiti malo territi Britanni: & Romanis redit animus; ac
securi pro salute, de gloriâ certabant. vltrò quinetiam irrupêre. & fuit atrox in ipsis por-
tarum angustijs prœlium, donec pulsi hostes, vtroque exercitu certante, his vt tulisse
opem, illis ne eguisse auxilio viderentur. quod nisi paludes & siluæ fugientes texissent,
Cap.27. debellatum illâ victoriâ foret. [39] Cuius constantiâ ac famâ ferox exercitus: nihil virtuti
suæ inuium, penetrandam Caledoniam, inueniendumque tandem Britanniæ termi-
num, continuo prœliorum cursu fremebant: atque illi modò cauti ac sapientes, promti
post euentum ac magniloqui erant. iniquissima hæc bellorum conditio est; prospera
omnes sibi vindicant, aduersa vni imputantur. At Britanni non virtute, sed occasione
& [40] arte ducis rati, nihil ex arrogantiâ remittere, quò minus iuuentutem armarent, D
coniuges ac liberos in loca tuta transferrent, cœtibus ac sacrificijs conspirationem ciui-
Cap.28. tatum sancirent. atque ita irritatis vtrimque animis discessum. Eâdem æstate cohors
Vsipio-

36. IN SPEM MAGIS.] *Vel potiùs*, in speciem magis.

37. HINC AVCTVS OCEANVS.] *Putabam*, victus. *sed quid si* auctus, *quia incognitum mare iam nauigatum, & reliquo Oceano quasi adiectum?*

38. OPPVGNASSE VLTRO, CASTELLA ADORTI.] *Fortasse*, oppugnare vltrò, castella adoriri.

39. CVIVS CONSTANTIA AC FAMA.] *Fallor, aut* conscientiâ *legendum. Conscius sibi exercitus egregiæ victoriæ, & ex eâ famæ, maiora voluebat. Video & Pichenæ hoc placuisse.*

40. ARTE DVCIS RATI.] *Hæret sententia. Putabam olim, & explebam:* arte ducis victos rati. *Nunc magis & propius verbis:* non vt virtute, sed occasione & arte ducis superati. *Nam illud*, super, *compendio sæpè scriptum, & vnicâ litterâ: quæ & in fine anteëuntis verbi est.* Occasione *autem victos se volunt, quia superuentu subito Agricolæ (prius prælium vide) oppressi.*

41. MA-

A Vsipiorum per Germanias conscripta, in Britanniam transmissa, [41] magnum ac memorabile facinus ausa est. Occiso centurione ac militibus, qui ad tradendam disciplinam immixti manipulis exemplum & rectores habebantur, tres liburnicas adactis per vim gubernatoribus ascendêre: & vno remigrante, suspectis duobus eóque interfectis, nondum vulgato rumore vt miraculum prouehebantur. mox hâc atque illâ rapti, & cum plerisque Britannorum sua defensantium prœlio congressi, ac sæpè victores, aliquando pulsi, eò ad extremum inopiæ venere, vt infirmissimos suorum, mox sorte ductos vescerentur. atque ita circumuecti Britanniam, amissis per inscitiam regendi nauibus, pro prædonibus habiti, primùm à Sueuis, mox à Frisijs intercepti sunt. ac fuêre quos per commercia venumdatos, & in nostram vsque ripam mutatione ementium adductos, indicium tanti casus illustrauit. Initio æstatis Agricola domestico vulnere ictus, anno antè natum filium amisit. Quem casum neque vt plerique fortium virorum ambitiosè, neque per lamenta rursus ac mœrorem muliebriter tulit. & in luctu, bellum inter reme-
B dia erat. Igitur præmissâ classe quæ pluribus locis prædata, magnum & incertum ter- Cap. 29.
rorem faceret, expedito exercitu, cui ex Britannis fortissimos & longâ pace exploratos addiderat, ad montem Grampium peruenit, quem iam hostes insederant. Nam Britanni nihil tracti pugnæ prioris euentu, & vltionem aut seruitium exspectantes, tandemque docti [42] commune periculum concordiâ propulsandum, legationibus & fœderibus omnium ciuitatum vires exciuerant. Iamque super triginta millia armatorum aspiciebantur, & adhuc affluebat omnis iuuentus, & quibus cruda ac viridis senectus, clari bello, ac sua quisque decora gestantes. cùm inter plures duces virtute & genere præstans, nomine Galgacus, apud contractam multitudinem prœlium poscentem, in hunc modum locutus fertur. *Quotiens causas belli & necessitatem nostram intueor, magnus mihi* Cap. 30.
animus est, hodiernum diem, consensumque vestrum, initium libertatis totius Britanniæ fore. Nam & vniuersi seruitutis expertes: & nullæ vltrà terræ, ac ne mare quidem securum, imminente nobis classe Romanâ, ita prœlium atque arma, quæ fortibus honesta, eadem etiam ignauis tutissima sunt. Priores pugnæ, quibus aduersus Romanos variâ fortunâ certatum est, spem ac subsidium
C *in nostris manibus habebant: quia nobilissimi totius Britanniæ, eóque in ipsis penetralibus siti, nec seruientium litora aspicientes, oculos quoque à contactu dominationis inuiolatos habebamus. [43] Nos terrarum ac libertatis extremos [44] recessus ipse ac sinus famæ in hunc diem defendit. nunc terminus Britanniæ patet. atque omne ignotum, pro magnifico est. Sed nulla iam vltrà gens, nihil nisi fluctus & saxa: [45] & interiores Romani. quorum superbiam frustrà per obsequium & modestiam effugeris. raptores orbis, postquam cuncta vastantibus defuêre terræ, & mare scrutantur: si locuples hostis est, auari: si pauper, ambitiosi. quos non Oriens, non Occidens satiauerit: soli omnium, opes atque inopiam pari affectu concupiscunt. auferre, trucidare, rapere falsis*

41. MAGNVM AC MEMORABILE FACINVS.] *Hodie rideamus: at olim hoc tanti fuit, quanti nunc penetrasse Magellani sinum, & orbem hunc circumdedisse. Ambrosius lib.* III. *Hexaëm. cap.* III. Illud
D magnum & inausum nauigantibus, atque intentatum nautis mare, quod Britannias frementi includit æquore, atque in vlteriora & ipsis fabulis inaccessa secreta se porrigit. *Hac autem circumuectione retecta Britannia, & insula bonâ fide approbata. Dionem in Tito vide.*

42. COMMVNE PERICVLVM CONCORDIA.] *O verba aurea! vtinam inbibamus! Nempe hoc est, quod Hermocrates ille Syracusanus pulcherrimè monuit, apud Thucyd. lib.* IV. Τὰς δὲ ἀλλοφύλους ἐπελθόντας ἀθρόοι, ἢν τῳθρονῶμεν, ἀμυνούμεθα. Εἴπερ καὶ καθ' ἑκάστους βλαπτόμεθα, ξυμπίπτοντες κινδυνεύομεν. Extraneos aduenientes, si sapimus, iuncti repellemus: quoniam singuli etiam si lædimur, vniuersi periclitamur.

43. NOS TERRARVM AC LIBERTATIS.] *Animosa & alta hæc oratio Galgaci. in quâ quod suos maximè hortatur ad robur, quoniam vltimi Britannorum sint, nec vlla gens vltrà: facit, quod Homericus ille Aiax Iliad. o.*

Ἄνέρες ἐστὲ, φίλοι, μνήσασθε δὲ θούριδος ἀλκῆς.
Ἦέ πῃ ἀμφὶ νέεσσι φόως ἐσσεῖσθαι ὀπίσω;
Ἦέ τι τεῖχος ἄρειον ὅ κ' ἀνδράσι λοιγὸν ἀμύναι;

O socij este viri, reminiscimini virtutis.
Atergóne adiutores censetis adesse?
Aut aliquem murum, qui auertat tristia fata?

44. RECESSVS IPSE AC SINVS FAMÆ.] *Mirificè dictum. Defendit nos, inquit, quòd longinqui, occulti & vix famâ noti fuimus (in sinu famæ conditi) nunc omnia aperta.*

45. ET INTERIORES ROMANI.] *Vett. editiones,* inferiores: *è quo Rhenanus,* infestiores. *Ego diuisim,* & iis feriores. *Magis feri & duri, quàm fluctus & saxa.*

Cap. 31. *falsis nominibus imperium; atque vbi solitudinem faciunt, pacem appellant.* Liberos cuique ac A
propinquos suos natura carissimos esse voluit: hi per dilectus alibi seruituri auferuntur. Coniuges
sororesque & si hostilem libidinem effugiant, nomine amicorum atque hospitum polluuntur. Bona
fortunasque, in tributum egerunt; in annonam, frumentum. corpora ipsa ac manus, siluis ac palu-
dibus emuniendis, verbera inter ac contumelias, conterunt. Nata seruituti [46] *mancipia semel ve-*
neunt, atque vltrò à dominis aluntur: Britannia seruitutem suam cottidie emit, cottidie pascit.
At sicut in familiâ [47] *recentissimus quisque seruorum & conseruis ludibrio est: sic in hoc orbis*
terrarum vetere famulatu, noui nos & viles in excidium petimur. Neque enim arua nobis, [48] *aut*
metalla, aut portus sunt, quibus exercendis reseruemur. Virtus porrò ac ferocia subiectorum, in-
grata imperantibus. & longinquitas ac secretum ipsum, quò tutius, eò suspectius. Ita sublatâ spe
veniæ, tandem sumite animum, tam quibus salus, quàm quibus gloriâ carissima est. Brigantes,
feminâ duce, exurere coloniam, expugnare castra; ac nisi felicitas in secordiam vertisset, exuere
iugum potuêre. nos integri & indomiti & [49] *libertatem non in* præsentiâ laturi,* [50] *primo statim*
Cap. 32. *congressu vnde ostendamus quos sibi Caledonia viros seposuerit.* *An eamdem Romanis in bello* B
virtutem, quam in pace lasciuiam adesse creditis? Nostris illi discessionibus ac discordijs clari, vi-
tia hostium in gloriam exercitus sui vertunt: quem contractum ex diuersissimis gentibus, vt se-
cundæ res tenent, ita aduersæ dissoluent. nisi si Gallos, & Germanos, & (pudet dictu) Britanno-
rum plerosque dominationi alienæ sanguinem commodantes, diutiùs tamen hostes quàm seruos, fi-
de & affectu teneri putatis: metus & terror est, infirma vincula caritatis. quæ vbi remoueris,
[51] *qui timere desierint, odisse incipient. Omnia victoriæ incitamenta pro nobis sunt: nullæ Roma-*
nos coniuges accendunt: nulli parentes fugam exprobraturi sunt: aut nulla pleriſque patria, aut
alia est: [52] *paucos numero circùm trepidos ignorantiâ, cælum ipsum ac mare & siluas ignota om-*
nia circumspectantes, clausos quodammodo ac vinctos [53] *alij nobis tradiderunt. Ne terreat vanus*
aspectus, & auri fulgor atque argenti, quod neque tegit, neque vulnerat. In ipsâ hostium acie in-
ueniemus nostras manus. agnoscent Britanni suam caußam. recordabuntur Galli priorem liber-
tatem. deserent illos ceteri Germani, tamquam nuper Vsipij reliquerunt. Nec quidquam vltrà for-
midinis, vacua castella, senum coloniæ, inter malè parentes & iniustè imperantes, ægra munici- C
pia & discordantia. hic dux, hic exercitus. ibi tributa & metalla, & ceteræ seruientium pœnæ,
quas in æternum proferre, aut statim vlcisci, in hoc campo est. Proinde ituri in aciem, & maioreis
Cap. 33. *vestros, & posteros cogitate.* Excepêre orationem alacres, & barbari moris cantu & fremi-
tu clamoribusque dissonis. Iamque agmina, & armorum fulgores, audentissimi cuiusque
* munimentis *q. liber.* procursu: simul instruebantur acies, cùm Agricola, quamquam lætum & vix * monitis
coër-

46. MANCIPIA SEMEL VENEVNT.] *Egregium verò membrum, & qualia multa in pulcherrimo corpore huius orationis. quâ, moriar, si quid meo sensu prudentius, disertius, argutius est in omni Romanâ linguâ. Ceterùm huic sententiæ planè compar, & velut hinc hausta, illa Saluiani libro* VI. *extremo, vbi queritur Romanos tributa barbaris pendere, quæ munera vocabant:* Dicimus donum esse, quod pretium est, & quidem pretium conditionis durissimæ ac miserrimæ. Omnes quippe captiui cùm semel redempti fuerint, libertate potiuntur: nos semper redimimur, & numquam liberi sumus.

47. RECENTISSIMVS QVISQVE SERVORVM.] *Itaque serui recentiores non in magno pretio. Suetonius aliter præfert in Iulio cap.* XLVII. Seruitia recentiora politioraque immenso pretio comparasse dicitur *sed ipsum mendo, & interpretes æstu libero, scriboq.:* seruitia decentiora. *Firmat Plinius lib.* I. *epist.* XX. Credo decentes esse seruos, qui mihi sunt empti consilio tuo.

48. AVT METALLA.] *Quid? nónne antè dictum,* aurum & argentum *in Britanniâ esse? dictum: sed hîc de sese Caledonij loquuntur & sentiunt, vbi tunc nihil horum. Arua autem non esse, cape illa fertilia & glebâ vbere.*

49. LIBERTATEM NON IN PRÆSENTIA LATVRI.] *Romana editio.* & in libertatem non in præsentiam laturi. *ex quo M. Antonius Muretus ingeniosè, deductis vocibus litterisq.,* in libertatem, non in p. r. seruitium nati, *id est populi Romani. Ambigo tamen: & malim,* libertatem non in præsenti D
ablaturi, *vel* illaturi. *In hoc enim sententiæ huius penetrantis vis & velut acies est, integros adhuc Caledonios esse, & libertatem sine vllo iugo illibatam habere, irent igitur pugnarentq., non vt amissam iterùm inferrent, sed tot sæculis retentam, vt nequis auferret.*

50. PRIMO STATIM CONGRESSV.] *Corrigo verè,* primâ statim congressione ostendamus. *Vel,* congressu, nónne: *interrogando.*

51. QVI TIMERE DESIERINT.] *Nec malè,* quos timere desierint.

52. PAVCOS NVMERO.] *Lego,* numeros, *& accipio cohortes, vt notaui ad lib.* I. *Histor.*

53. ALII NOBIS TRADIDERVNT.] *Qui alij? imò verò,* dij, *repone, meâ fide, & iußu.*

54. Mi-

A coërcitum [54] militem adhuc ratus, ita disseruit. [55] *Octauus annus est, commilitones, ex quo virtute & auspicijs imperij Rom. fide atque operâ vestrâ Britanniam vicistis. tot expeditionibus, tot prœlijs seu fortitudine aduersus hostes, seu patientiâ ac labore pœnè aduersus ipsam rerum naturam opus fuit, neque me militum, neque vos ducis pœnituit. Ergo egressi, ego veterum legatorum, vos priorum exercituum terminos, finem Britanniæ non famâ nec rumore, sed castris & armis tenemus. Inuenta Britannia, & subacta. Equidem in agmine, cùm vos paludes montésve & flumina fatigarent, fortissimi cuiusque vocem audiebam, Quando dabitur hostis, quando acies? Veniunt à latebris suis extrusi. & [56] vota virtusque in aperto, omniaque prona victoribus, atque eadem victis aduersa. Nam vt superasse tantum itineris, siluas euasisse, transisse æstuaria, pulchrum ac decorum in frontem; ita fugientibus periculosissima, quæ hodie prosperrima sunt. Neque enim nobis aut locorum eadem notitia, aut commeatuum eadem abundantia: sed manus, & arma, & in his omnia. Quod ad me attinet, iam pridem mihi decretum est, neque exercitus neque ducis terga tuta esse. Proinde & honesta mors turpi vitâ potior; & incolumitas*

B *ac decus, eodem loco sita sunt. nec inglorium fuerit, in ipso terrarum ac naturæ fine cecidisse. Si* Cap. 34. *nouæ gentes atque ignota acies constitisset: aliorum exercituum exemplis vos hortarer. nunc vestra decora recensete, vestros oculos interrogate. Ij sunt quos proximo anno, vnam legionem furto noctis aggressos, clamore debellastis: ij ceterorum Britannorum fugacissimi. ideoque tamdiu superstites. Quomodo siluas saltusque penetrantibus, fortissimum quodque animal robore, pauida & inertia ipso agminis sono pelluntur: sic acerrimi Britannorum iam pridem ceciderunt; reliquus est numerus ignauorum & metuentium. quos quòd tandem inueniistis, non restiterunt, sed deprehensi sunt nouissimi, & extremo metu corpora defixêre in his vestigijs, in quibus pulchram & spectabilem victoriam ederetis. Transigite cum expeditionibus, imponite quinquaginta annis magnum diem, approbate Reip. numquam exercitui imputari potuisse, aut moras belli, aut [57] caussas debellandi.* Et alloquente adhuc Agricolâ militum ardor eminebat, & finem orationis Cap. 35. ingens alacritas consecuta est, statimque ad arma discursum. instinctos ruentesque ita disposuit, vt peditum auxilia, quæ octo millia erant, mediam aciem firmarent: equitum

C tria millia, cornibus affunderentur. legiones pro vallo stetere, ingens victoriæ decus citra Romanum sanguinem bellanti, & auxilium si pellerentur. Britannorum acies in speciem simul ac terrorem editioribus locis constiterant: ita vt primum agmen æquo, ceteri per accline iugum connexi velut insurgerent: media campi couinarius & eques strepitu ac discursu complebat. Tum Agricola superante hostium multitudine veritus, ne simul in frontem, simul & latera suorum pugnaretur, diductis ordinibus, quamquam porrectior acies futura erat, & arcessendas plerique legiones admonebant, promtior in spem, & firmus aduersis, dimisso equo pedes ante vexilla constitit. Ac primo con- Cap. 36. gressu eminus certabatur. simul constantiâ, simul arte Britanni, ingentibus gladijs & breuibus cetris, missilia nostrorum vitare, vel excutere, atque ipsi magnam vim telorum superfundere: donec Agricola tres Batauorum cohortes ac Tungrorum duas cohortatus est, vt rem ad mucrones ac manus adducerent. quod & ipsis vetustate militiæ exercitatum, & hostibus inhabile parua scuta & enormes gladios gerentibus. nam Britannorum gladij sine mucrone complexum armorum, & [58] in aperto pugnam non tolera-

D bant. Igitur vt Bataui miscere ictus, ferire vmbonibus, ora fœdare, & tractis qui in æquo

54. MILITEM ADHVC RATVS.] *Vox planissimè excidit,* militem acuendum adhuc ratus, *aut,* incitandum: *siue aliud tale.*

55. OCTAVVS ANNVS EST.] *Vnde numerat? ab introitu suo in prouinciam, & ad res suas aptat.*

56. VOTA VIRTVSQVE IN APERTO.] *Quod Polybius dixit,* ἐν ὑπαίθροις.

57. CAVSSAS DEBELLANDI.] *Quærenti apud me Guil. Barclayo erudito & sagaci viro, ex tempore emendabam,* caussas rebellandi. *Sententia proba, ista: per vos aut ignauiam vestram minùs debellatum, nec per proteruiam rebellatum. Siue etiam, per eamdem ignauiam: quæ visa hostes animauit, & excitauit.*

58. IN APERTO PVGNAM.] *Quid ais? imò vel maximè optent, adeò non refutent. Faciebam,* in operto, *aut magis,* in opertos. *Qui sub armis scutisque pugnant, & statim inuadunt, spernunt hos prælongos gladios: hodieque res dicit. Tamen placet etiam Franciscii Medicis coniectatio,* in arcto pugnam: *& quis stirpem è patronis illis Musarum non amet? Hodie veram gloriam ipsi sic ament.*

æquo obstiterant, erigere in colles aciem cœpere; ceteræ cohortes æmulatione & impetu A
commistæ proximos quosque cædere: ac plerique semineces aut integri festinatione victoriæ relinquebantur. [59] Interim equitum turmæ fugêre, couinarij peditum se prælio miscuêre: & quamquam recentem terrorem intulerant, densis tamen hostium agminibus & inæqualibus locis hærebant: [60] minimeque equestris ea pugnæ facies erat, cùm [61] in gradu stantes, [62] simul equorum corporibus impellerentur. ac sæpè vagi currus, exterriti sine rectoribus equi, vt quemque formido tulerat, [63] transuersos, aut obCap.37. uios incursabant. Et Britanni qui adhuc pugnæ expertes summa collium insederant, & paucitatem nostrorum vacui spernebant, degredi paullatim & circumire terga vincentium cœperant: ni idipsum veritus Agricola quattuor equitum alas ad subita belli retentas, venientibus opposuisset; quantoque ferociùs accurrerant, tantò acriùs pulsos in fugam disiecisset. Ita consilium Britannorum in ipsos versum. transuectæque præcepto ducis à fronte pugnantium alæ, auersam hostium aciem inuasêre. Tum verò patentibus locis grande & atrox spectaculum: [64] sequi, vulnerare, capere, atque eosdem oblatis alijs trucidare. Iam hostium, prout cuique ingenium erat, cateruæ armatorum B
paucioribus terga præstare, quidam inermes vltrò ruere, ac se morti offerre. Passim arma & corpora, & laceri artus, & cruenta humus: & aliquando etiam victis ira virtusque. postquam siluis appropinquarunt, collecti, primos sequentium incautos & locorum ignaros circumueniebant. Quod ni frequens vbique Agricola, validas & expeditas cohortes indaginis modo, & sicubi artiora erant, partem equitum dimissis equis, simul ratiores siluas equitem persultare iussisset, acceptum aliquod vulnus per nimiam fiduciam foret. Ceterùm vbi compositos firmis ordinibus sequi rursus vidêre, in fugam versi, non agminibus vt priùs, nec alius alium respectantes, rari, & vitabundi inuicem, longinqua atque auia petiêre. finis sequendi nox & satietas fuit. cæsa hostium ad decem millia: nostrorum trecenti quadraginta cecidêre, in quîs Aulus Atticus præfectus coCap.38. hortis, iuuenili ardore & ferociâ equi hostibus illatus. Et nox quidem gaudio prædaque læta victoribus: Britanni palantes, mixtoque virorum mulierumque ploratu, trahere vulneratos, vocare integros, deserere domos, ac per iram vltrò incendere: eligere la- C
tebras, & statim relinquere: [65] miscere inuicem consilia aliqua, dein sperare: aliquando frangi aspectu pignorum suorum, sæpiùs concitari. satisque constabat sæuisse quosdam in coniuges ac liberos, tamquam misererentur. Proximus dies faciem victoriæ latiùs aperuit. vastum vbique silentium, secreti colles, fumantia procul tecta, nemo exploratoribus obuius. quibus in omnem partem dimissis, vbi incerta fugæ vestigia, neque vsquam conglobari hostes compertum, & exactâ iam æstate spargi bellum nequibat, in fines Horestorum exercitum deducit. Ibi acceptis obsidibus, præfecto classis circumuehi Britanniam præcepit. datæ ad id vires, & præcesserat terror. ipse peditem atque

59. INTERIM EQVITVM TVRMÆ FVGERE.] *Alij in sequentibus, ego hîc offendo. Nam vnde hæc fuga, cùm nec de pugnâ vllâ præcesserit? mira vel ipsorum ignauia, vel scriptoris nostri incogitantia. At vitium hîc esse palàm odoror. Ecce anteà, pro more gentis, instruxit & iunxit:* media, *inquit,* campi couinarius, & eques discursu ac strepitu complebant. *Itaque isti, vt apparet, aciei interiecti: sed Agricola neglexit, & parte aliâ inuasit Britannos pedites. quod robur censebat. Cœptâ autem pugnâ, iam equites & couinarij miscentur, sed verbis corrigendis. Quid dicam Critica? suauis, & molesta es: rem video, verba requiro. Puto,* Interim equitum turmæ effudêre, & couinarij peditum se prælio miscuêre. *Aut potiùs,* turmæ effusæ & couinarij. *Profectò iam pugnarunt, & sequens narratio tota dicit: attende.*

60. MINIMEQVE EQVESTRIS EA PVGNÆ FACIES.] *Vides* equestre *prælium? non-dum ergo fugerunt, vt vulgata lectio volebat.*

61. IN GRADV STANTES.] *Hærebant enim locis iniquis, vt dixit, tum & confertâ Romanâ vel Sociali acie.*

62. SIMVL EQVORVM CORPORIBVS.] *Quid* D
clarius, quàm hæc ad singulares equites referenda? qui stantes hærentesq;, sine suo impetu, facilè cum ipsis equis pellebantur à pedite, vi ingruente.

63. TRANSVERSOS, AVT OBVIOS.] *Quos? Romanos? non: sed ipsos suos equites, quos turbabant aut euertebant.*

64. SEQVI, VVLNERARE, CAPERE.] *E Sallustio sumpta hæc scio, qui in Iugurtino:* tum spectaculum horribile in campis patentibus, sequi, fugere, occidi, capi, equi atque viri afflicti.

65. MISCERE INVICEM.] *Totâ hac periodo ornatum ex oppositis quæsiuit. ideoq; hîc legam,* dein separare. *Aliquando, inquit, cum alijs, aliquando rursus secum deliberabant.*

66. TRV-

A atque equites lento itinere, quò nouarum gentium animi ipsâ transitus morâ terrerentur, in hibernis locauit. Et simul classis secundâ tempestate ac famâ [66] Trutulensem portum tenuit, vnde proximo latere Britanniæ lecto * omni redierat. Hunc rerum cursum, quamquam nullâ verborum iactantiâ, [67] epistolis Agricolæ actum, vt Domitiano moris erat, fronte lætus, pectore anxius excepit. Inerat conscientia, derisui fuisse nuper falsum è Germaniâ triumphum, emtis per commercia, quorum habitus & crines in captiuorum speciem formarentur: at nunc veram magnamque victoriam, tot millibus hostium cæsis, ingenti famâ celebrari. Id sibi maximè formidolosum, priuati hominis nomen supra Principis attolli: frustrà studia fori, & ciuilium artium decus in silentium acta, si militarem gloriam [68] alius occuparet: & cetera vtcumque faciliùs dissimulari, ducis boni imperatoriam virtutem esse. Talibus curis exercitus, quodque sæuæ cogitationis indicium erat, secreto suo satiatus, optimum in præsentiâ statuit reponere odium, donec impetus famæ & fauor exercitus langueſceret. nam etiam tum Agricola *omnis Cap. 39.

B Britanniam obtinebat. Igitur [69] triumphalia ornamenta, & illustris statuæ honorem, Cap. 40.
& quidquid pro triumpho datur, multo verborum honore cumulata, decerni in senatu iubet: addique insuper opinionem, Syriam prouinciam Agricolæ destinari, vacuam tum morte Atilij Rufi consularis, & maioribus reseruatam. Credidêre plerique libertum ex secretioribus ministerijs missum ad Agricolam, codicillos quibus ei Syria dabatur tulisse, cum præcepto, vt si in Britanniâ foret, traderentur: eumque libertum in ipso freto Oceani obuium Agricolæ, ne appellato quidem eo ad Domitianum remeasse. siue verum istud, siue ex ingenio Principis fictum ac compositum est. Tradiderat interim Agricola successori suo prouinciam quietam tutamque. Ac ne notabilis celebritate & frequentiâ occurrentium introitus esset, vitato amicorum officio, noctu in vrbem, noctu in palatium, ita vt præceptum, venit: exceptusque breui osculo & nullo sermone, turbæ seruientium immixtus est. Ceterum vt militare nomen, graue inter otiosos, alijs virtutibus temperaret, tranquillitatem atque otium penitus auxit, cultu modicus, ser-

C mone facilis, vno aut altero amicorum comitatus: adeò vt plerique, quibus magnos viros per ambitionem æstimare mos est, viso aspectoque Agricolâ, quærerent famam, Cap. 41.
pauci interpretarentur. Crebrò per eos dies apud Domitianum absens accusatus, absens absolutus est. caussa periculi non crimen vllum, aut querela læsi cuiusquam, sed infensus virtutibus Princeps, & gloria viri, ac [70] pessimum inimicorum genus, laudantes. Et ea insecuta sunt reipublicæ tempora, quæ sileri Agricolam non sinerent: tot exercitus in Mœsiâ Daciaque, & Germaniâ Pannoniaque, temeritate aut per ignauiam ducum amissi: [71] tot militares viri cum tot cohortibus expugnati & capti. nec iam de limite imperij & ripâ, sed de hibernis legionibus & possessione dubitatum. Ita cùm damna

66. TRVTVLENSEM PORTVM.] *Ignotus est. itaque alij volunt,* Rutupensem.

67. EPISTOLIS AGRICOLÆ ACTVM.] *Hæsi olim. nunc leui emendatione me expedio,* auctum, *pro*

D actum, *rescribens.*

68. ALIVS OCCVPARET.] *Putabam*, altius, *vel* artius, *siue* arctius. *De Agricolâ Domitianus ratiocinatur, & sese exstimulat: Frustrà silentio transitas ciuiles artes, si in militari præpolleret. Quòd si vulgata placet, de ipso Domitiano accipies, querente: Frustrà se* liberalia studia initio Principatus neglexisse (*ita Suetonius cap.*XX.) *vt ad militaria & imperatoria se daret scilicet: si ecce alius eam gloriam occuparet. Atque hanc veram sententiam puto. Videbatur enim sibi in studijs & eloquentiâ potuisse excellere, si perseueraſſet.*

69. TRIVMPHALIA ORNAMENTA.] *Palàm est hæc à Domitiano tributa: quod Tacitus de socero non potuit, credo, ignorare. Tamen Dio vult à Tito:* Ἐσφάγη, *inquit,* ὑπὸ Δομιτιανοῦ, καίπερ τὰς ἐπινικίους τιμὰς παρὰ τοῦ Τίτου λαβών.

70. PESSIMVM INIMICORVM GENVS, LAVDANTES.] *Gnome ex ipsis adytis humanæ vitæ. cui Mamertinus interpres, Panegyrico ad Iulianum:* Cùm, *inquit,* sancti Principis merces *(legimus* mores) atque instituta falsarum vituperationum licentiam submouerent: callido nocendi artificio accusatoriam diritatem laudum titulis peragebant, in omnibus conuenticulis quasi per beniuolentiam illa iactantes, Iulianus Alemanniam domuit, Iulianus vrbes Galliæ excitauit, *&c. Statimq;:* Hæ voces fuerunt ad inflammanda odia probris omnibus potentiores. si enim comminisci aliqua flagitia tentassent, facilè ipso splendore laudis & gloriæ refutarentur. inuenerunt accusandi genus, quod nullus refelleret.

71. TOT MILITARES VIRI.] *Ego dubito an non,* tot militares numeri. *Atqui de* Cohortibus *iungit. Ita, sed illos Romanos intellegit; has Sociales.*

72. ASIÆ

na damnis continuarentur, atque omnis annus funeribus & cladibus insigniretur, po- A
scebatur ore vulgi dux Agricola: comparantibus cunctis vigorem, constantiam, & expertum bellis animum, cum inertiâ & formidine eorum. Quibus sermonibus satis constat Domitiani quoque aures verberatas, dum optimus quisque libertorum amore & fide, pessimi malignitate & liuore, pronum deterioribus Principem exstimulabant. Sic Agricola simul suis virtutibus, simul vitijs aliorum, in ipsam gloriam præceps agebatur.

Cap. 42. Aderat iam annus quo proconsulatum [72] Asiæ & Africæ sortiretur, & occiso Ciuicâ nuper, nec Agricolæ consilium deerat, nec Domitiano exemplum. Accessere quidam cogitationum Principis periti, qui iturus ne esset in prouinciam, vltrò Agricolam interrogarent. ac primò occultiùs quietem & otium laudare, mox operam suam in approbandâ excusatione offerre: postremò non iam obscuri, suadentes simul terrentesque, pertraxére ad Domitianum. qui paratus simulatione, in arrogantiam compositus, & audijt preces excusantis, & cùm annuisset, agi sibi gratias passus est: nec erubuit beneficij inuidiâ. [73] salarium tamen proconsulari solitum offerri, & quibusdam à seipso concessum, Agricolæ non dedit: siue offensus non petitum, siue ex conscientiâ, ne quod vetuerat videretur emisse. Proprium humani ingenij est, [74] odisse quem læseris: Domitiani verò natura præceps in iram. & quò obscurior, eò irreuocabilior, moderatione tamen prudentiaque Agricolæ leniebatur. quia non contumaciâ, neque inani iactatione libertatis, famam fatumque prouocabat. Sciant quibus moris illicita mirari, posse etiam sub malis Principibus magnos viros esse: obsequiumque ac modestiam, si industria ac vigor adsint, [75] eo laudis excedere, quo plerique per abrupta, sed [76] in nullum rei post vsum, ambitiosâ morte inclaruerunt. B

Cap. 43. Finis vitæ eius nobis luctuosus, amicis tristis, extraneis etiam ignotisque non sine curâ fuit. Vulgus quoque, & hic aliud agens populus, & ventitauêre ad domum, & per fora & circulos locuti sunt: nec quisquam auditâ morte Agricolæ, aut lætatus est, aut statim oblitus est. Augebat miserationem constans rumor, veneno interceptum. Nobis nihil comperti affirmare ausim. ceterùm per omnem valetudinem eius, crebriùs quàm ex more principatus per nuntios visentis, & libertorum primi, & medicorum intimi venêre: siue cura illud, siue inquisitio erat. Supremo quidem die momenta deficientis per dispositos cursores nuntiata constabat, nullo credente sic accelerari, quæ tristis audiret. Speciem tamen doloris animo vultuque præ se tulit, [77] securus iam odij, & qui faciliùs dissimularet gaudium quàm metum. Satis constabat lecto testamento Agricolæ, quo coheredem optimæ vxori & pijssimæ filiæ Domitianum scripsit, lætatum eum, velut honore iudicioque: tam cæca & corrupta mens assiduis adulationibus erat, vt nesciret à bono patre non scribi heredem, nisi malum Principem. C

Cap. 44. Natus erat Agricola Caio Cæsare tertiùm Conss. idib. Iunijs: excessit sexto & quinquagesimo anno, decimo Kalen. Septemb. Collegâ Priscoque Coss. Quòd si habitum quoque eius posteri noscere velint, decentior quàm sublimior fuit. nihil metus in vultu: gratia oris supererat. bonum virum facilè crederes, magnum libenter. Et ipse quidem, quam-

72. ASIÆ ET AFRICÆ.] *Non potest, vt sortitus fuerit vtrumque simul. nec ferunt Romani mores. Scribo,* Asiæ aut Africæ.

73. SALARIVM TAMEN PROCONSVLARI.] *Nihil magis ad huius loci lucem (vt ne ab alto aut longinquo petam) quàm quæ Dio Cassius in Fragmento rerum Macrini conscripsit. Ait* Aufidium Frontonem, neque Africæ Proconsulatu donatum à Macrino, etsi sortitus eam esset, neque item Asiæ. *& addit:* Τόγε μὲν ἐννεμήρον γέρας, καὶ οἴκοι μένοντι αὐτῷ, τὰς πέντε καὶ εἴκοσι μυριάδας, δοθῆναι εἰσηγήσατο. Οὐ μέντοι καὶ ἐκεῖνος αὐτὰς ἔλαβεν, εἰπὼν, ὅτι ἀργυρίου, ἀλλ' ἡγεμονίας δεῖται: Adiunctum tamen salarium, etiam domi manenti ipsi, viginti quinque myriadas drachmarum, dari statuit. quod ille non accepit, dicens non pecuniæ sed imperij honorisque se egere. *Vides retineri solitos; vides Salarium tamen accipere; vides & ipsam summam, seriò notandam. Ea est* decies HS. *sive* XXV. *millia Philippicûm.* D

74. ODISSE QVEM LÆSERIS.] *Seneca* II. *de Irâ:* Hoc habent animi magnâ fortunâ insolentes, quos læserunt & oderunt.

75. EO LAVDIS EXCEDERE.] *Malo,* accedere, *vel potiùs* escendere. *Sequentia huius comprehensionis parùm integra censeo.*

76. IN NVLLVM REI POST VSVM.] *Non displicet iunctim & quasi compositè,* post-usum. *Id est, morte eâ nec in posterum aliquid consuluisse, vel vtiliter præstitisse. Mercero placebat:* in nullum reipublicæ vsum. *ingeniosè, & fortasse verè.*

77. SECVRVS IAM ODII.] *Id est, qui odium non*

A quamquam medio in ſpatio integræ ætatis ereptus, quantum ad gloriam longiſſimum æuum peregit. Quippe & vera bona, quæ in virtutibus ſita ſunt, impleuerat; & Conſularibus ac Triumphalibus ornamentis prædito, quid aliud adſtruere fortuna poterat? Opibus nimijs non gaudebat, ſpecioſæ contigerant. filiâ atque vxore ſuperſtitibus, poteſt videri etiam beatus incolumi dignitate, florente famâ, ſaluis affinitatibus & amicitijs futura effugiſſe. Nam ſicuti durare in hac beatiſſimi ſæculi luce, ac Principem Traianum [78] videre, augurio votiſque apud noſtras aures ominabatur: ita feſtinatæ mortis grande ſolatium tulit, euaſiſſe poſtremum illud tempus, quo Domitianus non iam per interualla ac ſpiramenta temporum, ſed continuo & velut vno ictu rempublicam exhauſit. Non vidit Agricola obſeſſam curiam, & clauſum armis ſenatum, & eâdem Cap. 45.
ſtrage tot ſæcularium cædes, tot nobiliſſimarum feminarum exſilia & fugas. Vnâ adhuc victoriâ Carus Metius cenſebatur, & [79] intra Albanam villam ſententia Meſſallini ſtrepebat, & Maſſa Bebius [80] iam tum reus erat. [81] Mox noſtræ duxêre Heluidium in
B carcerem manus: nos [82] Maurici, Ruſticique viſus, nos innocenti ſanguine Senecio perfudit. Nero tamen ſubtraxit oculos, iuſſitque ſcelera, non ſpectauit. præcipua ſub Domitiano miſeriarum pars erat, videre & aſpici: cùm ſuſpiria noſtra ſubſcriberentur: cùm denotandis tot hominum palloribus ſufficeret ſæuus ille vultus & [83] rubor, à quo ſe contra pudorem muniebat. Tu verò felix Agricola non vitæ tantùm claritate, ſed etiam

non curaret, facilè iam deponeret, vt in mortuum: ideoq; & doloris affectum facilè induit.

78. VIDERE OMINABATVR.] *Mirum ſi tot annos antè præſagijt? nec de Traiano vlla ſpes aut ſuſpicio; niſi ſi Deus mentem illi mouit, aut noſtro ſcriptori Blanditia. quod non ſolet.*

79. INTRA ALBANAM VILLAM.] *Veteres editiones,* intra Albanam arcem villam. *Opinor,* villam,
C *gloſſematium eſſe: & germanum,* Albanam arcem. *Certè Domitianus delectatus eo loco, eumq; habuit velut arcem. Dionis compendium:* Τοῦτο τὸ χωρίον ὑπὸ τὸ ὄρος τὸ Ἀλβανὸν, ἀφ' ἑπερ ἔτως ὠνομάσθη, ὃν, ὥσπερ τινὰ ἀκρόπολιν ἐξείλετο. *Pichena vellet:* intra Albanam arcem nulla ſententia: *quaſi dicat, nondum tunc auditum ibi Meſſallinum. Ego putarem dicere, quòd adhuc intra Albanam arcem, non in Senatu & publico, calumniator ille audiretur. At peſtes illas hominum, & diſtrictos eius ævi accuſatores, Plinius paſſim nominat. etiam Sidonius:* Hi ſunt quorum comparatione digitum tollerent Narciſſus, Aſiaticus, Maſſa, Marcellus, Carus, Parthenius, Licinius. *Iuuenalis:*

——quem Maſſa timet, quem munere palpat Carus.

80. IAM TVM REVS ERAT.] *Qui damnatus quidem poſteà eſt accuſantibus Bæticis. vt diſces ex Plinij*
D *epiſtolâ vlt. lib.* VII.

81. MOX NOSTRÆ DVXERE.] *Nam in Senatu accuſatus, & manus ibi ei iniectæ ſunt, maximè & primùm à quodam Certo. Plinij epiſtola legatur* XIII. *libri* IX. *Hæc autem referenda, nequis erret, ad* Heluidium filium, *quem Domitianus occidit (Suetonius cap.*X.*) cùm patrem eius ipſe Veſpaſianus. idem Sueton. Veſp. c.* XV. *Sed Heluidius hic filius quâ matre natus? Habuit ſanè Heluidius pater* Fanniam *vxorem, filiam* Thraſeæ Pæti: *quod in epiſtolâ* XIX. *lib.* VII. *apud Plinium clarè ſcriptum. Non tamen hæc mater, ſed nouerca. & ita idem Plinius appellat epiſtolâ* XIII. *libri* IX. Fuerat cum Arriâ & Fanniâ, quarum altera Heluidio nouerca, altera mater nouercæ. *Nam Fannia hæc vxor Heluidij Priſci, vt Arria vxor Thraſeæ; & ergo Fanniæ mater. Ex his liquet* Heluidium patrem, *aliam vxorem ante Fanniam habuiſſe, & ex eâ prolem: etſi* Quæſtorius adhuc à Thraſeâ gener ſit electus, *vt libro* IV. *ſcriptum.*

82. MAVRICI, RVSTICIQVE VISVS.] *Scriptura apud me fidei fluxæ. Quo enim illud,* viſus? *Nec melius tamen video: aut potiùs in ſententiolâ hac nihil video. Viri ipſi mihi notiores, è quibus Mauricus, Iunius eſt Mauricus,* quo viro nihil firmius, nihil melius, *ait Plinius lib.* IV. *epiſtolarum. Eum à Domitiano in exſilium pulſum, rediſſe principatu primo Neruæ, docebit te idem lib.* I. *epiſtolâ* V. *At Ruſticum hunc, Iunium Ruſticum nominat Suetonius in Domitiano:* Occidit Iunium Ruſticum, quòd Pæti Thraſeæ & Heluidij Priſci laudes edidiſſet. *Etiam lapis vetus, ſiue inſcriptio baſis:*

L. IVNIO L. RVSTICO
PHILOSOPHO
STOICO
L. IVNIVS L. L.
MYRINVS. P. P.

At noſter Arulenum Ruſticum appellat, initio huius libelli: & Plinius epiſtolâ V. *lib.* I. *de Regulo:* Ruſtici Arulenj periculum fouerat, exultauerat morte, adeò vt librum recitaret publicaretque, in quo Ruſticum inſectatur, atque etiam Stoicorum ſimiam appellat. *Vt omninò nomina illi fuerint, L. Iunius Arulenus Ruſticus. Plinius ipſe hunc velut doctorem monitoremq; habuit, & in laudes eius erumpit epiſtolâ* XIV. *lib.* I. *Etiam Plutarchus, extremo libello De Curioſitate, factum eius plenum conſtantiæ recenſuit. Et Antoninus epiſtolam inſeruit* I. *De ſuâ vitâ. At Senecio, Herennius Senecio eſt, Plinio non ſemel item nominatus. Reus & interfectus fuit, quòd de vitâ Heluidij libros compoſuiſſet, ait Plinius lib.* VII. *Sed vos magnæ animæ mihi ſaluete: quos iure miramur, colimus, factis dictisq; ſapientes, & legitimos robuſtæ porticus alumnos.*

83. RVBOR, A QVO SE CONTRA.] *Particulam*

iam opportunitate mortis. vt perhibent qui interfuerunt nouiſſimis ſermonibus tuis, A conſtans & libens fatum excepiſti, tamquam pro virili portione innocentiam Principi donares. Sed mihi filiæque, præter acerbitatem parentis erepti, auget mæſtitiam, quòd aſſidere valetudini, fouere deficientem, ſatiari vultu, complexu, non contigit. [84] excepiſſem certè mandata voceſque, quas penitus animo figeremus. Noſter hic dolor, noſtrum vulnus: nobis tam longæ abſentiæ conditione ante quadriennium amiſſus es. Omnia ſine dubio, optimâ parentum aſſidente amantiſſimâ vxore, ſuperfuere honori tuo: paucioribus tamen lacrymis compoſitus es, & nouiſſimâ in luce deſiderauere aliCap. 46. quid oculi tui. Si quis piorum manibus locus, ſi, vt ſapientibus placet, non cum corpore exſtinguuntur magnæ animæ; placidè quieſcas, nos domum tuam ab infirmo deſiderio, & muliebribus lamentis ad contemplationem virtutum tuarum voces, quas neque lugeri, neque plangi fas eſt: [85] admiratione te potiùs * temporalibus laudibus, & ſi natura ſuppeditet, * militum decoramus. Is verus honos, ea coniunctiſſimi cuiuſque pietas. Id filiæ quoque vxorique præceperim, ſic patris, ſic mariti memoriam venerari, vt B omnia facta dictaque eius ſecum reuoluant, famamque ac figuram animi magis quàm corporis complectantur. non quia intercedendum putem imaginibus quæ marmore aut ære finguntur: ſed vt vultus hominum, ita ſimulacra vultus imbecilla ac mortalia ſunt, forma mentis æterna. quam tenere & exprimere non per alienam materiam & artem, ſed tuis ipſe moribus poſſis. Quidquid ex Agricolâ amauimus, quidquid mirati ſumus, manet, manſurumque eſt in animis hominum, in æternitate temporum, famâ rerum. Nam multos veterum velut inglorios & ignobiles obliuio obruet, Agricola poſteritati narratus & traditus, ſuperſtes erit.

culam ſupereſſe puto, & lego, rubor quo ſe. *Porrò de hoc Domitiani fallaci habitu, Plinius in Panegyrico:* Ira in oculis, fœmineus pallor in corpore, in ore impudentia multo rubore ſuffuſa. *Item Suetonius cap.* XVIII. *Et communiter, Seneca epiſt.* XI. Quidam numquam magis, quàm cùm erubuerint, timendi ſunt, quaſi omnem verecundiam effuderint. Sulla tunc erat violentiſſimus, cùm faciem eius ſanguis inuaſerat.

84. EXCEPISSEM CERTE MANDATA.] *Planè Homericum eſt. Ita enim apud eum Andromache lugens Hectorem:*

Οὐδέ τι μοι εἶπες πυκινὸν ἔπος, ὅ τέ κεν αἰεὶ
Μεμνῇμην νύκτας τε καὶ ἤματα δ' ακρυχέουσα.

Nec mihi ſermones dixiſti, quorum ego ſemper C
Noctes atque dies lacrymis ſuffuſa recorder.

85. ADMIRATIONE TE POTIVS.] *Cænum & lutum, quod non purgo. Priora tentem:* admiratione te potius, te immortalibus laudibus.

IVSTI

IVSTI LIPSI
AD DIALOGVM DE CAVSSIS CORRVPTÆ ELOQVENTIÆ
PRÆFATIO.

SVPERIORIBVS *libris lucem aliquam industria nostra attulit: huic, verè possum dicere, salutem. Nam cùm deprauatissimus vulgò circumferretur, nulla pagina sine vulnere & vibice: admirabile est, quantum à Farnesiano codice (nam Vaticanis aberat) in eo sanando simus adiuti. Multi hiatus expleti, verba & lineæ integræ insertæ, centeni aliquot loci (Latinè non oratoriè loquor) emendati. Quorum omnium numerum inire aut longum, aut superuacuum: moderabor, & in his Notis ea saltem tangam quorum vel insignis correctio est, vel ambigua. Reliqua recepta in contextum, satis sit verbo iam nunc prædixisse, è Farnesiani libri fide esse. At de scripto, & scriptore ipso, pauca etiam hîc libanda sunt. Scriptum sanè optimum, stilo, inuentione, iudicio: & quod in hoc genere (integrum esset modò) conferre nihil verear cum iis quæ optimi sæcli, & optimæ notæ. Scriptor tamen ipse incertus. Ita olim iudicaui: neque etiam muto. Nam Tacitum fuisse quî credam? Stilus validè abnuit, non fallax in hoc genere argumentum. qui in nostro, constrictus vbique, teres, acutus, & seuerus magis quàm lepidus: hîc omnia contrà. At mutari is in ætate aut argumento potest, inquiunt. Non nego. sed numquam ita, vt abeat prorsus à sese. Quidquid Cicero scripsit, senex, iuuenis, philologum, philosophum; in iis tamen lineamenta quædam appârent eiusdem viri & vultus. Nec aliter fit in omnibus nobis. Ætatem etiam vide, si non pugnat. Hic scriptor sermonem hunc habitum inducit sexto Flauiani imperij anno: eiq; interfuisse se* admodum iuuenem. *Quomodo verò tunc admodum iuuenis Tacitus, si honores etiam cœpit sub Vespasiano? Id enim de se fatetur,* & dignitatem *suam* à Vespasiano inchoatam *ait Historiarum primo. Sed exemplaria omnia Tacito adserunt. Quæ illa? vix bina aut terna credo ea esse in omni Europâ. quæ tam facile & pronum est hîc mentiri, quàm in aliis libris sæpè. Sed etiam Pomponius Sabinus. Ita enim politissimus doctissimúsque Pythœus nos docuit, Notis ad hunc libellum. Is igitur Sabinus mediæ ætatis Grammaticus in Carmen de obitu Mæcenatis:* Cornelius,

lius, *inquit*, Tacitus appellat ſcripta Mæcenatis calamiſtros. *Nec negare certè poſſumus, quin is locus hodieq; in hoc libello exſtet. Quid dicam? ſcriò & ingenuè, nihil me credere huic ignobili Sabino, qui ex veteri verbo, ſomniauit fortaſſe quod voluit. Dico me. nam aliis nihil præco quid ſequantur. Incommodi quid erit, ſiue Tacito tribuamus; ſiue M. Fabio Quinctiliano, vt mihi olim viſum? Nam & ſtilus ipſe planè geminus: & ille ſe* De cauſſis corruptæ eloquentiæ *ſcripſiſſe plus vno loco fatetur. quem titulum valdè appoſitum ſcio huic argumento. Præcipuam enim materiem & velut fundum ſcripti, hoc fuiſſe; euincunt illa quæ ſuperant, & magis euincerent quæ à fine deſunt. Ipſe Maternus hîc ad Meſſallam:* Exprime nobis non laudationem antiquorum, ſed cauſſas cur in tantum ab eloquentiâ eorum receſſerimus. *Ætas tamen Quinctiliani paullò grandior fuiſſe videtur, quàm vt hic ſermo illo iuuene. Itaque ambigo. & cùm multa dixerim, claudo tamen omnia & ſigno hoc reſponſo, Mihi non liquêre.*



FABII QVINCTILIANI,

VT VIDETVR, DIALOGVS;

AN SVI SÆCVLI ORATORES ANTIQVIS,

ET QVARE, CONCEDANT:

CORN. TACITO VVLGO INSCRIPTVS.

SÆPE ex me requiris, Iuſte Fabi, cur cùm priora ſæcula tot Cap. 1.
eminentium oratorum ingeniis gloriaque efflorueriṇt, noſtra potiſſimùm ætas deſerta, & laude orbata, vix nomen ipſum oratoris retineat. neque enim ita appellamus niſi antiquos: horum autem temporum diſerti, cauſſidici, & aduocati, & patroni, & quiduis potiùs quàm oratores vocantur. Cui percontationi tuæ reſpondere, & tam magnæ quæſtionis pondus excipere, vt aut de ingeniis noſtris [1] malè exiſtimandum ſit, ſi idem aſſequi non poſſumus, aut de iudiciis, ſi nolumus; vix hercule auderem, ſi mea ſententia proferenda, ac non diſertiſſimorum vt noſtris temporibus hominum ſermo repetendus eſſet. quos eamdem hanc quæſtionem pertractantes, iuuenis admodum audiui. Ita non ingenio, ſed memoriâ ac recordatione opus eſt, vt quæ à præſtantiſſimis viris & excogitata ſubtiliter & dicta grauiter, accepi, cùm ſinguli diuerſas [2] vel eaſdem, ſed probabiles cauſſas afferrent, dum formam ſui quiſque & animi, & ingenij redderet, iiſdem nunc numeris, iiſdemque rationibus perſequar, ſeruato ordine diſputationis. neque enim defuit, qui diuerſam quoque partem ſuſciperet, ac multum vexatâ & irriſâ vetuſtate, noſtrorum temporum eloquentiam antiquorum ingeniis anteferret. Nam poſtero die quàm [3] accuratiùs Maternus Catonem recitauerat, cùm offen- Cap. 2.
diſſe potentium animos diceretur, tamquam in eo tragœdiæ argumento ſui oblitus, tantùm Catonem cogitaſſet, eaque de re per vrbem frequens ſermo haberetur, venerunt ad eum M. Aper & Iulius Secundus, celeberrima tùm ingenia fori noſtri: quos ego in iudiciis non vtroſque modò ſtudioſè audiebam, ſed domi quoque & in publico aſſectabar, mirâ ſtudiorum cupiditate, & quodam ardore iuuenili, vt fabulas quoque eorum & diſputationes, & arcana ſemotæ dictionis penitus exciperem. quamuis malignè plerique opinarentur, nec Secundo promtum eſſe ſermonem, & Aprum ingenio potiùs & vi naturæ, quàm inſtitutione & litteris famam eloquentiæ conſecutum. Nam & Secundo purus, & preſſus, &, in quantum ſatis erat, profluens, ſermo non defuit: & Aper [4] communi eruditione imbutus, contemnebat potiùs litteras quàm neſciebat. tamquam

NOTÆ.

1. MALE EXISTIMANDVM SIT.] *Ita Farneſ. at in Rom. codice* exiſtimandum habeam.

2. VEL EASDEM, SED PROBABILES.] *Id verò non probabile, vt in vno ſermone eaſdem cauſſas repetiuerint. Ego verba ea ſuperesſe cenſeo*, vel eaſdem.

3. ACCVRATIVS MATERNVS.] *Farneſ.* Curiatius Maternus. *Putabam*, Curatius. *ſed ſententiam attendenti magis placet.* Curiatius: *quod proprium nomen Materni pœtæ fuerit.*

4. COMMVNI ERVDITIONE.] *Malè vulgò*, cum eruditione.

quam maiorem induſtriæ & laboris gloriam habiturus, ſi ingenium eius nullis aliena- A
rum artium adminiculis inniti videretur. Igitur vt intrauimus cubiculum Materni,
[5] ſedentem ipſum, quem pridie recitauerat librum intra manus habentem, deprehen-
Cap.3. dimus. Tum Secundus: Nil ne te, inquit, Materne, fabulæ malignorum terrent, quo
minus [6] offenſas Catonis tui ames? An ideò librum iſtum [7] apprehendiſti, vt diligen-
tiùs retractares, & ſublatis ſi quæ prauam interpretandi materiam dederunt, emitte-
res Catonem non quidem non meliorem, ſed tamen ſecuriorem? Tum ille, [8] Leges tu
quidem ſi volueris, & agnoſces quæ audiſti. quòd ſi qua omiſit Cato, [9] ſequenti tracta-
tione Thyeſtes dicet. Hanc enim tragœdiam diſpoſui iam, & intra me ipſe formaui.
Atque ideò maturare libri huius editionem feſtino, vt dimiſsâ priore curâ, nouæ cogi-
tationi toto pectore incumbam. Adeò te tragœdiæ iſtæ non ſatiant, inquit Aper, quo
minus omiſſis orationum & [10] curarum ſtudiis omne tempus modò circa Medeam,
ecce nunc circa Thyeſtem conſumas? cùm tot amicorum cauſſæ, tot coloniarum & B
municipiorum clientelæ in forum vocent, quibus vix ſufficeres, etiam ſi non nouum
tibi ipſe negotium importaſſes, Domitium, & Catonem: id eſt, noſtras quoque hiſto-
Cap.4. rias, & Romana nomina, Græcorum fabulis aggregares. Et Maternus, Perturbarer hac
tuâ ſeueritate, niſi frequens ac aſſidua nobis contentio iam propè in conſuetudinem
vertiſſet. Nam nec tu agitare & inſequi poëtas intermittis, & ego [11] cui deſidiam aduo-
cationum obiicis, cotidianum hoc patrocinium [12] defendendæ aduerſus te poëticæ
exerceo. Quo lætor magis oblatum nobis iudicem, qui me vel in futurum vetet verſus
facere, vel quod iam pridem opto, ſuâ quoque auctoritate compellat, vt omiſſis foren-
ſium Muſarum anguſtiis, in quibus ſatis mihi ſuperque ſudatum eſt, ſanctiorem iſtam
Cap.5. & auguſtiorem eloquentiam colam. Ego verò, inquit Secundus, antè quàm me iudi-
cem Aper recuſet, faciam quod probi & modeſti iudices ſolent, vt in his cognitionibus
*gratiâ excuſent, in quibus manifeſtum eſt, alteram apud eos partem * gratiæ præualere. Quis
enim neſcit, neminem mihi coniunctiorem eſſe & vſu amicitiæ, & aſſiduitate contuber-
nij, quàm Saleium Baſſum, cùm optimum virum tum abſolutiſſimum poëtam? porrò
ſi poëtica accuſatur, non alium video reum locupletiorem. Securus ſit, inquit Aper, & C
Saleius Baſſus, & quiſquis alius ſtudium poëticæ & carminum gloriam fouet, cùm
cauſſas agere non poſſit. & ego enim [13] quatenus arbitrium litis huius inueniri non
patiar, Maternum [14] ſollicitè plurimum defendi. ſed & ipſum ſolum [15] apud eos ar-
guam, quòd natus ad eloquentiam virilem & oratoriam, quâ parare ſimul & tueri ami-
citias, adſciſcere nationes, complecti prouincias poſſit, amittit ſtudium, quo non aliud
in ciuitate noſtrâ vel ad vtilitatem fructuoſius, vel ad dignitatem amplius, vel ad vrbis
famam pulchrius, vel ad totius imperij atque omnium gentium notitiam illuſtrius ex-
cogitari poteſt. Nam ſi ad vtilitatem vitæ omnia [16] conſilia, facta noſtra dirigenda
ſunt; quid erit tutius quàm eam exercere artem, quâ ſemper armatus præſidium amicis,
opem

5. SEDENTEM IPSVM, QVEM.] *Rom. copula addita*, & quem, *rectè*.

6. OFFENSAS CATONIS TVI AMES.] *Perſpicuè verum. vulgò*, aures.

7. APPREHENDISTI.] *Alij libri*, deprehendiſti. *Ego*, reprehendiſti: *propriâ ſignificatione huius verbi.*

8. LEGES TV QVIDEM SI VOLVERIS.] *Scriptus liber longè aliter*, Leges quid Maternus ſibi debuerit, & agnoſces, *&c.*

9. SEQVENTI TRACTATIONE.] *Fortaſſe* recitatione. *Ipſe Maternus infrà*, Recitatione tragœdiarum famam ſe auſpicatum, *ait.*

10. CVRARVM STVDIIS.] *Omninò ſcribendum coniicio*, cauſſarum ſtudiis.

11. CVI DESIDIAM, ADVOCATIONVM OBIICIS.] *Præclarè meus liber. Anteà corruptè & mutilatè*, cui deſidiam aduocamur, cottidianum, *&c.* D

12. DEFENDENDÆ ADVERSVS TE POETICÆ.] *Benè quoque hoc liber. Alij*, defendens aduerſus te poëticè.

13. QVATENVS ARBITRIVM LITIS HVIVS.] *Totum locum P. Pythœus legit*, quatenus arbitrum litis huius inueni, non patiar Maternum ſocietate plurium defendi. *hoc ſenſu, Quando te, Secunde, huius litis arbitrum nactus ſum. Quod rectum omnino iis quibus mens non curua.*

14. SOLLICITE PLVRIMVM DEFENDI.] *Farneſ.* ſocietate plurium.

15. APVD EOS.] *Malo*, apud vos.

16. CONSILIA, FACTA NOSTRA.] *Rom. liber*, factaque noſtra.

17. REBVS

A opem alienis, ſalutem periclitantibus, inuidis verò & inimicis metum & terrorem vltrò feras, ipſe ſecurus, & velut quadam perpetuâ potentiâ ac poteſtate munitus? cuius vis & vtilitas, [17] rebus propè fluentibus, aliorum * præſidio & tutelâ intelligitur. ſin proprium [18] periculum increpuit; non hercule lorica aut gladius in acie firmius munimentum, quàm reo & periclitanti eloquentiæ præſidium ſimul & telum, quo propugnare pariter & inceſſere, vel in iudicio, ſiue in ſenatu, ſiue apud Principem poſſis. Quid aliud infeſtis patribus nuper Eprius Marcellus, quàm eloquentiam ſuam oppoſuit? qui accinctus & minax diſertam quidem, ſed inexercitatam, & eiuſmodi certaminum rudem Heluidij ſapientiam eluſit. Plura de vtilitate non dico, [19] cui parti minimè contradicturum Maternum meum arbitrer. Ad voluptatem oratoriæ eloquentiæ tranſeo, cuius iucun- Cap. 6.
ditas non vno alióve momento, ſed omnibus propè diebus & propè omnibus horis contingit. Quid enim dulcius libero & ingenuo animo, & ad voluptates honeſtas nato, quàm videre plenam ſemper & frequentem domum concurſu ſplendidiſſimorum ho-
B minum? idque ſcire, non pecuniæ, non orbitati, neque officij alicuius adminiſtrationi, ſed ſibiipſi dari? illos quinimmo [20] orbos & locupletes & potentes venire plerumque ad iuuenem & pauperem, vt aut ſua aut amicorum diſcrimina commendent. Vlláne tanta ingentium opum ac magnæ potentiæ voluptas, quàm ſpectare homines veteres, & ſenes, & [21] totius orbis gratiâ ſubnixos, in ſummâ omnium rerum abundantiâ confitentes id quod optimum ſit ſe non habere? Iam verò qui togatorum comitatus & egreſſus? quæ in publico ſpecies? quæ in iudiciis veneratio? quod gaudium conſurgendi aſſiſtendique inter tacentes, in vnum conuerſos? coire populum, & circumfundi coràm, & accipere affectum quemcumque orator induerit? Vulgata dicentium gaudia, & imperitorum quoque oculis [22] expoſita, percenſeo. Illa ſecretiora, & tantùm ipſis orantibus nota, maiora ſunt. Siue accuratam meditatamque affert orationem; eſt quoddam ſicut ipſius dictionis, ita gaudij pondus & conſtantia. ſiue nouam & recentem curam non ſine aliquâ trepidatione animus attulerit, ipſa ſollicitudo commendat euentum, & lenocinatur voluptati. Sed extemporalis audaciæ, atque ipſius temeritatis vel præci-
C pua iucunditas eſt. Nam ingenio quoque, ſicut in agro, quamquam alia diu ſerantur atque elaborentur, gratiora tamen quæ ſuâ ſponte naſcuntur. Equidem vt de me ipſo Cap. 7.
fatear, non eum diem lætiorem egi, quo mihi latus clauus oblatus eſt, vel quo homo nouus & in ciuitate minimè fauorabili natus, quæſturam, aut tribunatum, aut prætu-ram accepi: quàm eos quibus mihi pro mediocritate huius quantulæcumque in dicendo facultatis, aut reum proſperè defendere, aut apud centumuiros cauſſam aliquam feliciter orare, aut apud Principem ipſos illos libertos & procuratores Principum tueri & defendere datur. Tum mihi ſupra tribunatus & prætoras & conſulatus aſcendere videor, [23] tum * abire: quod ſi non in alio oritur, nec in codicillis datur, nec cum gratiâ venit. Quæ fama & laus cuiuſuis artis cum oratorum gloriâ comparanda eſt, qui non illuſtres in vrbe ſolùm apud negotioſos & rebus intentos, ſed etiam apud iuuenes & adoleſcentes, [24] quibus morum indoles eſt & bona ſpes ſui? Quorum nomina priùs paren-

* præſidium & tutela

D 17. REBVS PROPE FLVENTIBVS.] *Pythæus rectè legit & diſtinguit*, rebus probè *(nec malè, ſi*, proſperè) fluentibus, aliorum præſidio & tutelâ intelligitur.

17. PERICVLVM INCREPVIT.] *Alij libri*, periculum irrepat. *Sed hoc Farneſianum planiſſimè verum eſt. Cicero in Catilinariâ:* Quidquid increpuerit, Catilinam timeri. *Liuius:* Vnde ſi quid increpet terroris.

19. CVI PARTI MINIME CONTRADICTVRVM.] *Ita vetus. non tamen malè vulgati*, cùm præſertim minimè contradicturum.

20. ORBOS ET LOCVPLETES ET POTENTES.] *Auxi è libro ſcripto.*

21. TOTIVS ORBIS.] *Pythæus*, totius vrbis. *probè.*

22. EXPOSITA PERCENSEO.] *Benè ita liber. Anteà*, parua cenſeo, *cum pernicie totius ſententiæ.*

23. TVM ABIRE: QVOD SI NON IN ALIO ORITVR.] *Corruptio clara, nec medicina hîc à libro. Pythæus tentat*, Tum habere, quod non in aluo oritur. *quod capio haud ſatis. An ne* in albo *voluit dicere? & Prætorum ius formulaſq; intellexit? Fortaſſe etiam*, quod ſcilicet *(ita enim illud, ſi, diducam & extendam)* non in atrio oritur. *Præceſſerat enim de plenâ & ſplendenti domo, concurſu ſalutantum. Rodolphi lectionem, ſiue coniectura eſt, non omitto, qui in prioribus verbis legit:* tum ſupra me abire.

24. QVIBVS MORVM INDOLES.] *Romana editio*, quibus maior indoles.

parentes liberis ſuis ingerunt? quos ſæpiùs vulgus imperitum & tunicatus hic populus A
tranſeunteis nomine vocat, & digito demonſtrat? Aduenæ quoque & peregrini, iam in
municipiis & coloniis ſuis auditos, cùm primùm vrbem attigerunt, requirunt, ac vultus
Cap.8. agnoſcere concupiſcunt. Auſim contendere, Marcellum hunc Eprium, de quo mo-
* notis dò locutus ſum, & Criſpum Vibium (libentiùs enim * nouis & recentibus quàm re-
motis & oblitteratis exemplis vtor) [25] non minus eſſe in extremis partibus terra-
rum, * quàm Capuæ aut Vercellis, vbi nati dicuntur. [26] nec hoc illis alterius ter mil-
lies ſeſtertium præſtat, quamquam ad has ipſas opes poſſunt videri eloquentiæ benefi-
cio veniſſe. Ipſa eloquentia, cuius numen & cæleſtis vis multa quidem omnibus ſæculis
exempla edidit, ad quantam vſque fortunam homines ingenij viribus peruenerint.
[27] Sed hæc, vt ſuprà dixi, proxima, & quæ non auditu cognoſcenda ſed oculis ſpectanda
habemus. Nam quò ſordidiùs & abiectiùs nati ſunt, quoque notabilior paupertas &
[28] anguſtia rerum naſcentes eos circumſteterunt, eò clariora & ad demonſtrandam ora-
toriæ eloquentiæ vtilitatem illuſtriora exempla ſunt. quòd ſine commendatione nata-
lium, ſine ſubſtantiâ facultatum, neuter moribus egregius, alter habitu quoque corporis B
contemtus, per multos iam annos [29] potentiſſimi ſunt ciuitatis, ac donec libuit princi-
pes fori, nunc principes in Cæſaris amicitiâ agunt feruntque cuncta: atque ab ipſo
Principe cum quâdam reuerentiâ diliguntur. Quia Veſpaſianus venerabilis ſenex & pa-
tientiſſimus veri, benè intelligit, ceteros quidem amicos ſuos niti iis quæ ab ipſo accepe-
rint, quæque ipſi accumulare, & in alios congerere promtum eſt: Marcellum autem
& Criſpum, attuliſſe ad amicitiam ſuam, quod non à Principe acceperint, nec accipi
poſſit. Minimum inter tot ac tanta locum obtinent [30] imagines, ac tituli & ſtatuæ,
quæ neque ipſa tamen negliguntur: tam hercule quàm diuitiæ & opes, quas faciliùs in-
uenies qui vituperet quàm faſtidiat. His igitur & honoribus, & ornamentis, & facul-
tatibus, refertas domos eorum videmus, qui ſe ab ineunte adoleſcentiâ cauſſis forenſibus
Cap.9. & oratorio ſtudio dederunt. Nam carmina & verſus, quibus totam vitam Maternus
inſumere optat (inde enim omnis fluxit oratio) neque dignitatem vllam auctoribus
ſuis conciliant, neque vtilitates alunt: voluptatem autem breuem, laudem inanem & C
infructuoſam conſequuntur. Licet hæc ipſa, & quæ deinde dicturus ſum, aures tuæ ô
Materne reſpuant, [31] cui bono eſt, ſi apud te Agamemnon aut Iaſon diſertè loquitur?
quis ideò domum defenſus, & tibi obligatus redit? Quis Saleium noſtrum egregium
poëtam, vel (ſi hoc honorificentius eſt) præclariſſimum vatem deducit, aut ſalutat,
aut proſequitur? Nempe ſi amicus eius, ſi propinquus, ſi denique ipſe in aliquod ne-
gotium inciderit, ad hunc Secundum recurret, aut ad te Materne, non quia poëta es, ne-
que vt pro eo verſus facias. hi enim Baſſo domi naſcuntur, pulchri quidem & iucundi.
quorum tamen hic exitus eſt, vt cùm toto anno, per omnes dies, magnâ noctium parte,
vnum librum extudit & elucubrauit, rogare vltrò & ambire cogatur, vt ſint qui di-
gnentur audire: & ne id quidem gratis. nam & domum mutuatur, & auditorium ex-
ſtruit, & ſubſellia conducit, & libellos diſpergit: & vt beatiſſimus [32] recitationum eius
euen-

25. NON MINVS ESSE IN EXTREMIS.] *Vox deeſt, quam à me repono:* non minus eſſe notos in extremis.

26. NEC HOC ILLIS ALTERIVS.] *In morbo locus & defectu. Scribas & diſtinguas:* nec hoc illis alterius ter millies, alterius bis millies HS. præſtat (quamquam ad has ipſas opes poſſunt videri eloquentiæ beneficio peruenisſe) ſed ipſa eloquentia. cuius numen, *&c. Quæ addidi, ſatis mihi certa ſunt, numero tantùm excepto. nam certè vtriuſque opes exprimere propoſitum habuit. Rodolphus ſcribebat,* nec hoc illis vtriuſque ter millies HS. *quod amplectar, ſi è libris.*

27. SED HÆC, VT SVPRA DIXI, PROXIMA.] *Totam periodum ſcripſi, vti in Farneſiano concepta. Non diſpliceat tamen è vulgatis libris*, propria, *pro* proxima. D

28. ANGVSTIA RERVM.] *Rom. editio*, anguſtia ereptum. *ex quo Rodolphus*, anguſtia parentum. *ego*, anguſtiæ rerum.

29. POTENTISSIMI SVNT CIVITATIS.] *Rodolphus*, potentiſſimi in iudiciis.

30. IMAGINES, AC TITVLI ET STATVÆ.] *Præclarè liber. Vulgò erat*, imagines Attali & ſtatuæ. *quis ingenio ſuo duce repperiſſet?*

31. CVI BONO EST, SI APVD TE.] *Optimè quoque liber. Anteà*, crebrò etſi apud te.

32. RECITATIONVM.] *Scribe*, recitationem.

33. SE

A euentus prosequatur; omnis illa laus intra vnum aut alterum diem velut in herbâ vel flore præcepta, ad nullam certam & solidam peruenit frugem: nec aut amicitiam inde refert, aut clientelam, aut mansurum in animo cuiusquam beneficium, sed clamorem vagum, & voces inanes, & gaudium volucre. Laudauimus nuper vt miram & eximiam Vespasiani liberalitatem, quòd quingenta sestertia Basso donasset. Pulchrum id quidem, indulgentiam Principis ingenio mereri; quantò tamen pulchrius, si ita res familiaris exigat, [33] se ipsum colere, suum genium propitiare, suam experiri liberalitatem? Adiice quòd poëtis, si modò dignum aliquid elaborare & efficere velint, relinquenda conuersatio amicorum, & iucunditas vrbis, deserenda cetera officia, vtque ipsi dicunt, in nemora & lucos, id est, in solitudinem recedendum est. Nec opinio quidem & fama, Cap. 10.
cui soli seruiunt, & quod vnum esse pretium omnis sui laboris fatentur, æquè poëtas quàm oratores sequitur. quoniam mediocreis poëtas nemo nouit, bonos pauci. Quando enim rarissimarum recitationum fama [34] in totam vrbem penetrat? nedum vt per tot prouincias innotescat. Quotus quisque cùm ex Hispaniâ vel Asiâ, ne quid de Gallis
B nostris loquamur, in vrbem venit, Saleium Bassum requirit? atque adeò si quis requirit & semel vidit, transit & contentus est: vt si picturam aliquam vel statuam vidisset. Neque hunc meum sermonem sic accipi volo; tamquam eos, quibus natura sua oratorum ingenium denegauit, deterream à carminibus, si modò in hac studiorum parte oblectare otium & nomen inserere possunt famæ. ego verò omnem eloquentiam omnesque eius partes sacras & venerabiles puto. nec solùm cothurnum vestrum, aut heroïci carminis sonum, sed lyricorum quoque iucunditatem, & elegorum lasciuias, & iamborum amaritudinem, epigrammatum lusus, & quamcumque aliam speciem eloquentia habeat, anteponendam ceteris aliarum artium studiis credo. sed tecum mihi Materne res est, quòd cùm natura tua in ipsam arcem eloquentiæ ferat, errare mauis, & summa adeptus, in leuioribus subsistis. Vt si in Græciâ natus esses, vbi ludicras quoque artis exercere honestum est, ac tibi [35] Nicostrati robur ac vires dij dedissent, non paterer im-
manes illos ad pugnam datos lacertos, leuitate iaculi aut iactu disci vanescere: sic nunc
C te ab auditoriis & theatris, in forum & ad causas, & ad vera prœlia voco. cùm præsertim ne ad id quidem consurgere possis, quod plerisque patrocinatur, tamquam minus obnoxium sit offendere poëtarum quàm oratorum studium. Efferuescit enim vis pulcherrimæ naturæ tuæ, nec pro amico aliquo, sed quod periculosius est, pro Catone offendis. nec excusatur offensa necessitudine officij, aut fide aduocationis, aut fortuitæ & subitæ dictionis impetu: meditatus videris elegisse personam notabilem, & cum auctoritate dicturam. Sentio quid [36] responderi possit. hinc ingentis ex his assensus, hinc in ipsis auditoriis præcipuè laudari, & mox omnium sermonibus ferri. Tolle igitur quietis & securitatis excusationem, cùm tibi sumas aduersarium superiorem. nobis satis sit priuatas & nostri sæculi controuersias tueri, [37] in quibus expressis si quando necesse sit pro periclitante amico potentiorum aures offendere; & probata sit fides, & libertas excusata. Quæ cùm dixisset Aper acriùs, vt solebat; & intento ore: remissus & subridens Cap. 11.
Maternus, Paraui, inquit, me non minus diu accusare oratores quàm Aper * laudat. Fo- * Fortè, laudare.
re enim arbitrabar vt à laudatione eorum degressus detractaret poëtas, atque carmi-
D num

33. SE IPSVM COLERE, SVVM GENIVM PROPITIARE.] *Auxi à libro, & partim correxi. Nam in illo erat*, suum ingenium propitiare. *pro quo sensus ipse facilè suggessit* Genium.

34. IN TOTAM VRBEM PENETRAT? NEDVM.] *Restitui, cùm in scripto esset*, penetrat medium: *in vulgatis*, metrum.

35. NICOSTRATI ROBVR.] *De quo Quinctilianus lib.* II. *cap.* IX. At si fuerit qui docebitur, ille, quem adolescentes senem vidimus, Nicostratus: omnibus in eo docendi partibus similiter vtetur, efficietque illum qualis hic fuit, luctando pugnandoque (quo vtroque certamine iisdem diebus coronabatur) inuictum. *Quod ipsum suadet de Quinctiliano, libelli huius auctore. Ac de Nicostrato palæstritâ, etiam Pausanias in Eliacis.*

36. RESPONDERI POSSIT. * HINC INGENTIS.] *Defectum odoror. & asteriscum poni velim, quâ parte nunc addidi.*

37. IN QVIBVS EXPRESSIS SI QVANDO NECESSE SIT.] *Pro his verbis fortasse:* In quibus expressit siquando necessitas.

num ſtudium proſterneret: arte quâdam mitigauit, concedendo his qui cauſſas agere non poſſent, vt verſus facerent. Ego autem ſicut in cauſſis agendis efficere aliquid & eniti fortaſſe poſſum, ita recitatione tragœdiarum ingredi famam auſpicatus ſum, tum quidem cùm in Nerone improbam & ſtudiorum quoque ſacra profanantem vaticinij potentiam fregi. [38] hodie ſi quid in nobis notitiæ ac nominis eſt, magis arbitror carminum quàm orationum gloriâ partum. ac iam me deiungere à forenſi labore conſtitui, nec comitatus iſtos & egreſſus aut frequentiam ſalutationum concupiſco: non magis quàm æra & imagines, quæ etiam me nolente in domum meam irruperunt. Nam [39] ſtatum cuiuſque ac ſecuritatem meliùs innocentiâ tueor quàm eloquentiâ. nec ve-
Cap. 12. reor, ne mihi vmquam verba in ſenatu niſi pro alterius diſcrimine facienda ſint. Nemora verò, & luci, & ſecretum ipſum quod Aper increpabat, tantam mihi afferunt voluptatem, vt inter præcipuos carminum fructus numerem, quòd nec in ſtrepitu, nec ſedente ante oſtium litigatore, nec inter ſordes ac lacrymas reorum componuntur, ſed ſecedit animus in loca pura atque innocentia, fruiturque ſedibus ſacris. Hæc eloquentiæ primordia, hæc penetralia: hoc primùm habitu cultuque * commoda mortalibus, in il- B
* commoda. vel compta
la caſta & nullis contacta vitiis pectora influxit. ſic oracula loquebantur. Nam lucroſæ huius [40] & ſanguinantis eloquentiæ vſus, recens, & malis moribus natus, atque, vt tu dicebas Aper, in locum teli repertus. Ceterùm felix illud, &, vt more noſtro loquar, aureum ſæculum, & oratorum & criminum inops, poëtis & vatibus abundat, qui benefacta canerent, non qui malè admiſſa defenderent. Nec vllis [41] aut gloria maior, aut auguſtior honor: primùm apud deos, quorum proferre reſponſa & intereſſe epulis ferebantur: deinde apud illos diis genitos ſacroſque reges, inter quos neminem cauſſidicorum, ſed Orphea ac Linum, ac ſi introſpicere altiùs velis, ipſum Apollinem accepimus. vel ſi hæc fabuloſa nimis & compoſita videntur, illud certè mihi concedis Aper, non minorem honorem Homero quàm Demoſtheni apud poſteros: nec anguſtioribus terminis famam Euripidis aut Sophoclis, quàm Lyſiæ aut Hyperidis includi. plures hodie reperies qui Ciceronis gloriam, quàm Virgilij detractent. Nec vllus Aſinij
Cap. 13. aut Meſſallæ liber tam illuſtris eſt, quàm [42] Medea Ouidij, aut Varij Thyeſtes. Ac ne C
fortunam quidem vatum, & illud felix contubernium, comparare timuerim cum inquietâ & anxiâ oratorum vitâ. licet illos certamina & pericula ſua ad conſulatus euexerint: malo ſecurum & ſecretum VIRGILII ſeceſſum, in quo tamen neque apud diuum Auguſtum gratiâ caruit, neque apud populum Romanum notitiâ. Teſtes Auguſti epiſtolæ, teſtis ipſe populus, qui auditis in theatro verſibus Virgilij, ſurrexit vniuerſus, & fortè præſentem ſpectantemque Virgilium veneratus eſt, ſic quaſi Auguſtum. Ne noſtris quidem temporibus, Secundus Pomponius Afro Domitio, vel dignitate vitæ, vel perpetuitate famæ, ceſſerit. Nam Criſpus & Marcellus, ad quorum exempla me vocas, quid habent in hac præſenti fortunâ concupiſcendum? an quòd timent, an quòd timentur? quòd cùm cottidie aliquid rogentur, [43] hi quibus præſtant indignantur? quòd alligati cum adulatione, nec imperantibus vmquam ſatis ſerui videntur, nec nobis ſatis liberi? Quæ hæc ſumma eorum potentia eſt? tantum poſſe liberti ſolent. Me verò dulces, vt Virgilius ait, Muſæ, remotum à ſollicitudinibus, & curis, & neceſſitate cottidie
aliquid D

38. HODIE SI QVID IN NOBIS.] *Rom. addit copulam,* & hodie. *rectè.*

39. STATVM CVIVSQVE.] *Malo,* ſtatum hucuſque. *De ſe loquitur: & reſpondet illi parti Aprinæ orationis, qui eloquentiam telum eſſe voluit ad pericula omnia propulſanda.*

40. ET SANGVINANTIS ELOQVENTIÆ.] *Fortaſſe,* & ſaginantis. *vti ad commodum lucrúmque hæc tantùm referat. Nam Sanguinare probum quidem verbum: ſed non aliud quàm ſanguinem emittere. Artus ſanguinantes, Vulnera ſanguinantia, in Quinctiliani Declamationibus mihi lecta. Quæ ſignificatio parum hîc apta. ſi ad accuſationes & ſanguiſugam illam eloquentiam reſpexit.*

41. AVT GLORIA MAIOR.] *E veſtigiis ſcripturæ priſcæ reſtitui. Nam Farneſianus:* aut gloria more. *Vulgati planè turbant.*

42. MEDEA OVIDII, AVT VARII.] *Deeſt antiquo illud,* aut Varij.

43. HI QVIBVS PRÆSTANT INDIGNANTVR?] *Ineptè & falsò. Negationem addo,* hi quibus non præſtant. *Etſi abeſſe alterum membrum ſentio periodo plenæ.*

44. NEC

A aliquid contra animum faciendi, in illa ſacra illoſque fontes ferant: nec inſanum vltrà & lubricum forum famamque pallentem trepidus experiar. non me fremitus ſalutantium, nec anhelans libertus excitet: nec incertus futuri, teſtamentum pro pignore ſcribam: nec plus habeam, quàm quod poſſim cui velim relinquere, quandocumque fatalis & meus dies veniet. ſtatuarque tumulo non mæſtus & atrox, ſed hilaris & coronatus: & pro memoriâ mei, [44] nec conſulat quiſquam, nec roget. Vix dum finierat Maternus concitatus & velut inſtinctus, cùm [45] Vipſanius Meſſalla cubiculum eius ingreſſus eſt, ſuſpicatuſque ex ipsâ intentione ſingulorum, altiorem inter eos eſſe ſermonem: Num parum tempeſtiuus, inquit, interueni, ſecretum conſilium & cauſſæ alicuius meditationem tractantibus? Minimè, minimè, inquit Secundus; atque adeò vellem maturiùs interueniſſes. delectaſſet enim te & Apri noſtri accuratiſſimus ſermo, cùm Maternum, vt omne ingenium ac ſtudium ſuum ad cauſſas agendas conuerteret, exhortatus eſt: & Materni pro carminibus ſuis læta, vtque poëtas defendi decebat, audenB tior, poëtarum quàm oratorum ſimilior oratio. Me verò, inquit, & ſermo ipſe infinitâ voluptate affeciſſet, atque id ipſum delectat, quòd vos viri optimi & temporum noſtrorum oratores, non forenſibus tantùm negotiis, & declamatorio ſtudio ingenia veſtra exercetis, ſed eiuſmodi etiam diſputationes adiungitis, quæ & [46] ingenium alunt & eruditionem: & litterarum iucundiſſimum oblectamentum, cùm vobis qui illa diſputatis, afferunt, tum etiam his ad quorum aures peruenerint. Itaque hercule non minùs probari video in te Secunde, quòd Iulij Aſiatici vitam componendo, ſpem hominibus feciſti plurium eiuſmodi librorum, quàm in Apro, quòd nondum à ſcholaſticis controuerſiis receſſit; & otium ſuum mauult nouorum rhetorum more, quàm veterum oratorum conſumere. Tum Aper, Non deſinis Meſſalla vetera tantùm & antiqua mirari, Cap. 15. noſtrorum autem temporum ſtudia irridere atque contemnere. Nam hunc tuum ſermonem ſæpè excepi, cùm oblitus & tuæ & [47] fratris tui eloquentiæ, neminem hoc tempore [48] oratorem eſſe contenderes. Antiquis eò credo audaciùs, quòd maligni in iis opinionem non verebaris, cùm eam gloriam, quam tibi alij concedunt, ipſe tibi denegaC res. Neque illius, inquit, ſermonis mei pœnitentiam ago, neque aut Secundum, aut Maternum, aut teipſum Aper (quamquam interdum in contrarium diſputes) aliter ſentire credo. Ac velim impetratum ab aliquo veſtrûm, vt cauſſas huius infinitæ differentiæ ſcrutetur ac reddat, quas mecum ipſe plerumque conquiro. & quod quibuſda ſolatio eſt, mihi auget quæſtionem, quia video etiam Graiis accidiſſe, vt longiùs abſit Æſchine & Demoſthene [49] Sacerdos iſte Nicetes, ſi & quis alius Epheſum vel Mitylenas contentus ſcholaſticorum clamoribus quatit, quàm Afer aut Africanus aut vos ipſi

Cap. 14.

44. NEC CONSVLAT QVISQVAM, NEC ROGET.] *Conſulat vates, roget principem. Quid ita? quia crebrum vt memoria damnaretur defunctorum: id eſt, tituli, imagines, honores.*

45. VIPSANIVS MESSALLA.] *Legebatur anteà,* D Vrbanus Meſſalla. *At vetus,* Vibanius. *è quo pronum reddere viro celebri gentile nomen.*

46. INGENIVM ALVNT ET ERVDITIONEM.] *Placet cum Rodolpho,* ingenium alunt, & eruditionis & litterarum.

47. FRATRIS TVI ELOQVENTIÆ.] *Quis hic Meſſalla frater? puto Regulum intellegi, illum qui cum Plinio vixit & floruit, linguâ magis quàm vitâ laudatus. Suſpicor ex Tacito* IV. *Hiſtor.* Magnam eo die pietatis eloquentiæque famam Vipſanius Meſſalla adeptus eſt, nondum Senatoriâ ætate, auſus pro fratre Aquilio Regulo deprecari.

48. ORATOREM ESSE CONTENDERES. ANTIQVIS.] *Expreſſi ſcripturam veterem: quæ tamen ipſa fortaſſis mutila, & ſcribendum:* contenderes parem antiquis. eò credo audaciùs. *Aut ſi inſeri vocem diſplicet:* contenderes. Atque id eò credo audaciùs.

49. SACERDOS ISTE NICETES.] *Ita emendaui verè & ἐυσόχως, cùm in libris eſſet,* ſacerdos iſte enitet. *Nicetes Sacerdos declamator nobilis eò æuo. Plinius lib.* VI. *epiſtolarum audiſſe eum fatetur:* Erat non ſtudioſorum tantùm, verumetiam ſtudiorum amantiſſimus, ac prope quotidie ad audiendos quos tunc ego frequentabam Quinctilianum & Sacerdotem Nicetem ventitabat. *Exſtat Philoſtrati Lemnij de hoc Nicete in Vitis Sophiſtarum elogium, de quo Pythæus nos monuit, ipſe monitus à Neueleto. Nominat & Seneca pater lib.* IX. *Controuerſ.* II. Nec Iulio nec alij contigiſſe ſuo *(ſcribam,* nec Vibio, nec alij contigiſſe ſcio) quàm apud Græcos Nicetæ, apud Romanos Latroni, vt à diſcipulis non audiri deſiderarent. *Et eodem libro, Controuerſiâ vltimâ:* Nicetes egregiè dixit in eodem loco.

50. NON

Cap.16. ipsi à Cicerone aut Asinio recessistis. Magnam, inquit Secundus, & dignam tractatu A
quæstionem mouisti: sed quis eam iustiùs explicauerit quàm tu, ad cuius summam eruditionem & præstantissimum ingenium cura quoque & meditatio accessit? Et Messalla, Aperiam, inquit, cogitationes meas, si illud à vobis antè impetrauero, vt vos quoque sermonem hunc nostrum adiuuetis. Pro duobus, inquit Maternus, promitto. nam & ego & Secundus exsequemur partes, quas intellexerimus te non tam omisisse quàm nobis reliquisse. Aprum enim solere dissentire, & tu paullò antè dixisti, & ipse satis manifestus est iamdudum in contrarium accingi, nec æquo animo perferre hanc nostram pro antiquorum laude concordiam. Non enim, inquit Aper, inauditum & indefensum sæculum nostrum patiar hac vestrâ conspiratione damnari. Sed hoc primum interrogabo, quos vocetis antiquos, quam oratorum ætatem * significatione istâ determinetis? Ego enim cùm audio antiquos, quosdam veteres & olim natos intelligo, ac mihi versantur ante oculos Vlysses & Nestor, quorum ætas mille ferè & CC. annis seculum nostrum antecedit: vos autem Demosthenem & Hyperidem profertis; quos satis con- B
stat Philippi & Alexandri temporibus floruisse; ita tamen vt vtrique superstites essent. Ex quo appâret, non multò plures quàm * CCC. annos interesse inter nostram & Demosthenis ætatem. quod spatium temporis, si ad infirmitatem corporum nostrorum referas, fortasse longum videatur: si ad naturam sæculorum & respectum huius immensi æui, perquàm breue, & in proximo est. Nam si, sicut Cicero in Hortensio scribit, is est magnus & verus annus, quo eadem positio cæli siderumque, quæ cùm maximè est, rursum existet, isque annus horum quos vocamus annorum XII. ∞ DCCCLIV. complectitur: incipit Demosthenes vester, quem vos veterem & antiquum fingitis,
Cap.17. [50] non solùm anno quo nos, sed ferè eodem mense extitisse. Sed transeo ad Latinos oratores, in quibus non Menenium vt puto Agrippam, qui potest videri antiquus, nostrorum temporum disertis anteponere soletis: sed Ciceronem, & Cæsarem, & Cælium, & Caluum, & Brutum, & Asinium, & Messallam. quos quidem cur antiquis temporibus potiùs adscribatis quàm nostris, non video. nam vt de Cicerone ipso loquar, Hir- C
tio nempe & Pansâ consulibus, vt Tiro libertus eius scripsit, [51] VII. Idus Decemb. occisus est, quo anno diuus Augustus in locum Pansæ & Hirtij se & Q. Pedium Coss. suffecit. statue VI. & L. annos, quibus mox diuus Augustus Remp. rexit: adiice Tiberij tres & viginti, & prope quadriennium Cai, ac bis quaternosdenos Claudij & Neronis annos, atque ipsum Galbæ & Othonis, & Vitellij vnum annum, ac sextam iam felicis huius principatus stationem, quâ Vespasianus Remp. fouet, C. & XX. anni ab interitu Ciceronis in hunc diem colliguntur, vnius hominis ætas. Nam ipse ego in Britanniâ vidi senem, qui se fateretur & pugnæ interfuisse, quâ Cæsarem inferentem arma Britanniæ, arcere litoribus, & pellere aggressi sunt. Ita si eum qui armatus C. Cæsari restitit, vel captiuitas, vel voluntas, vel fatum aliquod in vrbem pertraxisset, idem Cæsarem ipsum & Ciceronem audire potuit, & nostris quoque actionibus interesse. Proximo quidem congiario ipsi vidistis pleroque senes, qui se à diuo quoque Augusto semel atque iterùm accepisse congiarium narrabant. ex quo colligi potest, & Coruinum ab illis & Asinium audiri potuisse. Nam Coruinus in medium vsque Augusti princi- D
patum, Asinius pænè ad extremum durauit. Nec diuidatis sæculum, & antiquos ac veteres vocetis oratores, quos eorumdem hominum aures agnoscere ac velut coniungere
Cap.18. & copulare potuerunt. Hæc ideò prædixi, vt si qua ex horum oratorum famâ gloriaque, laus temporibus adquiritur; eamdem docerem in medio sitam, & propiorem nobis quàm Ser. Galbæ, C. Carboni, quosque alios antiquos meritò vocaremus. Sunt enim horridi, & impolliti, & rudes, & informes: & quos vtinam imitatus non esset Caluus ve-
ster

* significatione *Rom. edit.*

* CCCC. *verius.*

50. NON SOLVM ANNO QVO NOS, SED FERE EODEM MENSE.] *Imò ex analogiâ, inquit Pythœus,* non solùm mense quo nos, sed ferè eodem die. *Ego non mutem.*

51. SEPTIMO IDVS DECEMBRIS.] *In Farnesiano tantùm erat,* Septimo Idus, *spatio tamen alteri voci relicto, quam non temerè ex historiâ addidi.*

52. PA-

A ſter aut Cœlius, aut ipſe Cicero? Agere enim fortiùs iam & audentiùs volo, ſi illud antè prædixero, mutari cum temporibus formas & genera dicendi. Sicut Catoni ſeni comparatus C. Gracchus, plenior & vberior: ſic Graccho politior & ornatior, Craſſus: ſic vtroque diſtinctior & vrbanior & altior, Cicero: Ciceronе mitior Coruinus & dulcior, & in verbis magis elaboratus. Nec quæro quis diſertiſſimus. hoc interim probaſſe contentus ſum, non eſſe vnum eloquentiæ vultum, ſed in illis quoque quos vocatis antiquos, plures ſpecies deprehendi: nec ſtatim deterius eſſe quod diuerſum eſt: vitio autem malignitatis humanæ vetera ſemper in laude, præſentia in faſtidio eſſe. Num dubitamus inuentos, qui pro Catone Appium Cæcum magis mirarentur? Satis conſtat nec Ciceroni quidem obtrectatores defuiſſe, quibus inflatus & tumens, nec ſatis preſſus, ſupra modum exſultans & ſuperfluens, & [52] parum antiquus videretur. Legiſti vtique & [53] Calui & Bruti ad Ciceronem miſſas epiſtolas. ex quibus facile eſt deprehendere, Caluum quidem Ciceroni viſum exſanguem, & attritum, Brutum autem [54] otioſum atque diſiunctum. Rurſumque Ciceronem à Caluo quidem malè audiuiſſe, tam-
B quam ſolutum & eneruem: à Bruto autem, vt ipſius verbis vtar, tamquam fractum atque elumbem. Si me interroges, omnes mihi videntur verum dixiſſe. ſed mox ad ſingulos veniam,* nec mihi cum vniuerſis negotium eſt. Nam quatenus antiquorum admiratores hunc velut terminum antiquitatis conſtituere ſolent, quem vſque [55] ad Caſſium Seuerum faciunt, quem primum affirmant flexiſſe ab illâ vetere, atque dicendi viâ rectâ: * non infirmitate ingenij, nec inſcitiâ litterarum, tranſtuliſſe ſe ad id dicendi genus contendo, ſed iudicio & intellectu. Vidit namque, vt paullò antè dicebam, cum conditione temporum ac diuerſitate aurium formam quoque ac ſpeciem orationis eſſe mutandam. Facilè perferebat prior iſte populus, vt imperitus & rudis, imperitiſſimarum orationum ſpatia: atque id ipſum laudi dabatur, ſi dicendo quis diem eximeret. Ita verò longa principiorum præparatio, & narrationis altè repetita ſeries, & multarum diuiſionum oſtentatio, & mille [56] argumentorum gradus, & quidquid aliud aridiſſimis Hermagoræ & Apollodori libris præcipitur, in honore erat: & ſi quis odoratus philoſo-
C phiam, atque ex eâ locum aliquem orationi ſuæ inſereret, in cælum laudibus ferebatur. Nec mirum. erant enim hæc noua & incognita: & ipſorum quoque oratorum pauciſſimi, præcepta rhetorum aut philoſophorum placita cognouerant. At hercule peruulgatis iam omnibus, cùm vix [57] in cortinâ quiſquam aſſiſtat, qui elementis ſtudiorum & ſi non inſtructus, at certè imbutus ſit, nouis & exquiſitis eloquentiæ itineribus opus eſt, per quæ orator faſtidium aurium effugiat, vtique apud eos iudices qui vi aut poteſtate non iure & legibus cognoſcunt, & nec accipiunt tempora ſed conſtituunt, nec exſpectandum habent oratorem dum illi libeat de ipſo negotio dicere, ſed ſæpè vltrò admonent, atque aliò tranſgredientem reuocant, & feſtinare ſe teſtantur. Quis nunc ferat Cap. 20.
oratorem de infirmitate valetudinis ſuæ præfantem? qualia ſunt ferè principia Coruini. Quis quinque in Verrem libros exſpectauerit? Quis de exceptione & formulâ perpe-

* Cap. 19. nunc

52. PARVM ANTIQVVS.] *Legam*, parum Atticus. *quod Ciceroni obiectum etiam viD uo: & (cur negemus?) in quibuſdam eius ſcriptis verè.*

53. CALVI ET BRVTI AD CICERONEM EPISTOLAS.] *Ex iiſdem Fabius hauſit, libro* XII. Neque ipſe Ciceroni Demoſthenes videatur ſatis eſſe perfectus; nec Cicero Bruto Caluoque, qui certè compoſitionem ipſius etiam apud ipſum reprehendunt. *Adde ſequentia.*

54. OTIOSVM.] *Fortaſſe*, odioſum: *id eſt, adfectatione quadam & aſperitate dictionis moleſtum. Nam ex reliquiis epiſtolæ vnius aut alterius, nihil minus quàm otioſus Brutus, acer vbique & intentus. Diſiunctum autem capio, quo ſenſu Senecam dixêre Arenam ſine calce. nec muto.*

55. AD CASSIVM SEVERVM.] *Probum cenſeo. Vetus tamen*, Caſſium quem reum faciunt.

56. ARGVMENTORVM GRADVS.] *Rom. editio*, argumentorum genera.

57. IN CORTINA.] *Alij* Coronâ *legunt. ſi illud rectum; non aliud ceperim, quàm ſubſelliorum iuxtà tribunal locum, in quo non aduocati ſolùm, ſed ſcribæ, præcones, atque id genus operæ forenſes conſiſtebant. Seuerus in Ætnâ pro theatri incuruâ parte dixiſſe videtur:* —— magni cortina theatri.
Vide etiam, an non Aſſiſtere, *hîc propriè de Aſſeclis aut Fautoribus, qui Oratori ſe adiungebant. Ità ſtatim:* Vulgus quoque aſſiſtentium, & affluens & vagus auditor. *Diſtinguit ab auditore fortuito & incerto.*

58. TVR-

perpetietur illa immensa volumina, quæ pro M. Tullio aut A. Cæcinâ legimus? Præcurrit hoc tempore iudex dicentem, & nisi aut cursu argumentorum, aut colore sententiarum, aut nitore & cultu descriptionum inuitatus & corruptus est, auersatur dicentem. Vulgus quoque assistentium, & affluens & vagus auditor, assueuit iam exigere lætitiam & pulchritudinem orationis; nec magis perfert in iudiciis tristem & impexam antiquitatem, quàm si quis in scenâ Roscij, aut [58] Turpionis Ambiuij exprimere gestus velit. Iam verò iuuenes & in ipsâ studiorum incude positi, qui profectus sui caussâ oratores sectantur, non solùm audire, sed etiam referre domum aliquid illustre & dignum memoriâ volunt. Traduntque inuicem, ac sæpè in colonias ac prouincias suas scribunt, siue in * suis aliquis argutâ & breui sententiâ effulsit, siue locus exquisito & poëtico cultu enituit. Exigitur enim iam ab oratore etiam poëticus decor, non Attij aut Pacuuij veterno inquinatus, sed ex Horatij & Virgilij & Lucani sacrario prolatus. Horum igitur auribus & iudiciis obtemperans nostrorum oratorum ætas, pulchrior & ornatior exstitit. Neque ideò minùs efficaces sunt orationes nostræ, quia ad aures iudicantium cum voluptate perueniunt. Quid enim si infirmiora horum temporum templa credas, quia non rudi cæmento, & informibus tegulis exstruuntur, sed marmore nitent & auro radiantur? Equidem fatebor vobis simpliciter, me in quibusdam antiquorum vix risum, in quibusdam autem vix somnum tenere, [59] nec vnum de populo * Canuti aut Aride Furnio & Toranio, quique alios in eodem valetudinario hæc ossa & hanc maciem probant. Ipse mihi Caluus cùm vnum & viginti, vt puto, libros reliquerit, vix in vnâ aut alterâ oratiunculâ satisfacit. nec dissentire ceteros ab hoc meo iudicio video. quotus enim quisque Calui in [60] Asitium aut in Drusum legit? at hercule in hominum studiosorum manibus versantur accusationes, quæ in Vatinium * conscribuntur, ac præcipuè secunda ex his oratio. est enim verbis ornata, & sententiis, auribus iudicum accommodata: vt scias ipsum quoque Caluum intellexisse quid melius esset, nec voluntatem quin sublimiùs & cultiùs diceret, sed ingenium ac vires defuisse. Quid ex Cœlianis orationibus? nempe [61] hæ placent, siue in vniuersâ * parte factum in quibus nitorem & altitudinem horum temporum agnoscimus. Sordes autem verborum, & hians compositio & inconditi sensus redolent antiquitatem. nec quemquam adeò antiquarium puto, vt Cœlium ex eâ parte laudet, quâ antiquus est. Concedamus sanè C. Cæsari, vt propter magnitudinem cogitationum & occupationes rerum, minus eloquentiâ effecerit, quàm diuinum eius ingenium postulabat: tam hercule quàm Brutum philosophiæ suæ relinquamus. Nam in orationibus minorem esse famâ suâ, etiam admiratores eius fatentur. nisi fortè quisquam aut Cæsaris pro Decio Samnite, aut Bruti pro Deiotaro Rege, ceterosque eiusdem lentitudinis [62] ac teporis libros legit, nisi qui & carmina eorumdem miratur. fecerunt enim & carmina, & in Bibliothecas rettulerunt,

* sensibus, *fortè.*

Cap. 21.

* inscribuntur,

58. TVRPIONIS AMBIVII.] *Malè disiungunt libri*, Turpionis aut Ambiuij. *Eumdem enim hominem fuisse, Terentianæ epigraphæ & Cicero de Senectute docent. Symmachus nominat l.* I. *epistolâ* XXV. *(optimam editionem eruditi Iureti sequor:)* Eapropter in comœdiis summatem quidem gloriam scriptores tulerunt: Roscio tamen atque Ambiuio ceterisque actoribus fama non defuit. *Idem lib.* X. *epist.* II. Non idem honor in pronuntiandis fabulis P. Pollioni quàm Bauio fuit, neque par Æsopo Etrusco fama processit. *quæ verba simul vt legi, emendata à me,* qui Ambiuio fuit, neque par Æsopo & Ruscio (*siue* Roscio) fama. *Fortasse &* Pellioni *hîc scribendum, vt sit ille* Pellio *Plautinus.*

59. NEC VNVM DE POPVLO CANVTI.] *Liber vetus:* nec vnum de populo Ganuti aut Atti de Furnio & Coranio alios in eodem valetudinario. *Fortasse:* nec vnius de populo Arij de F. a. T. quique alij in. *Aliàs mihi nulla mens aut manus, quâ medear huic plagæ.*

60. ASITIVM.] *Anne,* Asinium?

61. HÆ PLACENT, SIVE IN VNIVERSA PARTE FACTVM.] *Mendosa & ista. liber scriptus,* siue vniuersâ parte serum. *Valdè placet lectio quam Fr. Modius mihi adnotauit,* hæ placent, si non vniuersæ, per partes attamen.

62. AC TEPORIS.] *Vera nostra coniectura, cùm esset,* ac temporis. *nisi placet magis,* ac tenoris. *De tepore adfirmat, quòd pari metaphorâ de Cicerone mox scribit,* tardè commouetur, rarò incalescit. *Agnosco idem vitij in Plinij loco, libro* V. *epistolâ* VI. Cælum est hieme frigidum & gelidum: myrtos, oleas, quæque alia æstiuo tempore lætantur, aspernatur ac respuit. *Scribo,* æstiuo tepore.

63. VI-

A runt, non meliùs quàm Cicero, at feliciùs, quia illos feciſſe pauciores ſciunt. Aſinius quoque, quamquam propioribus temporibus natus ſit, videtur mihi inter Menenios & Appios ſtuduiſſe. Pacuuium certè, & Attium, non ſolùm tragœdiis, ſed etiam orationibus ſuis expreſſit. adeò durus & ſiccus eſt. Oratio autem, ſicut corpus hominis, ea demum pulchra eſt, in quâ non eminent venæ, nec oſſa numerantur: ſed temperatus ac bonus ſanguis implet membra & exſurgit toris, ipſos quoque neruos rubore tegit & decôre commendat. Nolo Coruinum inſequi, quia non per ipſum ſtetit quo minus lætitiam nitoremque noſtrorum temporum exprimeret. [63] viderimus * inquam iudicio eius vis aut animi aut ingenij ſuffecerit. Ad Ciceronem venio, cui eadem pugna cum æqualibus ſuis fuit, quæ mihi vobiſcum eſt. Illi enim antiquos mirabantur, ipſe ſuorum temporum eloquentiam anteponebat. nec vllâ re magis eiuſdem ætatis oratores præcurrit, quàm iudicio. Primus enim excoluit orationem, primus & verbis dilectum adhibuit, & compoſitioni artem: locoſque lætiores attentauit, & quaſdam ſententias inuenit: vtique in his orationibus quas ſenior iam & iuxta finem vitæ compoſuit. id B eſt, poſtquam magis profecerat, vſuque & experimentis didicerat, quod optimum dicendi genus eſt. Nam priores eius orationes, non carent vitiis antiquitatis. lentus eſt in principiis, longus in narrationibus, otioſus circa exceſſus: tardè commouetur, rarò incaleſcit: [64] pauci ſenſus opt. & cum quodam lumine terminantur. [65] nihil excerpere, nihil referre poſſis: & velut in rudi ædificio, firmus ſanè paries & duraturus, ſed non ſatis expolitus & ſplendens. Ego autem oratorem, ſicut locupletem ac [66] laudatum patrem familiæ, non eo tantùm volo tecto tegi, quod imbrem ac ventum arceat, ſed etiam quod viſum & oculos delectet: non eâ ſolùm inſtrui ſupellectile quæ neceſſariis vſibus ſufficiat, ſed ſit in apparatu eius, & aurum, & gemmæ, vt ſumere in manus, & aſpicere ſæpiùs [67] liceat: quædam verò procul arceantur, vt iam oblitterata & olentia: nullum ſit verbum velut rubigine infectum, nulli ſenſus tardâ & inerti ſtructurâ, in morem Annalium, componantur: fugiat fœdam & inſulſam ſcurrilitatem, variet compoſitionem, nec omnes clauſulas vno & eodem modo terminet. Nolo irridere *Rotam* Cap. 23. C *fortunæ*, & *Ius Verrinum*, & illud tertio quoque ſenſu in omnibus pro ſententiâ poſitum, *Eſſe videatur*. Nam & hoc [68] inuitus rettuli, & plura omiſi, quæ tamen ſola mirantur atque exprimunt hi qui ſe antiquos [69] oratores vocabant. neminem nominabo, genus hominum ſignaſſe contentus: ſed vobis vtique verſantur ante oculos, qui Lucilium pro Horatio, & Lucretium pro Virgilio legunt: quibus eloquentia tui Aufidij Baſſi, aut Seruilij Noniani, ex comparatione Siſennæ aut Varronis ſordet: qui rhetorum noſtrorum commentarios faſtidiunt, oderunt, Calui mirantur: quos more priſco apud iudicem fabulantes, non auditores ſequuntur, non populus audit, vix denique litigator perpetitur. [70] adeò mæſti & inculti, illam ipſam quam iactant ſanitatem, infirmitate & ieiunio conſequuntur. Porrò ne in corpore quidem valetudinem medici probant, quæ animi anxietate contingat. parum eſt ægrum non eſſe, fortem & lætum & alacrem volo: propè abeſt ab infirmitate, in quo ſola ſanitas laudatur. Vos verò diſertiſſimi, vt poteſtis, vt facitis, illuſtrate ſæculum noſtrum pulcherrimo genere dicendi. Nam & D te Meſſalla, videò lætiſſima quæque antiquorum imitantem: & vos Materne ac Secunde,

* in quantum Cap. 22.

63. VIDERIMVS INQVAM IVDICIO EIVS.] *Lego*, Viderimus inquam ân iudicio eius vis animi aut ingenij ſuffecerit.

64. PAVCI SENSVS OPT.] *Vetus*, ſenſus optet cum. *Rom. editio* ſenſus opacus. *Fortè*, opacius & cum q. l. terminantur. *vt ad picturam reſpectus ſit, in quâ lumen nos delectat, ſed cum quadam vmbrâ.*

65. NIHIL EXCERPERE, NIHIL REFERRE POSSIS.] *Perſpicua libri bonitas. Aliàs*, nihil ex tempore referre poſſis.

66. LAVDATVM PATREM FAMILIÆ.] *Ego non dubitem ſcribere*, ac lautum.

67. LICEAT.] *Rodolphus benè*, libeat.

68. INVITVS RETTVLI.] *Rom. codex*, inuitatus. *non malè, quia laceſſitum ſignificat ſeſe, ad hæc promenda, ab Meſſallâ.*

69. ORATORES VOCABANT.] *Scribe*, vocant.

70. ADEÒ MÆSTI ET INCVLTI, &c.] *Rodolphus hæc legit*, inculti, vt illam ipſam quam iactant ſanitatem, non infirmitate ſed ieiunio conſequantur.

cunde, ita grauitati ſummum nitorem & cultum verborum miſcetis; ea electio inuen- A
tionis, is ordo rerum, & quotiens cauſſa poſcit, vbertas; ea quotiens permittitur, breui-
tas; is compoſitionis decor, [71] ſententiarum planitas, ſic exprimitis affectus, ſic liberta-
tem temperatis: vt etiam ſi noſtra iudicia malignitas & inuidia tardauerit, verum de
Cap.24. vobis dicturi ſint poſteri noſtri. Quæ cùm Aper dixiſſet, Agnoſcitis ne, inquit Mater-
nus, vim & ardorem Apri noſtri? quo torrente, quo impetu ſæculum noſtrum defendit?
quàm copioſè ac variè vexauit antiquos? quanto non ſolùm ingenio ac ſpiritu, ſed etiam
eruditione & arte, ab ipſis mutuatus eſt, per quæ mox ipſos inceſſeret? Tuum tamen
Meſſalla promiſſum immutaſſe non debes. neque enim defenſores antiquorum exigi-
mus, nec quemquam noſtrorum, quamquam modò laudati ſumus, his quos inſectatus
eſt Aper, comparamus. ac ne ipſe quidem ita ſentit, ſed more veteri [72] & * aliis veſtris
philoſophis ſæpè celebrato, ſumſit ſibi contradicendi partes. Exprime nobis non lauda-
tionem antiquorum, ſatis enim illos fama ſua laudat, ſed cauſſas cur intantum ab elo-
quentiâ eorum receſſerimus; cùm præſertim centum & xx. annos ab interitu Cicero-
Cap.25. nis in hunc diem effici ratio temporum collegerit. Tum Meſſalla: Sequar à te præ- B
ſcriptam formam Materne. neque enim diu contradicendum eſt Apro, qui primùm,
vt opinor, [73] nominis controuerſiam mouit, tamquam parum propriè antiqui voca-
rentur, quos ſatis conſtat ante centum annos fuiſſe. Mihi autem de vocabulo pugna
non eſt, ſiue illos antiquos, ſiue maiores, ſiue quo alio mauult nomine appellet: dum-
modò in confeſſo ſit, eminentiorem illorum temporum eloquentiam fuiſſe. Ne illi qui-
dem parti ſermonis eius repugno, [74] ſi comminus fatetur plures formas dicendi etiam
iiſdem ſæculis, nedum diuerſis exſtitiſſe. Sed quomodo inter Atticos oratores primæ
Demoſtheni tribuuntur, proximum autem locum Æſchines & Hyperides & Lyſias &
Lycurgus obtinent; omnium autem conſenſu hæc oratorum ætas maximè probatur:
ſic apud nos Cicero quidem ceteros eorumdem temporum diſertos anteceſſit: Caluus
autem & Aſinius & Cæſar & Cœlius & Brutus [75] ſic iure & prioribus & ſequentibus
anteponuntur. nec refert quòd inter ſe ſpecie differant, cùm genere conſentiant. At
ſtrictior Caluus, numeroſior Aſinius, ſplendidior Cæſar; amarior Cœlius, grauior Bru- C
tus, vehementior & plenior & valentior Cicero; omnes tamen eamdem ſanitatem elo-
quentiæ ferunt: vt ſi omnium pariter libros [76] in manus ſumſeris, quamuis in diuerſis
ingeniis, eſſe quamdam iudicij ac * voluminis ſimilitudinem & cogitationem. Nam
quòd inuicem ſe obtrectauerunt, & ſuperſunt aliqua epiſtolis eorum inſerta, ex quibus
mutua malignitas detegitur, non eſt oratorum vitium, ſed hominum. Nam & Cal-
uum & Aſinium & ipſum Ciceronem credo ſolitos & inuidere, & liuere, & ceteris hu-
manæ infirmitatis vitiis affici. ſolum inter hos arbitror Brutum, non malignitate nec
inuidiâ, ſed ſimpliciter & ingenuè iudicium animi ſui detexiſſe. an inuideret Ciceroni,
qui mihi videtur ne Cæſari quidem inuidiſſe? Quod ad Ser. Galbam & C. Lælium
attinet, & ſi quos alios antiquorum agitare non deſtitit, non exigit defenſorem, cùm fa-
Cap.26. tear quædam eloquentiæ eorum, vt naſcenti adhuc nec ſatis adultæ defuiſſe. Ceterùm
ſi omiſſo optimo illo, & perfectiſſimo genere eloquentiæ, eligenda ſit forma dicendi;
malim hercule C. Gracchi impetum, aut L. Craſſi maturitatem, quàm calamiſtros Mæ- D
cenatis, aut tinnitus Gallionis. adeò melius oratorem vel hirtâ togâ induere, quàm
fucatis & meretriciis veſtibus inſignire. Neque enim oratorius iſte, immò hercule ne
viri-

71. SENTENTIARVM PLANITAS.] *Neſcio an,* ſanitas.

72. ET ALIIS VESTRIS.] *Ex veteri lego,* aliàs à veſtris.

73. NOMINIS CONTROVERSIAM MOVIT, &c.] *Hæc ſtigmate vulgò inuſta. nos dempſimus & eluimus, adiuti à libro.*

74. SI COMMINVS FATETVR.] *Pythæus,* ſi communius fatetur.

75. SIC IVRE.] *Lego,* ſuo iure. *Liber tamen ſcriptus,* ſic verè.

76. IN MANVS SVMSERIS, QVAMVIS, &c.] *Monere me in primâ editione aliquid de hoc loco fugit. qui non difficilis aliàs emendatu & expletu, ex libro ſcripto. Nam is voculam inſerit,* ſumpſeris ſciam quamuis, *&c. Lego:* in manus ſumpſeris, ſcias quamuis in diuerſis ingeniis eſſe quandam iudicij ac voluntatis ſimilitudinem & cognationem.

77. PLE-

A virilis quidem cultus est, quo [77] plerique temporum nostrorum actores ita vtuntur, vt lasciuiâ verborum & leuitate sententiarum, & licentiâ compositionis, histrionales modos exprimant. quodque vix auditu fas esse debeat, laudis & gloriæ, & ingenij loco plerique iactant, cantari saltarique commentarios suos. Vnde oritur illa fœda & præpostera, sed tamen frequens quibusdam exclamatio, vt oratores nostri [78] tenerè dicere, histriones disertè saltare dicantur. Equidem non negauerim Cassium Seuerum, quem solum Aper noster nominare ausus est, si his comparetur qui posteà fuerunt, posse oratorem vocari, quamquam in magnâ parte librorum suorum plus vis habeat quàm sanguinis. Primus enim contemto ordine rerum, omissâ modestiâ, ac pudore verborum, ipsis etiam quibus vtitur armis incompositus, & studio feriendi plerumque [79] deiectus non pugnat, sed rixatur. Ceterùm, vt dixi, sequentibus comparatus, & varietate eruditionis, & lepôre vrbanitatis, & ipsarum virium robore, multum ceteros superat. quorum neminem Aper nominare, & velut in aciem educere sustinuit. Ego autem exspectabam, vt incusato Asinio, & Cœlio, & Caluo, [80] aliud nouum agmen produceret,
B pluriſque vel certè totidem nominaret, ex quibus alium Ciceroni, alium Cæsari, singulis demum singulos opponeremus. Nunc detractasse nominatim antiquos oratores contentus, neminem sequentium laudare ausus est, nisi in publicum & in commune. veritus credo ne multos offenderet, si paucos excerpsisset. quotus enim quisque scholasticorum non hac suâ persuasione fruitur, vt se ante Ciceronem numeret, sed planè [81] post Gabinianum? At ego non verebor nominare singulos, quo faciliùs propositis Cap. 27.
exemplis appareat quibus gradibus fracta sit & deminuta eloquentia. Appropera, inquit Maternus, & potiùs exsolue promissum. neque enim hoc colligi desideramus, disertiores esse antiquos, quod apud me equidem in confesso est, sed caussas exquirimus, quas te solitum tractare, [82] paullò antè, planè mitiore eloquentiâ & temporum nostrorum, * miratus, antequam te Aper offenderet maiores tuos lacessendo. Non sum, inquit, offensus [83] Aprinâ disputatione, nec vos offendi decebit, si quid fortè aures vestras perstringet, cùm sciatis hanc esse eiusmodi sermonum legem, iudicium animi citra damnum affectus proferre. [84] Perge, inquit Maternus, de antiquis loquaris. vtere antiquâ liber-
C tate, à quâ vel magis degenerauerimus, quàm ab eloquentiâ Et Messalla, Non recon- Cap. 28.
ditas Materne caussas requiris, nec aut tibiipsi, aut huic Secundo, vel huic Apro ignotas, [85] & iam mihi partes assignatis proferendi in medium, quæ omnes sentimus. Quis enim ignorat & eloquentiam & ceteras artes desciuisse ab istâ vetere gloriâ, non inopiâ hominum, sed desidiâ iuuentutis, & negligentiâ parentum, & inscientiâ præcipientium, & obliuione moris antiqui? quæ mala primùm in vrbe nata, mox per Italiam fusa, iam in prouincias manant: quamquam nostra nobis notiora sunt. Ego de vrbe & his propriis ac vernaculis vitiis loquar, quæ natos statim excipiunt, & per singulos ætatis gradus cumulantur, si priùs de seueritate ac disciplinâ maiorum circa educandos formandosque

77. PLERIQVE TEMPORVM NOSTRORVM.] *Optimè vetus. Erat anteà*, plerique ipsorum nostrorum.

78. TENERE DICERE.] *Audacter reposui, etsi à coniecturâ. Nam libris omnibus est*, temerè. *Plinius illustrat correctionem hanc satis & firmat lib.* II. *epist.* XIV. Pudet referre, quæ, quàm fractâ pronuntiatione, dicantur: quibus, quàm teneris clamoribus excipiantur. Plausus tantùm, ac potiùs sola cymbala & tympana, illis cantibus desunt.

79. DEIECTVS.] *Rom. codex*, detectus. *optimè.*

80. ALIVD NOVVM AGMEN.] *Idem liber*, aliud nobis agmen.

81. POST GABINIANVM.] *Rhetor fuit, Vespasiani æuo. de quo Eusebij Chronicon:* Gabinianus celeberrimi nominis Rhetor in Gallià docuit. *Ita liber qui apud me manuscriptus, probus & vetus. Vulgò* Gabinius. *Nominant & Hieronymus & Suetonij index de claris Rhetoribus: quod doctissimus & optimus Nic. Faber adnotauit.*

82. PAVLLO ANTE, PLANE MITIORE.] *Quidam liber*, paullò antè dixisti, planè mitiore.] *Sed hæc & sequentia tamen in mendo.*

83. APRINA DISPVTATIONE.] *Commodè videmur ita feciſſe, cùm libri præferrent*, à primâ disputatione.

84. PERGE, INQVIT MATERNVS, DE ANTIQVIS.] *Scribe è scripto:* inquit Maternus, & cùm de antiquis loquaris, vtere.

85. ET IAM MIHI PARTES.] *E vestigiis priscis*, etiamsi mihi. *Nam in scripto est*, etenim iam si mihi.

doſque liberos pauca prædixero. Iamprimùm ſuus cuique filius ex caſtâ parente natus, A non in cellâ emtæ nutricis, ſed gremio ac ſinu matris educabatur, cuius præcipua laus erat, tueri domum, & inſeruire liberis. Eligebatur autem aliqua maior natu propinqua; cuius probatis ſpectatiſque moribus, omnis cuiuſpiam familiæ ſuboles committeretur, coram quâ neque dicere fas erat quod turpe dictu, neque facere quod inhoneſtum factu videretur. Ac [86] non ſtudia ſolùm moreſque, ſed remiſſiones etiam luſuſque puerorum, ſanctitate quadam ac verecundiâ temperabat. Sic Corneliam Gracchorum, ſic Aureliam Cæſaris, ſic Attiam Auguſti matrem præfuiſſe educationibus, ac produxiſſe Principes liberos accepimus. quæ diſciplina ac ſeueritas eò pertinebat, vt ſincera & integra, & nullis prauitatibus detorta vniuſcuiuſque natura, toto ſtatim pectore arriperet artes honeſtas: & ſiue ad rem militarem, ſiue ad iuris ſcientiam, ſiue ad eloquentiæ ſtu-
Cap.29. dium inclinaſſet, id ſolum ageret, id vniuerſum hauriret. At nunc natus infans delegatur Græculæ alicui ancillæ, cui adiungitur vnus aut alter ex omnibus ſeruis plerumque viliſſimus, nec cuiquam ſerio miniſterio accommodatus. horum fabulis & erroribus, teneri ſtatim & rudes animi imbuuntur. Nec quiſquam in totâ domo penſi habet, quid B coram infante domino, aut dicat, aut faciat: quando etiam ipſi parentes nec probitati neque modeſtiæ paruulos aſſuefaciunt, ſed [87] laſciuiæ & libertati. per quæ paullatim impudentia irrepit, & ſui alieniſque contemtus. Iam verò propria & peculiaria huius vrbis vitia pænè in vtero matris concipi mihi videntur, hiſtrionalis fauor, & gladiatorum equorumque ſtudia. quibus occupatus & obſeſſus animus quantulum loci bonis artibus relinquit? quotum quemque inueneris qui domi quidquam aliud loquatur? quos alios adoleſcentulorum ſermones excipimus, ſi quando auditoria intrauimus? Nec præceptores quidem vllas crebriores cum auditoribus ſuis fabulas habent. colligunt enim diſcipulos non ſeueritate diſciplinæ, nec ingenij experimento, ſed ambitione ſalutantium, & illecebris adulationis. Tranſeo prima diſcentium elementa, in quibus & ipſis parum elaboratur. nec in auctoribus cognoſcendis, nec in euoluendâ antiquitate, nec in notitiam vel rerum, vel hominum, vel temporum, ſatis operæ inſumitur. ſed expetuntur quos Rhetoras vocant: quorum profeſſio quando primùm in hanc vrbem introduC
cta ſit, quamque nullam apud maiores noſtros auctoritatem habuit, [88] ſtatim de * cu-
Cap.30. riis. Referam neceſſe eſt animum ad eam diſciplinam, quâ vſos eſſe eos oratores accepimus, quorum infinitus labor & cottidiana meditatio, & in omni genere ſtudiorum exercitationes, ipſorum etiam continentur libris. Notus eſt vobis vtique Ciceronis liber qui Brutus inſcribitur, in cuius extremâ parte, (nam prior commemorationem veterum oratorum habet,) ſua initia, ſuos gradus, ſuæ eloquentiæ velut quamdam educationem refert. ſe apud Q. Mucium ius ciuile didiciſſe, apud Philonem Academicum, apud Diodotum Stoicum omnis philoſophiæ partes penitus hauſiſſe: neque his doctoribus contentum, quorum ei copia in vrbe contigerat, Achaiam quoque & Aſiam peragraſſe, vt omnem omnium artium varietatem complecteretur. Itaque hercule in libris Ciceronis deprehendere licet, non geometriæ, non muſicæ, non grammaticæ, non denique vllius ingenuæ artis ſcientiam ei defuiſſe. Ille dialecticæ ſubtilitatem, ille moralis partis vtilitatem, ille rerum motus cauſſaſque cognouit. ita enim eſt, optimi viri, ita, ex D multâ eruditione, ex pluribus artibus, & omnium rerum ſcientiâ, exundat & exuberat illa admirabilis eloquentia. neque oratoris vis & facultas, ſicut ceterarum rerum, anguſtis & breuibus terminis cluditur: ſed is eſt orator, qui de omni quæſtione pulchrè & ornatè & ad perſuadendum aptè dicere, pro dignitate rerum, ad vtilitatem temporum,
Cap.31. cum voluptate audientium poſſit. Hæc ſibi illi veteres perſuadebant. ad hæc efficienda intelligebant opus eſſe, non vt rhetorum ſcholis declamarent, nec vt fictis nec

vllo

86. NON STVDIA SOLVM MORESQVE.] *Vetus Farneſ.* ſtudia modò curaſque: *aptiùs ad ſequentia.*

87. LASCIVIÆ ET LIBERTATI.] *Vetus:* laſciuiæ & bibacitati.

88. STATIM DE * CVRIIS.] *Ita & vetus. ſuſpicabar,* ſtatim decurſis his. ἐλλειπτικῶς *dicam videlicet aut promam. Sed placet magis Rodolphi ſcriptio,* ſtatim docuero. *Pythœus edidit,* ſtatim audietis: *neſcio an è libro.*

89. QVI

A vllo modo ad veritatem accedentibus controuerſiis linguam modò & vocem exercerent, ſed vt his artibus pectus implerent, in quibus de bonis ac malis, de honeſto ac turpi, de iuſto & iniuſto diſputatur. Hæc enim eſt oratori ſubiecta ad dicendum materia. Nam in iudiciis ferè de æquitate, in deliberationibus de honeſtate dicimus, ita vt plerumque hæc ipſa inuicem miſceantur. de quibus copiosè & variè & ornatè nemo dicere poteſt, niſi qui cognouit naturam humanam, & vim virtutum, prauitatemque viciorum, & intellectum eorum quæ nec in virtutibus neque in vitiis numerantur. Ex his fontibus etiam illa profluunt, vt faciliùs iram iudicis vel inſtiget vel leniat, [89] qui ſcit quid ira: promptiùs ad miſerationem impellat, qui ſcit quid ſit miſericordia, & quibus animi motibus concitetur. In his artibus exercitationibuſque verſatus orator, ſiue apud infeſtos, ſiue apud cupidos, ſiue apud inuidentes, ſiue apud triſtes, ſiue apud timentes dicendum habuerit, tenebit habenas animorum: & prout cuiuſque natura poſtulabit, adhibebit manum, & temperabit orationem, parato omni inſtrumento, & ad omnem vſum repoſito. Sunt apud quos aſtrictum, & collectum, & ſingula ſtatim argumenta
B concludens dicendi genus, plus fidei meretur. apud hos dediſſe operam dialecticæ proficiet. Alios fuſa, & æqualis, & ex communibus ducta ſenſibus oratio, magis delectat. ad hos permouendos mutuabimur aliquid [90] à Peripateticis. hi aptos & in omnem diſputationem paratos iam locos dabunt: Academici pugnacitatem, Plato altitudinem, Xenophon iucunditatem. ne Epicuri quidem & Metrodori honeſtas quaſdam exclamationes aſſumere, hiſque, prout res poſcit, vti, alienum erit oratori. neque enim ſapientem informamus, neque Stoicorum ciuitatem; ſed eum qui non quaſdam [91] artes audire, ſed omnes liberaliter debet. Ideoque & iuris ciuilis ſcientiam veteres oratores comprehendebant, & grammaticâ, muſicâ, & geometriâ imbuebantur. Incidunt enim cauſſæ plurimæ quidem ac pænè omnes, quibus iuris notitiâ deſideratur: pleræque autem, in quibus hæ quoque ſcientiæ requiruntur. Nec quiſquam reſpondeat: ſufficit vt Cap. 32.
ad tempus ſimplex quiddam & vniforme doceamur. Primùm enim aliter vtimur propriis, aliter commodatis: longeque intereſſe manifeſtum eſt, poſſideat quis quæ profert,
C an mutuetur. Deinde ipſa multarum artium ſcientia etiam aliud agentes nos ornat, atque vbi minimè credas, eminet & excellit. Idque non doctus modò & prudens auditor, ſed etiam populus intelligit: ac ſtatim ita laude proſequitur, vt legitimè ſtuduiſſe, vt per omnes eloquentiæ numeros iſſe, vt denique oratorem etiam fateatur. quem non poſſe aliter exſiſtere, nec exſtitiſſe vmquam confirmo, niſi eum qui tamquam in aciem omnibus armis inſtructus, ſic in forum omnibus artibus armatus exierit. quod adeò negligitur ab horum temporum diſertis, vt in actionibus eorum fex quoque cottidiani ſermonis, fœda ac pudenda vitia deprehendantur, vt ignorent leges, non teneant S. C., ius ciuitatis vltrò derideant: ſapientiæ verò ſtudium & præcepta prudentium penitus reformident: in pauciſſimos ſenſus & anguſtas ſententias detrudant eloquentiam, velut expulſam regno ſuo: vt quæ olim omnium artium domina pulcherrimo comitatu pectora implebat, nunc circumciſa & amputata, ſine apparatu, ſine honore, pænè dixerim ſine ingenuitate, quaſi vna ex ſordidiſſimis artificiis diſcatur. Ergo hanc primam & præ-
D cipuam cauſſam arbitror, cur tantum ab eloquentiâ antiquorum oratorum receſſerimus. Si teſtes deſiderantur, quos potiores nominabo quàm apud Græcos Demoſthenem? quem ſtudioſiſſimum Platonis auditorem fuiſſe memoriæ proditum eſt. Et Cicero his vt opinor verbis, *quidquid in eloquentiâ effecerit, id ſe non rhetorum, ſed Academiæ ſpatiis conſecutum.* Sunt aliæ cauſſæ magnæ & graues, quas à vobis aperiri æquum eſt, quoniam quidem ego iam meum munus expleui, & quod mihi in conſuetudine eſt, ſatis multos offendi: qui ſi fortè hoc * audirent, certum habeo dicturos, me, dum iuris * audierint,

&

89. QVI SCIT QVID IRA: PROMPTIVS, &c.] *Ita ſcripſi & diſtinxi, turbantibus libris.*

90. A PERIPATETICIS. HI APTOS, &c.] *Valdè mihi placeat cum Rodolpho hæc omnia ſcribi & diſtingui:* à Peripateticis. aptos & in omnem diſciplinam paratos iam locos dabunt Academici; Stoici pugnacitatem; Plato altitudinem, *& cetera.*

91. ARTES AVDIRE.] *Malo*, artes adire: *vel* haurire: *& ſtatim* liberales, *pro* liberaliter.

& philosophiæ scientiam tamquam oratori necessariam laudo, ineptiis meis plausisse. A

Cap.33. Et Maternus, Mihi quidem, inquit, susceptum à te munus adeò peregisse nondum videris, vt inchoasse tantùm, & velut vestigia ac lineamenta quædam ostendisse videaris. Nam quibus instrui veteres oratores soliti sint, dixisti, differentiamque nostræ desidiæ & inscientiæ aduersus acerrima & fecundissima eorum studia demonstrasti; cetera exspecto, vt quemadmodum ex te didici quid aut illi scirent, aut nos nesciamus, ita hoc quoque cognoscam, quibus exercitationibus iuuenes iam & forum ingressi confirmare & alere ingenia sua soliti sint. neque enim arte & scientiâ, sed longè magis [92] facultate eloquentiam contineri, nec tu puto abnues, & hi significare vultu videntur. Deinde cùm Aper & Secundus idem annuissent, Messalla quasi rursus incipiens: Quoniam initia & semina veteris eloquentiæ satis demonstrasse videor, docendo quibus artibus antiqui oratores institui eruditique soliti sint, persequar nunc exercitationem eorum: quamquam ipsis artibus inest exercitatio, nec quisquam percipere tot reconditas aut tam varias res potest, nisi vt scientiæ meditatio, meditationi facultas, facultati vis eloquentiæ accedat. per quæ colligitur eamdem esse rationem, & percipiendi quæ proferas, B & proferendi quæ perceperis. sed si cui obscuriora hæc videntur, isque scientiam ab exercitatione separat, id certè concedet, instructum & plenum his artibus animum, longè paratiorem ad eas exercitationes venturum, quæ [93] propriæ circa oratoriam videntur.

Cap.34. Ergo apud maiores nostros iuuenis ille, qui foro & eloquentiæ parabatur, imbutus iam domesticâ disciplinâ, refertus honestis studiis, deducebatur à patre, vel à propinquis, ad eum oratorem qui principem locum in ciuitate tenebat. hunc sectari, hunc prosequi, [94] huius omnibus dictionibus interesse, siue in iudiciis, siue in concionibus assuescebat, ita vt altercationes quoque excipere, & iurgiis interesse, vtque sic dixerim, pugnare in prœlio disceret. magnus ex hoc vsus, multum constantiæ, plurimum iudicij iuuenibus statim contingebat, in mediâ luce studentibus atque inter ipsa discrimina, vbi nemo impunè stultè aliquid, aut contrariè dicit, quo minus & iudex respuat, & aduersarius exprobret, ipsi denique aduocati aspernentur. Igitur verâ statim & incorruptâ eloquentiâ imbuebantur: & quamquam vnum sequerentur, tamen omnes eiusdem C ætatis patronos in plurimis & caussis & iudiciis cognoscebant: habebantque ipsius [95] populi diuersissimarum aurium copiam, ex quâ facilè deprehendebatur quid in quoque vel probaretur vel displiceret. Ita nec præceptor deerat optimus quidem & electissimus, qui faciem eloquentiæ non imaginem præstaret: nec aduersarij & æmuli, ferro non [96] sudibus dimicantes: sed auditorium semper plenum, semper nouum, ex inuidis & fauentibus, [97] vt nec benè dicta dissimularentur. Scitis enim magnam illam & duraturam eloquentiæ famam, non minùs in diuersis subselliis parari quàm suis; quin immò constantiùs surgere ibi, fideliùs corroborari. Atque herculè sub eiusmodi præceptionibus iuuenis ille de quo loquimur, oratorum discipulus, fori auditor, sectator iudiciorum, eruditus & assuefactus alienis experimentis, cui cottidie audienti notæ leges, non noui iudicum vultus, frequens in oculis consuetudo concionum, sæpè cognitæ populi aures, siue accusationem susceperat, siue defensionem, [98] solus statim & vnus cuicumque caussæ par erat. Nonodecimo ætatis anno L. Crassus C. Carbonem, D

[99] vno

92. FACVLTATE ELOQVENTIAM CONTINERI.] *Rodolphus appositè inserit,* facultate & meditatione eloquentiam.

93. PROPRIÆ CIRCA ORATORIAM.] *Rodolphus,* propriæ esse oratorum videntur. *sed ab ingenio, vt solet, non à libris. Ego insigni metaphorâ locum ornem:* propriæ Circo oratorio videntur. *Quia de exercitationibus loquitur, eleganter Circum adiungit, qui pugnis & exercitiis destinatus.*

94. HVIVS OMNIBVS DICTIONIBVS, &c.] *Versus hos aliquot inserui à Farnesiano libro, magno libelli huius bono. Alij enim omnes hîc mutili.*

95. POPVLI DIVERSISSIMARVM AVRIVM.] *Rodolphus copulâ adiectâ,* populi & diuersissimarum. *Credo fuisse,* populi. i. diuersissimarum. *quæ nota significat,* id est.

96. SVDIBVS DIMICANTES.] *Manifestò,* rudibus. *Nam hæc à gladiatoribus sumpta.*

97. VT NEC BENE DICTA.] *Rodolphus auctiùs:* nec malè nec benè: *sententiâ quidem valdè fauente.*

98. SOLVS STATIM ET VNVS CVICVMQVE CAVSSÆ.] *Ita vetus. Non malè etiam vulgò,* statim vnicuique caussæ.

99. VNO

A "vno & vicesimo Cæsar Dolabellam, altero & xx. Asinius Pollio C. Catonem, non multò ætate antecedens Caluus Vatinium, iis orationibus insecuti sunt, quas hodieque cum admiratione legimus. At nunc adolescentuli nostri deducuntur in [100] scenas Cap.35. scholasticorum, qui rhetores vocantur: quos paullò ante Ciceronis tempora exstitisse, nec placuisse maioribus nostris ex eo manifestum est, quòd Marco Crasso & Domitio censoribus cludere, vt ait Cicero, ludum impudentiæ iussi sunt. Sed, vt dicere institueram, deducimur in scholas, quibus non facilè dixerim vtrúmne locus ipse, an condiscipuli, an genus studiorum plus mali ingeniis afferant. Nam in loco nihil reuerentiæ, sed in quem nemo nisi imperitus æquè intrat. In condiscipulis nihil profectus, cùm pueri inter pueros, & adolescentuli inter adolescentulos pari securitate dicant & audiantur. Ipsæ verò exercitationes magnâ ex parte contrariæ. Nempe enim duo genera materiarum apud rhetores tractantur, suasoriæ, & controuersiæ. [101] Ex iis suasoriæ quidem etsi tamquam planè leuiores & minus prudentiæ exigentes pueris delegantur; controuersiæ robustioribus assignantur, quales per fidem, & quàm incredibiliter compositæ!
B Sequitur autem vt materiæ abhorrenti à veritate declamatio quoque adhibeatur. Sic fit vt tyrannicidarum præmia, aut [102] vitiatarum electiones, aut [103] pestilentiæ remedia, aut incesta matrum, aut quidquid in scholâ cottidie agitur, in foro vel rarò vel numquam, ingentibus verbis persequantur; [104] cùm ad veros iudices ventum est * rem cogitare, nihil humile, nihil abiectum eloqui poterat. Magna eloquentia, sicut flamma Cap.36. materiâ alitur, & motibus excitatur, & vrendo clarescit. Eadem ratio in nostrâ quoque ciuitate antiquorum eloquentiam prouexit. Nam etsi horum quoque temporum oratores ea consecuti sunt, quæ compositâ & quietâ & beatâ Rep. tribui fas erat: tamen istâ perturbatione ac licentiâ plura sibi assequi videbantur. cùm mixtis omnibus & moderatore vno carentibus, tantum quisque orator saperet, quantum erranti populo persuaderi poterat. Hinc leges assiduæ, populare nomen, hinc [105] conciones magistratuum pænè pernoctantium in rostris, hinc accusationes potentium reorum, & assignatæ etiam domibus inimicitiæ, hinc procerum factiones & assidua senatus aduersus plebem cer-
C tamina. quæ singula etsi distrahebant Rempublicam, exercebant tamen illorum temporum eloquentiam, & magnis cumulare præmiis videbantur. Quia quantò quisque plus dicendo poterat, tantò faciliùs honores assequebatur; tantò magis in ipsis honoribus collegas suos anteibat; tantò plus apud Principes gratiæ, plus auctoritatis apud patres, plus notitiæ ac nominis apud plebem [106] probabat. hi clientelis etiam exterarum nationum redundabant. hos ituri in prouincias magistratus reuerebantur, hos reuersi colebant, hos & præturæ & consulatus vocare vltrò videbantur. hi ne priuati quidem sine potestate erant, cùm & populum & senatum consilio & auctoritate regerent. quinimmo sibi ipsi persuaserant, neminem sine eloquentiâ aut assequi posse in ciuitate, aut tueri conspicuum & eminentem locum. nec mirum, cùm etiam inuiti ad populum produce-

99. VNO ET VICESIMO CÆSAR.] *Suetonius*
D *in Iulio, cap.* IV. *accusationem hanc confert in tempus compositi belli Lepidiani, id est M. Æmilio Lepido, D. Iunio Bruto* COSS. *Atqui Cæsar tunc vigesimumquartum annum egerit, ex Fastis & anno eius natali. Corrigimus igitur? an, vt sæpè, dissensus est? ego hoc malo.*

100. SCENAS SCHOLASTICORVM.] *Diuinabam olim,* scholas. *malè. Nam appositè Scenas appellat, loca in quibus fucata illa & personata eloquentia exercetur, velut per lusum.*

101. EX IIS SVASORIÆ QVIDEM.] *Hîc quoque lineas aliquot adtexui, bonam copiam mihi faciente libro. Nam aliàs, turpiter hæc hiabant.*

102. VITIATARVM ELECTIONES.] *Rectè. respicit ad legem Scholasticam, quæ raptarum dicitur. Rapta raptoris nuptias vel mortem optet. Doctissimus Pythœus.*

103. PESTILENTIÆ REMEDIA.] *Petronius hæc talia in Satyrico exagitat, & disertè,* responsa in pestilentiam data. *Locum totum, sis, vide.*

104. CVM AD VEROS IVDICES VENTVM.] *Magna verò hîc lacuna, de quâ vulgò nec suspicantur. At liber vetus præfert, & spatio grandi interposito vsque ad ea verba,* rem cogitare; *adiicit,* Hic multum deficit. *Et clarum: quia sermo sequens non Messallæ amplius, sed Materni.*

105. CONCIONES MAGISTRATVVM.] *A libro est. quàm ridiculè autem alij,* conciones migrantium? *quod à concisâ illâ ratione scribendi natum.*

106. PROBABAT.] *Melius,* parabat.

* quis ducerentur: cùm parum esset in senatu breuiter censere, nisi * qui ingenio & eloquentiâ A sententiam suam tueretur: cùm in aliquam inuidiam aut crimen vocati, suâ voce respondendum haberent; cùm testimonia quoque [107] in publicis non absentes nec per tabellam dare, sed coràm & præsentes dicere cogerentur. Ita ad summa eloquentiæ præmia magna etiam necessitas accedebat, & commoda. Disertum haberi pulchrum & gloriosum, sed contrà mutum & elinguem videri, deforme habebatur. Ergo non minus rubore quàm præmiis stimulabantur. ne clientulorum loco potiusquàm patronorum numerarentur: ne traditæ à maioribus necessitudines ad alios transirent: ne tamquam inertes & non suffecturi honoribus aut non impetrarent, aut impetratos malè tuerentur.

Cap. 37. Nescio an venerint in manus vestras hæc vetera, quæ & antiquorum bibliothecis adhuc manent, & nunc maximè à Muciano contrahuntur: ac iam vndecim, vt opinor, Actorum libris, & tribus Epistolarum composita, & edita sunt. Ex his intelligi potest Gn. Pompeium & Marcum Crassum, non viribus modò & armis, sed ingenio quoque & oratione valuisse: Lentulos, & Metellos, & Lucullos, & Curiones, & ceteram procerum B manum, multum in his studiis operæ curæque posuisse: nec quemquam illis temporibus magnam potentiam, sine eloquentiâ consecutum. His accedebat splendor rerum, & magnitudo caussarum, quæ & ipsa plurimum eloquentiæ præstant. Nam multum interest, vtrúmne de furto, aut formulâ & interdicto dicendum habeas, an de ambitu comitiorum, expilatis sociis, & ciuibus trucidatis. quæ mala sicut non accidere melius est, isque optimus ciuitatis status habendus est, quo nihil tale patimur: ita cùm accidèrent, ingentem eloquentiæ materiam submini strabant. Crescit enim cum amplitudine rerum vis ingenij, nec quisquam claram & illustrem orationem efficere potest, nisi qui caussam parem inuenit. Non, opinor, Demosthenem orationes illustrant, quas aduersus tutores suos composuit: nec Ciceronem, magnum oratorem P. Quintius defensus aut Licinius Archias faciunt: Catilina, & Milo, & Verres, & Antonius, hanc illi famam circumdederunt: non quia tanti fuit R. P. malos ferre ciues, vt vberem ad dicendum materiam oratores haberent: sed, vt subinde admoneo, quæstionis memineri-

* exsistit. mus, sciamusque nos de ea re loqui, quæ faciliùs turbidis & inquietis temporibus * exC stitit. Quis ignorat vtilius ac melius esse frui pace, quàm bello vexari? Plures tamen bonos prœliatores bella quàm pax ferunt. Similis eloquentiæ conditio. Nam quò sæpius steterit tamquam in acie, quoque plures & intulerit ictus & exceperit, quò maior aduersarius, eò [108] acrior qui pugnas sibi asperas desumserit, tantò altior & excelsior & illis nobilitatus criminibus, [109] in ore hominum agit, quorum ea natura est [110] vt se-

Cap. 38. cura nolint. Transeo ad formam & consuetudinem veterum iudiciorum: quæ [111] & si nunc aptior est, ita * erit eloquentia, tantò illud forum magis exercebat, in quo nemo intra pauciss imas horas perorare cogebatur, & liberæ comperendinationes erant, & modum dicendi sibi quisque sumebat; & numerus neque dierum neque patronorum finiebatur. [112] Primus tertio consulatu Gn. Pompeius astrinxit imposuitque veluti frenos eloquentiæ, ita tamen vt omnia in foro, omnia in legibus, omnia apud prætores gererentur: apud quos quantò maiora negotia olim exerceri solita sunt, quod maius argumentum est, quàm quòd caussæ centumuirales, quæ nunc primum obtinent locum, D adeò splendore aliorum iudiciorum obruebantur, vt neque Ciceronis, neque Cæsaris, neque

107. IN PVBLICIS NON ABSENTES.] *Rodolphus:* in publicis iudiciis non absentes. *insitione valdè quidem aptâ.*

108. ACRIOR QVI PVGNAS.] *Vetus,* acrior per pugnas. *Aliquid hîc vlceris. Fortasse:* maior aduersarius & acrior, quò plures. *Et statim,* illis nobilitatus discriminibus.

109. IN ORE HOMINVM.] *Emendaui etiam in Historiis, & produxi hanc dictionem. Vulgò,* more.

110. VT SECVRA NOLINT.] *Clausulâ additâ Rodolphus:* vt dubia laudent, secura nolint. *quod qui neget aptum ad sensum esse, ipse sine sensu.*

111. ET SI NVNC APTIOR EST, ITA * ERIT ELOQVENTIA.] *Nobis corrupta hæc videbantur aut mutila. Rodolphus autem concinnat:* etsi nunc aptior est veritati, eloquentiam tamen. *acutè si ab ingenio, feliciter si à libro.*

112. PRIMVS TERTIO CONSVLATV.] *Addit etiam Rodolphus,* primus huius rei spatia tertio, *&c. nec hæc talia sanè ab ingenij fonte videntur. Ego ex eo scri-*

A neque Bruti, neque Cœlij, neque Calui; non denique vllius magni oratoris liber apud centumuiros dictus legatur, exceptis orationibus Asinij, quæ [113] pro heredibus Vrbiniæ inscribuntur, ab ipso tamen Pollione mediis diui Augusti temporibus habitæ, postquam longa temporum quies, & continuum populi otium, & assidua senatus tranquillitas, & maximi Principis disciplina, ipsam quoque eloquentiam sicut omnia alia pacauerat? Paruum & ridiculum fortasse videtur quod dicturus sum, dicam tamen vel ideò Cap.39.
vt rideatur. Quantum humilitatis putamus eloquentiæ attulisse penulas istas, quibus astricti & velut inclusi cum iudicibus fabulamur? quantum virium detraxisse orationi adiutoria & tabularia credimus, in quibus iam ferè plurimæ caussæ explicantur? Nam quo modo nobiles equos cursus & spatia probant; sic est aliquis oratorum campus, per quem nisi liberi & soluti ferantur, debilitatur ac frangitur eloquentia. Ipsam quinimmò curam & diligentem styli anxietatem contrariam experimur: quia sæpè interrogat iudex; quando incipias; & ex interrogatione eius incipiendum est. frequenter probationibus & testibus, silentium patronus indicit. vnus inter hæc dicenti ac alter assistit, &
B res velut in solitudine agitur. Oratori autem clamore plausuque opus est; & velut quodam theatro. qualia cottidie antiquis oratoribus contingebant: cùm tot pariter ac tam nobiles forum coartarent: cùm clientelæ quoque, & tribus, & municipiorum legationes, ac partes Italiæ periclitantibus assisterent: cùm in plerisque iudiciis crederet populus Romanus suâ interesse quid iudicaretur. Satis constat C. Cornelium, & M. Scaurum, & T. Milonem, & L. Bestiam, & P. Vatinium, concursu totius ciuitatis & accusatos & defensos. vt frigidissimos quoque oratores, ipsa certantis populi studia, excitare & incendere potuerint. Itaque hercule eiusmodi libri exstant, vt ipsi quoque qui egerunt, non aliis magis orationibus censeantur. Iam verò conciones assiduæ, & datum ius Cap.40.
quoque potentissimum quemque vexandi, atque ipsa inimicitiarum gloria, cùm se plurimi disertorum, ne à P. quidem Scipione, aut Syllâ, aut Gn. Pompeio abstinuerint, & ad incessendos principes viros, vt est natura inuidiæ, populi quoque histriones auribus vterentur, quantum ardorem ingeniis, quas oratoribus faces admouebant? Non de otiosâ
C & quietâ re loquimur, & quæ probitate & modestiâ gaudeat: sed est magna ista & notabilis eloquentia, alumna licentiæ, quam * stulti libertatem vocabant, comes seditionum, effrenati populi incitamentum, sine obsequio, sine seruitute, contumax, temeraria, arrogans, quæ in benè constitutis ciuitatibus non oritur. [114] Quem enim oratorem Lacedæmonium, quem Cretensem accepimus? quarum ciuitatum seueriſſima disciplina, & seueriſſimæ leges traduntur. Nec Macedonum quidem ac Persarum, ac vllius gentis, quæ certo imperio contenta fuerit, eloquentiam nouimus. Rhodij quidam, Athenienses plurimi oratores exstiterunt: apud quos omnia populus, omnia imperiti, omnia, vt sic dixerim, omnes poterant. Nostra quoque ciuitas donec errauit, donec se partibus, & dissensionibus, & discordiis confecit, donec nulla fuit in foro pax, [115] nulla in senatu concordia, nulla in iudiciis moderatio, nulla superiorum reuerentia, nullus magistratuum modus: tulit sine dubio valentiorem eloquentiam, sicuti indomitus ager habet quasdam herbas lætiores. Sed nec tanti Reipublicæ Gracchorum eloquentia fuit, vt pateretur & leges: nec bonæ formam eloquentiæ Cicero tali exitu
D pensauit. Sic quoque quod supereſt antiquis oratoribus, forum [116] non emendare, nec Cap.41.
vsquam ad votum compositæ ciuitatis argumentum est quidem, quòd nemo nos aduocat,

eo scribam: primus huiusce spatia. *Sanè etiam pòst in hac translatione persistit:* Quomodo nobiles equos cursus & spatia probant: sic est aliquis oratorum campus, *&c.*

113. PRO HEREDIBVS VRBINIÆ.] *Quinctilianus me duxit ad emendationem; quem vide libro* IV. *cap.* I. *Nam Asinium disertim pro heredibus Vrbiniæ laudat. In tritis libris erat,* Ironiæ: *in veteri,* Vriniæ.

114. QVEM ENIM ORATOREM LACEDÆMONIVM.] *Miratur hoc idem Velleius lib.* I. *in extremo: nec causſam dat, quam veram hîc habes.*

115. NVLLA IN SENATV CONCORDIA.] *Sequentia verba pluscula addidimus à libro.*

116. NON EMENDARE, NEC VSQVAM.] *Si nihil hîc deest, scribam:* non emendatæ. nec vsque ad. *Sequentia etiam in libro Farnes.* argumentum est. Quis enim nos.

117. NON

uocat, nisi aut nocens aut miser. quod municipium in ciuitatem nostram venit, nisi A
quod aut vicinus populus, aut domestica discordia agitat? quam prouinciam tuemur,
nisi spoliatam vexatamque? Atqui melius fuisset [117] non queri, quàm iudicari. Quòd
si inueniretur aliqua ciuitas in quâ nemo peccaret, superuacuus esset inter innocentes
orator, sicut inter sanos medicus. Quo modo tamen minimum vsus minimumque
profectus ars medentis habet in his gentibus, quæ firmissimâ valetudine ac saluberri-
mis corporibus vtuntur: sic minor oratorum obscuriorque gloria est inter bonos mo-
res, & in obsequium regentis paratos. Quid enim opus est longis in senatu sententiis,
[118] cùm optimi citò consentiant? Quid multis apud populum concionibus, cùm de re-
publicâ non imperiti & multi deliberent, sed sapientissimus & vnus? Quid voluntariis
accusationibus, cùm tam rarò & tam parcè peccetur? Quid inuidiosis & excedentibus
modum defensionibus, cùm clementia cognoscentis obuiàm periclitantibus eat? Cre-
dite optimi, & in quantum opus est disertissimi viri, si aut vos prioribus sæculis, aut isti
quos miramur, his nati essent, ac deus aliquis vitas vestras, vestra tempora repentè mu- B
tasset: nec vobis summa illa laus & gloria in eloquentiâ, neque illis modus & tempera-
mentum defuisset. Nunc quoniam nemo eodem tempore assequi potest magnam fa-
mam & magnam quietem, bonis sæculi sui quisque, citra obtrectationem alterius, vta-
Cap. 42. tur. Finierat Maternus. Tum Messalla: Erant quibus contradicerem, erant de quibus
plura dici vellem, nisi iam dies esset exactus. Fiet, inquit Maternus, posteà arbitratu
tuo, & si qua tibi obscura in hoc meo sermone visa sunt, de his rursus conferemus. Ac
simul assurgens, & Aprum complexus, Ego, inquit, te poëtis; Messalla, antiquariis,
criminabimur. At ego vos rhetoribus & scholasticis, inquit. Cùm adrisissent, dis-
cessimus.

117. NON QVERI, QVAM IVDICARI.] *Lego*, vindicari.

118. CVM OPTIMI CITÒ CONSENTIANT?] *Lego*, cùm optimis. *Rodolphus autem*, cùm optima citò censeantur? *A fine autem libelli, vt cuiuis videre est, multa desunt, atque adeò præcipua dissertionis pars. Sed mihi, cum Deo, pausa hîc & finis: cui gratia & gloria in æternum.*



IVSTI

IVSTI LIPSI
AD
C. CORNELII TACITI
ANNALIVM LIBRVM I.
EXCVRSVS.

B

A.

PAG. 7.

IGNIS *originem neſcio: niſi quòd antiquum video, & à temporibus Antoninorum. Herodianus ſanè in Commodo ſtatim meminit, vt rei vulgatæ, vbi de Lucillâ ſorore eius:* Οὐδὲν ἧττον μὴν καὶ ὁ Κόμμοδος ἐφύλαττε πρὸς τὴν ἀδελφήν. Καὶ γὰρ ὅτε τὸ βασιλείῳ θρόνῳ καθῆστο ἐν τοῖς θεάτροις, καὶ τὸ πῦρ προεπόμπευεν αὐτῆς: Nihilo ſeciùs Commodus honores ſorori ſuæ ſeruauit. nam & in theatris ſellâ imperatoriâ ſedebat, & ignis eam præcedebat. *Item de Marciâ Commodi concubinâ:* Ἣ δὲν, *inquit,* ἀπεῖχε γαμετῆς γυναικὸς, ἀλλὰ πάντα ὑπῆρχεν, ὅσα σεβαστῇ, πλὴν τοῦ τυροὺς: quæ nihilo differebat à legitimâ vxore, ſed omnia vt Auguſtæ C aderant, præter ignem. *Et de Pertinace:* Κατῆλθεν ὅτε τὸ συνέδριον ἐς βουλῆς, ὅτε τὸ πῦρ ἐάσας ἑαυτῷ προπομπεύσαι, ὅτέ τι ἄλλο τῆς βασιλικῆς συμβόλων εἰς ὕψος ἀρθῆναι: Venit in Senatum, neque ignem ſibi paſſus præferri, neque aliud vllum principatus inſigne attolli. *Nec ambigimus de more. Illud tamen mirum, bis mirum, non alium è Græcis Latinisque exprimere tam inſignitam rem, præter Herodianum. Non Dionem, non Capitolinum, Spartianum, Lampridium, qui eadem ſcripſerunt illi. Nec enim, quod ſciam, meminerunt verbo. Quis tamen iſte ignis? non è carbonibus aut ligno, nec qualis ille apud Horatium prunæ batillus: lampas tantùm fuit. Rem adhuc ignotam doceo, firmoque ex M. Antonino in libris ſuæ vitæ:* Ὅτι δυνατὸν ὄῃ, *inquit,* ἐν αὐλῇ βιοῦντα μήτε δορυφορήσεως χρῄζειν, μήτε ἐσθῆτων σημειωτῆς, μήτε λαμπάδων καὶ ἀνδριάντων τοιουτότροπων, καὶ τῶν ὁμοίων κόμπων. *Deſcribit recenſetque inſignia omnia principatus,* & poſſe, *ait,* eum qui in aulâ viuat, carere ſtipatoribus, carere veſte inſigni purpuraque, item lampadibus, & certis ſtatuis, ſimilique luxu. *Vt ergo in deorum cultu adhibitæ lucernæ facesque, vt docui in* * *Electis; ſic Imperatorum. Opinor autem Romam traductum morem è Perſis. Illorum* D *enim Regi prælatus ignis. Xenophon lib.* VIII. Παιδείας. Καὶ πῦρ ὄπισθεν ἡ ἁρμάμαξα ἐπ' ἐχάρας μεγάλης ἄνδρες εἷπον φέροντες: *& poſt ignem illum ſecutus Cyrus. Imò & Aſiaticis, ſi rectè capio Ammianum lib.* XXIII. Feruntque etiam (ſi iuſtum eſt credi) ignem cælitus lapſum apud ſe ſempiternis foculis cuſtodiri. cuius portionem exiguam fauſtam præiſſe quondam Aſiaticis regibus dicunt. *Diadema autem primus Romanorum Principum vſurpauit Aurelianus: vti in vitâ eius Victor. Etſi alibi malè id refert ad Caligulam. Purpuram quis primus ſumpſerit, adhuc quæro.*

Prælatio ignis. Principatus inſigne.

Silentium de eo more apud priſcos.

Qualis ille ignis.

* Cap. III, lib. I.

Diademate quis primus vſus.

B.

PAG. 10.

CVM Antonius vellet ſe Liberum patrem dici, & hoc nomen ſtatuis ſubſcribi: occurrerunt venienti ei Athenienſes cum coniugibus ac liberis, & Dionyſium ſalu-

ſalutauerunt. Benè illis ceſſerat, ſi naſus Atticus ibi ſubſtitiſſet. dixerunt deſpondere ip- A
ſos (*malim*, ipſi) in matrimonium Mineruam Muſam ſuam, & rogauerunt vt duceret. & Antonius ait ducturum, ſed dotis nomine imperare ſe illis mille talenta. Tum ex Græculis quidam ait..... Huic quidem impune fuit, ſed Athenienſium ſponſalia mille talentis æſtimata ſunt. quæ cùm exigerentur, multi contumelioſi libelli propoſiti ſunt, ſicut ille qui ſubſcriptus eſt ſtatuæ eius, cùm eodem tempore Octauiam vxorem haberet & Cleopatram: Hoc tu euita reſtituas, tibi habe. *Primùm offendimus in Mineruâ Musâ. quoniam neque Dio nominat in hac hiſtoriâ,* Ἀθηνᾶν *dixiſſe contentus: nec cognomen noſtrarum dearum ſcio aliàs adhæſiſſe Mineruæ. Itaque inductâ eâ voce ſcribo,* Mineruam ſuam. *nata fuit ex confusâ repetitione litteræ vocisque ſequentis. In ſummâ diſcrepat idem Dio, qui* ἑκατὸν μυριάδας *imperatas pro dote ait, id eſt Romano ritu* H-S. *quadragies. Mille autem talenta Senecæ, paullò minùs faciunt ducenties quadragies: ſexto tanto immaniore ſummâ. Tamen non muto. Græculi iocum, cui ſpatium vacuum, doleo abeſſe: at Latinum commodè reſtituo,* Octauia res tuas tibi habe. *Quicumque ille, comiter iocatus eſt ex deuortij Romani formâ.* B *Cùm enim Cleopatram amaret haberetque Antonius: ecce ſubſcripſit iſte quaſi nomine Antonij Octauiam repudiantis,* Octauia res tuas tibi habe. *Quæ ſollennia in libello repudij verba fuiſſe, iam notum. Appuleius:* Tu quidem ob iſtud (*ita emendo*) tam dirum facinus confeſtim thoro meo diuorte, tibique res tuas habeto.

In *Senecæ loco de Mineruâ Musâ, mente nunc & manu amplector ſententiam Iani mei Grotij, amœniſſimi & acutiſſimi viri, reponentis,* Mineruam Muſicam. *Inter nobiles Athenis ſtatuas fuit Minerua hoc cognomento; ſic dicta,* quoniam dracones in Gorgone eius ad ictus citharæ tinnitu reſonant. *Plinius lib.* XXXIV. *cap.* VIII.

PAG. II.

C.

NEC *viri ſolùm ad ſacerdotium adſcripti magni huius diui, ſed, quod rideamus, feminæ.* C *Adeò proiecti in adulationem tunc mores. Marmor:*

P. POSTVMIAE. P. F. PAVLLAE.
SACERD. D. IVLI. AVGVST.

Liuia, prima Aug. ſacerdos. * Adde Velleij locum huic rei quē correxi Annalium lib. XIII. ſub initium. Ouidio noua lux.

Item in Hiſpaniis, LVCR. L. F. CAMPANA. FLAM. PERP. DOMVS. AVG. *id eſt,* Lucretia L. filia, Flaminica perpetua. *Exemplum huius rei à Liuiâ, quæ miro exemplo, * ſacerdos ſui viri: & quidem ex decreto Senatus. Dio* LVI. *extremo:* Τότε δὲ ἀθανατίσαντες αὐτὸν, καὶ θιασώτας οἱ καὶ ἱερεᾶ, καὶ ἱέρειαν τὴν Λιβίαν ἀπέδειξαν: Tunc verò conſecrantes Auguſtum, ſodales ei & ſacra inſtituerunt, & ſacerdotem Liuiam. *Quod noto eò libentiùs, vt lux inde adfulgeat tenebricoſo Ouidij loco,* IV. *De Ponto:*

Nec pietas ignota mea eſt, videt hoſpita tellus
In noſtrâ ſacrum Cæſaris eſſe domo.
Stant pariter natuſque pius, coniuxque ſacerdos,
Numina iam facto non leuiora deo.

Natus pius, *Tiberius eſt:* coniux ſacerdos, *Liuia. Puto ad hæc ſacerdotia, quæ cum am-* D
bitu & ſumptu adfectabant in prouinciis paſſim, pertinere Arriani locum elegantem, De ſermonibus Epicteti, lib. I. *cap.* XIX. Σήμερον τὶς ὑμῶν ἱερωσύνης ἐλάλει μοι τῷ Αὐγούστῳ. Λέγω αὐτῷ, ἄνθρωπε ἄφες τὸ πρᾶγμα. δαπανήσεις πολλὰ εἰς οὐδέν. Ἀλλ' οἱ τὰς φωνάς, φησι, γεγράφοντες, γράψουσι τὸ ἐμὸν ὄνομα. Μήπ ἓν σὺ τοῖς ἀναγινώσκουσι λέγεις παρὸν, Ἐμὲ γεγράφασιν; εἰ δὲ καὶ πᾶσιν οὐ δύνασαι παρεῖναι πᾶσιν, ἐὰν ἀποθάνῃς, τί ποιήσεις; Μενεῖμα τὸ ὄνομα. γράψον αὐτὸ εἰς λίθον, καὶ μμνεῖ. Ἄγε, ἔξω δὲ Νικοπόλεως τίς σε μενεῖα; ἀλλὰ χρυσοῦν στέφανον φορήσω. Εἰ ἅπαξ ὀπιθυμεῖς στεφάνε, ῥόδινον λαβὼν περίθε, ὄψει γὰρ κουφότερον. Arriani egregia irriſio harum ineptiarum. *Lepidus & ad Philoſophum dialogiſmus:* Hodie, *inquit*, locutus mecum quidam ſuper ſacerdotio Auguſti. Dico ei, Mi homo mitte rem, ſumptum multum facies fruſtrà. At ſcribæ publici, inquit, (*corrupta hac parte Græca*) nomen meum adnotabunt. Num tu igitur legentibus omnibus coràm dices, Me inſcripſerunt? & vt nunc poſſis adeſſe omnibus legentibus, mortuus quid facies? Manebit meum nomen. inſcribe ipſum lapidi, & ma-

A & manebit. Age, extra Nicopolim autem quæ memoria tui? At coronam auream geſtabo. (*quâ ſcilicet ornati ſacerdotes, dum faciunt, ex Liuio, Plutarcho, aliis.*) Si prorſum appetis coronam, roſeam indutus circumi; aſpectu enim id iucundius. Coronati ſacerdotes in ſacris.

D.

PAG. 14.

PRIMVS *Prætor Romæ inſtitutus, anno vrbis* CCCXXCVIII *Furius Camillus. Liuius lib.* VII. *& Suidas in voce* πεϱέγϱιν. *Additus alter anno* DX. *cui cognomen datum Peregrini, quòd plerumque inter ciues ius diceret & peregrinos, Epitoma Liuij* XIX. *Additi duo alij, anno vrbis* DXX. *Siciliâ & Sardiniâ in prouinciam redactis, qui illuc cum imperio mitterentur, Epitoma* XX. *Iterùm duo, victis Hiſpaniis, anno* DLVII. *Ita in vniuerſum ad id tempus Prætores ſex: è quibus duo iuri dicundo præerant, reliqui in prouincias mittebantur expertes iudiciorum. Id manſit, donec Quæſtiones perpetuæ conſtitutæ, anno* DCV. *L. Cenſorino, M. Manilio Coſſ. Patribuſque tunc viſum, vt in totum magiſtratus ſui annum Prætores in vrbe manerent. è quibus duo, more priſco, ius dicerent: reliqui quattuor publicis iudiciis præeſſent. iidem omnes exacto anno, ſorte in prouincias prætorias mitterentur. Cornelius deinde Sulla Dictator auxit Quæſtionum publicarum numerum: pariterque Prætorum non tamen eatenus, vt quot Quæſtiones eſſent, totidem Prætores:* (*errat largiter Pomponius, qui id ſenſit; quia plures ſæpè Quæſtiones apud eumdem Prætorem exercitas conſtat:*) *ſed in vniuerſum addidit duos. Ita non plures octo Prætores ad Ciceronis ævum: idque ex variis eius ſcriptis clarum: non decem, vt voluit Iuriſconſultus. Oppreſſâ mox rep. C. Cæſar dictator primus inſtituit decem, quo pluribus bellorum ſociis honorem eum gratificaretur. Dio lib.* XLII. Ἵνα πλείους αὐτῶν (σωαγωνιστῶν intellego) ἀμείψῃ, στϱατηγούς τε δέκα ἐς τὸ ὕστεϱον ἀπέδειξε, καὶ ἱϱέας ἐκ τοῦ πϱοσήκοντος. *qui Pomponium refellit diſertim. Sed nec in eo numero ſtetit Cæſar, creauitque biennio pòſt,* XIV. *iterumque anno pòſt* XVI. *idque, vt Dio idem ait, in multos annos. At Auguſtus rep. & imperio potitus, pariter varium ſe in hac creatione geſſit. Anno vrbis* DCCXXXI. *minuit Cæſarianum numerum, retraxitque ad decem. Dio* LIII. Ταῦτά τε οὕτως ὁ Αὔγουστος ἐποίησε, καὶ στϱατηγοὺς δέκα, ὡς οὐδὲν ἔτι πλείονων δεόμενος ἀπέδειξε. *Velleius:* Imperium magiſtratuum ad priſtinum redactum modum. tantummodò octo Prætoribus allecti duo. *Anno* DCCLXIV. *creauit* XVI. *propter turbam competitorum: ita tamen (ait Dio lib.* LVI.) *vt poſterioribus deinceps multis annis* XII. *dumtaxat crearet. Atque hoc eſt quod hîc Tacitus de duodenario numero tradito ab Auguſto adſeuerat: verè & rectè, ſi reſpicias inſtituta eius extrema. Nam ad prima adiecit oculos Pomponius, qui* XVI. *Prætores conſtituit ſub Auguſto. & in tempore ſaltem errat. At quòd Tiberium iuraſſe Tacitus ait ſe numerum* XII. *non exceſſurum: quis Pontifex periurio eum ſoluet? Nam ego manifeſtò hominem teneo, ex Dionis teſtimonio lib.* LVIII. *qui adfirmat Tiberium, anno vrbis* DCCLXXXVI. *quindecim Prætores creaſſe, additque:* Καὶ τοῦτο ὅπῃ πολλὰ ἔτη σωέβη, ὥστε ἔστι μὲν ὅτε ἐκκαίδεκα, ἔστι δ' ὅτε καὶ παῤ ἕνα, ἢ καὶ δύο χειϱοτονεῖσθαι: Et hoc in plures annos factum, ita vt interdum ſedecim, aliâs vno duobuſque plus aut minus, crearentur. *Imò Claudius Imp. aliâs* XIV. *aliâs* XVIII. *creauit; interdum medio inter hos numero. Vide eumdem Græcum, lib.* LX.

Prætorum origo. Progreſſus.

Quæſtiones perpetuæ, quando.

Sulla auget Prætorum numerum. Pomponius errat in Prætt.

Sub Cæſare quot Prætt. Anno vrbis DCCXII.

Hæc ex Dione lib. XLIII.

Sub Auguſto quot. Varietas magna in numero.

Tiberius falsò adſeruit, ſe non exceſſurum.

Sub Claudio quot.

E.

PAG. 14.

IVLIVS *Cæſar ius creandi magiſtratus non totum à populo tulit, crudâ adhuc ſeruitute: ſed cum eo diuiſit. Suetonius ſatis clarè, cap.* XLI. * Comitia cum populo partitus eſt, vt exceptis conſulatus competitoribus, de cetero numero candidatorum, pro parte dimidiâ, quos populus vellet, pronuntiarentur: (*iuſtum comitiorum verbum eſſet*, renuntiarentur:) pro parte alterâ, quos ipſe dediſſet. (*ſcribe*, edidiſſet.) Et edebat per libellos circum tribus miſſos ſcripturâ breui, Cæſar Dictator illi tribui. Commendo vobis illum & illum, vt veſtro ſuffragio ſuam dignitatem teneant. *Vbi vides, Conſulibus exceptis, in ceterorum ſuffragia æquale ius principi fuiſſe cum plebe. Nam Conſules quidem, ſummi imperij olim nomen, & ipſe*

Comitia qualia ſub Cæſare.

* Vide Dionem lib. XLIII. actis anni DCCIX. Suetonij leuiuſculæ correctiones.

Comitia sub Aug. Suetonius explicatus, præter mentem vulgi.

& ipse & secuti principes seposuerunt Senatui sibique. Augustus deinde Comitiorum pristinum ius (*verba Suetonij sunt, cap.* XL.) reduxit: ac multiplici pœnâ coërcito ambitu, die comitiorum tribulibus suis, &c. *Quo loco pristinum ius, non vetus illud accipio quod integrâ libertate: sed hoc idem, quod à patre eius Iulio institutum. Pristinum tamen ideò, quia per bella ciuilia & impotentem Triumuiratum, abolitus Cæsarianus mos. quem reduxit longo interuallo nunc Augustus. Eum Suetonij sensum (nam interpretes silent aut vacillant) adstruo ex Dione, lib.* LIII. Ὁ δὲ δῆμος ἐς τὰς ἀρχαιρεσίας καὶ τὸ πλῆθος αὖ συνελέγετο, ἀμφότερα μὲν οὐδὲν ἐφαίνετό τι, ὃ μὴ καὶ ἐκείνῳ ἤρεσκε. Τοὺς γὰρ ἐν ἀρχῇ ὄντας, τοὺς μὲν αὐτὸς ἐκλεγόμενος προεβάλλετο, τοὺς δὲ καὶ ὅτι τῷ δήμῳ τῷ τε ὁμίλῳ καὶ τὸ ἀρχαῖον ποιούμενος, ὅπως μελεῖτο, ὅπως μήτ' ἀνεπιτήδειοι, μήτ' ἐκ παρακελεύσεως, ἢ καὶ δεκασμοῦ ἀποδεικνύωνται: Populus autem ad comitia iterùm conueniebat: etsi nihil tamen fiebat, quod Augusto displiceret. Nam & ipse quosdam futuros magistratus designabat; alios populo & conuentui, ex more prisco, eligendos permittens, id modò curabat nequi indigni, néve per coitiones aut ambitum designarentur. *Aliquid tamen plebi etiam cum consulum comitiis fuisse, videtur colligi ex Dione* LIV. *in actis anni* DCCXXXIV. *Tiberius primus, animis Quiritium fractis iam & ad seruitium factis, ius omne sibi & senatui sumpsit, populi nullo loco. Quod Tacitus his verbis voluit,* comitia è campo ad patres tralata. *Sed in Consulibus quid eius æuo fuerit, Tacitus ipse effari non potest fine huius libri:* De comitiis consularibus, quæ tum primùm illo principe ac deinceps tuêre, vix quidquam firmare ausim. adeò diuersa non modò apud auctores, sed in ipsius orationibus reperiuntur. *Potest Dio: qui videtur omnem consulum renuntiationem ad Tiberium referre: aliorum magistratuum ad Senatum, commendatione principis interpositâ. quem lib.* LVIII. *vide. Ex eo tempore expers suffragiorum populus, donec Caius* Tentauit comitiorum more reuocato, suffragia populo reddere, *ait Sueton. cap.* XVI. *scilicet Tiberij instituto omisso, Augusti reuocato: sed idem ille omisit. Tiberianumque morem, apud secutos principes valuisse deinceps, clarum ex memoriis rerum.*

Comitia Tiberiana, cuiusmodi.

In consulibus obscura.

Caius innouat, & omittit.

A

B

C

F.

PAG. 16.

ORIGINEM *& progressum stipendij Romani docui nuper in* * *Electis, & verè. Aureus in mensem fuit, id est, deni in diem asses, vt hîc milites fatentur. Quomodo ergo iidem milites, statim denarium petunt, quasi ad stipendium augendum?* Vt singulos denarios mererent. *&*, Vt denarius diurnum stipendium foret. *Nónne enim, inquiunt, denarius idem quod deni asses? Et Æmilius Ferretus quidem post multum æstum hæsit in hoc vado. Locos eos pugnantes sic conciliat, quasi milites petant, inquit, duplicari stipendium: id est alios denos asses, præter illos datos. Vir optimus non didicit* * *conciliaturas. Quod Suetonius dicit voluisse eos æquari stipendio Prætorianis, (ij autem binos denarios capiebant:) de Germanico milite dixit, non de Pannonio, vt censet ipse, & post eum vir doctus. Dio de hac seditione nimis clarè,* Τό, τε σύμπαν, ἐθ' ὑπὲρ ἐκκαίδεκα ἔτη στρατευσθῆναι ἤθελον, καὶ δεκαχιλίων ἡμερησίαν φέρειν, τά τε ἄθλα διπλᾶ αὐτοῖς ἐν τῷ στρατοπέδῳ λαμβάνειν ἠξίουν. *En, petebant, ait,* δεκαχιλίων ἡμερησίαν: Et vniuersè, neque supra decimum sextum annum militare volebant; & Drachmam diurnum stipendium habere; & præmia statim in ipsis castris accipere. *Non ergo duas, vt volunt illi. Sed quid alludo? res sic sè habet. Aliud illo æuo Denarius, aliud deni asses. Per bella videlicet ciuilia (& sentimus etiam nunc) creuerat auri pretium & argenti. Itaque Denarius* XVI. *primò assibus, (& pro ratione, sestertius item assibus quattuor, quod ex Mæciano & Vitruuio disco) tandem æstimari* XII. *cœpit, in eoque stetit, Augusti & sequentium aliquot Principum æuo. Quo argumento? Claro quidem, è loco Suetonij, vt* * *nos eum emendauimus orchestræ non dubio consensu, in Domit. cap.* VII. *Ex quo clarum, aureum Romani militis stipendium fuisse in menses. At si aureus: ergo non plus* XXV. *denariis. Abi nunc ad mensularios, & reduc denos in diem asses (ita vt mensis dies habeat triginta) ad denarios* XXV. *reperies Denarium ipsum planissimè valuisse duodecim asses. Quid ergo miraris, si milites pro denis assibus denarium petant: vt quinque scilicet denarios in mensem faciant lucri? At acriter in hanc sententiam pugnat* * *Plinius. qui ait in militari*

* *Cap.* II. Deni asses, diurnum militis.

Errat Ferretus; refellitúque.

* Turpi notione conciliaturæ vox.

Discrimen inter Denarium & Denos asses.

* *Vide Electa.* Fruta Denarij æstimatio ex Aureo menstruo.

* L XXXIII. *cap.* III.

D

A *militari ſtipendio ſemper denarium pro decem aſſibus datum Pugnet, ego eum tam tranquillum reddam, quàm alcedo olim mare. Nam Plinius quidem planè à me eſt. Ea, inquit, ſeueritas diſciplinæ militaris fuit, vt quamquam denarij pretio ſæpiùs aucto, miles tamen nihil inde commodi ſenſerit; ſed proinde illi in ſtipendium denarius proceſſerit, quaſi ſi eſſet tantùm aſſium denûm. Ea Plinij mens: aut ſi alia, de priſcâ rep. ſenſit, non de hac Auguſtâ. Simile prorſus ante annos paucos vidimus in vrbe, vrbium ocello Hiſpani militis in petulanti illâ ſeditione præcipuum poſtulatum fuit, vt Aureos in ſolutum acciperet priſcâ æſtimatione, non hac grandi quæ obtinebat. Nec impetrauit fecitque lucri in auri pretio fiſcus: quod olim in argenti reſp. Romana. Porrò quod ad modum hunc ſtipendij attinet: ſcire licet eumdem propemodum fuiſſe Græcis. Daricum enim in menſes accipiebant, id eſt* XX. *drachmas: in expeditione Cyri, ſeſquidaricum extorſerunt, tantúmnon per ſeditionem. Xenophon, lib.* I. Περὶ ἀναβάσεως Κύρ. Ὁ Κῦρος ὑπισχνεῖται ἡμιόλιον πᾶσι δώσειν ἧς πρότερον ἔφερον, ἀντὶ δαρεικοῦ, ζία ἡμιδάρεικα τοῦ μηνὸς τῷ στρατιώτῃ: Cyrus promittit ſeſquialterum ſtipendij prioris & recepti ſe daturum: ita vt pro Darico in menſem, ſeſqui-Daricum acciperent ſinguli. *Et ſimilis de Darico menſtruo locus,* VII. *libro. Melior ergo conditio*
B *militis Romani.*

Græcanici ſtipendij idem modus ferè.

G.

PAG. 16.

SVETONIVS *id quoque ab Auguſto eſſe oſtendit, ſed obſcuriùs, cap.* XLIX. Quidquid vbique militum eſſet, ad certam ſtipendiorum præmiorumque formulam aſtrinxit: definitis, pro gradu cuiuſque, & temporibus militiæ, & commodis miſſionum: ne aut ætate aut inopiâ poſt miſſionem ſolicitari ad res nouas poſſent. *Nam commoda miſſionum, hanc pecuniam accepit. Sed clariſſimè Dio, lib.* LV. *ſumma etiam præmij expreſſa:* Χαλεπῶς δὲ δὴ τὸ στρατιωτικὸν φέρον τὸ τῶν ἄθλων σμικρότης ἅτε τοὺς πολέμους τοὺς τότε συνεχεῖς οὐκ ἠκίστου ἐχόντων, καὶ μηδενὸς ἔξω τῆς τεταγμένης σφίσι στρατείας σφίσι χρόνου ὅπλα λαβεῖν ἐθέλοντος, ἐψηφίσθη, τοῖς μὲν ἐκ τῶν δορυφορικῶν πεντακισχιλίας δραχμὰς ἐπειδὰν ἐκκαίδεκα ἔτη, τοῖς δὲ ἑτέροις χιλίας ἐπειδὰν εἴκοσι στρατεύσωνται, δίδοσθαι: Cùm milites præmiorum tenuitatem, ob bella tunc exorta, ægrè ferrent, nec facilè quiſquam extra definitum militiæ tempus arma ſumere vellet: decretum eſt, vt Prætorianis quinque millia drachmarum poſtquam ſedecim annos, reliquis tria millia darentur, poſtquam viginti militaſſent. *Ex quo loco pronum mihi eluere vetuſtam Suetonij maculam, Cal. cap.* XLIV. Ceterorum increpitâ cupiditate, commoda emeritæ militiæ ad ſexcentorum millium ſummam recîdit. *Hæc præmia enim haud dubiè intellegit. At quomodo conſtat immanis illa ſexcentorum millium ſumma: ſi ex Dione veriſſimum eſt* χιλίας δραχμὰς *tantùm, id eſt, Romano more, duodena millia nummûm deſtinata iis fuiſſe? Caligula autem de eâ ipsâ ſummâ aliquid recîdit. Scribe igitur,* ad ſex millium ſummam. *Ea enim veritas: & Caligula dimidium imminuiſſe putandus eſt præmij militaris. Pretium operæ eſt ſanè hæc loca inter ſe conferri, & non per caliginem vltrà ſciri rationem militiæ ſub Auguſto. Hæc pecunia alio nomine, Emeritum dicta: quia ſcilicet emeritis debebatur. Modeſtinus:* Qui militiæ tempus in deſertione impleuit, emerito priuatur. *Et,* Vt veteranus reſtituetur, & emerita accipiet. *Menander Arrius,* Et præmia & emeritum capiet. *Sueton. in Aug. cap.* XXIV. Alias
D legiones immodeſtè miſſionem poſtulantes citra commoda emeritorum præmiorum exauctorauit. *vbi malo,* emeritorum & præmiorum. *Commoda iuſtæ militiæ idem ſcriptor dixit Vitellij cap.* XV. Dilectum eâ conditione in vrbe egit, vt voluntariis non modò miſſionem poſt victoriam, ſed etiam veteranorum iuſtæque militiæ commoda polliceretur. *Dio* alibi adſerere videtur, eam pecuniam adtributam pro agris, his verbis:* Καὶ διέταξε *(Auguſtus ſcilicet)* τά τε ἔτη ὅσα οἱ πολῖται στρατεύσαιντο, καὶ τὰ χρήματα, ὅσα παυσάμενοι τῆς στρατείας, ἀντὶ τῆς χώρας, ἣν ἀεί ποτε ἤτουν, λήψοιντο: Annos, quot ciues in legionibus militarent, definiuit; & pecunias, quas ſoluti militiâ, pro agris (quos ſemper petebant) acciperent. *Cui ambigo an adſentiar, quia non ſemel hîc in Tacito & pecuniæ mentio & agrorum.*

E Plinio obiectum, ſolutum.

Suetonius emaculatus.

Emeritum ea ipſa pecunia.

* *Lib* LIV. Ea pecunia, an agrorum vice data.

PAG. 17.

H.

Præfectus castrorum quando. Vegetius emendatus obiter.

DESCRIBIT *Vegetius lib.* II. *cap.* X. Erat etiam castrorum Præfectus licet inferior dignitate, tamen occupatus non mediocribus caussis. Ad quem castrorum positio, valli & fossæ destinatio (*nescio an* designatio) pertinebat. Tabernacula vel casæ militum cum impedimentis omnibus nutu ipsius curabantur: præterea ægri contubernales, & medici à quibus curabantur. vehicula, sagmarij, nec non ferramenta quibus materia secatur vel cæditur: item ligna vel stramina, arietes, onagri, ballistæ, ceteraque genera tormentorum procurabat aliquando ne deessent. Is post longam probatamque militiam legebatur, vt certè (*potiùs*, rectè) doceret alios, quod ipse cum laude fecisset. *Quæ verba ad lucem huius loci pertinent, & plurium infrà, in quibus de castrorum Præfecto. Cuique autem legioni suus castrorum Præfectus fuit, si tamen tenderet seorsum. Colligo ex Tacito, lib.* XIV. Pœnius Posthumus, Præfectus castrorum secundæ legionis. *& Velleio lib.* II. At è Præfectis castrorum duobus, quàm clarum exemplum L. Eggius, tam turpe Ceionius prodidit. *Supra Tribunos militum collocare eos visus noster Histor. secundo in pompâ Vitellianâ.* Ante aquilam Præfecti castrorum, Tribunique, & primi Centurionum candidâ veste. *Vir egregius, cuius memoriam amo, colo, in Semestribus suis censuit hunc eumdem esse cum Prætorij Præfecto. & Vespasiani auum etiam auget hac dignitate, quoniam Suetonius scripserit:* Polla patrem habuit Vespasium Pollionem ter Tribunum militum, Præfectumque castrorum. *Abi vir maxime, lucrifac, reliquæ virtutis tuæ caussâ, censoriam hanc notam.*

Quæque legio suum Præf. habuit.

Lapsus viri docti, qui hunc confundit cum Præf. Præt.

PAG. 18.

I.

Ornari insignia, quid fuerit.

REBVS *lætis & militiâ prosperâ, ornari signa mos fuit, lauru, floribus, vnguentis. Claudianus:*

Lætaturque tamen: Mauortia signa rubescunt
Floribus, & subitis animantur frondibus hastæ.

Floribus coronata.

Suetonius Claudij cap. XIII. Verùm intra quinctum diem oppressus est, legionibus in pœnitentiam religione conuersis: postquàm denuntiato ad nouum Imperatorem itinere, casu quodam an diuinitùs, neque * aquilæ ornari, neque signa conuelli potuerunt. *Et Orosius eâdem de re*: Die dicto vt in vnum vndique ad nouum Imperatorem conuenirent, neque aquilæ ornari, neque conuelli quoquo modo signa moueríve potuerunt. *Signa ergo in eiusmodi lætitiis obuiamque itionibus ornabantur. cui rei adhibita etiam vnguenta. Plinius lib.* XIII. *cap.* IV. Aquilæ certè ac signa puluerulenta illa ac custodiis horrida inunguntur etiam festis diebus. vtinamque dicere possemus, quis primus instituisset. Ita est: hac mercede corruptæ terrarum orbem deuicêre aquilæ. *Nec aliud est, quod noster hîc appellat insignium fulgorem. Ita lib.* XV. Hinc agmina legionum stetêre fulgentibus aquilis signisque, & simulacris in modum templi. *Et Liuius etiam lib.* XXVIII. Asdrubal clamore equitum excitatus, vt ex tabernaculo prosiluit, tumultumque ante vallum & trepidationem suorum, & procul signa legionum fulgentia plenosque hostium campos vidit. *etsi paullò aliter id accipio de fulgore argenti, puluere detersò: quia nondum illo æuo notus luxuriæ mos. Contrà in tristitiâ & rebus artis, signa horrida & incompta. Tacitus in funere Germanici:* Præcedebant incompta signa, versi fasces. *Libro* IV. *Histor.* Reuulsæ imperatorum imagines, innexa signa, fulgentibus hinc inde Gallorum vexillis. *Libro* XV. *de fugâ Pæti*: Corbulo cum suis copiis apud ripam Euphratis obuius, non eam speciem insignium & armorum prætulit vt diuersitatem exprobraret. *Nec plura mihi notata de hoc parum cognito adhuc militiæ ritu. Illud addo, manasse videri à statuis deorum: quas melioribus diebus, vnguentis perfundebant, quasi in cultum & honorem. Aquilæ autem nónne dij militares? Cicero* IV. *in Verrem*: Omnes matronas & virgines conuenisse, cùm Diana exportaretur: vnxisse vnguentis, complesse & coronis & floribus. *Arnobius libro* I. Si quando conspexeram lubricatum lapidem, & ex oliui vnguine ordinatum. *vbi malim*

* *Malè in Suet.* aquila. plures enim legiones.

Vnguentis perfusa.

Fulgor insignium.

Signa incompta, quid, & quando.

A *lim*, odoratum. *Apuleius* I. *Florid.* Lapis vnguine delibutus. *Seneca Fragmento de Superstitione* : Alius fictor est, alius vnctor. *Lapis vetus Romæ*: DEINDE. CORONIS. INLATIS. SIGNISQVE. VNCTIS. *Vide quæ notaui lib.* II. *Elect. cap.* XVIII.

K.

RES *initium habuit non à Iulio Cæsare, vt famam esse video; sed ab Augusto. Nam Cæsar quidem tributi nomine* H-S. *quadringenties imposuit Galliæ victæ, vti apud Suetonium & Eutropium in melioribus libris legi : censendi prouincialem rationem non ipse, non priores instituerunt ante Augustum. Ille auctor rei. Claudius oratione, quam in Senatu habuit Censor.* Quandò census cœperit. Non à Iulio, vt putant, sed ab Augusto. Sed districtè iam Comatæ Galliæ caussa agenda est, in quâ si quis hoc intuetur, quod bello per decem annos exercuerunt Diuom Iulium: idem opponat centum annorum B immobilem fidem obsequiumque, multis trepidis rebus nostris plusquam expertum. Illi patri meo Druso Germaniam subigenti, tutam quiete suâ securamque à tergo pacem præstiterunt. & quidem cùm ad census (*nescio an*, à censu) nouo tum opere & inadsueto Galliis ad bellum auocatus esset. Quod opus quàm arduum sit, nobis nunc cùm maximè, quamuis nihil vltrà quàm vt publicè notæ sint facultates nostræ exquiratur, nimis magno experimento cognoscimus. *Ait clarè*, Nouo tum opere & Galliis inadsueto. *Rem insignem epitoma Liuij non tacuit, libro* CXXXIV. Cùm Augustus conuentum Narbone ageret, census à tribus Galliis, quas Cæsar pater vicerat, actus. *Idque accidisse ex Dione disco, septimo Augusti consulatu.* In septimo eius Consulatu. Ἐς δὲ τὰς Γαλατίας ἐλθὼν ἐναῦθα διέτριψεν. Ἐκεῖνοί τε γὰρ ὑπεκπυρσεύσαντες ὁι ἐδόκουν, καὶ τὰ τούτων ἀνεστάσαντο ἔτι, ἅτε τῶ ἐμφυλίων πολέμων εὐθὺς ὑπὸ τῆ ἀλώσει σφῶν ὑπηχθημένων, ἦν, καὶ αὐτῆς, καὶ ὑποχειρίους ἐποιήσατο, ⁊ τὸν βίον τήν τε πολιτείαν διεκόσμησε. Verùm, cùm in Gallias venisset, illîc substitit. Nam & Britanni missuri iam legatos videbantur. & res Gallorum inquietæ etiam, quia subactis illis statim bella ciuilia erant consecuta. Itaque & censum illorum egit, & vitam remque publicam composuit. *Huius autem census duplex modus. Videntur enim tributum & in capita contulisse : & in agros, lacus, pecudes, aliasque facultates. Priùs illud eleganter ab Ammiano suggestum, lib.* XVI. *vbi de Iuliano Cæsare verba :* Quàm profuerit anhelantibus extrema penuria Gallis, hinc maximè claret, quòd primitùs partes eas ingressus pro * capitibus singulis tributi nomine vicenosquinos aureos repperit flagitari, discedens verò septenos tantùm munera vniuersa complentes. *Tertullianus Apologetico :* Sed enim agri tributo onusti, viliores; hominum capita stipendio censa, ignobiliora : nam hæc sunt notæ captiuitatis. *Panegyricus scriptor in laudibus Constantini :* Septem millia capitum remisisti quartam amplius partem nostrorum censuum. *& statim :* Remissione istâ septem millium capitum, vigintiquinque millibus dedisti vires, dedisti opes, dedisti salutem. *iterumque :* Certè & tum liberi parentes suos cariores habent, & mariti coniuges non grauatè tuentur, & parentes adultorum non pœnitet filiorum, quorum onera sibi remissa lætantur. *quæ postrema non est vt vllo modo transferas ad capita, quæ vocabant, agrorum. Aliâs non sum ignarus illud ipsum* D *tributum, quod pro modo agrorum penderent, Capitationem dictam à Iurisconsultis, & Saluiano Massiliensi, libro* V. Plerique pauperculorum atque miserorum spoliati resculis suis, & exterminati agellis suis, cùm rem amiserint, amissarum tamen rerum tributa patiuntur: cùm possessio ab his recesserit, capitatio non recedit, *scilicet à numero iugorum & capitum quibus agri coluntur. Sed perseuero, vt Galli in capita contulerint etiam humana. De agris autem, lacubus, aliisque, quæ obnoxia tributo : habes apud Iurisconsultos De censibus, & Panegyristem illum ipsum*: Iacebat illa ciuitas non tam * innixa Romanis, quàm virium defectione prostrata: ex quo eam noui census exanimauerat acerbitas. Nec tamen iustè queri poterat, cùm & agros qui descripti fuerant haberemus, & Gallicani census communi formulâ teneremur, qui fortunis nemini possumus æquari. *Vtrique censui olim præpositi ex primâ nobilitate viri, vt Drusus ab Augusto, Germanicus hîc à Tiberio. Videturque ea non exigua dignitas fuisse, ex Tacito, libro* XIV. Census per Gallias à Q. Volu-

Modus eius census.

* Capita etiam pro pabulis iumentorum, Ammianus lib. XXII.

Capita agrorum.

* *Puto leg.* inuisa.

Exactores & præpositi census.

sio & Sex. Africano, Trebellioque Maximo acti sunt, æmulis inter se per nobilitatem A Volusio atque Africano. Trebellium dum vterque dedignatur, suprà tulêre. *In lapide,*

Q. MANILIO
C. F. CORDO. T.
LEG. XXI. RAPAC.
PRÆF. EQVIT. EXACT.
TRIBVT. CIVITAT. GALL.
FAC. CVR.
CERTVS. LIB.

Tabulæ censûs. De anno & trib. Quando exacti ij censûs.

Id est, Exactori tributorum ciuitatum Galliæ. *Hi census in tabulis perscripti. Dio in vitâ Caligulæ:* Κυβεύων δέποτε, ἔ μαθὼν ὅτι ἔκ εἴη ὁι ἀργύριον, ἠτησέ τε τὰς τῆς Γαλατῆς ἀπογραφὰς, καὶ ἐξ αὐτῆς τὰς πλουσιωτάτας θανατώσας κελεύσας, *&c. Vnde Tabulæ censuales in codice Theodosiano, & Iustiniani l.* IV. *De Agric. & censit. & alibi, Paginæ censuales. Actique videntur singulis lustris. Panegyricus:* Quinque annorum nobis reliqua remisisti. O lucrum omnibus B lustris felicius! *aut etiam singulis annis. Nam ecce in Tacito anno pòst, P. Vitellius & Scantius mittuntur ad census Galliarum, lib.* II. *Tributum tamen ipsum, videtur olim descriptum fuisse in singulos menses. Docet factum Licinij Procuratoris apud Dionem, qui, vt ait, eò malitiæ peruenerat, vt quoniam singulis mensibus tributum erat Gallis pendendum, quattuordecim definiret anni menses. Vide rem non iniucundam, apud optimum scriptorem, quod quidem ad ritus priscos adtinet, libro* LIV.

PAG. 24.

L.

Contra Suetonium disputatio, de Caligulæ natali solo.

SVETONIVS *non spernit solùm sententiam hanc, sed longâ & acri disputatione euertit. Cui manus ego nondum do. Quid enim? an vulgus eius æui (nam versiculi illi, Caligulâ principe, statim diuulgati sunt) nesciit Imperatoris sui solum genitale? tam impudenti mendacio ludere ius fuit? Non Plinius & Tacitus, ea quæ Suetonius, peruiderunt? Scilicet iis cura non* C

Ad primum Suetonij argumentum.

fuit inspiciundi Acta? logi. non copia? nugæ. At enim, inquit, natus est Caius patre suo & C. Fonteio Coss. pater autem Consulatum eum anno toto gessit, & quidem in vrbe. Non igitur nasci potuit in castris: quoniam pater demum exacto Consulatu in Germaniam est missus. Primùm, Suetoni, quod tu sumis vt datum, fieri potest vt quis illorum iubeat te reponere. ambigo, inquam, vtrùm illæ meæ partes consentiant conscisçantque natum eo anno Caium esse. Video enim dissentire alios in numero annorum quos dicitur vixisse. Et quid si paullò antè natus sit, cùm pater in Germaniâ esset? quid si paullò pòst? Deinde, mi homo, quæritur quando natus Caligula sit, non quando satus. Nónne ipso patre Consule vt tu vis, nasci potuit in castris? Nec enim opus credo eam ad rem præsentiâ patris. Nam Germanicum constat ex Dione statim à clade Varianâ continenter in Germaniâ mansisse, ad hunc vsque Consulatum. Suspicari autem probabiliter possum, vxorem, quæ tumida & vicina partui, relictam ab eo in Germaniâ donec vterum posuisset. Nam circumduci in longo itinere feminas, vt prisci dicebant, incientes, non ex more, non ex vsu. Potuit ergo nasci in castris, & tamen in Consulatu patris. Sed in Actis reperio, ais, natum eum Antij.

Ad II. argumentum.

Quid si nomen tibi imponit, & Acta de alio quopiam Caio, filio pariter Germanici, senserunt? Non D *enim Caligulæ cognomen discriminis causâ, opinor, apponi potuit Actis. quoniam professio apud Acta, nato statim puero fieri solita: cognomen autem illud posteà in castris illi datum, à veste. Denique contra tabulas Actorum, Plinij pagina est, & hic noster fidelissimus senex: mihi quidem testis* * ἐκ τῆς Διὸς δέλτου. *Addis amplius, ex Augusti epistolis liquere bimulum demum perductum in castra: non ergo ibi natum. Batuis tu, non pugnas: rude, non gladio feris. Quid enim obstat Agrippinam peperisse in Germaniâ, redisse in vrbem mariti sui Consulatu: deinde ipsam & infantem in Germaniam reuertisse? Quòd Antium prætulerit omnibus secessibus Caius: quin tu hoc argumento, Tiberium Capreis genitum dicis, Tibure aut Lanuuij Augustum? Itaque quidquid Suetonius conetur; me quidem iudice, Hæc pars adhuc, vt in formulâ Senatoriâ est, maior esse videtur. Cui, præter consulares illos, subscribunt pedanij Senatores, Sex. Victor, & Athenæus libro* IV. *cap.* VII.

* è tabulis Iouis.

Ad tertium.

Ad quartum.

M. PRO-

A

M.

PAG. 38.

PROVINCIARVM *diuiſio à Cæſare Auguſto in ſexto Conſulatu facta duplex. Aliæ populo datæ, aliæ Cæſari. In eas quæ populi, propriè dicti Proconſules mittebantur: in Cæſaris, Legati aut Proprætores. qui interdum tamen & Prætores dicti; aut coniunctim Legati propræto-res, vt in lapidibus plerumque. Rectorum, & Præſidum nomen generale eſt: etſi Præſes, Præſidialesque prouincias, de Cæſarianis reperies etiam, ſignificatione artâ. Diſcrimen inter Proconſules Legatosque multum. Primò, quòd ij in populi prouincias miſſi, quæ ferè inermes: hi in Cæſaris, quæ copiis inſtructæ.* II. *quòd illorum annua tantùm adminiſtratio: (vnde in Taciti lib.* III. *Flamen ait,* quanto facilius ſe abfuturum ad vnius anni proconſulare imperium? *Et Apuleij Florid.* II. Quid nobis cum iſtis proconſulum vicibus? quid cum annis breuibus & feſtinantibus menſibus?) *horum longior contractiórve, vt Cæſari viſum.* III. *Proconſules*

B *ſorte miſſi. eoque Suetonius Aug. c.* XLVII. ceteras prouincias Proconſulibus ſortitò permiſit: *& Tacitus, lib.* III. eoque etiam Aſiæ ſorte depellendum incuſauit: *at Legati, Cæſaris dilectu,* ἀκλεφοτεῖ, *vt ait Dio. Statius lib.* I. *Silu.*

—— cùm tanti lectu rectoris habenas
Gallice fortunâ non admirante ſubiſti.

Qui proprie proconſules & legati.

Diſcrimina inter vtroſque.

Coniungit vtroſque Tacitus lib. II. *Qui ſorte, aut miſſi prouincias tenerent.*

IV. *Proconſules ſtatim egreſſi vrbe inſignia imperij ſumunt (* τὰ δ' ἀρχῆς ὕπαθρα, *ait Dio) puta lictores, faſces; nec deponunt, niſi ingreſſi iterùm vrbem: at Legati, non antequam prouinciam attigerint, & in ipsâ prouinciâ deponunt.* V *Proconſules* * *pacato habitu, & gladio non accincti fuerunt, (ex inſtituto quidem Auguſti, quod tamen poſteà mutauit:) Legati,* τὴν στρατιωτικὴν στολὴν, *id eſt paludamentum, geſtarunt, & gladium, vt quibus ius eſſet militis animaduertendi.* VI. *Proconſules ſex lictoribus faſcibusque vſi: quinque dumtaxat Legati qui Conſulatum nondum geſſiſſent. Dio auctor,* LIII. *Septimò, Proconſuli tres Legati fuére: Legato vnus. Dio ibidem. Atque hæc diſcrimina. ſed ex iis nihil eruas, cur prouinciarum Cæſaris conditio (quod tamen hîc ex Tacito clarum) melior penſiorque. Niſi id tamen in bonum prouincialium vertit, quod vtraque prouin-*

C *cia vni credita Legato. ideoque minus onerum in alendo ipſo & canibus illis qui tribunal lambunt. Clarè Tacitus lib.* V. Is Macedoniæ tum intentus Achaiam quoque curabat.

* Statium hinc intellege, lib. V. Silu. ad Criſpinum: *Mille vrbes Aſia ſortito rexerit annò Imperium, mulcente tegâ.*

N.

PAG. 38.

SED *quis olim, quæſo, modus lucaris? omnia enim aut peruadit aut tentat noſtra curioſitas. Vulgaris actoris videntur fuiſſe denarij quinque. Seneca epiſt.* LXXXI. Ille qui in ſcenâ elatus incedit, & hæc reſupinus dicit, *Imperito Argis,* ſeruus eſt, quinque modios accipit & quinque denarios. *Aut certè ſeptem, vt apud* * *Lucianum in loco qui re & verbis Se-*

D *necæ illi par:* Εἰκότες μάλιστα τοῖς τραγικοῖς ἐκείνοις ὑποκριταῖς, ὧν ἢν ἀφέλῃς τὰ περιστρωπεῖα, καὶ τὴν χρυσόπαστον ἐκείνην στολὴν, τὸ καταλειπόμενον ὅτι γελοῖον ἀνθρώπιον, ἑπτὰ δραχμῶν εἰς τὸν ἀγῶνα μεμισθωμένον: Similes maximè tragicis illis hiſtrionibus, quibus ſi perſonas auferas, & auratam illam veſtem; quod relinquitur, ridiculus homuncio erit, ſeptem drachmis ad certandum agendumque conductus. *Mutata tamen ſæpiùs res, cùm vulgus editoresque multa adderent hiſtrionibus famoſis, præter morem. Ideò Tiberius,* Ludorum ac munerum impenſas corripuit, mercedibus ſcenicorum reciſis. *& M. Antoninus Imp.* Temperauit ſcenicas donationes, iubens vt quinos aureos ſcenici acciperent: ita tamen vt nullus editor decem aureos egrederetur. *magno tamen corruptis moribus incremento, ſi pro quinque denariis ventum ad aureos quinque. Sed Seneca, fortaſſe & Lucianus, de diurnâ mercede agunt: Capitolinus de menſtruâ, aut certè productione totâ. Aut denique merces tam ampla ad principes ſcenæ pertinet, non ad pueros hiſtrionum. Quod ait de editore, video labi virum doctum. hoc iubet Imperator, vt nemo editor, id eſt Prætor aut magiſtratus qui ludos præbet, ſuggerat iis ſupra decem. eſtque quaſi correctio in capite eiuſce legis. Sed vnde hæc pecunia? ſæpè ab editoribus, ſæpe à fiſco. Ideò Gloſſæ.* Lucar, μισθὸς ἀπὸ φίσκου. *Alias,* Lucar, τὸ ταξικόν. *Plutarchus,* τὸ τελέμμορον εἰς τὰς θέας.

Quis modus lucaris.

* In Icaromenippo.

Lucar ſæpè mutatum.

Capitolinus explicatus.

ADD. NOTAVI è *Capitolino quinque aureos ſtatam mercedem fuiſſe ſcenicorum. Addè A Scholiaſtem Iuuenalis in illud,*

——victori populus quod poſtulat aurum.

Præmium hiſtrionum. Vt in theatro, *inquit,* ſolent petere quinque aureos. nam non licebat amplius dare.

IVSTI LIPSI
AD
C. CORNELII TACITI
ANNALIVM LIBRVM II. B
EXCVRSVS.

PAG. 42. **A.**

Reges Parthorum quatenus ad Romanos pertinent.

PARTHORVM *reges, qui innexi rebus Romanis : vlteriora mihi non ſunt curæ.*

I. ORODES. *Iuſtino,* Herodes : *Plutarcho,* Ωρώδης. *qui vicit Craſſum.* { PACORVS, *à P. Ventidio victus cæſuſque. Dio, & alij.* / PHRAATES; *Plutarcho,* Phraortes. C

II. PHRAATES. *cum quo M. Antoninus bellum geſſit. Teridates eum regno pepulit : ſed ipſe breuî pulſus, Phraate reſtituto. cui legitimi filij quattuor.* { SARASPADES. / CEROSPADES. / PHRAATES. / VONONES. *eius F.* { MEHERDATES.

Vnus ex concubinâ Romanâ muliere, Thermuſâ, genitus. qui aſtu matris in Parthis remanſit. de quo Ioſeph. lib. XVIII. *cap.* III. { PHRAATACES, *nothus.*

III. PHRAATACES, *patris interfector, maritus matris. breuî pulſus, facinorum odio, moritur. Idem Ioſephus.*

IV. ORODES, *Ioſepho, Herodes, neſcio cuius proles. cœtu popularium facto cæſus in ſacrificio vel venatu, ob crudelitatem. Ioſeph.*

V. VONONES. *de quo hîc Tacitus, & loco dicto Ioſephus.*

VI. ARTABANVS. *non ex rectâ priorum regum ſtirpe, tamen Arſacides & Medorum anteà rex, ait Ioſephus. Contra eum rex miſſus à Tiberio Phraates, de quo ſuprà, Vononis frater. ſed in viâ periit. poſteà Teridates (neſcio cuius proles, nepos tamen Phraatis) qui pepulit Artabanum, iterumque ab eo pulſus. Regnum tenuit ad Claudij principatum.* D

Eius filij: { ORODES. *qui Armeniæ rex. Tacit. lib.* VI. / DARIVS. *qui Vitelliano fœdere cum Artabano, obſes miſſus Romam. Ioſephus. Is eſt quem nominat Suet. Calig. cap.* XIX.

VII. GOTARZES. *Artabani frater, qui necem ipſi filiisque maturauit. Tacit. lib.* XI.

* Imperitauit Apollonij tempore. Vide Philoſtratum l. 1.

VIII.* VARDANES, *item Artabani frater. pepulit Gotarzem. Tacit. lib.* XII.

IX. GOTARZES, *iterùm, mortuo fratre. Contra eum ſubmiſſus* MEHERDATES, *filius Vononis, imperante Claudio. Fruſtra. victor prælio Gotarzes.*

X. VONO-

A X. VONONES (*ignoro ſtirpem*) *anteà Mediæ rex*, *lectus accitusque à Parthis, ſed breui & inglorio regno. Tacit.* XII. { VOLOGESES. / TIRIDATES, *ſub Nerone Armeniæ rex.*

XI. VOLOGESES, *vel vt Græci*, VOLOGÆSVS; *Vononis huius F. per tempus Neronis. Vixit ad Veſpaſiani imperium, vt liquet ex Taciti Hiſtor. lib.* IV.

B.

PAG. 42.

APVD *Plautum mater familias*,

Obſignate cellas, referte anulum ad me,
Ego huc tranſeo in proximum ad meam vicinam. *Et alibi ſeruus:*
Iſti parcipromi qui ſalinum ſeruis obſignant cum ſale.

B *Plinius* XXXIII. At nunc cibi quoque & potus anulo vindicantur à rapinâ. *Ab hoc more Martialis libro* IX.

Septem poſt calices Opimiani
Denſo cùm iaceam triente læſus,
Adfers neſcio quas mihi tabellas,
Et dicis, Modò liberum eſſe iuſſi
Zenam, ſeruulus eſt mihi paternus.
Signa. cras melius, Luperce, fiet:
Nunc ſignat meus anulus lagenam.

Et ſimile, quòd mater Ciceronum amphoras vinarias ſignare ſolita etiam inanes. Clemens lib. III. *Pædag. feminis Chriſtianis talem anulum dat:* Δίδωσιν ἓν (ὁ παιδάγωγος) ἀυταῖς δακτύλιον ἐκ χρυσίου, ἐφ' ᾧ τὸν εἰς κόσμον, ἀλλ' εἰς τὸ ἀποσημαίνεσθαι τὰ οἴκοι φυλακῆς ἄξια, δηλαδὴ τὴν ἀπραγμόνευτον τῆς οἰκουρίας. Εἰ γὰρ οἱ πάντες ἦσαν παιδαγωγούμενοι, ἐφ' ἑνὸς σφραγίδων ἔδει, ὅπερ ὄντων δικαίων καὶ οἰκετῶν καὶ δεσποτῶν. Ἐπεὶ δὲ ἡ ἀπαιδευσία πολλὴν ἐνδίδωσι ῥοπὴν εἰς ἀδικίαν, σφραγίδων ἐδεήθημεν: Tribuit etiam feminis anulum aureum, non herclè ad ornatum, ſed ad ſignandum ea quæ domi cuſtodienda ſunt, propter curam domeſticam quæ illis incumbit. Si enim omnes à pædagogo rectè inſtituti eſſemus, ſuperuacua eſſent ſignacula, omnibus ex æquo bonis, ſeruis dominiſque. Sed quoniam aut nulla aut mala inſtitutio cauſſam magnam præbet iniuriæ, opus habuimus ſigillis. *Vbi vides etiam illo æuo morem priſcum. Anulos eiuſmodi ſignatorios (ferreos tamen, vt appareat ſeruorum fuiſſe, aut vulgarium militum) complures erutos ipſi vidimus in Batauis, cum adiunctâ claui. ad duplicem ſcilicet vſum, ſignandi aperiendique. Eorum hæc forma, magnitudine minimiſſimi digiti. Plinius Iliacis temporibus ignotum anulorum vſum fuiſſe docet*, quoniam conditas arcis veſtes vaſaque aurea & argentea, & ea colligata nodi non anuli notâ Homerus indicat. *Verſus Homeri, quos reſpexit, ſunt, Odyſſ.* Θ.



Claues anulatæ.

Αὐτὸς νῦν ἴδε πῶμα, θοῶς δ' ὅπι δεσμὸν ἵηλον,
Μήτις τοι καθ' ὁδὸν δηλήσεται.

Ad hos anulos pertinere velim, Valerij locum lib. VII. *cap. vlt.* Inſuperque anulos ſuos ei tradidit: videlicet nequid ex eâ hereditate, quam non erat aditurus, amitteret. Quos ocyùs vir diligens, ſed morientis amici plenum contumeliæ ludibrium, in locellum repoſitos & à præſentibus obſignatos diligentiſſimè, heredibus illius exheres ipſe reddidit.

C.

PAG. 48.

EXEMPLVM *credo eſſe à Perſis, quibus in militiâ, Aquila præcipuum & regale ſignum. Xenophon de Expeditione Cyri lib.* I. Καὶ τὸ Βασίλειον σημεῖον ὁρᾶν ἔφασαν, ἀετόν τινα χρυσοῦν, ὅπι πτάλτης,

Aquilæ Romanæ exemplum à Perſis.

πέλτης, ὅθι ξύλον ἀνατεταμμένον. *Et Pædia Cyri, libro* VII. Ἦν δὲ ἀυτῷ τὸ σημεῖον ἀετὸς χρυσοῦς ὅθι δόρατος μακρᾶ ἀνατεταμμένος. Καὶ νῦν δὲ ἔτι τοῦτο τὸ σημεῖον τῶν Περσῶν βασιλεῖ ὑπάρχει: Erat autem ei signum, aurea aquila in longâ hastâ suspensa. & nunc etiam id insigne Persarum regibus manet. *Sed diuersa tamen ea paullum ab aquilâ Romanorum. Nam hæc non aliud, quàm modica ex argento aquila, quæ summæ hastæ insistebat, alis expansis, pede fulmen aureum tenens. Ita, præter M. Antonij nummos, etiam Dio describit libro* XLIII. *de prodigiis ante pugnam Mundensem:* Οἱ δὲ δὴ ἀετοὶ τῶν στρατοπέδων αὐτῶν, τάς τε πτέρυγας σείσαντες, καὶ τὰς κεφαλὰς, ἃς ἐν τοῖς ποσὶν αὐτῶν τινες χρυσᾶς ἔφερον, ἐκβαλόντες, ἐκείνῳ τε τὸ κακὸν ἄντικρυς ὑπέσκηπτον, καὶ αὐτοὶ φεῦγε τὸν Καίσαρα ἀπεπέτοντο: Aquilæ legionum eius, alas concutientes, & fulmina, quæ nonnullæ earum aurea pedibus tenent, abiicientes, Pompeio exitium palàm denunciabant, ipsæque ad Cæsarem quasi auolabant. *Dixi modicam fuisse. collige ex his Flori verbis lib.* IV. Tertiam aquilam signifer, priusquam in manus hostium veniret, euulsit, mersamque intra baltei sui latebras gerens incruentâ palude delituit. *Neque enim baltei latebris tegi potuisset aquila admodum magna. Vide Militiam nostram.*

Romana aquila qualis.

Non magnum id aquilæ corpus.

A

B

PAG. 51.

D.

STATIVS: —— Laurumque superbam
In gremio Iouis excisis deponere Pœnis.

Idem:

—— Et nondum gremio Iouis Indica laurus.

Laurus in fascibus.

Dixi in fascibus lictorum: & eum ritum clarè ponit Dio LIV. *de Augusto:* Καὶ ἐς τὸ Καπιτώλιον ἀνελθὼν, τὴν τε δάφνην ἀπὸ τῶν ῥάβδων ἀφεῖλε, καὶ ἐς τὰ τοῦ Διὸς γόνατα κατέθετο: Et in Capitolium conscendens, laurum à fascibus abstulit, & in Iouis genibus deposuit. *Sicut & Iulius Obsequens:* C. Antonius cùm in agro Pistoriensi Catilinam vicisset, laureatos fasces in prouinciam tulit. Apparuit eum hostibus portendisse victoriam, cùm ad eos laurum victricem tulerit, quam in Capitolio debuerat deponere. *Rectè ergo in Plinio scriptum:* Fasces imperatorum laurus decorat, ex his in gremio Iouis optimi maximi deponitur, quotiens lætitiam noua victoria adtulit. *nec rectè mutauit è libro vetere, vt ait, vir doctus,* exhinc in gremio. *Senecam turpi notâ deformauit quicumque nebulo ignarus huius ritus. Consolatione ad Elbiam, cap.* X. Scilicet minùs beatè viuebat Dictator noster, qui Samnitum legatos audiit cùm vilissimum cibum in foco manu suâ versaret, illâ, quâ tam sæpè hostem percusserat, lancemque in Capitolini Iouis gremio reposuerat: quam Apicius nostrâ memoriâ vicit, qui, &c. *& molestiam obiecit quærendæ lancis, quam numquam inuenies. Libri aliquot,* lanceamque. *Emendo,* laureamque. *verissimè ad hunc triumphi morem. sequentia etiam scribe,* quàm Apicius nostrâ memoriâ vixit. *non, Vicit: & sententia omnis clara. Ne hæreas, simillimus de hisdem Fabriciis Panegyristæ locus Laudatione Theodosij:* Curij, Coruncanij, Fabricij, cùm induciæ bella suspenderant, inter aratra viuebant: & ne virtus quiete langueſceret, depositis in gremio Capitolini Iouis laureis, triumphales viri rusticabantur. *Sed & laurea etiam deposita sine iusto triumpho. vt in Suet. Domitian. cap.* VI. De Sarmatis lauream modò Ioui Capitolino rettulit. *Itemque Nero ob Teridatis in vrbem aduentum,* Imperator consalutatus, laureâ in Capitolium latâ, *in eodem Suetonio cap.* XIII.

Defensa Plinij recepta lectio.

Seneca ad eum morem correctus.

C

D

E. L. SCRI-

A

E.

PAG. 51.

L. SCRIBONIVS LIBO, *qui Consul cum Antonio, anno* DCCXIX. *Vxor incerta. Ex his*	SCRIBONIA, *quæ nupsit* SEX. POMPEIO, *filio Magni, per bellum Siculum. Dio. Appian. Ex his*	POMPEIA, *quæ desponsa* M. MARCELLO, *pignus pacis cum Triumuiris initæ. sed non deducta. Nupsit, vt coniicio, pòst* SCRIBONIO LIBONI. *ex quîs*	L. SCRIBONIVS LIBO. *qui consul initio libri huius.* SCRIBONIVS LIBO DRVSVS. *de quo hîc, qui tantùm Prætor.*
SCRIBONIA, *eius soror, vxor* OCT. AVGVSTI. *Ex his*	IVLIA. *cui maritus* VIPSANIVS AGRIPPA. *Ex his*	CAIVS, LVCIVS *Cæsares.* IVLIA, *nupta L. Paullo.* AGRIPPINA, *nupta Germanico.*	
B *Ex his* SCRIBONIVS LIBO, *de quo nihil legi.*	SCRIBONIVS, *de quo nihil.*	SCRIBONIVS LIBO, *quem volo maritum Pompeiæ fuisse.*	

*Priores duæ lineæ huius generis veræ, & ex historiâ Dionis, Appiani, collectæ. Tertia à solâ coniecturâ est. sed aliter de amitâ Scribonià explicari à me non potest. L. Scribonium Libonem, qui consul fuit hoc ipso anno quo damnatus adolescens, non patrem eius fuisse sed fratrem, ex narratione Taciti liquet. Patrem enim nusquam nominat: nominat fratrem. Hunc fuisse arbitror à quo Scribonia lex denominata: quem vir * magnus in libello singulari ad eam legem imperitè confudit cum isto qui nunc reus.*

* Iac. Raeuardus ad leg. Scrib.

C

F.

PAG. 52.

GRÆCI διοικητὰς, ἐπιτροπευτὰς vertunt. *Itaque ferè cum Procuratoribus æquiparantur: sic tamen vt minùs latè vagetur eorum potestas. Plinius in laudatione Traiani:* Dicitur actori, atque etiam procuratori tuo, In ius veni, sequere ad tribunal. *Idem lib.* III. *epist. ad Caluisium:* Deinde quod non minùs vtile quàm voluptuosum, posse vtramque eâdem operâ, eodem viatico inuisere, sub eodem procuratore ac pænè iisdem actoribus habere. *Saluianus Massilienſis:* Pauent quippe actores, pauent silentiarios, pauent procuratores: prope vt inter istos omnes nullorum minùs serui sint, quàm dominorum suorum. *In marmore prisco:*

Actor publicus, similis procuratori.

HERCVLI. DEFENSORI
PRO. ITV. ET. REDITV
D. CLODI. SEPTIMI
ALBINI. CÆSARIS
D. CLODIVS. D. L.
FELIX
ACTOR. CÆS. N. D. D.

D

id est, Actor Cæsaris nostri dedicauit. *Sic Actores prædiorum, l.* XVI. *C. De procuratoribus. Actores rerum, l. vlt. De offic. præsid. & in Suetonij Domitiano cap.* XI. *Actorem summarum ritè fortasse reposuit Torrentius. Certè enim pecuniæ recipiendæ & expendendæ præerant. Apuleius lib.* II. Philodespotum requirit actorem (*ita è codice scripto Giselini nostri legimus, cùm malè adhuc* auctorem.) eique præcipit, bono custodi redderet sine morâ præmium. *Vt ergo isti in priuatâ familiâ; sic & in rep. Actores. de quibus Plinij locum correctum imputo iuuentuti, lib.* VII. *Epistolâ ad Caninium:* Equidem nihil commodius inuenio, quàm quod ipse feci. Nam pro quingentis millibus nummûm, quæ in alimenta ingenuorum promiseram, agrum ex meis longè pluris exactori (*corrigo inquam*, actori) publico mancipaui, eumdem vectigali impositio recepi, tricena millia annua daturus. *quibus verbis nihil*

Correctus Plinius.

nihil clarius potest ad Taciti mentem. Vt enim ibi ager Actori publico mancipatur : sic hîc serui. A

Serui publici agnominati à magistratibus.

Vide quæ de reip. seruis scripsi libro Electorum, cap. XXII *& adde (quod tunc me fugit) de appellatione eorum à magistratibus, Varronis insignem locum, quem seciùs accepit vir doctus : Lib.* VII. *De linguâ Latinâ*: Nomina habent plerique liberti à municipio manumissi : in quo, vt societatum & fanorum serui non seruarunt proportionem & rationem. Et Romanorum liberti debuerunt dici, vt à Fauentiâ Fauentinus, à Reate Reatinus, sic à Româ Romanus ; vt nominantur libertini à libertis orti, & è publicis seruis populi Romani, qui manumissi antequam sub magistratuum nomina, qui eos liberarunt, succedere cœperunt. *Dicit Varro. Serui publici manumissi, dicti sunt liberti populi Romani, vti reapse erant : manumissi quidem, priusquam ambitiosa hæc consuetudo inualesceret nominandi à magistratibus. Nam ecce cœperunt à Consule quopiam aut Prætore, Corneliani dici, Gelliani, Clodiani. Et adde istis, quæ notaui ibi. Ille amicus noster ad successiones refert & testamenti factionem. Acutè. sed quò tam acutè ?*

Varro explicatus præter mentem viri docti.

B

PAG. 53.

G.

Mathematici quando & quotiens pulsi.

ANNO *vrbis* DCXIV. M. Popillio Lænate, Cn. Calpurnio Coss. C. Cornelius Hispallus Prætor edicto Chaldæos intra decimum diem abire ex vrbe atque Italiâ iussit: leuibus atque ineptis ingeniis, fallaci siderum interpretatione, quæstuosam mendaciis suis caliginem iniicientes. *ait Valerius libro primo. Anno* DCCXXI. *M. Agrippa Ædilis τὰς ἀστρολόγους καὶ τοὺς γόητας ἐκ τῆς πόλεως ἐξήλασεν* : astrologos & vates vrbe eiecit ; *auctor Dio* XLIX. *in extremo. Iterùm anno* DCCLXI. *ab Augusto interdictum seuerè omni vaticinio ac prædictione. notat idem Græcus lib.* LVI. *Sed seriò in primis & cum curâ ea res habita, hoc anno. Senatusconsulti, quod factum, formam & verba certò repperi in * Fragmentis Iurisconsultorum, quæ dedit nuper doctissimus P. Pythœus. Ait ibi Vlpianus, lib.* VII. *de offic. Proconss.* Præterea interdicta est *(ita legit Pithœus)* Mathematicorum callida impostura & obstinacitate persuasio. Nec hodie primùm interdici eis placuit, sed vetus hæc prohibitio C est. Denique exstat S. C. Pomponio & Rufo Coss. factum, quo cauetur, vt Mathematicis, Chaldæis, ariolis, & ceteris qui similem in certum fecerunt (*Pythœus*, similem artem: *ego legerim*, similem cestum, *siue*, quæstum) aquâ & igni interdicatur, omniaque bona eorum publicentur : & sic * eternus gentium qui si id fecerit, in eum animaduertatur. *Dico Domitium intellegere* Sc. *hoc ipsum. At enim ille refert ad Pomponium & Rufum Coss hoc autem anno Taurus & Libo Coss. fuerunt. Non hoc nouum, vt inter scriptores anni vnius discrimen sit. Cælius enim Rufus, & L. Pomponius, Consules fuerunt sequenti hunc anno. Addit Vlpianus alia, quæ ad cognitionem istam :* Sæpissimè denique interdictum est ferè ab omnibus principibus, nequis omnino huiusmodi ineptiis se immisceret : & variè puniti sunt hi qui id exercuerunt, pro mensurâ scilicet * & consultationis (*legerim*, sceleris & consultationis, *vel inductâ copulâ*, scilicet consultationis.) Nam qui de Principis salute, capite puniti sunt, vel quâ aliâ grauiore pœnâ adfecti. *Non omittam oraculum nostri vatis, de his vanis vatibus :* Mathematici genus hominum potentibus infidum, sperantibus fallax : quod in ciuitate nostrâ & vetabitur semper, & retinebitur. D

De tempore Senatusconsulti dissensio.

Vlpianus iterùm emendatus.

Verba propemodum eruta huius Senatusconsulti.

* Libro cui titulus: Mosaicarum legum & Romanar collatio tit. xv.

Correctus Vlpianus.

PAG. 53.

H.

Animaduersiones extra vrbem.

PLAVTVS, —— credo ego istoc exemplo tibi
Esse eundum actutùm extra portam, dispessis manibus
Patibulum quom habebis.

Carnificis domus extra vrbem.

Itaque & carnifex domicilium habuit extra vrbem. Cicero, pro Rabirio perduellionis reo : Sed moreretur priùs acerbissimâ morte millies Gracchus, quàm in eius concione carnifex consisteret. quem non modò foro, sed etiam cælo hoc ac spiritu Censoriæ leges, atque vrbis domicilio carere voluerunt.

Ideò

A *Ideò Plautus,*

——extra portam Metiam currendum est priùs,
Lanios inde accersam duo cum tintinnabulis.

Plautus explicatus.

intellegit enim carnifices, quorum extra eam portam domus, ad solennem suppliciis locum. Imò & Coriarij ac Vispelliones vrbe submoti, à pari causâ. Morticina enim tractant. Artemidorus libro I. *cap.* LIII. Τὸ δὲ βυρσοδεψεῖν, πᾶσι πονηρόν. νεκρῶν γὰρ ἅπτεται σωμάτων ὁ βυρσοδέψης, καὶ ἀπὸ πόλεως ἀπώκισται: Coriariam exercere, malum omnibus. Corpora enim mortua attrectat cerdo, ideoque ab vrbe secluditur. *Sed quid est quod Tacitus hîc disertè nominat Esquilinam? non temerarium est. nec facilè reperies, vt ego censeo, vbi supplicij res, nominari portam aliam: nisi tamen Metiam, vt iterùm apud Plautum:*

Coriarij extra vrbem.

Porta Esquilina supplicium fuit.

Illum ædepol videre ardentem te extra portam Metiam,
Credo ecastor velle.

Sed profectò quæ Metia Plauto, eadem est cum Esquilinâ. argumento loci de suppliciis, tum numeri situsque portarum vrbis. Idque ante me censuisse audio Octauium Pantagathum, virum magnum, altum, & qui esse doctus eligeret quàm videri. Non, inquam, reperies aliam nominatam ab istis, nisi fortè Collinam in Vestalium morte. quod aliud à supplicio vulgato. Facit ad portam Esquilinam, quod Suetonius in Claudio scripsit: Ciuitatem Romanam vsurpantes in campo Esquilino securi percussit. *quod Horatius, anus illas lapidatas in Esquiliis abiicit:*

Metia, eadem cum illâ.

B Vos turba vicatim hinc & hinc saxis petens
Contundet obscenas anus.
Post insepulta membra different lupi,
Et Esquilinæ alites.

Itaque & Puticuli ibi, quò vilium damnatorumque hominum cadauera proiiciebantur. Varro, Festius, aliique. Ibidem locum fuisse, qui Sestertius diceretur, infrà docebo.

Puticuli.

I.

PAG. 53.

C BYSSINA, *è lino; Bombycina, è verme; Serica, ex arborum lanâ, confectæ. Bombycina eadem est cum Cea siue Coa (nihil enim interest) manetque hodie: reliquarum nihil superest præter nomen. Byssum cum Serico, imperitè confundit Philostratus libro* II. *& vult ex arbore Indicâ nasci, quæ altitudine quidem populos æquet, foliis salici non absimilis. Sericum debuisset dicere. Nam Byssus è terrâ gignitur vt linum, circa Elidem præcipuè, Achaiæ vrbem. Eadem imperitiâ Bombycinam, Sericam facit Isidorus lib.* XIX. *Si tamen imperitia est, & non recepta opinio inferioris æui. Nam & Zonaras in Iustiniani vitâ scribit* eius temporibus telam sericam à Romanis (*id est Græcis Byzantinis*) texi cœptam, cùm anteà à Persicis mercatoribus tantùm importaretur, nec Romani scirent fila illa esse vermium. *Et addit duos monachos oua illa vermium ex Indiâ attulisse, & mori foliis aluisse, & inde sericum confecisse. Otho item Frisingensis in historiâ Friderici lib.* I. *ait Rodericum Siculum expugnatis in Græciâ Athenis, Corintho, Thebis, opifices qui sericos pannos texebant deduxisse captiuos, & in Siciliæ vrbe Palermo collocasse. Inde factum vt quam textrinam priùs soli Græci inter Christianos habuerint, cum Romanis communicata sit ingeniis. Nec abhorrent ab hac sententiâ Pausanias, Pollux, Ser-*

Pollux, lib. VII. c. XVII. De byssо & serico.

Byssinas vestes in Ægypto repertas tempore Semiramidis vult Clemēs Strom. 1. Isidori & Othonis]] error.

D *uius. At magis veteres discriminant clarè: & lanam arborum esse Sericum volunt, apud Seres Indos. Virgil.*

Bombyx quomodo ad Italos peruenerit.

Velleraque vt foliis depectant tenuia Seres.

Serica vestis parum propriè nominata inferiore æuo.

Plinius: Seres lanicio siluarum nobiles, perfusam aquâ depectentes frondium canitiem. *Seneca poëta:*

Vestes è serico pellucidæ.

Quæ fila ramis vltimi Seres legunt.

Marcellinus lib. XXIII. Apud Seras sublucidæ siluæ, in quibus arborum fœtus aquarum aspergininbus crebris velut quædam vellera mollientes, ex lanugine & liquore mixtam subtilitatem tenerrimam pectunt, nenteque subtemine conficiunt sericum. *De his Seneca, libro* VIII. *De beneficiis:* Video sericas vestes, si vestes vocandæ sunt, in quibus nihil est quo defendi corpus, aut denique pudor possit. quibus sumptis, mulier parum liquidò nudam se non esse iurabit. Hæc ingenti summâ ab ignotis etiam ad commercium gentibus accersuntur, vt matronæ nostræ ne adulteris quidem plus sui in cubiculo, quàm in publico

osten-

ostendant. *Pellucebant enim tenerrimâ, vt Ammianus loquitur, subtilitate. ideoque quotiens* A
pellucidam vestem, pellucentem togam, taliaque legis : capito de Sericâ, aut Coâ. Iuuenalis :

Acer & indomitus libertatisque magister
Cretice pelluces.

Item è bombyce. *ceperim de Sericâ. Tibullus, de Bombycinâ :*

Illa gerat tenues vestes, quas femina Cea
Texuit, auratas dispositque vias.

Quando Sericâ Romæ. *& Horatius :* altera nil obstat Cois tibi. *Serica quando venerint in vsum, planissimè non scio. suspicor Iulij Cæsaris æuo, (nam antè non inuenio) qui etiam ludis theatrum totum velis contexit sericis. vt ex quorumdam fide Dio refert lib.* XLIII. *Eam vestem etiam Medicam*
Medica vestis, de quâ vide Procop. lib. II. de bello Vandalico. *dictam, scriptum reliquit Procopius. Genera eius facta posteà Holoserica, Subserica. vsusque primus Holosericâ, Eligabalus. de quo adi scriptores historiæ Augustæ.*

PAG. 66.

K. B

Pedibus intectis quid. Romani calcei quales. QVOD ait *pedibus intectis: non planè verum est, sed in comparatione cum calceis Romanis. qui altiusculi, non solùm imos pedes, sed tibias velabant crure tenus. Horatius :*

—— nigris medium impediit crus
Pellibus.

Titinius in Setina : Iam cum mulleis te ostendisti, quos tibiatim calceas. *Tertullianus de Pallio :* Impuro cruri purum aut mulleolum inducit calceum. *Et exstat exemplum hodie in calceis Turcarum Pannoniorumque. At crepidæ, soleæ, plantarum calces tantùm imas tegebant, ceteris ferè nudis. Ideò benè noster,* pedibus intectis. *Hunc sensum firmat ipse, dum subdit:* P. Scipionis æmulatione, quem eadem factitauisse apud Siciliam accepimus. *Scipio autem ibi*
Crepidæ soleæque, quid. *crepidatus. Liuius :* Ipsius etiam Imperatoris non Romanus modò, sed ne militaris quidem cultus iactabatur; cum pallio crepidisque inambulare in gymnasio. *Quod tamen*
Crepidis vti, molle erat. *molle & effeminatum censebatur : & Manilius delicatos insignit hac notâ.*

Femineæ vestes, nexæ sine tegmine plantæ. C

Manilius tentatus. *vt Scaliger emendauit. etsi vetus lectio,* nec insunt tegmina: *ex quâ tentabam,* nec in vsum tegmina. *Dionem etiam non aliter exaudio, de Caligulæ ludis :* Καὶ ἐξὸν καὶ ἀνυποδήτοις βαλομένοις θεάσασθαι, νομιζόμενον μέν πως ἀπὸ τοῦ παλαιοῦ, καὶ διαλέγειν τινὰς ἐν τῷ θέρει ἔτους, καὶ πολλάκις ἐπὶ τοῦ Αὐγούστου ἐν ταῖς θερειναῖς πανηγύρεσι γιγνόμενον, ἐκλελοιπὸν δὲ ἐπὶ τοῦ Τιβερίου. *id est :* Volentibus etiam discalceatis spectare permissum. quod vsitatum olim; vt etiam * quidam iudicia hoc habitu æstatis tempore exercuerint, & ipse Augustus ita sæpè spectarit æstiuos ludos. omissum tamen à Tiberio. *Vbi ἀνυποδήτοις vere verteris, soleatos aut crepidatos. quomodo etiam conuiuia frequentabant Romani, calceis (qui inter forensia censebantur) omissis. In omni ergo remissione, per conuiuia, per ludos, per otium, Romani soleati. Nota etiam Ciceronis increpatio in Verrem, qui in littore soleatus : & in Antonium, qui Gallicis indutus.*

* Intellegit Catonem, de quo Plut. Ἀνυπόδητος τε ἀχίτων πολλάκις ἐπὶ τὸ βῆμα προσιρχόμενος, καὶ δικαστικὰς δίκας ἔτω βεβιώκει, &c.

PAG. 69.

L. D

Mos renuntiandæ amicitiæ. MOS *qui publicè obtinebat, priuatimque. Publicè, Liuius lib.* XXXVI. Consulti feciales M. Acilio Consule, num priùs Aetolis renuntianda amicitia esset, quàm bellum inferendum. *Lib.* XLIII. Missi legati Perseo amicitiam renuntiarunt. *Priuatim, infrà*
Inter priuatos idem mos. *lib.* VI. Morem fuisse maioribus quoties dirimerent amicitias, interdicere domo, eumque finem gratiæ ponere. *Lib.* III. Quamquam non vltrà foret sæuitum, quàm vt amicitiâ Cæsaris prohiberetur. *Suetonius Aug. cap.* LXVI. Cornelio Gallo ob ingratum & maleuolum animum domo & prouinciis suis interdixit. *Idem in Claris Grammat. de Curtio Nicià :* Pompeium offendit, domoque ei interdictum est. *Sic Badius Campanus apud Liuium* XXV. *palàm omnibus renuntiat hospitium Crispino. Atque hoc est, quod Cicero*

ini-

A *inimicitias denuntiare ait, pro L. Flacco*: Etenim cùm à clarissimis viris iustissimas inimicitias sæpè cum benè meritis ciuibus depositas esse vidissem: non sum arbitratus quemquam amicum patriæ nouas huic inimicitias nullâ acceptâ iniuriâ denuntiaturum. *Seneca epist.* LXXVII. Inimicitias mihi denuntias, si quidquam ex iis quæ cottidie facio, ignoraueris. *Idem, quod indicere inimicitias Seneca lib.* III. *De irâ*: Quid iuuat tamquam in æternum genitos iras indicere & breuissimam ætatem dissipare? *Vnde inimicitiæ indictæ, vt indictum bellum. Sidonius lib.* VII. Inimicitias indictas honestè exercet, tardè credit, celeriter deponit. *Item Inimicitiæ testatæ, quasi quæ litterarum testimonio signatæ: Valerius lib.* IV. Acerrimè cum Scipione Africano Macedonius dissenserat, eorumque ab æmulatione virtutis profecta contentio ad graues testatasque inimicitias progressa fuerat. *Nec aliud censeo, cùm legimus inimicitias ex professo. Huic aperto mori vtinam his moribus locus! Sed vt omnia vitia nostro æuo; sic fraus, simulatio, dolus succreuit, & pessimum amicitiæ venenum blanditiæ fallaces. Nouimus nos eiusmodi stelliones, qui amicos quibus arridենt mox arrodunt: & quibus nulla spes famæ est, nisi in labe famæ alienæ. Datum est nobis grande* exemplum B præcauendi, quomodo fraudibus inuolutos aut flagitiis commaculatos: sic specie bonarum artium falsos, & amicitiæ fallaces, *vt verè dixit noster vates.*

Denuntiare inimicitias.

Indicere inimicitias.

Testatæ inimicitiæ.

M.

PAG. 70.

QVID *vocat lætum cultum? Vestémne albam, positâ nigrâ? an aurum & ornamenta, quæ in luctu ponebant feminæ, eoque finito recipiebant? Non tam procliue id statuere, propter veteres scriptores, qui hac in re sententiis diuersi. Dionysius lib.* VIII. *nigram vestem feminis attribuit.* Γυναῖκες Ῥωμαίων, ἃ νόμος ἔζιν αὐταῖς ὅτι τοῖς ἰδίοις καὶ ἀναγκαίοις ποιεῖν κήδεσιν, ἀποθέσθαι χρυσόν τε καὶ πορφύραν καὶ τὸν ἄλλον κόσμον, μέλασιν ἀμφιασμοῖς χρώμεναι ἐπένθησαν χρόνον. *Apud Suidam incertus scriptor, de Marcij funere*: Καὶ αἱ γυναῖκες ἀποθέμεναι χρυσὸν καὶ τὸν ἄλλον κόσμον, καὶ μέλασιν ἀμφιασμοῖς χρησάμεναι, καὶ πενθήσασαι ἐνιαύσιον χρόνον. *Et Varro clarè lib.* III. *De vi-*

Quæ vestis feminarum in luctu. Nigra, vt multi adserunt.

C *tâ populi Romani*, vt dum supra terram esset, ricinis lugerent: funere ipso, vt pullis pallis amictæ. *Ibidem.* Propositæ anthracinis, proximæ amiculo nigello, capillo demisso sequerentur lectum. *Valerius lib.* I. *cap.* I. *De Cannensi clade.* Itaque matres ac filiæ coniugesque nuper interfectorum, absterfis lacrimis, depositisque doloris insignibus, candidam induere vestem & aris dare thura coactæ sunt. *At alij ecce consensu, albam. Herodianus in funere Seueri*: Αἱ γυναῖκες λιταὶς ἑσθῆτας λευκὰς ἀμφενύμεναι χῆπια παρέχοσι λυπεμένων. *Statius in Lacrimis Etrusci*:

Albâ, vt alij.

Huc vittata comàm, niueoque insignis amictu
Mitibus exsequiis ades.

adsignat, vt vides, niueam vestem, quia mulier. Sed clarissimè Plutarchus: Διὰ τί λευκὴ φορᾶσιν ἐν τοῖς πένθεσιν αἱ γυναῖκες ἱμάτια, καὶ λευκὰς κεκρυφάλους; *& vide apud eum causas. Quid statuemus in dissensu tam aperto? pacem. quam facilè conficio ex temporum ratione. Variatum scilicet hac in re apud Romanos fuit. Priscis temporibus dum resp. vixit & libertas, nigræ vestes et-*

In concordiam scriptores ij reducti.

D *iam feminis in luctu. id docent ij scriptores, qui omnes consentiunt in narratione moris qui illo æuo. At sub Impp. rep. exstinctâ, in vsum venerunt lugubrium, albæ. docent ij alterius classis testes, qui non id referunt nisi de temporibus secutis. Hoc nisi tenes, numquam erit vt soluas eum nodum. Sed quæ caussa huius mutationis? Credo, diuitiæ & luxus. Matronis antiquis color albus & niger cogniti: iisque solis, vel præcipuis vsæ. At post sericam traductam vestem, & vulgatam Coam; post galbanam, cæruleam, amethystinam, & tot genera reperta colorum, rarus dignioribus feminis albi vsus. spretus inquam, (quod ex poëtis facilè disces) contemptusque color albus, adeò vt nota luctus fuerit superbo sexui, eum induisse. Hoc constanter censeo. mouet me leuiter Appuleij locus lib.* II. *qui inferiori illo æuo*, matronam flebilem fuscâ veste contectam *describit, non vt debuit, albâ: nec tamen demouet, quia aut priscum ritum in animo habuit, vt solet, Appuleius; aut aliud in prouinciis fuit, vbi id gestum. more Græciæ videlicet retento, apud quos feminæ in luctu nigræ.*

Caussa coloris mutati, & parum certa.

Remota ex Appuleio obiectio.

ADD. *Pro veſte nigrâ Tibullus clarè eſt, libro* III. A

Pars quæ ſola mei ſuperabit corporis, oſſa
Incinctæ nigrâ candida veſte legant.

At Liuius ſuſpicionem facit, nihil in veſte mutatum: ſed dumtaxat in muliebri mundo. Valerij certè Tribuni in legem Oppiam verba apud eum ſunt, l. XXXIV. Mulieres quid aliud in luctu, quàm purpuram atque aurum deponunt? quid cùm eluxerunt, ſumunt? *Nam quod Feſtus tradidit lugentes in pellibus fuiſſe, ἀνυπόδητος eſt.* Pellem, *inquit*, habere Hercules fingitur, vt homines cultus antiqui admoneantur. Lugentes quoque diebus luctus in pellibus ſunt. *Nihil tale reperio, niſi conſentis mihi magne Feſti interpres, (te, Scaliger, appello) vt accipiam de laneis vittis: quas mulieres in luctu ſumpſiſſe è variis ſcriptorum locis certum. An hoc mauis inſititium iſtud emblema à Paullo eſſe? qui reſpexerit ſcilicet ad Barbaricum morem ſui æui. quo etiam nunc apud nos receptum, pelles extremis oris veſtium aſſui in luctu. Tu nos doce.*

Feſti obſcurus mihi locus.

Scaliger aliquis illuſtrato.

PAG. 73. N. B

PLINIVS, Scutis qualibus ad Troiam pugnatum eſt, continebantur imagines. vnde & * nomen habuêre clypeorum, non vt peruerſa Grammaticorum ſubtilitas voluit à Cluendo. *Scuta autem apud Homerum, formâ orbis. Liuius lib.* XXV. *in ceterâ prædâ Haſdrubalis clypeum argenteum repertum ait, cum imagine ipſius. Suetonius Domitiano:* Senatus adeò lætatus eſt, vt repletâ certatim curiâ, ſcalas etiam inferri, clupeoſque & imagines eius coràm detrahi, & ibidem ſolo affligi iuberet. *Capitolinus in Antonino:* Ceteris honoribus refutatis, clypeum Hadriano magnificentiſſimum poſuit, ſacerdotes inſtituit. *Trebellius in Claudio:* Illi clypeus aureus, vel vt Grammatici loquuntur, clupeum aureum, Senatus totius iudicio in curiâ collocatum eſt, vt etiam nunc videtur. *Quod ait Grammaticos malle, clupeum: verum eſt. & puto in Capro legiſſe,* Clupeum, imágo: Clipeus, *ἀσπίς. Sed & Liuius Grammaticis paruit, l.* LX. Ab his columnis, quæ incommodè poſita videbantur ſigna amouit: Clypeaque de columnis & ſigna militaria affixa dempſit. *In monumento priſco.* HVIC. DECVRIONES. FVNVS. PVBLICVM. STATVAM. EQVESTREM. CLYPEVM. ARGENTEVM. LOCVM. SEPVLTVRAE. DECREVERVNT. *Nec tamen ſemper hi clypei cum effigie: ſæpè ſine eâ, cum nudo nomine ponentis, & cui ponebantur: ſiue etiam cum ponendi cauſſâ. Philo Iudæus egregiè, De legat. ad Caium:* Πιλάτος ὢν τῆς ὑπάρχων ἐπίτροπος ἀπεδείγμενος τῆς Ἰουδαίας. Οὗτος οὐκ ὀπὶ τιθεὶς μᾶλλον, ἢ ἕνεκα τοῦ λυπῆσαι τὸ πλῆθος, ἀνατίθησιν ἐν τοῖς κατὰ τὴν ἱερόπολιν Ἡρῴδου βασιλείοις ὀπιχρύσους ἀσπίδας, μήτε μορφὴν ἐχούσας μήτε ἄλλο τι τῶν ἀπαγορευομένων, ἕξω τινὸς ὀπιγραφῆς ἀναγκαίας, ἣ δύο ἦσαν ἐπιμήνυσι, τὸν δὲ ἀναθέντα, καὶ ὑφ' ὅτου ἡ ἀνάθεσις. *Nec verò publicè ſolùm hos clypeos, ſed & priuatim ſibi quiſque ponebat. Plinius,* Suorum verò Clypeos in ſacro vel publico priuatim dicare primus inſtituit Ap. Claudius, qui Conſul cum Seruilio fuit, anno vrbis CCLIX. *& quæ ſequuntur, reperioque exemplum clypei priuati in lapide veteri:*

* ἀπὸ τῆς γλύφεως, quia ſculpta.

Grammaticorum acumen, à Liuio non ſpretum.

Clypei priuatim dicati.

NESTORI
AVG. NEPETE D
HIC. LVDOS. FECIT
ET. DEDICATIONE
STATVAE. PATRONI
QVAM. IPSE. POSVIT
ET. CLVPEI. SVI. ITERVM
MVNICIPIBVS. NEPESINIS
EPVLVM. DEDIT.

O. QVÆ

A

O.

PAG. 73.

QVÆ *tamen professio irrita facta posteà ex nouâ lege : eleganterque ad hanc rem Papinianus l.* X. *De adult.* Mulier quæ euitandæ pœnæ adulterij gratiâ lenocinium fecit, aut operas suas scenæ locauit, adulterij accusari damnarique Senatusconsulto potest. *Sed apud Ædiles cur ea professio? non apud Censores, aliósve? quia comperior ab antiquo Ædilibus curam fuisse fornicum, popinarum, locorum eorum in quibus Honos non colitur aut Virtus : itemque personarum, quæ sæpiùs in iis locis, quàm in templo Mariano. Ideò Seneca, vt solet, eleganter* : Inuenies voluptatem circa balnea & sudatoria, ac loca Ædilem metuentia. *id est, fornices & popinas. Et illuc alludens Iustinus scribit, Dionysium* apud Ædiles aduersus lenones iurgari *solitum, lib.* XXI. *Itaque Ædilibus curæ nosse publica scorta, habere ea in tabulis, vt sic dicam, & albo : & si quam vulgantem se, extra eum numerum nacti, multabant. Liuius lib.* X. Eo anno Q. Fabius Gurges Consulis filius (*is autem tunc Ædilis*) aliquot
B matronas ad populum stupri damnatas pecuniâ multauit. *Nec pecuniâ solùm, sed & exsilio. Idem lib.* XXV. Vilius Tapullus & M. Fundanius Ædiles plebei aliquot matronas apud populum probri accusarunt : quasdam ex eis damnatas in exsilium egerunt. *Deducebantque iidem in iudicium etiam hoc crimine viros, vt in Liuio libro* VIII. Data à M. Flauio visceratio. erant qui per speciem honorandæ parentis meritam mercedem populo solutam interpretarentur, quod eum die dictâ ab Ædilibus crimine stupratæ matrisfamilias absoluisset. *Pertinere ad hanc rem Laberij versum puto, vt ego eum restituo apud Agellium lib.* XVI. Cocionem peruulgatè dicit, quem veteres Arilatorem dixerunt. Verba Laberij hæc sunt : Duas vxores, hoc herclè plus negotij est, inquit Cocio, sex Ædiles viderat. *Scribo.* Duas vxores ? hoc herclè plus negotij est, inquit Cocio : sed Ædiles viderint. *Non alia Laberij scriptio aut mens. Duásne vxores ille habet? inquit. herclè satis negotiosum negotium homini, vt ait Cocio. verùm id Ædiles viderint, quorum hæc cura. Dixi eiusmodi in-*
C *fames feminas cessisse dignitate matronali, etiam ornamentis. De dignitate, liquet ex Suetonio : de ornamentis, ex Tertulliano, De cultu :* Quid minus habent infelicissimæ illæ publicarum libidinum victimæ ? quas si quæ leges à matronis & matronalibus decoramentis coërcebant, iam certè sæculi improbitas honestissimis quibusque feminis vsque ad errorem dinoscendi coæquauit. *Censeo autem posuisse eas institam, stolam, vittas ; imò sumpsisse meretriciam togam. Inducor à Iuuenali,*

—— Carfinia talem
Non sumet damnata togam.

qui de matronâ aliquâ stupri damnatâ sentire videtur, cui ex more sumenda toga. De eâ satis dictum aliis, & præsertim M Antonio Mureto : cuius doctrina, iudicium, facundia, semper mihi magna. Vnum addo, manasse videri morem eum ab Athenienses : apud quos scorta pariter veste à matronâ discreta. idque ex lege. Suidas. νόμος Ἀθήνησι, τὰς ἑταίρας ἀνδρια φορεῖν.

Prof. ssio stupri apud Ædiles.

Ædiles accusabant ad populum.

Laberij restitutio.

Prouerbiali forma est, Hoc plus negotî est, inquit Cocio. Et Ociones sæpè in vulgi dicto veniebant : vt Plauti illud, Vetus est, Nihili Cocio.

Vide eundem Tertull. Apol. cap. VI. Lecticas etiam posuerunt, vtique post Domitiani edictum, de quo alibi.

Athenienses meretrices quo habitu. *Item Artemidorus notat lib* II. *cap.* III.

D

P.

PAG. 74.

TAMEN *reperio Augusti æuo & infrà, à liberis patres appellatos Dominos : & à fratribus blandientibus fratres. Quod tamen Augustus in suâ domo vetuit. Suetonius :* Dominum appellari se nec à liberis quidem aut nepotibus suis vel seriò vel ioco passus est : atque huiusmodi blanditias etiam inter ipsos prohibuit. *Tangit ecce vtrumque morem, & vellem id interpretes monuissent. Quòd patres, domini : etiam * ex Diadumeni Cæsaris epistolâ cognosco, ad matrem :* Dominus noster & Augustus nec te amat, nec ipsum se, qui inimicos suos seruat. *Et clarè ex illo Martialis :*

E seruo scis te genitum, blandeque fateris,
Cùm dominum appellas Sosibiane patrem.

Quòd fratres sic dicti : locus elegans Senecæ, epist. CV. Illud mihi in ore erat domini mei Gallio-

Domini vox variè vsurpata. Aduersum patres.

* *Lampridius in eius vitâ.*

Aduersum fratres.

Gallionis, qui cùm in Achaiâ febrim habere cœpisset, confestim nauim conscendit: A clamitans non corporis esse, sed loci morbum. *nam loquitur de fratre Iunio Gallione. Itemque coniuges inter se eo nomine vsi. Virgil.*

Aduersus coniuges.

—— dominum Ænean in regna recepi.

Sueton. Claudio: Occisâ Messallinâ, paullò postquam in triclinio decubuit, cur domina non veniret requisiuit. *Virgil.*

—— dominam Ditis thalamo deducere adorti.

vbi Seruius: De Græco tractum est, qui vxorem δέσποιναν dicunt. *Apud Iurisconsultos De Legat.* Peto abs te domina vxor. *Epictetus*: Αἱ γυναῖκες δοῦλοι ὑπὸ τεσσαρεσκαιδεκα ἐτῶν ὑπὸ τῶν ἀνδρῶν κυρίαι καλοῦνται. *Vti & aduersum amicas, passim in poëtis. Sed & obuios vulgò, Dominos vocabant. Idem Seneca*: Quomodo obuios, si nomen non succurrit, dominos salutamus. *Lusit eleganter in eo more poëta Græcus in Anthologiâ*:

Aduersum obuios.

Ἦν ὁ φίλος τί λάβῃ, Δόμνε φεάτερ, δοῦλος ἔγραψεν.
Ἦν δ' αὖ μή τι λάβῃ, τὸ Φεάτερ εἶπε μόνον. B
Ὦνια γὰρ καὶ ταῦτα τὰ ῥήματα. Αὐτὰρ ἔγωγε
Οὐκ ἐθέλω Δόμνε, ὃ γὰρ ἔχω δόμνας.

IVSTI LIPSI
AD
C. CORNELII TACITI
ANNALIVM LIBRVM III. C
EXCVRSVS.

PAG. 77.

A.

Funeris etymon.

MOS *adeò tritus, vt Isidorus* Funus dictum à funibus accensis, *velit*, quos ante feretrum papyris circumdatis ferebant. *Ambrosius De viduitate*: Vel cùm accensis funalibus mox ducitur, nónne pompæ funebris exsequias magis putat, quàm thalamum præparari? *Alludit Ambrosius illuc, quò sæpè poëtæ: vt,*

Viximus insignes inter vtramque facem.

Apuleius II. *Florid.* Comœdiam eius priùs ad funebrem facem, quàm ad nuptialem veniisse. *Calpurnius Flaccus Declamatione* XXVIII. Facem nubenti filiæ præferam, an rogum iacentis accendam? *Quod Isidorus ait, funes papyro circumdatos: non à se habet, sed à prisco scriptore. nec errat. Plinium ita capio lib.* XVI. *cap.* XXVIII. Nec in fruticum nec in veprium genere scirpi fragiles palustresque. è quibus detracto cortice candelæ luminibus & funeribus seruiunt. *Cortex ille, non aliud quàm similitudo Ægyptiæ papyri: quem vtebantur fortasse homines tenuiores. Faces autem, candelasque in funeribus plerumque adultorum reperias: in puerorum, id est acerbis immaturisque, cereos ferè. Vt appareat, quod Interpres vetus Persij monuit, pueros ad cereos solitos efferri, facibus tamen immixtis. Senecæ aliquot loca sunt, quæ id peruincunt. vt epist.* CXXIII. Isti mihi verò defunctorum loco sunt. quantulum enim à funere absunt, & quidem acerbo, qui ad faces & cereos viuunt? *De tranquillitate vitæ cap.* XI. Totiens in viciniâ meâ conclamatum est, totiens præter limen immaturas exsequias fax cereusque præcessit. *De breuitate vitæ, cap. vlt.* Quidam verò disponunt

Isidorus Plinius que explicati.

Discrimen inter adulta immaturaque funera. Pueri ad cereos elati.

D

A ponunt etiam illa quæ vltra vitam sunt, moles magnas sepulcrorum, & operum publicorum dedicationes, & ad rogum munera, & ambitiosas exsequias. At me herculè istorum funera, tanquam nimium vixerint, ad faces & cereos deducenda sunt. *vbi scribi sententia vult*, tanquam minimum. *Pertinet ad funebres faces etiam Suetonij locus, Aug. capite* XXIII. Masgabæ tumulum cùm ex triclinio animaduertisset magnâ turbâ multisque luminibus celebrari, *&c. qui tamen ad parentationem annuam spectat, non ad funeris deductionem.* Correctus Seneca.

B.

CARCER *triplex est, (ait vetus interpres Iuuenalis) Vrbanus, Rusticus, Castrensis. Vr-* Triplex carcer.
banus, vt sunt turres: Rusticus, vt ergastula: Castrensis, quando captiui trahuntur ca- Vrbanus. Rusticus. Castrensis.
B *tenati. Notat hoc ad eum locum Iuuenalis:*

Inde fides arti, sonuit si dextera ferro
Læuaque, si longo castrorum in carcere mansit.

Sed potuit, imò debuit, paullò distinctiùs. Nam in vrbe ipsa triplex ratio adseruandi captiuos. Vrbanus ipse triplex.
Aut enim in carcere habebantur locoque concluso, sine vllo milite: vt ferè seruitia, & capita viliora. Aut in custodiâ militari: aut in ædibus magistratuum. Custodia militaris frequentissi- Custodiæ militaris modus & ratio.
ma, & Romæ & in prouinciis. eiusque modus, vt is qui in noxâ esset catenam manui dextræ alligatam haberet, quæ eadem militis sinistram vinciret custodiæ eius præfecti. Satis apertè Seneca, De tranquillitate lib. I. *cap.* X. Sed quid refert? eadem custodia vniuersos circumdedit, alligatique sunt etiam qui alligauerunt. Nisi tu fortè leuiorem in sinistrâ catenam putas. *Idem epist.* V. Quemadmodum eadem catena & custodem *(emendo,* custodiam, *ita enim ipse captiuus dicebatur, vt mox docebo)* & militem copulat: sic ista quæ tam dissimilia sunt, pariter incedunt. *Et optimè Athenæus libro* V. *cap.* XI. *vbi Athenion-* Catena in manu rei dextrâ. In militis sinistrâ. Seneca emendatus.
res Mithradatis extollit: Ῥωμαίων δὲ στρατηγὸς μὲν Παμφυλίας Κόϊντος ὁ Ὄππιος παραδοθεὶς ἀχο-
C λεθεὶ δέσμιος. Μάνλιος δὲ Ἀκύλλιος ὁ ὑπατεύκως ὁ τὸν ἀπὸ Σικελίας καθαγαγὼν θριάμβου, σωδέτῳ Athenæus explicatus, & contra interpretem versus.
ἔχων ἀλύσῃ μακρᾷ Βασάρνῃ πεντάπηχυ, πεζὸς ὑπὸ ἱππέως ἕλκεται. *Id est*, E Romanis verò, Prætor Pamphiliæ Q. Oppius *(malè enim in Græco,* Ὄππιος*)* deditione acceptus, sequitur in vinclis. Manius autem *(ita corrige, non* Μάνλιος*)* Aquilius consularis, qui de Siculis triumphauit, colligatum secum habens longâ catenâ Bastarnam quemdam quinque cubitorum, pedes ab equite trahitur. *Nam ita ego verè interpretor: Natalis insulsa, fatua, aliena. quem, si libido ridendi est, vide. Simile est quod Iosephus narrat libro* XVIII. *capite* XIII. *de captiuo Agrippâ rege:* Centurionem illi satis benignum appositum, & militem cum quo vinciretur humanum. *Augustinus in Psalm.* CXXVIII. Ligantur duo & mittuntur ad iudicem, latro, & colligatus; ille sceleratus, iste innocens, vnâ catenâ ligantur, & longè sunt à sese. *Addo, duos sæpè milites vni reo datos, maiori custodiæ. In Apostolorum Actis, cap.* XII. *de D. Petro:* Dormiebat inter duos milites, duabus alligatus catenis. *Catenæ autem eiusmodi, vti ex Athenæo clarum, longiusculæ erant; vt ambulare, ince-* Catenæ istæ quales.
D *dere pariter non incommodè possent. Ad quas item pertinet, quod Suetonius in Domitiano scribit, cap.* XIV. Nec nisi secretò atque solus pleraque custodias, receptis quidem in manu catenis, audiebat. *Vbi iterùm Custodiæ pro iisipsis qui custodiuntur: vt Plinio libro* XXI. *capite* III. Inde eductam custodiam bibere iussit. *ita veteres. malè vulgò,* eductum è custodiâ. *emendandusque ita Suetonius Nerone, cap.* XXXI. Quorum operum perficiendorum gratiâ, quot vbique essent custodiæ, in Italiam deportari iussit. *vulgata lectio, & interpretes turbant. Paullus in Sentent.* Si pecuniâ acceptâ miles custodiam dimiserit, capite puniendus est. *Hæc de custodiâ militari: de eâ quæ apud magistratus, opportuniùs dicam libro* VI. Custodiæ, pro noxiis: sicut operæ pro operariis. Plinij constitutæ lectio. Suetonius emendatus.

A

PAG. 84.

C.

De Lege Papiâ liber excursus. Coniugia curæ Romanis. Censorum ea inquisitio. Cælibes mulctati. *Lib.* XI. *cap.* IX. Vxorium æs.

FAS *mihi vt cum Tacito hîc leuiter exorbitem: & quæ faciunt huic legi, collecta à me & digesta proponam. Non subtiliter omnia;* (*cui enim bono?*) *sed ea saltim capita quæ ad vsum historiæ priscæ. Romanis semper coniugiorum subolisque magna cura. Ideò Censoria illa solennis quæstio*: Ex animi tui sententiâ. Tu vxorem habes? *Ideò Ciceroni ficta lex*: Cælibes esse prohibento. *Nec ignominiæ solùm cælibatus, sed pœnæ erat. Ita apud Valerium*, Camillus & Postumius Censores, æra pœnæ nomine, eos qui ad senectutem cælibes peruenerant, in ærarium deferre iusserunt. *Et Festus auctor*, Vxorium pependisse dici, qui quòd vxorem non habuerit, æs populo dedit. *Exemplum videtur ab Spartanis petitum, apud quos* ἀγαμίας ζημία, *imò* ὀψιγαμίας καὶ κακογαμίας, *vt notat Pollux. Nec tamen lege aliquid cautum reperio: nisi quòd C. Cæsar post bellum Africanum, vehementer exhaustâ vrbe, præmia proposuit multitudini liberorum. idque Præfectus morum, & quasi Censor. Dio* XLIII. Ἐπειδή τε δεινὴ ὀλιγανθρωπία, διὰ τὸ τὴν ἀπολωλότων πλῆθος, ὡς ἐκ τε τῆς ἀπογραφῆς (καὶ γὰρ ἐκείνας, τά τε ἄλλα ὥσπερ τις τιμητὴς ἐποίησε) καὶ ἐκ τῆς ὄψεως αὐτῆς ἠλέγχετο, ἰῶ, πολυπαιδίας ἆθλα ἐπέθηκεν. *id est*, Et quoniam infrequens admodum vrbs erat, propter cæsorum multitudinem: quod ex recensu (eum autem & reliqua velut Censor faciebat) & ex ipso aspectu animaduertebatur, iis qui multos liberos haberent præmia proposuit. *Primus Augustus anno vrbis* DCCXXXVI. *certam legem posuit, & præmia pœnasque distinxit. Ea dicta, Iulia de maritandis ordinibus. quam tamen præ multitudine recusantium perferre non potuit, nisi adempta lenitáve parte pœnarum. Hanc Propertius intellexit lib.* III.

B

Cæsar πολυπαιδίας præmia ponit. Augustus Iuliam legem fert. *Suet. Aug. cap.* XXXIV. Propertio lux data;

Gauisa est certè sublatam Cynthia legem,
Quâ quondam edictâ flemus vterque diu:
Ne nos diuideret, ——

elegiâ illâ totâ. Et Horatio. *Et Horatius in cantu sæculari:*

C

—— patrumque
Prosperes decreta super iugandis
Feminis, prolisque nouæ feraci
Lege maritâ.

Lex marita. *Vbi Scholiastes vetus*: Lex marita dicitur, quæ de maritandis ordinibus lata erat, quæ & Iulia dicta est. Cæsar enim post bellum legem tulit, nèquis aut cælebs esset, aut vidua nubilis, quo posset iactura iuuenum reparari, quæ bellis ciuilibus contigerat. Nam propè octoginta millia armatorum interierant. *Et de eâdem in actis eiusce anni Dio, lib.* LIV. Ὁ δ' Αὔγουστος τά τε ἄλλα ἐνομοθέτησε, τοῖς τε ἀγάμοις καὶ τοῖς ἀνάνδροις βαρύτερα τὰ ἐπιτίμια ἐπέταξε, καὶ ἔυπαλιν τῷ τε γάμῳ καὶ τῇ παιδοποιίας ἆθλα ἔθηκεν. *Ex Dionis verbis clarum, etiam antè curam eam fuisse Augusto. ait enim* βαρύτερα τὰ ἐπιτίμια: *& addit,* ἔυπαλιν ἔθηκεν. *Et non dubiè aliquid super eâ re latum in eius sexto consulatu, annis decem antè. Suadet Tacitus hîc*: Sexto demum consulatu Cæsar Augustus potentiæ securus, quæ Triumuiratu iusserat, aboleuit: deditque iura, quîs pace & principe vteremur. acriora ex eo vincla, inditi custodes; & lege Papiâ præmiis inducti, &c. *Sed latum imperfectè. Capita legis Iuliæ fuerunt. Vti libertinas ducere liceret omnibus, præter Senatores. Vti sponsiones pactionesque nuptiales non vltra biennium differri ius esset. Vti diuortiorum certus esset modus. aliaque quæ posteà in legem Papiam mixta & inserta. Iulia ergo, tempore à Papiâ distincta* præcessit enim XXV. *solidis annis, & alucinati concinnatores legum qui confuderunt. Dico Iuliam. verius fortasse, Iulias: quia non semel tot annorum interuallo eâdem de re latum ac relatum. ideoque propriè locutum Tacitum censeo, cùm hîc* πληθωπικῶς *scripsit, Papiam latam post Iulias rogationes.*

D

Etiam ante dictum annum mota ea lex. *Ex Dione eopse loco. Ex Sueton. cap.* XXXIV. Iulia diuersa à Papiâ. Tempore & re. Iuliæ leges.

Papia quando cœpit. *Lata autem Papia anno vrbis* DCCLXII. *sene iam Augusto: & lata per Senatum. Itaque & nomen à consulibus illi, Papio Mutilo & Q. Poppæo Secundo. Dicta enim Papia-Poppæa. Isidorus lib.* V. Sub Octauiano Cæsare suffecti Consules Papius & Poppæus legem tulerunt, quæ à nominibus eorum Papia & Poppæa nominatur, continens primum

Causa nominis.

(*censeo*

A (*censeo emendandum*, patrum, *cùm scriptum concisè fuerit*, prũm) præmia pro suscipiendis liberis. *Caussa iterum ferendæ, è Tacito duplex* : incitandis cælibum pœnis, & ærario augendo. *Incitandis pœnis, id est augendis: sincera modò lectio sit. Ambigo enim, & possit rescribi*, incitandi cælibes pœnis, *siue*, intendendis cælibum pœnisc *sensu clariore. Capita legis Iuliæ confusa cum istius : ideoque passim scripta Iurisconsultorum laudata*, Ad legem Iuliam & Papiam. *ita inquam, vt Papia quæ plenior acerbiorque, aboleuerit & velut absorbuerit Iulias leges. Latam dixi per Senatum : & verum est. eoque Paullus libro* V. *ad legem Iuliam & Papiam auctorem Senatum nominat* : Sed illud quæri potest, *inquit*, an idem seruandum sit quod Senatus censuit, etiamsi in aliam personam captionem direxerit. *Capita eius legis pluria fuerunt : adeò vt* XXXV. *laudet alibi Marcianus. Ea vt distinctè proponam, ab homine me exiget nemo homo : confusè quædam recensebo, & vti dabunt se sub manum.*

Caussa ferendi.

Legem Iuliam Papia obscurauit.

Papia Senatoria lex. *l. lxxi De Hæred inst. & l. xlviij. De ritu nupt. l. Capite, De ritu nupt.*

CAPVT *De enuptione extra gentem ordinemque. Vti omnibus ingenuis libertinas vxores ducere ius esset, Senatoriis exceptis. Concepta Capitis eius verba, apud Paullum lib.* I. *ad hanc legem. Lege Iuliâ ita cauetur*, QVI SENATOR EST, QVIVE FILIVS PRONEPOS-

Eâ lege permissa enuptio.

B VE EX FILIO NATO CVIVS EORVM EST, ERIT : NEQVIS EORVM SPONSAM VXOREMVE, SCIENS DOLO MALO HABETO LIBERTINAM ; AVT EAM QVAE IPSA, CVIVSVE PATER MATERVE ARTEM LVDICRAM FACIT, FECERIT : NEVE SENATORIS FILIA NEPTISVE EX FILIO, PRONEPTISVE EX NEPOTE FILIO NATO NATA, LIBERTINO, EIVE QVI IPSE, CVIVSVE PATER MATERVE ARTEM LVDICRAM FACIT FECERIT, SPONSA NVPTAVE SCIENS DOLO MALO ESTO. NEVE QVIS EORVM DOLO MALO SCIENS SPONSAM VXOREMVE EAM HABETO. *Et è lege quidem Iuliâ recenset Paullus : sed insitum in Papiam fuisse clarè docet Celsus* : Lege Papiâ, *inquit*, cauetur omnibus ingenuis, præter Senatores eorumque liberos, libertinam vxorem habere licere. *Meminit & Dio eiusce capitis lib.* LIV. Ἐπειδὴ δὲ πολὺ πλεῖον τὸ ἄρρεν τῆς θήλεος τῶν δύο μερῶν ἦν, ἐπέτρεψε καὶ ἐξελευθέρας τοῖς ἐθέλουσι, πλὴν τῆς βουλεύοντων, ἄγειν, ἔνομον τὴν τεκνοποιΐαν αὐτῆς ἐξ ἁπάντων ποιήσας. *Vbi tamen interpretis supina μεταφορὰ vertentis.* Ac quoniam * masculi patricij generis numerum

Confunduntur clarè Iulia & Papia, vti vides.

* Mirum & præter id quod philosophis visum vsuque doctum. Nam præpollet ferè sexus sequior.

C patriciarum feminarum multò anteibant, liberum fecit vt qui vellent (modò Senatores ne essent) libertas etiam (*cautius & verius*,* libertinas: ἐξελευθέρας *enim Dio dixit, non* ἀπελευθέρας. Ἐξελευθεροὶ *autem* οἱ τῆς ἐλευθερωθέντων υἱοί, *ait Hesychius*) ducere possent, eorumque liberos legitimos esse iussit. *En*, τὸ δύο μέρους, *Patricium vbique vertit. at ingenuum debuerat, ex vi verbi, legisque. Meminit iterum Dio lib.* LV. *in personâ Augusti* : Καὶ ἐξελευθέρας τοῖς γε ἔξω τῆς βουλῆς ἔσον ἀγαθὸν συνεχώρησα. *Et eodem errore ibi interpres*, τὸ βουλευτὸν, *Patricios vertit : cùm Senatorios, verè posset. Latum hoc caput matrimoniis frequentandis : vt siquem digniorem amor aut voluntas traxisset ad impar iugum, lege iungi liceret. Nam anteà vetitum. Neque Decemuirali lege, patricio cum plebeiâ, neque ingenuo cum libertinâ connubij ius. Prius abolitum. meminitque Liuius l.* IV. *in oratione Canuleij Tribuni : & l.* X. *vbi matronæ Patriciæ Virginiam, quòd è patribus enupsisset, sacris arcuerunt. Mansit posterius, ad hanc legem. Vide quæ Cicero Antonio de Fadiâ obiecit, Phil.* II.

Libertini iidem cum libertis, vti notum.

Caussa huic capiti.

Decemuiri vetuerunt connubia cum plebe. Lex ea abolita.

CAPVT *subnexum fortè priori : de connubio patronorum cum libertabus Verborum par-*

Patronus cum libertâ.

D *tem Vlpianus appendit libro* III. *ad legem Iuliam & Papiam : In eo iure, quod dicit*, INVITO PATRONO, LIBERTAM QVAE EI NVPTA EST, ALII NVBERE NON POSSE, PATRONVM ACCIPIMVS, *&c. Et idem iterùm l.* XL. *De diuortiis : Quod ait lex*, DIVORTII FACIENDI POTESTAS LIBERTAE QVAE NVPTA EST PATRONO, NE ESTO, QVAMDIV PATRONVS VXOREM EAM ESSE VOLET. *Vide interpretem eumpse Vlpianum : & adde l.* I. *De concub.*

CAPVT *De sponsalibus. quando & quâ fini contrahenda. Sumptum è Iuliâ de maritandis ordinibus, indice Suetonio cap.* XXXIV. Cumque, *inquit*, immaturitate sponsarum & matrimoniorum crebrâ mutatione vim legis eludi sentiret, tempus sponsas habendi coartauit. *Sponsalium enim olim licentia, adspectu nullo ætatis. At Augustus, cùm quidam immaturas planè virgines desponderent, & mariti essent non mariti: arcendi huic fraudi tempus definiit ætatemque sponsionum : ita vt non ante decimum annum sponsa quæquam esset.*

Sponsalibus data lex.

Suetonius explic.

Cla-

Quando sponsalibus locus.

Clarè Dio lib. LIV. Ὡς δὲ ἔν τισι βρέφη τινὲς ἐγγυώμενοι, τὰς μὲν προῖκας οὐδὲν ἧσσον τῶν γαμηθέντων ἐκαρποῦντο, τὸ δὲ A ἔργον αὐτῶν ἃ παρείχοντο, οὐκ ἐτάξε μηδεμίαν ἐγγύην ἰσχύειν, μὴ ἓξ ἢ ἑπτὰ ἐτῶν διελθόντων γαμήσει τις· τοσούτοις γὰρ ἅπασι παῖδες ἐγγυᾶσθαι τε καὶ παρ' αὐτῶν ἀπολαύσασθαι. δώδεκα γὰρ ταῖς κόραις ἐς τὸν τοῦ γάμου ὥραν ἔτη πληροῦν νομίζεται. *Id est:* At cùm quidam pueras desponderent, & præmia nihilominùs ferrent maritorum, rem opusque mariti non præstarent: statuit nullam sponsionem firmam esse, post quam, biennio exacto, nuptiæ non sequerentur. hoc est, vt omnino

Decennis tantùm despondenda.

decennem despondere opus esset, siquis sponsionis eius vellet fructum. Puellis enim duodecimus annus plenus, ad nuptias definita ætas censetur. *Xylander Dionis mentem planè hîc non cepit. Facit huic capiti quod Caius lib.* I. *Ad Iuliam & Papiam scripsit:* Sæpè iu-

Caius explicatus. *L.* XVII. *De sponsalibus.*

stæ ac necessariæ causæ non solùm annum vel biennium, sed etiam triennium & quadriennium & vlterius trahunt sponsalia: veluti valetudo sponsi sponsæve, vel mortes parentium, &c.

Ne sexagenarij ducant. Ne quinquagenariæ nubant.

CAPVT *de ætate eorum qui ducerent, quæve nuberent. Eo capite cautum ne mulier quinquaginta annis minor sexagenario nuberet; neu vir minor sexaginta, quinquagenariam duceret. Lactantius lib.* I. *Senecæ verbis:* Quid ergo est quare apud poëtas salacissimus Iupiter desie- B rit liberos tollere? vtrùm sexagenarius factus est, & illi lex Papia fibulam imposuit? an impetrauit ius trium liberorum? *Et Appuleio in iudicio obiectum, quòd Pudentilla* ei anno ætatis sexagesimo ad libidinem nupsisset: *videlicet contra legem Papiam. Huic tamen*

Claudius fibulam laxauit sexagenariis. Suetonij vera lectio & mens.

capiti Claudius abrogauit, vt Suetonius notat cap. XXIII. Capiti, *inquit*, Papiæ-Poppææ legis à Tiberio Cæsare, quasi sexagenarij generare non possent, edicto abrogauit. *Legerim*, addito, *vel*, edito. *Edictum certè Claudij non fuit, sed Senatusconsultum. Vlpianus in Fragm. titul.* XVI. Sed Sc. Claudiano maior sexagenario si minorem quinquagenariâ duxisset, perinde habebatur ac si minor sexaginta annorum duxisset vxorem. *Caus-*

Caussa variantis constitutionis inter Tib. & Claud.

sæ quæ Tiberium, quæ Claudium mouerint, in aperto. Ille, quod plurimum fieri solet, spectauit: hic, quod per naturam potest. Adeò autem amare & virum exercere sexagenarius potest, vt sint octogenarij senes iidemque patres inter exempla. At mulier quinquagenariâ maior, vix est vt impleatur.

Ne arceantur à matrimonio liberi. *L.* XVIII. *De ritu nupt.*

CAPVT *de libertate coniungendi; quod tamen* XXXV. *in ordine fuit. Martianus:* Capite C trigesimoquinto legis Iuliæ, qui liberos quos habent in potestate iniuriâ prohibuerint ducere vxores vel nubere, vel qui dotem dare non volunt: ex constitutione, &c. *Simile in libertis, etiamsi iurauerint, l.* VII. *De operis libert.*

Tempus legitimum inter nuptias vett. nouasque. Remota in Suetonij verbis hæsitatio.

CAPVT *de interuallo temporis à morte coniugis vel diuortio, ad coniugium nouum. Neque enim probata Iuliis legibus monogamia: sed ad matrimonia compulsi iterùm, vidui, aut dispărati. Discreparunt in tempore Iulia & Papia. Nam vt Vlpianus notat tit.* XIV. *Feminis lex Iulia à morte viri, anni vacationem tribuit: à diuortio, mensium sex. At Papia clementior, à morte biennium indulsit; à repudio, annum & menses sex. In Suetonio, Triennium leges: nec id te turbet. Exsoluit eum nodum Dio in oratione Augusti ad cælibes lib.* LVI. Καὶ οὐδὲ ἐς ταῦτα μόνοι κατηπείγα ὑμᾶς, ἀλλὰ τὸ μὲν πρῶτον τρία ἔτη ὅλα πρὸς παρασκευὴν ὑμῖν ἔδωκα, τὸ δὲ δεύτερον, δύο. *Id est:* Nec ad ista festinanter impuli vos, sed primùm tres integros annos ad apparatum rei concessi, deinde binos.

Præmia maritis patribusque.

CAPVT *de præmiis maritorum, patrumque: quod in ordine septimum fuisse, colligas ex* D *Agellij lib.* II. *cap.* XV. *Præmiis enim inuitandi fuerunt ad matrimonia & prolem frequentandam. Præmia duorum generum, Honores & Commoda. Quæ largiora vtraque apud patres: quædam tamen seorsim data etiam maritis. Veluti, honestior in spectaculis locus. Suetonius August. cap.* XLIV. Militem secreuit à populo: maritis è plebe proprios ordines adsignauit.

Maritorum priuilegia.

Martialis illustratus.

Et ad eam sententiam accipio, quod poëta Hispanus facetè scribit:

Spadone cùm sis euiratior fluxo,
Theatra loqueris, & gradus, & edicta,
Trabeasque & Idus, fibulasque censusque.
Sedere in equitum liceat an tibi scamnis
Videbo Didyme; non licet maritorum.

Mariti antelati in magistratu.

Præcesserunt item mariti in magistratu, & in fascibus. Agellius: Capite septimo legis Iu-

liæ

A liæ priori ex Consulibus fasces sumendi potestas est, non qui plureis annos natus est, sed qui plures liberos quàm collega aut in suâ potestate habet aut bello amisit. Sed si par vtrique numerus liberorum est, maritus aut qui in numero maritorum est præfertur. *In numero maritorum, id est, opinor, sponsus: vel etiam qui ius habeat ab Imperatore mariti. Id enim quoque dari solet, pariter ac ius liberorum. Didici ex vnico Dionis loco lib.* LX. *de Claudio :* Τοῖς στρατιώταις, ἐπειδὴ γαμεῖν οὐκ ἐδύναντο ἐκ τῶν νόμων ἔχειν, τὰ τῶν γεγαμηκότων δικαιώματα ἔδωκε. *id est*, Militibus, quoniam ex legibus vxores ducere iis non licebat, iura maritorum concessit. *Sed & plura maritis priuilegia in sorte, in administratione prouinciarum: quæ hauries ex præmiis patrum statim, ne eadem iteranda sint. Patribus certè, vt prædixi, præmia vberiora, & pleno velut dimenso legum. Idque non solùm è Iuliâ aut Papiâ, sed more Rom. prisco.* Lex sociis ac nominis Latini, qui stirpem ex sese domi relinquerent, dabat, vt ciues Romani fierent, *ait Liuius lib.* XLI. *Item à Censoribus,* In quattuor vrbanas tribus (*eæ autem minùs honestæ*) descripti erant libertini, præter eos quibus filius quinquenni maior ex Sc. esset, B *ait idem lib.* XLV. *Julius Cæsar*, agrum Campanum diuisit extra sortem XX. millibus ciuium, quibus terni plurésve liberi essent, *vt notat Suetonius cap.* XX. *& Appian. Ciuilium* II. *& exempla reperies fors sit plura. Sed Augusto in primis ea cura: non lege Papiâ solùm, vt censent quidam haud è vulgo, sed iamdiu antè. Quod clarum ex iis quæ Dio scribit* LIII. *de præsidibus prouinciarum, &* LV. *ante Papiam latam. Fateor tamen, quòd Papia præsertim. Præmia* πολυπαιδίας *ex eâ lege, non absurdè fecero, si ordine proponam. Primum. Vt in petitione candidati præferantur, quibus liberi plures. Tacitus lib.* II. Contrà plerique nitebantur, vt numerus liberorum in candidatis præpolleret, quod lex iubebat. *Lex non alia quàm hæc Papia. Secundum. Vti præferantur proletarij in sorte prouinciarum : & easdem diutiùs obtineant. Prius membrum è Tacito firmo, Annali* XV. Percrebuerat eâ tempestate prauissimus mos, cùm propinquis comitiis aut sorte prouinciarum, plerique orbi fictis adoptionibus adsciscerent filios, præturasque & prouincias inter patres sortiti, statim emitterent manu quos adoptauerant. *Alterum è Dione* LIII. Præsides, *inquit*, annuos & sorte lectos C esse voluit, πλὴν εἴτε πολυπαιδίας ἢ γάμου αἰτοῖτο αἰτοῖτο. *id est*, nisi sicui multitudinis liberûm aut nuptiarum caussâ priuilegium esset. *Quamquam id ad sortem tantùm referri fortasse par est, non etiam ad mansionem. Tertium. Præeant emineantque in omni magistratu. Colligas ex Agellij lib.* II. *cap.* XV. *verbis quæ suprà. Et ab hoc exemplo est, quòd qui plures liberos habet, in curiâ vel collegio primus sententiam rogatur; in albo & processu, ceteris præfertur. l.* IX. *C. De decur. Quartum. In honoribus petendis, gratia fit annorum qui liberos habent: & quidem pro numero liberorum. Exempli caussâ, minores* XXV. *annis ad honores non admittuntur nisi beneficio prolis. Qui ergo quinque habent, anno vigesimo admittuntur, qui tres, vigesimosecundo, & sic deinceps. Vide l.* II. *De minoribus, quæ ad hanc sententiam clara. Et Plinij locum eôdem traho, libro* VII. *Epist. præter meam suprà, aliorumque mentem.* Calestrium Tironem familiarissimè diligo. simul quæstores Cæsaris fuimus. Ille me in Tribunatu liberorum iure præcessit, ego illum in Prætura sum consecutus, cùm mihi Cæsar annum remisisset. *Vbi vides dimitti etiam annos beneficio Cæsaris solere, quasi liberos haberent. Quinctum. Qui plures liberos habet, id est, in vrbe tres, in Italiâ quattuor, in prouinciis quinque, à curâ, tutelâ,* D *ceterisque muneribus personalibus immunis est. l.* II. *De excusationibus. l.* I. *C. Qui num. liberor. Sextum. Damnatorum liberi plures assem accipiunt, è constitutione Hadriani l.* VII. *De bonis damnat. Et ab eâ mente Dio scripsit, Hadrianum mitiores pœnas reis irrogasse liberos habentibus. quod Cuiacius notauit pridem. Et plura, quæ facilè colliges ex iis quæ dicam de mulctis. Ex his ortum celebre illud Ius trium liberorum* (Auctoritatem trium liberorum, *Tertullianus dixit, contra Valentinianos*) *quod orbis pro beneficio Princeps dabat. Plinius l.* II. *Epist.* Nuper ab optimo Principe trium liberorum ei ius impetraui: quod quamquam parcè & cum dilectu daret, mihi tamen, tamquam eligeret, indulsit. *Idem ad Traianum lib.* X. Exprimere domine verbis non possum, quantum mihi gaudium attulerit, quòd me dignum putasti iure trium liberorum. *Martialis,*

Vxor cùm tibi sit formosa, pudica, puella,
Quò tibi natorum iura Fabulle trium?

Quod

Quid sit, in numero maritorum esse. Ius mariti.

Mariti in sorte prouinciarum antehabiti. Præmia patrum multa. Etiam veteri rep.

Auxit ea Augustus.

I. Patres in petitione prælati.

II. Præferuntur in sorte prouinciali.

III. Præcedunt collegas in magistratu.

IV. Patribus gratia fit Legis Annalis.

Plinij nouus intellectus.

V. Immunes sunt à curâ, &c.

VI. Mitius cum damnatis agitur.

Origo iuris trium liberûm. Id princeps dabat.

Quod petis à noſtro ſupplex dominoque deoque, A
Hoc dabis ipſe tibi; ſi potes arrigere.

Idem de ſe:

Præmia laudato tribuit mihi Cæſar vterque,
Natorumque dedit iura paterna trium.

Scripſit hæc Dio ante latam Papiam.

Origo eius è lege Iuliâ, vti diſcas ex Dionis apto ad hanc rem loco, l. LV. Ἡ δὲ δὴ Λιβία ἐς τὰς μητέρας τὰς τρεῖς τεκέσας ἐσεγράφη. Οἷς γὰρ ἂν τὸ δαιμόνιον εἴτ' ἐν ἀνδράσιν εἴτε γυναιξὶν μὴ δῷ τοσαυτάκις τεκνῶσαι, τούτων τοίνυν ὁ νόμος, πρότερον μὲν ὑπὸ τῆς βουλῆς, νυνὶ δὲ ὑπὸ τοῦ αὐτοκράτορος τὰ τῆς εὐφορωτάτων δικαιώματα χαρίζεται. Ὥστε σφᾶς μήτε τῆς ἀπαιδίας ὀλιγωρίοις ἐνέχεσθαι, καὶ τὰ τῆς πολυπαιδίας ἆθλα, πλείω ὀλίγων ὄντων, καρπώσασθαι. *id eſt:* Liuia in numerum matrum quæ ter peperiſſent adſcripta. Quibus enim ſeu viris ſeu feminis fatum aliquod prouentum tot liberorum negauit; iis lex, anteà quidem per ſenatum, nunc autem per Principem iura gratificatur natorum. ita vt neque pœnis orbitatis obnoxij ſint, & præmia omnia multitudinis liberorum conſequantur, paucis ſaltem exceptis. *Vbi vides & feminis tribui ſolere id beneficium: quod primò & ex lege Iuliâ, à Senatu petebatur; poſteà à Principe. quamquam ea verba perperàm, in longè aliam ſententiam abduxit interpres. Plutarchus de Veſtalibus notat, eas ſine tutore aut curatore res ſuas adminiſtraſſe,* ὥσπερ, *inquit,* αἱ τεῖπαιδες. *At quòd id ſolus Princeps dederit, clarè Martialis:* B

Feminis tributum etiam id ius. Peti ſolet à Senatu.

Natorum mihi ius trium roganti
Muſarum pretium dedit mearum
Solus qui poterat. valebis vxor.
Non debet domini perire munus.

Ius parentum, idem.

Hoc idem, ius parentum Iuuenalis appellat:

Iura parentis habes, propter me ſcriberis heres.

Ius liberorum, idem.

& Tacitus hîc priuilegia parentum. Alij ſimpliciter etiam, In liberorum. In fragmento iuris veteris, quod euulgauit doctiſſimus Pythœus: Mulier ſine auctoritate tutoris manumittere poteſt, ſi ius habeat liberorum. *Et Paulus lib.* IV. *Sentent. ad* Sc. *Tertullianum, plus ſemel. Ius liberorum tamen propriâ quadam & aliâ ſignificatione capi in Vlpiani Fragm. titul.* XVI. *&* C *l.*I. C. *De Iure liber. non vanè notat noſtri æui Iuriſconſultus ad Fragmenta eaipſa: & nodum quem Duarenus ligauerat* I. *Diſput. cap.* XL. *doctè ſoluit. Iubeo lucem huic rei mutuari te ab illo Sole, in eapſe Fragmenta. Sed & quattuor liberorum ius fuit: quod pertinuit (niſi in alienâ regione aberro) ad libertinas, non ingenuas. certè ita diſtinguit* Sc. *Tertullianum, de quo vide Paullum l.*IV. *tit.*IX. *Quod tamen ius vetuſtius eſt illo Sc^to: & mentio eius in Suetonij Claudio capite* XIX. *vbi Princeps* Feminis (*quæ naues ſcilicet mercaturæ cauſſâ fabricarent*) ius tribuit quattuor liberorum. *De præmiis, iſta.*

Ius quattuor liberorum.

Cælibatus pœnæ & orbitatis.

CAPVT *de pœnis multisque cælibum & orborum. Quæ etiam in lege Iuliâ fuerant: ſed Auguſtus, vt ipſe apud Dionem fatetur, intendit auxitque. Pœna prima & maxima, Vti cælibes ex teſtamentis nihil caperent, niſi è proximè iunctorum: orbi, non niſi dimidium. Melior ergo conditio orborum: & iure, quia mariti ſaltem. Sozomenus lib.* I. *Eccleſ. hiſtor. diſcrimen hoc benè notat:* Νόμος ἦν Ῥωμαίοις παλαιὸς, ἀπὸ εἴκοσι καὶ πέντε ἐτῶν ἕως ἴσων ἀξιοῦσθαι κωλύων τὰς ἀγάμους τοῖς μὴ τέκνοις, ἔτι ἄλλα τε πολλὰ, καὶ τὸ μηδὲν κερδαίνειν ἐκ διαθήκης τὰς μὴ ἡβώσῃ ἐγγυτάτῳ προσήκουσας· τὰς δὲ ἀπαιδας, ζημιῶν τὸ ἥμισυ τοῦ καταλελειμμένου. D

Cælibes nihil capiunt, orbi dimidium.

Caducum fit quod cælibi relinquitur.

Cælibes ergo nihil capiunt: adeò vt ſcripſerit Vlpianus, Cælibi relictum legatum caducum fieri, niſi legi intra centum dies paruerit. *Et reſpexit ad has pœnas Plutarchus, libello* περὶ φιλοτεκνίας. Ῥωμαίων πολλοὶ, *inquit,* γαμοῦσι καὶ γεννῶσι, οὐχ ἵνα κληρονόμους ἔχωσιν, ἀλλ' ἵνα κληρονομεῖν δύνωνται). *id eſt,* Romanorum plerique vxores ducunt & liberos ſerunt, non vt heredes habeant, ſed vt heredes ipſi eſſe poſſint. *Nec vanè imputat adulter apud Satyricum marito:*

Iuuenalis explicatus.

—— propter me ſcriberis heres,
Legatum omne capis, necnon & dulce caducum.

Tertullianus de Monogamiâ: Aliud eſt ſi & apud Chriſtum Legibus Iuliis agi credunt, & exiſtimant cælibes & orbos ex teſtamento Dei ſolidum non poſſe capere. *Ideò toties apud Iuriſconſultos de ſolidi captione lectum quæſitumque. vt l.* LXII. *l.* LXXVIII. *De her. inſt. l.*VI. *De vulg. & pupill. ſubſtit. l.*XII. §. *fin. De iure fiſci. quæ omnia propriè ad orbos ſpectant patresque*

Solidum capere.

A *tresque solitarios. Quidquid autem hoc modo præter legem legatum aut relictum, caducum fiebat, ibatque in fiscum. ideoque caducaria lex Iulia dicta alibi Vlpiano. Tacitus*: Lege Papiâ præmiis inducti, vt si à priuilegiis parentum cessaretur, velut parens omnium populus vacantia teneret. *id est, ærarium publicum bona quibus dominus non esset, occuparet. Ea enim mens; nec audio Vertranium emendantem*, ne si à pr. par. ces. v. p. o. populus vacantia teneretur. *quæ emendatio frigidior est, vt ille ait, Gallicâ niue. Ferretum potiùs audio, de corruptione, & defectu loci verè iudicantem. Prior enim pars ad præmia delatorum attinet: quibus sequentia filo orationis non respondent. Ræuardus noster ad l.* CCVIII. *De Reg. iuris, ex his Cornelij verbis efficit, lege Papiâ discrimen nullum fuisse inter cælibes orbosque, & pariter omnes ab hereditatibus legatisque submotos. Discrimina quæ deinde reperta, esse à Tiberio qui legis eius nexus multos exsoluit & nodos. Ambigo. Illud scio, ex Vlpiani titulo* XIII. *totum hoc zetema definiri potuisse: integer exstaret modò. At nunc nihil præter indicem est*, De cælibe, orbo, & solitario patre. *Et quidem si cælibes nihil acceperint, vti certum: orbos semisse habuisse, solitarios patres maiorem aliquam portionem, ratio consentit.*

Caducaria lex.

Refutatus Vertranius. Ferreti iudicium probũ.

Ræuardi sententia noua.

Discrimen videri fuisse cælibis, orbi, solitarij patris.

B CAPVT *de iis quæ coniuges inter se capiunt, adsine priori. Vlpianus tit.* XV. Vir & vxor inter se decimam matrimonij nomine capere possunt. Quòd si ex alio matrimonio liberos superstites habeant, præter decimam quam matrimonij nomine capiunt, totidem decimas pro numero liberorum accipiunt. *Vide eumdem Vlpian. tit.* XVI. De solidi capacitate inter virum & vxorem. *Caussæ enim sunt, è quibus solidum interdum coniuges capiunt: quas omnes clarè ibi recenset Iurisconsultus. Respexit huc Orator vetus*: Placet ergo ô leges diligentissimæ pudoris custodes, decimas vxoribus, quartas meretricibus dari? *Decimaria ea lex sublata, l.* II. *C. De inf. pœn. cæl. & orb.*

Decimaria lex inter coniuges.

Interdum tamen solidũ capiunt.

Sublatæ decimæ.

CAPVT *de bonis libertorum. Vide Vlpianum tit. vlt. & instit. l.* III. *Caput item de liberatione operarum: cuius verba l.* XXXVII. *De operis libert.*

Iurá in bonis libertorum, pro ratione liberorum.

CAPVT *de diuortiis. quo modus impositus eorum crebritati. Clarè Suetonio traditum, in Aug. cap.* XXXIV. *Iuuat aliquid Quinctilianus, qui de quinquennio suggerit in sterilitate. Themate Declamationis* CLI. Intra quinquennium non parientem repudiare liceat. *Eodem ca-*
C *pite iniusti diuortij pœnæ: & vt dotem amittat, cuius culpâ diuortium factum. Eoque de dote, multa in Comment. Iurisconsultorum ad Papiam legem. vide l.* LXIV. *Soluto matrimonio. Plura capita omitto sciens volensque: quia ad subtilitates potiùs iuris pertinent, quàm cognitionem antiquitatis.*

Modus diuortiis impositus, vt ait Sueton.

Ego siquid in his humanitus omisi, commisi: adde, corrige, ignosce. Illud moneo, in veteri Pandectarum Græcanico indice, Iuliam & Papiam κατ' ἐξοχὴν, *& quia in iure plurimi vsus appellari* ἁπλῶς *Leges. Ita inuenies* Μαυελιανῶν Ad leges βιβλία ἓξ. Τερεντίας Κλήμεντος Ad leges βιβλία εἴκοσι. Μαρκέλλου Ad leges βιβλία ἓξ. Γαΐου Ad leges βιβλία δεκάπεντε. Παύλου Ad leges βιβλία δέκα. Οὐλπιανῶν Ad leges βιβλία εἴκοσι. *& caue aliter acceperis, quàm ad Iuliam & Papiam leges. Argumenta clara: quoniam & numerus librorum ferè conuenit; & nusquam ij scriptores in Pandectis simpliciter Ad leges laudantur, sed ad Iuliam & Papiam saltem. Scies & illud, valuisse has leges ad Seueri Imp. æuum, qui non abrogauit quidem, sed imminuit: maximè eâ parte, quâ fuit de gignendis liberis. Tertullianus Apol. cap.* IV. Nónne & vanissimas Papias leges,
D quæ antè cogunt liberos suscipi, quàm Iuliæ matrimonium contrahi, post tantæ auctoritatis senectutem heri Seuerus constantissimus Principum excluſit? *Cælibatus deinde pœnas sustulit Constantinus propter Christianos* παρθενίαν καὶ ἀπαιδίαν διὰ θεὸν ἀσκουῶτας. *Euseb. in vitâ Constantini, & Sozomenus libro* I. *Carpsit Papiam & in parte Theodosius, vt habes l.* I. *C. De iure liberorum; & principes secuti. Sed nos satis exspatiati, ad lineas redeamus, quod dicitur, & in gradum.*

In Pandectis Ad leges, simpliciter: pro, ad Iuliam & Papiam.

Seuerus imminuit Papias leges.

Et Constantinus Theodosiusque.

D.

PAG. 85.

OPINOR *Augusti & deinceps æuo, fuisse annum vigesimumquintum, sed incipientem. Vigesimusquartus, inquam, expletus sufficiebat. Argumento, quòd* Tiberius Quæstor fuit, vndeuicesimum annum agens, *ait Velleius*: *atque illeipse non nisi* quinquennio maturiùs

quàm per Leges, *vt Dio lib.* LIII. *& Tacitus statim notat: ergo ille legitimus annus. Certè non intra. argumento Quinctiliani verborum lib.* XII. Caluus, Cæsar, Pollio, multò ante quæstoriam omnes ætatem grauissima iudicia susceperunt. *Atqui anno*, vnoetvigesimo Cæsar Dolabellam, altero & vigesimo Asinius Pollio C. Catonem, non multò ætate antecedens Caluus Vatinium iis orationibus insecuti sunt, quas hodieque cum admiratione legimus, *ait alibi idem scriptor. Nec multum citrà. quia reperio Catonem* XXIX. *ætatis, Gracchum vigesimoseptimo Quæsturam gessisse. Plinij locus est, qui* XXII. *adstruere videatur, ad Traianum:* Cautum est domine, Pompeiâ lege nequis capiat magistratum, néve sit in Senatu minor annorum XXX. Secutum est dein edictum Diui Augusti, quo permisit minores magistratus ab annis duobus & viginti capere. *sed cùm is ad prouincias, & propriè ad Bithyniam spectet, nihil muto. Quòd verò diserte finierim vigesimumquintum: inducit me Dio lib* LII. *Qui ex decreto Mæcenatis (quod secutus haud dubiè Cæsar, aut vt meliùs dicam, accommodata à Dione tota oratio illa ad formam reip. Augustææ) Senatoriæ ætati definit annum* XXV. *Quæstura autem primus gradus in Senatum: illa ergo etiam Quæstoria ætas. Colligas & non obscurè idem ex l.* II. *De minoribus.*

PAG. 87.

E.

Olim Censoribus viarum cura. Cicero de Legibus: Censores vrbis templa, vias, aquas, ærarium, vectigalia tuentor. *Deinde Quattuoruiri instituti; quorum propriè id munus. Pomponius De origine iuris*: Eodem tempore & Quattuoruiri qui curam viarum gererent constituti. *tempus intellegit, post creatum Prætorem peregrinum, qui fuit annus vrbis* DX. *Ij videntur à Varrone non inconcinnè dicti* * *Viocuri. Antiqui ergo Quattuoruiri viarum. sed non sufficientibus iis, additi duo, factique Seuiri, vti docebo mox ex Dione. Etiam Curatores extra ordinem reperti, quos destinabant singulis viis. Ita Cæsar Curator viæ Appiæ Plutarcho dicitur: Thermus Flaminiæ, Ciceroni. Augustus deinde*, quò plures partem administrandæ reip. caperent (*ait Suetonius*) noua officia excogitauit, Curam operum publicorum, Viarum, Aquarum. *Sed quomodo noua, si iam antè Quattuoruiri viarum, si Curatores? Silent scholiastæ: sed verè dicam ego. Curatores ante Augustum, fateor: sed nec perpetuum id nec certum munus. Fecit vtrumque Augustus. Quod ad* IV. *viros: scito discretum à Curatoribus eorum munus. Quattuoruiri vias vrbis curabant: Curatores, eas quæ extra vrbem. Docuit me hoc Dio libro* LIV. *de Vigintiuiris: vbi clarè scriptum è Seuiris viarum, amotos ab Augusto duos qui vias curabant extra muros*; τὰς (*ait*) ἔξω τοῦ τείχους ὁδὰς ἐγχειριζομένους: *retentos quattuor, qui in vrbe. Ergo sub Augusto & Curatores viarum & Quattuoruiri, quorum munera locis regionibusque distincta. Et digniores sanè Curatores: quia in vias illas grandes extra vrbem, sumptus & moles maior. Ideò Plinius gratulatur Cornuto de eo munere lib.* V. *Epist.* Recesseram in municipium, cùm mihi nunciatum est Cornutum Tertullum accepisse Æmiliæ viæ curam. Exprimere non possum quanto sim gaudio adfectus & ipsius & meo nomine. *Et Statius Plotium dilaudans,* IV. *Silu.*

Te Germanicus arbitrum sequenti
Annonæ dedit, omniumque latè
Præfecit stationibus viarum.

Et in lapidibus passim inter alios honores insculptum CVRATORI. VIARVM. *aut plurimum,* CVRATORI. VIÆ. APPIÆ. *Salariæ, Flaminiæ, &c. nominibus expressis. quia ferè Curatores dabantur certis viis, vni pluribúsve. Et hos quidem Curatores fuisse censeam, à quibus mancipes redimebant, & quorum negligentia hîc culpata.*

Olim Censores vias curabant. Postea Quattuoruiri.

* Viocuri, id est, qui curant vias.

Seuiri viarũ.

Curatores extraordinarij, viri illustres ferè.

Explicatus nodus in Suetonij verbis.

Curatores perpetui ab Augusto.

Discrimen inter IV. viros & Curatores.

Curatores digniores habiti.

Certis viis adtributi.

A

E.

PAG. 88.

EVRIPIDES, —— Ἔχει γὰρ καταφυγὼν θὴρ μὴ πέδαι, Δῆλοι δὲ βωμοὺς θεῶν.

Ad Aram confugere mos Græciæ. Supplices id faciebant & serui.

Seruulus apud Plautum :

Ego interim hanc aram occupabo.

Tibullus explicatus.

Tibullus alludens :

Et Veneris sanctæ considam vinctus ad aram.

Et benè, considam. quia supplicum, sedere. Nec diis modò is honos, sed etiam heroibus quibusdam ; vt Theseo Athenis. Plutarchus : Κεῖται μὲν ἐν μέσῃ τῇ πόλει, ὥσπερ τὸ νεὼ γυμνάσιον, ἔστι δὲ φύξιον οἰκέταις καὶ πᾶσι τοῖς ταπεινοτέροις καὶ δεδίοσι κρείττονας. Theseï asylum. *Itemque Regibus. vti Decium Magium Cyrenas tempestate delatum, ad statuam Ptolemæi regis confugisse Liuius tradit libro* XXIII. *Romæ haud ita frequens ille mos. nec liberâ rep. quidquam reperio, præter Romuli asylum. Initium ei*

B *fuit à templo Iulij Cæsaris, quod Triumuiri exstruxêre, cum hoc iure, vt perfugium in eo cunctis esset. Dio libro* XLVII. Ἀπηγόρευσαν δὲ μηδένα ἐς τὸ ἡρῶον αὐτῷ καταφυγόντα ἐπ' ἀδείᾳ, μήτε ἀνδραλιτεῖαις, μήτε συλαῖς, ὅπερ οὐδενὶ οὐδὲ τῷ Διῒ τῶν, πλὴν τοῦ ἐπὶ τῷ Ῥωμύλῳ γενομένου, ἐδεδώκεσαν. *id est:* Edixêre etiam Triumuiri, nequis, qui impunitatis caussâ in templum D. Iulij confugisset, inde eiici vel abripi posset. quod antè ne Deo quidem cuiquam concessum, exceptis iis quæ ad Romuli asylum pertinent. *Quæ postrema Dionis cautè lege. Vereor enim vt erret. Nam*

Romæ quando id cœperit.

præter Romuli asylum, etiam Dianæ in Auentino monte templum idem ius habuit : quod clarè notat Dionysius Halicarnass. IV. *Antiq. Sed sub Impp. tamen maximè inualuit : nec templa solùm, sed statuæ eorum imaginesque passim perfugium seruis. Seneca De clementiâ lib.* I. Seruis ad

Imperatorum statuæ, perfugium.

statuam licet confugere. cùm in seruum omnia liceant, est aliquid quod in hominem licere commune ius animantium vetat. *Vlpianus in Pythœanis Fragmentis*: Ideoque cognosce de querellis illorum qui ex familiâ Iull. Sabini ad statuam confugerunt, & siue duriùs habiti quàm æquum, vel infami iniuriâ adfectos cognoueris, venire iube, vt in

C potestatem Sabini non reuertantur. *Etiam ingenuis, iniuriâ adfectis. Sueton. in Aug.* Antonium iuuenem simulacro Diui Iulij, ad quod post multas & irritas preces confugerat, abreptum interemit. *In Tiberio, de Agrippinâ*: Nouissimè calumniatus modò ad statuam Augusti, modò ad exercitus confugere velle. *Resque eò euasit, vt non periculi solùm fuga, imago Imperatoris esset, sed calumniæ occasio. Eâ arreptâ, inferre iniuriam licebat, non solùm vitare. Vides hîc in Tacito : & eleganter in Philostrato De vitâ Apollonij lib.* I. Erat, *ait*, apud Aspendios asylum Tiberij, statuæque sanctiores illis in locis venerabilioresque quàm Iouis Olympij simulacrum habebantur. ita vt impietatis damnatus quidam fuerit, quòd seruum suum verberasset, qui drachmam argenteam Tiberij imagine signatam gestabat. *Itaque subuenerunt mox leges : &*, Ne ad statuas vel imagines quis confugiat, Senatus censuit; eumque qui imaginem Cæsaris in inuidiam alterius prætulisset, in vincla publica coërceri Diuus Pius rescripsit. *ait Callistratus l.* XXVIII. *De pœnis. Sed*

Ad eas etiam ingenui confugiebant.

Hoc prætextu ad calumnias abusi.

Philostrati egregius locus.

Perfugium illud vetitũ. Vide l. vnic. C. De his qui ad stat. conf.

& statuæ deorum eodem iure. itaque quibusdam adscriptum, A seruo non tangi. Lauinij, mar-

Statuarum quarumdam ius eximium.

D *morea basis*,

MAVORTIO
SACR.
HOC. SIGNVM
A. SERVO. TANGI
NEFAS. EST.

A

PAG. 89.

G.

Gladij Drusiani in proverbio. Qui fuerint. Mos exhibendi gladios editori.

LICEAT ἐν παρέργῳ *lucem facere optimo scriptori, qui sæpè nobis. Ego non alios censuerim,* gladios Drusianos, *quàm illos quibus vsi gladiatores. Mos enim, priusquàm paria committerentur, vt sicæ, siue gladij quibus pugnaturi, Editori publicè exhiberentur, satísne essent acuti. Suetonius in Tito, cap* IX. *de coniuratis duobus*: Ceterùm ipsos non solùm familiari cænæ adhibuit, sed & insequenti die, gladiatorum spectaculo, circa se ex industriâ collocatis, oblata sibi ornamenta pugnantium inspicienda porrexit. *Ad quem locum nihil videre interpretes (quod per gratiam eorum dicam) scio. Intellegit Suetonius hosipsos gladios ex more iam dicto : ideoque Victor,* petiisse eum gladium dicit, quasi ad explorandam aciem. *Sed apertiùs ipse Dio in Neruâ, de Crasso & Calpurnio :* Παρεκαθίσατο δὲ αὐτὰς ἔν τινι θέᾳ ἀγνοοῦντας ὅτι καταμεμάνθ), καὶ ἔδωκεν αὐτοῖς ξίφη, λόγῳ μὲν ἵν' ὀπτεύσωσ) αὐτά, ὅπερ εἰώθεσαν ποιεῖσθαι, εἰ ὀξέα εἴη, ἔργῳ δὲ ὅπως εἰκῇ μόνον ὅτι ἀδὲν αὐτοῖς μέλοι, *&c.* Collocauitque eos in spectaculo quodam iuxta se, ignaros quòd proditi essent, iisque gladios tradidit, verbo quidem vti inspicerent (quod fieri solitum) satísne acuti essent, re autem verâ vt ostenderet, &c. *Caussa ergo huic quasi prouerbio, quòd cùm Druso crebrò edenti gladiatores, gladij explorandi offerrentur : non admittere solitus nisi acutissimos sit. Iure ergo ille sanguinarius : lenissimus contrà M. Antoninus, qui gladios acutos iis non permisit, sed hebetes dumtaxat & obtusos.*

Idem Dio in M. Antonino.

B

PAG. 90.

H.

Rhenani temerarium facinus.

RHENANVS *in Oratione Eumenij Rhetoris, quà est*: Merentur & Galli nostri, vt eorum liberis quorum vita in Augustodunensium opido ingenuis artibus eruditur, &c. *contra veterem editionem rescribere audet* Augustocliuiensium. *itaque edidit. Os hominis! Scilicet tota ea oratio in Cluiensium scholis instaurandis occupatur: quarum memoria (nisi apud hunc dormitatorem) nusquam aut nomen. Adsero tibi tuam gloriam Augustodunum : vel vno ictu, quem non vitabit ipse. Scriptum ibi enim:* Ciuitatem istam & olim fraterno populi Romani nomine gloriatam. *Qui autem è Gallis, fratres populi Romani, præter Æduos? quorum hæc vrbs caput. At enim ibidem scriptum (id nuper homo amicus mihi obiiciebat)* latrocinio eam Batauicæ rebellionis obsessam fuisse. *quod vix conuenire putabat in Æduos, qui à Batauis siti longo interuallo. Sed vito facilè petitionem eius, & discedo latere tecto. Nam corruptus locus, scriboque,* Bagaudicæ rebellionis. *Batani latrones numquam ad ea penita loca ; nec latrocinij Batauici mentio in mediterraneis, sub id æuum. At de Bagaudis, auctores credendi qui res scripserunt Diocletiani. Victor*: Namque vbi comperit Carini discessu Ælianum Amandumque per Galliam excitâ manu agrestium ac latronum, quos Bagaudas incolæ vocant, populatis latè agris plerasque vrbium tentare : Maximianum Imperatorem iubet. *Saluianus libro* V. *de Gubernat.* Itaque passim vel ad Gothos, vel ad Bagaudas, vel ad alios vbique dominantes barbaros migrant, & migrasse non pœnitet. *Vide & Orosium lib.* VII. *vbi tamen,* Baticadæ *in manusc. codice qui apud me est, legitur, sicut &* Bacchatidæ *in Eusebij Chronicis. Spernimus ergo Augustocliuienses, Rhenani colonos nouos : & Mæniana illa Augustodini constituimus, vt hîc ex Tacito vides, vetustissimâ post Massiliam, bonarum artium sede.*

Vero argumento Beatus refutatus. Ædui fratres Rom. Solutio obiectionis à viro docto oppositæ. Panegyristes verissimè correctus.

Bagaudæ latrones Diocletiani tempore.

C

Disceptatiuncula de Scholâ Augustodunensi.

ADD. *Ergóne certamen mihi nouum, pro veteribus Mænianis? nouum & magnum, cum viro magno. Tecum Stephane Pighi. qui in Hercule Prodicio nuper, ipso aditu tui operis, ita acriter & multis machinis eas oppugnasti, vt nesciam an sim repugnando. Tamen quia caussæ bonitas, nisi fallor, à me est, nitar pro veritate. disponam hanc stili aciem, manus tecum conferam: sed vt cum amico, planè amicè Vt non solùm sine plagâ pugna hæc sit, sed sine sugillatione aut morsu: sicut decet mitium dearum alumnos.* —— Ἀγαθὴ δ' ἔρις ἥ δὲ βροτοῖσι.

Quisquis hæc leges, affectum in me aut pro me pone : Μικρὸν φορτίζων τῷ λιψίᾳ, ἃ δὲ ἀληθείας πολὺ μᾶλλον. *Dixi ego nobiles illas Oratione Eumenij scholas (Mænianas ipse appellat) Augustoduni in Celticâ*

D

A *Celticâ fuiſſe: tu Pighi Auguſto-Cluij eas collocas in extremâ Belgicâ ad Rhenum. Ita toto ſolo & cælo, quod dicitur, diſſidemus. Tua argumenta præuidebo, ſubſeram mea. Ais primò, niti te ſacrâ Conſtantij Cæſaris epiſtolâ (ea Orationi inſerta eſt) in quâ Auguſto-Cluienſium opidum diſertè nominatur. Verba:* Merentur & Galli noſtri, vt eorum liberis, quorum vita in Auguſto-Cluienſium opido ingenuis artibus eruditur; & ipſi adoleſcentes, vt eorum indoli conſulere cupiamus. *Hoc, Pighi, adfers? vide ne Lunam hanc, quod Græci dicunt, in te detrahas: aut, quod Latini, aſciam tuis ipſe cruribus illidas. Nam ita quidem Rhenanus vulgauit, fateor: ſed, quod ſcire te tuâ intereſt, aliter & à meâ mente diu ante illum * Cuſpinianus. in quo reperies,* Auguſtodunenſium opido, *clarè Vtri credendum magis? ego huic cenſeam, non ſolùm quia vir ſimpliciſſimæ probitatis, ſed magis quia libris probis & vetuſtis vſus (tota Editio docet; infinitis partibus illâ Rhenani melior, imò & auctior) quos alter habuiſſe * fatetur nullos. Igitur hoc telum anceps, aut tibi aduerſum: ideoque validiore iam pugnas. Exſtat ipſius Eumenij, inquis, Cluij etiamnunc ſtatua, monumentum & Scholæ olim, & eius doctrinæ. Commo-*

B *uiſti me eo argumento, cùm legi, fateor: ſed idem facilè in gradum repoſuiſti, deſcriptione quam addis. Quî enim euincis, aut illam talem ſtatuam Eumenij eſſe, aut priſci omnino æui?* Stat, *inquis, (nam verba tua vſurpo)* in veſtitu ſui temporis. tunicâ videlicet talari tectus, & calcei ex alutâ pedem ac talos cingunt, & ſupra pedem execti atque feneſtrati ſunt. Comam in fronte & ceruice decurtatam æqualiter conſtringit vitta; ſicut ventrem latus baltheus atque bullatus. Dextrâ maſſam vel auri vel argenti in paterâ poſitam præſentare videtur. ſiniſtrâ tenuit ferulam demiſſam, magiſterij inſigne. *Tuam fidem, Pighi. Hæc inſignia Eumenio Rhetori conueniunt? Baltheúſne? qui * militum eſſe ſolet. Vittáne? quæ ſacerdotum. Ferula? quæ pædagogorum: non iſtorum (ne id nobis ſuadeas) qui publicè & cum dignitate docebant. Iam coma illa ſic decurtata, tunica illa ad talos, & calcei: numquam à tam priſco habitu mihi videantur, quidquid adferat tua Peitho. Velim & illud bonâ veniâ quæſitum, an nomen Eumenij inſculptum in hac ſtatuâ eſt? non enim dicis. Si eſt: aliquod pro te argumentum fateor, ſed fluxum; quia plures fuerunt Eumenij. ſi non eſt; quid vrges nos ancipiti coniecturâ? Sed tranſis ab hoc muſculo ad duplicem Arietem: quos intorques verbis & viribus Eumenij, &*

C *mœnia noſtra valdè quatis. Primùm, inquis, Eumenius ipſe docet ſentire ſe de Cluio, cùm ait,* vrbem ſuam latrocinio Batauicæ rebellionis obſeſſam, Romani Principis auxilium flagitaſſe. *Bellè hoc in Rhenanos accolas conuenit, qui vicini Batauis: in Auguſtodunenſes qui poteſt? aut quis credat Batauos ab extremo Oceano, per tot ſola terrarum, in mediam Celticam penetraſſe? idque cùm tot oppida interiecta, & præſida vbique Romana. Ne ego quidem, mi Pighi, credo. ſed arietem hunc tuum pridem haud incallidè laqueo auerti. Nam vitium hîc verbi eſſe, &* Bacaudicæ *legendum, docui in Commentario meo: quem peto legas. Ætolica hæc audacia eſt, inquies. Non eſt. vide tempora, vide hiſtoriam: optimè de Bacaudis omnia conueniunt: haud æquè de Batauis. qui Romanis tunc fidi; qui fracti, & iniurias à Barbaris varias acceperunt, non ipſi aliis intulerunt. Tu ipſe hæres, & ambiguè obſidionem hanc ad Taciti Imp. tempora refers: ſub quo Franci aliæque Germanorum gentes Batauiam & Galliam vaſtarint. Sed quî doces ipſos Batauos aliena tunc vaſtaſſe? Id enim neceſſum eſt, ſi proba verba* Batauicæ rebellionis. *Vocat etiam* Latrocinium. *quod à me eſt, quia Victor aliique Bacaudas hos appel-*

D *lant,* agreſtes ac latrones. *Argumentum vltimum. Verba, inquis, Eumenij ita clarè & graphicè Cluium & finitimæ regionis ſitum deſcribunt, vt trahi aliorſum nullâ vi poſſint. Videamus. ponam ipſa pluſcula.* Niſi fortè non grauior Britanniam ruina depreſſerat, quàm ſi perfuſo tegeretur Oceano: quæ profundiſſimo Pœnorum (*ita Rhenanus: tu* Pictonum *legis: Cuſpinianus,* pœnarum, *quem ſequor*) gurgite liberata ad conſpectum Romanæ lucis emerſit. Aut hæc ipſa, quæ modò deſinit eſſe Barbaria, non magis feritate Francorum velut hauſta deſederat: quàm ſi eam circumfuſa flumina & mare alluens operuiſſet. *En, velut in tabulâ, vt ais, depictam exponit Batauiam cum vicinâ Germaniâ: quos ramis ſuis Rhenus circumfundit, & Moſa alluit, & Oceani ſinus vbique tangunt.* * Vbi autem Æduis mare alluens? vbi circumfuſa flumina? *Pax, mi Pighi. obiecto lanæ ſacco Arietis huius ictum mollio & excipio. Æduos non deſcribi fateor: affirmo totam Galliam, in quâ Ædui. Franci quæ loca magis vaſtarunt, imò ceperunt ſibi & inſederunt, quàm Galliam? Itaque cùm Francos no-*

Ibi enim ego colloco.
At meus Pighius, Auguſto-Cliuij.
I. Eius argumentum: à nomine.
Id reiectum.
* *In panegyricis editis Vienna anno* ∞.IC.XIII.
* *In ipsâ Præfatione.*
II. Argumentum: à ſtatuâ.
Id ſpecie firmum, re infirmatum.
Non videri eius Eumenij ſtatuam.
* Quod eò magis appareret, quia iſte etiam bullatus.
III. Argumentum: à locorum interuallo.
Id correctione repulſum.
Batani non tunc rebelles.
IV. Argumentum: à ſitu oppidi.
Obiter emendatiuncula.
* *Pighij verba.*
Id interpretatione aliâ mollitum.

minet,

minet, vides quàm appositè & omnium historiarum eius æui consensu, ad Galliam id trahamus. A
Sed vbi mare, inquis, & flumina? conspicua & in aperto. Quid enim clarius quàm Galliam mari vtrimque allui? quid certius quàm Rheno & Rhodano circumfundi, & multis aliis fluminibus perfundi? Itaque mi optime & doctissime Pighi (talis reuerà es) vide ne dum nimium pro gloriâ Cluensium tuorum Principum (cui & nos ex animo fauemus, sed vanis rerum eam non augemus) pugnas, veritatem deseras. quam nos fulcimus his etiam argumentis.

Sententiæ meæ stabilimenta.

I. quia ignotum priscis Cluium.

Primùm quæro, Vbi, aut à quo scriptore idoneo & veteri nominatum istud Cluium? adfers nullum. Nam quod Antoninus Cleuum nominat, in Britanniâ scilicet id ponit, in hoc limite nusquam. Coniecturas aliquot recensES, & nescio quid ex vulgi famâ de Iulio Cæsare. sed obsecro, si tam vetustum hoc opidum siue castrum: nónne mirum silentio id ab omnibus superis, mediis, imis scriptoribus quasi de compacto præteritum? Et ferrem, si in vili loco. sed vrbem Mænianis istis celebrem, Coloniam populi Rom. (nam hoc quoque Eumenius tradit) verbulo nusquam nominari, quæ incuria vel potiùs iniuria est?

II. quia scholæ tunc ineptum.

Deinde. Cluium tuum in Rheni limite situm est, in confinio tot Barbarorum. Quis acri pectore tibi dabit, Scholam institutam in officinâ illâ Martis? B

III. ex loci amplitudine & formâ.

Tertiò. Magna & ampla ea vrbs fuit, de quâ Eumenius agit: templa pulcherrima habuit: Capitolium, & Aquæductus, & omnia more Romano. Cedò, vbi apud vos hæc vestigia? Suspicione leui ea quæris: sed re & veritate reperies Augustoduni. Eius muros spatiosi ambitus *alibi Ammianus appellat:* mœnium Augustoduni magnitudinem vetustam, *alibi: & clara indicia etiamnunc exstant, indice & teste* * *Petro San-Iuliano.*

* *Qui Burgundiam Gallicè descripsit nuper.*

IV. è verbis Eumenij.

Quartò. Scribit Eumenius, ciuitatem istam & olim fraterno populi Romani nomine gloriatam. *Nónne verissimum & testatissimum illud in Æduis? de Cluio vbi tale repperis? Perfugium quæris in Batauis. & illi etiam, inquis, appellati fratres & amici populi Romani. Scio, & Commentariis meis iampridem inserui: sed hoc quoque scio, quòd non vulgò. & si Batavi, non tamen ideò vicini Galli. Alia illorum causSA est, qui tributorum immunes, semi-liberi, arma tantùm & viros imperio suppeditabant. Itaque iure socios se dixerunt, fratres, amicos. In vobis quid simile? qui veri Galli & tributarij, iam diu graue iugum ferebatis Romanæ seruitutis.*

V. ab ætate.

Quintò. Vetustissimæ sunt illæ Eumeniæ Mænianæ. Colligas vel ex his verbis: Mænianæ C illæ scholæ quondam pulcherrimo opere & studiorum frequentiâ celebres. *Quod de Augustoduno certum: vbi Scholam à nobilitate omni Gallicâ frequentatam, Tacitus iam inde sub Tiberio agnoscit. De Cluio nihil tale habemus, præter suspicari.*

Miscella quædam & leuiuscula argumenta.

Sextò. Mænianas illas inter Apollinis templum atque Capitolium *Eumenius ponit. Atqui Apollinis quoque templum in Flauiâ Æduorum siue Augustoduno inclutum fuisse, alius Panegyristes testatur in Oratione Constantino dictâ.*

Postremò. Eumenius, Artifices Transmarinos, & ex ampliſſimis Prouinciarum ordinibus incolas nouos indultos *suæ ciuitati ab Impp scribit. Alius Orator in Panegyrico ad Maximinum:* Ciuitas Æduorum, *inquit,* ex hac Britannicæ faculrate victoriæ plurimos, quibus illæ prouinciæ redundabant, accepit artifices. *Nónne eadem de re palàm atque vrbe loquuntur? Et quid verba facio? citiùs pili nascantur in hac manus volâ, quàm opinio tua Pighi, in meâ mente. ex iis quidem, quæ adhuc dixisti. Nam firmiora si adfers: facilè ego Plancus aut Deillius, nec morabor transfugij (dummodò in Veritatis castra) vllam notam. Hæc candidè à me* D *scripta, homo candidissime, sine vllâ frontis nubeculâ, sic leges.*

PAG. 94.

I.

Luxus feminarum in gemmis.

* *Fortè* suppanguntur.

SENECA *De Beneficiis:* Video vniones non singulos singulis auribus comparatos: (iam enim exercitatæ aures, oneri ferendo sunt:) iunguntur inter se, & insuper alij bini * supponuntur. Non satis muliebris insania viros subiecerat, nisi bina ac terna patrimonia singulis auribus pependissent. *Tertullianus acutè, De habitu mul.* Graciles aurium cutes Calendarium expendunt, & in sinistrâ per singulos digitos saccis singulis ludit. *Augustinus hoc ampliùs queritur, suo æuo insaniisse in turpi isto aurium cultu etiam viros.*

quem

A *quem vide, si lubet, Epistolâ* LXXXIV. *Eum luxuriæ ritum referre quidam conantur ad æuum priscum, ex Valerij verbis l.*V. *cap.* II. *vbi de Martio exorato à feminis* : In quarum honorem, Senatus matronarum ordinem benignissimis decretis adornauit. Sanxit namque vti feminis semitâ viri cederent, confessus plus salutis reip. in stolâ, quàm in armis fuisse : vetustisque aurium insignibus nouum vittæ discrimen adiecit. *legunt enim*, inaurium insignibus. *Non probo. & fortasse nec notæ quidem tunc Italiæ gemmæ. Scripserim*, vetustisque crinium insignibus ? *Crinibus enim positúque comarum, matronæ antiquitus discretæ ab innuptis. Tertullianus, de Virginibus velandis* : Simulque se mulieres intellexerunt, vertunt capillum, & acu lasciuiore comam sibi inferunt, crinibus à fronte diuisis apertam professæ mulieritatem. *Plautus Milite* :

Inquisitio in Valerij locum lectionis dubiæ.

De eo coniectura nostra.

Matronæ crinium formâ, aliâ à virginibus.

Vtique eam ornatam adducas matronarum modo,
Capite compto, crines, vittasque habeat.

Mostellariâ :

B Soli gerundum morem censeo, & capiundas crines.

id est, nubendum. Festus : Senis crinibus nubentes ornantur, quod, &c. *Senis crinibus, id est, sex crinium orbibus, siue sertis. Implexi igitur capilli matronales, vt exemplum petere licet à statuis nummisque : virginum puerorumque, cirri, & cincinni. Ammianus lib.*XIV. Et licet quocumque oculos flexeris, feminas affatim multas spectare cirratas ; quibus si nupsissent, per ætatem ter iam nixus poterat suppetere liberorum. *Cirratas, capio innuptas : vti Persius eodem epitheto de pueris*, Ten' cirratorum centum dictata fuisse. *Valerij ergo mens, præter crinium discrimen, adiectam illis &* * *alteram vittam. Propert.*

Cirri virginum.

Vinxit & acceptas altera vitta comas.

Vbi legi in vet. cod. aspersas ; *& placet. referóque ad aspersionem aquæ nuptiis solennem. De quâ idem* :

* *De quâ Capellam accipio l.*I. *De nup. Philol.* Iuno quoque expurgatoris auri splendente venâ addiderat crinibus sociale vinculum.

Et Stygio sum sparsa lacu, nec recta capillis
Vitta data est.

Sed redeo ad nostrum.

C

IVSTI LIPSI

AD LIBRVM IV. ANNALIVM

EXCVRSVS.

A.

PAG. 124.

DROMVLI *lege, matrona adulterij rea, marito permissa cognatisque. Ij, vti visum, multabant, puniebant : Sed vtrúmne morte ? Puto, verecundè contra virum doctum, licuisse. Ex Dionysio, qui lege regiâ maritum constituit* κύριον τῆς μεγέθους τῆς ποινείας, arbitrum magnitudinis pœnæ. *Ex iure ipso. quia mulier quæ iuxta sacratas Romuli leges nupta, ita in manu viri, vt proles in patris. Ex Tacito : apud quem* Plautius, prisco instituto, de capite famaque coniugis, propinquis coram, cognouit, & insontem nuntiauit. *Ait, capite famaque. Si in superstitionis crimine marito id iuris : credo & in adulterij. In eas quæ sacris Bacchanalium incestu vsæ, cognati maritique intra domos animaduerterunt, aiunt Liuius & Valerius : nec dubito, quin ea animaduersio ad caput pertinuerit. Denique Egnatius quispiam vxorem, quòd vinum bibisset, fusti interemit, idque factum non modò accusatore, sed etiam reprehensore caruit : quidni idem iuris in grauiori culpâ sit ? Argumen-*

Disputatio de adulterij pœnâ.

gumentum à Catone non petam, qui ait: In adulterio vxorem tuam si prehendisses, impunè A necares. *Vanum enim. & pertinere tantùm videtur ad deprehensam. Tamen hoc fateor, eo seuero iure perquàm rarò maritos vsos: moribusque receptum videtur, vt adulteram apud cognatos conuictam domo saltem exigerent, multarentque dote. Id ius (siue mos fuit) Plautus indicat Amphitruone:*

Adulteræ domo exactæ, & dote priuatæ.

Quid si adduco tuum cognatum huc, à naui Naucratem,
Qui mecum vnâ vectu'st, vnâ naui: atque is si denegat
Facta, quæ tu facta dicis, quid tibi æquum est fieri?
Numquid caussam dicis, quin te hoc multem matrimonio?

Et respondet mulier, Si deliqui, nulla caussa est. *Et clarè Valerius lib.* VIII. *cap.* II. Cùm C. Titinius Minturnensis Fanniam vxorem, quam impudicam de industriâ duxerat, eo crimine repudiatam spoliare dote conaretur. *Portius Latro, contra adulteram*: Illud, iudices, mihi tormento est, quòd notata iudicio vero, vt multiplicatam dotem perdat; plus tamen ex quæstu habet, plus habitura est, quàm quantum damnatæ perdendum est. *Hæc antiquitus obtinuisse videntur. quibus addo: Si mariti cognatique dissimulabant, aut, vt* B *Liuij verbis vtar, idoneus in priuato supplicij exactor nemo erat: non rarò, publico iudicio, persequebatur id crimen magistratus. Et præsertim Ædilis. ac damnatos damnatasque apud populum reperio pecuniariâ multâ, imò exsilio interdum. Exempla adduxi* suprà, de Vistiliâ: & nunc non repono. Adde è Valerio de Cn Sergio Silo,* cui promissorum matrisamiliæ nummorum gratiâ dies ad populum dicta, damnatusque. *lib* VI. *Nec plura reperio prisco æuo. Lex Iulia secuta est, ferente Augusto. Pœna eius in volumine Digestorum, quod miremur, non expressa: & ideò serram inter se reciprocant viri docti. Capitalem eam fuisse plures senserunt, deteriores que: Relegationem tantùm, pauci bonique. Et hercle non fuit mors.* Ex Taciti verbis libro* III. *de Iuliâ filiâ, neptique*: Adulteros earum morte aut fugâ puniuit. *statimque addit, culpans Augustum*: clementiam maiorum suasque ipse leges egrediebatur. *Nam intellegit Iulias leges. Ne exsilium quidem, ex eodem loco: sic enim interpretor, fugam. & ex hoc, qui in manibus: vbi Tiberius contra legem Iuliam, seueritatem peruicaciter amplexus, Aquiliam exsilio damnat. Exsilium intellego, perpetuum, quod sit vice deportationis. Esto igitur Relegatio. Facit huc illud Taciti de Vistiliâ*, Eaque in insulam Seriphon abdita est. *id est, in insulam relegata. & paullò clementiùs de Manlio, relegatione simplici*: Adultero Manlio Africâ atque Italiâ interdictum. *Iuuat aliquid illud Ouidij, qui ob adulterium damnatus*: Namque relegatus, non exul dicor. *Et rationes quædam ex iure scripto: quas pete à Cuiacio l.* VI. *Obseruat. cap.* XI. *Nodus aliquis esse possit in Iurisconsulti verbis ad l. Iuliam*: Adulterij damnatam si quis duxerit vxorem, lege eâdem tenetur. *quod tollere videtur relegationem. Et in verbis Portij Latronis, quæ suprà: è quibus mulcta dotis saltem erui potest, & infamiæ nota. Portius autem posterior Iuliâ lege. Dicam verè, parum certa res est: & exempla relegationis quæ in historiâ in personis eximiis, videri possunt à seueritate Principum, non à lege: aliudque seruatum fortasse in hominum vulgo. Ni fuisset; non illæ tam frequentes essent de adulteriis apud scriptores id æui querelæ. Seneca audet scribere*: Numquid iam vllus adulterio pudor est? postquam eò ventum est, vt nulla maritum habeat, nisi vt irritet adulterum. *aliaque passim reperies in eam sententiam; parum probabilia, si relegatio & fuga, adulterij pœnæ. Quidquid eius est: capitale posteà* D *id crimen factum, vt ex Apuleio notat idem Cuiacius: cui adde Arnobium libro* IV. Adulteria tamen legibus vindicant, & capitalibus adficiunt eos pœnis, quos in aliena comprehenderint fœdera genialis se lectuli expugnatione iecisse. *Et gladio animaduerterunt non in adulteros modò, sed omnes impudicos stupratoresque, VVandalicæ leges, vt legi apud Saluianum l.* VII. Addiderunt quoque hoc ad libidinem comprimendam, seueras pudicitiæ sanctiones decretorum, gladio impudicitiam coërcentes.

Magistratus accusabant adulteras. Et præsertim Ædiles. * *In lib* II. *Annal.*

Quæ pœna legis Iuliæ.

Non fuit capitalis. * Velim considerari Suetonij etiam locum in Aug. cap. v. vbi *grauiorem adulterij pœnam* nominat. Relegatio fuit.

Aut fortasse tantùm multa dotis, cum infamiæ notâ.

Adulteriorum crebritas.

Posteà tamen pœna capitis inducta.

Gladij pœna ex legibus Wandalicis.

IVSTI LIPSI
AD LIBRVM V. ANNALIVM
EXCVRSVS.

A.

PAG. 139.

ACTA *Senatus vocabant, commentarios* (ὑπομνήματα *vertunt Græci*) *quibus breuiter inscriptum quidquid apud patres diceretur, agereturque. Tantùm apud patres. Origo eorum, vt videtur, à Iulio Cæsare: qui Consul,* Inito honore, primus omnium instituit, vt tam Senatus, quàm populi diurna acta conficerentur, & publicarentur. *Confectio mansit: publicatio abrogata ab Augusto. Suetonius cap.* XXXVI. Auctor & aliarum rerum Senatui fuit: in quîs ne acta Senatus publicarentur. *Conficiebat ea quispiam è Senatu: scilicet ne arcana patrum sciret non è patribus. Colligimus ex Tacito hîc, qui Iunium hunc Rusticum Senatorem ostendit infrà:* Quod fraude vnius Senatoris elusa maiestas imperatoria esset. *Et Spartiano. qui Hadriano munus hoc tribuit post Quæsturam.* Post Quæsturam, *ait*, acta Senatus curauit. *eumque vocabant A curâ actorum, vel, Ab Actis Senatus. Lapis vetus,* C. PORCIO. C. F. QVIR. X. VIRO. STLITIB. IVDICAND. ADLECTO. INTER. QVÆSTOR. AB. ACTIS. CEN. *Conficiebat dixi Senator: siue præerat conficiendis. cui tamen adiuncti scribæ censualesque, quos à re Actuarios item dicebant. Capitolinus Senatusconsultum Tacitum ita describit,* vt non scribæ, non serui publici, non censuales illis actibus interessent: Senatores exciperent, Senatores omnia officia censualium scribarumque complerent, nequid fortè proderetur. *Censuales illa ætas dixit, librarios, scribas, tabellionesque. Inde titulus in Codice l.* X. *conceptus,* De tabulariis, scribis, logographis, & censualibus: *inde & Censuale officium, haud absimili sensu, l.* XVIII. C. *De testamentis. Eaque mente Tertullianus Apol. cap.* XX. Græcorum censuales conferendi. * *Actuarij qui excipiunt scribuntque, vt Iulio Suetonij cap.* LV. *Senecæ epist.* XXIII. Non quidem hæc quæ alienis verbis commodatur, & Actuarij vice fungitur: *& Glossis Græcis,* ὑπομνηματόγραφος, Actuarius, Memoralius. *Qui non in vrbe solùm, sed in prouinciis militiâque. Actuarij in militiâ, lib.* V. C. *De erogatione militar. annonæ. Et Spartiano:* Ipse quòd matrimoniis militum & militarium corrumpendis operam daret, à quodam Actuario, cuius vxorem stuprauerat, percussus est. *Quos eleganter & cùm affectu describit Victor in Gallieno:* Actuarij, *inquit*, genus hominum nequam, venale, callidum, seditiosum, habendi cupidum, atque ad patrandas fraudes velandasque quasi ab naturâ factum, annonæ dominans: eoque vtilia curantibus & fortunis aratorum infestum: prudens in tempore his largiendi, quorum vecordiâ damnoque opes contraxerit. *Satis de Actis Senatus: venio ad populi. Ea dicta Publica acta, Suetonio in Tiberio cap.* V. *& aliàs passim. Item Diurna, quia in dies conficerentur, Tacito lib.* XVI. *&* XIII. *Item Vrbana. Sæpiùs etiam* ἁπλῶς *Acta,* κατ' ἐξοχήν. *Ea continebantur res rationesque populi, iudicia publica, supplicia, comitia, ædificia, natiuitates, illustres mortes, matrimonia, diuortia. De iudiciis suppliciisque admonuit Ammianus libro* XXII. Et acta super eo gesta non sine magno legebantur horrore, cùm id voluminis publici contineret exordium: Consulatu Tauri & Florentij, inducto sub Præconibus Tauro. *Vbi & formam aliquam seruabis conficiendorum Actorum. De ædificiis, Tacitus lib.* XIII. Nerone II. L. Pisone Cos. pauca memoriâ digna euenêre. nisi cui libeat laudandis fundamentis & trabibus, quîs molem Amphitheatri Cæsar exstruxerat, volumina implere: cùm ex dignitate populi Rom. repertum sit, res illustres annalibus, talia diurnis vrbis actis mandare. *De natiuitatibus Sueto-*

Acta Senatus
Et confecit primus Cæsar, aut certè publicauit. *Suet. cap.* XX.
Præerat conficiendis Senator.
Officium ab actis Senatus.
Scribæ actorum & Censuales.
* Ineptè Velius Longus, *Actuarij, diuersis actibus occupati. Actuarij, scriptores tantùm dicuntur actorum.* Actuarij in militiâ.
Acta publica.
Diurna.
Vrbana.
Materies eorum.
Forma conficiendi.
Natiuitates in actis.

Suetonius sæpè : qui plerumque argumenta sibi sumit de die cuiusque principis natali, ex Actis. A
Seruij institutum. *vt Tiber cap.* V. *Cal. cap.* IX. *Origo eius instituti à Seruio Tullio, qui vt numerum sciret nascentium, morientium, virorum ; adinuênit, Vti propinqui natâ prole certum aliquem nummum in ærarium Iunonis Lucinæ inferrent : iidem aliquo mortuo, in Veneris Libitinæ : & sumente quopiam virilem togam, in Iuuentutis. Exoleuisse is mos videtur, sed in pueris natis retraxit Augustus : eaque adnotatio in Actis cum curâ habitâ, vtique post Iulias Papiasque leges. Iuuenalis,*

—— Tu libris Actorum spargere gaudes
Argumenta viri ——

Professio apud Acta. *Apuleius :* Pater natum sibi filium ceterorum more professus est. *Scæuola l.* XXVIII. *De probationib.* Mulier grauida repudiata, absente marito filium enixa, vt spurium in Actis
Cautè legendus Capitolinus. professa est. *Capitolinus in Gordianis :* Filium Gordianum nomine Antonini & signo illustrauit, cùm apud Præf. ærarij, more Romano, professus filium, publicis Actis eius nomen insereret. *Non fallet te idem Capitolinus in M. Aurelio, qui ita de hac professione disserit, quasi ille inuenerit primus.* Inter hæc, *inquit*, liberales caussas ita muniuit, vt primus B
Diuortia in Actis. iuberet apud Præfectos ærarij Saturni vnumquemque ciuium natos liberos profiteri, intra tertium diem nomine impositio. *Quod aliter est : sed addidit quædam, immutauitque. De matrimoniis diuortiisque, clarum est in Acta relata fuisse propter præmia pœnasque legum.*
Cicero correctus & explicatus. *Imò etiam ante Iuliam, Papiamque. Cælius ad Ciceronem*, Paulla Valeria (*scribo* Valerij, *id est, coniunx*) soror Triarij diuortium sine caussâ fecit. Nuptura est D. Bruto : * nondum rettulerat. *Rettulerat, scilicet in Acta. Seneca De Beneficiis :* Quia verò nulla iam sine
* *Fulvius tamen legit,* mundum. *de quo etiam cogito.* diuortio acta sunt, quod sæpè audiebant, facere didicerunt. *Et ad matrimonia pertinet versus Iuuenalis,*

Fient ista palàm, cupient & in Acta referri.

Vbi reposita Acta. *Hæc Acta à scribis tabellariisque confecta videntur, & ad* * *Atrium Libertatis in Tabulario adseruata. Liuius* XLIII. Censores extemplò in atrium Libertatis ascenderunt, & ibi
* *Siue etiam ad eadem Nympharũ. ex Cicerone, pro Milone.* signatis tabellis publicis, clausoque tabulario, & dimissis publicis seruis. *Cui vetus inscriptio Curatores tamen quosdam adsignat,*
Tabularium.

C. CALPETANVS. STATIVS
SEX. METRORIVS
M. PERPENNA. LVRCO
T. SARTIVS. DECIANVS
CVRATORES. TABVLARIOR. C
PVBLICORVM. FAC. CVR.

Præfecti ærario tabulas publicas adseruabant. *At ex Taciti* XIII. *colligas curam eam Quæstorib. fuisse aut ærarij Præfectis.* Princeps, *inquit*, curam tabularum publicarum à Quæstoribus ad Præfectos transtulit. *Eoque facit quòd M. Aurelius Professiones infantium rettulit ad Ærarij præfectos. Tabularij mentio etiam Ciceroni, pro Rabirio perduellionis reo : Virgilioque* II. *Georg.*

—— aut populi tabularia vidit.

Vbi Seruius quædam. Lampridius in Alexandro referre videtur Actorum confectionem ad Præfect. vrbis : Fecit Romæ, *inquit*, curatores vrbis XIV. sed exconsulares viros, quos audire negotia vrbis iussit, vt omnes aut magna pars adessent, cùm Acta fierent. *Sed intellegit*
Registra publica. *iudiciaria acta. Fuerunt & Registra quædam publica, præter hæc Acta. de quibus Vopiscus in* D
Acta reparata à Tiberio. *Probo :* Vsus sum etiam Registris scribarum porticus Porphyreticæ, Actis etiam Senatus, ac populi. *Perierant hæc publica acta (γράμματα δημόσια appellat Dio) quà vetustate, quà incendio : sed reparauit primo principatu suo Tiberius, tribus Senatoribus ad describendum conquirendumque dilectis. Adi Græcum eum scriptorem lib.* LVII. *in actis anni* DCCLXIX. *Dixi*
Acta, materia historicorum. *ista vberiùs, & præter rem, vt constaret in parte iuuentuti, quæ essent illa Acta, quorum testimonio totiens noster aliique in memoriâ rerum vsi : quæque habita semper historiæ materia & leges.*

IVSTI

IVSTI LIPSI
AD LIBRVM VI. ANNALIVM
EXCVRSVS.

PAG. 143.

A.

OLIM *qui damnati grauioris criminis, puta Maiestatis, Perduellionis, Tyrannidis: non ipsi solùm adflicti & perditi, sed nomen & memoria eorum. Deterrere omnes à culpâ simili volebant, non pœnæ modò, sed ignominiæ metu. Itaque hæc duo ferè vsurpata: vt nomen deleretur, vt effigies tolleretur. De nomine, Cicero Philip.* XIV. *cùm Antonij nomen è Fastis sublatum decreto Senatus esset*: Cuius totus consulatus est ex omni monumentorum memoriâ reuulsus. *Noster lib.* II. Nomen Pisonis radendum Fastis censuit. *Lampridius in Eligabalo*: Nomen Antonini erasum est, Senatu iubente. *Rádebant igitur: sed & sæpè contenti erant per dedecus oblinere aut lutare. Lampridius Eligabalo*: Milit qui & in castris statuarum eius titulos luto tegerent, vt fieri solet de Tyrannis. *Eusebius pulchrè Eccl. Histor. lib.* IX. *cap. vlt. de Maxentio*: Γεγραί τε ὅσαι εἰς τιμὴν ἀυτῦ καὶ τῆς ἀυτῦ παίδων κατὰ πᾶσαν ἀνέκειντο πόλιν, αἱ μὲν ἐξ ὕψους εἰς ἔδαφος ῥιπτέισθαι συνεξίβοντο, αἱ δὲ τὰς ἐπιγρα-φὰς ἠχρειωῦτο, σκοτεινῷ χρώματι καταμελανέισθαι: Inscriptiones etiam & tituli, quicumque honori eius aut liberorum per singulas vrbes positi erant, partim è sublimi in terram detracti confractiúque sunt; partim vt videntibus inutiles fierent, obscuro quodam colore obducti & nigrefacti. *At de effigie fractâ & abolitâ, Ambrosius*: Vide quemadmodum in ciuitatibus bonorum Principum imagines perseuerent, deleantur tyrannorum. *Capitolinus in Gordianis*: Statuas Maximini deiecerunt, imagines perfregerunt, nomen publicitus eraserunt. *Liuius de Athenienſibus*: Rogationem extemplo tulerunt, vt Philippi statuæ, imagines omnes nominaque earum, tollerentur delerenturque. *Iuuenalis*:

Frangendâ miseram funestat imagine gentem.

Eusebius loco quem dixi: Ἀνδριάντων τε ὁμοίως ὁπόσοι εἰς τὴν ἀυτῦ τιμὴν ἐξειργάσαντο, ὡσαύτως ῥιπτέισθαι συνεξίβοντο. Γέλως καὶ παιδιὰ τοῖς ἐνυβρίζειν καὶ ἐμπαροινεῖν ἐθέλουσιν ἐκκείμενοι: Statuæ etiam quotquot in honorem illius fuerant erectæ, similiter deiectæ & protritæ sunt: ac ludibrio & irrisui expositæ omnium qui iniuriâ & ignominiâ afficere eas vellent. *Ratio autem ista abolendi duplex. Prior, vt modestè id fieret, & per magistratum submouerentur è publico conspectu. Cicero in Verrem* IV. Centuripinorum Senatus decreuit, vt quæ statuæ C. Verris ipsius & filij essent, eas Quæstores demoliendas locarent, dumque ea demolitio fieret, Senatores non minus XXX. adessent. *Suetonius Domitiano*: Senatus scalas inferri, clypeosque & imagines eius coràm detrahi & affligi solo iussit. *Altera, vt per impetum, & tota res permitteretur furori cuidam plebeio. Tum receptum, laqueos statuis altioribus iniicere, atque ita detrahere. Iuuenalis*:

—— descendunt statuæ, restemque sequuntur.

Seneca, seu quis alius, in Octauiâ: de statuis Poppææ:

—— membra per partes trahunt
Deducta laqueis.

Ita enim rectè illîc legimus, non Diducta. *Plinius graphicè hoc totum depingit, Panegyrico*: Ergo istæ quidem æreæ & paucæ manent manebuntque quamdiu templum ipsum: illæ autem aureæ & innumerabiles, strage & ruinâ publico gaudio litauerunt. Iuuabat illidere solo superbissimos vultus, instare ferro, sæuire securibus, vt si singulos ictus sanguis dolorque sequeretur. Nemo tam temperans gaudij seræque (*velim scribi*, seruque)

Pœnæ in damnatos.

Nomen tollebant.

Oblinebant.

Effigiem frangebant.

Aliquando per decretum.

Aliàs per impetum.

Seneca correctus.

Et Plinius.

que) lætitiæ, quin inſtar vltionis videretur cernere laceros artus, truncata membra, poſtremò truces horrendaſque imagines abiectas (*lego*, obiectas) excoctaſque flammis, vt ex illo terrore & minis, in vſum hominum ac voluptates ignibus mutarentur. *Mos autem hic damnandi imagines ſanè antiquus. Ex Cicerone colligo, pro C. Rabirio*: Sext. Titius, quòd habuit imaginem L. Saturnini domi ſuæ, condemnatus eſt. *Vbi & hoc vides, culpæ fuiſſe vel priuatim damnatorum imagines habere. Quâ mente illud Taciti ſcriptum, lib.* XI. Ac primùm in veſtibulo imaginem patris Silij Sc^to abolitam demonſtrat. *Pulchrè Ambroſius Officior. lib.* I. *cap.* XLIX. Si tyranni aliquis imaginem habeat, nónne obnoxius eſt damnationi?

Quàm vetus id inſtitutum.

Nefas habere eiuſmodi imagines.

IVSTI LIPSI
AD LIBRVM XI. ANNALIVM EXCVRSVS.

A.

Pag. 176.

Pagina prima.

Orationis Claudij fragmentum.

MÆ. RERVM. NOSTR. . . . . EQVIDEM. PRIMAM. OMNIVM. ILLAM. COGITATIONEM. HOMINVM. QVAM. MAXIME. PRIMAM. OCCVRSVRAM. MIHI. PROVIDEO. DEPRECOR. NE. QVASI. NOVAM. ISTAM. REM. INTRODVCI. EXHORRESCATIS. SED. ILLA. POTIVS. COGITETIS. QVAM. MVLTA. IN. HAC. CIVITATE. NOVATA. SINT. ET. QVIDEM. STATIM. AB. ORIGINE. VRBIS. NOSTRÆ. IN. QVOT. FORMAS. STATVSQVE. RES. P. NOSTRA. DIDVCTA. SIT. QVONDAM. REGES. HANC. TENVERE. VRBEM. NE. TAMEN. DOMESTICIS. SVCCESSORIBVS. EAM. TRADERE. CONTIGIT. SVPERVENERE. ALIENI. ET. QVIDAM. EXTERNI. VT. NVMA. ROMVLO. SVCCESSERIT. EX. SABINIS. VENIENS. VICINVS. QVIDEM. SED. TVNC. EXTERNVS. VT. ANCO. MARCIO. PRISCVS. TARQVINIVS. PROPTER. TEMERATVM. SANGVINEM. QVOD. PATRE. DEMARATO. CORINTHIO. NATVS. ERAT. ET. TARQVINIENSI. MATRE. GENEROSA. SED. INOPI. VT. QVÆ. TALI. MARITO. NECESSE. HABVERIT. SVCCVMBERE. CVM. DOMI. REPELLERETVR. A. GERENDIS. HONORIBVS. POSTQVAM. ROMAM. MIGRAVIT. REGNVM. ADEPTVS. EST. HVIC. QVOQVE. ET. FILIO. NEPOTIVE. EIVS. NAM. ET. HOC. INTER. AVCTORES. DISCREPAT. INSERTVS. SERVIVS. TVLLIVS. SI. NOSTROS. SEQVIMVR. CAPTIVA. NATVS. OCRESIA. SI. TVSCOS. CÆLI. QVONDAM. VIVENNÆ. SODALIS. FIDELISSIMVS. OMNISQVE. EIVS. CASVS. COMES. POSTQVAM. VARIA. FORTVNA. EXACTVS. CVM. OMNIBVS. RELIQVIS. CÆLIANI. EXERCITVS. ETRVRIA. EXCESSIT. MONTEM. CÆLIVM. OCCVPAVIT. ET. A. DVCE. SVO. CÆLIO. ITA. APPELLITATVS. MVTATOQVE. NOMINE. NAM. TVSCE. MASTARNA. EI. NOMEN. ERAT. ITA. APPELLATVS. EST. VT. DIXI. ET. REGNVM. SVMMA. CVM. REI. P. VTILITATE. OBTINVIT. DEINDE. POSTQVAM. TARQVINI. SVPERBI. MORES. INVISI. CIVITATI. NOSTRÆ. ESSE. COEPERVNT. QVA. IPSIVS. QVA. FILIORVM. EIVS. NEMPE. PERTÆSVM. EST. MENTES. REGNI. ET. AD. CONSVLES. ANNVOS. MAGISTRATVS. ADMINISTRATIO REIP. TRANSLATA. EST.

QVID.

A QVID. NVNC. COMMEMOREM. DICTATVRÆ. HOC. IPSO. CONSVLARI. IMPERIVM. VALENTIVS. REPERTVM. APVD. MAIORES. NOSTROS. QVO. IN. ASPERIORIBVS. BELLIS. AVT. IN. CIVILI. MOTV. DIFFICILIORE. VTERENTVR. AVT. IN. AVXILIVM. PLEBIS. CREATOS. TRIBVNOS. PLEBEI. QVID. A. CONSVLIBVS. AD. DECEMVIROS. TRANSLATVM. IMPERIVM. SOLVTOQVE. POSTEA. DECEMVIRALI. REGNO. AD. CONSVLES. RVRSVS. REDITVM. QVID. IMP. ..VRIS. DISTRIBVTVM. CONSVLARE. IMPERIVM. TRIBVNOSQVE. MILITVM. CONSVLARI. IMPERIO. APPELLATOS. QVI. SENI. ET. SÆPE. OCTONI. CREARENTVR. QVID. COMMVNICATOS. POSTREMO. CVM. PLEBE. HONORES. NON. IMPERI. SOLVM. SED. SACERDOTIORVM. QVOQVE. IAM. SI. NARREM. BELLA. A. QVIBVS. COEPERINT. MAIORES. NOSTRI. ET. QVO PROCESSERIMVS. VEREOR. NE. NIMIO. INSOLENTIOR. ESSE. VIDEAR. ET. QVÆSISSE. IACTATIONEM. GLORIÆ. PROLA-
B TI. IMPERI. VLTRA. OCEANVM. SED. ILLOC. POTIVS. REVERTAR. CIVITATEM.

PAGINA SECVNDA.

..... SANE ..... NOVO. ..... DIVVS. AVG. ..... NO. ..... LVS. ET. PATRVVS. TI. CÆSAR. OMNEM. FLOREM. VBIQVE. COLONIARVM. AC. MVNICIPIORVM. BONORVM. SCILICET. VIRORVM. ET. LOCVPLETIVM. IN. HAC. CVRIA. ESSE. VOLVIT. QVID. ERGO. NON. ITALICVS. SENATOR. PROVINCIALI. POTIOR? EST. IAM. VOBIS. CVM. HANC PARTEM. CENSVRÆ. MEÆ. APPROBARE. COEPERO. QVID. DE. EA. RE. SENTIAM. REBVS. OSTENDAM. SED. NE. PROVINCIALES. QVIDEM. SI. MODO. ORNARE. CVRIAM. POTERINT. RECIPIENDOS. PVTO.
C ORNATISSIMA. ECCE. COLONIA. VALENTISSIMAQVE. VIENNENSIVM. QVAM. LONGO. IAM. TEMPORE. SENATORES. HVIC. CVRIÆ. CONFERT. EX. QVA. COLONIA. INTER. PAVCOS. EQVESTRIS. ORDINIS. ORNAMENTVM. L. VESTINVM. FAMILIARISSIME. DILIGO. ET. HODIEQVE. IN. REBVS. MEIS. DETINEO. CVIVS. LIBERI. FRVANTVR. QVÆSO. PRIMO. SACERDOTIORVM. GRADV. POST. MODO. CVM. ANNIS. PROMOTVRI. DIGNITATIS. SVÆ. INCREMENTA. VT. DIRVM. NOMEN. LATRONIS. TACEAM. ET. ODI. ILLVD. PALESTRICVM. PRODIGIVM. QVOD. ANTE. IN. DOMVM. CONSVLATVM. INTVLIT. QVAM. COLONIA. SVA. SOLIDVM. CIVITATIS. ROMANÆ. BENEFICIVM. CONSECVTA. EST. IDEM. DE. FRATRE. EIVS. POSSVM. DICERE. MISERABILI. QVIDEM. INDIGNISSIMOQVE. HOC. CASV. VT. VOBIS. VTILIS. SENATOR. ESSE. NON. POSSIT.
D TEMPVS. EST. IAM. TI. CÆSAR. GERMANICE. DETEGERE. TE. PATRIBVS. CONSCRIPTIS. QVO. TENDAT. ORATIO. TVA. IAM. ENIM. AD. EXTREMOS. FINES. GALLIÆ. NARBONENSIS. VENISTI.
TOT. ECCE. INSIGNES. IVVENES. QVOT. INTVEOR. NON. MAGIS. SVNT. PÆNITENDI. SENATORES. QVAM. PÆNITET. PERSICVM. NOBILISSIMVM. VIRVM. AMICVM. MEVM. INTER. IMAGINES. MAIORVM. SVORVM. ALLOBROGICI. NOMEN. LEGERE. QVOD. SI. HÆC. ITA. ESSE. CONSENTITIS. QVID. VLTRA. DESIDERATIS. QVAM. VT. VOBIS. DIGITO. DEMONSTREM. SOLVM. IPSVM. VLTRA. FINES PROVINCIÆ. NARBONENSIS. IAM VOBIS. SENATORES. MITTERE. QVANDO.

DO. EX. LVGDVNO. HABERE. NOS. NOSTRI. ORDINIS. VIROS. NON. PÆNITET. A TIMIDE. QVIDEM. P. C. EGRESSVS. ADSVETOS. FAMILIARESQVE. VOBIS. PROVINCIARVM. TERMINOS. SVM. SED. DESTRICTE. IAM. COMATÆ. GALLIÆ. CAVSA. AGENDA. EST. IN. QVA. SI. QVIS. HOC. INTVETVR. QVOD. BELLO. PER. DECEM. ANNOS. EXERCVERVNT. DIVOM. IVLIVM. IDEM. OPPONAT. CENTVM. ANNORVM. IMMOBILEM. FIDEM. OBSEQVIVMQVE. MVLTIS. TREPIDIS. REBVS. NOSTRIS. PLVSQVAM. EXPERTVM. ILLI. PATRI. MEO. DRVSO. GERMANIAM. SVBIGENTI. TVTAM. QVIETE. SVA. SECVRAMQVE. A. TERGO. PACEM. PRÆSTITERVNT. ET. QVIDEM. CVM. AD. CENSVS. NOVO. TVM. OPERE. ET. INADSVETO. GALLIIS. AD. BELLVM. AVOCATVS. ESSET. QVOD. OPVS. QVAM. ARDVVM. SIT. NOBIS. NVNC. CVM. MAXIME. QVAMVIS. NIHIL. VLTRA. QVAM. VT. PVBLICE. NOTÆ. SINT. FACVLTATES. NOSTRÆ. EXQVIRATVR. NIMIS. MAGNO. EXPERIMENTO. COGNOSCIMVS. B

IVSTI LIPSI
AD LIBRVM XII. ANNALIVM EXCVRSVS.

A.

Pag. 187.

DE *Crispo Passieno lubet paullò amplius adtexere, illustri cum primis viro & oratore. & maximè ea quæ Scholiastes vetus Iuuenalis curiosè rettulit ad versum Satyræ* IV.

—— venit & Crispi iucunda senectus.

Crispus, *inquit*, municeps Visellien sis, tirocinio suo, in Senatu ita cœpit: * Patres conscripti, & tu Cæsar. propter quod simul oratione (*malim* orationem, *vt duplex caussa laudis fuerit, & Libertas & eloquentia*) plenissimè à Tiberio conlaudatus, plurimas spontè caussas apud * c. v. egit. pro quâ re in Basilicâ Iuliâ eius statua posita est. Consulatus duos gessit. Vxores habuit duas, primam Domitiam, deinde Agrippinam; illam amitam, hanc matrem Neronis Cæsaris. Possedit bis mille sestertia. (*scribo*, bis millies sestertiûm: *quia homo prædiues, & Suetonius ait Neronem hereditate eius ditatum.*) Omnium Principum gratiam adpetiuit, sed præcipuè Cæsaris (*excidit nota prænominis C. id est*, Caij. *nam hunc intellegit*) quem iter facientem secutus est pedibus. Hic nullo audiente à Nerone interrogatus (*à Nerone? imò verò* à Caio, *in quem scelus hoc incesti competijt. nisi mauis.* Hoc illo audiente, à Nerone inter. *eâ mente, vt Caio præsente, à quopiam Nerone, qui adularetur fœdo Principi, & simul huic insidiaretur, sit rogatus.*) Haberétne, sicut ipse, cum sorore germanâ consuetudinem? Nondum, inquit, quantumuis decenter & cautè. ne aut negantem eum argueret, aut adsentientem sibimet mendacio dehonestaret. (*corrigo*, ne aut negando eum arg. aut adsentiendo semet dehon.) Perijt per fraudem Agrippinæ, quam heredem reliquerat, & funere publico elatus est. *Scita narratiuncula. quam tamen ego ad Passienum hunc traho, auctore eius valdè inuito. Nam ille (dormijt, ac stertuit?) refert ad Crispum, qui sub Domitiano. Atqui Vibius ille nomine fuit: nec quadrant in eum re aut æuo, quæ hîc dicta. Mira μετωφεία Scholiastæ, aliàs docti. Sed & noster amicus, cur rescribit* municeps Vercellensis? Εὐλόγως *ad Vibium illum, fateor: at non ad Passienum. Quamquam Viselliæ municipium etiam mihi ignotum. An* Vitellien sis? *an* Vicellien sis? *quæ loca Italiæ reperies. De morte autem hominis, quod Hieronymus ecce Chronico, eam Principe Caligulâ ponit, anno eius secundo*: Passienus filius, fraude hereditatis suæ necatur. *sanè falsum est. constat enim sub initia Claudij obijsse, ex Suetonij Nerone capite* VI. *Itaque traiectitia ea nota Hieronymi, vt in Chronico illo multa. sed & emendanda sic*: fraude here-

C

D

* *Præposuit Patres Principi, sanè quàm liberè in seruitute.*
* *Interpretare* Centum viros.

A heredis suæ. *Agrippina enim illi heres, & per eius fraudem, vt diserte in Scholiastæ extremis hic verbis legis, perijt. Fuit & Passienus pater, Senecæ nominatus lib.* II. *Controuers.* V. *Ad quem pertinere censeo Vellei verba libro* II. Triumphalia ornamenta ex Africâ *ei tribuentis: idque sub Augusto.*

B.

PAG. 206.

In prouincias Cæsaris olim Legati aut Prætores missi. in prouincias dico maiores. Nam quædam minores nec tantæ rei, Procuratores saltem acceperunt. Quorum præcipuum ac proprium munus; vt reditus ac tributa colligerent, aliaque quæ ad fiscum: sed quoniam, nullo alio Præside, res sæpè cogebat ius inter prouinciales dici, etiam in re criminum; factum vt iurisdictionem aliquam sibi sumerent, Præsidum exemplo. Id Procuratorum genus, notæ & discriminis caussâ, dicti passim in libris legum, Procuratores vice Præsidis, aut cum potestate. vt. l. II. *C. De pœnis.*

Prouinciæ minores solis Procuratoribus rectæ.

Ij paullatim iura dicere ausi.

Procuratores vice Præsidis.

B *l.* III. *C. Vbi causs. fisc. l.* IV. *C. Ad leg. Flau. de plag. Dixi, iurisdictionem sumerent. reuerà enim non habebant. Equites quoniam erant aut liberti. Tacitus in vitâ Agricolæ:* Vtrumque auum habuit procuratorem Cæsarum, quæ equestris nobilitas est. *Dio l.* LIII. Καὶ τοὺς ἐπιτρόπους (*non rectè interpres vertit Curatores*) ἔτω γὰρ τοὺς τάς τε κοινὰς προσόδους, ἐκλέγοντας καὶ προσταγμένα σφίσιν ἀναλίσκοντας ὀνομάζουσι, ἐς πάντα ὁμοίως τὰ ἔθνη, τά τε ἑαυτῆς καὶ τὰ τοῦ δήμου, τοὺς μὲν ἐκ τῶν ἱππέων, τοὺς δὲ ἐκ τῶν ἀπελευθέρων πέμπει. *id est*: Procuratores (ita enim appellamus eos qui publicos reditus colligunt, erogantque) in omnes prouincias tam suas quàm populi Cæsar mittit, quosdam ex equitibus, quosdam è libertis.

Procuratores ex equite, aut libertino.

Itaque nec iudicia nec acta eorum rata, vocaríque poterant ad disquisitionem Principis aut Senatus: quoniam lege apud eos agi (vt ad rem, & sollenniter loquar) nefas. apud magistratum solum populi Romani, próve magistratu actio legis fuit. vt Consules, Proconsules; Prætores, Proprætores: qui omnes è Senatu. apud equites non fuit, multo minus apud libertos. Inter equites excipio vnum Præfectum Ægypti, apud quem, vt Tacitus notat, lege agi permisit Augustus, decreto quodam singulari. Attamen

Ideò iure ipso acta eorum non rata.

Præfectus Ægypti, supra ceteros ius habuit.

C *procuratores isti prouincijs præerant, & ius sæpè in crimine & caussâ capitis dicebant. Exemplum in Pontio qui Iudææ procurator (non enim illi prouinciæ propriè Præses) sententiam tulit de capite nostri capitis, Christi Seruatoris: exempla in Petronio, Cumano, alijsque vulgò apud Iosephum. Idemque in certis minutis prouincijs factum, quibus regendis solus Procurator. quarum aliquot Tacitus recensuit* I. *Histor.* Duæ Mauretaniæ, Rhætia, Noricum, Thracia, quæque aliæ Procuratoribus cohibentur. *& præter eas notabis Alpium maritimarum Procuratorem, item Ponti,* * *Epiri, pluresque. Hæc clara satis & certa. Ad hos Procuratores, Claudij, me iudice, accommodamus edictum, iubentis vt in prouincijs eorum decreta proinde rata sint ac si ipse statuisset. Nam ad fiscum solum si aptas: quid fiet communibus & latè conceptis Cornelij verbis?* Rerum, *inquit,* à procuratoribus suis iudicatarum. *pariterque indefinitè extulit Tranquillus,* quæ procuratores sui in iudicando statuerent. *Adde subsequentem omnem Taciti orationem: videbis non aliud eum indignari, quàm quod iurisdictio communicata cum equitibus & libertis: de quo toties inter ordines olim certatum seditione aut armis erat. At procuratores qui rei familiari tantùm impositi, qui in prouincijs Proconsulum aut Legatorum: planè*

Iudæa Procuratores habuit, Syriæ attributa.

Aliquot Prouinciæ queis solus Procurator præfuit.

* *De Epiri procuratore loco Præsidis Arrian. in Disser. Epict. l.* III. *c.* IV. *vocat,* ἄρχοντα καὶ ἐπίτροπον.

D * *priuati erant, & insigne in eos exemplum à Tiberio editum, de quo Dio:* Καπίτωνα τὸν Ἀσίαν ὑποξοπόδουτα εἰς τὸ συνέδριον εἰσήγαγε, καὶ ἐγκαλέσας αὐτῷ ὅτι σφαπώδεις ἐχρήσατο, καὶ ἄλλα τινα ὡς ἀρχὴν ἔχων ἔφραξεν, ἐφυγάδευσεν. Οὐ γὰρ ἐξῆν τότε τοῖς τὰ αὐτοκρατορικὰ χρήματα διοικοῦσι πλέον, οὐδὲν ποιεῖν ἢ τὰς νενομισμένας προσόδους ἐκλέγειν, καὶ περὶ τῆς διαφορᾶς ἔν τε τῇ ἀγορᾷ καὶ ἐπὶ τοὺς νόμους ἐξ ἴσου τοῖς ἰδιώταις δικάζεσθαι. *Et Tacitus*: Procurator Asiæ Lucillius Capito accusante prouinciâ, caussam dixit, magnâ cum adseueratione principis, non se ius nisi in seruitia & pecunias familiares dedisse. quod si vim prætoris vsurpasset, manibusque militum vsus foret, spreta in eo mandata sua, audirent socios. *Planè ergo priuati tunc quidem. Nam posteà ius acceperunt* * *de fiscali saltem pecuniâ cognoscendi, vt præmonui. Idque Dio etiam adsignificans ait,* ἐ γὰρ ἐξὸν τότε. *Hi posteriores Procuratores multi erant, & sparsi per prouincias omnes: illi, pauciores dignioresque. Dio excipuas habere Proconsulum prouincias videtur ab administratione Procuratorum. Addit enim ad verba libri* LIII. *quæ suprà,* πλὴν καθόσον τοὺς φόρους οἱ ἀνθύπατοι, παρ

* Ante Claudium quidem. nam posteà ampliatum & illorum ius.

* *Etiam de lege Fabiâ de plagiarijs; ex constitutione Imp. M. Antonini. Vlpian. l.* 9. *De of. Proconsul.*

An in Proconsulum prouincijs procuratores. Fuisse videri. Duplices in prouincijs quibusdam reditus.

παρ' ὧν ἄρχειν ἐπεφάσεσαν. *quasi Proconsules reditus collegerint ipsi in prouincijs suis. Fallacia* A *verba, quæ virum doctum nuper induxerunt, non me. Planissimè enim in Proconsulum etiam prouincijs procuratores. Dio ipse docet*; Ἐς πάντα, *inquiens*, ὁμοίως τὰ ἔθνη τε ἑαυτῆ καὶ τὰ τοῦ δήμου. *id est*, In omnes gentes, tam quæ Cæsari quàm quæ populo adtributæ. *Atqui prouinciæ omnes populi, Proconsulum fuêre. Vlpianus item de Off. proconsul.* Sanè, *inquit*, si fiscalis pecuniaria caussa sit, quæ ad procuratorem Principis respicit, melius fecerit si se abstineat. *cuius vana & irrita monitio, si in Proconsulum prouincijs Procuratores nulli. Quæ ergo Dionis verborum vera mens? Non alia, quàm Procuratorem in alijs quidem prouincijs omnes reditus colligere, quia omnes Cæsaris fiscique sunt: at in Proconsularibus non omnes, quoniam* * *vectigalia quædam vetera ipse Proconsul colligat in populi ærarium vsumque mittenda. Dictum satis, si addo, Procuratores solius rei, Rationales posteà dictos, vt à prioribus illis distinguerentur. quoniam illi rempublicam etiam; hi solam priuatam tractabant, rationesque pecuniæ principalis.*

**Quæ tamen videtur sustulisse Theodosius, & in fiscum suum vertisse. Vide Symmach. lib. X. ep. 1.*

B

IVSTI LIPSI
AD LIBRVM XIII. ANNALIVM
EXCVRSVS.

PAG. 213.

A.

Ratio dandæ tesseræ.

FORMAM *dandæ tesseræ petendæque in parte expressit Appianus* IV. *Ciuilium:* Καὶ ὁ Λόλλιος, *inquit*, ἔπεμψε τοὺς χιλιάρχους τὸ συνθημα τῶν στρατῶν λαμβανομένους παρὰ τοῦ Καίσαρος, οἱ δὲ ἔφερον αὐτῷ τὸ ἀριθμὸν τῶν στρατῶν, καὶ ἦν τότε ἔτος ὅτε τὸ αἰτεῖται τὸ συνθημα χιλίαρχον, ὑπεδίδοναν τῷ βασιλεῖ βιβλίον ἐφήμερον τὸ ἀριθμοῦ τοῦ παρόντος. *Atque olim ea data videtur sine voce, inscripta vel insculpta breui ligno; vnde Tesseræ nomen. de quo Polybium adi lib.* VI. *at sub Impp. vocale id signum. Dabant autem plerumque nomina deorum, aut heroum: etiam Græci. Pausanias libro* X. Cùm vtrimque à ducibus de more militi tesseræ darentur, fortuitu ad oraculi verba appositæ datæ sunt, à Thessalis Itonia Minerua, à Phocensibus gentis auctor Phocus. *Etiam Persæ, si Xenophonti fides lib.* VII. Παιδείας. *&* III. *vbi à Cyro tessera data* Ζεὺς σύμμαχος καὶ ἡγεμών. *aut* Ζεὺς σωτὴρ. *Suetonij loci bini non sani in hac re. alter Cal. cap.* LVIII. Signum, *ait*, more militiæ petisse: & Caio Iouem dante, Chæream exclamasse, Accipe ratum. *vbi restituo magnanimi viri vocem litterâ additâ*, Accipe * iratum. *alter cap.* LVI. Solitus modò signum petenti, Priapum aut Venerem dare; modò osculandam manum offerre formatam commotamque in obscænum modum. *Libri vett.* commitamque, *aut*, cammatamque. *Scribo*, gammatamque. *Gammata manus, insertis commixtisque digitis ad formam eius litteræ: qui mos in Italiâ & nunc. Sic lapides Gammati: non solùm qui insculptum Gamma habebant, sed qui litteram eam exprimebant transuersi. Scriptor Gromaticus:* Solent termini occurrere, qui lapides tam longiores sunt quàm qui latiores sequendi: hoc est, aut si cursum dirigunt lineares, aut si gamma faciunt transuersi. *Malo etiam in Suetonij verbis*, obscænum nodum, *quàm* modum. *Facit ad lucem infamis huius signi Lampridij locus Eligabalo:* Neque vmquam verbis pepercit infamibus, cùm & digitis impudicitiam ostentaret, nec vllus in conuentu & audiente populo esset pudor. *Scies amplius tu tiro, Tesseram duplicem fuisse: vnam quæ ad excubias, alteram quæ ad pugnam. De postremâ Tacitus lib.* III. *Histor.* Eadem vtrâque acie arma: crebris interrogationibus notum pugnæ signum.

Cur sic dicta.

Deorum nomina crebra pro signo.

Suetonius correctus.

* *Solemus enim quibus malè precamur cupimusque factum Iouem iratũ optare.* Iterùm is correctus. Gammata manus, Italorum ritu. Gammati lapides.

Tessera duplex.

B. OLIM

A

B.

PAG. 224

OLIM *ærario præpositi Quæstores: notum. Causſa immutandi ſub Iulio Cæſare orta, anno vrbis* DCCIX. *Quia enim abſente Cæſare Quæstores creati nulli, ærarij cura Ædilibus duobus commiſſa eſt: nec rediit poſtillà ad Quæstores. Dio diſertè notat lib.* XLIII. *Ædiles ergo præfuiſſe videntur (non enim immutationem reperio) per annos ferè decem & ſeptem, donec Auguſtus Prætorios ſubſtituit. Factum anno* DCCXXVI. *Dio lib.* LIII. Καὶ ἐπειδὴ χρημάτων τῷ δημοσίῳ ἐδέησεν, ἐδανείσατό τινα, ⸗ ἔδωκεν αὐτῷ, πρός τε τὴν διοίκησιν σφῶν, δύο κατ' ἔτος ἐκ τῆς ἐστατηκότων αἱρεῖσθαι ἐκέλευσε. *id eſt:* Quoniam ærarium publicum inops pecuniarum eſſet, quaſdam mutuò ſumptas in id contulit: & adminiſtrationi earum duos Prætură functos in annos ſingulos electos præfici iuſſit. *Suetonius cap.* XXXVI. Auctor fuit, vt cura ærarij à Quæſtoribus vrbanis ad Prætorios, Prætoréſve tranſiret. *Tacitus hîc. Ideò in monumentis ævi hiſtorijſque, Prætores ærarij, inſcripti paſſim. Manſit ad Claudium,* qui curam ærarij Saturni Quæſtoribus reddidit, quam medio tempore Prætores aut vtique prætură functi ſuſtinuerant, *ait Sueton. cap.* XXIV. *Ita tamen, vt honores ijs extra ordinem permitteret, ait Tacitus,* ne metu offenſionum ſegniùs conſulerent. *Quem Dio explicat, in Claudio:* Τὰς ἐστατηγὰς τὰς ὑπὸ τῆ διοικήσεως καταλύσας, ταμιείαις αὐτὰ καὶ τὸ ἀρχαῖον ἐπέδωκεν, ὥστε καὶ ἐπ' ἴσοις σφᾶς (ὅπερ ὑπό τε ἐκείνων ποτέ, καὶ ὑπὸ τῆς ἐστατηγὸν μετὰ ταῦτα ἐγίγνετο) ἄρχειν, ἀλλ' οἱ δύο οἱ αὐτοὶ τρία ὅλα ἔτη αὐτὰ διῴκουν, καὶ οἱ μὲν ἐστατηγίας οὐθὺς ἐλάμβανον, οἱ δὲ καὶ μισθὸν ἔφερον ὅπως ποτὲ καὶ ἔδοξαν ἄρξαι. *id eſt:* Prætores ærarij ſoluens, Quæſtoribus rurſum antiquo more id tradidit. non tamen vt annuum eorum munus eſſet (quod anteà & in ipſis & in Prætoribus factum:) ſed duo ijdem tres annos continuos eam curam ſuſtinebant: eiſque exactis Prætură ſtatim adipiſcebantur, interdum & præmium mercedemque: proinde ac benè ſe geſſerant. *Honores ergo extra ordinem ijs dati, ſunt Prætură. Sed ipſum immutans rurſum Nero, rediit non ad Prætores (non enim ita appellati ampliùs) ſed ad Præfectos: quos è Prætorijs elegit. Itaque clarè Tacitus,* Prætura perfunctos *dilegit, non Prætores. Ita enim in Tacito corrigendum. Per bella tamen ciuilia, & Principe nullo Romæ, iterùm Prætores præfecti videntur: innuitque Tacitus lib.* IV. *Hiſtor.* Prætores ærarij (nam tunc à Prætoribus tractabatur ærarium) publicam paupertatem queſti, &c. *Inſita enim admonitio facilè oſtendit aliud fuiſſe Taciti, id eſt, Traiani ævo. Gellius lib.* XIII. *Præfectum nominat.* Quod per Quæſtorem dixi, *inquit,* intellegi nunc oportet Præf. ærario. nam cura ærarij à Quæſtoribus ad Præfectos (*ita legerim, non* Præfectum) tranſlata eſt. *Præfuiſſe autem eos cenſeo biennium, ex hac ſanctione Neronis: certè quidem ita ſeruatum ſub Traiano Plinius Panegyr. de ſe & Tertullo:* Nondum biennium compleramus in officio laborioſiſſimo & maximo, cùm tu nobis conſulatum obtuliſti. *Et ſtatim:* Nobis Præfectis ærario, Conſulatum antequam ſucceſſorem dediſti. *In iure crebra mentio Præfectorum ærarij, vt l* XII. *De his quæ vt indignis. l.* XV. *&* XLII. *De iure fiſci.*

De Præfecturâ ærarij.
Primò id Quæſtores tractabant.
Mox Ædiles.
Inde Prætură functi, aut Prætores.
Iterùm Quæſtores.
Iiſque extra ordinem datæ prætură.
Præfecti è Prætorijs ſub Nerone.
Prætores ſub Veſpaſiano.
Poſtremò denique Præfecti è Prætorijs.
Qui biennium præerant.

D

C.

PAG. 225

AD *hanc Viceſimam Arriani inſignis locus, lib.* III. *Diſſertation. Epicteti, cap.* XXVI. Ὁ δοῦλος οὐθὲν οὕτω ἐπιθυμεῖ ἀφεθῆναι ἐλεύθερος. διὰ τί δοκεῖτε; ὅτι τοῖς εἰκοσώναις ὀκνεῖ δοῦναι ἀργύριον; ⸗. ἀλλ' ὅτι φαντάζεται, *&c. In quo loco, vide vt cæcutiat vir, alia doctus. Nam vertit:* Seruus inprimis cupit ſe donari libertate. Quam ob cauſſam? an quia deſiderat pro teſſerâ vendentibus argumentum numerare? Non ſed quia opinatur, &c. *Et in Notis ait,* εἰκοσώνλων *eſſe qui rem emit exhibito ſigno aut teſſerâ: manumiſſos autem emere publicè frumenta potuiſſe exhibitâ teſſerâ: vnde Perſius:*

—— ſcabroſum teſſerulâ far.

Somnia & nugamenta mera. Corrigo in Arriano, Τοῖς εἰκοσώταις. *Gloſſæ:* εἰκοσώτης, ὁ τὰς εἰκοσάς ἀπαιτῶν,

Interpretis Arriani lapſus.
Correctus Arrianus.

Correctus Arrianus.

ἀπαιτῇ, Vicesimarius. *Verte igitur*: An quia vicesimariis argentum dare desiderat? *Idem* A *Arrianus lib.* II. *cap.* I. Οὐκοῦν ἂν τρέψῃ τις ὅτι τρατηγὸν τὸν ἀυτοῦ δοῦλον, οὐδὲν ἐποίησεν; ἐποίησε. τί; ἔτρεψε τὸν ἀυτοῦ δοῦλον. Ἄλλο οὐδέν; ναί. Καὶ εἰκοστὸν ἀυτῷ δοῦναι ὀφείλῃ. *id est*: Cùm quis seruum suum verterit apud Prætorem, nihílne fecit? fecit. quid? vertit suum seruum. Numquid ampliùs? Certè. vigesimam pro eo dependet. *Cicero lib.* II. *ad Attic. epist.* XVI. Portorijs Italiæ sublatis, quod vectigal supereſt domesticum, præter Vicesimam? *Hæc in manumissis. At in seruis receptum, vt quotiens vænirent, vectigal pro ijs penderet emptor. Id Tacitus fuisse ait, quintam & vicesimam: lectio modò sit certa. Ambigas enim iure, quoniam de hac* XXV. *nihil alibi scriptum. Imò scriptum contrà: Augustum, cùm pecuniâ ad bellum & nocturnos Vigiles ei opus, instituisse Quinquagesimam venalium mancipiorum. Dio* LV. *in actis anni* DCCLX. Τὸ τέλος δὲ πεντηκοστὴς ὅτι τῇ τοῦ ἀνδραπόδων πράσει ἐσήγαγε. *Et hercule vti aliarum rerum venalium Centesima fuit: sic Quinquagesima mancipiorum. ausimque in Tacito reponere.* * quinquagesimæ. *Ala quinquagesima est, de quâ in Symmacho, & infrà, hoc ipso libro. Fuit & Vicesima hereditatium, instituta ab Augusto ad ærarium militare: de quâ Dio lib.* LV. *actis anni* DCCLIX. Τῷ εἰκοστῷ τὸ τε κληρονομικὸν καὶ τὸ δωρεῶν ἃς ἂν οἱ τελοῦντές τισι, πλὴν τῶν ἐπάνω συγγενῶν ἢ τῶν πενήτων, καταλείπωσι, κατεστήσατο. *Temperauit eam Nerua, & magis Traianus: de quibus multa Plinius in Laudatione. qui omnino videndus, si vim intellegere aues eius vectigalis. postque illos Antoninus Philosophus, de quo Capitolinus*: Leges etiam addidit (*siue* edidit) de vicesimâ hereditatum: de tutelis. *Videndus item Paullus lib.* IV. *Sent. tit.* VI. *lib. vlt* C. *de edicto D. Hadrian. toll. De Vicesimæ legibus primus scripsit A. Ofilius, & post eum Macer libros duos. Inuenio & in lapidibus,* PROCVRATOR XX. HEREDITATIVM. *item,* PROMAGISTER. XX. HEREDITATVM. *qui postremus titulus ab eo, quòd, vti è Plinio discis, publicani colligebant hoc vectigal: quorum Magistri, & Promagistri. Satis. nec enim Iurisconsultorum frugem demetere propositum nobis.* B

Vicesimæ quintæ vectigal in seruis venalibus.

Quinquagesima venalium.

* *Nisi tamen in Dione vitium, & rescribi placeat,* πεντεικοστῆς.

Vicesima hereditatium.

Promagister Vicesimæ.

IVSTI LIPSI C

AD LIBRVM XIV. ANNALIVM EXCVRSVS.

A.

PAG. 238

Errant vulgò in conuiuijs, Tempestiuis, & Intempestiuis.

TEMPVS *enim vt tardè aliquando iuuentus nostra discat, quid Tempestiua conuiuia, quid Intempestiua. Discat, & dediscat illa quæ nuper hausit à magnis magistris. Aiunt conuiuium Tempestiuum esse, quod tempore celebretur: verbo reque honestum: nec in vitio poni vmquam, nisi in libris vitiatis. Ecce alij qui* D *Tempestiuum nihilum differre dicant ab Intempestiuo: & in culpâ habitum vtrumque. Tertium vidi, qui conuiuia tempestiua vellet esse, quæ statis certisque temporibus præberent sacerdotes. Inducunt, & seducunt. audite me iuuenes, &, cum bono Mercurio, inite viam rectam. Legitima conuiuij hora apud Romanos priscos, Sol occasus. Saluianus libro* I. Numquid parcam illam tunc agrestemque vitam cum gemitu & dolore tolerabant, cùm viles ac rusticos cibos, ante ipsos quibus coxerant focos sumerent; eosque ipsos capere nisi ad vesperam non liceret? *Itaque quia vesperè cæna: ideò prouerbij forma in Plauto,* de vespere suo viuere. *Posteà autem Decima haberi cœpta. Clarè ex Cornificio ad Herennium, vbi describit hominem vanè glorioſum lib.* IV. *Is ad eos quos vocauerat ad cænam non in suas ædes*: Itáne? eamus, inquit, hospites. Frater venit ex Salerno. ego illi obuiàm pergo, vos huc Decimâ venitote. Hospites discedunt, ille se raptim domum suam conijcit: illi Decimâ quò iusserat, veniunt,

Hora cœnæ priscis vespera.

Posteà Decima.

A veniunt. *Et ab eâ mente Philippus Vulteium inuitans, apud Horat.*: Poſt nonam venies.— *Imò actuoſi homines & forenſes poſt decimam ſæpè. quoniam res & iudicia in foro exercita ad Decimam horam, vti ex Miloniânâ Aſconij diſcas. At labente imperio moribuſque, octaua hora balnei haberi cœpta, nona ipſa cænæ. Plinius de Spurinnâ:* Vbi hora balnei nunciata eſt, (eſt autem hieme nona, æſtate octaua) in ſole ambulat nudus. lotus accubat. *Martialis præter locos alios:*

Aut ſeriùs.

Poſteà Nona.

Imperat exſtructos frangere Nona thoros.

Hanc horam qui præueniebant, tempeſtiuè epulari dicebantur & præmaturè, & conuiuia eorum Tempeſtiua. qui in longum trahebant, inque noctem intempeſtam, iure eorum epulæ Intempeſtiuæ. Qui de multo die, inquam, epulari incipiebant, in eos gulones hæc nota & nomen. Plautus probrosè in ſenem:

Tempeſtiua conuiuia ante horam.

Cum ſuo ſibi gnato vnà ad amicám de die
Potare.

B *Hinc apud Catullum*: Conuiuia lauta de die: *apud Horatium,*
—— dictus herè illic De medio potare die.

Suetonius de Nerone: Epulas à medio die ad mediam noctem protrahebat. *Plinius in laudatione Traiani:* Non enim ante medium diem diſtentus, ſolitariâ cænâ ſpectator adnotatorque conuiuis tuis immines. *Liuius de Annibale Capuæ laſciuiente*: Cœperunt epulari de die, & conuiuium non ex more Punico aut militari diſciplinâ eſſe. *Cicero de Piſone:* Qui numquam Solem orientem aut occidentem viderit: *culpatque eum vitij vtriuſque. Vti & Silius Campanos:*

—— medioque dierum
Regales epulæ, atque ortu conuiuia Solis
Deprenſa.

Hæc tempeſtiua conuiuia ſæpè vſurpari ſolita diebus lætis, feſtisque. Iuuenalis Perſicum ſuum inuitans: —— iam nunc in balnea ſaluâ
Fronte licet vadas: quamquam ſolida hora ſuperſit
Ad Sextam.

Quando ea vſurpata. Iuuenalis explicatus.

C *Vult ecce eum ad balneas ire horâ quintâ, præter morem, & ad epulas venire ſextâ ſeptimâve. Saturnalibus item vulgò conuiuia ordiebantur à multâ luce. Tertullianus:* Non lauor diluculo Saturnalibus, ne & diem & noctem perdam: attamen lauor honeſtâ horâ & ſalubri. *Nam lautio ſemper ante cibum. Item nuptijs. Apuleius apol.* I. Nuptiæne illæ fuerunt, an aliud celebratum officium, ac conuiuium tempeſtiuum? *Ea ſunt conuiuia quæ Catoni placita apud Ciceronem*: Ego verò propter ſermonis delectationem tempeſtiuis conuiuijs delector. *Item Claudio, de quo Tacitus lib.* XI. Claudius domum regreſſus, & tempeſtiuis epulis delinitus. *Quæ epulæ ſi mediâ nocte fuiſſent, non potuit inter eas Meſſallina eſſe interfecta, ſine querelâ aut verbo hiſtoricorum. Alexandro: de quo Curtius lib.* VIII. Iamque iter parare in poſterum iuſſus, ſollenni & tempeſtiuo adhibetur conuiuio. *Tamen hæc conuiuia iure in vitio. Cicero ad Atticum libro* IX. Audio bonis viris hanc cunctationem noſtram non probari, multaque & ſeuerè in me in conuiuijs quidem tempeſtiuis diſputari. *Ibidem:*

Et Tertullianus.

Reprehenſa ea conuiuia.

D Quas eos cænas facere & obire ſcripſit ad me Sextius? quàm lautas, quàm tempeſtiuas? *Idem lib.* III. *in Verrem, de Apronij cænâ in foro*: Statuitur Lollius in illo tempeſtiuo gladiatorum conuiuio. *Et de ipſo Verre lib.* V. *ait eum* diem conuiuijs, noctem ſtupris contriuiſſe. *Quinctilianus Declamat.* CCCXXXI. Neque enim ſenectutem adfert ſummus dies, ſed longus ordo vitæ. nec ebrietatem facit illa potio, poſt quam concidendum eſt; ſed tempeſtiuum conuiuium, & auiditas nimia. *Seneca De Irâ lib.* II. *cap.* XXVIII. Aliena vitia in oculis habemus, à tergo noſtra ſunt. Inde eſt, quòd tempeſtiua filij conuiuia pater deterior filio caſtigat. *Addo Taciti locum lib.* II. *Hiſtor.* Diſcubuerat Vitellius Ticini, adhibito ad epulas Verginio. Legati Tribunique ex moribus imperatorum ſeueritatem æmulantur, vel tempeſtiuis conuiuijs gaudent. *Qui vel ſolus locus ſententiæ meæ firmandæ. Cedò enim ſi non de die illud epulum, quomodò ſubiungit de luctâ inter milites? Quomodò*, Puluis procul & arma adſpiciebantur, *in tenebris? Sanè iterùm de Vitellio noſter:*

Clarum argumentum è Taciti contextu ad Tempeſtiua conuiuia.

medio diei temulentus. & *Xiphilinus*, τὸ πλεῖον δ' ἡμέρας καὶ δ νυκτὸς ἐδαπάνα. *Diurnum ergo* A *conuiuium (intellego à meridie, aut circiter) Tempestiuum, quia initum tempori nimis: nocturnum contrà, Intempestiuum. Describit Propertius,*

Intempestiuum conuiuium.

Sic noctem paterâ, sic ducam carmine, donec
Inijciat radios in mea vina dies.

Suetonius Calig. cap. XLV. Senatum populumque obiurgauit edicto, quòd Cæsare præliante, intempestiua conuiuia, circum & theatra, & amœnos secessus celebrarent. *Cicero pro Murenâ*: Intempestiui conuiuij, amœni loci, multarum deliciarum comes est extrema saltatio. *Curtius lib.* VI. Intempestiua conuiuia, & perpotandi peruigilandique insana dulcedo. *Et exempla plura. sed ijs qui cor habent, hæc satis: μωρὸν autem ἔστε πεῖσαι ἔστε ῥῆξαι ὅσι, ait verbum vetus.*

PAG. 243

B.

B

Sed & munera peti, darique solent eo die ad barbam. Ammianus libro XVII. Cæsar cùm petenti, ex vsu, gregario cuidam vt barbas detonderet, dedisset aliquid vile, contumeliosis calumnijs appetitus est à Gaudentio. *Iuuenalis*,

Ille metit barbam, crinem hic deponit amati,
Plena domus libis vænalibus.

Barba deo sacrabatur.

Quinetiam deo alicui sacrari solita, vt apud Græcos virginum puerorumque comæ. Suetonius de Nerone: Barbam primam posuit, conditamque in auream pyxidem & pretiosissimis margaritis adornatam Capitolio consecrauit. *vbi emendo*, Capitolino, *Ioui scilicet, ex Dione. Earinus apud Martialem primam lanuginem comamque*

Suetonius emendatus.

Pergameo posuit dona sacrata deo.

Tertullianus, De animâ: Quis non exinde aut totum feli (*lego*, filij) caput reatui vouet, aut aliquem excipit crinem, aut totâ nouaculâ prosecat, aut sacrificio obligat, aut sacro obsignat pro publicâ aut priuatâ deuotione? *Censorinus, De die natali, cap.* I. Quidam C etiam pro ceterâ bonâ corporis valetudine, crinem deo sacrum pascebant. *Quando is mos Romæ cœperit (nam antiquos barbam aluisse satis constat) quæro. Liuius eum agnoscere videtur sub annum vrbis* CCCLXIX. *satis clarè, vbi de Manlio Capitolino in carcerem coniecto:* Satis constat magnam partem plebis vestem mutasse, multos mortales capillum ac barbam promisisse. *Si in luctu promiserint barbam, ergo aliàs rasa. Refellit tamen eum Varro lib.* II. *De re Rust.* Omnino tonsores in Italiâ primùm venisse ex Siciliâ dicuntur post R. C. A. CCCCLIV. vt scriptum in publico Ardeæ in litteris exstat. eosque adduxisse P. Ticinium Menam. Olim tonsores non fuisse adsignificant antiquorum statuæ, quòd pleræque habent capillum & barbam magnam. *Nec ambigo, quin ex ritu sui superiorisque æui aberrauerit Liuio mens & manus. Cicero certè pro M. Cælio etiam Ap. Claudium Cæcum barbatum inducit, aliquot post notatum Varroni æuum annis. Bellis Punicis in vsu crebro iam rasuram fuisse docent Annalium prisca verba, quæ de Scipione* Agellius rettulit, & mirabundus parum cepit. Iuuenes ergo alebant barbam. & ideò à Cicerone* I. *ad Attic.* D Comessatores coniurationis barbatuli iuuenes. *appellati sine vllâ lasciuiæ, vt volunt, notâ. & pro M. Cœlio ad iuuenes alludens,* Non hac barbâ quâ ista delectatur, *inquijt. iuuenemque à barbâ descripsit Iuuenalis,*

Mos radendæ barbæ quando cœperit Romæ. Liuius & Varro diuersi.

Aberrasse Liuium videri.

* Lib. III. cap. IV.

Iuuenes soli olim barbati.

Iam senior, cuius barbam tua ianua vidit.

Ponebant eam seriùs, citiùs, plerumque sub XXI. *annum. Macrobius certè in Somnium Scipionis* ter septenarium numerum requiri ad radendam barbam *adfirmauit. Atque ita Neronem posuisse colliges ex Fastis, annisque. Caligula tamen* XX. *anno posuit, Suetonij cap.* X. *At Cæsar Octauianus anno demum* XXV. *vti clarum ex Dione. Natus enim M. Tullio C. Antonio Coss. posuit L. Marcio C. Sabino. Mutauit ab hoc more primus Romanorum Imperatorum Hadrianus, adnotante Xiphilino, & ostendentibus Nummis. Hæc Romæ. Apud Græcos quid? Barbam in pretio mansisse ad tempora Alexandri Athenæus ex Chrysippo adfert l.* XIII.

Quo anno ab ijs posita.

Hadrianus primus reduxit barbam.

In Græciâ quando radi cœperit.

cap. VI.

A *cap.*VI. *sub eo rege radi repertum. Inter philosophos primus barbam aluisse traditur Antisthenes Suidæ, in voce καθεῖναι. Hæc propemodum aliena à Tacito: sed per eum non absurdè, vt spero, nec ingratijs tuis, lector, mihi nata.* Antisthenes primus barbæ auctor philosophis.

C.

PAG. 250

OLIM *in populi libertate, non frequens appellationum vsus, non certè in causâ ciuili: (nam prouocationem ad populum, in re maiori criminumque, frequentem scimus.) vsus tamen. A Prætore enim appellatum reperio, aliàs ad collegam eius, aliàs ad Tribunos. Ad Collegam, Cicero vno loco sed claro, in Verrem, de Præturâ vrbanâ:* L. Piso, *inquit,* multos codices impleuit earum rerum quibus ita interceſſit, quòd iſte aliter atque vt edixerat, decreuiſſet. quod vos oblitos eſſe non arbitror, quæ multitudo, qui ordo ad Piſonis ſellam iſto Prætore B ſolitus ſit conuenire. quem iſte collegam niſi habuiſſet, obrutus in foro lapidibus eſſet. *Aſconiusque ibi:* Intercedere, vt vides, etiam Prætor Prætori ſolet, vt Piſo Verri, appellatione cauſſæ ad collegam factâ. *Ad Tribunos appellatum, docet idem Cicero pro P. Quinctio:* Appellantur Tribuni, à quibus cùm eſſet certum auxilium petitum, &c. *Clariùs infrà:* Cuius procurator à Prætore Tribunos appellare auſus ſit. *Hæc olim: nec appellatum reperio ad Senatum. At Auguſtus imperium adeptus,* Appellationes quotannis vrbanorum quidem litigatorum * Prætori delegauit vrbano: at prouincialium, conſularibus viris, quos ſingulos cuiuſque prouinciæ negotijs præpoſuiſſet, *ait Suetonius capite* XXXIII. *Quem ita intellego, vt appellationes à minoribus magiſtratibus iudicibuſve, Romæ ad Prætorem fierent, in cauſſis dumtaxat ciuilibus: è prouincijs, ad conſulares. Nam quin Auguſtus ipſe, firmandæ dominationi, & iure poteſtatis Tribuniciæ, grauiorum rerum appellationes ſibi ſeruarit: ambigendum vix puto è Dionis verbis lib.* LII. *vbi Mæcenas ad Auguſtum:* Δίκαζε δὲ αὐτὸς ἰδίᾳ τά τε ἐφέσιμα καὶ τὰ ἀναπόμπιμα, ὅσα ἂν ἄλλα τε τῶν μειζόνων ἀρχόντων, καὶ ἄλλα τῶν ἑπτεφόρων, C τῶτε πολιάρχε καὶ τῶ ἱππαρχῶν, τῶτε τ σῖτον διπσκοπουντ καὶ τῶ νυκτοφυλακουντ ἀφικνῆται. *etſi quædam ibi miſcet, magis ex ritu ſui ævi Dio, quàm Auguſti. Certè à Senatu ad Principem appellatum Tiberij imperio, ſunt exempla in noſtro ſcriptore. vt lib.* IV. ijſque inſtantibus ad Imperatorem prouocauit: *& alibi. poſt eum Caius* magiſtratibus liberam iuriſdictionem permiſit, *ait Suetonius cap.* XVI. *id eſt, ſine appellatione plenam priſcamque: ſed id non diuturnum fuit, non magis quàm permiſſa ab eo comitiorum libertas. Dio mihi auctor libro* LVIII. *ſub Caio receptum, vt iudicia quædam Senatus tractaret, ita tamen vt ab eo Princeps appellaretur. Sed appellatio Principis, vt appâret, non ſine pœnâ fuit. pœnâ, dico, in eos qui temerè appellaſſent. Quo exemplo nunc Nero auctum honorem Senatus it; ſtatuitque vt eâdem pœnâ, qui illum temerè à priuatis iudicibus appellaſſent, tenerentur, quâ qui Principem. Sententiam hanc ſatis capio: confirmationem quæro & exempla. Nihil enim præ manu mihi quod iſtuc faciat, niſi fortè quæ de pœnâ præiudiciali eorum qui à Præfecto vrbis appellaſſent, Symmachus ſcribit libro* X. *duobus locis. Quem tu cupide lector vide. Mihi à latere tragulam inijcit Tranquillus,* D *qui hanc ipſam rem tangens, capite* XVII. *nihil eorum quæ Tacitus; ſed hoc tantùm dicit,* Cautum vt omnes appellationes à iudicibus ad Senatum fierent. *Hæret id ſpiculum, & non euello.*

De appellationibus quid olim. Eæ infrequentes.

A Prætore ad Prætorem appellatum.

Item ad Tribunos.

* *Timidè ambigo, num ſcribend. in Tranquillo.* Præf. delegauit vrbis. Auguſti ſcitum in appellando. Cauſſas plerasque ſibi ſeruauit.

Ad Principem à Senatu appellatum ſub Tiberio.

Caius aliquid mutauit, ſed id vanũ fuit.

Pœna temerè appellantium.

Suetonij diſſenſus à Tacito: & res cogitanti intricata.



IVSTI LIPSI AD LIBRVM XV. ANNALIVM EXCVRSVS.

A.

PAG. 277

CERTA *inuestigatio eius diei à clade Alienſi capi poteſt, & debet. quam certùm eſt anteriorem fuiſſe, & faſtis perpetuis traditam & ſignatam: ideoque & vulgo notam. Cicero ad Atticum:* Maiores noſtri funeſtiorem diem eſſe voluerunt Alienſis pugnæ, quàm vrbis captæ, quòd hoc malum ex illo: itaque alter religioſus etiamnunc dies, alter in vulgus * ignotus. *Quis igitur ille? Liuius ex profeſſo tradit, initio libri* VI. Diem ad XV. Kal. Sextiles duplici clade inſignem, quo die ad Cremeram Fabij cæſi, quo dein ad Aliam, cum exitio vrbis, fœdè pugnatum. *Eadem Taciti noſtri aſſertio* II. *Hiſtor. de Vitellio, quem tradit* funeſto omine de cerimonijs publicis edixiſſe XV. Kal. Auguſti, die antiquitus infauſto Cremerenſi Alienſique cladibus. *Ergo eorum mente pugnæ ille dies: ſequens autem vrbis captæ, & incenſæ. quod Liuius item tradit.* Ingreſſi, *inquit,* poſtero die vrbem, patente Collinâ portâ. *Hæc ſi ita vera: quis non videt* XIV. *Kalend. ipſum incendij diem fuiſſe? & rectè igitur hîc ita in Tacito ſcriptum. At alij fortaſſe diſſentiunt. Minimè. imò Agellius è Verrio Flacco refert, libro* V. *capite* XVII. *cùm cauſſam quærit, cur dies poſtriduani atri Romanis habiti? refert, inquam,* Q. Sulpicium Tribunum militum, aduerſus Gallos pugnaturum, rem diuinam dimicandi gratiâ poſtridie Idus feciſſe; & poſt diem tertium eius diei vrbem à Gallis occupatam eſſe. *Quibus verbis ſi hæc ſententia eſt, vt tres dies medios, & quarto demum pugnatum; profectò cum Liuio ſentit ac Tacito, & pugnæ dies erit* Decimuſquintus Kalendarum. *Eſſe autem, ex ipſo Liuio dixeris, in quo pariter ita ſcriptum:* Quod poſtridie Idus non litaſſet Sulpicius, & poſt diem tertium obiectus hoſti exercitus Romanus eſſet. *At ſi quis aliter, & velit* poſt diem tertium, *ſignificare ipſum diem tertium: tum certè fateor,* XVI. Kalendas *diem pugnæ fuiſſe, quomodo in Viris illuſtribus (quocumque auctore) eſt ſcriptum. Sed vel ſic ipſe incendij dies* XV. *ſit, non hercules* XVI. *Itaque nihil video, quod virum illum tegat, niſi fortè Macrobius, qui deſcribens Agelliana illa, vt ſolet, adferre videtur* die poſtero *quàm Sulpicius malè ſacrificaſſet, pugnatum fuiſſe. Sed hoc ſanè falſum, & improuidè à Macrobio ſcriptum. ſicut item à Plutarcho in Cauſſis:* Ὅτι μὴ τὰς κυϊντιλίας εἰδὰς, ἃς νῦν Ἰουλίας καλοῦσιν ἐξάγοντες οἱ χιλίαρχοι τὸ στράτευμα, περὶ τὴν Ἀλίαν ποταμὸν ἐκρατήθησαν ὑπὸ Κελτῶν μάχῃ: Quod poſt Quinctiles Idus, quas nunc Iulias vocant, educentes Tribuni copias, ad Aliam flumen victi ſunt à Gallis. *Indefinitè aut falsò aio dictum: quo argumento? certo, quod Liuium eius rei auctorem dat, qui palàm contrà ſcripſit, vt iam oſtenſum. Nam Plutarchus ibi,* Ὡς οἱ πλεῖστοι νομίζουσιν, ᾗ Λίβιος ἱστορεῖ: Vt plurimi arbitrantur, & Liuius in hiſtoriâ ſcribit. *Ille verò hoc non ſcribit: & quocumque [rem vertas,* XIV. *Kalendarum incendij erit, imò* XIII. *fortaſſe (tanto longius à* XVI.*) ſi Plutarcho & Polybio credam. Ille in Camillo, iſte lib.* II. *ſcribunt, non* poſtero, *vt Liuius, ſed* tertio denique die à pugnâ Gallos irrupiſſe. *Et conſentit etiam, aut certè diſtinguit & conciliat Io. Zonaras:* qui poſterâ quidem die iuiſſe ad vrbem *vult*, ſed cùm portas apertas viderent, ſubſtitiſſe, inſidias veritos; & tertiâ denique die ingreſſos. *Itaque, vt finiam, nihil erroris in Tacito: cum Liuio ſentit & priſcis, quos adduxi.*

Lib. VIII.

* *Quia ſcilicet non ſeruabatur, aut ſecernebatur.*

A

B.

Pag. 288

PÆDAGOGIA *Seneca describit epist.* XCVI. Transeo agmina exoletorum, per nationes coloresque descripta, vt eadem omnibus leuitas sit, eadem primæ mensura lanuginis, eadem species capillorum. *Iulianus in Antiochico*: Οὐ κρεῖττον ἦν ὀδωδέναι μύρων ἢ ἀγορᾶν βαδίζοντός σου, καὶ παῖδας ἡγεῖσθαι καλοὺς, εἰς οὓς ἀποβλέπουσιν οἱ πολῖται; *Hi pueri plerumque ad illicita dominis.* *Suetonius Nerone cap.* XXVIII. Super ingenuorum pædagogia, & matronarum concubinatus. *Pædagogia enim non culpat, sed quòd ex ingenuis.* *Tertullianus Apol.* Cùm de pædagogijs aulicis nescio quem cinædum (*Antinoum intellegit*) deum facitis. *Notitiâ Imperij*: sub dispositione viri spectabilis Castrensis *collocantur.* PÆDAGOGIA. MINISTERIALES. DOMINICI. CVRÆ. PALATIORVM. *Plinius.* XXXIII. Pædagogia veterum pari formâ & ætate. Ad delicias.

B Iam verò & pædagogia ad transitum virilitatis custodiantur argento: *quod de fibulis argenteis exaudio, Veneri arcendæ. Vsus etiam eorum ad mensam.* *Vlpianus l.* XII. *de Instructo vel instrum.* Si instructum fundum legasset, ea pædagogia quæ ibi habebat, vt cùm ibi venisset præsto essent in triclinio, legato continentur. *Hos habebant in veste pretiosâ.* *Seneca De vitâ beatâ, cap.* XVII. Quare pædagogium pretiosâ veste succingitur? *Imò auratâ.* *Idem De tranquillit. cap.* I. Præstringit animum apparatus alicuius pædagogij, diligentiùs quàm intra priuatum larem vestita & auro culta mancipia, & agmen seruorum nitentium. *Ammianus libro* XXXVI. Tunicâ auro distinctâ, vt regius minister, indutus, à calce in pubem in pædagogiani pueri speciem. *Nec aliud sensit cùm de auro Plinius scripsit*: Honestiùs viri pedadogijs id damus, balineasque diues puerorum forma conuertit. *nescio an*, conuestit. *Seneca de puerorum istorum delicijs, epist.* CXXIII. Omnium pædagogia oblitâ facie vehuntur, ne sol, ne frigus teneram cutem lædat. Turpe est neminem esse in comitatu puerorum, cuius sana facies medicamentum desideret. *Vides ergo vbique Pædagogia pro cœtu & quasi collegio puerorum. pro loco non accipio, nec apud Plinium quidem lib.* VII. *epist.* Puer in pædagogio mistus pluribus dormiebat. *rescriboque*, Puer è pædagogio. *Intellegit enim puerum pædagogianum.* *Ammianus lib.* XXIX. Adultus quidam ex his quos Pædagogianos appellant, ad obseruandam venaticiam prædam, Spartanum canem retinere dispositus. *Res nomenque in parte mansit, apud Paigios Gallorum, Italorumque.*

Pretioso amictu. Imò aureo.

Pædagogiani pueri.

C Pædagogium pro cœtu, non loco. Plinij leuicula correctio. Pueri nostri, quos Paigios vocamus, oriundi inde.

IVSTI

IVSTI LIPSI

AD LIBRVM XVI. ANNALIVM EXCVRSVS.

A.

PAG. 298

Iusiurandum in acta Principum.

LIBERA *re Romanâ non iuratum scio in cuiusquam acta, iuratum in leges quidem: sed acta finito magistratu vocari poterant ad disquisitionem Senatus. Is probabat, aut rescindebat. Primi Triumuiri, nisi fallor, Calendis Ianuarijs & ipsi iurarunt, & alios adegerunt, rata se habituros omnia acta diui Iulij. Inde secutis principibus exemplum. Dio opportunè, lib.* XLVII. Ἐν τε τῇ πρώτῃ τοῦ ἔτους ἡμέρᾳ αὐτοί τε ὤμοσαν, καὶ τοὺς ἄλλους ὥρκωσαν βέβαια νομιεῖν πάντα τὰ ὑπ' ἐκείνου ψηφισθέντα, καὶ τοῦτο καὶ νεῶ ὅτι ποιοῦσι τοῖς τὸ κράτος ἔχουσιν, ἢ καὶ ἐπ' αὐτοῦ ποτε ψηφισθεῖσι γίγνεται). *id est*: Kalendis autem noui anni, & ipsi Triumuiri iurarunt, & alios iurare coëgerunt, omnia acta Iulij rata se habituros. Quod & nunc vsurpatur in omnibus qui aut tenent imperium, aut tenuerunt, nisi fortè infamiâ ignominiaque publicè notati sint. *Id accidit sub annum vrbis* DCCXII. *Factum idem viuo Augusto; de quo idem Græcus lib.* LIII. Ἐν δὲ τῇ νουμηνίᾳ ὅρκους ἡ βουλὴ βεβαιοῦσα τὰς πράξεις αὐτοῦ ἐποιήσατο. *Idque iuramentum semper abusque Diuo Iulio repetitum ad principem eius anni. Tacitus infrà*: Eiusdem animi est Poppæam diuam non credere, cuius in acta Diui Iulij & Augusti non iurare. *Nisi tamen si quis sceleribus & flagitijs aliter meruisset. Dio lib.* LX. *de Caio*: Καὶ διὰ ταῦτα τὸ μὲν ὄνομα αὐτοῦ οὐκ ἔστιν ἐν τῷ καταλόγῳ τῷ αὐτοκρατόρων, ὧν μνήμην ὅτι τοῖς ὅρκοις ἢ ὅτι τοῖς εὐχαῖς ποιοῦμεθα, ὥσπερ καὶ τὸ τοῦ Τιβερίου. *id est*: Ob eas causas non est Caij nomen in catalogo alboque Principum, quorum mentionem facimus in iuramentis votisque; vti nec Tiberij. *Iuratum verò non viritim, sed vno aliquo ex quoque magistratu verba præeunte, reliquis assentientibus. Quem morem Senatus, adulatione nouâ, transgressus est sub Tiberio, vt narrat idem Dio* LVIII. Νομιζομένου συχνὸν χρόνον ἤδη, μηκέτι κατ' ἄνδρα τινὰ βουλὴν ἐν τῇ νουμηνίᾳ ὀμνύναι, ἀλλ' ἅπαξ, ὥσπερ εἴρηταί μοι, προσομνύντων, καὶ τοὺς λοιποὺς συνεπαινεῖν, οὐκ ἐποίησαν αὐτό, ἀλλ' αὐτεπάγγελτοί μηδενὸς σφᾶς ἀναγκάσαντος, ἰδίᾳ καθ' ἑαυτὸν ἕκαστος ὀμοσάμενοι, ὥσπερ τι καὶ τοῦτο μᾶλλον δυσχεράναντες. *Sed præiurationem Claudius iterùm reduxit, explicatúque Dio lib. vltimo*: Κλαύδιος δὲ αὐτοὺς μὲν πάντα ἐθισμένα διώμοσε, τοὺς δ' ἄλλους ἐκώλυσε κατ' ἄνδρα ὀμόσαι, καὶ ἔτως εἴ τις τῶν στρατηγούντων, ὥσπερ ποτε, καὶ ἑτέρως τῶν δημαρχούντων, ὑπό τε τῶν ἄλλων ὡς ἑκάστων εἷς ἔξηρξε τῶν ὅρκων τοῖς ὁμοίοις. Καὶ τοῦτο ὅτι πλείω ἔτη ἐφυλάχθη. *Quam tamen abrogatam denuò esse, reditumque ad singularia iuramenta, indicio sunt quæ hîc & posteà Thraseæ obijciuntur. Et Dionis sanè verba vltima satis ostendunt, in aliquot annos dumtaxat id seruatum.*

Non viritim, sed vnus ex quoque magistratu.

Id posteà tamen mutatum.

B.

PAG. 298

Obsignabantur vota in tabulis.

EA *vota in tabulis concipi solita, & signari. Suetonius Aug. cap.* XCVII. Nam se quamquam conscriptis paratisque iam tabulis, negauit suscepturum vota, quæ non esset soluturus. *Plinius ad Traianum*: Sollennia vota pro incolumitate tuâ, quâ salus publica continetur, & suscepimus & soluimus: precati deos, vt velint ea semper solui, semperque signari. *Concepta non Kalendis ipsis, sed* III. *Nonas. Plutarchus in Cicerone*: Τεχθῆναι Κικέρωνα λέγουσιν, ἡμέρᾳ ξίνῃ τῶν νέων καλανδῶν, ἐν ᾗ νῦν οἱ ἄρχοντες ὄμνυσι) καὶ θύουσιν ὑπὲρ τῆς ἡγεμονίας. *Capitolinus in Pertinace*: Tertio Nonarum die, Votis ipsis. *Eunapius in vitâ Maximi*:

Quis dies Votorum.

ἡ τειτη

ἡ τρίτη δὲ ἡμέρα τῆς καλανδῶν, ἃς αὐτὰς Ἰανουαρίας ἡμέρας Ῥωμαῖοι δεσσονομάζουσι, καὶ δεσπιώμεναι πάντες αὐτῆς ὑπέχοντο τἀγαθὰ εὐωχίαν. *Adde hunc Caij Iti locum de verbor. signif.* post Kalendas Ianuarias die tertio pro salute Principis vota suscipiuntur. *Denique hunc Dionis clarum lib.* LIX. Καὶ τρίτῃ δὲ ἡμέρᾳ τῇ τὰς εὐχὰς ἐχούσῃ συνῆλθον μὲν, &c. Tertiâ autem die, quâ Vota fiunt, conuenerunt quidem, &c. *Firma hæc videbantur: tamen concutit nos nonnihil Tacitus lib.* IV. *Annal.* Cæsar sollennia incipientis anni Kalendas Ianuarias epistolâ precatus. *Et subdit:* Quem enim diem vacuum pœnâ, vbi inter sacra & Vota, vincla & laqueus inducantur? *Et Tibullus ad Messallam:*

Alij videntur Kalendis ipsis ponere.

—— Tyrio subtemine vestem
Indueras, oriente die duce fertilis anni:
Cùm fera discordes tenuerunt flamina venti,
Et largita tuis sunt multa silentia votis.

Sed stamus. & ad Taciti locum aio, non ita districtè verba capienda quasi illoipso die Vota, sed quasi in propinquo. Aut verius: etiam tunc Vota fuisse, sed ex ritu prisco, quæ soli Consules nuncupabant, pro Imperij & populi salute. Hæc autem pro Principe subtexta. & die quidem lætiore, & augustiore pompâ. Quod ipsum de Tibullianis illis censeo. Sanè veteri reip. negari non potest, quin Vota ipsis Kalendis. Omitto plures Liuij locos: hunc do firmum & clarum, lib. XXI. *extremo: Consulem* C. Flaminium, conscientiâ præteritorum, & Capitolium, & sollennem Votorum nuncupationem fugisse: ne die initi magistratus, Iouis opt. max. templum adiret. *Fieri etiam potest, vt plures dies Votorum fuerint, ille tamen tertius ante Nonas præcipuus. Concepta autem & in castris apud signa, & in Capitolio. Tertullianus de Coronâ:* Ecce annua Votorum nuncupatio, quid videtur? Prima in principijs, secunda in Capitolijs. Accipe post loca, & verba. Hunc tibi Iupiter bouem cornibus auro decoratis vouemus esse futurum. *Vbi & formulæ pars; in quâ tamen corrigo,* esse * facturum. *Est enim eo exemplo dictum, quo illud Gracchi:* Credo ego inimicos meos hoc dicturum. *Dies hic publicè lætus; ideoque* Ælius Cæsar Votorum caussâ ab Hadriano lugeri est vetitus. *Eumdem etiam* * *Sollennia ἁπλᾶς appellarunt. Quod obseruo ex Tertulliani his verbis:* Veræ religionis homines etiam Sollennia Imperatorum conscientiâ potiùs, quàm lasciuiâ celebrant. Grande videlicet officium focos & choros (*nescio an*, thoros, *vt ad lectisternia refe-ratur*) in publicum educere, vicatim epulari, ciuitatem tabernæ habitu abolefacere. Hæccine sollennes dies principum decent, quæ alios dies non decent? O nos meritò damnandos! Cur enim Vota & gaudia Cæsarum casti & sobrij & probi expungimus?

Distinctio adhibita.

Vbi concepta.

Tertullianus correctus.

* *Ita poëta vetus:* Mars tibi voueo facturum bidente verte.

* *Et Plinius suprà,* Sollennia vota. Coniectura in Tertullianum.

IVSTI LIPSI
AD
C. CORNELII TACITI
LIBRVM III. HISTOR.
EXCVRSVS.

A.

Pag. 368.

In Tacito concinnatio.

ETERVM vt transmitteret in Italiam impunè & eo vsui foret, scriptum Aponio, vt vnà cum Mœsico exercitu celeraret. Ac ne inermes prouinciæ barbaris nationibus exponerentur, principes Sarmatarum Iazygum in commilitium adsciti; plebem quoque & vim equitum quâ solâ valent offerebant. remissum id munus ne inter discordias externa molirentur, ac maiore ex diuerso mercede ius fasque exuerent. Trahuntur in partes Sido atque Italicus reges Sueuorum, quibus vetus obsequium erga Rom. & gens fidei commissæ * patientior. opposita in latus auxilia, infestâ Rætiâ, cui Porcius Septimius procurator erat incorruptæ erga Vitellium fidei. Igitur Sextilius Felix cum alâ Taurianâ & VIII. cohortibus ac Noricorum iuuentute ad occupandam ripam Æni fluminis, quod Rætos Noricosque interfluit, missus, nec illis aut his prœlium tentantibus fortuna partium alibi transacta. Antonio vexillarios è cohortibus & partem equitum rapienti comes fuit Arrius Varus, strenuus bello; quam gloriam & dux Corbulo & prosperæ in Armeniâ res addiderant. Idem secretis apud Neronem sermonibus ferebatur Corbulonis virtutes criminatus. Vnde infami gratiâ primumpilum adepto, læta ad præsens malè parta, mox in perniciem vertêre. Sed Primus ac Varus occupantes Aquileiæ proxima quæque, & Opitergij & Altini lætis animis accipiuntur. Relictum Altini præsidium aduersus classem Rauennatem, nondum defectione eius auditâ. Inde Patauium & Ateste partibus adiunxêre. Illic cognitum tris Vitellianas cohortes, & alam cui Scribonianæ nomen, ad Forum Alieni ponte iuncto consedisse. Placuit occasio inuadendi incuriosos. nam id quoque nuntiabatur. Luce primâ inermes pleroscque oppressêre. Prædictum vt paucis interfectis ceteros pauore ad mutandam fidem cogerent. Et fuêre qui se statim dederent. plures abrupto ponte instanti hosti viam abstulerunt. Vulgata victoria post principia belli secundùm Flauianos, duæ legiones, septima Galbiana, tertiadecima Gemina, cum Vedio Aquilâ legato Patauium alacres veniunt. Ibi pauci dies ad requiem sumpti, & Minutius Iustus præf. castrorum leg. VII. quia audaciùs quàm ciuili bello imperitabat, subtractus militum iræ, ad Vespasianum missus est. Desiderata diu res interpretatione gloriæ in maius accipitur, postquam Galbæ imagines discordiâ temporum subuersas in omnibus municipijs recoli iussit Antonius, decorum pro caussâ ratus si placêre Galbæ principatum partes præsumerent. Quæsitum inde quæ sedes bello legeretur. Verona potior visa patentibus circùm campis ad pugnam equestrem quâ præualebant: simul coloniam copijs validam auferre Vitellio in rem famamque videbatur. Possessa ipso transitu Vicentia: quod per se parum (etenim modicæ municipio vires) magni momenti locum obtinuit,

A tinuit, reputantibus illîc Cæcinam genitum,& patrium hoſtium duci eteptam. In Veronenſibus pretium fuit: exemplo opibuſq́ue partes iuuêre. Et interceptus exercitus per Rætiam Iuliaſq́ue Alpes. ac ne peruium illâ Germanicis exercitibus foret, obſepſerat. Quæ ignara Veſpaſiano aut vetita. quippe Aquileiæ ſiſti bellum, exſpectariq́ue Mucianum iubebat. Adijciebatq́ue imperio conſilium, quando Ægyptus, clauſtra annonæ, vectigalia opulentiſſimarum prouinciarum obtinerentur, poſſe Vitellij exercitum egeſtate ſtipendij frumentiq́ue ad deditionem ſubigi. Eadem Mucianus crebris epiſtolis monebat, incruentam & ſine luctu victoriam & alia huiuſcemodi prætexendo, ſed gloriæ auidus atque omne belli decus ſibi retinens. Ceterùm ex inſtantibus terrarum ſpatijs conſilia poſt res afferebantur. Igitur repentino incurſu Antonius ſtationes hoſtium irrupit, tentatiſq́ue leui prœlio animis, ex æquo diſceſſum. Mox Cæcina inter Hoſtilium vicum Veronenſium & paludes Tartari fluminis caſtra permunijt, tutus loco, cùm terga flumine, latera obiectu paludis tegerentur. Quòd ſi affuiſſet fides, aut
B opprimi vniuerſis Vitellianorum viribus duæ legiones nondum coniuncto Mœſico exercitu potuêre, aut retroactæ deſertâ Italiâ turpem fugam conſciuiſſent. Sed Cæcina per varias moras prima hoſtibus vendidit tempora belli, dum quos armis pellere promptum erat, epiſtolis increpat, donec per nuncios pacta perfidiæ firmaret. Interim Aponius Saturninus cum legione VII. Claudianâ aduenit. Legioni tribunus Vipſanius Meſſalla præerat, claris maioribus, egregius ipſe, & qui ad id bellum ſolus artes bonas attuliſſet. Has ad copias nequaquam Vitellianis pares (quippe tres adhuc legiones erant) miſit epiſtolas Cæcina, temeritatem victa arma tractantium incuſans. Simul virtus Germanici exercitus laudibus attollebatur, Vitellij modicâ & vulgari mentione, nullâ in Veſpaſianum contumeliâ. Nihil prorſus quod aut corrumperet hoſtem, aut terreret. Flauianarum partium duces omiſsâ prioris fortunæ defenſione, pro Veſpaſiano magnificè, pro cauſsâ fidenter, de exitu ſecuri, in Vitellium vt inimici. Facta Tri-
bunis & Centurionibus retinendi quæ Vitellius indulſiſſet, ſpes: atque ipſum Cæci-
C nam non obſcurè ad tranſitionem hortabantur. Recitatæ pro concione epiſtolæ addidêre fiduciam, &c. *eo ordine quo deinceps vulgati.*

IVSTI LIPSI
AD
C. CORNELII TACITI
GERMANIAM
EXCVRSVS.

A.

PAG. 440.

Pro Germanorum castitate.

GERMANOS *liberatum ire volui à fœdâ auersæ Veneris notâ: & ecce ego non sine notâ. Nam quidam me culpat (modestè tamen fateor, nec planè ἀλόγως) quòd temerè mendacem dixerim Athenæum. Ab eo enim, inquit, Diodorus, Aristoteles, Strabo. Primus quidem, de Celtis sic scribit:* Γυναῖκας δ' ἔχοντες ἀνειδεῖς, ἡκιστα ἑαυταῖς παρεχυσιν, ἀλλὰ παρὰς τας τῶν ἀρρένων συμπλοκὰς ἐκτόπως λυσσῶσι. *& quæ subdit, turpia mihi nimis, turpia relatu. At Aristoteles* VII. *Polit.* Pleraſque militares gentes. & Celtas in ijs, maſculum cœtum palàm admiſiſſe. *Iam Strabo, negat* turpe apud eos fuiſſe τὸ δ' ἀκμῆς ἀφειδεῖν τὰς νεάς: florem ætatis proſtituere iuniores. *Quid ad hos ego? ignoſce quiſquis legis, pænè idem quod in Athenæum. Falſi inquam iſti, falſi: ſi tamen de Germanis hoc ſcripſerunt, ac ſenſerunt, non potiùs de Gallis. Quod ego omnino aſſero: præſertim de ijs qui Maſſiliæ & Italiæ magis propinqui. Ab eâ parte labes hæc in candidam per ſe gentem. Nónne* mores Maſſilienſes *prouerbio, ab hac mollitie innotuêre? Græci ergo illi, qui vix limen illud ipſum Galliæ nouerant (Germaniæ certè penetral numquam) illic repertum vitium famâ & ſtilo ſparſerunt perperàm in omnes. Non mihi creditur? Tacito igitur noſtro, qui diſertè hoc ipſo loco ſcribit (ex veſtrâ quidem mente) molles iſtos & flagitioſos* cæno & palude merſos, crate iniectâ. *Tuam fidem, ô optime. Si fidi illi Græci, & ſi vitium hoc tam commune Germanis, tam receptum: quî conſtat vt ijdem tam ſeueriter illud puniant? Itaque ne ſic quidem Germani inquinabuntur, etiamſi inquinata illa lectio retinebitur. Nec tamen à me, qui haud paullò tutiùs Tacito & in primis Fabio (quì claris verbis ignotum id flagitium Germanis aſſerit, te diſſimulante) hîc crediderim, quàm Græcis. Quippe iſti leui & longinquâ famâ aliquid de eâ gente acceperunt: at illorum ævo, cognita iam Germania, imò luſtrata Romanis & calcata.*

Galliæ pars olim in muliebri morbo.

Græci eminus res Germaniæ nouerunt.

Purgat palàm Germanos Tacitus. Etiam Quinctilianus.

STEM-

STEMMA AVGVSTÆ DOMVS.

IVSTVS LIPSIVS IANO LERNVTIO S. DICO.

STEMMA Auguſtæum, Iane Lernuti, rem à ſe implexam, & in hiſtoriâ multi vſus, digeſtum à me compoſitumque tibi mitto. Tentatum antè alijs: ſed, liberè dixerim, tentatum potiùs, quàm perfectum. Nec enim pauca correcta à nobis, pluriaque eruta: & in re tenuiter indagandâ non tenuis labor. Quæ clara promtaque viſa, non firmaui: alijs addidi notas, quas ſcies indices eſſe numerorum nouitiæ editionis. Fateor tamen eſſe quæ fugerint me, fugiantque etiam nunc; quæ veſtigijs odorari potui tantùm. velut de Apuleiâ Varilià, quam ſororis Auguſti neptem noſter ait, pag. 61. item de Claudiâ pulchrâ, quam ſobrinam ponit Agrippinæ vxori Germanici, pag. 128. Nec adſequor, quia nihil inuentum nobis de marito aut ſtirpe Marcellæ minoris: à quâ hæc deriuem. Tibi quidem, Lernuti, qualecumque hoc munus, vt amor tuus eſt, placebit, ſcio: vti namque in reliquis meis ſcriptis, alij pariter aut iudicent tecum aut errent. Vale mi Ocelle, cum Giſelino tuo meoque: quibus in ſummâ concordiâ vnum hoc certamen eſt, vter me magis amet.

- C. Octavius c.f. *qui Macedoniæ præfuit.*
  - *Ex priore marito C. Marcello* — Octavia *maior.*
    - M. Marcellus, *cui prima vxor Pompeia Sexti : altera, Iulia Augusti filia. Ex neutrâ liberi. Obijt adolescens in Baiano.*
    - Marcella *maior. Ex* I. *marito M. Vipsanio Agrippâ* —
      - *Liberi, ait Suetonius, sed nobis irreperti. Nam de Vipsaniâ Tiberij vxore falsum.*
    - *Ex* II. *marito Iulo Antonio Africano Triumuiri filio, de quo Plut. in Antonio, & noster pag.* 126.
      - L. Antonius Africanus. *qui Massiliæ obijt, pag.*126. *Ex eo aut fratre aliquo, vt arbitror* —
        - Sex Antonius Africanus. *de cuius nobilitate, pag.* 256.
    - Marcella *minor, de quâ silent*
  - *Ex Anchariâ priore vxore* — Antonia *maior. Ex marito L. Domitio Aenobarbo.*
    - Domitia, *cui vir Crispus Passienus, vti suspicor ex Quinctil. lib.*VI. *cap.*II.
    - Domitia lepida. *Ex* I. *marito M. Valerio Barbato Messallâ*
      - Valeria Messallina *Claudij principis vxor. Adi commentarium nostrum, pag.*183. *Et adde Senecam in Menippæâ, qui Messallinæ maiorem auunculum facit Augustum.*
  - *Ex* II. *marito M. Antonio* III. *viro* — Antonia *minor, cuius stirpem ex marito Druso quære infrà.*
    - II. *Ap. Iunius Silanus. Qui tamen anteà maritus fuisse videtur Aemiliæ Lepidæ proneptis Augusti. (vide Commentar. nostrum pag.*212. *etsi res hæc adhuc nubila.) Exq; ijs fortè*
      - L. Silanvs *sponsus Octauiæ, pag.*186. *&* 188.
      - M. Silanvs *proconsul Asiæ, pag.*211.
      - Ivnia calvina *Vitellij nurus, pag.*188. *quæq; ad Vespasiani æuum superuixit, ex Suet. Vesp. c.*XXIII.
    - Cn. Domitivs, *cui vxor Agrippina, & ex ea*
      - Nero *Imp.*
- *Ex Attiâ* II. *vxore*
  - Octavia *minor. de cuius coniugio aut stirpe nobis non lectum.*
  - C. Octavius, *qui posteà C. Iulius Cæsar Octauianus Augustus.* — *Ex Scriboniâ vxore*
    - Ivlia, *cui primus maritus M. Marcellus, tertius Tiberius Imp. vterque sine prole. Medius M. Vipsanius Agrippa. Ex hoc*
      - C. Cæsar, *cui vxor Liuia soror Germanici, pag.* 123.
      - L. Cæsar, *cui destinata vxor Aemilia Lepida, posteà P. Quirini vxor, pag.*83.
      - Agrippa postvmvs.
      - Ivlia, *cui vir L. Aemilius, Paulus Censoris F. Ex eo*
        - Æmilivs lepidvs, *cui Drusilla vxor. Dione* LIX. *&* Suet. Cal. *cap.* XXIV.
        - Æmilia lepida, *sponsa Claudij, Sueton. Claud. cap.* XXVI. *Nec scio an eadem quæ nupta Druso filio Germanici, pag.*160.
      - Agrippina, *cui vir Cæsar Germanicus. Et ex eo*
        - Nero, *cui vxor Iulia Drusi filia, pag.*154.
        - Drvsvs, *cui vxor Aemilia Lepida, pag.* 160.
        - C. Caligvla, *cuius matrimonia è Suetonio pete.*
        - Agrippina, *cui mariti tres, Cn. Domitius, Crispus Passienus, Claudius Imp.*
        - Drvsilla, *cui prior maritus L. Cassius : alter M. Aemilius Lepidus.*
        - Livia, *siue,* Livilla *Suetonio : quæ eadem* Ivlia *est Tacito & Dioni. Nupsit M. Vinicio, pag.* 150. *Huic siue alteri è sororibus maritus anteà Quinctilius Varus, quem generum Germanici vocat Seneca lib.* I. *Controu.*III. *& aliquid Tacit. pag.*133.

Habes

Habes Auguſti Stemma, quod ad ſanguinem quidem attinet. Supereſt vxoria ſtirps, quæ adfinitate primò, mox adoptione inſita in domum Auguſtam. Eam, lucis cauſsâ, ſeorſum hîc expreſſi.

- TIBERIVS NERO, *qui Imper. cui*
  - I. *vxor Vipſania Agrippina, M. Vipſanÿ Agrippæ, ex Pomponiâ, Attici filiâ. Ex hac*
    - DRVSVS, *cui vxor Liuia ſiue Liuilla, ſoror Germanici. Ex hac*
      - TIBERIVS GEMELLVS, *quem Caius ſuſtulit. Sueton. cap.* XIV.
      - GEMELLVS *alter, cuius nomen non proditum: ex pag.73. qui perijt quadrimus. ex pag.*112.
      - IVLIA, *cui vir Rubellius Blandus. pag.*154. *Ex hoc* ——
        - RVBELLIVS PLAVTVS, *quem Nero ſuſtulit, cui vxor Pollutia, p.*294.
  - II. *vxor Iulia Auguſti F. Ex eâ proles, ſed infans exſtincta.*

TI. CLAVDIVS NERO, *cui vxor Liuia Druſilla, poſteà Auguſta. Ex hac*

- GERMANICVS CÆSAR, *cui vxor Agrippina. Stirps poſita ſuprà.*
- LIVILLA, *cui vir C. Cæſar, dein Druſus frater patruèlis: deſponſa etiam poſteà Seiano ex pag.*123.
- DRVSVS NERO GERMANICVS, *cui vxor Antonia minor. Ex hac* ——
  - CLAVDIVS, *qui Imp. cui I. vxor Plautia Vrgulanilla. Ex hac*
    - DRVSVS, *cui deſponſa Seiani filia. Sueton. Claud. capite* XXVII. *Tacit. pag.*86.
    - CLAVDIA, *quam abiecit.*
  - II. *vxor, Aelia Petina. Ex hac*
    - ANTONIA, *cui vir Pompeius magnus, à Claudio interfectus. poſteà, Fauſtus Sulla.*
  - III. *vxor, Valeria Meſſallina. Ex hac* ——
    - OCTAVIA, *cui ſponſus L. Silanus. poſteà maritus Nero Imp.*
    - CLAVDIVS BRITANNICVS, *à Nerone ſublatus.*

INDEX
ALPHABETICVS
IN CORNELIVM
TACITVM

A.

ABARVS, Arabum Rex Pag.189.b
Abnoba, mons 434.b
Acte, liberta Neronis 216.a 231.b.237.d
Adgandestrius Cattorum Princeps 74. b
Adiabeni 263.c
Adiutrix legio 349.b.380.a
Adoptionis fictæ mos prauus 268.b
Adrana fl. 29.b
Adulterij pœna apud Germanos 443 a
Ædui populi 90. a.323.c
Ægyptus 310.b.331 a.339.b
Ægyptiâ Iudaicaque superstitione infecti pelluntur Italiâ 73.b.74. a
Ælia Petina 185.d
Ælius Gallus 143.b
Ælius Gracilis, Belgicæ legatus 234.a
Æljus Seianus 102.b eius genus, vita, & mores 106.a.b Liuiam Drusi vxorem adulterio polluit 107.a venenum parat Druso 109 b. 110.b.c
Æmilia Lepida 83.b.c. eius mors 106.a.b
Ænus fl. 369.c
Æsculapius deus 423.b
Æstyorum gentes 451.a
Afranius Burrhus. Vide Burrhus.
Africa 62.a.310.b.381.b
M. Agrippa 3.a.312.b
Agrippa Postumus vnicus nepos Augusti 4.a eius cædes 6.a
Agrippa Postumus falsus, Clemens nomine 56.b.c interfectus 57.a
Agrippina Augusta, Germanici vxor, neptis Augusti 21. b. 34. c. 64. a. 75. c. d. & seq. 111. a. 128. b.c. 138.c. & seq. eius mors 153.d.& seq.
Agrippina Iulia, Germanici filia, mater Neronis 137.c nubit Claudio Imp. 186. a. & seq. eius lasciuia 216.b.c.237.d
Agrippinæ insidiæ parantur à filio 238. & seq. occiditur 240.c
Agrippina Colonia, Vbiorum opidum 325.c.401.a 413.b.415.c. sic dictum ab Agrippinâ Iuliâ, ibi genitâ 194 a
Agrippinenses 325 c.403.b.414.b.415.c 421 b
Albani 157.a.b.308.c
Albis fl. 48.b.450.a
Albium Intemelium 341.b
Albucilla, vxor Satrij Secundi, multorum amoribus famosa 162.b
Alexandria 381.b. 422.c
Alienus Cæcina. Vide Cæcina.
Aliso fl. 45.a
Allobroges 328.a
Alpes Iuliæ 368.c
Alphenus Varus 345.c.349.c.378.b.383.b.385.a. 397.a
Alpinus Montanus 404.a.b.431.a
Altinum 370.a
Amisia fl. 32.b.45.a
Amphitheatrum Placentinum conflagrat 343.b
Amphiteatrum cœptum apud Fidenam, cadit, maximâ strage hominum 132.a.b
Ancilium conditio 336.b
Andecaui pop. 90.b
Angli 449.a
Angriuarii 45.a.48 c 447.b
Anicetus, Polemonis libertus 238.a.240.a.b.c eius mors 381.b
Annæus Lucanus 281.a occiditur 289.a
Annæus Seneca 188.a.b. rector Neronis 211.d accusatur 258.a eius cædes 285.b. & seq.
Annius Bassus 381.c
Annius Faustus 340.b damnatus ibid.c
Annius Gallus 335.c.340.d.343.d.350.a
Annus magnus & verus 478.b
Ansibarij 234.b
Anteius 295. b
Antiochia 359.b
Antiochensium theatrum 360.a
Antiochus rex 360.a.424.c
Antistius Sosianus 224.a.256.a.b.c.295.b.408.c
Antium colonia 270.a
Antona fl. 195.b
Antonia turris 428.d
M. Antonius 58.b.63.a
Antonius Felix. Vide Felix.
Antonius Flamma 408.c
Antonius Nouellus 335.b. 341.a
Antonius Primus 361.c.367.d.370.c.& seq. 375. b.& seq.382.a. b.384.d.386.c.390.b.c.394 a.c. 406.b.417.b.421.c.d
Apenninus 379.c.381.d.383.c.384.c
Apicata Seiani vxor 107.b
Apinius Tiro 384.a 390.a
Apis idolum 425.b
Aponius Saturninus, Mœsiæ præfectus 332.b. 361.b.365.a.369.a.370.c
L. Apronius, inferioris Germaniæ proprætor 136.c
Apuleia Varilia sororis Augusti neptis 61 b
Aquileia 368.c
Aquilius primipilaris 399.a
Aquilius Regulus 407 b
Arabes Iudæis infensi 424.c
Arauisci pop. 446.a
Araxis 228.c
Archelaus Cappadociæ rex, inuisus Tiberio 57.b.c eius mors ibid.

D.

Dacorum gens 306.a.380.b
Dahæ pop. 43.a
Dalmatæ 371.b.381.c
Danubius fl. 380.c.434.b
Decimus Pacarius. Vide Pacarius
Decumana porta 34.a
Demetrius Cynicus 301.c
Dianæ Limenetidis templum 124.b
Diana Perſica 98.a
Dicendi formæ & genera mutantur cum temporibus 479.b
A. Didius 198.b.c
Dillius Vocula Vide Vocula.
Dinis Thracum dux 127.c
Diuodurum, Mediomatricum opidum 327.a
Domitia Neronis amita 209.a
Domitianus, Veſpaſiani filius 384.c.d.389.b
Cæſar conſalutatus à militibus 392.c
eius ſtupra, adulteria, & indomitæ libidines 394.a 417.b
præturam capit 406.b
imperij munia omittit 423.c
Gn. Domitius 137.c.142.c
L. Domitius, Gn. Domitij Ænobardi & Iuliæ Agrippinæ filius 169.c.& ſeq.186.a
ei deſponderur Octauia Claudij filia 188.b
adoptatur à Claudio 193.a.b
Domitius Afer 128.c.133.a
Domitius Balbus 253.d
Domitius Celer 70.c
Domitius Corbulo. Vide Corbulo.
Domitius Sabinus 317.c
Donatius Valens 325.b
eius mors 326.b
Druidæ 250.b. & ſeq.412.b
Druſilla Germanico genita 150.b
Druſus Claudius priuignus Auguſti, Germanici pater 3.a.4.a.21.b.57.b.77.a
Druſus Germanici frater 14.a.18.b.c. & ſeqq. 38.a.58.a.62.a.66.c.72.d.78.a. 79.a. c. 81. c. 84. c. 86.a.b 95.c.& ſeqq.107.a
Druſo venenum parat Scianus 109.b
Druſi mors ibid. funus 110.b
Druſus Germanici filius 107.b.110.a.113.b
eius mors 153.b
Druſus Germanici filius falſus 141.a
Dubius Auitus 234.a
Dulgibini pop. 447.c

E.

Educatio prana 483.c.& ſeq.
Edui, ſenatorum in vrbe ius adepti 177.a
Eleazarus, Iudæorum dux 429.a
Eloquentiæ vtilitas 472.b.c.& ſeqq.
Elyſij pop. 450.b
Emeritenſes 331.c
Ennia Macronis vxor 161.c
Epheſij 97.b
Epicharis 282.a.b
eius mors 284.b
Epiphanes rex 344.c
Eporedia 329.a
Epponina vxor Iulij Sabini 417.a
Eprius Marcellus Vide Marcellus Eprius.
Equeſtris Fortunæ ædes apud Antium 101.a
Erato regina Armeniorum 43.a
Euphrates fl. 158.b
Eudemus medicus Liuiæ 107.b
Eudoſes pop. 449.b
Ezates 190.a

F.

Fabius Maximus 3.b.& ſeq.
eius mors ibid.
Fabius Priſcus 421.c
Fabius Valens 309.a. 324.b. 325.c.344.b. 345. a. b. c. d 353. b. c. 356.a.357.a.358.c.363.a. 365. b. c. 379. a. b. c. & ſeq.
capitur 380.a interficitur 385.b
eius vita & mores ibid.
Fabricius Veiento 257.a
Fanum Fortunæ 381.d
Feſti adulatione temporum fœdati 406. c
Fatone an ſorte voluantur res mortalium 153.a.b
Felix Iudææ præfectus 204.a.b.428.b
Feminæ ob lacrymas damnatæ 148.a
Feminarum libido coërcita 73.a
Feminarum pœna quæ ſeruis coniunguntur 203.b
Feminarum vitia 87. b.c
Fenius Rufus 221.b.257.b.259.b.295.a
Fenni pop. 451.b
Filius patrem interficit 375.a
Flaccus Hordeonius 309.b.325.b.353.c.365.a 400.a.b.c interficitur 405.c
Flamen Dialis 96.b.113.a
Flauianus. Vide Titus Ampius Flauianus.
Flauius Arminij frater 46.a.172.a
Flauius Sabinus. Vide Sabinus.
Flauius Veſpaſianus. Vide Veſpaſianus.
Fleuum caſtellum 136.c
Fonteius Agrippa 52.a.380.c
Fonteius Capito 121.a.309.a.312.b
Forum Iulij 379.c
Foroiulienſis colonia 341.d.379.a
Foſi pop. 448.a
Friſij 136.b.173.a.234.a.b.399.a.b 447.c
Fucinus lacus 205.a.b
Fuſius conſul 138.b
Fulcinius Trio celebris accuſator 51.b.78.b.c.& ſeq. 159.b
Furius Camillus 62.b
Fundani lacus 387.c
Funera Germanorum 445.a
Furnius 128.b

G.

Galatia 340.a.354.c
Galba 305.c.308.a.b.c.& ſeqq.
Occiditur 320.c
eius vita, mores, &c. 322.c.& ſeq.
Galbiani 323.c
Galeria vxor Vitellij 355.b
Galerius Trachalus 336.c.354.c
Galgacus dux 461.b
Galilæi 204.a
Galli 435.a
Galli Rhenum accolentes Galbianis aduerſi 323.c.d. & ſeq.
Galli rebellionem cœptant 90.a.b.c. & ſeq.
Galli in Germaniam tranſgreſſi 443.c.
Gallia 309.b
Gallia Comata 175.b
Gallia Narbonenſis 192.a.335.b
Caluia Criſpinilla, magiſtra libidinum Neronis 330. a. b
Gambriuij 435.a
Garamantes 116.a.410.c

Garamantum rex prædarum receptor 116.a
Gannascus Chaucorum dux, Caninefas natione Germaniam inferiorem incursat, & Gallorum oram vastat 172.c.173.a eius mors 173.b
Gelduba, loci nomen 402.d.404.b
Germani milites 347.b.367.c læti bello 399.a fluminibus sueti 429.c. custodes Imperatoris 18.b Germanorum armatura 47.a.b
Germanorum patrius mos in bello 342 c
Germanorum obnoxia morbis corpora 364.a
Germaniæ situs, mores & populi 434.& seqq. vsque ad finem libelli.
Germaniæ inferioris legiones 309.c.324.a
Germaniæ superioris legiones 311.a.324.b
Germaniæ turbatio 380 b
Germanicus Cæsar Claudij Drusi filius 4.a.7.b 21. b. c. & seqq. 26. c. 28.a. 57.b. 58.a.b.& seq 61.a. 62.a.b & seqq.
moritur 69.c
eius funus 70.a
honores illi post mortem decreti 72.a.b
Gessius Florus, procurator Iudææ 418.b
Gindes fl. 169.a
Glesum 451.a
Gotarzes Parthorum rex 168.a.b.c.& seq. 189.c.& seq. moritur 190.b
Gothini pop. 450.a
Gothones pop. 450.b
Gracchus prætor 151.a
Graia alpes 329.a
Graius mons 417.b
Granius Marcellus 37.a
Grinnes 431.a
Gugerni 403.a

H.

HAdria 379.c
Hæmus mons 89.b
Hammonis oraculum 425.a
Haruspicum collegium 172.a
Q. Haterius 13.a.b eius mors 132.a
Haterius Agrippa 38.d.62.a.92.c.93.b. 144.a.b
Helluſij pop. 451. c
Heluecones pop. 450.b
Heluetij Gallica gens 328.b.c.d 445.c
Heluidius Priscus 202.b.395.a.b.& seq.
Hercules apud Ægyptios celebris 66.a.b
Hercules Germanicus 435.a
Herculis columnæ 447.c
Herculis oraculum 190.a
Herculi sacra silua 46.c
Hercinia silua 59.b.446.b
Herennius Gallus 402.c.d.& seq.414.b eius mors 418.c
Herminones 434.c
Hermunduri 195 a.235.b.449.b.c. & seq.
Herodes rex Iudææ 428.a
Hertum, id est, terram matrem colunt Germani. 449.b
Hiberi 157.a.b
Hierosolyma 424.c.428.b.c.d.& seq.
Hispalienses 331.c
Histriones 38.a.b.& seq.112.a
Hordeonius Flaccus. Vide Flaccus Hordeonius
Hortalus nobilis iuuenis 55.a.b.& seq.
Hostilia vicus Veronensium 369.a.372.a
Hyberi 200.b.c.& seq.
Hyrcani 248. b

I.

ICelus Galbæ libertus, Martianus vocitatus 311.a.b. 318.a
Iceni pop. 195.c.& seq.251.a
Idistauisus campus 47.c
Ignes terrâ editi 235.c
Illyricum 59.a.309.c.& seq.
Illyricus exercitus 317.c.362.a
Ingæuones pop. 434.c
Inguiomerus Arminij patruus 31.b
Interamna 385.c
Ioannes Bargiora dux Iudæorum 429 a
Iordanis fl. 427.a
Isichi 227.a
Isis 429.c.439.a
Isthæuones pop. 434 c
Italus Cheruscorum dux 172.a.b.c
Iuba Maurorum rex 108.a
Iubillius Hermundurorum rex 195.a
Iudæi 204.a.424.c.d.& seq
Iuhonum ciuitas 235.b.c
Iulia Agrippina Vide Agrippina.
Iulia Augusta Tiberij mater 99.a moritur 138.c eius ætas, genus, vita, &c. 138 b.c. & seq.
Iulia Augusti filia 28 a eius mors ibid.
Iulia Augusti neptis 136.b eius mors ibid.
Iulia Drusi filia 86 a. 154.b
Iuliates 189. c
Iulius Agrestis 383.a.b
Iulius Agricola, 452.& seqq.vsque ad finem libri.
Iulius Alpinus 328.c
Iulius Atticus 318.b.c
Iulius Auspex 418.a
Iulius Briganticus 343.d.418.b
Iulius Burdo 326.a
Iulius Calenus 378.a
Iulius Carus 320.b
Iulius Celsus 150.a
Iulius Ciuilis 326.a
Iulius Classicus. Vide Classicus.
Iulius Cordus 331. a
Iulius Florus Treuir 90. a eius mors ibid.c
Iulius Frontinus 406.b
Iulius Fronto 314.c.345.a
Iulius Gratus 345.a
Iulius Mansuetus à filio occisus 375.a
Iulius Martialis 316.c.333.a
Iulius Maximus 404.c
Iulius Paullus 398.a
Iulius Pelignus, procurator Cappadociæ 202.b
Iulius Placidus 392.b
Iulius Postumus 111.a
Iulius Priscus 363.a.383.b eius mors 397.b
Iulius Sabinus 412.b.416.c eius mors 417.a
Iulius Sacrouir Æduus 90.a eius mors 92.a
Iulius Secundus 471.c
Iulius Tutor, Treuir 412.b.c.& seq. 418.b.c.d.431.a
Iulius Vindex 308.c.& seq.323.c.&seq.
Iunia Syllana 170.a.219.c
Iunius Blæsus, legatus legionum Pannonicarum 14 b & seq. Proconsul Africæ 88.b. & seq.96.b.103.a. & seq.
Iunius Blæsus, Lugdunensis Galliæ rector 326.b. 354.b eius mors 378.c eius genus & mores 378. a
Iunius Gallio 143. a.290.a
Iunius Mauricus 406.d

Iunius Rusticus 139.b
Iunius Silanus proconsul Asiæ 211.c.& seq.
Iuris & legum principia 84.b.& seq.
Iuuenales ludi 243.a.273.b.385.b

L.

LAco. Vide Cornelius Laco.
Langobardi 59.a.& seq.449.a
Laodicea vrbs 249.a
Latinus Latiaris 134.b.c.144.a
Latinius Pandus proprætor Mœsiæ. 68.a.& seq.
Legum principia & varietates 84.b.& seq.
Lemouij pop. 450.c
Lentulus Getulicus 156.a
Lepida mater Messallinæ 183.b.209.a
M. Lepidus 313.a.314.b.& seq.
eius mors 154.b
Leptitani 410.c.& seq.
Leucorum ciuitas 327.b
Libanus mons 427.a
Libelli vecordes 52.a
Liber pater 426.b
Libertatis atrium 317.c
Libo Drusus 51.a.b.c eius mors 52.b
Licinius Mucianus. Vide Mucianus.
Licinius Proculus 321.b.333.b.335.c.& seq. 349.c.354.c
Ligij pop. 195.a.450.b.c
Ligures 341.b
Lingones 324.c.& seq 417.a.& seq.
Linus Thebanus 117.a.170.b.& seq.
Litterarum formæ 177.b.& seq.
Liuia Augusta 4.a.& seq.21.b
Liuia Drusi vxor, soror Germanici 59.a.73.a.107.a.b
adultera Seiani 110.b.122.b
Liuineius Regulus 244.b.& seq.
Locusta venefica mulier 210.a.218.a
Lollia Paullina 185.d.191.c.d.& seq.
M. Lollius 92.b
Londinium 252.a
Luceius Albinus 354.a eius mors ibid.
Lucillius Bassus 366.a.371.b.c.378.a.394.b
Lucillius centurio, Cedo alteram, dictus 18.a
Luco, municipium Voconiorum 328.b
Ludi sæculares 169.b
Lugdunum 326.b.423.c
Lugdunensis colonia 324.a
Lugdunenses & Viennenses discordes 327.c
Luna languescens claro cælo 19.b
Luppia fluuius 31.b.44.b.431.d
Lusitani 329.a
Lustrale certamen 292.a
Lutorius Priscus 92.b eius mors 93.a
Lygdus Spado 109.c.& seq.
Lyris amnis 205.a

M.

MAcer Martius 344.a.347.b.c
Macro libertus Tiberij 159.b.& seq.
Magi 51.a
Magius Cælianus 88.c
Maguntiacum 398.c.406.a.415.b
Maiestatis lex 36.a.& seq.
Maleficiorum diuersa genera 69.a
Malorix Frisiorum princeps 234.a
Malouendus Marsorum dux 50.b
Mamercus Scaurus 13.a.155.b.& seq.
eius mors ibid.
Manlius Patricius 408.c
Manlius Valens 327.c
Manimi pop. 450.b
Mannus Tuistonis filius 434.c
Marcellus sororis Augusti filius 2.b.312.b
Marcellus Eprius 352.c.d.395.b.& seq. 408.a.b.473.a
Marcodurum vicus 403.b
Marcomanni 60.a.67.a.450.a
Mardi pop. 248.a
Margarita subfusca & liuentia gignit Oceanus 456.b
Marcus Boius, Deus Galliarum 354.d
feris obiectus, sed non laniatus ibid.
interfectus Vitellio spectante ibid.
Marius Celsus 312.a.317.c.& seq.329.b.& seq. 344.a.b.c.348.a.b.354.c
Marius Maturus 341.a.379.c
Maroboduus Marcomannorum rex 59.b.c.& seq. 67.a.b
Marsaci 413.b
Marsi 27.b.50.b.435.a
Marsigni 450.a
Martianus Icelus. Vide Icelus.
Martius Macer. Vide Macer.
Marus fl. 67.b
Mathematici 53.a.203.b.315.a.355.a
Mattiaci 406.a.446.b
Mattiacus ager 174.a
Mattium Cattorum caput 29.c
Mauri 62.a.b.354.a.b
Mauretaniæ duæ 310.b.354.a.b
Mazippa 62.a.b
Mediolanum 329.a
Mediomatrici 419.a
Meherdates filius Phrahatis 189.a.b
victus 190.a.b
Mella eques Romanus 296.b.c
Memmius Regulus 256.a
Memnonis saxea effigies 66.c
Memphis 423.b
Menapij 403.b
Menius Rufinus castrorum præfectus 23.a.371.c
Mephitis templum 377.c
Mesopotamia 158.a.161.b
Messalla Valerius 8.a
Messallina vxor Claudij 165.a eius adulter C. Silius 170.a nubit C. Silio 178.a. 183.a accusatur apud Claudium ibid.
eius mors 182.c
Messallinus Cotta. Vide Cotta Messallinus.
Menius Pudens 315.b
Milichus 283.b.284.c.289.a
Miluius pons 231.c.335.b.391.b
Minucius Iustus 370.a
Miracula 352.b.422.a
Misenensis classis 340.a.383.c
Mithradates Armeniæ rex occiditur 168.a.b.190.b.c 102.a
Mœnus fl. 445.c
Mœsia 40.a.331.a.332.a.b
Mœsicæ legiones 346.b.c.367.d
Mona insula 250.b.458.b
Montanus Alpinus. Vide Alpinus Montanus.
Morini 403.b
Mosa fl. 44.b.403.b 431.d
Mosella fl. 233.b.420.c.d
Moses 425.a.b
Mucianus 310.a.338.c.& seq.357.c.& seq. 368.c.& seq. 381.a.c. 386.c. 390.c. 394.c.406.b. 408.b.& seq. 417.a b. 420.b
Mumius Lupercus 400.a.& seq.
interfectus 415.a

Munatius Plancus. 23.b.24.a
Muſonius Rufus 391.a.396.d 406.d
Muſulani 116.b

N.

NAbalia, ſiue Vahalis flu. 432.c
Naharuali 450.b
Nar. fl. 39.a.b
Narbonenſis prouincia 331.a.341.a
Nariſci pop. 450.a
Narciſſus Claudij libertus 179.b.& ſeq.185.d 209.b ad mortem adigitur 211.d
Narnia 385.c.387.a
Nauportum 17.a.b
Neapolis 274.a
Nemetes pop. 194.a.446.a
Nero filius Germanici 85.b.131.b.c
Nero filius Gn. Domitij Ænobarbi & Iuliæ Agrippinæ. 198.c. & ſeqq. Octauiam Claudij filiam in matrimonium accipit 205.b Imperator conſalutatur 210.b lupanaria pererrat, &c. 222 b exturbat Octauiam, & Poppææ coniungitur 260. b denubit Pythagoræ 275.b
Nero falſus 339.c interfectus 340.b
Neruij 399.a.404.c.421.c.446.a
Nola vrbs 6.a.9.a.& ſeq.
Nonius Actianus 407.a
Nonius Receptus 325.b.& ſeq. eius mors ibid.
Norici 329.a.369.c.432.b
Noricum 329.a
Nouaria ibid.
Noueſium 402.c.415.a.418.c.431.c
Nuithones pop. 449.b
Numiſius Rufus 401.b. eius mors. 418.c
Numiſius Lupus 332.b.370.b
Nymphidius 290.a
Nymphidius Sabinus oppreſſus 308.a.b.316.a
Nynos vrbs Aſſyriæ 189.c

O.

OCcia veſtalis 74.a
Occoris rex 425.a
Oceanus tumeſcit maximè impulſu Aquilonis, ſimul ſidere æquinoctij 35.a violentior cetero mari 50.a
Octauia Claudij filia Britannici ſoror 185.b.d.& ſeq. deſponderur Domitio 205.b
Octauius Auguſti pater 9.b
Octauius Fronto 53.b
Octauius Sagitta 230.b
Odruſæ pop. 89.b
Olennius 136.b
Onomaſtus 316.b
Ophenſis populus 410.c
Opitergium 370.a
Oppiæ leges 87.c. & ſeq.
M. Opſius 136.a
Oratio Agrippinenſium 410.c
Oratio Caractaci 196.b.& ſeq.
Oratio C. Caſſij 255.a.b.c
Oratio Cerialis 419.a.b.c.& ſeq.420.a.b.c
Oratio Ciuilis 403 a.b.c.& ſeq.429.c.& ſeq. 432. a. b
Oratio Claudij 175.b
Oratio Curtij Montani 407.b
Oratio Galbæ 312.a.313.a.b.c.& ſeq.
Oratio Galgaci 461.b.c.& ſeq.
Oratio Germanici 24.a.c
Oratio Hortali 55.a.& ſeq.
Oratio Iulij Agricolæ 462.c.& ſeqq.
Oratio Iuliæ Agrippinæ 121.a.b
Oratio M. Lepidi 92.c.93.a.b
Oratio Muciani 358.a.b. & ſeq.
Oratio Neronis 258.a.c.d.& ſeq.
Oratio Othonis 318.c.d.333.a.b.c.351.a.& ſeqq.
Oratio Pæti Thraſeæ 269.a
Oratio Piſonis 317.a.& ſeq.
Oratio Segeſtis 30 b.& ſeq.
Oratio Senecæ 258.a.b
Oratio Tencterorum legati 415.c.d
Oratio Tiberij 77.b.79.a.b.120.a.123.a.b.c
Oratio Vitellij 187.a.b
Oratio Vologeſis 163.b
Oratio pulchra quæ 481.a
Orationis forma ac ſpecies mutanda cum conditione temporum ac diuerſitate aurium 479.a
Orator qualis eſſe debeat 481.a.b
Oratorum dignitas 487.a.b.c
Oratorum vitia 483.a
Orcades inſulæ 455.c
Ordouices 196.b.458.b
Orientis regna mota 42.a
Ornoſpades dux 159.a
Orodes filius Artabani regis 158.a
Orphidius Benignus interficitur 346.b eius corpus crematur 350.b
Oſi pop. 446.a.150.a
Oſtorius proprætor Britanniæ 195.b. & ſeq. eius mors 168.a.c
Oſtorius Scapula 256.a.b.295.c eius mors 296.a
Oſyris 423.b
Otho 311.a.b.& ſeq. 314. c. & ſeq. Imperator conſaluratus 316.b eius falſæ virtutes 329.b luxu, ſæuitiâ, audaciâ exitioſus Reipub. 246.a eius mors 352.a ſepulchrum ibid. eius ætas, genus, mores, &c. ibid.
Oxiones pop. 451.c

P.

PAcarius Decimus 342.a.b eius mors ibid.
Pacorus Rex Parthorum 428.a
Pacorus Vologeſis frater 256.d
Pactius Africanus 407.a
Pactius Primipili centurio 127.b.366.b
Padus fl. 329.a.342.c.346.c.349.b.381.c
Pætus Cæſennius 264.d.& ſeq.271.b
Pætus Thraſea 232.a.b.297.c.& ſeqq.396.a.b
Pallas Claudij libertus 179.b.& ſeq. 185. d. & ſeq. 193. a. b. & ſeq. 209. b. 212. a eius mors 262.a
Palmæ 262.b
Pamphilia 340.a
Panda flu. 190.c
Pandataria inſula 261.c
Pannonij 14.a.266.a.341.c.371.b
Pannonicæ alpes 365.b
Pantomimi 36.b.38.b.39.a.247.a
Paphiæ Veneris templum 338.a
Papyrius centurio 410.a.b
Papia Poppæa lex 84.a.& ſeq.
Paris hiſtrio 220.a.& ſeq.
Parthi 156.b.& ſeqq.168.a.b.& ſeq.189.b. 200. b. 214. a. 216.b. & ſeq. 248.b.c.263.d.& ſeq. 265.a.b
Patauium 370.a
Paullinus Suetonius. Vide Suetonius Paullinus.
Pecuniæ, nerui ciuilis belli 361.a

Pedaneus Secundus à ſeruo interfectus 254.b
Peninæ alpes 335.b
Percennius 15.b eius mors 21.a
Perilius Cerialis 384.c.390.c.419.a.b 423.c.429.c. 430.c
Petronia vxor Vitellij 355.b
Petronius Turpilianus 253.c.289.c.457.c eius mors 308.b
Petronius procurator 329.a
C. Petronius. 296. b eius vita & mores 297.a
Peucini 451.b
Pharaſmanes, Hiberiæ rex, Mithradatis frater 157.a.b.c. 200.b.c
Philippopolis 89.b
Phœnix auis 154.c
Phrahates rex 42 a
Phrahates, Phrahatis filius 156.c eius mors ibid.
Phryxus 157.b
Picenus ager 379.c
Pirenæum 515.b
Gn. Piſo, Piſonis filius, Syriæ præfectus 58.a.63.b. 65. a. b accuſatur Germanicum deuotionibus & veneno peremiſſe. 78. a. b. 80. a Piſonis mors 81. a eius codicilli ibid. eius filij 81.c
L. Piſo Proconſul Africæ præfectus 406.b.c interficitur ibid.
L. Piſo Hiſpaniæ citerioris prætor 126.a eius mors ibid.
L. Piſo Pontifex 148.b fato obit ibid.
Piſo Licinianus 312. a eius genus & mores ibid. adoptatur à Galbâ ibid. trucidatur 320.c
Placentia 342. c. 343. a oppugnatur à Cæcinâ ibid.
Plancina vxor Gn. Piſonis 58.b.65.b.80.a eius mors 154.a.b
Plautius Siluanus 115. b.116.a
Plautius Ælianus pontif. 412.a
Plautus Rubellius 247.a.b.294. b eius mors 260.a
Plinius Germanicorum bellorum ſcriptor. 34.c.276.a
Plotius Firmus 321.a.b.333.b.350.c
Plotius Griphus 382.b.406.b.c
Poëticæ laus 476.a.b
Poëticus decor ab Oratore exigitur 481.b
Pomerium vrbis auxit Claudius 193.a
Pompeia Paullina Senecæ vxor 285.b
Pompeius Longinus 317.c
Pompeius Propinquus, procurator Belgicæ 311.a interfectus 326. a
Pompeij theatrum igne fortuito hauſtum 102.a
Pomponia Græcina 226.a
Pomponius Flaccus 68.a.b. eius mors 154.b
Pontes longi 34.b.c
Pontius Pilatus 279.a
Pontus 339. b. & ſeq.
Poppæa Sabina ſcortum 230.c.231.a.237.c.311.b. 315. a coniungitur Neroni, exturbatâ Octauiâ 260.b eius mors 293.a
Poppæus Sabinus 39. b. 126. b. eius mors 160.a eius origo & vita ibid.
Poppæus Siluanus 381.c.409.b
Poppæus Vopiſcus 331.b
Porcius Septimius 369. b
Portus Herculis Monœci 376.c
Prætores ærarij 336.c
Primus Antonius. Vide Antonius Primus.
Praſutagus Icenorum rex 251.a
Priſcus Heluidius. Vide Heluidius Priſcus.
Priſcus Iulius. Vide Iulius.
Proculus Licinius. Vide Licinius Proculus.
Procuratorum poteſtas 206.a.b
Prodigia 208. a. & ſeq. 239.a.241.b.335.b.383.
Proſerpina 422.c
Pſeudophilippus rex Macedonum 207.b
Ptolemæus Mathemat. 314.a
Ptolemæus rex 117.b.422.c.d.& ſeq.
Publicani 232.c
Publius Celer 397.a.406.d
Puteoli vetus opidum in Italiâ 249.a
Puteolani 232.a.384.a
Pyramides 66.b
Pyramus fl. 68.b
Pythagoræ Nero nubit 275.b
Pythius Apollo 422.d

Q.

Q Vadi 450.a
Quæſtores 175.a.225.a
Querquetulanus mons 133.a
Quinctilius Varus 29.a eius mors ibid.
Quinctus Atticus 383.b
Quinquennale ludicrum 245.b.291.c

R.

R Apax legio 349.b.366.a.370.a
Rauenna 366.a
Remi 417.a
Reudigni pop. 449.a
Rhacotis 423.a
Rhadamiſtus, Pharaſmanis filius 220.a. & ſeq. 214.a.227.c
Rhenus flu. 44. a. & ſeq. 235. a. 397. b. 401. b 402. c.429.c.& ſeq.
Rheſcuporis Thraciæ rex 67.b.c.d. interficitur 68.b
Rheti 326.b.369.c
Rhetia 26.a.310.b.368.b
Rhetica iuga 329.a
Rhodanus flu. 233.b
Rhœmetalces Thraciæ rex 68.b
Rigodulum 419.a
Roma oppugnatur & capitur 391.c
Romæ incendium 161 b
Romæ incendium ſub Nerone 276.a.b.c.& ſeq.
Romanus Hiſpo 37.a
Romilius Marcellus 325.b occiſus 326.b
Roſcius Cælius ibid.
Rubellius Plautus. Vide Plautus.
Rufus Criſpinus 199.b.231.a.299.b eius mors 296.b
Rufus Heluius 82.b
Rugij pop. 450.c
Ruminalis arbor 236.a

S.

S Abinus Flauius 321.b.355.a. 384.c 387.c.d.& ſeq. eius mors 389.c
Sabinus Titius. Vide Titius Sabinus
Sabrina flu. 193.b
Saleius Baſſus 472.c
Salluſtius Criſpus 6. b 57. a eius mors 86. a
Salluſtiani horti 232.a.391.c
Salonina vxor Cæcinæ 343 a
Saluius Cocceianus 251.b
Saluius Titianus. Vide Titianus
Samaritæ 204.a
Samij 111.b
Sardiani 129.b
Sardinia 342.a
Sariolenus Vocula 407.a
Sarmatæ 157.a.c,158.a.532.a.& ſeq.
Sarmatæ Iazyges 195. a. 369.b
Saturnus 424.c
Saturni dies feſti 390.b
Scithinum inſula 240.a
Scriboniana ala 370.a

Scriboniani fratres 407.a
Scribonianus Camerinus falsus 357.b
Scribonianus Crassus 406.b
Scydrothemis Sinopensium rex 422.d.& seq.
Seditio militaris 332.b.345.b.409.a
Sedochezorum rex 381.b
Segestes 30.a.b.c.& seq.
Segimerus Segestis frater 35.b
Segimundus Segestis filius 30.a
Seianus. Vide Ælius Seianus.
Seleucenses 160 b.168 b
Seleucia 160.c.169.a
Seleucus Mathematicus 359.a
Sellarij 141.d
Semnones 449.a
Sempronius Densus 320.b
Sempronius Gracchus peruicax adulter 28.b
eius mors ibid.
Senatorum adulatio 99.b.290.a
Senatu depelluntur famosi probris 177.b.& seq.
Seneca. Vide Annæus Seneca
Senia lex 177.a
Senensis colonia 408.c
Gn. Sentius 70.b
Sequani 21.b.91.b.417.a
Seruius Galba. Vide Galba.
Serapis deus 422.a
Serui Germanorum 443.a
Seruile bellum motum per Italiam 117.b
Seruilia, Seruij Sorani filia 300.b.301.c
Seruius Maluginensis, flamen Dialis 96.b
Sestius Pagonianus 144.a
Sextilia Vitelliorum mater 355.b
Sextilius Felix 369 c
Sextil. Papinij repentinus & informis exitus 162.c
Sex. Vestilius 147.b
Sibyllæ libri 149.a.b.278.b
Sido & Italicus Sueuorum reges 369.b.373.b
Silanus 83.c.& seq.99.b.100.c
Silia 297.b
Silius legatus inferioris Germanicæ legionis 20.b.
44.a.b.50.b.90.c. & seq. eius mors 113 c
Silius consul 167.a adulter Messallinæ 170.a.180.a
tribunali admotus 182.c
Silures 196.a.456.a
Simon Iudæorum dux 429.a
Sinnaces 156.c
Sinope, Ponti vrbs 422.c & seq
Sisenna 340.a
Sitones pop. 451.b
Smyrnæi 129.c
Sohemus rex 360.a
Sophonius Tigellinus. Vide Tigellinus
Soranus, proconsul Asiæ 297.c
Sosia Galla, Silij vxor 114.a
Sosibius Britannici educator 164 a
Spectaculum gladiatorum 175.c
Spelunca, nomen villæ 131.a
Spintriæ 142.d
Spurinna Vestricius 340.d.& seq.347.c
Statius Murcus speculator 310 c
Stertinius 45.a. & seq.
Stœchades, Massilienſium insulæ 380.a
Suardones pop. 449.b
Subrius Dexter 317.c
Subrius Flauius 287.a.b eius mors 288.a
Succinum 451.a
Snedius Clemens 335.b.341.a
Suetonius Paullinus 335.b.344.a. & seq. 345.a.
349.c.354.c.457.a
Sueuia 450. b
Sueui 26.a.59.a.306.a.373.a.435.a.448.c
& seq.451.a
Sugambri 51.a.198.a
P.Suillius, quæstor Germanici 119.a
accusatur sub Claudio 164.c.& seq.167.a.b.
229.c.& seq. in insulas Baleares pellitur 230.a
Suiones 450.c.& seq.
Sulpicius Florus 320.c
Sulpicius Quirinus 92.b
Sunici 416.a
Suouetaurilia 158.b
Sylla Cornelius. Vide Cornelius Sylla
Syllani 329 a.342.b
Syria 58.a.310.a.339.a.b.358.c.360.a
Syriæ legiones 310.a.331.a.339.b. & seq.

T.

TAbularum publicarum cura 224.b
Tacfarinas Numida 62.a.b.82.a.87 a.
116.a. & seq. eius mors ibid.
Tacitus. Vide Cornelius Tacitus.
Tanais flu. 191.a
Tanfanæ templum celebertimum Marsis 27.c
Tarpeia rupes 388 b
Tarracina 384.a.385.a.394.a
Tarracinenses 394 b
Tartarus flu. 369.a
Taunus mons 29.b.194.b
Tauriana ala 369.
Taurina ala 326.b
Taurina colonia 356.a
Taurus mons 161.b.265.a
Tencteri. 235.a.415.c.447.b
M. Terentius, eques Ro. 146.c
Termestina natio 126.a.b
Terræmotus in Asiâ 60.a
Tertius Iulianus 361.b.406.b
Teutoburgiensis saltus 31.b
Thebæ veteres 66.b
Thraces 126.b.127 a.b
Thrasea Pætus 232.a.b.297.c.298.a.299.a.b.c.& seqq.
395.a.& seq.
Thubuscum opidum 116.a
Thuscus vicus 133.a
Thyle 455.c
Tiberis 38 a.39.a.b.335.a
Tiberius Alexander 271 a.310.b.357.b
Tiberius Nero priuignus Augusti 3.a. & seqq.25.a.
& seq. 35.d. c. & seqq. 37. a. b. & seq.42.a 67.a.c.
& seq. 76. a. & seqq. 86. b. libellis accusatorum in-
sumit operam, in securitatem compositus 91.a
in Campaniam proficiscitur 130. a abdit se
in insulam Capreas 113. b eius libidines
& scelera 142.d eius mors 163.b
eius ætas, genus, mores, &c. ibid.
Ticinum 342.c.345.a
Tigellinus Sophonius Neronis corruptor & proditor
329.b.c. eius inhonestus exitus 330.a
eius genus, vita & mores 257. b. 259. b. 329. b
Tigranes Armeniæ rex 43.a eius mors 160. a
Tigranes Cappadox, Archelai regis nepos 248.c. 263. c.
Tigranocerta 247. b.248.b.264.b.c
Timotheus antistes cærimoniarum 422.c
Tingitana prouincia 354.b
Tiridates Vologesi frater 156.d.202.c.227.b.c.
& seq. 263. d. & seq.
Titianus Saluius, frater Othonis 336.c.344.a.
346.c.354.c
Titius Sabinus eques Rom. 113.c.134.b.c.& seq.
eius mors 135.a

Titus Ampius Flauianus 361.c.363.a.370.b
Titus Liuius 120 a
Titus Veſpaſianus 327.c.394 b.406.b.410.c. & ſeq.421.c.& ſeq.
Titus Vinius 305. c & ſeq.318.a.b eius cædes 320.b ætas, genus, vita, &c. 322.b.c
Togonius Gallus 143.a
Tolbiacum 421.b
Traianus 306.a
Tranſalpinæ gentes 412.b
Tranſpadanæ regiõnis municipia 329 a
Tranſrhenani 401.c.403.b
Trapezus, ciuitas Græciæ 228.b.318.a
Thraſullus, ſcientiæ Chaldæorum magiſter 152.b. 153.b
Trebellius Maximus 326.b.c.355.c.457.c.d
Treboci pop. 446.a
Trebonius Garucianus 309 a
Treueri 90.b. 91 a. 324.c.403.b.406.a.413.a. 418.a.b c.& ſeq.440.a.b 446.a
Triaria, L. Vitellij vxor 355.b 390.b
Triboci 418.b.c
Tribunicia poteſtas 95.c
Trinobantes 231 b
Trio Fulcinius. Vide Fulcinius Trio.
Tubantes 27.c.235.b
Tuiſto deus 434.c
Tullius Flauianus 390.d
Tullius Valentinus 418.a.& ſeq. capitur 419.a occiditur 423 b
Tungri 341.c.398.b.413.a.435.a
Turonij 90.b
Turullius Cerialis 343.c
Tutor. Vide Iulius Tutor.

V.

Vacationes militares remiſſæ 321.b
Vada caſtrum 431.a.b
Valens. Vide Fabius Valens.
Valentinus Tullius. Vide Tullius Valentinus.
Valerius Aſiaticus 164 b.c.& ſeqq. 326.b 394.c eius mors 166.a
Valerius Fabianus 253 d.& ſeq.
Valerius Feſtus 365.b.410 a
Valerius Paullinus 379.c.& ſeq.
Valerius Ponticus 454.a
Vandalij 435.a
Vangio & Sido reges Sueuorum 195.a.b
Vangiones 194.b.418.b.c.446.a
Vannius, Quadorum rex 67.b
Vannius, Sueuorum rex 194 b
Varini pop. 449.a
Varius Criſpinus 332.b obtruncatus ibid.c
Varus Alphenus. Vide Alphenus Varus
Varus Arrius. Vide Arrius Varus
Vaſcones 404.c
Vaticani infames loci 363.b
Vatinius 274.a
Vbij 400.a.& ſeq.413.a.& ſeqq.415.c
Vbiorum ara 23.a
Vbiorum ciuitas 22.b.c.194.a Vide & Agrippina Colonia.
Vectigalia 232.c
Vectius Bolanus, Britanniæ præfectus 355.c.365.a. 455.a
Vedius Pollio 11.a
Vedius Aquila 349.c.370.a
Velinus lacus 39.b
Vellius Gallus 140.b
Velleda virgo fatidica nationis Bructeræ 415.a.& ſeq.
Vellocatus Carthiſmanduæ adulter 380.b
Venedi 451.b
Venuſius Brigantum rex 380.b
Ventidius Cumanus Galilææ præpoſitus 204.a
Verania, Piſonis vxor 322.a
Vercellæ 319.a
Verginius 309. b. c. & ſeq. 324. b. 331. b. 352. a.b.c 356.b
Verona 344.a.368.b
Verritus Friſiorum princeps 234.a
Verulamium municipium 252.a
Verulana Gracilia, femina inſignis 387.c
Veſpaſianus 310. a. 323.b 331.a.b.337.b.& ſeq. 357.c.& ſeq.394 b.& ſeq.405.c.411.a.429.b
Veſtales virgines 391.b.411.b
Veſtinus 411.b.& ſeq. eius mors ibid.
Veſtricius Spurinna. Vide Spurinna.
Veſuuius mons 134.a
Vetera caſtra 401.a.405.b.c.414.a.429.c
Veterani 249.a
Veturius Optio 315.c
Vibius Criſpus 408.b
Q. Vibius Serenus 117.c
Vibulenus Agrippa eques Rom. venenum hauſit 160.a
Vibulenus miles gregarius 17.c eius mors 20.a
Vicentia 368.b
Vienna 356.a
Viennenſes 366.a
Vindex Iulius. Vide Iulius Vindex
Vindoniſſa 415.a
Vinius. Vide Titus Vinius
Vipſania M. Agrippæ filia 12 b
Vipſanius Meſſalla 369.a.407.b
Virdius Geminus dux 381.a
Viſellius Varro inferioris Germaniæ legatus 90.b
Viſurgis fluuius 35.b.45.b.& ſeqq.
Vitelliani motus initia & cauſſæ 323.b
A. Vitellius 309. c. 323. a. 351.b. 353.a.b.378.a.b.c. d.& ſeq. capitur 392.d occiditur ibid. eius genus, vita, mores, &c. ibid.
L. Vitellius, A. Vitellij pater 309 c.392.b
L. Vitellius, A. Vitellij frater 335. c. 378. a. b. c. d. & ſeq. 384.a.b.c.d.389.c.d.&.ſeq. interficitur 394.a eius mores ibid.
P. Vitellius 140.d
Vlixes 435.a
Vmbria 379.b
Vmbricius haruſpex 316.b
Vocetius mons 328.c
Vocontij ibid.
Vocula dux 402.a.c.413.b eius mors 414.b
Vologeſes, Parthorum rex 200.b.202.b.c.215.b.228.a. 263.c.& ſeq.266.c.d.& ſeq.266.c.d.& ſeq.411.a
Vonones, Phrahatis filius, Arſacidarum rex 42.a. & ſeq. eius mors 68.c
Votienus Montanus 124.a
Vrgulania 54.b.115 a
Vſipetes 27.c
Vſipij 406.a.407.b.461.a
Vſpe vrbs 190.c

Z.

Zenobia vxor Rhadamiſti 203.a
Zenon Polemonis regis Pontici filius 64.b
Zeugma opidum 189.b

INDEX

RERVM AC VERBORVM

QVÆ HIS COMMENTARIIS CONTINENTVR.

A.

ABNOBA *mons* 434.c
Abusque 231.d
Acbarus, Arabiæ regum nomen 189.b
Accedisse pro Accessisse 310.c
Accire pro Aduocare 157 d
non Accinctus & discinctus differunt 173.c
Acclamatio plaususque ex arte 292.c
Achaia nomine Græcia dicta 38.b
item Epirus 62.d
Achaia & Macedonia sub vno Præside 141.c
Acies barbara per nationes 196.d
Acilius Auiola viuus combustus 90.d
Accusandi publica rabies bello ciuili grauior 36.c
Accusatorum merces & honos 407 c.d
Accusatorum præmia 114.d.155.c
Acratus 280.c
Acromerus, auctor agrorum 172.d
Acta diurna non esse hos Taciti Annales 1.d
Acta, eorumque discrimen 139.c
Acta Senatus primus confecit Cæsar, aut certè publicauit 525.b
Acta vbi reposita 526.b
Acta reparata à Tiberio ibid.d
Acta materia historicorum ibid.
Actis conficiendis præerat Senator 525.b
Ab actis Senatus, officium ibid.
Actorum scribæ & censuales ibid.c
Actuarij ibid.
Actuarij in militiâ ibid.
Actorum materies, & forma ea conficiendi ibid.d
natiuitates in Actis, Seruij Tullij institutum ibid.
professio apud Acta 526.a
Actæ liberta 216.d
Actiaci ludi 270.d
Actio legis apud magistratum 206.c
Actor publicus 52.d *similis procuratori* 503.c
Actu improba vox 311.c
Addictum seruitium 188.c
Addua fluuius 348.d
Adductus, quis? 239.d.370.c
Ad hoc 308.d
Adipisci rerum, dominationis 95.d
Admissiones & admissionales 147.c
munus fuit libertorum ibid.d
Admissionis primæ amici ibid.c
Admouere hostias 68.b
Adoptatio nulla in Claudiâ gente 193.d
Adoptio ficta etiam olim vsurpata 268.d
Adoptiui liberi nulla in parte parentum priuilegia dant ibid.
Adrana fluuius, Adr. Iunio Edera in Hassis 29.d
Aduersa nos admonent sortis humanæ 448.d
Aduertendi verbum, aliâ notione 48.c.203.b
Adulterium, crimen maiestatis in Cæsaris cognatâ 61.d
Adulteriorum crebritas 524.c
disputatio de Adulterij pœnâ 523.d
lex vetus de Adulterio emendata 443.d
Adulteræ domo exactæ & dote priuatæ 524.a
pœna capitis pòst inducta ibid.d
Adulteras magistratus accusabant & præsertim Ædiles ibid. d
autumnus Adultus 181.b
æstas Adulta, noua, præceps 49.d
Aduocatorum præmium olim 168.d
Ædificijs ab Augusto impositus modus 278.c
Ædificationes in vitio 89.c
Ædium ornatus lucernæ & laurus 78.c
Ædiles cremabant libros 120.d *interdum Triumuiri* ibid. *aliàs Prætor* 121.b
Labieni libri primi exusti ibid.
Ædui fratres Romanorum 520.c.177 d
causa appellationis ibid.
Ægæa opidulum 213.d
Ægri in lectica 52.b
Ægyptiaci tributi modus 150.c
Ægyptij & Romani carne abstinebant certis diebus 73.d
Ægyptum Alexander Magnus pluribus, Augustus vni sed infirmo præfecto permisit, pari vterque cautione 310.d
Ælius Lamia 148.d
Ælius Tubero Stoicus 541.b
Æmiliana, ad vrbem 277.c
Æmilij Ferreti error 494.c *vide plura in F.*
Ærarij Præfectura penes quos 533.a *biennis* ibid.c
Senatusconsulta ad Ærarium deferri solita 93.c
nec rata nisi delata ibid.
Ærarium militare 39.c
Aër infamis in Vaticano 363.d
Aërias rex 338.c
Æris tinnitus in defectu lunæ 17.d
Aërthum 442.d
Æs vxorium 512.a
Ætas fessa, pro senectâ 276.d
Ætas Senatoria 518.a
Æternus dolor, pro magno 287.d
Africani acutum dictum 241.d
Africæ legiones 310.c
Agellius illustratus, emendatus 93.d.280.d.440.d
Agendi verbum antiquis frequens patiendi significatione, & contrà 5.d.380.d
Agger Drusianus vbi fuerit? 233.c
an idem cum mole Drusi ibid.d

Agge-

Aggeres in paludibus
Agnati, liberi 32.c
Agnomina feminis numeralia 443.d. & seq.
serui publici Agnominati à magistratibus 133 b
Agricola Taciti, disertus & vere prudens 504.a
quando scriptus ibid. *tempus eius mortis* 452.d
eius mentio in epigrammate Græco ibid. *in nullis manuscriptis* 453.d
Agrippa rex 453.c
Agrippæ stagnum, & nemus 214.d
Agrippina, Flaminia Claudij lecta 275.d
Agrippina matertera filiorum Asinij 213.d
Agrippinæ ingenium & scripta 136.d
eximium quid in Agrippinâ 129.c
Agrippinensis Colonia etiam Claudia dicta 200.c
iuris Italici fuit 194.b
ab Agrippinâ condita, non ab Agrippâ ibid.
Agrippinus philosophus 300.c d *eius mira constantia* 300 d *pater eius inuentus* 446.c
Ala Auriana ibid.c
Ala Petrina 369.d
Ala Taurina 166.c.329.d.410.d
Albana arx 329.d
Albanorum fines 467.b
Albium Intemelium, vel Albintemelium 157.d
Album Senatorium, quando institutum 341.d
quotannis refectum 124.d
Alia clarus ibid.c
Aliena gens 186.d
Alledia gens 314.c
Alloquia 188.c
Alurina 100.d
Amantium loquacitas 438.d
Ambiuius Turpio 231.c
Ambrosij locus ambiguus 400.c
Amicæ in sinu amatorum 376.d
Amici primæ admissionis 165.c
Amicitiæ firmandæ mirus mos 147.c
Amicitiæ renuntiandæ mos 201.d
etiam inter priuatos 506.d
Amicitiam veram virtutum ac morum similitudo parit ibid.
Amicorum cohors 392.c. d
Ampia gens 147.d
Amiclæ in Italiâ 368.c
Ancilium conditorum religio 131.d
Animaduersiones extra vrbem 336.c
militares Animaduersiones extra castra 504.d
Animaduertendi militis ius quibus fuerit 20. d
Animaduersionis nouum genus 23.c
Annales esse hos libros 25.d
Annales Taciti quatenus progressi 1.d
Annæus Seneca an, & quando consul 2.b
Annæus Serenus 256 d
Anquiro 216.d
Ante alios 354.d
Antecursores qui? 412.c
Antiochus Rex 248.c
Antipodes Romæ quibus dies pro nocte 214.d.& seq.
Antiquitatis cognitio glorioſa & honesta 297.d
Antiquæ virtutis laudationem ferunt dissimiles, non item auo propinquæ 65.c
Antisigma 171.d *causſa nominis* 119.d
Antisthenes primus barbæ auctor philosophis ibid.
Antona fluuius 537.a
Antonia Claudij mater 195.d
Antonia Germanici mater 165.d
Antonia maior & minor 76.d
Antonij cum Octauiâ nuptiæ 209.c
Antonini maior 10.d
Antonius Primus 37.d
254.b
exsul sub Nerone 372.d
Antonius curator oræ maritimæ 207.d
Anulus signatorius 42.d
eo signabant penum & vtensilia ibid.
Anulatæ claues 501.c
Aorsi populi 590.d
Apicij gulones tres 106.c
Apion rex 245.b
Apollo Didymæus Mileti 98.d
Appellationes ad quos 537.a *Augusti de ijs scitum* ibid.b *temerè Appellantium pœna* ibid.c
Appia regina viarum 52.c *discidium scriptorum in viâ Appiâ* ibid. *conciliati omnes* ibid.d
Appiani error 57.d.312.d.386.d
Appius Silanus 212.c
Appij Silani cædes 179.d
Apuleia Varilia sororis Augusti neptis. 61.c
Apuleius correctus 242 c
ex eo remota obiectio 507.d
Apum examina, mali ostenti 208.d
Aquilæ Romanæ exemplum à Persis 501.d
Aquila 388.d
Aquila Romana qualis? 502.a
non magnum id Aquilæ corpus ibid.
Aquila in custodiâ centurionis primipili 374.c
Aquilæ in ædificijs 388.d
Aquilæ & signa, dij militum 48.d
Aquilius Regulus Messallæ frater 477.d
Ara in aduentu Principum 357.d
Ara in Curiâ 301.c
Ara Drusi & cenotaphium 44.c
Ara Vbiorum quâ causſâ & vbi exstructa 30.d
ad Aram confugere mos Græciæ 88.d. 519.a
supplices id faciebant & serui 519.a
Romæ quando id cœperit ibid.b
Aræ in castrorum principijs 24.d
Aras statuendi mos 14.d
Arabiæ feminæ facie semitectâ 231.d
Arbela castellum 190.d
Arbor sancta 439.d
Archelaus Cappadox 160.d
Arenarij montes ad mare 35.d
Arietes, pro lignis quæ sustentent 239.d
Aristobulus rex 215.c
Arma publica 2.c
Arma priuata ibid.
Arminij ætas 59.d
Arria vxor Cæcinæ, heroina 302.b
Arrianus irridet ineptias ambitionis 492.b
Arriani locus 78.d
Arriani interpres falsus 533.d
Arrianus correctus ibid.
Arruntius quis? 12.d.79.c.d
Arsanias fluuius 267.c
Artaxata quis condiderit? 228.d
in Artaxiæ historiâ nominibusque dissensio 43.d
Artes delibabant vulgò Kalendis anni 121.c.d
Arua & stagna in domo Neronis 277.d
Aruerni fratres Rom. dicti 177.d
Arx alicuius rei 371.d
Asconius correctus 182.c *à coniecturâ* 412.c
Asiatici diuitiæ 164.d
Asiaticus auctor Caianæ cædis 165.c
Asinia gens 132.c
Asinij plures prænominibus diuersi 53.c
Asinij Pollionis historiæ 120.d
Asiniorum stemma 103 d
Asinio Salonino multi liberi ibid.
causſa cognominis Salonini ibid.
Asinius Gallus 153.d

Asinius Orator 489.d
Ἀσυπάργιον 435.d. & seq.
Asprenatum familia 28.c
deni Asses, diurnum militis 494.c
Assiratum cruenta potio 201.d
ad Asylum tria hominum genera confugiebant, malefici, serui, & obærati 97.d
Athenæus explicatus 511.c *contra interpretis mentem versus* ibid. *erroris conuictus* 440.d
Athletas quis primus dederit 246.d
Atimetus libertus 220.b
Atta Clausus 193.d.& seq.
Atteritus pro Attritus 310.b
Atys Herculis filius 129.c
Auctoritas quid? 93.c
Audentia pro Audacia 282.d
Auersa castrorum, auersa pars 392.d
Ausidij Bassi historiæ & ætium 221.d
Ausidius Fronto 466.d
Augendi verbum παδιτικῶς 173.d
Augurale siue auguraculum in castris 46.d
Auguratus cærimoniæ 32.c
Augures à funestis arcentur 32.d
Augurium salutis 192.d.& seq.
Augustodunum Musarum domus 528.c.d
Augustodunensis Schola 520.d.& seq.
Augustales ludi & eorum origo 14.d
Augustales sodales 28.d
Augustalia edita à Tribunis, & cuius generis ij ludi 14.d.& seq.
Augusti legata 8.b *varius dies primi imperij* ibid. *consulatus* 9.d
Augusti cultores per domos 36.c
Augusti effigies in Curiâ 12.b
Augusti institutum, primariarum imaginum in Curiâ collocatio 72.c.d
Augusti natalis dies festus 344.d *natalitij ludi* 14.d
Augusti Templum Tarracone 39.d
Augustus pro deo 11.d *eius imagines ad formam deorum* ibid.
Augusti tumulus in Campo Martio 9.d *feminæ, eius sacerdotes* ibid. *caussa mortis Marcelli* 3.d *honores in funere eius* 8.d *Imperium variè muniuit* 10.b *habitus eius cultusque* 11.b.c *Iuliam legem fert* 512.b *populum inlicuit ad ludos* 38.c *Senatum supplet ex equite* 166.b *caussas pleraque sibi seruauit* 537.b *eius decretum in publicatione bonorum* 155.c
A. Plautius 260.c
Aunoba mons 434.c
Auri vis 146.d
Aurinia, Alurinia 438.d
Aurum triumphale, siue coronarium 279.c.d
Aurum votiuum ibid.d
Ausonius correctus 240.d
Auspicari in magistratu 121.d
Auspicalis dies ibid.
Auspicia apud solum Principem 48.d
Auspicia à domo ferenda 97.c
mos de Auspicijs imperioque repetendis 82.c
Auster naues è terrâ in mare interius rapuit 49.d
Auxiliariorum arma alia quàm legionariorum 197.d
Auxit pro Auctus est 380.d

B.

BÆTICA, *populi* 312.d
Bagaudæ latrones Diocletiani tempore 520.c
in Baiano villa Cæsaris 240.d
post Balneum, gustus 220.c
Balsamus etiam in Ægypto 226.d
Barbarorum mos ante aciem cantandi 127.d 435.b
Barbari reges cum sororibus matrimonio iuncti 43.d
Bardanes rex 168.d *an de eodem apud Philostratum & Tacitum mentio* 169.c *cursus eius ingens in biduo* 168.d
Bareas Soranus ex gente Marciâ 204.c
Barba deo sacrabatur 536.a
Barbæ positæ dies lætus 243.d
Barbæ radendæ mos quando cœpit Romæ 536.c *quando in Græciâ* ibid.d
Barbati olim soli iuuenes ibid.d
Barditus 435.c
Basilicam nouam quis Æmiliorum fecerit 102.c.d *quis refecerit* ibid.
Bataui oriundi à Cattis 235.c.d
Bataui fratres Rom. dicti 177.b.d
Bataui equites & pedites 219.d *ij vsi oblongis gladijs* 220.b *natatores, ipsi an equi?* 398.d *Batauorum veterum sedes* 430.d *non magni olim in mari aut aquis* 432.c
Batauiæ opportunitas 44.d
Batauodurum 430.d
Bathyllus deliciæ Mæcenatis & seruus 29.c *Alexandrinus videtur fuisse* ibid.
Bauli villa, & eius possessores 239.d
Bedriacum 344.d
Belgarum laus 25.c
Beneficia, quid? 409.d
Beneficiarij ibid.
Beroaldi error 90.d
Bigati nummi 437.c
Boyasmum, vel Boyasmum 445.d
Bolanus 355.d.458.d
Bombyx quando ad Italos peruenerit 505.b
Posporanum bellum 208.d
Boum coria in tributo data 136.d
Bretannia in Frisiâ 32.c.d
Bretannica herba, siue Britannica Plinij ibid.
Breuiarium Imperij 12.c
Brinio, siue Bruno 398.d
Britannia domita, amissa, recepta 306.c.d *in eâ murus* ibid.d
Britannia cur intacta ab Augusto & Tiberio 456.d. & seq.
in Britanniâ dies longi 456.d
Britanni quomodo victi 458.d
Britanniæ seruitus 462.d
Britannico venenum in aquâ frigidâ datum 218.c.d *de cadauere eius gypsato Græcorum error* ibid.d
Britannicum mare olim ignotum 461.d
Britannorum copiæ 252.d
Britannorum crudelitas 250.d
Brundisinum fœdus 10.c.d
Brutidius orator & historicus 100.c
Bruti scriptio culpata 479.d
Buccina vel classicum imperij signum 272.c.d *in Imp. conuiuio* ibid.d *etiam Prætorum* ibid. *Germanorum more* ibid. *etiam apud Græcos* ibid.b *signum apud duces canit* ibid.
Burgundiones qui? 51.d
Burrus, manu debilis 217.d
Burri cognomen, quid? ibid.
de Byssо & serico 505.c.d.& seq.
Byssinæ vestes in Ægypto repertæ tempore Semiramidis ibid.c
Byzantiorum portus 208.b
Byzantium quis condidit 207.d.& seq.

C. CABIRI,

C

CABIRI, *siue Penates* 63.d
Cadauer adhuc vegetum in lecto ostensum 77.d
eius loco effigies cerea, si quis peregrè functus esset ibid.
Cadius Rufus, vel Tadius 192.c
Cadmus litteras in Græciam tulit 171.b.c
Caducaria lex 517.a
Caducum sit quod cælibi relinquitur 516.d
Cæcina quis? 87.d
Cæcinæ mirum nomen 324.d
Cæcina largus 182.c
Cæcina Seuerus 33.d
Cæcina Tuscus, quis? 220.d
Cædis mandandæ mos per libellum 6.c.d
Cælibatus & orbitatis pœna 512.a.516.c.d
Cælibes nihil capiunt, orbi dimidium ibid.d
discrimen videtur fuisse Cælibis, orbi, & solitarij patris 517.a.b
Cæles Vibenna 133.c
Cæna funebris 149.a *eadem Feralis* ibid.
eadem Silicernium ibid.b
Cænæ hora, varia 238.c.534.d.& seq.
Cæsar πολυτελείας præmia ponit 512.d
Cæsar correctus 196.c.324.d *Tacito conciliatus* 438.b
Cæsonius quis? 289.c
Cæstici ludi ab Antenore instituti 298.c
Cæstius Prætor 146.d
Caius & Lucius quando consules 4.c. *eorum ætas* ibid. *dissensus scriptorum in eorum morte* ibid.d
Caius equitibus quibusdam latum clauum dedit 166.c
Caius explicatus 514.a
C. Aminius, Iurisconsultus 225.c
C. Balbillus 222.c
de C. Cassio insigne dictum 119.d
C. Matius, eques 207.c *vir doctissimus & Augusti amicus.* ibid.
C. Petronius 297.c
idem etiam Publius dictus ibid.b
C. Proculeius 123.d
C. Silanus 212.b
Calcei Romani quales? 506.b
Calles prouincia 117.d
Caledoniam habitantium corporis habitus 455.d & seq.
Caledonij integri 262.d
Cales Quæstorum prouincia 117.d
Calidæ potus 218.d
Caliga, militis gregarij 24.c
de Caligulæ natali solo contra Suetonium disputatio 498. b. c
Caligulæ, siue Germanici libri De arte dicendi 213.c
Callistus libertus 180.c
vile olim mancipium ibid.
Calpurnius Fabatus 294.d
Caluia Crispinilla 330.d
Calumniæ crebræ sub Tiberio & Domitiano, ex lege maiestatis 36.c
Calumniæ pœna 254.d
Camalodunum opidum duplex 196.d
Cameræ, Germanica vox 381.d
Camulus, indigena deus 196.c
Campaniæ vrbes hauſtæ 307.c
Campestris decursio 64.c *Campicursio Vegetio dicta: in eâ solemne vt pedes scutum præferret* ibid.
Campus oratorius 487.
Candidatorum exercendæ industriæ spatium 55.d
Capella emendatus 172.c
Capita agrorum 497.d
Capito consul 103.d *accusatus* 226.a.d
Capitolinus explicatus & emendatus 37.d.261.d
caute legendus 526.a
Caratacus rex 196.c
Carcer triplex, Vrbanus, rusticus & castrensis 511.a.b
Carcer vrbanus triplex ibid.b
Carcer castrorum 17.d
Carmina Germanorum, vt omnium barbarorum, memoriæ genus 434.d.& seq.
Carne certis diebus abstinebant Ægyptij & Romani 73.d
Carnificis domus extra vrbem 504.d
in Carpentis matronæ olim vehebant 199.d
Carpenti honos cui primùm habitus ibid.
Carus Metius 467.c
Cassiodorus correctus 451.d
Cassius Longinus Iurisconsultus 150.d
eius exsilium 294.d *eius laus* ibid.
Cassius Seuerus orator 115.d. & seq. 479.d
eius diuturnitas in exsilio 115.d *mors* ibid.
Castellarij, aquarum in vrbe custodes 278.c
Castellum scelerum 371.d
Castores 344.d
Castorum ædes Ostiæ 178.d *sacrum illis annuum* ibid. *Maiuma posteà dictum* 179.b
Castra prætoriarum cohortium quâ parte vrbis 106.d
Castra quieta 332.d
Castra vrbana, vitiosæ ibid.
Catenâ trahi ignominiosum Barbaris 202.d
Catena in manu rei dextrâ 511.b *in militis sinistrâ* ibid.b *Catenæ istæ quales?* ibid.d
Catullus illustratus 179.b.272.c
Caupuli 431.d
Cecrops Athenienſis aut Ægyptius litterarum inuentor 171.c
Celenderis 71.d
Celsus legatus legionis in Pannoniâ 317.d
Cenotaphium, eiusque ritus 44.c.d
Censitorum numerus 178.d
Censores olim vias curabant 87.d.518.b
posteà IV. viri ibid.b *postremò seuiri* ibidem.
Censorini error 9.c
Censorium funus, quid? 112.c
Census diuersa ratio 20.c.d
quando cœpit 297.a *modus* ibid.c
Census in capita & agros ibid.
Census exactores & præpositi ibid.
Census tabulæ 498.a
Census quando exacti ibid.b
Census Senatorius sub Augusto 55.d
Censuales paginæ ibid.
Centenarij Germanorum 440.c
Centesimæ initium 58.c
ea ad ærarium militare ibid.
Centurio primi aut secundi ordinis 26.d
Centuriones sigillatim vigilias obibant 272.c
Certamina sacra 247.b
Cestius pater, siue senior 88.d
Chalcedonij cur cæci dicti 208.b
Chiliarchi in classe 282.d
Christiani, Galilæi & Nazarei dicti 279.c
etiam Iudæi ibidem. *odium humani generis ipsis obiectum* ibid.d *accensi pro*

pro lucernis ibid. *in Christianos Nero primus sæuijt* ibid.b
Chronicon Eusebij, siue Hieronymi correctum 60.c
Chrysoceras promontorium, & ad id portus Byzantiorum 208.a
Cibi solemnes in parentalibus 145.d
Cicero correctus & explicatus 82.d.526.b
in quibusdam non Atticus 479.d
tepidus 480.d
Cilnius Mæcenas 149.b
Cilones 192.c
Cincia lex de muneribus 167.c.d
firmata Sc. sub Augusto & Traiano ibid.
Cingonia gens 308.c
Circenses ludi Cereri celebrati 282.d
per plures dies 353.d
Circenses promiscuè licitum spectare in vulgi veste 273.c
Circus proprius Neroni 243.c
ratio sedendi in Circo 273.b
Augustus primus ordines discreuit in Circo ibid.d
in Circo Romani sederunt, non theatro 246.c
loca in Circo non discreta patribus 86.d
primus Claudius descripsit ibid.273.b
Nero equiti ibid.
Circus oratorius 486.d
Cirri in crinibus Germanorum 448.d
Cirri virginum 523.b
Cisalpinos Cæsar ciuitate donauit 175.d.& seq.
Citharœdi verus habitus 242.c.d
Citharœdi prisci duces ibid.
in Ciuitatem quando & qui populi recepti 175.d
Clamor ante aciem 400.d
Clamor laborante Lunâ 19.d
etiam Christianis receptus ibid.
Classicum quoties canere solitum 53.d
in prouincijs seruatus ille mos ibid.c
Classicum canendi mos in morte ciuium ibid.
Classis in Ponto 360.d.& seq.
Classis in Rheno, & ad Oceanum, ordinaria Romanis 43.d
Clauarium 382.c
in Claudiâ gente nulla adoptio 193.d
Claudia Quinta 133.c
Claudiani sacerdotes 351.c
Claudianum Senatusconsultum 203.c.d
Claudiani locus similis Taciti 413.d
Claudij chlamys & Agrippinæ 205.c
Claudij & Neronis largitio 210.c.d
Claudij tres nouæ litteræ 171.c.d.& seq.
Claudij oratio 176.c.528.b.c.d. & seq.
eius fragmentum Lugduni 528.b.c.d.& seqq.
Claudij templum 231.d
Claudilla 107.c
sub Claudio quot Prætores 493.d
Claudius in scurris deditus & ambubajis 202.d
Claudius fibulam laxauit sexagenarijs 514.b
Clibanarij 91.c.d
Clitæ Cilices 160.d
Cluuium priscis ignotum 522.a
Cluuius Rufus historicus 221.c
Clypeus pro imagine 72.c.d.508.b.c
Clypei priuatim dicati 508.c
Cn. Iulius Agricola 452.d.& seq.
Cn. Piso 58.c
Cociones sæpè in vulgi dicto veniebant 509.c
Cocus nundinalis 145.d
Coërcitio in histriones 38.b.c
Carcer & exsilium ibid. *Virgæ* ibid.
Cognominandi militaris mos 18.d
Cohors amicorum 447.d
Cohortes ciuium 8.c
Cohortes vigilum quando institutæ 386.d
Colonias deducendi ratio 249.d
Coloniæ in municipia, & contrà mutant 249.b.c.d
Colonia Agrippinensis, etiam Claudia dicta 194.b.c
iuris Italici fuit ibid.
Colonijs adiectæ familiæ 331.d
Comagene prouincia facta 65.c
Comitia consularia obscura 494.b
Comitia Tiberiana cuiusmodi ibid.
Comitia qualia sub Cæsare 493.d
sub Augusto 494.d
Comitiorum morem Caius innouat & omittit ibid.
Commeatus à Senatu peti solitos Claudius sui iuris fecit 192.d
Competere auribus 91.d
Concædes 27.d
Concentus, quid? 292.d
Conciliati scriptores 133.d
Conciliaturæ vox, turpi notione 494.c
Concisa 27.d
Confarreatio in sacris 113.c.d
Confidens ante rem, plerumque ignauus 334.c
Confiscandi verbum propriè 8.c
Coniugia curæ Romanis 512.a
Censorum ea inquisitio ibid.
Coniugium pro coniuge 209.d
Coniuratio Viniciana & Pisoniana in Neronem 283.d
Consistisse pro Constitisse 310.c
Consulere & consultatio 295.d
Consules reposiri 222.c.d
Consultatio omnis super Cæsare vetita 83.c
Consultum super securitate dominorum 225.d
Contari 425.d
Contubernium 331.d *contuberny ius semper militi in prouincijs* 249.c
Conuersionum in rep. causſa 314.d
Conuiuium tempestiuum & intempestiuum 534.c.d. & seq.
Conuiuia & compotationes Germanorum, Persarum, & Cretensium 444.c.d
Cora eadem cum Liberâ 61.d
Corbulo historiæ scriptor 267.c
Corbulo, inter doctos 228.d *& quis illi pater?* ibid.
Corbulonis prima fama non bona 87.d
Corbulonis dictum emendatum 173.c
Coriarij extra vrbem 505.a
Corn. Dolabella 101.d
Corneliæ legis de falso pœna duplex 254.c
Cornelius Fuscus 341.d
periit in Dacis ibid.
Cornelius Thuscus delator 156.d
Cornu & ad id portus Byzantiorum 208.d
Coronæ aureæ in mensis gemmatæque 65.c.d
Corona spicea & eius significatio 166.d
Corona è vite 167.c
Coronas iacere in aliquem, honoris 260.d.& seq.
Cortina 479.d
Cosa Etruriæ opidum 56.d
Cossutianus Capito 226.d
Cothurni 181.c
Cotys rex eruditus 67.d
in eius regno Ouidius exulauit 67.a
Creandi equites aut milites vetus vestigium ad Cremonam quot cæsi? 440.d 376.c
Cremutius bellorum ciuilium scriptor 121.b
Cremutij iocus correctus 120.b
eius generosa mors ibid.
Crepidæ soleæque quid? 506.b *ijs vti, molle erat* ibid.c
Crespontes Messeniorum rex 152.c
Creta & Cyrenaica sub eodem proconsule 101.d

Crinem

Crinem votiuum alere 414.d.& seqq.
Crimina è somnijs 167.c.d
Criticam exercere, non est omnium 321.c
Crupellarij qui? 91.c.d
Ctesiphon vrbs 160.d.& seq.
de conditore eius dissensio 161.d
Curatius, comparatiuè 298.d
Curator ludorum 222.c
Curatores viarum extraordinarij, viri illustres ferè 518.b
Curatores viarum perpetui ab Augusto ibid.c
à IV. viris differunt ibid.
digniores ijs habiti ibid.
certis vijs attributi ibid.d
in Curiâ etiam non Senatores 143.c.d
in Curiâ sedes vulgaris, quid? 109.d.c
Curiæ veteres 193.c *& veteres per se* ibid.
Cursus ingens Bardanis in biduo 168.d
Curtilius Mancias 235.c
Curtius Rufus 174.c
Curtiana imitatio 146.d.377.d
Curtij ævum quod? 174.b
Curtius correctus 147.b.159.c
Custodes in finibus imperij 449.c
Custodia apud magistratus 143.c
eadem libera dicta ibid.
Custodia apud vades 143.d.& seq.
Custodiæ militaris modus & ratio 511.b
de custodiâ militari ecbole ibid.
Custodia publica 88.d
Custodiæ pro noxijs, sicut operæ pro operarijs vulgò 511.d
Custodia duplex Principibus 219.d
in Custodiam Germani adsciti, fidei caussâ ibid.
præsertim Bataui ibid.
Custodes olim vxoribus adpositi, & amicis 182.c.d
Cythnus insula 101.c.340.d
Cyzicenis libertas adempta 121.d

D.

DAci *Romanis qui sint?* 306.c.d
eorum fatua religio ibid.d
Dalmatia quando præsidialis facta 108.c
Damnati in scrobem iacti 32.c
Damnatorum bona 230.d
Damnatorum imagines tractæ 80.d
Damnatorum nomen tollebant 327.b *oblinebant* ibid. *effigiem frangebant* ibid.c *aliquando per decretum, aliquando per impetum* ibid. c.d
Damnatorum pœna in decimum diem dilata 93.c
Damnatorum imagines habere nefas 528.a
Decedere magistratui 87.c
Decemuiri vetuerunt connubia cum plebe 513.c
lex ea abolita ibid.
Decennis tantùm desponsanda 514.a
Decies H-S *semper fere in dote* 74.d
Decimaria lex inter coniuges 517.b *sublata* ibid.
D. Silanus 212.b
Declamator correctus 436.c
Decumana oppositæ Prætoriæ portæ 34.c
Decumates agri, siue decumani 446. d. & seq.
Decursio funebris 44.d. & seq.
Deæ Romæ quando primùm templum 130.c
Degeneres insidiæ 173.c
Deillius, siue Dellius, inter amicos Augusti 6.c
Delatorum præmia in Papiâ 85.c
Delatores inuisi, & formidati. 307.c
Demetrius Cynicus 301.d.& seq.
Denarij æstimatio eruta ex Aureo mensruo 494.d
inter Denos asses & Denarium discrimen ibid.
Dena sestertia & decem M. idem 168.d
Deni asses diurnum militis 494.c
Denarius non stricte accipiendus 16.c
Deportatis testamenti factione interdictum 128.d
Deprecatores in iudicijs, potentissimi ciuitatis 37.d
repressi à Tiberio ibid.
Designatores lictores suos habere soliti, qui funeris ordinem curabant 76.c
Desolatus quid? 20.c.194.c
Dextra data apud Persas, maximum fœdus 271.d
Dexteræ hospitij insigne, fidei & pacis 324.d
Dextras attolli etiam nunc pacis & socij aduentus signum ibid.
Diadema quid & quo colore? 158.d. & seq.
Diademate quis primus vsus 491.d
Diana Coloëne Sardibus culta 98.c
Diana Leucophryna 98.c *caussa cognominis* ibid. *culta Mileti* ibid.d
Diana Limenetis, siue Limnatis 124.c
cognominis eius caussa ibid.
Diana Persica 98.c
Dicere repudium, pro repudiare 83.d
Dictaturas Sulla diuturnas fecit, Cæsar perpetuas 1.d
Didita fama 163.c
A. Didius 250.d
Diffatio contemnentis 353.d
Digamma ante Claudium Varro repperit 171.d
Dij deæque simul inuocari solent 122.c.d
Dij, & relati inter diuos, in carpento vehunt 199.d
Dij populi 89.c
Dilectus odiosus 398.d
Dionis error 3.d.36.d.119.b.155.d.212.b.275.c. 302.b
Dionis à Senecâ dissensio 492.a
Dio à Tacito discrepat 52.c.64.d.96.d.109.c.111.c
Dionis obscuræ veritatis locus 99.c.389.d
Dio Senecæ infensus 229.d.240.d
idem non bonus virtutis æstimator 238.d
Dio correctus & illustratus 2.c.8.c.173.c.221.d.223.c. 233.c. 296.d
Dio Chrysostomus correctus & illustratus 280.c
Dioscoridis error 427.c
Diplomata diffiare 353.d
Disceptatiuncula de Scholâ Augustodunensi 520.d
Discrimen inter arma legionariorum & auxiliarium 197.c.d
Discrimen inter denarium & denos asses 494.d
Discrimen inter adulta immaturaque funera 510.d
Discrimen in positu nominis imperatorij 103.c
Distinctio cum momento ad historiam 108.c. 120.c.186.d.199.c
Ditmari error 442.b
Diuortia in actis 526.b
Diuortijs modus impositus 517.c
Dolor æternus, pro magno 286.d
Doloris imitamenta 77.d
Dolori confusio ferè adhæret, nec decori cura 76.d
Domini vox variè vsurpata 509.d
Domino cæso, omnes serui animaduersi 254.d & seq.
Domitianus Vestales examinauit 306.d
poëtam mentitur 413.d
vanus eius de Cattis triumphus 448.d
subdolus rubor 468.c
impatiens gloriæ militaris Agricolæ 465.d
Domitiæ duæ 209.d
Domitij Afri laus 128.d
Domitij genus 137.c
Doryphorus libertus 262.b
in Dote

in Dote decies H. S. *ferè semper* 74.d
Dotis apud Germanos mos 442.a
Druides à Claudio sublati vel à Tiberio 199.d
Drusilla à Caio consecrata habitu Veneris 130.d
Drusi ætas collecta 96.c
Drusi ara & cenotaphium 44.c.d
Drusi imago insignis 25.d
Drusi monumentum Rauennæ 44.d
res in Germaniâ 45.d
Drusi vitia duo, ebrietas & crudelitas 89.c.d
studium eius in gladiatores & Scenicos ibid.
gladij Drusiani in proverbio 520.a
qui fuerint. ibid. *caussa agnominis illius* ibid.
Druso quot liberi 88.d
Druso gemini filij 73.c
Drusus Castor agnominatus ob violentiam 107.c
Drusus non inter Iulios 77.c
Ducennius Geminus 268.d
Duces in periculis nudo capite 49.d
Duoetuicesima legio 325.d.366.c

E.

EDICTA *Principum* 77.c
Effigies asini in templo non posita 425.d
Egesippus correctus 159.c.257.c.347.d
repugnat Tacito 371.d
Egius 319.d
Egnatius Rufus 10.c
Egnatius Celer præceptor Bareæ 397.d
Eleas ager 124.d.125.d
Elius libertus Neronis 319.d
Emeriti qui? 15.d
Emeritum, præmium in missione 495.d
Empona Gallis quid 417.d
Emptio per æs & libram 3.b.c *de ea Clementis locus* ibid.c
Endomunire antiquè 173.d
Enuptio permissa lege Iuliâ 513.a.b
Epaphroditus 283.d
Ephororum fraus 135.b
Epigrammati Græco lux 206.c
Epigramma vetus 382.d
Epponinæ insigne exemplum 417.d
Eprius Marcellus disertus, at malus 408.d
Epulum natali Principum 145.b.c *ad sepulchra* 145.c
Equestres ludi à quibus petiti 246.c.d
Equestris prælij mos 158.c
Equi dati à Dalmatis in tributo 136.d
Equites Romani illustres 166.c
quidam veste Senatoriâ ibid.d
æquiparantur Senatoribus ibid.
Equites Romani insignes & splendidi ibid.c
Equitibus quibusdam latum clauum dedit Caius ibid.
Equitium 441.d *in Armenijs equitium conferebant* ibid.d
Equitum transuectio 73.b
Equitum recognitio ibid.c
Equo aut vehiculo vsi honestiores milites 17.d
Equorum præsagia & monitus 430.& seq.
Equus consularis, vel imperatorius 265.c.d
cui imposita ornamenta ibid.d
Equus, victima Soli apud Persas 158.d
Marti apud Romanos, & Mysios ibid.c
Error ex adhæsu prænominis 92.b
Error viri docti 129.d
Eryx mons 125.d
Erycinæ Veneris ædes Romæ ibid.
Escendere 214.d
Esquilina porta suppliciorum fuit 505.
Metia eadem cum illâ ibid.
Eudemus corruptor medicus 107.d
Eumenius correctus 521.b.c
Eunuchi in pretio apud Persas 156.d
Euocare veteranos 360.d
Eusebij Chronicon emendatum 296.d.483.d
Eusebij error 455.d
Exactio festinata 336.d
Exactor quid 80.d *simpliciter* ibid.
Examina apum, mali ostenti 209.c
Exauctoratio propriè quid 15.d
Excubiæ, & arma, præcipua signa Principis 7.c
Excubiæ militares circa templa 8.b.c.317.d
Excubias seruorum nocturnas ad limen habuerunt domini potentiores 255.d
Excubitores tantùm gladiati 319.c.d
Executio, pro administratione 270.d
Exhibendi gladios editori mos 89.d
Expositiones infantium crebræ apud Græcos & Romanos 426.d
aliter apud Iudæos & Germanos ibid.
Exsequi, pro Punire & Vlcisci 458.d
Exsilij triplex ratio 84.c.d
Exsuctus plagarum 438.c
Exsulum ingens viaticum 81.d
Extentare 268.d
Exterrere 227.d
Externi mores ad speciem 215.d
Exuere ordinem 178.c

F.

FABIVS *emendatus* 291.d.423.d
Fabius Rusticus historicus 220.c
Fabricius Veiento, canes ad currum adhibuit pro equis 257.c
Faces & cerei in funeribus 77.d
ad Faces Nero cantauit 244.d
Fœnoris grauitate prouinciales oppressi à diuitibus Romanis 90.d
Faerni coniectura proba 407.d
Fannia Heluidij Prisci vxor 467.d
Fanum Liguriæ 296.d
Farreationis ritus 113.c.d.
Fasces semper laureati ad notam imperij 216.d
posteà & aurati ibid.
Fasces inuersi in luctu 416.c.510.d
scuta item & arma ibid.
Fasces Principi semper duodecim 216.c
Domitianus vigintiquattuor sumpsit ibid.
Fauonius Stoicus 299.d
Felix quando primùm in Iudæâ 204.d
de nomine Felicis ibid.
Feminæ ad ludos gladiatorios descendunt 273.d
edicto id vetitum 274.c
Feminæ sacerdotes Augusti 492.c
Feminæ superstitiosulæ 226.c.d
Feminarum luxus in gemmis 522.d
quæ vestis ipsis in luctu 507.b.c.d
Feminas nimis æstimant Germani 438.c
Feminæ malæ in naturam pugnant 454.d
Ferreti error 494.c *incogitantia* 174.c
Ferreti ridiculosa interpretatio 89.c
emendatio 346.d
Ferreti iudicium probum 517.a
lectio bona 313.d.372.d
Ferro, vique 176.d
Festus correctus & explicatus 201.d.258.d
in eo locus obscurus 70.d
Festa plebs, id est lato habitu, & candidata 69.c

Fetum genere neutro 209.c
Ficus Ruminalis 236.a
Fiducia bellis improſpera 48.c
Filij munimenta regni 4.d
Filys principum propria menſa 218.a
ad imum lectum ſedebant, non accumbebant, vti & ſerui ibid.
Fiſci olim magnum ius ſiue iniuria 60.d
Fiſci procuratores ibid.
Fiſci ius in bona libertorum ibid.
Flaminia Dialis 113.d
Flamini abeſſe vrbe nefas 96.d.c
ægrotanti abeſſe licet, arbitrio Pontificis 102.d
mos legendi Flaminis Dialis 113.d
Flamines Patricij & maiores ibid.
plebeij & minores ibid.
Flores ſpargere in aliquem, honoris 260.d.& ſeq.
Flori incogitantia 50.d
Florus emendatus 92.d.374.c
Fluuij priſcis inter deos 39.d
Fœdus Tarentinum 10.c
Fœnus in agris collocatum 151.d
Fœnus vnciarium, ſemiunciarium ibid.
Fontes fluminum ſacri 244.c.247.d *in ijs natare nefas ſicut in quibuſdam lacubus* 247.d
in Foro Auguſti ſtatuæ illuſtres 112.d
Fortuna equeſtris 102.d
Foſſa inter Moſam Rhenumque 173.d
vbi ea fuerit ibid.
Foſſa Druſiana ibid.c
Foſſa Neroniana 278.c
Foſſas tranſeundi duplex ratio 34.d
Framea quid? 437.d
Fratrum filias ducere patruis, non item ſororum licuit 187.d
Fraus turpis eaque ab Ephoris ſumpta. 134.d.& ſeq.
Frigoris acerrimi exempla. 227.c.d
à Friſiorum littore mare longiùs recedit 35.c
à Frontino lux 248.d
Frumenta in plebem, ad fauorem vnica 276.c
Frumentarij qui? 334.d
Frumenti ſubuectio 233.d
Frumenti mercatorum immunitas ibid.
Frumentum an plebi planè gratuitum 276.c
Frumentum aſſeruatum in publicis horreis 66.c
Frumentum gratis Prætorij militibus datum 289.d
auctum à Seuero & Antonino ibid.
Fucini lacus iterata emiſſio 205.c
Fuſius Geminus 148.c
Funalia & cerei accenſi 78. d. & ſeq.
Funeris etymon 510.c
Funera adulta aut immatura ibid.d
à Funeſtis augures, Pontifices, & ſacerdotes arcẽtur 32.d
Funus acerbum 219.c
Funus publicum & indictiuum eadem 112.c
cenſorium eius pars ibid. *id honoratiſſimum* ibid.d *notæ eius funeris.* ibid.
Funus tacitum, quid? ibid.c
Funus triumphale, idem Cenſorio ibid.
Furius Camillus 62.a

G.

GABINIANVS *rhetor* 483.d
Gabinus lapis 278.d
Gadius Rufus vel Tadius 192.c
Gætulici duo 125.d
Gætulicus ab Augure diuerſus ibid.c
Gætulicus filius poëta & Hiſtoricus 125.c
Gaiana aqua 364.d
Galeæ Germanis vix in vſu 49.d
Galba frater Principis 160.d
Galbæ odioſum imperium 309.d
Galliarum diuiſio 175.d
Gallia Narbonenſis à Senatoribus ſine commeatu adiri poterat 192.c
Galliarum gentes certo numero 91.c
quadringentæ Appiano ibid.d
ius ciuium adepti proceres 309.c
promiſcuè omnes ibid.
Gallici gladiatores 91.c
Galli quando plenè ciues Rom. 309.d.c
Gallorum ſeruitus ac ſtipendium 399.d
Gammata manus 532.d
Gammati lapides ibid.
Gauna vates in Germaniâ 438.c
Geminatus conſulatus, quid? 3.c
Genium propitiare 475.d
Germanicarum matronarum habitus 30.c
Germania Taciti ante Hiſtorias, & Annales, & quando ſcripta 434.c.d
Germani nauigiorum olim rudes, dein peritiſſimi 43.d
Germani qui Tungri 435.c *vnde illis nomen.* ibid.d *in prælia ituri canunt.* ibid.c
Germanorum rutilæ comæ 436.b *quæ à naturâ & ab arte* ibid. *vnde Saxones dicti* 437.b *quibus apud illos ius vitæ neciſve* 438.d .. *robur femineum* ibid.c *conſilium* ibid.d
Germani à mollitie defenſi 430.d *omnia agunt. armati* ibid.c *concilia eorum, in ijſque electi principes* ibid.c *venationes* 441.d *veſtitus* 442.b.c.d *cautio ne feminæ corrumpantur* 443.c *conuiuia & compotationes* 444.c *crinium nodi & obliquationes* 448.d
Germani milites, proceri & iuuenes 394.d
Germani in cuſtodiam Principum adſciti, fidei cauſſa 219.d *etiam in Iudæâ* ibid.
Germani pelliti 46.d
Germanis rarior vſus galearum 49.d
Germanici cognomen imperatorium 22.d
Germanici duo fratres 77.d
Germanicus quot annos in Germaniâ 43.d
dies mortis Germanici 77.c
Senatus diſſectus in eius funere 76.d
Geſtamen, ſellæ 182.d
Geſtamen, quid? 239.d
Getæ Græcis qui Romanis Daci 306.d
Gindes fluuius 169.d
Gladiatores apud Præſides 17.d
Gladiatorum numerus 232.d
de eo edictum & Sc. ibidem.
Gladiatorum pugnæ per dies Mineruæ ſacros 238.d
Gladij Druſiani 89.d
Gladij longi Gallorum & Germanorum 49.d.437.b
Gladij pœna adulteris ex legibus VVandalicis 524.d
Gladij pœna quando inducta 288.c.d
Gladij pœna honeſtiſſima ibidem.
Gladij pugioneſque ſacrari ſolili 290.d.c
Gladios editori exhibendi mos 520.a
Gladius olim ab humeris 22.d
Gloriæ cupido etiam in ſapientibus 395.d
Gothi mortibus captorum Martem placant. 439.d
Gnome ad vitam pulchra, & acuta 178.c
Græca litteratura in Germaniâ & Galliâ 436.b
Græcanici ſtipendij modus 445.a
Græcis Theatrum pro Curiâ 360.d
Graiæ Alpes 329.c
Grammaticorum acumen à Liuio non ſpretum 508.c
Graniorum gens 115.d

edictum Augusti in prohibendis gratijs 269.c
Gustus post balneum 120.c

H.

HABEO *reciperare* 169.c
Hadrianus primus reduxit barbam 536.d
Hauritum pro haustum 210.c
Hecate, siue Trinia in Laginis 98.c
Hegesippus correctus 42.c.417.d
Heligabalo dies pro nocte 297.d
Heluidij Prisci laudes 395.c
qui Apolloniæ exulauit ibid.d
filius eius à Domitiano occisus 467.d
Hera & Hertus terra 449.d
Hercules Olearius 276.c
Herennius Senecio 467.d
Herodianus illustratus 10.b
Herodiani ambiguus intellectus 249.c
Hesia silua in Cliuensi Ducatu 27.d
à Deo Heso nomen habet, quem Galli Germaniq́ue Martem colebant ibid.
Hesterno, Cottidiano, & similia 126.c.d
Hibernæ alpes 329.c
Hiemis modestia 200.d
Hierocæsarea opidum in Lydiâ 98.c
Hieroglyphicæ notæ 171.b
Hieronymus emendatus 530.d
Hierosolymæ obsessorum numerus 429.d
Hierosolymam aurum ex omnibus prouincijs exportari solitum 426.b
Hispania ab Augusto domita 108.c
Hispaniæ diuisio 111.c.311.d.& seq.
Hispani ante prælium cantant 434.d
Hispani in custodiâ principum 219.c
sed ij dimissi ibid.
Hispani cur legiones suas appellent Tertios 417.d
in Histriones coërcitio 38.b.c
in Histriones honos 38.d
Histrionum caussâ cruentæ seditiones ibid.
Histrionia verba in præfando 292.d
Histrionum præmium 500.a
spectatores exsilio puniti 39.c
Horatio lux data 272.d.512.c
Horatij commentator correctus 285.d
Horti Cæsaris 143.c
Horti Luculliani 164.d
Hostiæ cohors 332d
Hostias admouere 68.d
Hostiæ grauidæ 289.d
Hostiæ fugientes ominosæ 383.d
Hostiæ humanæ Gallis Germanisq́ue 439.c
Humeros exeri, quo fine scriptum 320.c
Hunni aleæ supra modum addicti 445.c.d

I.

IAC. *Reuardus* 503.b
eius sententia noua 517.a
Iactat esse socius 412.c
Iani templum à C. Duillio restitutum 61.b.c
Iasonis templa in Oriente 157.d
Iazates 189.d
Icelus Galbæ libertus 311.c
Idistauisus campus vbi 47.d
Ignarus, pro ignotus 189.d
Ignis terreni miraculum 235.d
prælatio Ignis ante Principem 491.b
à Priscis silentio præterita ibid.c
vnde is mos Romam, & qualis ille ignis ibid.
Ilienſium immunitas 206.b.c
à quo primùm data ibid.c
Illudere, in fœdâ re Veneris vsurpatur 219.c
Illustrium virorum opera 102.d
Imagines damnandi vetus institutum 80.d
Imagines in atrio 182.d
Imagines illustrium in templis curiaq́ue 72.c.d
Imagines diuinitus missæ supra hominem 174.d
Imaginis titulus 293.d
Imagines factæ erant ex argento vel auro 73.b
Cæsaris Imagines an vendi ius sit? 36.d
Imbriuini colles 170.d
Immensùm 403.b
Immunitas mercatorum frumenti 233.d
Imperatoris duplex notio 3.b
Imperatoris nomen soli sibi Aug. seposuit 103.c
discrimen in positu nominis Imperatorij ibid.c
Imperatoris nomen ad solum principem 48.d
& apud eum vnum auspicia ibid.d
Imperatorum statuæ, perfugium 512.b
ad eas etiam ingenui confugiebant ibid.c
hoc prætextu ad calumnias abusi ibid.
perfugium illud vetitum ibid.
Imperiorum varietas bellorum caussa 420.d
Imperium minuebatur ingressu vrbis 82.d
in Imperij limitibus externus non sine custode 449.c.d
Imperium variè munitum ab Augusto 10.b.c
termini Imperij ab Augusto 12.c
Traianus auxit 66.d
varius dies primi Imperij Augusti 9.d
Impubes non maturus supplicio 141.c
Imputare perfidiam 392.d
In Senatu, in equite, id est, inter Senatores, equites 134.c.d
Incendium Lugdunense 295.d
Increpare periculum 473.d
Index rerum Augusti quid? 12.c
idem cum reperto lapide ibid.c
Indicibus accedere 246.d
Indicium quid? 182.d
ex eo impunitas 183.c
Induere animum artibus 280.d
Infamia hominibus perditis voluptas est 178.c
Ingenia temporaria 365.d
Inimicitias denuntiare 507.a
Inimicitias indicere ibid.a
Inimicitiæ testatæ ibid.
Insidens capulo manus, propriè de minoribus gladijs dictum 49.d
Insignia ornari, quid fuerit? 496.c
floribus coronata ibid.
vnguentis perfusa ibid.
Insignium fulgor ibid.
Insignia magistratus in luctu posita 77.c
Insistere, propriè aurigarum 279.c
Insteius Capito 228.d
Institoria 275.c
Integra pars pop. 308.c
Intemelij populi 454.d
Intendere manus, rixæ nota 107.d.c
Interdictio honoribus 301.d
Interior decubitus 165 b.c.d
Interior locus dignissimus 80.d
Interior maritus, quo sensu 179.b
Interior sponda 165.c
Interpretis Arriani lapsus 533.d
Intonare cælibi vitæ 186.c
Inuersa signa 415.d.& seq.
Inuisus actu 311.d
Ioannis Brodæi laus 453.c
Iordanis quot lacus efficiat? 427.d

Iornan-

Iornandes correctus 455.d. & seq.
Iosephus à Tac. dissentit 157.d
Iræ simulatio laudata 321.d
Isidori error 505.c
Isidorus correctus 278.d.452.d
Isidorus explicatus 510.d
Isis litteras inuenit 171.b
Italiæ quando inducta vastitas? 200.d
Italiæ populi stipes Hierosolymam congerebant 425.d. & seq.
Iterationes seruitutis. 224.c
Iudæa procuratores habuit, Syriæ adtributa 531.c
Iudæi in Sardiniam pulsi 73.d.& seq.
Iudæi peruicaces 338.c
Iudæi proles non exponebant aut necabant 426.c.d
Iudæorum Pontifex à cadauere arcetur 111.d
Iudæorum sub Caio tumultus, propter effigiem in templo coli iussam. 204.c
alia Iudæorum turba cum Christianis ibid.d
Iudæorum templum sub dio & apertum 426.c.d
hinc gentiles ipsum cælum ac nubes ab ijs adorari credidere ibidem.
Iudaicæ stipes 425.d
Iulia Drusi F. 131.d.220.b.226.d
Iuliæ duæ ibid.d
Iulia, Agrippæ filia, non periit ferro aut veneno 82.d
Iulia vxor M. Agrippæ ibid.c
Iulia Augusti filia 212.c.d
Iuliæ Augustæ ætas 138.d
Iuliæ impudicitia 28.c
Iuliana lex de modo possidendi 150 d
Iuliæ leges 512.d
Iuliam legem Papia obscuranit 513.a
Iuliæ legis caput de vi publicâ 111.d
Iulia & Papia confusæ 513.b
Iuliæ legis quæ pœna 524.b.c.
Iulia lex diuersa à Papiâ, tempore & re 512.d
Iulianus gladiatorum dux 384.d
Iulium templum apud Bouillas, & ludi 57.d
Iulius Cæsar pomœrium auxit 593.c.d
Iulius Græcinus 453.c.d
Iulius Pollio 218.e
Iulius Postumus 111.c
Iulus Antonius 10.d
Iunia stirps in parte explicata 104.b
Iunia Caluina 188.b
Iunius Annæus Gallio, Senecæ frater 290.c
Iunius Blæsus 103.c
Imperator appellatus à Tiberio ibid.
Iunius Cilo. 191.d.& seq.
Iunius Mauricus 467.c
Iunius Otho, rhetor 100.c
genus eius dicendi ibidem.
Iunus Rusticus 467.c
Iunius mensis infaustus 295.d
an Germanici nomine mutatus ibid.
Iura in bonis libertorum pro ratione liberorum 517.b
Iura libertorum 363.c.d
Iuramenta apud signa fieri solita 267.d
& plerique solemnes militiæ ritus ibid.
Iuramenti senatorij initium 115.b
Iuramenti militaris pars 287.d
Iuramentum in Principum acta 216.c.540.b
Iuramentum per nomen Augusti 36.d
eius religio ibid.b
Iurare per dextram 69.d
Iuratus Senatus 115.b *idem mos Græcis.* ibid.c
Iuris trium liberûm origo 515.d
id princeps dabat. ibid.
Ius quattuor liberorum 516.c
Ius mariti 514 d
Ius patronorum 363 d
qui ius habuerint militis animaduertendi 23.c
Iurisdictio in vrbe apud quosdam equites 206.d
Iurisdictio Præsidum in prouincijs 40.b
Iusiurandum in acta omnium Principum 540.b
exceptis pessimis ibid.c
Iustini diuersa traditio 157.c
Iustinus explicatus 321.c
Iustitium in funere 71.d
mutatio vestis in Iustitio ibid.d
Iustus Catonius quis? 20.c
Iuuenales ludi, priuati 243.d
Iuuenales Imperatorum parum diuersi ibid.
Iuuenalia cur appellata ibid.c
Iuuenalis lectio dubia 14.c
Iuuenalis explicatus 106.d. 279.d.450. d.516.d. 535.c *correctus.* 220.d.406.d
princeps Iuuentutis 3. d. & seq.
Iuuenta Romanis finiebatur anno XLV. 69.d

K.

KAII 32.d
Kalendarum religio 135.c
Kalendis anni vulgò artes delibabant. 121.d
Kalendis Ianuarijs etiam à cæde & pugnâ abstinebant 135.d *& supplicio* ibid.
Kalendi omnia tristia spreta ibid.
etiam à Græcis ibid.

L.

LABEONIS *Iurisconsulti pater egregius* 104.b
Laberij restitutio 509.b
Labieni libri primi exusti 121.b
Lacrymæ intutæ sub tyrannis 148.c
Læta faustaque nomina 22.c.d
Lætoria lex 170.c
discrimen inter eam & Claudij scitum ibid.c.d
Læuini Torrentij coniectura firmata 422.d
Lampridius correctus 181.c
Lampridius illustratus 121.c
Lapis falsus 178.d
Lapsus viri docti 496.b
Laticlauij, qui dicti? 422. d.& seq.
Laticlauij in curiâ 143.c
Latinus Pacatus correctus 95.d
Laudantes inimici 465.d
Laurea triumphantium in gremio Iouis 51.c
Laurus è fascibus 502.c
Legati exercituum 54.d.& seq.
Legati sorte lecti 396.d
Legati exteri in Orchestrâ 134.c
Legatio libera olim ad peregrinandum 192.d
Legionariorum & auxiliarium arma. 197 d
Legiones in castris æstiuis iunctim habitæ, in hibernis singulæ seorsim 22.d
Legiones classicæ 308.c.d
Legiones in Hispaniâ quot? 313.d
in Ægypto 339.d
Legionum cognomina ex lapide 349.d
quæque Legio suum Præfectum habuit 496.b
Legionibus singulis sua principia 24.c
tres ordinariæ Legiones in Pannoniâ 108.c
vnaetuicesima Legio 20.d
Lentulus Cossus 148.d
Lentuli discreti 125.b
Gætulicus ab Augure diuersus ibid.c
Lentulorum diuitiæ ibid.d

Lepida consobrina Claudij 183.d
Lepida Domitia, secunda Appij vxor 112.d
Lepidi duo, Manius & Marcus 88.d
Lepidus quis? 238.d
Lepidi quattuor infausti ibid.c.d
Lepidi verum stemma ignotum ibid.
Lepidus tutor liberûm Ptolemæi 68.d
Leucophryn insula 98.c
Libamenta in focum 272.b.c
mos Libandi Ioui seruatori 287.d
Liber & Libera 61.d
Libera eadem cum Corâ ibid.d
Liberalia, siue festum Vindemiæ 181.c
Magna corona idem dictum ibid.d
alia ab his Liberalia liberâ rep. 181.b
Liberi patris habitus ibid.c
origo iuris trium Liberûm 515.d
id princeps dabat ibid.b
feminis tributum etiam id ius 516.b
peti solet à Senatu ibid.b
Ius parentum idem ibid.
Ius liberorum idem ibid.
quid tamen propriè sit ibid.c
ius quattuor Liberorum ibid.
Liberorum apud Germanos exploratio 444.c
pro Libertâ esse, cui bono? 203.d
Libertas iusta 224.d
non iusta ibid.
Libertas legibus & magistratibus suis constat 43.c
Libertæ constantia 284.d
Liberti interdum binomines 204.d
Liberti non edebant ludos in vrbe 132.d
in Libertorum bonis successio 60.d
de Libertate serui cum domino pactio 254.d.& seq.
Libertinas ducere ingenuis omnibus permissum, Senatoribus exceptis 513.b
Liberti prædiuites 363.d
Libertini ijdem cum libertis 513.c
Libertinorum filij 176.d
Libertini à militiâ remoti ibid.d
primùm à Cæsare in Senatum lecti 177.b
Libertorum iura 363.c.d
Libertorum pœna ab Augusto 223.c.d
Libonis stemma obscurum 51.c.d
Libratores qui tormentis lapides aut hastas excutiunt 49.c.d
Librorum capita puniceo colore descripta 171.c
Librorum veterum ingens iactura 277.c
Libros cremabant ædiles, triumuiri, vel prætores 120.d & seq.
Licentia in testamentis 257.c.d
Licentia & impunitas omnis culpæ in paupere militiâ 364.c.d
Licinius Varro 10.c
Lictores Augustarum 13.c
Lictorum remotio 63.c
Limitanei milites 10.c
in Limitibus imperij externus non sine custode 449.c
Lingones 331.d *fusi* 417.d *eorum multitudo* ibid.
Linus Apollinis filius 271.c
Lineæ Germanis vestes 442.d
Littera X. non necessaria 171.c
Litteræ quot Latinis primò ibid.
Litteræ per milites commeabant 123.d.& seq.
Litteræ Præsidum ad Principem 353.d
Litteræ ad signa lectæ 402.d
Liuia in nomen Iuliæ & Augustæ 8.c.d
Liuia à Claudio consecrata 139.c.d
cultaque nomine Iunonis ibid.d
Liuia sacerdos, & filia adoptione, mariti sui Augusti 492.c.213.d
Liuia vxor facilis Augusti 138.d
eius apophthegma ibid.
Liuiæ pater adoptatus 138.d
à Bruto stetit ibid.
Liuilla 107.d
Liuiana imitatio 414.d
Liuius correctus 47.c.48.c.165.d.193.c. 194.c.203.b *ex coniecturâ* 173.d *illustratus* 82.c.249.b.c.272.d.322.d
Liuius & Varro diuersi 244.c
Loca multa à distantiâ appellata 285.d
Locus superior honestissimus in accubitu 239.c
Locus supplicijs seruilibus, Sestertium dictus 285.c
is extra vrbem: & quæ nominis caussa ibid.
Lollia neptis M. Lollij qui sub Augusto 186.c
Lollius rector C. Cæsaris 92.d
Londinium nobilissima vrbs 252.d
Longè clarus 251.c
Loquendi noua ratio 109.d
per Tacito crebra 369.c.d
prisca 402.d *transmarina* 412.c.d
Loricam contexere, quid? 127.d
Lucani fatum felix 281.d
Lucani liberum os in principem 120.d
Lucanus non est auctor Panegyrici 242.d.& seq.
ei rei argumenta 243.b.c
Lucanus supra Neronem poëta 281.d
vana æmulatio in illum Neronis ibid.c
Lucar quid 38.c
Lucaris quis modus 499.c
Lucar sæpè mutatum ibid.d
Lucilliana prædia 181.d
Luci pro diis 439.d.c
in Lucis ferina signa 401.d
Lucius Bassus 366.c
L. Arruntius 77.d
L. Cassius 150.c.d
L. Domitius 32.d
L. Piso patre Censore natus 148.d
eius ætas ibid.
eius triumphalia è Thraciâ ibid.
ebrietas eum præfectum fecit 149.d.c
L. Silanus Appij F. 212.c.293.c
L. Silani incautus amor in sorore 186.c
is caput perdidit in sorore ibid.
L. Telesinus philosophus 295.d
Lucernæ accensæ inter ornatus ædium 78.d
L. Vestinus indagatus 411.d
Luculli villa 163.d
Ludere, in re Veneris vsurpatum 219.c
Ludi Actiaci 270.d
Ludi Augustales, & eorum origo 14.c.d
Ludi Circenses, siue Ceriales 282.d
celebrati per plures dies 353.d.c
Ludi equestres à quibus petiti 246.b.c
Ludi gentis Iuliæ apud Bouillas 57.d
Ludi Græci 246.c.d
Græcis vestibus vsi per eos ibid.
Ludi Iuuenales 243.d.c
Ludi natalitij Augusti 14.c.d
Ludi in Palatio 36.d.135.d
Ludi sæculares cur variè celebrati ab Aug. & Claudio? 169.c.d
Ludos sæculares quindecimuiri curabant ibid.d
Ludi trilingues 246.d
Ludos curabant sacerdotes 99.c.d
præsertim quattuor collegia ibid.d
Ludorum curator 222.c
Ludorum editores Prætores 246.c.d
Ludouici Viuis audax correctio 177.d
Lugduni quot cohortes? 327.d

Lugdunum colonia Rom. ibid.
Luzici ex equis diuinant 439.d.& seq.b
Lunæ templum vetus 277.d
Lunâ laborante clamor atque æris tinnitus 19.d
Lusius Geta Præf. 181.b
Lustrale certamen idem cum Quinquennali 292. c. d
Luxus feminarum in gemmis 94 d.522.d.& seq.
Lydi Persici 98.c

M.

MACER *Iurisc. illustratus* 250.b.c
Maciacus ager, siue Maziacus 174.c
Maculosi nouæ significatio 346.c
Mœnianæ Scholæ 520 d.& seq.
Magistratus non iudicant 81.d
accusabant adulteras 524.b
Magistratus nomen ad curatores viarum 87.d. 518.b.c.d
Magistratus exordio leues caussæ 121.c.d
Magnetes duplices 60.b.c
Magicâ arte flamma è lignis sponte erumpens .98. c.d
Magorum deuotionumque ritus 69.d
Maiuma, sacrum annuum Castrorum 178.d
Mamercus Scaurus 155.d
libidine infamis ibid.
Mamertini 125.b
Mamertinus correctus 465.d
Mancipari 52.d
Mancipes qui dicti 87.d
Manilius tentatus 506.c
Manlij Iunios attingunt 104.b
Manu assentiri 394.d.& seq.b
in Senatu & exercitu 395.b
Manumissio duplex 224.d.c
Manus Gammata 532.d
Manus intendere, rixæ nota 107.d.c
Manus sublatæ pacatum signum 324.d.c
Manutij coniectura 418.d
Marcella M. Agrippæ vxor,& an ex eâ proles. 82.c
Marcelli mortis locus 3.c.d.b
Liuia ei caussa mortis fuit ibid.d
& Augustus ibid.
Marcellus Cornelus 294.d
M. Agrippa 212.d
M. Agrippæ ignobilitas 3.b
M. Agrippæ vxores & liberi 82.c.d
M. Ostorius 296.d
M. Scaurus 452.d
M. Silani duo 212.b.c
M. Silanus cæsus 409.d
Marita lex eadem quæ Iulia 512.c
Mariti antelati in Magistratu 514.d.& seq.
Mariti in sorte Prouinciarum antehabiti 515.a
Maritorum priuilegia 514.d
in Maritorum numero esse 515.a
Marius Maturus 380.c.d
Maroboduus rex 59.c.d
eius regia ibid.
Martialis flamen ad bellum non mittitur 96.d.c
Martialis explicatus 514.d.274.c.288.d.319.d 363.d *eius epigramma* 100.d
Martius Macer 357.d
Mastruca 442.c
Mathematici quando & quoties pulsi 504.b
de ijs Sc. ibid. b.c
Matrimonio secundo vbi in Germaniâ nullus locus 443.d
Matrimonij etymon 179.b.c
liberi à Matrimonio non arcendi 514.c
Matrimonium triplex : vsu, farre, & coëmptione 113.c.d
Matrimonia sobrinarum quando cœperint? 187.c.d
ea vetuit Theodosius ibid.d
alij iterùm permiserunt ibid.
Matris cum filio cœtus 162.d
Matronæ crinium forma alia à virginibus 523.a.b
veteres crines rutilabant, magis auidè posteriores 436.b *olim in carpentis vehebant* 199.d.c
Mattiaci è Cattis 29.d
Mattiaci non sunt qui nunc Zelandi appellantur, sed potiùs Northollandi 446.c
Mattiacum 29.d
Mauritania à quo diuisa 310.d
Mauricus 467.c.d
Maurus refutatus 135.d
de Maximo historia 5.d.c
Maximus Nasoni amicissimus ibid.d
Medica vestis 506.a
Megalensia quando 78.d
Memmij coniectura 118.c.d
Memnonis miranda effigies 66.c.d
Merceri diuinatio 427.d
Meretrices etiam lecticas posuerunt post Domitiani edictum 509.c
Meretrices Athenienses quo habitu? ibid.
Merulæ cædes quando 96.d
Mesalla vir insignis 407.d
Mesallinæ lepidum factum 183.c.d
Mesallinæ quæ mater? ibid.c
Metia porta eadem cum Esquilinâ 505.a.b
Metus ex duce 20.c
Metus mutuus inter æquè potentes repagulum 434.d
Miliarium in foro 316.d
Miles in porticibus 317.d
Militares animaduersiones extra castra 20.d
Militares vacationes 321.c.d
Militaris pœna 227.d.c
Militaris salutatio, complecti armis 318.d
Militariter loqui 359.d. & seq.d
Milites habitu plebeio domos perlustrant 339.c.d
qui frumentarij ibid.d
Milites sine coniugibus 249.d
iura maritorum à Claudio, nuptiarum à Seuero habuerunt ibid.b
per signa iurabant 48.d.c
Milites honestiores vsi equo aut vehiculo 17.d
Milites promoti ex donis 26 c.d
etiam ex censu ibid.d
togati 319.c.d
Militibus saucijs fomenta Impp. donarunt 34.d
Militum licentia ob egestatem 364.c
Sacramentum sub principibus 287.d.c
Minerua Musica 492.b
Ministri magistratuum è libertis 224 c
Minutius correctus 97.c
Miseni promontorium infame naufragijs 280.d
Pallas ibi culta ibid.
Missio duplex sub Augusto 15.d
Missio plena quid? ibid.b
caussa discriminis Missionum ibid.d.b
in Missione pecuniarium præmium 16 c
eius summa definita ab Augusto 495.b
emeritum ea ipsa pecunia ibid.c.d
an agrorum vice data ibid.d
Mithridates Armeniæ rex 168.c.d
vinctus à Caio ibid.c
Mnester mimus 166.d
Modestia, pro moderatione 11.d
Modestia hiemis 200.d

Modestia fortitudinis comes 333.d.& seq.
Modij lectio proba 480.d
Mollities, quid Latinis? 281.d
Monogamia improbata 514.c
Monogamiæ honos 74.c
Montanus poeta 124.c
Mors quæsita 6.b
Mors sine arbitrio 294.d.& seq.c
de Morte dominantium atrocia spargi solent 110.d
ad Mortem breuis paratus 285.c
Mortui cadauer adhuc vegetum in lecto ostensum 77.d
Mos Romanus in Antecursoribus 348.c.d
Mucianus 338.d
eius ambitio 397.c
Mulcare quid 21.d
Municipales minùs honorati 107.d
Muretus comprobatus 154.d.462.c
Musonius philosophus 260.c.d
pulsus Româ 289.c.d
Mutare, patiendi significatu 195.c

N.

NABALIA, *vel Naualia* 432.d.c
Narcisci petulans nequitia 192.b
Natalis imperij 359.c
Natali Principis epulum & munera dat ipse princeps 145.b.c
Natalis quidam impurus 281.d
Nauale stagnum 243.d
Naues breues, & longæ 44.c
Naues duplici gubernaculo ibid.c.d
Naues tectæ 205.c
Naumachia Augusti ibid.
Nauportum 17.d.c
Necessitatis non trita notio 12.d.b
Necessitudo Reip. 9.d
Nero an pontifex 85.d.& seq.
an potiùs augur? ibid.
Nero inter poëtas 244.c.d
vt quidam volunt bonos ibid.
grauiter puniti qui segniter cantantem audirent 293.c.d.298.d.c
Nero petulanter grassatus 222.c.d
Nero primus sæuit in Christianos 279.b
Neronis oratio in argentum incisa 213.d
Nero Parthis gratus 307.c
Neronis prior domus 276.d.c
Nero quot statuas è Græciâ abstulerit 279.d
Nero trigarius ibid.c
Neronianum incendium quot dierum 276.d
& seq.b.c
de eo variantes sententiæ ibid.
Nerua Iurisconsultus 154.c.d
Nicetes sacerdos, rhetor 477.d
Nicopolis ab Augusto structa, monumentum victoriæ Actiacæ 62.d
Nicostratus athleta 475.d
Nobiles an ab epistolis aut libellis principum 274.d.b.c
Nodus in crinibus Germanorum 448.d
Nomen Imperatoris insignis 376.d
Nomina fausta 411.d.c
Nominum per fastidium mutatio 323.d
Nouemdial sacrum 145.d.a.b.c
in Numero maritorum esse, quid sit 515.a
Numeri militares 308.c.d.& seq.
in Numero magna varietas 493.c
Numerus in Suetonio correctus 152.c
Numerus in Tacito vitiosus 85.c.195.d.205.d
225.d.226.d.c.234.d.252.c
dubius 193.b.c.194.d.c *falsus.* 120.d
Numida alio intellectu 348.d.c
Numidia gens 201.c
Nuptiarum formula & definitio 197.b.c.d
Nuptiales tabulæ 186.b.c.d
ijs ruptis, matrimonium soluebatur ibid.
inter Nuptias veteres nouasque tempus legitimum 514.c
Nursia Volsinienſium dea 106.d

O.

OBSIDES *in Germaniâ, item Italiâ, puella* 438.c.d
Obultronius Sabinus 319.c
Oceanum veteres finem rerum censuêre 451.d
Occhoris rex 425.d
Octauia præmium seruorum pro accusationibus 114.d
Octauia an in Ægyptum relegata 261.d.& seq.
Oderunt quidam magis, quò plus debent 114.c
Odia proximorum acerrima 418.d
Odiosus orator 459.d
Odoratus Poppææ rogus 293.c
Oe diphthongus quomodo pronuntiata 233.c
Oeënses in Tacito repositi 410.d
Officia in codicillis à Principe data 220.d
Oleariorum tabernæ 276.c
Oleum in congiario datum 256.c
Nero primus ad gymnasia dedit ibid.
Ollius Poppææ pater 231.c
Onufrij elogium 169.d *error* 90.d
Operari, ad sacra 47.c.d
Operæ, pro Operarijs 511.d
Operarum ingens numerus 205.c
Optiones, adminicula Centurionum 258.d
veteri & posteriori æuo 315.d.& seq.
Optio fabricæ, carceris 316.d
Optio tesserarius ibid.
Opulens casibus 306.b
Oratores teneri. 483.d
Oratoribus fautores sui assistebant 479.d
Orbi dimidium capiunt 516.c.d
solidum non capiunt ibid.
Orbitas præualida & gratiosa 84.d
Orchestræ consessu sociorum legati honestabantur 234.d
in Ore agere 378.d.488.d
Ornatus ad prælium 385.d
Orosij error 9.c.60.b.110.d
Ortalus, cognomen Hortensiorum 55.c
Ortalus boni patris mala proles ibid.
Ortalus Hortensij nepos 55.d
Ortygia lucus 97.d
Osci ludi 112.b.c
Oscus sermo ibid.
Ostentum Neroni factum 170.b
Ostorius Sabinus 299.d
Othonis Frisingensis error 505.c
Othonis Imp. mors quo die? 353.d
Ouatio & triumphus non potest sine imperio 82.d
Ouidius illustratus 11.d.14.c.68.d.223.b
Ouidij carmen de nouo Deo 11.d
eius natalis 239.c

P.

PACONIVS *Agrippini philosophi pater* 300.c
Pacta & testamenta olim in templis 7.d
Pactio interpositâ personâ aliâ 254.d
Pactius Orfitus primipilus aut primipilaris, inconstanter dicitur 266.d

Pædago-

Pædagogia veterum 288.d.539.a
ad delicias plerumque ibid.
Pædagogiani pueri ibid.b
Pædagogium pro cœtu, non pro loco ibid.c
Palamedes quot litteras inuenerit 171.d
Palatinum templum Augusti quis exstruxerit 11.c
Pallas à rationibus Claudij 217.c
Pallas per infamem adulationem è regibus Arcadiæ 203.c.d *seruus anteà Antoniæ* ibid.
Pallantis eximij honores ibid.
Palmerius refutatus, 321.d
comprobatus 330.c
Palpelius Hister 195 d.364.c
Paludes militi non adsignatæ 15.d
Panegyricus scriptor emendatus 78.d.520.c
Pannonij vnde dicti 442.b
Pantomimorum origo 29.d
Papia lex valebat ad honores consequendos 62.d
de lege Papiâ liber excursus 512.a
Papia quando cœpit ibid.d
causſa nominis ibid.
causſa ferendi 513.a
Papia, Senatoria lex ibid.
Papiam legem imminuit Seuerus 517.c.d
item Constantinus Theodosiusque ibid.d
Parentalia nono die 145.c.d
cibi solemnes in parentalibus ibid.a
Pariare quid? 217.c
Parthi venationi addicti 43.c
Parthorum reges quatenus ad Romanos pertinent 500.b.c.d
Parthorum mos in victimis & sacris 272.b.c
Partim, solitarium 326.d
Passienus secundus Agrippæ maritus 187.c 530.b.c.d
alius Passienus pater huius 531.a
Patibulum à cruce distinctum 252.d
Patiendi verbum agendi significatione frequens antiquis 5.d
Patientiæ insigne documentum 420.d
Patres maiorum gentium & minorum 177.c.d
Patres olim filios rus relegabant 223.c
Patroni cum libertâ connubium 513.d
Patruinus 408.d
Patruis fratrum filias ducere, non item sororum licuit 187.d
Paulli basilica & porticus 102.c
quis refecerit ibidem.
Pausanias culpatus per interpretis culpam 274.d
Peculio suo se serui liberabant 254.c
Pecuniæ in templis 7.d
Pecuniæ militum apud signa 23.b
Pedibus intectis incedere 66.c.506.b
Pedo emendatus 72.c
Pedo Pompeius 31.d
Pelamydes vbi natæ, & captæ 208.a
Pellacia 186.d
Pelles ad vestem 442.c
Pelopem Phrygem, Pausanias Lydum facit 129.d
Penetrales dij, pro Penatibus 46.a
Penina iuga 326.a
Pentilus Arcadiæ rex 124.d.& seq.
Peregrinationes vetitæ Senatoribus 192.d.b.c
à Iulio exemplum videtur ibid.d
Persæ multis in rebus Germanizant 444.c
deliberant inter pocula ibid.d
Persæ reges suos pro dijs colunt 122.c
Persæ Soli equum immolant 138.d
Romani & Mysij Marti ibid.c
Persæ primi crediti virum excidisse 156.d
siue, vt alij, Semiramis ibid.
Persarum Reges Romanis parent vt suis imperent 42.b.c
Persius correctus 272.d
Petilius Cerialis 252.c.417.c
Petrina ala 166.c
Petronius procurator 3.9.d
Petrus San-Iulianus 522.b
Petulantia feminæ 322.c
Pharus Capreis 134.d
Philippopolis 89.d *variè dicta* ibid.
Philippus Macedo Antiocho infensus quòd milites in bello cæsos sepelisset 32.c
Philopœmenes vltimus Græcorum dictus 120.c
Philostrati locus 519.c *& error* 241.c
Phœbus libertus 293.d.c
Phœnix quando in Ægyptum venerit 154.c.d
de Phœnice contra Tacitum plerique scriptores 154.a
Phraates patris & vigintinouem fratrum parricida 43.d *liberis suis diffisus, ne suo exemplo se tollerent* ibidem.
Phraatis liberi & nepotes 42.c.c
Phrasis non frequens 58.d *prisca* 369.
Phryxi oraculum 157.c
Piacularia sacra à Tullo 188.
Pighij iudicium 249.d
Pilæ in aquis, è lapide; vt sublicæ, è ligno 239.d
Pinciani laus 11.a
Piso collega Aug. Tiberioque in consulatu 58.c. 81.d
Pisonis exsulis honestum viaticum 81.d
Pisonis pater 312.c
Pius Aurelius Antonini maior 37.d
Plancina 58.d
virilia munera obit 87.d
Plautius Lateranus 180.d
eius virilis mors 285.c
Plautus explicatus & emendatus 53.d.118.d. 126.d.145.d.170.c.224.c.254.c.412.d
Plebs iniqua dominis 5.b
Plebs iuncta, audax 18.d
Plebei Senatores in patres adscripti 177.b.c
Plebiscita non in vsu temporibus principum 172.c
Plinij prosocer 294.d
Plinius correctus & explicatus 4.b.14.d.19.b. 40.b. 53.b. 76.d. 85.c.d. 138.d. 147.d. 208.c. 212.c. 214.b. 221.c. 228.d. 273.d. 279.c. 322.d 494.d. & seq. 511.d. 515.c.d. 527.d. 539.b. 540.d
eius recepta lectio defensa 483.d.502.c
dissensus aliquis à Tacito 94.d
Plinius historiam temporum scripsit 221.d
Plotius Firmus, præfectus 350.d
Plutarchi duplex error 5.c.
Plutarchus correctus 162.d.221.c.312.d.322.c 350.c *Tacitum amauit* 359.d
Plutarchi & Taciti multa simillima 348.d
Pœna damnatorum in x. diem dilata 93.c
à Theodosio in xxx. ibid.
Pœna in libertos ab Augusto 229.c
Pœna militaris 227.c.d
Polemo rex, eiusque stirps 64.d
Pompeius Theophanes 151.d
Pompeius Magnus primus auctor theatri mansuri 245.c.d
stultitia exercitus eius in Africâ 292.b.c
Pompeius suarum legum auctor ac subuersor 85.b
Pomponij error in prætoribus 493.b
Pomponij error in Cassio 130.c
Pomponius Flaccus 154.d

Pomponius poëta 170 c.b
ambiguum illi prænomen ibid.
septem annis in custodiâ habitus ibid.
Tragœdiarum scriptor ibidem.
eius vitam Plinius scripsit ibid.
Pons in Rheno 34.d
Pontia C. Petronij filia 297.d
Pontifex Max. ad bellum non mittitur 96.d
funesto aspectu arcetur 110.d
Pontius Pilatus, sextus Iudææ procurator 279 c
Poppæa 166.c.d
eius rogus odoratus 293.c
Portarum custodiæ 19.c
ante easdem stationes ibidem.
Porticus Capitolinæ 388.d
Porticus Liuiæ quâ caussâ facta 11.c
Possessorum vias reficere 87.c.518.c.d
Prædia Lucilliana 181.d
Præfecti ærario tabulas publicas adseruabant 526 a
Præfecti è prætorijs sub Nerone 533.c
Præfecti vrbis iurisdictio 225.c.d
ordo successioque Præfecti vrbis 148.c.d
potestas eius & munera ibid 354.a
Præfectus castrorum quando 496.a
quæque legio suum præfectum habuit ibid.b
Præfectus Ægypti supra ceteros ius habuit 531.b
Præfectus Latinarum è iuuentute 121.c
Præfectus vrbis cur in Tiberij verba non iurarit 7.d
Prægustator viris principibus 210.c
quando is mos cœpisse videatur ibid.
traductus est à Persis ibid.
Præliares dies 336.c
Præmia maritis, patribusque 514.d
Præmia patrum multa, etiam veteri reip. 515.a
auxit ea Augustus ibid.b
Præmia πολυπαιδίας ibid. b.c.d
Præmium accusatoribus quando datum, &c. 515.c
Premium pecuniarium in missione 16.c.443.b.c
eius definita summa ab Augusto ibid.b
emeritum ea ipsa pecunia ibid.d
an agrorum vice data ibid.
Præruptus animo 293.d
Præsidere Pannoniam, pro Pannoniæ 195.c
Prætextæ vsus in sacris 47.d
Germanicus ea vsus tamquam augur ibid.
Prætor qui de falso cognoscit 254.c.d
Prætoria 131.d
Prætorum origo & progressus 493.a
Prætores sub Cæsare quot ibid.b
& quot sub Augusto ibid.c
varietas in numero ibid.
Prætorum numerum auget Sulla ibid.b
sub Claudio quot ibid.c
Prætorum numerum augeri suadet Asinius, recusat Tiberius ibid.c
Prætores & consules curris vecti in Circo 14.d
toga picta Prat. per ludos 14.c
Prætoriæ cohortes sparsim habitæ 106.d
castra earum remota ab vrbis illecebris 107.c
stipendium 16.c.d
Primipilares militiâ functi, equites censeri solent 143.c
Principem scuto imponendi mos 398.d & seq.
Princeps iuuentutis 3.d
Princeps non ipse ad omnia bella 92.c
Principes gratia & beneficiorum potentes esse oportet 55.d
Principes populum adorare soliti 292.c
Principes principum interfectores quare tollunt 321. c.d
Principis nomen & origo 2.c.d
Principatus olim insignia 7.c
Principi semper xij. fasces 215.d & seq.
Domitianus xxiiij. sumpsit 116.c
Princeps in viuis numquam Diui dicti 290.d
de ijs verissima scriptio cùm obierunt 2.d
Principem luctus & lacrymæ minùs decent 77.c.d
Principum parcimoniam plebs æmulatur 95.d
Principia castrorum sacra, in ijs aquilæ & signa 322.d
Principis quæstor orationes Cæsaris recitabat 299.d
Principium pro principatu positum 2.c.d
Principium apud Suetonium quid? 232.d
Principum orationes in æs incisæ 213.c.d
Neronis in argentum ibid.
Principum filijs propria mensa 218.c.d
sedebant, non accumbebant ibid.
Proconsules & legati qui propriè 499.a
discrimina inter vtrosque ibid.
coniungit vtrosque Tacitus ibid.
Proconsulare Imperium durius præsidiali 38.c
Proconsules, propratores, legatos nefas amplecti 273.c
nec ad ædes eorum statim ingressus ibid.
Proconsulis salarium 466.d
in Proconsulum prouincijs etiam procuratores 206.c
Procuratores Cæsaris ibid.d
prouinciæ minores ijs solis rectæ 531.a
iura dicere cœperunt ibid.
vice Præsidis ibid.
ex equite aut libertino ibid.b
ideò acta ipsorum iure non rata ibid.
Procuratores fisci 60.d
Procuratores initio non aliud quàm Rationales 206.c.d
Prodigia ante euersam coloniam 251.c.d
Prælium inituri cantant 127.d.434.d.& seq.
verbi Profligare significatio contra Agellium 338.d
Promagister vicesimæ 134.b
Propertius illustratus 512.b
correctus 112.d.523.b
in Propertio coniectura 133.d
Prouinciarum dimsio facta primo die imperij Augusti 9.c
Prouincia vetus 30.d
Prouinciæ publicæ siue populi 213.c
Prouinciæ aliquot, quibus solus procurator præfuit 206.d
Prouinciales misti legionibus in colonias deductis 176.d
Ptolemæus Africæ rex 116.c
Publicanorum iniquitas 459.c.d
Publicum, quid? 232.d
quorum bona Publicari solita 155.c
publicationem primus Cæsar induxit ibid.
P. Anteius 222.d
P. Celerius 212.d
P. Corn. Dolabella 116.d
P. Suillius, Quæstor Germanici 229.d
Puellæ pro obsidibus 438.c.d
Pueri ad cereos elati 510.d
Pueri nostri, quos paigios vocamus, oriundi à pædagogijs 539.c
Pugnæ signum, vexillum proponere 23.d.267.d
Tunicæ forma fuit ibid.
Puniceus color in titulis librorum 171.c
Puteolanæ moles 240.d
Puteoli quando deducta 249.b c.d
Puticuli 505.b
Pyrrhica saltatio 181.c
Pythœi lectis bona 472.d.477.d

Q.

QVADRAGESIMÆ *vectigal sub Theodosio & Arcadio* 233.b
Quadruplatores vnde dicti? 114.d
Quæstiones perpetuæ, quando? 493.b
Quæstoria munera 175.d.214.c
sustulit Nero 175.d
imposuit iterùm Domitianus ibid.
Quæstores primi quando? 175.b
Quæstor missus ad cædem Vitaliani 6.d
Quæstor Principis orationes eius recitabat 299.d
Quæstor consulis supplicij exactor 301.d
Quæstorum prouinciæ 117.d
Quæturæ ætas 517.d
Quarta, præmium in crimine maiestatis, aut repetundarum 114.d *vulgare præmium accusatorum* ibid.
Quartadecima legio amota 374.c
Quinctiliani similis locus 115.d.376.d
Quinctilius Varus 133.d
Germanici gener ibid.
Quindecimuiri sæculares ludos curabant 169.d
Quinquagesimæ vectigal 534.a.233.c.d
Quinquatrus dies sacri Mineruæ 238.c.d
conuiuijs læti ibid.d
pugnæ gladiatorum per illos ibid.
Quinquennale certamen Neapoli 245.d
etiam in Iudæâ ibid.c
Q. Haterius 96.c.132.d
eius senium ibid.c
Quirinalis flamen ad bellum non mittitur 96.d
Quirinius consul 92.d
eius expeditio in Homonadenses ibid.
in Syriam missus ibid.c
Quiritium compositæ modulatæque voces 292.c.d

R.

RAMI *felices* 411.d
Rationem constare quid? 6.d.& seq.d.c
Ræuardi sententia noua de lege Papiâ 517.a
Reditus duplices in quibusdam prouincijs 532.a
Refragium 240.d
Reges Regum mortem vlciscuntur 321.c.d
Regiones Italiæ 395.c.d
Registra publica 526.d
Reip. tres partes 12.c.d
Relationis ius soli consules habent, aut ijs absentibus prætor 269.d
Relationum verba ibid.
Relegatio olim frequens 232.c
ad certum opidum ibid.
Religio in capiendis signis 25.d
Religionis disciplina vetustissima curæ fuit Romanis 172.d
Remittere & permittere contraria 9.c
Remitto pro Permitto ibid.d
in Renuntiando militiæ mos 6.c
Repetundarum criminis quæ pœna 250.c.d
Repudium dicere, pro repudiare 83.d
Res Romana Tacito pro Imperio 119.d
Res secundæ aduersæ 312.d
Respondere gratias 258.d
Rhamses Ægypti rex 66.d
Rhascuporis rex 67.d
Rhenani errores 90.d.292.c.311.c.352.d.399.d
lectiones eius refutatæ 313.d.323.d.326.d.356.d
confirmatæ 313.d.380.d.407.c
Rhenani laus 380.d
Rheni etymon 444.d
Rhenus ἐλεγχήμος ibid.
per Rheni ripam amplius quinquaginta castella Drusus direxit 108.c *hinc origo nobilium*
in eo tractu opidorum ibid.
Rhodijs libertas reddita 206.d
Rigodulum 419.d
Robur in carcere 118.d
de Robore præcipitari ibid.
Rodolphi Agricolæ lectiones 339.d.370.c.372.d.387.d 395.c.473.d.474.d. ibid.477.d.481.d. 484.d.485.d.486.d.ibid.
eius acumen 260.d.283.d
Rodolphus librum pleniorem habuit 486.d
Rogi structi etiam alibi defunctis; & quorum cadauera iam vsta 76.c.d
Rogus Poppææ odoratus 293.c
Romanorum origo à Samothrace 63.c.d
Roma incensa quo die? 276.d.& seq.b.c
Taciti de eo assertio defensa contra virum doctum 277.c
Roma olim non ad normam 276.c
Romæ templum quâ parte vrbis 130.d
quando primùm exstructum ibid.c
Romani peritissimi classis dirigendæ 432.d
Roscia lex, tantùm de theatris 273.d
Rubellius Blandus 154.d
Rubellij Plauti cognomen retentum 220.d
eius genus ibid.
Rubellius Plautus discretus ab illo de quo Suetonius 260.d.c
Rubor timendus 468.b.c
Rudibus dimicare 486.d
in Rufo solicitata scriptio 245.c
Rufus Crispinus 231.d
Ruminalis ficus 236.a
Rusticus Arulenus 467.c.d
Rutilij versus super Lepidis 238.d
Rutilius Rufus historicus 452.d
Rutilum in comis colorem Germani amabant 436.b
item veteres Romanæ matronæ ibid.

S.

SABRINA *fluuius* 195.d
Sacerdotes Claudiani 251.c
Sacerdotes coronati in sacris 493.a
Sacerdotes funesto adspectu arcentur 32.d
Sacerdotes vota concipiebant pro salute principum 298.d
ea obsignabantur in tabulis 540.d
Sacra externa repressa 73.c.d.540.d
Sacramentum sub principibus militum 287.d.c
Sænia lex 177.d.& seq.
Sagina Vitellij 367.c
Saginans eloquentia 476.d
Salis parandi ratio in Germaniâ & Gallijs 235.d
Sallustiana imitatio 15.d.82.d.91.d.123.d.253.d.402.d.& seq. d.416.d.464.d
Sallustius amicus Augusti 6.d
Sallustius illustratus 201.d
Saluiani locus adsimilis 462.d
Saluius Cocceianus 351.d
Salutatio militaris, complecti armis 318.d
Samothracia alia ab Imbrasiâ 63.c.d
Sami tres ibid.d
Sanctitas templi Dianæ 97.c
Sanguinare 476.d
Sanguinis gustus ad sacra 201.d
Sanquinius Maximus 144.d
idem præfectus vrbis ibid.b
Sapientiæ modum retinere, difficile 453.d

Sardes terræ motu concussæ 60.d
Sardinia an populi 274.d.& seq.c
de Sarisbariensi siue Salisberiensi iudicium 207.d
Sarmatia 157.d
Satrius Secundus 120.c
Saturnale ludicrum in creando rege 217.c.d
Saturni ædes 316.d
Saufeius Trogus 183.c
Saxa obliqua 208.d
Saxonum etymon 437.c
Scauri locus correctus 100.c.d
Scaurus scripsit orationes 452.d
Scena scholasticorum 487.d
Scena temporaria 246.c
Scipionis siue sceptri mittendi quàm vetus mos 117. c.d
Scitum generale nomen 172.c
Scholiasta Iuuenalis error 4.c.530.d
incuria 188.b
is corrigitur 136.c.257.d.297.d.300.d.302.b 344.d.386.d
iure laudatus 302.b
Scholiastes Persij correctus 256.d
Scorta prostabant nudis corporibus 275.c
Scribarum ordo 223.d
libertis pretio patebat 224 b
in decurias tributus ibid.c
Scribonij fratres 407.d
Scrutatores in aulâ 174.d
Claudius primus instituit ibid.
Vespasianus sustulit 175.c
Græci olim tyranni habuerunt ibid.
Scuta & arma versa in luctu 76.b.c
à transfugis ibid.c
Scuto imponendi Principem mos 398.d & seq.c.d
Scutum Romanum diuersum à Germanico 49.d
Secundus Carinas declamator 280.d
Sedes in theatris 72.c.d
quando inualuerit is mos ibid.d
Sedes vulgaris in curiâ, quid? 109.c.d
Segestani à Troianis orti 125.b
Segimundus, olim; hodie Segismundus 30.c
Segnis laborum 252.b
Seiani filia quando desponsa Druso Claudij filio 86.c.d 109.c.d
Seianus adoptionis nomen habuit 106.d.b
Seiano statua decreta in theatro Pompeij 102.d
Seleucia Pieria 69.c
Seleuciæ plures in Syriâ ibid.
Sellarij, qui 143.d
Sellæ consulum sublimes 109.d
eædem calatæ ibid.
Semnones Sueuorum populi 449.c
Sempronius centurio prætorij 320.d
Sempronius Gracchus 28.d.c
Senatores non lædendi 408.d
Senatorius census sub Augusto, decies H.S. 55.d
à Senatu sæpè ad Principem appellatum 250.b
Senatoria ætas 85.c.517.d.& seq.a
Senatoribus ius fuit quod vellent pro sententia dicere 269.c.d
Senatus sæpè consulta referebat ad Principem 223.d
in Palatium vocatus 214.d
Sc. ad ærarium deferri solita 93.c
nec rata nisi delata ibid.
Sc. de tormentis seruorum 52.d.c
Sc. pro securitate Romanorum 225.d
Seneca pater restitutus 492.a.29.c.87.c.d
eiusdem fortassè error 4.c.d
Seneca filius correctus & explicatus. 3.a.ibid.b
6.d.11.b.ibid.c.502.c.511.a.b.77.c.94.d. 120.c.ibid.c.d.131.d.132.d.527.d.148.c.157.c. 187.d.218.d.222.c.232.d.241.d.280.c.297.d. 301.d & seq.b
Seneca ab adulando auersus 286.d
eius exsilium 188.d *reuocatur ab Agrippinâ erudiendo Neroni* 189.c.d
eius de Nerone dictum ibid.d *eius frugalitas* 280.c *oratio* 241.d
Sapientiæ studium 285.d *villa eius Nomentana* ibid. *eius opes* 258.d
fortitudo morientis 286.d
balneo vtitur maturandæ morti, quo in vitâ abstinuit 287.c *vxor nobilis* ibid.
Senecæ & Taciti pugna 155.c.d.269.d
Senecio quis? 281.d
ad Sepulcra epulæ 145.b.c.d
Sepulturâ qui prohibiti 155.b.c.d
Sericum quid? 505 c
vestes è serico pellucidæ ibid.d
item è bombyce 506 a
Serica quando Romæ ibid.
Serrati nummi 437.c.d
Serui auditi in dominos 307 c
Serui pactio cum domino 254.b.c.d
Serui peculio suo se redimebant ibid.b
quando torqueri in dominos possint 52.d
Serui publici agnominati à magistratibus 504 a
Seruij fragmentum 113.d.c
Serui recentiores in vili pretio 462.d
Seruilij iudiciaria lex 207.b
Seruitutis iterationes 224.d.c
Sestertium, locus seruilibus pœnis 285.c
is extra vrbem; & quæ nominis caussa ibid.
Seruorum immanis numerus Romanis & Græcis 94. d.c *quinque millia vni homini* ibid.
imò viginti millia ibid.c
Serui à Germanis impetu & irâ impunè occisi 444.d
Seueriſſimus centurio 332.d
Seueri Sulpitij falsa scriptio 359.d
Seuerus imminuit Papias leges & abrogauit 517.c.d
& Constantinus Theodosiusque ibid.d
Seuiri viarum 518.b
Sex. Africani stirps 220.c
Sex. Maryopes 152.c
Sextius Paconianus 144.d
Sex. Pompeius 79.d.c
Valerij Maximi amicus ibid.d
Proconsul Asiæ ibid.c
Sicilia & Gallia Narbonensis à Senatoribus sine commeatu adiri poterant 192.b.c
Sido rex 195.d
Sidonius explicatus 364.d.432.d
correctus 365.c.d
eius memorialis error 93.d
Signa inuersa in luctu 416.c
Signa incompta quid & quando 496.d
Signa in lucis 401.d
apud Signa iuramenta fiebant, & plerique solemnes militiæ ritus 267.d.& seq.c
in Signis Imp. nomen 376.d
Signa tutari, quid? 20.c
Signorum adoratio 48.d.c
Signum militiæ à Tribunis datum militi 213.c
tribunis à duce aut ab Imperatore ibid.
Sigonij lectio reiecta 159.c
Silanus abnepos Augusti 101.c
Silani incautus amor 186.c
Silanorum aliquot collectio 212.a.b
Silanus ab Augusto deductus ibid.d
Silanianum Sc. 255.d

Silanus Creticus 58.d.c
Silicernium 145.b
Silius Italicus emendatus 149.c.209.c
illustratus 359.d.415.d
Silius legatus damnatus à Tiberio 182.d
Silures populi 250.d
Simultates iacere 95.d
Sinuessanæ aquæ 330.d
Sinus, in prædandi significatione aut congerendi 363. c. d *homo ipse in quem rapinæ omnes collatæ* ibid.d.
Siraci populi 190.d
Sirpicus cur dictus 18.d
Sistentare pro ostentare 268.d
Smyrnam quis condiderit 120.b
Soæmus rex 192.d.215.d
Sobrina propior, quæ? 209.c
Sobrini Tacito pro Consobrinis 187.b.c
Societas apud potentiores seruitus 397.d
Socrates à Tacito laudatus 146.d
Sodales Augustales 28.d
Sodales Titij ibid.d
Solem adorant pleraque gentes 375.d
Sol mergi putabatur 450.d
Solemnia idem quod vota 298.d.541.b
Solidum capere 516.d
Solinus correctus 61.d
Solis templum in Circo 290.d
Solymi Homero celebrati 425.c
Somnia suspecta & punita 167.c
Sonor, ôris 253.d
Sophonius Tigellinus 257.d.c
obscuris parentibus ibid.
Sordes suscipere 128.d
Sors humana 128.c
Sortis humanæ commercium ibid.
Sosibius Grammaticus 164.c
Spargere flores in aliquem, honoris aut iacere coronas 261.d ibid.
Sparteoli 386.d
Spartianus correctus vel explicatus 10.c
Spectare promiscuè licitum in vulgi veste 273.c.d
Spectatores histrionum exsilio puniti 39.d
Speculatores 315.d *arma eorum* ibid. *lancearij* ibidem c. *idem qui Sculatores postea* ibid.
Speculatorum loco interdum milites 334.c.d
Speculatorum tesserarius, siue tesserarius Speculator 315.d
Specus subterranei Germanorum 442.d.& seq.
Spei templum 61.c
Spes in altâ indole 441.d.& seq.
Spelunca, villa prætoria 131.d
Splendida femina ibid.
Sponsa in mariti gremio 179.d
Sponsalibus data lex 513.d
Sponsalibus quando locus 516.a
Stagnum nauale 243.d
Statij locus emaculatus 76.b *explicatus* 280.b.322.d.499.b *fluxæ fidei* 458.d *occultior intellectus* 306.c.d *acuta & breuis gnome* 351.d
Statuæ deorum sessiles 271.d
Statuæ hominum deo cuipiam dicari solitæ 99.d
Statuæ pro triumpho 116.d
Statuæ velabantur 111.d
Statuarum quarumdam ius eximium 519.d
in Statuis capitum permutatio 37.d
Stipendij Græcanici modus 495.a
Stipendio aucto, non vltrà militi vestis è publico 16. c. d
Stipendiorum verus numerus 15.d
Stipendium Prætorianum 16. c.d
Stipes ad ludos, diis positæ, & ad capita fontium iactæ 243.d. & seq.
in Stoicos quæ torquentur 350.d
Strabo correctus 30.c.d.42.c.59.d *vanus* 426.c *malè versus* 312.c *eius scriptio in quod tempus* 339.d
Strabo in Ægyptum iuit 66.d *quando desierit scribere* 121.d *diuersus à Tacito* 42.d 98.d *mira eius adseueratio* 158.c
Stratonicea Cariæ vrbs 98.c
Stubarum origo 442.b
Studiosi auspicabantur Vulcanalibus 121.c
Studiorum finis 395.d
Stupra quomodo olim vindicata 73.d *permissa propemodum libertinis* ibid.d *etiam matronis, si professæ; quæ habitum matronalem deponebant & lecticam* 73.c *professio apud Ædiles* 509.a
Sublaceum 247.c.d
Sublacensis villa ibid.
Substillus 130.d
Succinum 451.d
Suetonij à Tacito dissensus 6.c.d.37.c 95.d. 130.c. 151.c.d. 206.c. 209. d. 250.c.d. 351.c. 411.c.487.d
Suetonij locus desperatus 80.d *incauta assertio* 98.d.123.d *error* 120.d. 125.c.d.275.c.417.d
Suetonius correctus & explicatus 4.c.d.8.b.c.d.11.b. 12. d. 13. c. 493. d. 494. a. 495. c 496.c.38.c.61.d. 65. c. 511. d.513.d.514.b.c.518.c.87.d.520 a.96.d. 101.d. 121. d. 130 c.d.131.d.139.d.149.c.d.152.d. 155. c. 158 d. & seq. c.165.c.166.b.179 d.183.c.d. 188.d. 192. b.193.d. 205.c.d. 212 d.532.c.224.c.d. 238. c. 536. b. 247. d. b. 257. c. 275.c.277 c.305.d 311. d. 351. c. ibidem d.379 d. 385.d.411.c. 428. d. 462.d
Suetonius Paulinus 345.d
Sueui apud Tacitum qui? 306.b.c *vicini Sarmatis* ibid.b
Sueui & Sugambri in Galliam traducti, postea Burgundiones dicti 51.c
Suidæ obscurior nota 14 d.192.c *error* 260.d
Suidas emendatus 29.d
Suilius 119 d
Sulla auget Prætorum numerum 493.b
Sulla in campo Martio primus per honorem sepultus 9.d
Sulla sacerdos atque augur à defuncta vxoris aspectu prohibetur 32.d
Sullæ dictum 389.d
Sullanum factum 421.d
Sulpicius Camerinus 233.b.c
Sulpicij, Pœtici cognominati ibid.
Sulpicius Seuerus explicatus 429.d *Tacitum transcripsit* 275.d.& seq.
Sumptuaria lex Augusti 93.d *de eâ Agellius emendatus* ibid.
Suouetaurilia 412 d *Solitaurilia dicta* ibid.c
Supplicium numquam die festo 135.b.c *idem seruatum à Græcis* ibid.
Supplicium moris maiorum 256.d
Symmachus correctus 480.d
Synesij dictum 177 c
Syriæ mos, orientem Solem salutare 375.d

T.

TABERNÆ *olearіorum* 276.c
Tabellarium 526.c
Tabellarum obſignatio in teſtamento 254.b
Tacіti ſcripta ad Viſurgim reperta 45.d
prænomen quod 1.d
callidum ſed impium dictum 307.d
ſententia compar Thucydidæa 82.c.119.d
error 89. c.108.c.191.d.197.d.212.b
in eo defectus 128.d.140.c.d.160.d.204.d. 407.d.420.d
Tacito aduerſantur plerique ſcriptores, de Phœnice 154.d
Tacitus à ſe diſſidet 28.d.197.d 437.c
tranſcriptus à Sulpicio 275 d
Tacitus Epicuræus 178.d.242.d.301.d
Senecæ amicus 219.d
à Veſpaſiano Senator factus 306.a
ſcripſit poſt Neruam ibid.b
Talo creabatur rex ludicrus 217.c.d
Tameſa colonia 251.d
Tanfanæ templum 27.d
Tarentinum fœdus 10 c.d
Tarpeium ſaxum 53.d
Tatari ea loca incolunt quæ olim Sarmatæ 157.d
Taunus mons, ſiue Taurus 29.d
Taurina ala 329.d *vel Tauriana* 369.d
Tegere aduerſum aliquem 135.b
Templa veſpere ac nocte clauſa 72.c
Templum Claudij 251.d
Templum Dianæ apud Epheſios 97.c
Templum Hieroſolymæ 427.d
Templum Lunæ vetus 277.d
Templum Palatinum Auguſto quis exſtruxerit. 11. c.d
Templa Romæ & Auguſti 122.d
Templum Romæ & Veneris 122.c
Templum Solis in Circo 290.d
Templum Spei 61.c
Temulenti poſt iurgia ad arma abeunt 332.c.d
Tenerè dicere 483.d
Tepor in oratione 480.d
Termiſium opidum, ſiue Termes 126.d
Terræmotus magnus 60.b.c
Tertullianus correctus & illuſtratus 39.c.155.d 245 c.d.535.c.541.b c
Tertullinus 294.d
Teſſeræ dandæ ratio 512.c
cur ſic dicta ibid.
deorum nomina crebrò pro ſigno ibid.
Teſſera duplex ibid.d
Teſtamenta olim in templis 7.d
Teſtamenta eorum rata qui ſe interfecerant 155.d.c
Teſtamentorum licentia 159.d.257.c
Teutoburgienſis ſaltus 31.d
Theatra, vrbana caſtra 38.d
Theatrales operæ 15.b.c
Theatri factiones ibid.b
Theatri manſuri primus auctor Pompeius 245.c.d
cenſores anteà tollebant ibid.c
& Scipio Naſica ibid.d
in Theatris ſedes 72.c.d
Theatrum Græcis pro Curiâ 360.d
Theleboæ, pro Capreis 134.d
eas Auguſtus emerat ibid.
manſeruntque apud Cæſares ibid.
Theophraſtus falſus 427.c
Thermuſa Phraatis vxor 42.d
Theſei aſylum 519.a
Thori Germanorum 444.c.d
Thraces montani 126.d *liberi ſunt* ibid.
Thracium bellum 208.d
Thraſeas Petus 397 d
Thraſullus 152.d
Thucidydæa imitatio 82.c.119.d
Thyrſus 181.c
Tiberina foſſa 40.b
Tiberis non niſi præſagio inundat 335.d
Tiberis curatores 493.c
Tib. Alexander 271.d.310.d.c
Tiberij ætas 163.d
Tiberius aſſiduus in iudicijs, libertatem eorum impediebat 37.d *minùs beneficus, Senatu inuitante* .56.d
Tiberius periurij reus 39 d
fixus in Auguſti veſtigijs 122.d
ſub Tiberio frequens & publica accuſandi rabies 36.c *eius auaritia, primò occulta, poſteà cognita* 114.c.d *eiuſdem munificentia inſignis* 161.d
Tibullus explicatus 109.d.272.d.519.a
Tinnitus æris in defectu Lunæ 19.d
Tiro, pro eo qui ſtipendia nondum compleuit 19.d
Tirocinij dies ſolemnis 86.d
in forum Capitoliumque ab agnatis deducebantur tirones ibid.d *ſportulas dabant* ibid.d
Titi laus 423.d
Titus Ampius Flauianus 368.c.d
Ti. Plautius 116.c
Ti. Viny auus proſcriptus 321.d
Ti. Sabinus 134.d
Titurius 220.c
Toga picta Prætoribus per ludos 14.c.d
Toga virilis quando data 198.c.d
Togata cohors 319.d
Torquata, Veſtalis 101.c
Trabea lætitiæ, non luctus 76.d
ordinem diſtinguit ibid.
Trabeæ equitum propriæ ibid.d
Traianus auxit Imperium 66.d. & ſeq.
Tranſalpinorum quidam ciuitate donati 175.d & ſeq.
Transfugæ vertebant vexilla & ſcuta 76.c
Trebellienus Rufus 159.d
Treueri colonia ſub Claudio 24.d
Tribunalis ceſpitij occultior mos 16.c
Tribunalis erectio quid ſignet ibid.
ſolius Imp. id eſt ibid.
Tribuniciæ poteſtatis inuentor Auguſtus 96.c
aliter Dio ibid.
Tribuni militum ipſi puniunt, ſed plerumque ſpeculatores 287.d. & ſeq.
Tribunorum locus melior in ſpectaculis 295.d
Tributi Ægyptiaci modus 150.c
pro Tributo equi dati 156.d
& coria boum ibid.
Triumphale funus 112.c.d
Triumphantium laurea in gremio Iouis 51.c.d
Triumphus & ouatio non poteſt ſine imperio 82.d
Triumuiri ſimiles vndecimuiris Græcorum 141.b
eorum impotens factum ibid.
Turnebi ſententia comprobata 58.c
refutata 377.d
Turranius Præfectus annonæ poſt Auguſtum 7.c.d
Tuſcus vicus 133.c.d
vnde dictus ibid.
Tyranni mores 326.d
Tyrannus verè ſeruus, & adulator peſſimorum. 146.d
Tyrrhenus in Italiam 120 d

V. VACA-

V.

VACATIONES *militares* 321.c
Vada pro aquis 397.d
Vagare gaudio 320.d
Vahalis fluuius 452.d
Val. Potitus 175.d
Valerius Flaccus illustratus 444.d
Valerij Maximi à Tacito & Liuio dissensus 382.d
inquisitio in eum & coniectura 55.c.523.a
vocula ei addita è libro 178.c
Vannianum regnum 295.c
Varro explicatus 504.a
& correctus 53.c
Varronis lectio firmata 63.d
Vasa lustralia 411.d
Vastitas quando illata Italiæ 200.d
Vatinius sutor 274.c
Vbij à conditore Agrippinenses dicti 446.d
Germanicam originem agnoscunt ibid.
Vectigalia aliquot Procos. colligebat in vsum plebis 532.a
Theodosius in suum fiscum retulit ibid.
Vectius Valens adulter 180.d
Vedius Pollio 11.b.c
Vegetius emendatus 496.a
Vehiculo aut equo vsi milites honestiores 17.d
Vela cubicularia 214.d
leuari solita venienti ibid.c
velo leuato cognoscere ibid.
Velaria ibid.
Veleda virgo 416.d.438.c
Velitationes doctorum 380.d
Velleius correctus 213.d.245.d
Tacito conciliatus 4.c.10.d
Velleius de quo Tacitus, an historicus 89.d
dissensus in eius prænomine 90.c
Velum inter mortuum interiectum 110.d
quâ gratiâ ibid.
Verania Pisonis vxor 322.c
Verba, occultâ patiendi significatione 380.d
Vergens dominatio, vt vergens ætas 139.c
Verginius Rufus, rhetor 289.c
Versus indicatus quem Tiberius adspexit 128.d
Vertranij ridicula sententia 13.d.103.c.112.c.160.d. 517.a *error* 290.c.329.c. *lectio proba* 395.c
Vesalia opidum Aliso priscis dicta 45.d
Vespasianus sordidus 358.d.& seq.
Vespasianorum imperium felix & infelix 357.d
Vesperare 352.d
Vestales in carpento vehunt 299.c
Vestales in theatro vbi sedebant 113.d
Vestalis vetustissima, eadem quæ Virgo maxima dicitur 182.c
Vestes pellucidæ ad viros abierunt 94.c
Vestis Germanorum 442.c
Mastruca ibidem.
Vestis feminarum in luctu quæ 507.c
nigra vt multi adserunt ibid.
alba vt alij ibid.d
in concordiam scriptoris ij reducti ibid.
coloris mutati caussa parum certa ibid.
Vestricius Spurinna 342.d
à Vesuuio clades 307.d
Veterani è prætorio 15.c.d.340.d
Veterani ijdem cum exauctoratis 15.d
Emeriti etiam dicti & Vexillarij ibid.
Vettius Bolanus 265.c
Vetus operis, laboris, militiæ 17.d.400.d
Vexilla duplicia; prius è veteranis, alterum ex electione 366.b.c
Vexillarij ibid.
ad Vexillum retineri 15.d
Vexillum in tabernaculo ducis 23.d.c
tunicæ formâ ibid.d
Vexillum proponere est signum pugnæ ibid.c
Viarum curatores 87.d.518.b.c
Vias reficere, possessorum 87.d
Viatorum sessio in theatro 295.d
Vibius Auitus 234.d
Vibius Virius 140.c
Vicesima hereditatium 534.c
Vicesimarium aurum 225.d
Vicesimæ vectigal vetus, in libertis 225.c
Vicesimæquintæ vectigal in seruis vænalibus 534.a
etiam Lmæ ibid.c.b
Vicetia municipium 368.d
Vienna inter Romanas colonias 327.d
Vidrus amnis, hodie Vechta 35.d
Vigiles è libertis 224.c
Vigilum cohortes nullo, aut vili loco 108.c
quando institutæ 386.c
earum præfecti 206.d
Vigintiuiratus capessendi necessitas 85.d
qui sint xx. *viri* 85.c
Villa Cæsaris in Baiano 241
Villa Lucullj 163.d
Villæ xii. *à deorum nominibus* 134.d
Villæ ad Speluncas 131.d
Prætoria dictæ ibid.
Vindemiæ festum, siue Liberalia 181.b.c.d
iocularia facta & dicta in hoc festo ibid.d
Vinia gens 305.d
Vinicianus Pollio 148.c
M. Vinicius 150.c.d
Viocuri, id est, qui vias curant 518.b
Vipsania vxor Asinij Galli 105.d
Vipsanius Messalla 369.c
Vipstanus 238.b
Virilitas incerta 144.c
Visellius Varro 90.d
Vitæ ratio duplex priscis 168.c
Vitellij impudicum os 166.b
Vitellius insignis adulator 157.c
inter Vitellij & Othonis imperium interuallum exiguum 329.c
Vlpiani error aut scripturæ vitium 224.c
dissidium inter eum & Cornelium 115.b
Vlpianus correctus ibid.c. 504.c
Vltimus, supremus 311.c
Vlyxes, in Germaniâ an fuerit? 435.d
ex Vmbris virorum equorumque fraus & error 374.d
Vnaetuicesima legio 326.d
Vnciarium fœnus 151.d
semunciarium fœnus ibid.
Vndeunde, Latinis quid 330.d
Vnguentarium 382.d
Vocandi ius tribunis non est 224.d
Vogesus mons 328.d
Volentia pro Grata 382.d
Volesus Messalla 100.d
eius insignis crudelitas ibid.
Voluptates inter Romanas artes ad imperium firmandum 416.d
Volusij diuitiæ 259.d
Volusius Saturninus 225.c
Vortumnus deus Etruriæ 133.c.d
Vota annua 113.d
Votieni pœna quæ? 124.c
Votorum quis dies 298.d.540.d.& seq.
Vrbem viri faciant, non domus 334.c
Vsuræ sublatæ 151.d

Vulca-

Vulcanalia 121.c
Vulgus virtutes odit 269.c
religiosum & credulum in metu 335.d
inuidum naturâ 343.d
sequitur magis quàm ducit 325.d
de victu solicitum 460.d
Vsuræ sublatæ 151.d
Vultus non benè tegit magna consilia 283.d
Vxor in manu viri 61.d
ipse cum propinquis de eâ statuebat ibid.443.d
Vxores non comitabantur viros in prouincias 87.c
mutatum id sub Augusto ibid.d
Vxores in conuiuijs ritu Rom. 165.d.b.c
iacebant in sinu maritorum ibid.b
Vxorium as 512.a

X.

Littera non necessaria 172.d
Xenophontæa imitatio 33.d
Xiphilinus aliter, quàm ab interprete eius, versus 72.b
Xylandri lapsus 72.c.99.d.148.d. 514.a

Y.

Υταῖνε *quid* 5.d
Ypsili & diphthongi æ non absimilis pronuntiandi ratio 233.c

Z.

ZONARÆ *error* 107.c
is correctus 109.d.302.b

APPROBATIO.

HOS *Iusti Lipsij V. C. in castigatissima nunc supra omnes alias editiones C. Corn. Taciti opera Commentarios, non solùm Taciti nomine, quem in lucem magis magisq́, vbi is obscurior contractiorq́, producit, verumetiam multorum aliorum Veterum, in quibus plurima passim hîc obseruata, emaculata ac illustrata reperias, dignissimos censeo, qui recudantur.* VII. *Cal. Maij. Anno Domini nostri* M. D. XCIX.

Guilielmus Fabricius Nouiomagus, Apostolicus ac Regius librorum Censor.


LABORE ET CONSTANTIA
I.C.I.



IVSTI LIPSI

DISPVNCTIO

NOTARVM

MIRANDVLANI CODICIS

AD

CORN. TACITVM.

EDITIO VLTIMA.




ANTVERPIÆ,
EX OFFICINA PLANTINIANA
BALTHASARIS MORETI.
M. DC. LXVII.

M. DC. LXXII

BALTHASARIS MORETI

EX OFFICINA PLANTINIANA

ANTVERPIAE.



EDITIO ALTERA

CORRECTIOR

AD

MIRANDOLANI CODICIS

NOTAM

DISPVNCTIO

IVSTI LIPSI

ILL^MO ET EXCELL^MO PRINCIPI CAROLO

DVCI CROIIO ET ARSCHOTANO, PRINCIPI S. IMPERII, EQVITI AVREI VELLERIS.

Et hunc libellum, ILLVSTRISSIME PRINCEPS, audeo ad te mittere? audebo. non quia ipſe magnitudine tuâ dignus, ſed quia Tacitus, cui labor hic facit. Homo ab Italiâ proteruus me petiuit, imò per meum latus ipſum Tacitum: ſcriptorem illum, vobis Principibus proprium, & velut conſecratum. Iniuriâ affecit deprauando: vindicem iterùm me ſenſit: vt ego te, contra id genus petulantes, animo rogo ILLVSTRISSIME PRINCEPS. Enimuerò ille nugas ſuas (iudicio, non affectu, ſic appello) viro Principi inſcribere auſus eſt: ego verear iuſtiſſimam meam, & publicè profuturam, Defenſionem? Inſcribo, te Patronum operi & auctori adopto, Herculem in eiuſmodi monſtra. Louanij, VIII. Kal. Iulias, ∞. IↃCII.

EX^TIÆ TVÆ

perpetuus cliens

IVSTVS LIPSIVS.

AD LECTOREM.

EN, præter opinionem meam, Lector, aduerſarium hoc ſcriptum: atque adeò præter morem. Equidem languebam nunc, & vt ouis in meridie, iacebam: ecce iſte proteruus incurrit, & longo conuiciorum carmine me excitauit. Contemnerem? ſoleo, & generoſo ſilentio me vindicare: ſed hîc aliud amici ſuadebant, & res ipſa impellebat. Nec enim mea ſolùm cauſſa, ſed Taciti agebatur: in quem ille iniquus, æquè atque in me iniurius, fuit. Deprauando, interpolando, interpretando vitium intulit optimo ſcriptori: & medicus plus nocuit, quàm morbus. Corde miſeratus ſum, cùm vidi: & quâ excuſatione ſilerem, qui Tacitum tutelæ meæ iure duco? Fabius in Senatu olim, animosè: *Quam arborem conſeruiſſet, ſub eâ legere alium fructum, indignum eſſe:* de fructu non ego dicam. legant, imò ideò olim ſata, & à nobis rigata eſt: ſed defringi aut detruncari quî patiemur? Equidem reſpondi, & proteruiam ſiue inſcitiam hominis, illam repreſſi, hanc produxi. Expedit hoc iuuentuti, quæ ignara iudicandi, in fraudem facilè inducatur, & ſpretis melioribus, vana hæc adhæreat & amplectatur. Cauſſa etiam priuata me mouit. Age, Zenone ſim modeſtior; tamen iſtud tintinnabulum me excitet, & linguam ad iuſtiſſimam defenſionem laxet. Homo impotens, moris communis & pudoris, pænè ſenſus dicam, expers, Campanâ quadam ſuperbiâ me proterit: atque odio, non ambitione ſolùm, impugnat. Sileam? illum alioſqúe attollam, ac prouocem, & ſcopum me faciam petulantiæ atque inuidiæ telis. Imò cum poëtâ,

Liu. lib. x.

* ——Τάχα δή με διαῤῥαίσουσι καὶ αὐτόν.

* - Citò & ipſum me ore verabunt.

Ergo reſpondi & repreſſi, fidei, famæ, quietis cauſsâ: ſed idipſum quietè, nec magno animi motu. Non enim ſi ille ſui, ego mei oblitus ſum: nec furere cum cerito libuit, aut mergi, vt ſic dicam, cum mergente. Ioculos adſperſi tantùm, & tenues iſtas epulas velut ſale aliquo condiui dictorum. Quid enim

enim aliud facere mihi fuit, aut ſcribere? Materies exigua, aut ſcabra: Critica tantùm: nec ea polita, aut diſtincta teſtimoniis, aut productione aliquâ ſcriptorum veterum: verba eius nuda, fatua, & *Aes Dodonæum*. Itaque amœnitates ſiue argutias alibi à me miſcui, & conuiciis eius iocos oppoſui: cur non iure factum? Poëta philoſophus olim ſcripſit:

* Σώφρων καθ' ἡμᾶς, ζώφρων' ἀνιπλήψε),
Θυμέμφρων δὲ τάξε) θυμέμφρων:

* *Moleſtus in nos, inuicem modeſtiam, intemperans intemperantiam feret:*

Etſi poſtremum hoc abnuo, atque etiam incitatus in me, non ſentiet incitatum. Aſpera aut acerba à ſtilo, vt à naturâ, abſint. ſed vt culicem moleſtè circumſtrepentem, leui manu, & ſine irâ, diſpellimus: idem liceat & deceat in iſtis, qui innoxiam quietem noſtram turbant. Fecimus. atque ita, vt omnibus appareat, illam magis quàm vindictam procuratam; & veritatem, quàm victoriam quæſitam. Hæc de cauſsâ & modo ſcripti: de ipsâ re nunc vide. Scito, Lector, *Codicem Mirandulanum* aſſiduè hîc aduocari, tamquam de cælo teſtem: & quid, niſi fucum, fraudem, & quem falsò nobis (ad exhibendum prouoco) obtrudunt? Quæſitus, aut non erit in rerum naturâ; aut oblatus, ſe reteget nec æui nec pretij alicuius eſſe. O ludos, quos nobis, imò nos, faciunt! Itáne fungos haberi, vt diſtinguere & arbitrari inter germanum falſumque Codicem non poſſimus? Errant, poſſumus: fecimus antè, facimus hîc, & faciemus. Et tamen eſto. reipsâ, non titulo, Codex aliquis vetus ex angulo eruitur, & aliqua præter nos prodit. Quæ hîc culpa mea ſit? equidem qui nobiles fuêre, quoſque nanciſci noſtrâ aut amicorum gratiâ licuit, nacti ſumus: eos induſtriè & fideliter contulimus, nec pauca à nobis eruimus, bonis laudanda, aliis inuidenda. Tu è Codice abſtruſo aliquid ampliùs: quid iactas, aut carpis? Gratare ſorti tuæ, imò publicæ, & ſine liuore aut inſultatione, hæc profer. Quid ſi à te etiam aliqua? non magnum facies: ego prior centena aut millena. Nec ſum tamen ille Potitius, qui putem vnum me litare in hoc ſacro: alij ad aram veniant, faciant, bono & propitio Hercule illo Muſagetâ. Sicut vinitori ſcopus eſt, in vindemiando obuios & grandiores racemos legere, fraudi non eſt minores aut latentes tranſiſſe: de nobis ſic arbitrarentur. Columellæ appoſita verba: *Vt in magnâ ſiluâ boni venatoris eſt, feras indaganter quàm plurimas capere, nec cuiquam culpæ fuit non omnes cepiſſe:* idem hic

esto. Atqui & error, aut somnus, nos alibi habet. Itáne mirum in homine?

* *At non fas homines vigilantes perpetuò esse.*

* Αλλ' ἀγάρ πως ἐςὶν αὐπνος ἔμμορε αἰέν
Ἀνθρώπους.

dixit poëta omnis æui sapientissimus. Sed nos alibi nempe lapsi: heus tu, tu ille, qui cùm maximè me carpis, in centenis his, aut circiter *Notis*, tres aut quattuor probabiles, non dicam probas habes? Tamen nos pedibus trahis, & omnia nostra *nihil ad Parmenonis hanc suem*. Vnus Lucius

Subtilis veterum iudex & callidus audit.

Ridemus: tu facies Lector, cùm legeris, & vero bonoque, vt soles, fauebis. Et simul scies, semel atque vniuersè toti huic generi responsum. sint alij qui incurrant, qui scribant:

—— *Dis pietas mea*
Et Musa cordi est:

tibi veritas, & sic salue. Louanij, postrid. Kalend. Maijas ∞. IↃCII.

IVSTI LIPSI
DISPVNCTIO NOTARVM
MIRANDVLANI CODICIS
AD
CORN. TACITVM.

VIDIMVS librum, siue libellum tuum, Luci, auidè (fatebor hoc) exspectatum. Titulus inducebat, NOTÆ IN CORN. TACITVM E MANVSCRIPTO CODICE MIRANDVLANO. Amamus, vt scis, auctorem illum, benè ei fecimus: & amamus hoc quoque, vt alij: eoque, vt dixi, auidè exspectabamus. Quid autem nisi mira, è *Mirandulano codice*; magna à *ciue Romano?* sed fefelliſti nos, vt rem dicam, & verbo veteri, *Thesaurus cineres fuêre.* Tria tu attuliſti tantùm, Fraudem, Liuorem, Inscitiam: & subſtringe aurem breuiter hoc ac liberè docturo. Siquid non ad gratiam aut guſtulum tuum erit, ſuſtine & tolera: vel Euripide monente,

* —— Επεὶ τὰ μὴ καλὰ
Πρᾶσσειν ἐτόλμας, τλῆθι καὶ τὰ μὴ φίλα.

* *Quoniam non bona patrare es ausus, non amica etiam feras.*

AD *Præfatione* tuâ ordiar: id est, calumniarum & conuiciorum campo. Primò vniuersè in Criticos:

„ *Ita planè est, vt Titianus noster dicebat, immani pauco-*
„ *rum, qui se Criticos dicunt, licentiâ eò ventum, vt si Latinæ*
„ *linguæ auctores reduces audire daretur, quæ verè sunt sua,*
„ *adeò pro cuiuslibet libidine mutilata, sublata, mutata, addita inuenturos,*
„ *vt nullâ ratione pro suis agnituri sint.*

Censoria tua verba! quibus nos tamen in parte subsignamus. Quis magis aut sæpiùs conqueſtus est de temeritate siue calore quorumdam, qui Criticos se dicunt? Sed dicunt, ô Luci:

* Ὄρνιθες δέ τε πολλαὶ ὑπ' αὐγὰς ἠελίοιο
Φοιτῶσ', οὐδέ τε πάντες ἐναίσιμοι.

* *Sunt multæ quidem aues sub clari lumine Solis, Non tamen auſpiciis aptæ omnes.*

nec tu ille es inter auſpicales. Legitimi autem Critici, mihi crede, sol & sal sunt litterarum. Neque mel ideò insuaue, quia ægris sic videtur; nec isti inutiles,

utiles, quia vobis aliquot parum ſanis. Sicut bonus architectus & nouas domos parat, & veteres reparat, vtrumque cum laude: ſimile litterator.

Sed vniuersè ita bacchatus, in me flectis, & meis deinde cruribus aſciam hanc illidis.

„ *Id*, inquis, *ne longiùs abeamus, Tacito euenisse, & quidem ab eo qui Satyram in nostri aui Criticos scripsit, Excerpta hæc manuscripti Codicis, pauca è quamplurimis, perspicuè docebunt.*

Hoc à me Tacito? medicina, ô homo: & fatentur omnes, qui ipſi medico non egent. Iacebat vtiliſſimus humano generi ſcriptor, paucis noſcendus, legendus, intellegendus: ego manum adhibui, famam & lucem, & (ringaris licet) alteram vitam dedi. Confidenter iſta: nam, vt ille ait,

* *In iure & aquo magnitudo animi decet.*

* Ξωὺ τῷ δικαίῳ καὶ μέγ' ἔξεστι φρονεῖν.

Quin hæc, atque alia opera mea laudabilis, vna incurſus veſtri cauſſa. Sicut piratæ nauim vacuam præteruehi patiuntur, onuſtæ inſidiantur: ita vos iſti,

* *Gorgonei capitis proles,*

* Γοργείας κεφαλῆς ἀπόγονοι, me bonæ famæ vberem petitis, maleuolentiæ ſaturandæ.

Pergis etiam:

„ *Illa* M.S. *codicis Excerpta perspicuè docebunt, quot ibi hominis frigidas coniecturas, quot sine caussâ proteruè reiecta, quot ineptas emendationes.*

De Grammaticâ & ſtructurâ, gratiam tibi ſemel facio: in re quid ais? *Illa* M. S. *codicis Excerpta.* Cuius codicis, vbi aſſeruati? quando, quo modulo, quâ chartâ, an membranâ, ſcripti? Nihil adſtruis: atqui fidem inſtrumentis præſtruere, id primum in hac contentione erat. Laudas Codicem adſiduè, & habes velut Palladium aliquod ex incendiis & ruinis: ſed éſtne reuera? ipſum vidiſti, an *Excerpta?* Nam eâ voce vteris: & ego rem tibi atque aliis, etſi diuinando, dicam. Ex iis quæ adducis aſſero, Codicem illum aut non eſſe, aut certè veterem non eſſe. De plano, inquam, ego hoc adfirmo: exhibe iis, qui gnari talium, poſſunt arbitrari. An fucum mihi faciant tuæ Notulæ; quæ omnes ab audaci aliquo & malè ſagaci ingenio, non à Codice, clamant eſſe? Si iſtud; quomodo ab omnibus libris ſic abirent, & nec ductum aut veſtigia ſcripturæ priſcæ tangerent? Certè nos Romæ perantiquos vidimus, & cum curâ ac fide (inquire Luci) compoſuimus: idem poſt nos Florentiæ Curtius Pichena, vir egregius, & ingenio ac modeſtiâ tui diſpar. Iſti Codices ante mille annos, aut circiter, ſcripti conſentiunt, aut leuiter mutant: tuus, vbi hæſitatio cumque aut nodus, nimium quantum diuertit: id eſt, nouitia & temeraria aliqua manus, vt dixi, interuenit & ſcindit. Crede à cortinâ hoc dictum, Lector: & tu, Luci, quid diſſimulas? fatere ariolum me eſſe, & diuinitus ſcire. Iterùm repeto, non eſt, inquam, liber antiquus: quid ſi nec tu vidiſti, ſed *Excerpta* aliquis, ad oram vt fit ſcripta, tibi obtruſit? O pepo! & bellum hoc etiam, quòd in ſex prioribus libris, *Ab exceſſu Auguſti*, Codicem illum tuum aduocas: quorum vnicè vnicum in totâ Europâ exemplar eſſe hactenus

nus audimus. Id Leoni Decimo, Pontifici optimo maximo, oblatum, in Corbeiensi monasterio ad Visurgim repertum, seruat etiamnunc inclyta illa Bibliotheca Medicæa. Tu aut tui si alterum habent, cur non profertur? cur tu in his *Excerptis* non aliquid addis, mutas, corrigis, quod operæ pretium videatur? Nam pauxilla quæ suggeris (res mox dicet) ea sic inepta & absona sunt, vt fidem omnem Codici, & iudicium tibi, demant. Satis de illo. in quo * Φοινικόν τι latêre, dies etiam reuelabit.

* Punicum aliquid

Sed de me addebas,

„ *Hominis frigidas coniecturas, ineptas emendationes.*

Itáne *frigidas?* hoc malo, quàm vt ab impetu calidas. Sed maturas & sagaces pleraſque fuisse, vel codex ille Florentinus dicet: qui in centum pænè locis eas vel iuuat, vel firmat. A Pichenâ hoc pete. Addis de *ineptis emendationibus.* Mox videbimus. sed vereor vt tu Homericum illum Paridem imiteris, qui cùm initio iactaret se stolidè & lacesseret, mox vt Menelaum vidit

* Ἐν προμάχοισι φανέντα, κατεπλήγη φίλον ἦτορ:

* Stantem in principiis, perculsus pectore caro est:

idem, inquam, tibi eueniat, & me pro Helenâ meâ pugnantem non subsistas.

Pergis:

„ *Moderationem autem adhibui, quamuis veteris legis auctoritate, aliâ etiam* „ *viâ, tueri me poteram.*

Tu moderationem? testor quicumque tua legent, vix aliud intemperantius hoc æuo scriptum. Vel pauca hæc præloquij,

* Ταῦτ' ἀχὶ πικρότερ' ἐστὶν αὐτῆς τ' χολῆς;

* Nónne hæc vel ipsâ bile amariora sunt?

Fati mei hoc censeo, à plerisque diligi, à paucis carpi: sed qui fecerunt, enormiter adhuc fecerunt, *Diodorus, Domannus, tu.* Sed tamen *aliâ viâ*, inquis, *tueri etiam te poteras.* Quâ? * κυνῶν κυώτερ& mihi visus es in istâ. Sicut ij qui ocymum serunt, felicius id nasci ad conuitia interiecta autumant: sic tu quidquid mox ad Tacitum, dicterio in me rigas. *Tueri*, inquis. Quid hoc est? aut quis te læsit, siue lacessiit? Tu hanc securim vltrò mihi iniecisti: ego te natum adhuc nesciui.

* caninus magis quàm canes

At æquiter etiam factum hoc prætendis: quid ita?

„ *Quia tot scriptis meis spicula in Lambinum, in Hospitalium, in Mure-* „ *tum contorsi.*

Itaque iure communi luo, & ex adagio,

* Πίνω' ὁμίχλω τῆς πονηρίας κακοί.

* Facem malitiæ turbidam mali bibunt.

Agnosco Nemesin, & te administrum. Quos tamen læsi? *Lambinum.* Cognominem tuum tueris: scito tamen. pauca à me contra eius sensum dicta aut scripta: nihil in illum, quod famam quidem tangat. *Hospitalium* etiam. Homo veri & verecundi exsors, vbi? Virum illum, verè inter lumina Galliæ, ego offuscare conatus sim? Imò quî potui? nec enim concursus in his studiis aut competitio: & Criticum aut Philologum nihil ille (quod sciam) tractauit, certè non vulgauit. *Epistolas & Sermones* scripsit, Deus bone, bonos & sapien-

vicena luſtra fuit, eâ in parte nunc non eſſe. Dic ſodes, vbi *Politiani veſtri, Hermolai, Iouiani, Sanazarij, Parrhaſij, Bembi* ſunt? plures alij, ingenio & doctrinâ inclyti, & propriâ vobis laude, elegantes. Nec culpamus, imò nec miramur. à Prouidentiâ iſta ſunt, quæ per gentes ætateſque ſpargit artium flores, & magnum hunc mundi hortum, velut per areolas, variè colit.

Iam de *Germaniâ* etiam arguis ſcripſiſſe, *Doctrinam in eâ humaniorem delinquere.* Non eſt operæ videre vbi tale aliquid dictum, nec ſcio an de Germanis: hoc ſcio, nec in ſomnio id me ſenſiſſe. Delinquere ego dicam, quæ in eâ magnis auctibus creſcit & aſſurgit? Videmus audimuſque cottidie: & veniunt ad nos plebeij ſiue nobiles, ſed iſti maximè, quos honeſtiſſimus diſcendi ardor per varia loca atque homines agit. Vna Gallia tibi dicet, frequentiſſimam eam gentem apud ſe eſſe, & quid niſi ad ingenij animique cultum? Quod idem in Pannoniis, Dacis, Sarmatis ſcito: & lucem hanc artium ad oras Ponti Euxini iam radiare. Sed hoc belliſſimum, quòd de *VVeſtfalis* etiam meis iniicis & obiicis. Túne? & quid tibi cum iſto axe?

* Ἀλκίνο' ἄλλο τι τὶ μελέτω φρέσιν: **Alcinoë hic alias curas age:*

non exſpectant tuitionem tuam, nec poſcunt. Iſti Hercules non egent te Iolao. Quid, quòd pax iam inter nos eſt? & Epiſtolas illas non interpretatione ſolùm leniui (quod verè poteram, & publicè feceram) ſed ſpongiâ deleui. Non exſtant in poſtremâ editione. Itaque, vt dixi, res alias, & tuas, age.

Iam ago, inquis.

„ *Nihil intolerabilius eâ epiſtolâ, quâ Petrum Bembum, columen illud litte-*
„ *rarum, tam ſcurriliter explodis*

Plura addis, & in hoc altioris nominis velut pulpito reliquum Præfatiunculæ canticum deſaltas. Heu, quid faciam? quis me purget?

Non mare ſi totum velit eluere omnibus vndis.

Sed tamen, ô homo, vetera hæc & languida putabam. * —— τί δάκρυον ὄδυν ἐγείρεις; Iamdiu eſt cùm pœnitentiam huius offenſæ, quanta eſt, egi: & * publicè teſtatus ſum, nolle factum. Idem nunc itero, ** quid ſuſcitas quieſcentem dolorem?* ** Cent. ad Ital. ep. VI.*

Confiteor, teſtêre licet, ſignate Quirites.

Non eſt hæc legitima ſatisfactio? Offero, inquam,

* Σπόγγον, ἀκεσορείλω πλαζομένης γραφίδος. ** Spongiam, aberrantis quæ medicina ſtili eſt.*

Meam ſortem! vnumquodque verbulum noſtrum ſic acriter examinari, momentis omnibus penſitari? Non eſt veteribus aut nouis, vtique in iſto Epiſtolari genere, factum. Sed fiat, fiat: & cautior per hanc malignitatem, ſi non melior, reddar. Et tamen quid inclamant? quid dixi aut ſcripſi? nihil, niſi affectiunculam ſtili, idque in ſeriâ hiſtoriâ, damnaui: cetera, æſtimo Bembum & colo. An non liceat?

* Πάμπαν δ' ἄμωμος ὅστις, ὃν δ' ἀκήριος. ** Omnino culpæ nemo liber aut nota.*

At enim *familiæ illuſtriſſimæ* fuit, *tot heröum parentis, Cardinalis*, & tuâ deſtinatione *Pontifex maximus*, ſi vixiſſet. Credo, & faueo his elogiis. quid autem?

ſapientes! Hoc voce vbique, hoc ſcripto teſtatus ſum: & differri inſtar Penthei volo, ſi verbulum mihi excidit in alium ſenſum. Cedò, cedò: ſi non potes, Iſtro fallacior, & Amazonâ audacior, cur hoc ponis? *In Muretum* denique. Audi. Muretum ego noui, & coràm introſpexi, virum ingenio & eloquio ſuauem, iudicio ſæpè bonum, ambitioni non ſemper extraneum. Quid in hunc autem à me iactum? Alibi defenſio mei eſt, fateor, ob neſcio quas ſuſpiciunculas ſiue conceptas, ſiue quia videri volebat: ego liberè & fortiter reieci, ſed reieci. Quæ mea hîc proteruia? quin confidenter & tempeſtiuè hoc dicam: inter omnes mei æui & generis ſcriptores, neminem modeſtiùs honeſtiuſque ſe geſſiſſe, ſiue erga functos, ſiue viuos. Quid de ſcriptis dico? idem in ſermone: & publicè ſiue priuatim diſſerùi, ſemper magnificè de iis qui meruiſſe videbantur, & ſupra quàm meruiſſe. Ad auditores meos appello. quoties mihi triumphare de alienis erroribus fuit, & omiſi? Nec magnum feci: natura mea ſic eſt, ſi neſcis: benigni, candidi, faciles in alienas laudes ſumus: & ſæpè nimias, iure in me notandum, imò iam notatum. At tibi ſatis eſt, inclementer hæc in me dixiſſe, probationis ſecuro: nec pudet palàm populo mentiri.

—— hic nigræ ſuccus lolliginis, hæc eſt
Ærugo mera.

Porrò ad alia. nam addis:

„ *In populos denique totos* (ſpicula contorſi) *eoſq; Europæ præcipuos Gal-*
„ *lia langueſcit. pauci admodum in eâ viri docti. In Italiâ nullus poſt Sigo-*
„ *nium, qui reliquum in eâ gente decus. In Germaniâ doctrina humanior,*
„ *vt antiqui loquebantur, delinquit. In VVeſtfaliâ ſemihomines, & meri*
„ *Suilÿ, Porcÿ, Scrophæ.*

Hem, hem iſta AD TACITVM? tu verò de ſcammate abis, & non inſtrumenta ad veritatem, ſed partes ad factionem quæris. Ego iaculatus ſum (vtar tuâ metaphorâ) *in populos Europæ præcipuos.* Ecce, telum vnum: *Gallia langueſcit, pauci admodum in eâ viri docti.* Telum, ſed tuum: his quidem verbis numquam arbitror me ſcripſiſſe. Illud, ſed aliter & decentius, & addo verius: per bella hæc ciuica laudatiſſimæ & cultiſſimæ regioni non ſurculos aliquos doctrinarum defractos, ſed arbores ipſas euulſas, fructiferas in orbem terrarum. Quid? Galli ipſi non fatentur, & ſentiunt, & iure iudicaſſe me dicunt? quære. Non eſt hoc conuiciari, ſed miſerari: & vtinam alij ſic de Galliâ, & de me quoque, vt nos inuicem ſentimus! Addis de *Italiâ. Nullum in eâ doctum, poſt Sigonium.* Pari fide. nam vbi hoc aut ſcripſi, aut ſenſi? Quàm cæca autem ea præſumptio ſit? men' iudicare de ignotis, & in tanto populo, tam altâ pace, in flore illo ingeniorum, proclamare vnum virum in doctis eſſe? Deſipis mentis, ô homo: & dum me calumniæ vis, populares tuos ignauiæ, ſed tuis verbis, damnas. Abſit hoc mali fati à parente artium Italiâ, artes in eâ ab vnius hominis vitâ ſuſpenſas. Quid ergo eſt? vt liberè hoc tecum & porrectiore fronte (ita cœpimus) fabuler: fatemur Italiam, quæ ante dena aut vicena

autem? ergo in tali, nos qui litteras colimus, nihil iudicemus de litteris? Citharœdus olim quispiam, nescio cui regi carpenti aut admonenti: *O rex,* inquit, *non idem est plectrum & sceptrum.* Bellè: & tu vis, vt purpuræ iudicia omnia cedant; & fasces submittant? Non impetrabis, Luci. qui in comitia publica hæc descendit, puncta famæ suæ feret, non feret, vt liber ille *Populus Romanus Quiritium* volet. Conuicia tantùm amoueamus: quæ tu dolosè mihi adfingis. & sponsione prouoco, nisi ipsa Epistola refellit.

Sed hîc cùm benè desæuiisti, & tantumnon tubicinem ad ostium sceleroſi Lipsij canere iussisti, ad rem tandem & ad Tacitum redis:

„ *Sed reprimo me,* inquis. *& tibi, Princeps amplissime, auctor sum, vt codi-*
„ *cem illum tuum Mirandulanum, omnium dubio procul qui exstant emen-*
„ *datissimum, Titiano nostro viro eruditissimo credas. Is correctoribus istis*
„ *personam detrahet, castumq; nobis dabit Tacitum, aut nullus.*

Tute reprimis? qui in sequenti totâ scriptione, velut mappâ missâ, ad conuicia curris. Sed *Principem* hortaris *Codicem illum edere.* Non ego, ô Princeps: nec vnius huius Xenocratis testimonio crede. Sunt in Italiâ tuâ alij viri gnari & veteres talium,

* Οἱ μὲν φέρτεροί εἰσι νοῆσαί τε, κρῆναί τε:

* Qui meliores sunt hac noscere, & arbitrari: * eruditum

eos adi vel aduoca potiùs, & audi. Nam iste non est * μαντεῖον illud, quod consulas: alibi sciens aut experiens fortasse, in totâ hac re litterarum, Delfin in terrâ. *Titiano,* inquit, *viro eruditissimo committe.* Hunc ego quis sit nescio: probum doctumque esse opto & autumo: magis, si alio laudante. Quisquis tamen, aut non habebit codicem fidum & edi dignum, vt ex hoc gustu nos iudicamus: aut si aliter, non erit Mineruæ iste calculus: & vaticinor tibi: Princeps, præsens aut postera ætas suffragium huic industriæ non dabit. Sed hem, Æacidinæ iam minæ: *Iste correctoribus personam detrahet.* Quam personam? non satis capio: nos quidem palàm loquimur, & profitemur esse quod sumus. Quin vos potiùs histrioniam exercetis, & personas sumitis, quas indecorè sustinetis. Illud in aurem:

* Μή μοι Ἀθηναίους αἰνήσετε, ἄσκοι ἔσεσθε.

* Ne mihi Athenæos laudetis, erunt vacui vtres. * sui iactatores:

Amplius, *Castum nobis dabit Tacitum.* Non sum inter * φειδωλόγους: sed audacter hoc dicam, non longè à puritate, nostrâ quidem operâ, abest. Imò aliquid audentius. conueniant decem Titiani, decem loca, præter illa nostra, sana sarctaque non reddent, sine ope quidem eximij alicuius & perantiqui Codicis: qualem frustrà iactas tuum esse. Nam illum ego fumi vmbrâ non emam: nec à me alius, nisi * —— νήπιός γε χαλίφρων. Itaque omitte * γιγαντίζειν & ampullari. diu est, cùm nouimus istos,

* -dement aut puer infans, * instar gigantum iactare

* Οἴκοι λέοντας, ἐν Ἐφέσῳ δ' ἀλωπέκας.

* Domi leones, in Epheso vulpeculas.

Atque hæc est tua eximia Præfatio: & quis tibi ad arculas sedit, vt suggeret & dictaret? Nec enim vel hæc tibi, vt reliqua sunt, sine Theseo.

* Iustitiâ iustiora

Sed iam ad rem, ad rem, à Promulside ad ipsam Cænam: & iudicia tua * δικαιότερα τῆς δίκης videamus.

AD

AD LIB. I. ANNAL.

NAVVM *id Cæsari.*] Nos feceramus, *Gnarum id Cæsari,* optimè ad sensum, & ductum scripturæ priscæ: sed & pro Taciti phrasi. Quid tu? * νοθεύεις & ex tuo illo Codice, *Liuiam id Cæsari*, supponis. Et quis non videt, verè supponi? quàm tuus ille codex in ipsâ fronte se prodit? Quid simile ad germanam & veterem scripturam? Si hoc ius est, licet omnia inuertamus & rescribamus, vt vola veteris & veræ lectionis non exstet. Plutarchum adducis: quem tu non nisi apud me legisti, meis verbis & versione vsus. Ille autem contra me? planissimè pro me, & ipso Tacito (nam ille ita scripsit) si quis bonâ, liquidâ, & non tuâ mente legit. Videatur. Pag. 5.b

* *adultera.*

Qui Vedij Pollionis luxus.] In omnibus Notis non maius tuum acumen. Nam legis ex libro, *lusus:* & interpretaris, *Hunc Augusto tam iocosæ consultationis auctorem fuisse.* O tuas argutias, an lusus! Præiuit, *consulti per ludibrium Pontifices*: & hîc iterùm de *lusu?* Quis tamen tibi dixit Vedium auctorem siue suasorem? Somnium, sed à portâ eburneâ. Verba & nexum vide: refellent. Iustissimè autem Augustus culpatus, quòd viles & indignos homines nimis euexisset, & illudere opibus ac reip. passus esset: inter eos, hunc Vedium, vt docui. Itaque tua interrogatio ridicula: *Ad quid culpare Augustum, ob Pollionis luxum?* Cui clarè respondemus, Quia culpæ ministrorum, Principes ipsos communicant. Pag. 11.a

De magnitudine imperij, suâ modestiâ.] Muretus haud absurdè *Modestiam* hîc pro *tenuitate* (ego *mediocritatem* mallem) virium accepit. Id est, Excusabat se imparem, quia modicæ sibi animi ingeniique vires pro magnitudine illâ & onere imperandi. Potes & solitè accipere Modestiam, pro affectu animi ab omni ambitu & imperio alieni. Bona hæc & vera sunt: quid tuus codex? *Suetâ modestiâ.* quod mihi quidem algâ est vilius. Ibidem. *Lib.* XI. *Var. cap.* IV.

Dum interfectos, quia vtilitati legionum consulebamus, ij sepeliant.] Negat Lucius idonei aliquid sensus comparere: itaque suadet cum libro legi, *mei sepeliant.* Etiam ego aliquid nego, Luci. quid? communis sensus in te comparere. Potéstne clarius, *ij*, siue mauis, *hi sepeliant?* nempe commilitones, & digito demonstrat. Nam inuidiosè querebatur Vibulenus, fratrem occisum à Blæso, & *cadauer abiectum.* Quæ autem, ô noster Crates, constructio aut sententia sit, *Nos mei sepeliant.* Pag. 18.a

Luna clariore pænè cælo.] Nos faciebamus: *claro repente cælo:* & benè expediebamus, è vero & naturâ. Quid noster? accusat *Catonianum meum supercilium:* & ex Codice substituit: *Luna clarior, repente cælo.* De supercilio dici, quæ caussa est? simpliciter modesteque ita posui: lege, si voles, & interpreta- Pag. 19.b

pretationem vnà meam vide. Iam in tuâ correctione quid probi est? *Luna cælo visa langueſcere.* Mirum, ni *terrâ.*

Pag. 32. a *Vbi primum copia fuit, euehi equites.*] Probè. & monui eodem sensu, *inuehi* legi posse. Quis nescit equites à suis euehi, in hostes inuehi? Tamen vtrumque damnat Hypercriticus, & *egredi* reponit, cum elogio: *Latinè & clarè.* Scilicet nostrum illud Latinum non est? obscurum etiam, & sole eget? Mihi crede, tu mente. nam *egredi* equites, in illo impetu & impressione, quis ferat?

Pag. 35. b *Nihil strenuus ab ignauo, sapiens à prudenti, consilium à casu differre.*] Ego, *sapiens ab imprudenti:* sensu & germano codice Medicæo volentibus. Tu è tuo, *sapiens ab rude.* Agnoscimus diuinatiunculam alicuius, qui libri titulo hæc velat.

AD LIB. II.

Pag. 54. a T *locis, dignationibus, ordinibus antistent, talesq; ad requiem animi, aut salubritatem corporum parentur.*] Feceram, *aliisq; quæ ad requiem.* Tu è codice: *& alijs quæ.* Quid? Nónne hoc ipsum ibi subnotaui? Furuncule, sportulam captas. Sed amplius legis, *separentur*, pro *parentur:* quod non nolim, etsi illud velim.

Pag. 55. a *Tiberius tamen, quasi augeretur potestas eius, disseruit.*] Scriptura vetus erat, *auretur:* nos ex eâ, *augeretur:* & res poscit. At tu superciliosè reponis, *auferretur.* Potéstne apertius contra Taciti mentem? Asinius Gallus in quinquennium comitia Cæsari permiserat: & amplius, vt Legati legionum, certi Prætores essent, extra suffragiorum aleam. Tiberius vidit *arcana imperij tentari* (ait noster:) quid ita? quia in longum sic designare magistratus, superbiam illis, sed & potentiam addebat: ianua aperiebatur ad res nouas. Præterea, Principi gratia adimebatur alios creandi; & præteritis offensa addebatur, & desperatio emergendi. Non bona hæc omnia Principi. quem non adstringi, & liberum potentemque præmiorum & honorum esse, expedit: eoque Tiberius damnat. Sed callidè, pro suo more, & quasi vim sententiæ non peruideret, verbis benignè accepit, & vt augendæ potentiæ dictam; re spreuit, & veterem morem, vnaque vim imperij, tenuit. * παχύδερμος est, qui hæc non capit.

* Crassâ ante.

Pag. 56. a *Vrgere modestiam Senatus, eamdem vim in me transmittere.*] Ait Lipsium emendare, & quidem *Critico supercilio* (hæc sunt solemnia condimenta) emendare inquam: *Eâdem inuidiam in me transmittere:* vel, *inuidiæ me transmittere.* De priore membro, verum est: in altero, tua falsimonia comparet. Egóne, *inuidiæ transmittere?* spurcum, nec è Latio sit: scripsi palàm (relege) *Inuidiæ me transdere:* quod antiquis libris crebrum, pro *tradere.* At omnia hæc *nugæ* sunt, inquis. quid ergo tua cortina? *Vrgere modestiam Senatus, & odium in me transmittere.* Quid hoc ad scripturam veterem? semper à lineis codex tuus excidit.

Postquam

Postquàm rarus in tribunali Cæsaris Piso.] Quis dubitat, inquis, meliùs legi, *Post quæ?* Ego, Quis dubitat te mea nec recto oculo legisse? Nam paìàm edidi, *Póstque*: nec muto. Pag.65.a

Dein Piso abire Suriâ statuit.] Notaui, deliquium aliquod hîc videri: ille accusat, *quod nihil tamen addam aut mutem.* Hoc ius mihi esse vis? Verecundiùs ago. & cum Sophocle: *——ἐφ' οἷς δὲ μὴ φρονῶ, σιγᾷν φιλῶ. At ille quàm pulchrè, quàm benignè explet! *Proin Piso.* Pag.68.a

** - quæ non scio, silere amo.*

Reperio apud scriptores senatoresq; eorumdem temporum.] Lipsius, inquit, *Dusam secutus* legit, *senioresq;* Nugator. egóne Dusam? imò ille me; & testem habui, non auctorem. Verba mea vide. Sed tamen vterque nos absurdè. Ratio. *nam qui seniores eius aui, historiæ huius scriptæ tempore mortui erant.* Subtilissimè, scribente Tacito mortui, ergo audire aut discere ab iis anteà non fuit. Quin tu Tacitum ipsum alibi castigas: *Audita scriptáque senioribus tradam?* Reponis igitur, *scrutatoréque*: quod non est Codicis, sed tui illius scrutarij, qui iamdiu friuola sua pro gemmis tibi obtrusit. Ceterùm, & *Senatores* nunc teneam: vt quia res in Senatu acta, testes aduocet scriptores ex ipso Senatu. Pag.74.b

AD LIB. III.

ODERO *seponámque à domo meâ, & priuatas inimicitias, non Principis, vlciscar. Sin facinus in cuiuscumque mortalium nece vindicandum detegitur.*] Valdè hîc incurris & inclamas, *Nihil idonei sensus esse, nec me tamen offendi*, nisi quòd rescribam, *non vt Princeps.* Imò, Luci, & illud in textu editum, & hoc à te subiectum, vtrumque à me est: & ad vestigia quidem scripturæ Medicææ. Sed pretium hîc verba tua subiicere: *Heus Lipsi*, inquis, *qui gloriaris Ciuicam tibi Taciti causâ deberi: Si Legatus officij terminos, & obsequium erga Imperatorem exuit, quid tandem caussæ cur Tiberius facinus hoc, tamquam Princeps, non vlciscatur? Deinde ad quídnam refe-res periodum, Sin facinus in cuiuscumque? O te parum attentum Commentatorem! Disce ex nostro Codice ita legendum: Odero seponámque à domo meâ priuatas inimicitias, non Principis. Vlciscar enim facinus, in cuiuscumque mortalium nece vindicandum detegitur.* Ain' *gloriari me de Ciuicâ.* Vbi? tua esto, si ostendis. Si quis alius mihi elogium dedit: amicè quàm verè fortasse: quid tamen ad te? Pythagoræum illud à te, *στέφανον μὴ δρέπεσθαι. Addis, *parum attentum Commentatorem.* Nam quid faciam, si non sum aquila aut serpens? Tu omnia acie figis: sed tamen Afri hoc legistin'? *Cæcitatis facilè duas species concurrere, vt qui non videant quæ sunt, videre videantur quæ non sunt.* Vereor, quid vereor? comperior vtramque in te esse. Sed de re, Rogas me, quid ita Tiberius non vt Princeps vlciscatur? liquere putabam. nam modestiam præ se fert, vt semper, & quia Germanicus læsus qui illi adoptione filius, Si, inquit, dumtaxat irreuerenter & proteruè erga Imperatorem suum (Germanicum) Legatus gessit; vlciscar, sed vt priuatus. Quomodo? prisco illo ritu, domo meâ & Pag.79.b

** Coronam non decerpere.* Tertull.

consuetudine interdicam. Sin autem longiùs progressus Piso, & non officij sed legis terminos egressus, id est, si fraudem aut vim vitæ eius attulit, tum verò vlciscar vt leges iubent, & facinus in filio admissum puniam, quod in quocumque alio punirem. Ita planissimè suprà: libro II. *Discordiam erga Germanicam* ODIO *fortasse dignam, non* POENA. Sermo autem & diuisio eò spectant, quòd Tiberius credi volebat, venenum aut fraudem non interuenisse: accusatores aliter, & fama inclinabat. Iam palmariam tuam emendationem lustremus: *Odero seponámque à domo meâ priuatas inimicitias*: & quæ suprà dedi. O verè hæc lustranda! Quid est, *seponere à domo inimicitias?* quis præter te sic balbutit? Et sequentia deinde quàm cohærent! Quid interioris hominis sis, non definio:

* *At in tuo sermone sensus haud inest.*

* Ἐν τοῖς λόγοισι δ' οὐκ ἔνεισί σοι φρένες.

Pag. 80. a *Scripsissent expostulantes. quod haud minùs Tiberius, quàm Piso, abnuêre.*] „ Iterùm tua verba: *Lipsius hæc non intellegit. ideò alieno loco inserta autumat.* „ *Tandem Tacitum castrandum docet, & totam hanc ei periodum adimendam.* Hæc mea sunt * σφάλματα, quæ tua * ἀνορθώματα? Codex mirandus: *scripto ipsum id expostulasse, quod haud minus.* Deinde lux: *Litteris paulloante obitum expostulauerat Germanicus, se fraude Pisonis circumuentum: quod negauit Tiberius, qui occultè Pisoni fauebat.* Potest aliquid vaniùs? Germanicus, inquis, *litteris expostulauerat.* apud quem? Senatum, opinor: quod lectio tua & connexio poscit. Cedò igitur, vbi verbulum de his litteris? Et rem tam insignitam, id est ipsius morientis testimonium, Tacitus insuper habeat, nec vsquam ponat? Scripsit ad Pisonem, fateor: sed nihil pro hac re, & *litteras* tantùm, *quibus amicitiam ei renunciabat.* Stultum me quoque, qui ventilo. Nónne enim hæc talia, vt explodenda magis sint, quàm exploranda? Sed hem, ioculum tuum non aduerto. Ais, *castrare me Tacitum:* & sæpiùs culpas, ipso illo verbo. Habe semel. Nos Galli ad Rhenum, spadones certè non amamus. Hoc tantùm, castrare quosdam, sed in capite, sollenni nobis & antiquo ioco.

* *Lapsus.*
* *Instaurationes.*

Pag. 81. a *Qualem Piso diem supremum, noctémque egisset. Atque illo pleraque sapienter, quædam inconsultiùs respondente.*] Lipsius iterùm hîc vapulat, quia *hæc* „ *mutila asserit: vel si non sunt, legendum, Atque filio. Quasi filius patrem accu-* „ *sasset, quòd quædam protulisset inconsultiùs. Res verò minimè similis.* O Luci hîc eluce, qui verba mea aut Taciti sic capis! Quin ipse filius pleraque sapienter, quædam (vt adolescens) inconsultiùs respondet. Hoc, inquam, sentimus: tamen & sic dissentis, & Codicis ista præfers. *Ad quæ, illum pleraque sapienter* „ *quædam inconsultiùs, respondente.* Iam tua fax: *Senatum Tiberius interrogaue-* „ *rat, quænam fuissent Pisonis postrema verba. Qui respondet, eum quædam sa-* „ *pienter, quædam inconsultiùs dixisse. Figurata locutio. Respondente Senatu, id est* „ *aliquo ex Senatoribus, reliquis assentientibus. Senatum autem à Tiberio interro-* „ *gatum, ostendunt illa verba, Apud Senatum crebrísque interrogationibus exqui-* „ *rit. Ita enim distinguendum.* Hæc sunt bella, arguta. Senatum, inquis, Tiberius

berius interrogauit de morte Pisonis, & quæ circa eam. Itáne? qui scire autem Senatus potuit aut debuit, qui non in re præsenti? Nam in priuato, & occulta ea mors, vix domesticis gnara. Tamen ea mens, inquis,& Senatum à Tiberio interrogatum illa adserunt: *Apud Senatum crebrísque interr. exquir. Ita enim distinguendum.* Eximiè. *Apud Senatum exquirit:* id est, Senatum, tuâ Grammaticâ. Deinde, *Figurata locutio: Respondente Senatu, id est aliquo ex Senatoribus.* Bambalio! quin tu audi me non figuratè loquentem. Si peruersæ interpretationi, aut curuæ menti, præmium aliquod positum; tuo iure hîc habeas.

Verùm hæc nobis maiores certamina ex honesto maneant.] Ego, inquit, *in hoc loco conclamaui. quem tamen facillimo negotio clarum reddere poterat.* Ita sanè. tam facilè, quàm pirum vulpes comest. Nam codex: *Vera hæc nobis maiores certamina. Sensus. Ne iraſcamini maiores, quòd dixerim, nostram ætatem multa laudis protulisse: sed permittite, vt ex honesto vobiscum certemus.* Hîc tuus claror, an nebulæ? Nam Tacitus palàm ex suâ personâ loquitur: & vnde hæc auersio subita & * ἐκβολὴ ad maiores? Pag.95.c

* excursio.

Porrò si hi duxissent prouincias.] Fateor addubitasse me super hac phrasi, sed addidisse totidem verbis: *Aliquis tamen fortasse ad sortem haud malè traxerit: & duxerint, id est sorte extraxerint.* Quid igitur insultas? aut quid nisi mea, imò Merceri (à iudicio & doctrinâ laudati viri) nobis reponis? Tamen inseri hîc emblema etiam debet: *Lipsius optima quæque corrigendi auidus.* Non hercules, sed praua & prauos: vno quodam nunc excepto, qui corripi, non corrigi potest. Pag.96.b

AD LIB. IV.

ET *tum catenâ vinctus perorante filio. Præparatur adolescens.*] Ais me *Erricum Memmium hîc laudare, sed non sequi. Sic enim ipse: perorante filio pater. paratur adolescens.* Os durum! non ego sequor? verba ipsa mea. *Audio virum magnum Err. Memmium legere, Perorante filio pater, paratur.* Deinde addo: *Et rei, & hominis caussâ, quis non comprobet?* Ecce, vtroque pollice laudo: & tu audes scribere, non sequi? Callidum, sed non callidum mendacium. Pag.118.a “ “

Neque aliud probis, quàm ex matrimonio solatium. Esse in ciuitate Germanici coniugem, & liberos eius recipere dignaretur.] Ego de me fassus sum, non esse medendo: at tibi omnia in procliui. Itaque cum Codice legis: *Neque aliud probis, quàm ex matrimonio, solatium esse in ciuitate. Germanici coniugem ac liberos respicere dignaretur.* Quis approbet? itáne solatium ex matrimonio *in ciuitate* tantùm? infelicia & illætabilia coniugia, quæ rure? Quin tu Curtium Pichenam consuluisti, qui religiosè notat defectum in Florentino codice apparere: *in ciuitate ..... Germanici:* & *dignarentur*, pro *dignaretur?* Pag.128.c

Pag.130.b *Quippe illi prægracilis & incurua proceritas.*] E tuo libro, *prægrauis:* & hoc vnum vsque adhuc est, quod referri possit in acceptum. Iò Pæan! * Γέγηθα. μαινόμεθα τοῖς ἐυρήμασιν. Corrumpis tamen, & mox, *senectus*, legis vbi nos, *proceritas.* Ceterùm fatêre. fundamentum huic lectioni (fortasse & auspicium) à me habes.

*Gaudemus. in animus inuentiunculis.

Pag.135.a *Corruptos quosdam Libertorum, & peritum se arguens.*] Hîc exsultas, & in » quadrigis albis veheris · quídni? Nam ecce (verba tua) *manifestò hæret sen-* » *tentia: & quid sibi vult illud, Peritum se?* (Phœbum aduoca res implexa.) *Si* » *rem diligenter perpendas* (suadeo, & omnes ingenij neruos intendas) *non con-* » *uenit huic loco: neque Sabinum aggredi potuisset, nisi criminum eius, vera an fal-* » *sa fuerint, notitiam aliquam habuisset. Legendum itaque secundùm scripturam* » *Mirandulani Codicis: Corruptos quosdam libertorum, & petitum se arguens.* O notam lauru & Capitolio dignàm! ô præsidium opportunum libri! » Nos omnes, omnes, hoc fugerat: & *Lipsius ille* (iterùm tua verba) *sicco pede,* » *vt alia quamplurima, maioris etiam momenti.* Vis dicere, tuâ phrasi, *transierat?* En, malum me fullonem, qui pedes non merserim ad eluendam hanc mendam. O quis tam vappam vnquam te putasset? Ita nescis omnibus libris sic legi, & lectum esse, etiam meis? Nisi fortè in vnâ aliquâ editione Typographicum hoc erratum: quod vel puer tamen emendaret. Lucidissima enim sententia: cui tu nescio quas iterùm nebulas offundis, ratiocinando: *Quomodo enim Sabinum aggredi potuisset*, & reliqua. Quibus verbis quid velis, nescio, vapulem ego, si ipse tu.

AD LIB. V.

Pag.141.a OVIBVSDAM *Cæsaris Libertis velut agnitus, per dolúmque comitantibus.*] Melior, inquis, scriptura Codicis: *Velut agnitum, per dolum comitantibus.* Nego, textus videatur: etsi in sententiâ pluma haud interest.

AD LIB. VI.

Pag 143.a BONA *Seiani ablata ærario, vt in fiscum cogerentur; tum retulere Scipiones.*] Tu siles, Pichena religiosè monuit, in Medicæo legi: *tam referret Scipiones.* Puto ego: *vt in fiscum cogerentur, tamquam referret, Scipiones.* Sententia. Seiani bona publicata, id est ærario populi addicta erant: nunc per adulationem censent Scipiones, in fiscum Principis transferenda. vt scilicet propria eius essent, quia per illum Seianus opibus creuisset. Et exemplo item à militiâ, in quâ promoti Imperatori (alibi docui) obligabantur. Tacitus irridet, *tanquam referret.* Quasi dicat, Quis nescit, Principem & Ærarij & Fisci (illo æuo) pecuniam omnem tractasse, & in nomine, discrimen fuisse?

Pag.144.a *Vt verò Latinium Latiarem ingressus est accusator Acrius iuxta inuisi.*] Verissimè

Veriſſimè emendaueram, *aggreſſus eſt, accuſator ac reus iuxta inuiſi.* Non probat noſter Probus, & vult ex Codice: *aggreſſus eſt accuſator acrius, iuxta inuiſi.* Addit interpretatiunculam: ſed, ita me Muſæ, iuxtà cum eius textu intelligendam. Moneo autem, ad meam ſcripturam, meliùs etiam lectum mox iri, *gratiſſimum ſpectaculum præbebant.*

Arguitur pleraque C. Cæſarem.] Ais me hîc fruſtrà ſudare, ſed *refrigerium Codicem tuum eſſe: Arguitur notaſſe C. Cæſarem.* Agnoſco. hîc & aliàs refrigerat nos tuus codex: etiam Neronianas, opinor, thermas. Hoc autem verbi quis non videt de ingenio ſubſtitui? vt ſunt pleraque tua & illius *νοθεύόμφα. Pag. 144. b *adulterina.*

Neque ſegniùs Conſules edixêre. Silentium ipſius non ciuile, vt crediderat, ſed in ſuperbiam accipiebatur.] Hîc ego ad tribunal citor: *Adeſdum Lipſi,* inquis: (adſum mi Prætor) *qui Tacitum tuum auctorem vocas* (malè, abdico, in te tranſſcribo:) *Cuiúſnam ſilentium intellegit?* (Archimedæa quæſtio) *Tiberiine? quî fieri poteſt? non enim ſiluerat, quinimò magiſtratus & patres incuſauerat. Cuius igitur?* (me miſerum, vnde extricabo & reperiam?) *Audi, audi manuſcriptum Mirandulanum: Neque ſegniùs Conſules edixêre ſilentium. id quod non ciuile.* Audiui mi Prætor. ſed ad alium Prætorem ego te duxerim: qui, ſed ſileo. Nam quàm fatua hæc ſunt? quin tu audi liquidam veritatem. Plebs tumultuata, Tiberius ſiluit, & per magiſtratus ſaltem coërcuit. Hoc ei in ſuperbiam vertit, quod non ipſe dignatus edicto aut verbis admonere. Pag. 150. a

Qualem diem Tiberius induiſſet, pari habitu.] Codex Mirandus, *qualem faciem.* Tangere ſententiam voluit, & certè alluſit. Idem nos potuimus, ſi liceret aut liberet tam liberis eſſe. Pag. 152. a

Tradidere quidam deſcriptum fuiſſe Macroni.] Legis, *deſtinatum fuiſſe.* Quanto Mureti illud præſtat, *præſcriptum?* Pag. 153. b

Totâ mole regni vltimi. id peritiâ locorum melius ab Hiberis pugnatum.] Quod legendum cenſui, *vltum ijt:* Lipſius *hoc rectè*, inquis. Gaudeo & gratulor, quòd ſemel aliquid tibi rectum, mi Cenſor, ſed cum exceptione. *nam quod poſteà legit, Id peritiâ, imperitiam oſtendit.* Bellè alluſum. Sed itane meam, an tuam oſtendit? an malitiam potiùs? Hanc certè. nam ego clarè emendo & ſcribo: *vltum ijt: peritiâ locorum.* Nec cenſe ſic imperitum, etiam elementarium litterarum; vt palàm ſolœciſſem. Atque hæc ſunt ad primores ſex libros, tenuia ſanè & praua. Vbi promiſſa? Iouis epulum exſpectabamus, Hecales cæna appoſita eſt. Sed alius iam fortè miſſus lautior: videamus. Pag. 158. a

AD LIB. XI.

CLAVDIVM *ſpiceâ coronâ euinctum.*] Codex, *reuinctum.* Tanti litterula eſt? rideas in nobis, & exſibiles. Pag. 166. a

Et reciperare Armeniam, ni Vibio Marſo.] Ego me hîc in tenebris micare fatebar: addis tu (facetè & defricatè) *non in hoc ſolùm loco, ſed* Pag. 169. a

alijs quàm plurimis. Quid igitur noſter Phœbus? radios immittit: & *Sat*, inquit, *in tenebris micatum, veni in lucem Lipſi. Codex* M. s. *Et reciperaſſet Armeniam.* O mi ſol & ſalus, ſequor, & iam video. Non tamen fas alios codices incomparabiliter meliores ſequi, qui præeunt, *reciperare Armeniam habebat?* Græcanicâ phraſi, ſed Latinis etiam crebrâ.

Pag. 137.b *Aduerſa in remp. caſura, cùm proſperè egiſſet.*] Dorſum Lipſi, & vapula. „ *Nam mutilum hunc locum agnoſcis, nec tamen medicinam, quæ facillima eſt, vi-* „ *des. Codex: aduerſa in rempublicam caſuram, ni proſperè egiſſet.* Hoc mihi eſt Bœoticum ænigma, alius capiat.

Pag. 178.a *Ex ſeueritate priſcâ.*] Negationem ego addebam, *haud ex ſeueritate:* & ſententia mecum. Tu abnuis, & nugas oggannis, quas piget reponere. Pichenam „ hîc audi: *Rectè dubitauit Lipſius de ſinceritate huius loci, quem ego Flo-* „ *rentini codicis auctoritate emendo: Mitem & recens repertam, quàm ex ſeueri-* „ *tate priſcâ.* Optimè. negationi meæ hæc conſonant: nam, *magis*, ſiue *potiùs*, intelligendum eſt.

Pag. 179.a *Dum induſtriâ cubiculum Principis occulit adulteros, dedecus quidem illa-* „ *tum, ſed excidium procul abfuiſſe.*] Verba Lucij: *Lipſius regem eum facit, qui* „ *hunc locum emendarit. Miror: nec enim vllum hîc mendum, & ſententia* „ *per ſe clara. Dum cubiculum, inquit, Principis occulit, id eſt abſcondit* (optimè. quis enim *Occulere* cepiſſet?) *adulteros induſtriâ, id eſt cautè.* Cape, cape igitur ſceptrum:

* *Namque ambidexteres, nec erras vſpiam.*

* Ἀμφιδέξι' ἦ δ' ἐι, καὶ οὐχ ἁμαρτάνεις.

Tamen dic, ſodes, *Cubiculum induſtriâ occulit?* vnde hæc illi? Figura eſt, dices: pro *Cubicularijs.* Benè eſt, nihil vltrà addo. Hoc tantùm, meam correctiunculam à libris firmari, etiam Florentino. Videatur.

Pag. 180.a *Num Meſſallinam ſecretis minis depellerent amore Silij.*] Ais hîc *laborare Politicorum Principem, in eruendo quæ ſint Secretæ minæ.* Non equidem. neque iſtîc hærebam: ſed ſententia tota obtenebrat, & parum hæret. At tu ex alto pronuncias, *Quis dubitat ſecretas minas eas dici, quæ diſſimulato inſtigatore, per illos amicitiæ ſpecie fiunt, quibus fidem in ceteris adhibere ſolemus?* Quis dubitat? nec Pyrrho. ille tamen Politicorum Princeps putat veriùs & ſimpliciùs, *Secretas minas* eſſe, quæ non in publico, ſed priuatim adhibentur. *Politica* autem quid huc faciebant? nihil, niſi quòd illa, illa mea, vos vrunt.

Pag. 182.b *Tum quidquid habitum Neronibus & Druſis, in pretium probri ceſſiſſe.*] Legebam, *auitum.* Tu aliter è libro: *quidquid habitum Neronibus & Druſis in pretio, probro ceſſiſſe.* Itáne ſemper huic libro, tamquam polypus ſaxo, hæreas? Non hîc debebas. quid eſt, *Probro cedere?* nihil pro Taciti mente, quæ eſt: pretij & auctoramenti loco, admiſſario ab adulterâ data omnia rara, & à maioribus ad Claudium tranſmiſſa. Eſt, quod ille in probro ſimili:

Coniugij obſcæni pretium Romana popoſcit
Mœnia. ——

AD

AD LIB. XII.

CLAVDIO *cælibi vitæ intonanti.*] Quæris hîc à me, *Quid ſibi vult, Lipſi, vox Intonanti? quin caſcum hîc nobis aliquod vocabulum, more tuo obtrudis?* Reſpondeo, *Intonare* eſſe, voce & clamore aliquid efferre. Ita Liuius: *Cùm hæc intonuiſſet, plenus iræ.* Et mihi decorè, ac pro Claudij ingenio, videbatur dictum: cur mutarem? cur ad *caſcum* aliquid irem? *Meo more*, inquis. Hoc tu & alij, ſed inquitis: quando oſtenditis? Tua tamen hîc lectio: *cælibis vitæ intoleranti.* Tua? Pichenæ eſt ante biennium: ipſe vindicat, & manum iniicit. Pag. 185. b

Statueretur imò documentum, quo vxorem Imperator acciperet.] Legebam, *quomodo vxorem:* & clarius erat. Tu illud retines, & eundem ſenſum elicis: habeas, ſed hoc quoque Pichenæ adſcribas. Ab eodem amplius, Florentinum codicem de defectu ſuſpicionem facere: in quo eſt: *quo vxorem imperator..... acciperet.* Semel tibi dicam, rarò diuinationes noſtras, aut hæſitatiunculas, temerarias eſſe. Pag. 187. b

Deinde L. Pomponius Legatus auxiliares Vangiones.] Parum iſta hærere dixi: tu quoque, ſed ferruminas ope codicis: *Proinde L. Pomponius.* Plumbaturâ parum firmâ: & nunc etiam hiant. Pag. 194. a

Tamquam ducem haut ſpernendum, etſi non prælium, at certè bellum abſumpſiſſet.] Oratio manca, inquis: deinde totidem hæc verba, totidem litteras è Mirando codice reponis. Quæ hæc mira ſunt? Oratio autem non manca. omni pede bellè procedit iis, qui ſciunt, quid inter *Prælium* & *Bellum* ſit Latinis. Pag. 198. a

Prouiſum illic ſacrificium imperatum dictitans.] Tu è codice: *ſacrificium in id paratum.* Ego aliter, nequedum pœnitet. Illud fateor, hanc ſecundam tuam (ita puto) notam tolerabilem eſſe. Pag. 201. b

Vt ignaro domino ad id prolapſa, in ſeruitutem ſui conſenſiſſet.] Verba hîc tua, an intemperiæ: *Lipſius meras nugas egerit, è titulo de Iuris ignorantiâ: ſed ne multis, Codex optimè: Ac ſi in ſeruitutem ſui conſenſiſſet, ex eâ qui nati eſſent, pro vernis haberentur.* Imò tu pro veruece. Quid ſani in totâ hâc ſcripturâ eſt? A me & Florentinus etiam codex, & Ic^torum ſine controuerſia Princeps *Iacobus Cuiacius:* cui bono arbitro talium iuuentus credat. Verba eius lib. XXI. Obſeruat. cap. XVI. vbi de toto hoc *Sc. Claudiano: Nam ſi volente domino eius, efficiebatur liberta, non ancilla, vt locus Corn. Taciti* XII. *Annalium perſpicuè demonſtrat. quem feliciter reſtituit & interpretatus eſt Iuſtus Lipſius, rei litterariæ perfectiſſimum columen, quem ego vt admiror, & diligo quoque plurimum.* Quid iam Lucius? in Ætnâ eſt: Aquam, aquam. Pag. 203. b

Cognitâ cade Caij haud obtemperatum eſſet.] Mutilum locum cenſui: nihil eſt Mirandulano credamus legenti: *haud obtemperarent.* Lucij deinde lux: *Judæi ſubintellige præfectis Romanis.* De calcariâ in carbonariam. Tacitum vide, Lector. Pag. 204. a

AD

AD LIB. XIII.

Pag.221.a NERO *trepidus, & interficiendæ matris auidus, non priùs differri potuit.*] Vis è tuo codice, *differre.* Puer septuennis non hoc damnet, illud capiat?

Ibidem. *Vocem vnius ex inimicâ domo adferri. Refutare tenebras.*] Liber, *adferri, hanc refutare.* Non damnem, si ita verus vetusque liber.

Pag.231.a *Se ire ad illam, sibi concessam dictitans nobilitatem.*] Legebam: *concessam à dijs iactans nobilitatem.* Tu eadem, nisi quòd *iactitans* scribis. Si verè, quid insultas? iam vidimus.

Pag.233.a *Temperata apud transmarinas prouincias frumenti subuectio.*] Hoc quidem „ est regulâ rectius: tamen Censori nostro sistamur. *Nescio*, inquit, *an vllibi* „ *legatur* (nullibi, securus esto) *frumenti subuectionem Romanis nocuisse. quare* „ *igitur temperata? Lipsius nescit, quò se voluat.* Non hercules. ego in hoc luto vtroque pede hæreo. Tamen os etiam exstat, & quærenti respondeo: Ideò temperatam, Luci, quia iniqua erat, quia præter leges, & cupidè nimis, & fraudibus mixtis, publicani exercebant. Commentarium meum vide. Possis etiam referre ad sollemnem illam frumenti subuectionem ex Africâ & Ægypto, in annonam populi: de quâ abundè alibi scripsi. Nam & hîc oppressio, & vltra modum, vt apparet, iam ibant. At tuum argumentum ô Achillæum! *Non nocuit Romanis, quare igitur temperata?* Chrysippe, Stagirita adeste, expedite ex his laqueis. Furtum furi non nocet, quare vetetur? Itaque fatalem librum audiamus: *Imperata.* quo sensu? Quindecimuir dicet: *Duo hoc anno facta scribit Tacitus: imperatam à Tribunis plebis frumenti subuectionem, & fraudibus negotiatorum occursum.* Itáne à Tribunis? vbi mens tua & oculi? Desterte, palàm à Principe hæc edicta Tacitus scripsit. *Imperatam* etiam? tam verè, quàm lucem hanc noctem esse.

Pag.234.a *Nationem eam regebant, in quâtum Germani regnabant.*] Tu è codice: *in quantum Germani regnabant.* In viâ eras, nescis progredi. Florentinus codex, Pichenâ notante, optimè: *inquantum Germani regnabantur.*

AD LIB. XIV.

Pag.237.c AN *fecunditatem & verum animum timeri?*] Errici Memmij magni viri, & cum poëta, —— ὃς ἐνὶ φρεσὶ πυκαλίμῃσι κέκαφε, coniectura erat, *veterum annuum:* digna tali. quid tu? te quoque digna adfers: *virilem animum.* Scin' tu de Poppæâ sermonem esse? de illâ mollicellâ? & ipsa scilicet virilem animum sibi adsumat. Nugator. Nos aut Memmij, aut librorum scriptum asserimus, *verum animum.* Quis igitur (ita quæris) *verus animus?* Rectus, & in maritum, sine fuco, affectus. Innuebat autem aliter in Octauiâ esse.

Pag.238.b *Additurum Principem defunctæ templum.*] Theatrum hîc aperis, & suauiter

uiter ludis. Quæris à me (ego ſemper ſagittis tuis ſcopus) *Quid illud, Lipſi, Additurum?* Quod quiuis, reſpondeo: præter alios honores funeris & ſolita teſtandæ pietati, Principem (cui hoc vni cum Senatu ius) decreturum diuinos etiam honores, & templa. Hæc talia, amoliendæ ſuſpicioni, & teſtandæ, an oſtentandæ? pietati. At tu hîc ſudas & ſtupes, & legis denique (ex tuo illo, verè tuo, codice) *Aditurum defunctæ templum.* Addis lucem: *Nam Anicetus vult, vt dum ipſe Agrippinæ neci intentus eſt, Nero pietatem ſimulet, adeundo matris templa.* O quem te appellem? *——ὦ Νιόβης ἔμπνοον ἀρχέτυπον! Itaque Agrippina iamtunc viua templum habebat, & Nero adire debebat? Nummos à me cape duos, quibus: ſed deſino.

** - ô ſpirans effigies Niobæ!*

Eminentibus tecti parietibus, fortè validioribus.] Vocem *parietibus*, ſuſpectam olim habui: nunc cenſeam, *arietibus*, reponi. Obliqua tigna, & fulcra, ſic appellarunt: vt eâdem cauſsâ & imagine *capreolos.* Cæſar in ponte Rhenano *Arietis* ita voce vſus: Poliorcetica noſtra vide. Pag. 239. b

Qui nihil contatus, poſcit ſummam ſceleris.] Expoſui: at tu nugas ea habes, & legis, *ſummum ſceleris:* id eſt, inquis, *ſupremum mandatum. & fortè dixerat Anicetus, Si Nero id mihi mandet, promptus ero.* O friuola magis, quàm teſtulæ vllæ fractæ! Tamen diuina tua mens interlucet, ſubiicientis ipſa verba etiam Aniceti. Pag. 240. b

Et luiſſe eam pœnam, eâ conſcientiâ, quâ ſcelus parauiſſet.] Hic quidem cautè nobis caues, & infis: *Diceres de Agrippinâ ſermonem hîc eſſe, cùm de Agerino eius liberto agatur. Itaque Mirandulanus: Luiſſe eum pœnam.* Lector quiſquis es, illum an me culpas? Me iuſtiſſimè, qui tam fatuis paucas has horas, & aciem ſtili impendo: id eſt, perdo. Quid clarius certiuſque, quàm de Agrippinâ agi? Ipſe Tacitus prodit, in conſilio paulloantè Neroniano: *Agerino vincla iniecta, vt exitium Principis molitam matrem, & pudore deprehenſi ſceleris ſponte mortem ſumpſiſſe confingeret.* qui ipſe commentarius verborum, quæ in manu. Quid autem tu de Agerino? quis præter te, de eius morte? Semper tibi cordi* ——*ὄνειροι ἀμήχανοι, ἀκριτόμυθοι.* Pag. 241. b

** fatua atque expertia ſomnia ſenſus.*

Idemq; dedecus Senatus & populi ſperauiſſet.] Noſtra & litterarum illa lux *Codicis Mirandulani omnino ſequenda lectio: Indéque dedecus.* Deinde acroama, *Lippus es interdum, Lipſi.* Ita profectò, omnino ſequenda: ſed iis, qui pede & mente ſunt varis. Nobis videbatur optimè ſcriptum, Quòd Agrippina ſperaſſet *idem dedecus Senatus & populi:* nempe, iuraturos in ſua verba primùm milites, deinde Senatum populumque. Factitari hoc ſolitum, ſcimus: & Tacitus tibi dicat. *Conſules primi in verba Tiberij Cæſaris iurauerunt: mox Senatus, milesq;, & populus.* Noſter Luci, hoc lucet? Lipſio quidem, etſi lippo. Ibidem.

Ac poſteaquàm fruſtrà oblata ſint.] Tu è Mirandulano, *optata ſint.* Quid opus eſt? ego iam è Romano. Ibidem.

Tentans citharam ac meditans, aſſiſtentibus familiaribus.] Vetus omnis ſcriptio, *facie*, aut *facies*; non *familiaribus* erat. Itaque ego ad *Faces* tranſtu- Pag. 244. a

li,

li, re & hiſtoriâ ſaltem approbante. At tuus codex ſupponit: *applaudentibus familiaribus.* Noui, inquam, commatis hæc moneta, & nequam.

Ibidem. *Quibus aliqua pangendi facultas, necdum inſignis.*] Ego & Muretus hîc ſpernimur: codex præfertur: *necdum inſignis erat, ij vati conſidere ſimul. Vati, id eſt Neroni.* Venare, venare: teſtudo, non capies hunc leporem.

Pag.247.a *Quantoq; metu occultior, tanto plus famæ adeptus.*] Sollenne illud, ego ad examen. & *Quid eſt*, inquit, *Lipſi, metu occultior? metúne aliquis famam adipiſcitur?* Quid dicam mi doctor? nos in caligine; tu * —— ὀπίσω. Quid ergo tu? *Quantoq; vitâ occultior.* Parabam dicere, *Conſenſio conſciſcoq;:* ſed aperta veritas prohibet. & quid aliud Tacitus, quàm Plautum metu occultum ſubductumque fuiſſe, quia à Nerone & talibus Principibus timebat? Itaque egit procul à republicâ, *ſecurâ & caſtâ domo* (ait noſter) & famæ propior, quò alienior.

* *pro ſpicis idem & reſpicis vnus.*

Pag.247.b *Conſuleret ſibi & turbis, ſeq; prauè diffamantibus ſubtraheret.*] Ridiculum hîc me dicis, qui feci, *ſibi & vrbi.* Feci? dubitaui leuiter, & licere putabam. Oraculum autem tuum: *Conſuleret ſibi: & turbis, ſeq; prauè diffamantibus ſubtraheret.* Ferre hoc poſſum, & laudare etiam (vt tu homo es) cùm non planè extra ſcopum iacularis. At in meis, nihil quod iuſtè rideas, aut culpes.

Pag.249.a *Neque coniugiis ſuſcipiendis, neque alendis liberis ſueti.*] Tu immutas diſtinctione, *ſuſcipiendis neque alendis liberis.* Quæ prauitas? An quia *ſuſcipere coniugia*, non rectè & * ἀναργῶς, atque etiam * ἐνεργῶς dicitur? exempla & ſermonis filum vincunt.

* *clarè,* * *efficaciter.*

Pag.251.a *Praſutagus longâ opulentiâ clarus.*] Elegantiſſimè, inquis, ad diſcrimen *recentis opulentiæ.* Tolero: cur non tu meum, *longè?*

Pag.260.c *Repetitum venerantium. iamq; & palatium.*] E codice: *repetitum venerant, iam iamq; & palatium.* Ranis miniſtra. nam hoc non eſt merum.

AD LIB. XV.

Pag.268.b OVO *ſecuritatem annonæ ſuſtentaret.*] Noſter iſte, *ſic oſtentaret.* Ego nunc vellem (ductu ſcripturæ) *ſeu oſtentaret.* Nam ANNONA AVG. id eſt Auguſti, ſiue Principis; ſæpè in nummis.

Pag.272.a *Initia vigiliarum.*] Tu, *munia:* quod deſpuo. Militiam noſtram è Polybio vide, & morem diſce.

Pag.274.b *Nomina ſummæ curæ & meditamenta.*] Hæc ego benè & ſedulò in Editione vltimâ explicaui, etſi fateor olim obhæſiſſe. Cur errorem vides, reditum non vides? Itaquè quidquid hîc adfers, * τὸ ἐμὸν γ' ἐμοὶ λέγεις ὄναρ. niſi quòd ego pluſcula magis eruditi pulueris.

* *meum mihi ſomnium narras.*

Pag.275.b *Miſſi auſpices duo, & genialis thorus.*] Cuperes, *admiſſi auſpices.* Nugæ. lege nunc mecum, *viſi:* itemque, *dos*, non *duo.* quod & Florentino gaudeo adſtrui.

Pag.282.a *Neque Senatui quid manere, ſed prouiſum.*] Nos in æſtu hîc ſumus, tu tran-

tranquillo : atque adeò tranquillas omnia mitior Neptunus. Nam codex ille: *Ergo Epicharis plorans ei omnia ſcelera Principis orditur, neque Senatus quidem tacere.* Duplex emendatio. prior, *plorans ei omnia*, vbi vulgò, *plura & omnia.* Nec fruſtrà damnas: ſed meliùs à me nunc repones, *plura & obuia.* Nota, nota. Altera, *neque Senatus quidem tacere.* id eſt, *Anum iſtam,* (ſic tu facis, etſi bonâ ætate fæminam) *Chiliarcho & Neronis & Senatus ſcelera denudaſſe.* Heus tu Vatini, quid Senatus admiſerat, niſi tolerando? Et cur illum odio obiectum velis, gladijs non obijciendum? neque id agebatur.

Cuius amœnitate captus Cæſar crebrò ventitabat.] Ego, *crebrò eò ventitabat.* At tu, *Quo eius amœn.* Eamdem incudem tundis, & eſt * τωτέπεια: ſed tamen Pichenæ & hoc tranſſcribe. Pag.282.b * *Idem dictio.*

Geſtabátque velut magni operis ſacrum.] Negabam verbum *Geſtandi* conuenire: meritò. neque enim pugiones geſtari, eius æui mos ferebat: niſi fortè à milite: atquin hic Senator erat. Tu obducis, *occultè eum, tot aliorum exemplo, geſtaſſe.* Vbi hæc tot exempla? cedò. Scio vnum atque alterum cum pugione deprehenſum; ſed nemo eorum iactauit aut prætulit, vt *magni operis ſacrum.* Itaque etiam nunc ſuſtineo, & de ſanitate verbi controuerto. Pag.283.a

Venerationem hominum merito, quod ad omina olim ſui exitus verteretur.] Lucius: *Lipſi, quî ſit, qui alios hîc & paſsim irrides, vt hiulcâ iſtâ oratione non offendaris?* Luci, neque hîc neque alibi irrideo; in tuis rideo, neque benignior materia ætati meæ obuênit. Cur autem non offendar, fit quia proba & plena eſt oratio: tuus codex ſolens peccat: *ſed ad omina olim ſui exitus vertebatur.* Pag.290.b

AD LIB. XVI.

NON *falſa antè ſomnia ſua, ſeq; tunc primùm deluſum admirans.*] Tuas hîc nugas referre piget, nedum refellere. Scribis tamen: *non falſa vt ante ſomnia ſua, ſed ſe tunc.* Affaniæ & nebulæ: vulgata liquent. Pag.292.a

Se æquum aduerſus æmulos, & religione iudicum, meritam laudem aſſecuturum.] Tu facis, *Se æquè.* quid velis, neſcio: ego nunc, *Se æquo*, id eſt æquitate. Ibidem.

Ventitare ad eum nuntios & conſolationes. Feceram, *conſultationes.* veriſſimè, & Florentinus poſteà codex confirmauit. Sed *durus tibi loquendi modus:* ideoque, *conſultores*, ſubſtituis. O molliter & Ionicè! Pag.295.b

Nam illi dies per ſomnum, nox officijs & oblectamentis vitæ tranſigebatur.] Votum tuum: *Vellem Lipſius Petronij nocturna officia nobis explicaſſet.* Ego feci è Senecâ, ſi tu talium capax. Quia exercebantur, geſtabantur, lauabant, prandebant noctu, itemque ſalutabantur aut ſalutabant, & eiuſmodi munia vſurpabant. Tamen ex libro ingeris: *nox omnibus vitijs.* Quid hoc libri ſit neſcio, quia omnia acria, & bona, diluit aut deprauat. Pag.297.a

Et quantum miſericordiæ ſæuitia accuſationis permouerat.] Tu miraris & abnuis, Pag.301.b

abnuis, *sæuitiam accusationis misericordiam mouere; odium potiùs. & maiorum criminum reus, maiore odio dignus. Lipsius hìc tacet: adeamus Codicem Mirandulanum: Et quantum misericordiæ se inuicem accusantes meruerant.* In sole caligas. nam sententia prompta. sæuum hoc spectaculum & accusationem: quia, vt Tacitus ait, *discrimini patris filia annectebatur: ruebant in mutuos amplexus, & lictor dimouebat.* Lege, intellege, & tu quoque miseraberis. *Lipsius autem hìc*, inquis, *tacebat.* Ita soleo, nec in meridie lucernam adhibere. At tua lectio quàm falsimoniæ clara? Tamen interpretaris: *Illud summoperè misericordiam mouisse, quòd filia pro patre, & pater pro filiâ mori vellet, & quilibet seipsum accusaret.* Aduerso æstu ferris, & Tacito palàm obniteris: quid si & Latinitati? Nam, *se inuicem accusantes*, non quod tu vis; sed planissimè contrà signat, quòd mutuò se accusarint.

AD LIB. I. HIST.

ETIAMNE pergo? persedendum est scilicet in hoc epulo, & tertius tuus missus exspectandus. Quid? lautitiæ, & Iouis cerebrum: compono me in cubitum, & immineo, & iam gusto.

Pag. 307. a *Supremæ clarorum virorum necessitates, ipsa necessitas fortiter tolerata.*] In me: *Criticus hìc noster nihil offenditur.* Non ego, & per planam sententiæ viam pergo. Tamen legendum: *supremâ clarorum virorum necessitate.* Luci, cras credo, hodie nihil. Magis illud διάλυσιν placet: & duo, inquit Tacitus, narrabo, mortes clarorum virorum, atque easi ipsas obitas fortiter & ex dignitate. Nam *necessitas*, si nescis (quid autem antiquum tu scias?) mors est, & ferè indicta. Noster xv. Annali: *Intromisit ad Senecam vnum ex centurionibus, qui necessitatem vltimam denuntiaret.* Possem hìc alia docta: cur apud te, oleum & operam perdam.

Pag. 311. a *Hunc vel illum ambitionis rumoribus destinabant.*] Putaui, *ambitiosis*, legendum, & puto. Tu Sesquiulysses subtiliter vulgatam expedis: *Populum Romanum, hunc vel illum adoptioni destinasse, pro rumore ambitionis, id est, prout audiebant hunc vel illum adoptionem ambire.* Hau, nosco tuum! semper tu, quasi de studio & industriâ à Tacito & à vero abis. Primùm, *populum Romanum* ais. quid Tacitus? *clientes vel amicos.* Deinde, affectus & destinationes cuiusque alligas ad ambientium vota. Quid stultius? Res ita habuit. clientes & addicti, quisque talem aut talem destinabant, & Principi ac famæ proponebant, prout ipse ab eo sperabat aut ambiebat.

Ibidem. *Et iam in T. Vinij odium diuerterant.*] Nostra hìc bona & probanda. Nouatur & nouitius codex: *in T. Vinium oculum conuerterant.* Quis fando audiuit T. Vinium, odium publicum, imperio destinatum? Archigene hæc egent.

Ibidem. *Qui indies quanto potentior, eodem actu inuisior erat.*] Produxi Iac. Lectij, eruditi viri, coniecturam, *eodem auctu*: tu libri tui, siue tuas an tuorum gerras,

ras, *eodem tanto.* Deinde lumen: *Eodem, ſubintellege quòd ceteris potentior eſſet.* Sermonis & rerum pariter es Ægiſthus.

Vt turbidis rebus euenit, timore magis & nonnullo adhuc conſilio parat ſigna.] Hæc in vitio ſunt: mederi volui, ſed fortaſſe volui. tamen decorè & modeſtè, addam etiam, ἀλόγως. Tu pedibus calcas, & adfers è codice: *timori magis, quàm vllo adhoc conſilio, parat ſigna.* Pichenam vide, certiora dabit, etſi nec ſic plenè medendo. Pag. 317.b

Quod poſteà creditum eſt, inſidijs & ſimulatione. Miſſus & Celſus Marius.] Diſtinguis: *quod poſteà creditum eſt. Inſidijs & ſimulatione miſſus & Celſus Marius ad.* O Herma! & ego, ſi refutem. Ibidem c

Interfici iuſſit, tradito Principibus more munimentum ad præſens, in poſterum vltionem.] Quæ dixi, quidquid alij mutent, non muto. Noſter autem è Codice: *tradito Principibus more, munimentum id præſens, in poſterum vltionem.* Et addit à ſe, *id eſt, in poſterorum tale aliquid tentantium.* Omitto priora, arenam ſine calce: ſed poſteri ſcilicet hîc in anteceſſum puniuntur? O vbi cerebrum habes? & an habes? Pag. 321.a

Sed ne hoſtis metum reconciliationis adhiberet.] Ego ſuſpecta habui: tu purgas. Quâ ſententiâ? Otho Celſum inter intimos habuit, *ne hoſtis Vitellius, gnomen illam politicam Celſo inſuſurraret, à reconciliato Cæſare diligenter cauendum.* Næ tu argutior es, quàm cicada. Ergo non inſuſurrare potuit iam reconciliato? imò non potuit non reconciliato. Acumen igitur ſollemne tuum: & quo longius à vero aut Tacito, hoc magis tuum. Pag. 329.b

Nulla innocentiæ cura, ſed vitæ impunitatis.] Tuus liber: *ſed vitij impunitatis.* ineptiſſimè: ego, *vice impunitatis*, veriſſimè. Pag. 330.a

Vetandi metu, vel cognoſcendi pudore.] Volebam, *agnoſcendi:* & Florentinus codex iam probat. Quid tuus? *concedendi.* falsò. Pag. 332.a

Ibi ſæuitiâ, hîc miſeriâ vulnerum abſumpti.] Tu è libro, *Illi ſæuitia, hi miſeriâ.* Triumpha, hîc te audio: vt ſit in prœlio ſæuitia vulnerum abſumptos, in paludibus miſeriâ: nempe vulnerum non curatorum. Ibidem b

Curam nauium Oſcus libertus retinebat, ad obſeruandam honeſtiorum fidem inuitatus.] Tuus hîc liber an librarius in alto ſomno, cùm ſcripſit: *Hoſtienſium fidem* De quibus ſcilicet iuxtà hîc, ac de Parthis, eſt ſermo. Tu tamen lupinos iſtos pro ære habes, & prouulgas: quem te dicam? te. Sententia clara, libertum iſtum (cui generi Principes maximè credebant) datum ab Othone ad obſeruandam fidem honeſtiorum, ducum ſcilicet qui præerant claſſi Gallicanæ. Vitium modò eſt in verbo, *inuitatus*: quod Florentino eſt, *immutatus.* Hoc expedi, & vir es. Pag. 335.b

Reliquias Neronianarum ſectionum.] Tuus liber, *exactionum.* Quid ita? quia ſcriptor aut tu, quid *Sectio*, non cepiſtis. At Tacitus dicit, è bonis damnatorum, Pag. 336.b

natorum, ſub haſtâ diuenditis, reliqua conceſſa nuper exſulibus: iuſtè, quia ex ipſorum aut parentum bonis.

AD LIB. II.

Pag.339.c PARANDO *interim bello ſecluſum tutúmque ipſum mare.*] Quomodo mare propriè *Secluſum?* imò per id terræ. Itaque veteres libros audiebam: *ſecundum.* quod interpretor, fauens facienſque. Nónne mare ad apparatus aut inſtrumenta belli commodum, ad inuehenda ea aut deuehenda, idemque in milite? & opportunitas altera, quòd *tutum:* id eſt, ab hoſte defendebat, ne opprimi aut inuadi ſtatim Veſpaſianus poſſet. Itaque hæc duo Tacitus diſtinxit: at tu confundis, &, *Secluſum,* tueris: vt ſit, ab Othonianis copijs remotum. Omnia à te mira. an mareab Othone remotum, qui Italiam habebat, mari vndique clauſam?

Ibidem *Arma in occaſionem diſtulêre. Veſpaſianus Mucianúſque nuper,* & firmaris *mixtis conſilijs.*] Nos iactamur, tu ad anchoram tuam confugis, *ceteri olim* à Codice: *nuper, certè olim.* & addis, *nihil euidentiùs.* Vellem, vellem lux tua paullo vberiùs affulſiſſet! Nam quæ hæc ſeptuoſa dictio, *Nuper, ergoolim?* Quaſi dicam, *Noua, certè vetera.* Vide ne meum nunc verius, *mixti conſilijs.* Diſtulerunt arma, Veſpaſianus & Mucianus, qui non pridem in gratiam redierant, & conſilijs adhibitus iſte recenter erat; alij amici, iam olim.

Pag.345.c *Silentio, patientiâ, poſtremò precibus.*] Legebam, *pœnitentiâ:* & perſeuero. Nam de ſeditioſis ſermo: qui gradatim ſe mutarunt, primò ad modeſtiam compoſiti & ſilentes, mox pœnitentes, denique precantes & rogantes. Tu autem vis, *Silentio patienti:* quod non nauci eſt. & nónne vox ipſa, *poſtremò,* refutat, quæ oſtendit pluſcula præſtructa?

Pag.349.a *Clamor accurrentium, clamantium.*] Priſci libri, *accurrentium, vomantium.* Ex quo Pichena, *vocitantium*: an non magis, *boantium?* Tu autem *Rumor accurrentium, clamantium:* & illud *clamor* perperàm immutas.

Pag.350.b *Apud duces Vitellianos dubitatum, quò minùs pacem concederent.*] Aiebam, *non dubitatum,* ex ſententiâ. Tu legis: *ad duces Vitellianos*; & dubitationem ad Othonianos transfers. Ab ijs, inquis, dubitatum quò minùs pacem Vitelliani concederent. Quis Latinè ſic locutus? Sed nugarum deſine. Curtius Pichena bellè, ex Florentino, emendauit: *Miſſa legatio. nec apud duces.*

Pag.350.c *Ire in aciem, excitare partium fortunam.*] Vis, *iret in aciem, excitaret:* & ad Othonem referri. Ariſtarche, vide ſequentia, & necte.

Pag.353.a *Redière Bononiam rurſus conſiliaturi.*] Adulter tuus codex: *conſilia inituri.* Plaudis, & me inclamas obſoleti verbi retinentem. Me? quin libri omnes retinent priſci bonique: & auctores ab Auguſti æuo vſurparunt.

Fabij

Fabij Valentis epistolæ ad Consules scriptæ haud immoderatè.] Non conco- Ibidem b
quis, & reponis: *haud moderatè.* Imò vulgatum, verum argutumque est. Displicuisse, etsi modestè scriptas litteras: vel quia non moris illo æuo (docui in Commentarijs) vt Legati ad Consules aut Senatum scriberent; vel quia quæcumque scriptio, insultatio, & opprobratio videbatur: quòd Senatus in victa parte fuisset.

Tantum peditum equitúmque vis & damna.] Hîc tu benè, *tanta peditum* Ibidem c
equitúmque vis. Cape palmam.

Nec quemquam sæpiùs, quàm Verginium, omnis seditio infestauit.] Optimè, Pag. 356. b
clarissimè: tu tamen è codice profers, *inanis seditio*: quid nisi inanias?

Prodigis epulis & sumptu Caianæ aquæ satiare explebiles Vitellij libidines.] Pag. 364. b
Emendabamus, ego: *Sumptu saginaque*; Palmerius, *sumptu ganeaque*: licebat eligere, nec aberrare. Obtrudis è libro, *sumptu aleaque*: ineptè & tuatim, da veniam vnius cæsci verbi.

AD LIB. III.

ET *gens fidei commissæ patientior.*] Vlcus, quod alio Chirone egeat: Pag. 369. b
tamen manum admoues, legisque: *Et gentis fidei, commissa patens ora, ob posita in latus auxilia.* Heus Luci, lux vbi est? nam mihi iuxtà hîc claret, ac si in Cimmerijs essem.

Quia audaciùs, quàm ciuili bello, imperitabat.] Nos è libris, *adductiùs* con- Pag. 370. a
sentitque & Florentinus. Tua tamen mirifica emendatio: *quia adductior, quàm ciuili bello par erat.* Quis subæratum hoc non agnoscit?

Et vt proditionis ira in Flauianum incubuit.] Defectus est, & notaui Sup- Ibidem b
ples. *Et vt proditionis reum, ira in Flauianum.* Non tibi, non codici tuo, post tot fraudes fides.

Sed vbi totis castris in fama proditio.] Tuus liber: *Castris rei fama dicta.* Pag. 371. c
Liber, an librarius?

Multa cum strage incesserat contatio.] Olim volui, *tentatio:* nunc vulgatam Pag. 375. c
teneo, sed aliter à te explico, ac distinguo: *Multa cum strage, incesserat contatio.* Id est, strage & clade acceptâ, iam segnities & contatio accedebat. Pichena & similiter, & aliter: *Prosternerent multâ cum strage. Incesserat contatio.*

Nobili gaudio Blæsum visendo.] Diuinabam, *notabili*: nec editum tamen Pag. 379. a
spernens. Nam *Nobile gaudium* interpretêre, quod nosci facilè potest, & se prodit. Tuâ autem lectione, *vili gaudio*, quid vilius?

De numero seruorum, electione lictorum loqui.] Feci, *litorum*, & explicaui. Pag. 385. a
Tu, *libertorum.* Non videtur, cùm de seruis dictum: & quis libertos ei adimeret?

AD LIB. IV.

IAM fatigor: & tædium etiam capit recenſendi tam aſſiduas & pares nugas. Nam, vt Græci dicunt, * πάντα μία κόνις. Itaque tranſeo quædam: hoc ſubnoto,

* Omnia idem puluis.

Pag.407.c *Ex funere reip. raptis conſularibus ſpolijs, ſeptuagies* HS. *ſignatus.*] Quídni placuerit, & placeat, Faërni coniectura, *ſaginatus*? Veriſſima eſt: & ſpernimus vulgare & iacens tuum, *ditatus.*

AD LIB. V.

Pag.425.a PRIMO *cuius auxilio credentes, præſentes miſerias pepuliſſent.*] Vocem, *credentes*, eieci: & ante ſæcula aliquot Otho Friſingenſis: in quo ſic legas. Sed nec ita locum à vitio purum præſto. Tu facis, *præſentes miſerias pertuliſſent*: quid iam? in eodem luto.

Pag.428.a *Inde vulgatum, nullà intus Deûm effigie, vacuam ſedem, & inania arcana.*] Culpas, quòd *Lipſius hîc Tacitus*: vtinam & tu eſſes, in re clarâ! Sed ſomnium narras: *nullas intus Deûm effigies, vacuam ſed ædem.* Purga te flumine.

Pag.430.b *Suam illic victoriam Germanis obſtitiſſe.*] Ego verò hæc non damnaui aut damno, facili & obuio ſenſu: atque etiam bono. Te damno mutantem, id eſt peruertentem: *Suæ illic victoriæ Germanos obſtitiſſe.* Quid ergo? ego tantùm monui, & addubitaui, quòd in opt. codice, *Materiam*, pro *Victoriâ*, repperiſſem. Sed iam ô bonum factum!) finis tui Epuli: quid ſupereſt? bellaria quædam & ſcitamenta è libellis ſubiunctis.

DE MORIB. GERMAN.

Pag.442.a GERVNT *& ferarum pelles proximi ripæ neglegenter, vlteriores exquiſitiùs, vt quibus nullus per commercia vſus.*] Valdè hîc æſtuas, & tecum (nam ego ſilui) diſputas: etſi Lipſio tamen, animi
» cauſsâ, aduocato. *Ideóne*, inquis, *vlteriores exquiſitiùs vtuntur*
» *pellibus, quia nullis commercijs gaudent? Contrarium verò ſimilius, ob pellium*
» *ſelectum. Itaque vnius characteris immutatione legamus. Vlteriores exquiſitiùs:*
» *at quibus nullus per commercia cultus, eligunt feras.* Legamus, inquis. Tu tibi, nobis vulgata firma & proba eſt: & explicamus. Proximi ripæ Romanæ, neglegenter pellibus ſe tegunt: quare? quia cultum & meliores iam veſtes à Romanis aut prouincialibus habent. Vlteriores exquiſitiùs: quare? cauſsâ ſimili, quia non alius, nec aliunde, eius cultus. Hoc hodieque verum eſt: & vlteriores Sarmatæ magis, & cum dilectu, pelliti.

Gens

Gens non astuta nec callida, aperit adhuc secreta pectoris licentiâ loci. Ergo detecta & nuda omnium mens, posterâ die retractatur.] Tu hîc sepia tuum atramentum effundis, & liquidam anteà aquam turbas. Legis: *aperit adhuc secreta pectoris. Licentia loci ergo detecta & nuda omnium mens.* Quæ tua hîc mens, nescio; vellem *detectam* magis & *nudam.* Vulgata clara. Gens per se se non astuta, nec tecta, magis reuelatur licentiâ conuiuiali, cùm Liber ille scilicet (sed Semeles filius, vt Becanus iocabatur, id est frumentarius) liberat soluitque curas, & —— *arcanum iocoso Consilium retegit Lyæo.* Ergo tunc deliberant, & audiunt sententias; sed sobrij retractant & decernunt. Pag.444.b

Reuerentius visum, de actis deorum credere, quàm scire.] Rotundè & fortiter. tu lacinià denormas & emollis: *scire velle.* Pag.447.c

AD AGRICOLAM.

NIL *nisi fluctus & saxa, & interiores Romani.*] Libri quidam, *inferiores:* ex quo Rhenanus & ego, *infestiores.* Tu autem corrigis: *& inter ea Romani.* Quo sensu? siles: nec ego dicam. Possim & vulgatam expedire: *Interiores Romani*: vt dicat, Ecce à latere & tergo, vndique extrorsum, fluctus & saxa sunt: introrsum, & ante nos, Romani. Necessitas igitur, & nusquam effugium. Pag.461.c

Nos integri & indomiti, & libertatem non in præsentiâ laturi.] Verum sensum aperuisse me censeo: in tuo tamen dissensu, qui legis: *libertatem in præsentiâ non laturi?* Interpretatio: *Nos indomiti libertatem nostram ferre, id est defendere non poterimus?* Nónne iure prædixi de bellarijs? ô suauem hunc lucunculum! *Ferre* pro *Defendere* tamen, quo exemplo defendis? Pag.462.a

Primo statim congressu vnde ostendamus.] Citas me iterùm & vadaris: *Adesdum Lipsi. Quid illa vox, Vnde, significat?* à Calepino, vnico doctore tuo, pete. *Quò refertur?* à me quidem aufertur: quem scis, aut scire debes, legere: *prima statim congressione.* Possis & interrogando: *primo statim congressu non ostendemus.* Tu nihil horum, sed è codice: *congressu abundè ostendamus.* Adspicienti haud prauum, inspicienti erit. Ibidem.

Et vix monitis coërcitum militem adhuc ratus.] Sententiam vidi, & expediui: tu diuersissimam, à meâ, imò à Taciti, quod quiuis tutæ mentis dicet. Legis: *& suis monitis coërcendum.* Ecce pugna instabat. & Agricola coërceat militem? imò exstimulet: quod oratio ipsa dicit. Pag.463.a

Miscere inuicem consilia aliqua, dein sperare.] Liber tuus: *consilia aliquando, sperare.* Ego aliquid in meis. Pag.464.c

Admiratione te potiùs, temporalibus laudibus, & si natura suppeditet, militum decoremus.] Cùm fassus essem, quod res clamat, maculosum & mutilum hunc locum: iste inclamat, *Vbi ingenium illud tuum admirandum Lipsi?* Pag.468.c

Lipsi? cuius face gloriaris te caligantes eruditorum oculos illustrare? De *ingenio* meo, respondeo: nec summum, nec imum esse. *Gloriari* autem eo me? falsum: cuicuimodi est, à Deo est; & in Deum refero, quidquid ab isto manat. *Illustrare me*: non abnuo. homo dare & accipere lucem, naturâ quærit: & ideò * φῶς Græci commodè dixerunt. *Eruditorum oculos*: hoc verò abnuo. iuuentuti labor noster consulit, & illam meliorem elegantioremque reddere, id studemus. Fecimus etiam, cum bono Deo dicam: & faciemus, quamdiu artibus istis pretium aut honos erit. Nam hoc audi. post me & te Luci, mea quædam legentur: & addam, diligentur. Sed tu iterùm ad me: *Adesdum*, inquis: *& Coronidis loco ex codice Mirandulano, ita legendum disce: Vt admiratione te potiùs, quàm temporalibus laudibus, & si natura suppeditet, tumulum decoremus.* Iam didici. felicem te ingenij & fortis, qui vbique * τρὶς ἓξ βάλλεις. Nullus aleator te sapientior. Sed dic, si placet, quid istud, *admiratione tumulum decorare?* Sublime, subtile. nos è vulgo non capimus. Atque hæc tu pro *Coronide*: eximia. Euge! & iam à me quoque coronam, an *Corollarium* hoc, cape.

* Lucem

* ter sex iacis.

DISPVNXIMVS enim, Luci, tuas NOTAS: etsi EXPVNGERE fortasse sapientius erat. sed tibi hoc dedimus, *ciui Romano*; & codici *Mirandulano*. Nomina venerationem, imò & terrorem, faciebant. Nunc detractâ laruâ cùm rem vidimus (da veniam veriuerbio) *Asinus est Cumanus*. Seriò id docuimus, etsi obiter & velut transeuntes: quid enim insisteremus, vbi nullum auctoritatum aut rationum vallum erat? Tu dixisse contentus, & Codicem adduxisse: ego reiecisse, sed cum ratiunculâ adiunctâ, aut alogiâ ostensâ. Interdum, imò sæpè, & ioci fuerunt siue dicta: quid indigneris? tu huic choreæ præsultor fuisti. Funem duxisti, nos secuti sumus: sed passu impari, & valdè subtitimus intra exemplum. Conuicia te delectarunt, nos ioculi; te lædere, nos ludere; te liuor, nos candor; & vno verbo, *contra Retiarium ferula fuit*. Hoc ipsum excuso, & deprecor tamen: ignosce. A more veteri est: quo triumphantes excipere & prosequi dictis siue cauillis, sollemni Romæ, tu *ciuis Romanus*, scis fuisse. Ergo fecimus. tu in curru sublimis, duxisti miserum Lipsium, victum & vinctum, ante ora populi: acclamauimus, plausimus, & miscuimus triumphales iocos. Amplius. tuo bono, seriò dico & profiteor, à me factum. Sicut vermes è dulcore & bellarijs nati, non nisi amariore pharmaco pelluntur: simile in istâ ingeniorum corruptelâ an lasciuia, quæ à suaui & blandiente illâ Philautiâ est orta. Defricare sale aliquo dictorum oportet, aloë interdum monitorum abstergere. Pone, pone, sodes, hæc externa: Italus sum, ciuis Romanus sum (beneficio, non origine, vt audio:) quid hæc ad nostram rem? Etiam Nero cùm certabat, Princeps humani generis, omnibus arenæ aut scænæ legibus examussim se aptabat: à te fiat. Sed illud maximè, vt te noris, & vires tuas, priusquam in æquum venias, libres.

Satin'

Satin' illud Pythagoræ examinasti, * μὴ θύειν ἄτερ ἀλφίτων? Instrumenta tibi sunt & apparatus, ad hanc litterariam censuram? Dubitare me facis: qui nusquam signum mittis eruditæ aut variæ alicuius lectionis. Quidquid dicis, idiotismi meri sunt, & de triuio sermones. Heus tu (iterùm liberè. neque nos salem tuum lingimus) ad te redi, & Fabij illud cogita: *Nihil esse peius ijs, qui paullum aliquid vltra primas litteras progressi, falsam sibi scientiæ persuasionem induerunt.* Sæpè aliàs, sed clarissimè in te, comperti sumus. Quid si verè sciens, imò & sapiens esses? sic petulanter & improbè alijs insultares? tibi vni iudicium omne & censionem vindicares? vel vna illa nota & characterismus non sapientis: cui proprium, demitti, & moderari. Sicut in segete spicarum vacuæ attolluntur, grauidæ & feraces inclinant: tale hîc est. Sapiens, inquam, ille se demittit & sustinet, & scit etiam alijs, & alibi, Deos esse.

* non sacrificare sine molâ.

Quamquam ego modestiam tuam hoc sermone vrgeo: & non es, non vis esse inter illos.

* —— Οὐχὶ καλὸν ὑπέρθιον ἁρπάσαι.

Scriptio tua te producit: & in hoc theatro mediocritatem tuam (vtinam & modestiam!) satis approbasti. Quid reliquum est? vt ad hanc (modestiam dico) te incitem atque horter, & siqui sunt ingenij tui huius præpetis & subuolantis. Audite me, siue Platonem potiùs: & qui rationem non vultis, capite auctoritatem. Ille scitè ait, *duas Ignorantiæ Species esse, Simplicem, Duplicémque. Priorem, cùm quod nescimus, non scire nos scimus: alteram* (verba eius ponam) ὅταν ἁμαθαίνῃ τις, μὴ μόνον ἀγνοίᾳ ξυνεχόμενος, ἀλλὰ καὶ δόξῃ σοφίας: *cùm aliquis ignorat, non ignorantiâ solùm implicitus, sed sapientiæ opinione. O malum!* inquit ille, *ô malorum maximorum causam!* Res ita habet, Luci: ab hac duplici inscitiâ, omnia vitia: sed maxima, ab istâ alterâ. caueamus, & quid simus, quid sciamus, quid scire possimus etiam, cogitemus. Pusilli & miseri! non passus aliquot attollimur supra hanc terram: & digito cælum tangere iam videmur. Tu peccasti, qui ad Criticam, & ad Tacitum, te dedisti. Asperum mare! scaphula tua non est ad enauigandum. Neque enim lectione solùm, & doctrinâ multâ ac miscellâ opus; sed sagacitate quadam ingenij; sed felicitate etiam dicam.

* Nõ etenim supra vires iactare decorum est.

* Οὐ γάρ πω πάντεσι θεοὶ φαίνονθ' ἑναργεῖς.

* Non etenim dini præsentes omnibus adsunt.

Desine, desine:

* Φίλει δὲ σιγᾶν, ἢ λέγειν τὰ καίρια.

* Ama silere, vel decora proloqui.

Sed & alterum peccatum. cùm dedisti, petulanter & proteruiter te habuisti. Quid opus in me sic vltrò & ex superuacuo incurrere? quid velut è plaustro conuicia iacere? Hæc non sunt compositæ mentis, aut verè Musici hominis: sed illorum, vt cum poëta dicam,

* —— Οὓς ἐδίδαξαν ἀεισεφὲ γράμματα Μοῦσαι.

* Quos litteratas Musæ docuêre sinistras.

Age, errauerim alibi, extra viam iuerim: verberes me potiùs, quàm reducas? Conditionis tuæ & meæ, id est publicæ, memento. pauca, adeò non omnia, homines scire nati sumus: nec firmiter scire.

* —— ἁμαρ-

Lib. IX. De Legib.

* —— ἁμαρτωλὸν γὰρ ἐν ἀνθρώποισιν ἔπος).

* i humano generi error concomitatur.

Fruſtrà volumus omnia ad liquidum perducere, & * ἀξονυχίζειν: aut homo, aut ætas alia, aliud ſuggeret & docebit. Sit velut ex ære collato hoc conuiuium: benignè & comiter quiſque ſuum conferat: liuor iſte & detractio exſulent, imò auxiliemur inuicem & iuuemus. Quàm bellum, quàm vtile hoc eſſet! Ego in Tacitum, alius Suetonium aliquid contulit, & vulgauit publico bono: cur, ſiquid tu præterea repperiſti, non communicas, eodem fine? ſicubi erraui, cur non comiter admones, atque id priuatim? Abſentes ſumus: ſed litterarum etiam commercia nos iungunt. Philippus olim Macedo, verè magnus inter reges, cùm ſederet & ſub haſtâ captiuos venderet; fuit qui proclamaret, *Paternus tuus amicus ſum, ô Philippe.* Iuſſit accedere, aurem præbuit: ille inſuſurrauit, *Demitte veſtem, ſodes, nam indecorè ſic ſedes.* Philippus optimè accepit, ſtatim dimitti liberum iuſſit, & *Verè*, inquit, *hic mihi amicus erat.* O tales nobis ſint, qui pudenda aliqua aut pœnitenda noſtra tegant, non reuelent! Tot annos iam in ſermone & ſcriptis, pro meo captu & copiâ, doceo iuuentutem: ſeneſco, &

* Nunc vita noſtra ſpectat ipſam veſperam.

* Ἤδη μοὶ ὁ βίος ἑσπέραν ἄγει:

date hanc veniam, ſi non præmium, vt quieto mihi abire liceat ad æternam illam (ſic voueo) quietem. Sed deſino: te ſaluere & ſapere cupio, mi Luci.

APPROBATIO.

DISPVNCTIO *iſta Notarum Mirandulani Codicis ad Corn. Tacitum, digna prælo viſa eſt, quòd & nouam ſubinde lucem Tacito adferat, & iuſtam Juſti LipsI defenſionem contineat.* 3. *Iunij.* 1602.

Guilielmus Fabricius Nouiomagus, Apoſtolicus ac Archiducalis librorum Cenſor.

IVSTVS

IVSTVS LIPSIVS
BALTHASARI MORETO SVO
S. D.

TV verò lætus audis de responso, quod paraui: quid tamen alij? inhibent, & in ipso cursu sistunt. Negant mereri hominem aut scriptum: negant ex decoro aut vsu fore, vt cum talibus contendam. Dicere aliquid, fateor: & nisi opera iam sumpta esset, fortasse deliberarem. Sed cùm omnia exputo, profectò coërcenda hæc lasciuia est, quæ nimis impunè sic exsultat. Languorem meum sciunt, & modestiam etiam: itaque tutò calcare & insultare se censent. Vsque patiar? imò semel ostendam petulantes istos barbam vellere languido, sed non mortuo, leoni. Eat in lucem. etsi tenue scriptum, & cui vix argumentum vberius aut doctius disserendi. Notæ eius vsquequaque praua. & in eo peccauerim fortasse, quòd examinauerim, & singulas censione sim dignatus. Nam vt siquis ignarus citharæ eam percutit, frustrà dicam, hîc aut ibi peccas, cùm æquè in omnibus: tale tibi adfirmo in isto esse. Misellus, Criticam ille tractet? inops ab omni litteraturâ, nec nisi, vt cum Sillographo dicam,

* —— Κενεῆς οἰήσεος ἔμπλεος ἀσκός.

* - Vanæ opinionis plenus vter.

Tamen vel sic respondendum censui, & singillatim. quid ita? pro quorumdam huius ævi ingenio, quibus

* —— Καὶ τὰ μὴ καλὰ καλὰ πέφυκ'.

* - Non pulchra, & pulchra videntur.

& placent quæ in Lipsium dicuntur, etiam cùm non placent. Quid iuuentuti? quid viris etiam, qui Tacitum aut nostra ignauè legunt, nónne consulendum fuit? Codici detracta auctoritas, nónne sic firmanda? videbatur. Nam pauci inquirunt, aut loca inter se comparant, nisi alio præeunte. Denique de immodestiâ meâ & incursu in alios quæ objcit, refellenda. Nam omnia mihi detrahi patiar, quàm hanc virtutem (modestiam dico) ingenitam, non adsumptam. Quam nec hîc migraui: etsi liberiùs aliquid aut facetiùs in istum dixi. Quídni in famæ nostræ hanc hirundinem? in istum Archilochum? sed tamen cum modo, & calor fortasse alibi appareat, non ira.

* Πρὸς σοφῦ γὰρ αἰσχύς ἐστιν σώφρονι διοργισθῆναι:

* Est sapientis exercere sobriam iracundiam:

ait Euripides. Inter alia autem conuicia Pædagogum me appellat. Silentio transmisi: quis popularium meorum nescit aliter? Benè honestéque nati & educati sumus, nec nisi ad publicam Professionem admoti: quæ, vt

vt ille ait, ornat potiùs omnem, quàm deſtruit dignitatem. *Hanc ſi ille* Pædagogiam *appellat: agnoſco, & glorior. ſum iuuenum, ſum virorum, ſum generis humani, voce & ſtilo, quidam Pædagogus. Sed omitto. vides & tu reſcripti mei cauſſas, etſi* Ad Lectorem *etiam prompſi. Hoc apud te amplius, tridui aut quatridui, & cum variâ interpellatione, hanc curam fuiſſe. Quid enim niſi loca Taciti mihi inſpicienda fuerunt? & hoc erat refutaſſe. Sapientes aut docti videbunt:* * Τὸν δὲ μωρὸν ὅτε πεῖσαι, ὅτε ῥῆξαι ἐστι. *Hem, omitto hoc etiam? bono mihi fuit iſta ſcriptio, & animus in eâ alacer, & in riſum ſapè traductus, corpus erexit & recreauit. Hallis fui, herè ſub noctem redij, hoc mane ſcripſi,* IV. *Idus Iunias* ∞.IↃ CII. *Vale mi Moret.*

* *Stultum nec ſuadere eſt nec rumpere.*

C. VELLEIVS PATERCVLVS CVM ANIMADVERSIONIBVS IVSTI LIPSI, QVAS POSTREMVM AVXIT ET EMENDAVIT.



ANTVERPIÆ,
EX OFFICINA PLANTINIANA
BALTHASARIS MORETI.
M. DC. LXVII.



I. LIPSIVS
THEODORO
LEEWIO V. C.
S. D.

ANTE biennium, cùm Velleium publicè legissem, visus sum multis digna luce dicere & cognitione etiam aliorum. Itaque hortati sunt vt colligerem, disponerem, ederem: quod feci, vt vides, in parte. Nam vt omnia quæ ad Historiam, Mores, Prudentiam, opportunè & vtiliter tunc diximus, adiungerem, visum non fuit: saltem illa, quæ nec prompta nimis aut obuia Lectori, & quæ ad medicinam potiùs Velleij facerent quàm ad splendorem. Non pauca enim nobis hîc & alibi, post viros eruditos & serios, obseruata: quæ tegi aut perire (liberè dicam) non sit è re litterarum. Et de aliis quidem aliàs videro: nunc Velleium hunc Paterculum iuuentus à me habeat: scriptorem veterem, industrium, disertum; & addo etiam fidum, nisi quâ Tiberij aspectus obstat, & cùm res tractat sui æui. Illîc declinauit, fateor, & neglexit, quæ Historiæ pes & caput est, Veritatem. Nos ignoscimus, in miserâ illâ & communi temporum seruitute: nec Heluidios omnes nasci posse aut Thraseas satis scimus. Quem postremum quòd toties me hortaris vt edam, sustine. non faciam temerè in hoc æuo, nec debet magnanimus ille vir iterùm perire à Calumniæ telo. Cuius aciem ita recenter sensimus, vt non iniuriâ abhorreamus à seriâ omni scriptione. Sed hæc omitto. Tu, Vir Clarissime, Velleium accipe tibi inscriptum, monumentum & testem fidi arctique inter nos amoris: quem sola Virtus, Eruditio, Prudentia tua genuit, aluit, seruauit. Vale. III. Nonas Ianuar. ∞. IↃ. XCI.

VELLEII NOMINA, GENVS, VITA, SCRIPTA.

PAVCA *de Velleio eiúsque ſcriptis prædicanda ſunt: ſed pauca, quia latet in turbâ illâ ſcriptorum priſci aui. Quis veterum eum nominat? præter Priſcianum, & ſi fortè Tacitum. qui* P. Velleium *agnoſcit* Præſidem exercitus, *vt opinor, in Macedoniâ. Sed ibi tamen* Publius *eſt, qui hîc* Caius: *nec argumentum ſatis firmum, quòd ſit hic ipſe. At Priſciano* Marcus *eſt. qui ex libro eius primo hoc adfert*: Nec minùs clarus eâ tempeſtate fuit Miltiadis filius Conon. *In Agellio etiam* Cn. Velleium *legas: ſed corruptè. Nam in libris ibi melioribus* Vellius *eſt*: *& tu ſcito* Gellium *reponendum, probum notúmque hiſtoricum priſci aui. Noſter hic natus equeſtri loco, vt videtur: maioréſque eius è Campaniâ. De auo paterno ita indicat:* C. Velleius honoratiſſimo inter illos CCCLX. iudices loco à Cn. Pompeio lectus, eiuſdem, Marciúque Bruti ac Ti. Neronis præfectus fabrûm, vir nulli ſecundus in Campaniâ. *Genus à matre, etiam indidem.* Multum, *inquit*, Minatij Magij ataui mei Aſculanenſis tribuendum eſt memoriæ: qui nepos Decij Magij Campanorum principis, celeberrimi & fideliſſimi viri. *Quæ ſanè decora ſtirps & vetus, ab nobili illo Decio Magio: in quam iterùm adoptione, niſi fallor, inſitus Velleij frater. Nam nominat eum* Magium Celerem Velleianum, Legatum Tib. Cæſaris *Delmatico bello. Ipſe Velleius* Tribunus militum in Thraciâ & Macedoniâ: *paullò pòſt* Præfectus equitum in Germaniâ, ſucceſſor officij patris ſui. *Deinde* finitâ equeſtri militiâ, deſignatus Quæſtor: *in Quæſturâ*, remiſsâ ſorte Prouinciæ, Legatus *Tiberij bello Pannonico. cuius etiam triumphantis currum* ipſi fratrique eius, inter præcipuos, præcipuiſque donis adornatos viros, comitari contigit. *Poſtremùm* ipſe fraterque eius deſtinati prætores, *primo Tiberiani imperij anno. An quos alios honores geſſerit, haud ſcio: ſuſpicor tamen de Conſulatu. quia apud Tiberium & Seianum magnus: & in Priſciani dicto loco, Liber vetus ſcribit:* M. Velleius Conſul. *Anne* Conſularem *voluit? Et ſanè ſi is eſt, qui apud Tacitum exercitui præſedit, probabile Conſularem fuiſſe. quia Legati exercituum plerique tales. Plura de vitâ non repperi: minùs de morte. quam*

animus

animus mihi dictat obiisse eum in strage illâ amicorum Seiani. Quídni ita credam, hominem tam amicum Seiano, & in hoc ipso libello publicum eius laudatorem, inter amicos fautorésque Seiani interfectum? profectò Tacitus & Dio auctores, rarum aliquem ex iis Tiberianæ sæuitiæ superfuisse. Scripta an alia reliquerit, ignoro. Iactat quidem & promittit non vno loco Iustæ Historiæ *volumina: sed an ediderit scripserítve, quis dicet? Nam quod Gesnerus in Bibliothecâ adnotat, VVolfgangum Lazium habuisse* De bello in Sueuos, *nugas arbitramur: sicut & Georgij Merulæ, qui de integro apud se Velleio sparsit, vanitatem ridemus ambitiosam.*

DE INDICE, ET MATERIE, ET NVMERO HORVM LIBRORVM.

EXSTANT libelli hi duo, nec toti: probi & fidi, donec ad Cæsarum res venias, vbi haud vsquequaque veri. Per adulationem enim multa celat, aut velat: imò & palàm aliter narrat. Diserti tamen vbique, & eloquentiâ quadam facili ac profluente. Titulus in iis hodie est: HISTORIÆ ROMANÆ AD M. VINICIVM COS. nec credo hunc probum esse, aut à Velleio. An hæc Historia? imò nec compendium propriè aut breuiarium historiæ, sed serie accuratâ temporum Chronicæ quædam Notæ. sic tamen, vt præcipua rerum, hominum, vrbium, misceat atque excerpat. An etiam Romana tantùm? mihi non videtur: & totum adeò priorem librum video occupari ferè in rebus Græcanicis atque externis. Quod magis diceremus, si integer ille exstaret. Itaque de Titulo ambigo: & damnare tamen magis gaudeo, quàm immutare. Materiem videamus. Rhenanus, qui primus auctorem hunc è Bibliothecâ Murbacensi bono publico protulit, censet: *Velleium ab vrbis primordio Romanam historiam omnem, admirabili compendio, duobus his voluminibus fuisse complexum.* Mirot virum doctum sic scribere. An ab vrbis exordio ille cœpit, qui palàm & ex professo multa sæcula recenset, ante eam cogitatam? qui alieniſſima miscet à Romanis rebus? Librum hunc primorem videto, & aliquis mihi negato. Quid ergo est? ego in sententia quam tetigi hæreo, Velleio propositum fuisse compendio & annorum ordine complecti res notarum gentium & noti æui. Cœpisse eum à Troianis temporibus, aut circà, & pertexuisse vno filo ad Consulatum hunc M. Vicinij: id est annum Vrbis DCCLXXXII. Tiberiani autem imperij XVI. Clarum argumentum ex primordio ipso quod nunc est libelli: vbi casus & res eorum qui à Troia redierunt. Sed plura intercederunt, cùm hîc tantùm Græcorum casus: non etiam Troianorum, atque adeò nec ipsius Æneæ: quem omittere certè non potuit, auctorem & caput Romanæ stirpis. Sed hæc talia, quæ & vbi deesse videantur, in locis suis adnotabo. Nunc de Numero quid censemus? Libelli duo sunt, ex Rhenani, aut codicis eius, diuisione. sed diuisione herclè parum scitâ aut æquabili, siquis copiam molemque rerum videat, quæ perierunt. An in vnum & priorem librum includeris, quæ à capite omnia desunt de Græcis à Troiâ redeuntibus & variè sparsis? quæ posteà de Antenore, aut Ænea? quæ de Latij & Albæ regibus? quæ de ipsis regibus Romanorum? imò quæ de Consulibus aut Tribunis militum, vsque ad bellum Numantinum? Nam hæc omnia (vt illa quidem partitio est) necessariò habuerit liber vnus primus. Non potest ô Lector: & profectò plures in priore libro libri, si seriò examinas & attendis. Quod ipsum vt in Notis meis facias, quas adtexam, te rogo.

Ve ad vbi eius Lectorem.

IANI DOVSÆ FILII
AD
IVSTVM LIPSIVM
VIRVM CLARISS.
DE
VELLEIO RESTITVTO
CARMEN.

HOC veterum in caſtris ritus habuere Quiritum;
Caſurum cuius potuiſſet dextera ciuem
Eripuiſſe neci, & nigrum producere Parcæ
Stantis in exitium ſtricto iam forſice ſtamen,
Tempora Chaoniæ frondis velaret honore.
Millia at infernas cui plurima miſſa ſub vmbras,
Qui domitum impoſitis pedibus calcauerat hoſtem,
Templa triumphali conſcenderet aurea curru.
Quòd merces ſi tanta hominem ſeruantibus vnum,
Aut multos mactanti hoſtes, quæ ciuica, LIPSI,
Aut quales tua penſabunt benefacta coronæ;
Qui totâ illuſtres animas iam pænè ſepultas
Ereptas fatis medio reuocaueris Orco;
Muſarúmque hoſtes, quorum Ignorantia princeps,
Sic cum Barbarie noſtro procul orbe fugaris?
Te cingat muralis honos, tua tempora mille
Circumeant quercus, totidem decorere triumphis;
Virtutis tantæ ſuperabit præmia virtus.
Plus longâ ſoluiſſe fuit caligine ſæcla,
Quàm captos niueis Reges egiſſe quadrigis;
Et plus reſtituiſſe omnes tibi, Roma, triumphos,
Quàm ſemel aurato inuectum Capitolia curru.
Quantumuis aliquis Phrygiâ Syriáve petitos
Oſtentet lapides, totámve implerit arenam
Spectatis non antè feris, tua gloria maior
Impleuiſſe rudem Romanis artibus orbem.
Hic picturatis ſplendentia marmora venis
Rettulit, auratáſve trabes, oſtrúmve renidens.
Ille riumphatât ſpirantia ſigna Corintho,

Æraq́ ab Isthmiacis auro potiora fauillis
Vexit ouans; primus Scythicis hic fructibus hortos
Instruxit Latios, ast illi Phasidos vnda
Orbata est auibus; portauit robora quidam
Longinqui nemoris, sectosq́ Atlantide syluâ
Imposuit niueis barrorum dentibus orbes.
Tu Latio aduexti nostra hæc in sæcula princeps,
Quod gemmas, quod ebur, quodq́ æra Corinthia vincat.
Tu Circi lusus, & luxuriantis arenæ
Delicias, Cilices & olentia pulpita nimbos,
Ipsáque das oculis nostris visenda Theatra;
Amphitheatrales quamuis superantia pompas
Edere virtutis plus sit spectacula priscæ.
Hinc veteres rediere viri, neglectaq́ longùm
Nomina, Marcelli, Decij, Fabijq́ animæq́
Prodigus ingentis Paullus, fortésque Camilli,
Et Bruti fasces; Trebia & Thrasymenus & Alpes,
Cannensésque animæ referunt solatia mortis
Sic potuisse mori, latitans obscurus in vluâ
Attollit cælo Marius caput; vt taceam acta
Romula, quæ narrat Tacitus, morésque Neronum,
Germanásque acies, sæterit quam sæpè cruentus
Rhenus, & Arctoi sudarint sanguine campi:
Omnia quæ ingenij si non face collustrasses
Térque quatérque tui, quantâ sub nocte iacerent?
Singula quid memorem? satis hoc, qui pumice tersus
Lipsiaco populi gaudet prodire sub ora
Cultior, & vires senio vernante resumit,
Vel solus poterit VELLEIVS *dicere: narrans;*
Qui primùm populi, quando circumflua Ponto
Insula cœpta coli quæuis; quæ mœnia aratro
Descripta, aut quibus excultus primùm vrbibus orbis:
Additur, ingenium magni quo effulserit æuo
Mæonidis, cuius viuo de flumine vatum
Tota cohors duxit largos in carmina riuos.
Quis primùm Eleo raptarit puluere currus,
Singula transacto celebrans sollennia lustro.
Quæ quotiésque nouos deducta colonia ciues
Ceperit, impresso signassent mœnia sulco
Quum priùs, æratoq́ ruissent vomere terram.
Nec non Historicum passim vatumq́ recenset
Ætates, quæq́ ars & quo celebrata sit æuo;
Hinc quantus furor in campo, Gracchiq́ tumultus;

Luxuriam inde refert ſpoliorum, & molibus æquor
Expulſum inſanis, ac rurſus in arua receptum;
Namque quid aut Perſen, debellatúmque Philippum;
Cimbrorum aut referam clades, & vincla Iugurthæ,
Tigranem, Mithridatem, & claſsica Martis Eoi?
Quid ciuile nefas, aut quid te Cæſaris atque
Fortunæ, Cato, victorem, Brutúmque, ratéſque
Actiacas, Cleopatræ animos, & cetera narrem?
Omnia quæ gyro noſter ſic claudit in arcto,
Vt tamen haud trito narrantum more ſequatur
Plana modò, ceu qui ſummo vaga retia ducit
Æquore, nec fundo prædam rimatur in imo:
Sed dubia enodans & inobſeruata recludens,
Quidquid in hiſtoriâ pulchrum rarúmve notaſſet,
In medium exponit. quæ quamuis omnia rurſus
Inuida obumbrarant effati obliuia ſæcli;
Ille decor, VELLEIE, *tamen tibi munere* LIPSI,
Ille acceſsit honos, quem nec tua ſæcula quondam
Ipſa habuere tibi, vt fama iam nominis alti
Extremam Calpen & Gangis littora tranes.

A

C. VELLEII PATERCVLI HISTORIÆ ROMANÆ AD M. VINICIVM COS. LIBER PRIMVS.

***[1] tempestate distractus à duce suo Nestore, Metapontum condidit. Teucer, non receptus à patre Telamone, ob segnitiam non vindicatæ fratris iniuriæ, [2] Cyprum appulsus, cognomine patriæ suæ Salamina constituit. Pyrrhus, Achillis filius, Epirum occupauit; [3] Philippus Ephyram in Thesprotiâ. at rex regum Agamemnon, tempestate in Cretam insulam reiectus, [4] tres ibi vrbes statuit, à patriæ nomine vnam, à victoriæ memoriâ, Mycenas, Tegeam, Pergamum. idem mox, scelere patruelis fratris Ægisthi, hereditarium exercentis in eum odium, & facinore vxoris oppressus, occiditur. [5] regni potitur Ægisthus per annos VII. hunc Orestes, matremque, cum sociâ consiliorum omnium sorore Electrâ, virilis animi feminâ, obtruncat. factum eius à diis comprobatum, spatio vitæ, & felicitate imperij apparuit: quippe vixit annis XC. [6] regnauit LXX. qui se etiam à Pyrrho, Achillis filio, virtute vindicauit. nam quòd pactæ eius, Menelai atque Helenæ filiæ Hermiones nuptias occupauerat, Delphis eum interfecit. Per hæc tempora Lydus & Tyrrhenus fratres cùm regnarent in Lydiâ, sterilitate frugum compulsi, sortiti sunt, vter cum parte multitudinis patriâ decederet. sors Tyrrhenum contigit. peruectus in Italiam, & loco, & incolis, & mari nobile ác perpetuum à se nomen

Metapontus condita.
Salamin.
Ephyra.
Mycena.
Tegea.
Pergamus.
Rex Ægisthus.
Orestes.
Pyrrhi cades.
Tyrrhenus Italiam venit.

B

C

ANIMADVERSIONES.

1. TEMPESTATE DISTRACTVS.] *Quid Græci Troiâ redeuntes passi sint aut fecerint, narratio fuit: quæ opida condiderint, aut vbi fixerint sedes. De quo tamen propriè hoc initium? Credo de Epio. quò trahit me Iustinus lib.* XXI. Metapontini in templo Mineruæ ferramenta, quibus Epius, à quo conditi sunt, equum Troianum fabricauit, ostentant. *Et facit Aristoteles in admirandis:* Ἐγγὺς Μεταποντίου Ἀθηνᾶς ἱερὸν εἶ φασὶν, ἔνθα τὰ τοῦ Ἐπείου λέγουσιν ὄργανα ἀνακεῖσθαι,* ἃ εἰς τὸν Δούρειον ἵππον ἐποίησεν. *Strabo simpliciter tamen dixit* Pylios Metapontum condidisse. *Stephanus aliíq;* Metabum *nominarunt. de quo ipse quin hæc capere possis, non nego.*

D

2. CYPRVM APPVLSVS, COGNOMINE (*scribo* COGNOMINEM) PATRIÆ SVÆ SALAMINA.] *Apud Græcos Latinósque passim hæc historia. Illud notâ non indignum, tempore Isocratis, Teucri genus adhuc fuisse in Cypri regno. In Euagora:* Τεῦκρος δὲ, ἐπειδὴ Τροίαν συνεξεῖλεν, ἀφικόμενος εἰς Κύπρον, Σαλαμῖνά τε κατῴκησεν ὁμώνυμον ποιήσας τὴν πρότερον αὐτῷ πατρίδος οὖσης, καὶ τὸ γένος τὸ νῦν βασιλεῦον κατέλιπε: Teucer verò, postquam vnà cum aliis Troiam cepisset, veniens Cyprum, Salamina ibi condidit, cognominem veteri suæ patriæ, & genus quod nunc ibi regni potitur reliquit.

3. PHILIPPVS EPHYRAM.] *Imò* Phidippus, *ex Homero: quod Aldus obseruauit. Corruptum idem nomen video in Diodori quinto Bibliotheces, & Strabonis extremo nono. cuius (Strabonis dico) locum totum sic lego:* Τὰς δὲ ἀπὸ Ἐφύρας τῆς Θεσπρωτίδος, ἀπογόνους Ἀντίφου καὶ Φειδίππου υἱῶν Θετταλοῦ τοῦ Ἡρακλέους, ἐπελθόντας, ἀπὸ Θετταλοῦ τοῦ ἑαυτῶν προγόνου τὴν χώραν ὀνομάσαι. *Quæ corrupta aut mutila vsque adhuc lecta.*

4. TRES IBI VRBES STATVIT, A PATRIÆ NOMINE] *In primogeniâ Rhenani editione (ea purissima, & sæpè nobis dux ad meliora) voculâ additâ legas:* Statuit, duas à patriæ nomine. *Vulgata sanè manca est. Sed quid hæc igitur sibi vult? Duplicem patriam fuisse Agamemnoni? de Mycenis fateor, & clarum est: de Tegeâ, quæ in Arcadiâ, quid ea ad Agamemnonem, nondum legi. Nam* Pergamum, *siue, vt Plutarchus in Lycurgo appellat* (Περγαμίαν) *certum est à victo Pergamo dictam.*

* Fortè οἷς τὸν

5. REGNI POTITVR ÆGISTHVS PER ANNOS VII.] *Homerus de hoc ipso Odyss.* III.

Ἐπτάετες δ' ἤνασσε πολυχρύσοιο Μυκήνης.

6. REGNAVIT LXX.] *Valdè dissentit Eusebianum Chronicon:* Mycenis post mortem Ægisthi Orestes regnauit annis XV. *Credo fuisse* LXV.

7. ANNO

Oresti filij. nomen dedit. Post Orestis interitum, filij eius, Penthelus & Tisamenus, regnauêre trien- A
Heraclidæ. nio. Tum, ferè [7] anno octogesimo post Troiam captam, centesimo & vigesimo, quàm Hercules ad deos excesserat, [8] Pelopis progenies, quæ omni hoc tempore, pulsis Heraclidis, Peloponnesi imperium obtinuerat, ab Herculis progenie expellitur. duces recuperandi imperij fuêre, [9] Temenus, Cresphontes, [10] Aristodemus, [11] quorum atauus
Athenæ liberatæ. fuerat. Eodem ferè tempore Athenæ sub regibus esse desierunt: quarum vltimus rex
Codrus. fuit Codrus, Melanthi filius, vir non prætereundus: quippe cùm Lacedæmonij graui bello Atticos premerent, respondissetque Pythius, quorum dux ab hoste esset occisus, eos futuros superiores; depositâ veste regiâ, pastoralem cultum induit; immistusque castris hostium, de industriâ, [12] imprudenter rixam ciens interemptus est. Codrum cum morte æterna gloria, Athenienses secuta victoria est. quis eum non miretur, qui
Medon. iis artibus mortem quæsierit, quibus ab ignauis vita quæri solet? Huius filius Medon primus

7. ANNO OCTOGESIMO POST TROIAM CAPTAM.] *Nota, firmandæ* * *sententiæ nostræ de capite & exordio scripti huius Velleiani. Nam manifestò computat à Troiâ captâ. Sed in numero annorum Strabo differt; qui lib.* XIII. *scribit* Pentilum in Thraciam venisse ἑξήκοντα ἔτη τῆς Τρωϊκῶν ὕστερον, ὑφ' αὐτὴν τῆς Ἡρακλειδῶν εἰς Πελοπόννησον καθοδον: sexaginta annis post Troica tempora, sub ipsum Heraclidarum reditum in Peloponnesum. *Itaque disertè ille vult, à Troiâ captâ ad hunc reditum annos esse inter tantùm sexaginta. A Velleio tamen, cùm alij Chronologi, tum vetus ille & industrius Christianorum Tatianus stat: qui notat* Homerum vixisse πρὸ τῆς Ἡρακλειδῶν καθόδου, μετὰ τὰ Τρωϊκὰ ἐνδοτέρω τῆς ὀγδοήκοντα ἐτῆς: ante Herculidarum reditum, post Troianas res paullò minùs annis octoginta. *Idem numerus in Plutarchi, De Homero. An igitur non scriptum Strabonis corrigendum sit, tu amice noster Causaubone, qui serius illi medicus, vide.*

* In Præmissis ad Lectorem.

8. PELOPIS PROGENIES AB HERCVLIS PROGENIE EXPELLITVR.] *Hoc illud celebre tempus quod crebrò in antiquis Chronicis quasi nota & character temporum signatur.* Reditus Heraclidarum. *Atque ab eo initium plerique faciunt historiæ veræ. Diodorus lib.* IV. Ἔφορος ὁ Κυμαῖος Ἰσοκράτους ὢν μαθητὴς, ὑποσπάμενος γράφειν τὰς κοινὰς πράξεις, τὰς μὲν παλαιὰς μυθολογίας ὑπερέβη, τὰ δὲ ἀπὸ τῆς Ἡρακλειδῶν καθόδου φραχθέντα συνταξάμενος, ταύτην ἀρχὴν ἐποιήσατο τῆς ἱστορίας, Ὁμοίως δὲ τούτῳ Καλλισθένης καὶ Θεόπομπος, καὶ τὴν αὐτῶν ἡλικίαν γεγονότες, ἀπέστησαν τῆς παλαιῶν μύθων. Ephorus Cumanus, Isocratis discipulus, cùm res publicè gestas scribere instituissel, veteres quidem fabulationes omisit; illa verò quæ ab Heraclidarum reditu facta, colligens, hoc initiũ fecit historiæ suæ. Callisthenes & Theopompus, qui eodem æuo vixerunt, pariter vt ipse abstinuerunt à priscis fabulis. *Varro paullò aliter tamen tempora in hunc finem discernit apud Censorinum, c.* XXI. Varro, *inquit*, tria discrimina temporum esse tradit. Primum, ab hominum principio vsque ad Cataclysmum priorem: quod propter ignorantiam vocatur Adelon. Secundum, à Cataclysmo priore ad Olympiadem primam; quod, quia in eo multa fabulosa referuntur, Mythicon nominatur. Tertium, à prima Olympiade ad nos, quod dicitur historicum: quia res in eo gestæ veris historiis continentur.

9. TEMENVS.] *Quia hic maximus natu, & princeps recensetur: factum vt ipsi tota res tribuatur, aut eius posteris. Tertullianus de pallio, cap.* 11. Sic & Herculea posteritas, qui Temeno pariter Peloponnesum occupando producunt. *Id est, vnà cum Temeno simúlque. Idem corrigendus, de Animâ, capite* XXX. Glorioso quique occupant terras, vt Scythæ Parthicas, vt Menidæ Peloponnesum. *Legendum*, vt Temenidæ. B

10. ARISTODEMVS.] *Ergóne ipse Aristodemus inter duces? Ita velle Velleium appâret: etsi in dissensu obstinato aliorum scriptorum. His traditum, Aristodemum dum apparatur reditus, fulmine tactum periisse. in eius locum liberos venisse, Eurysthenen & Proclem. Apollodorus talium rerum diligens* 11. *Biblioth.* Ἐκεῖ δὲ ὄντος τῷ στρατεύματος, Ἀριστόδημος κεραυνωθεὶς ἀπέθανε, παῖδας καταλιπὼν δίδυμους, Εὐρυσθένη καὶ Πρόκλεα: Ibi cùm exercitus Heraclidarum esset (*Naupacti, scilicet*) Aristodemus fulminatus occidit, filios geminos relinquens, Eurysthenen & Proclem. *Eadem aut similia Pausanias in Corinthiacis, atque alij. Quis à Velleio? damnabam: sed manum calculúmque tenuit Herodotus. qui Spartanos ipsos docet fuisse in eadem hac cum Velleio mente, etsi contra scriptorum vulgus. Ille lib.* VI. Λακεδαιμόνιοι γὰρ, ὁμολογέοντες ἄδεν τοῖσι ποιητῇ, λέγουσι αὐτὸν Ἀριστόδημον τὸν Ἀριστομάχου τοῦ Κλεοδαίου τοῦ Ὕλλου βασιλεύοντα ἀγαγεῖν σφέας ἐς ταύτην χώρην, τὴν νῦν ἐκτέαται, ἀλλ' οὐ τοὺς Ἀριστοδήμου παῖδας: Lacedæmonij nemini poëtarum assentientes, tradunt ipsum Aristodemum, qui Aristomachi, qui Cleodæi, qui fuit Hylli, regnantem eos reduxisse in hanc regionem quam nunc obtinent: non autem ipsos Aristodemi liberos. *Ergo benè & ex reconditâ sententiâ Velleius.* C

11. QVORVM ATAVVS FVERAT.] *Distinctio interponenda*; Aristodemus, quorum. *Nam quem ait fuisse atauum? ipsum Herculem. Stemma tale. Hercules Hyllum genuit, hic Cleodæum, hic Aristomachum, hic Temenum, Cresphontem, Aristodemum. Ex Herodoto suprà, aliísque.*

12. IMPRVDENTER RIXAM CIENS INTEREMPTVS EST.] *Ille imprudenter? imò deditâ operâ & studiosè rixam ciuit. Sed tu verba interpunge, sententiam & te expedies:* Imprudenter, rixam ciens, interemptus est. *Vult interemptum imprudenter, & ab hostibus ignaris eum esse regem. Quod verum est.* D

13. IN-

A primus Archon Athenis fuit. ab hoc posteri apud Atticos dicti Medontidæ. sed ij, insequentesque Archontes, vsque ad Charopem, dum viuerent, eum honorem vsurpabant. Peloponnesij, digredientes finibus Atticis, Megaram, mediam Corintho Atheniscque vrbem condidêre. eâ tempestate & Tyria classis, plurimùm pollens mari, in vltimo Hispaniæ tractu, in extremo nostri orbis termino [13] insulam circumfusam Oceano, perexiguo à continenti diuisam freto, Gades condidit: ab iisdem post paucos annos in Africâ [14] Vtica condita est. Excluſi ab Heraclidis Orestis liberi, iactatique cùm variis casibus, tum sæuitiâ maris, quintodecimo anno [15] sedem cepêre circa Lesbum insulam. Tum Græcia maximis concussa est motibus: Achæi, ex Laconicâ pulsi, eas occupauêre sedes, quas nunc obtinent: [16] Pelasgi Athenas commigrauêre: acerque belli iuuenis, nomine Thessalus, natione Thesprotius, cum magnâ ciuium manu, eam regionem armis occupauit, quæ nunc ab eius nomine Thessalia appellatur, anteà Myrmidonum vocitata ciuitas. quo nomine, mirari conuenit eos, qui, Iliaca componentes tempora, de eâ regione vt Thessaliâ commemorant. quod cùm alij faciant, Tragici frequentissimè faciunt. quibus minimè id concedendum est. nihil enim ex personâ poëtæ, sed omnia sub eorum, qui illo tempore vixerunt, dixerunt. quòd si quis à Thessalo, Herculis filio, eos appellatos Thessalos dicet: reddenda erit ei ratio, cur numquam ante hunc insequentem Thessalum ea gens id nominis vsurpauerit. Paullò antè [17] Haletes, sextus ab Hercule, Hippotis filius, Corinthum, quæ anteà fuerat Ephyre, clauſtra Peloponnesi continentem, in Isthmo condidit. Neque est, quod miremur ab Homero nominari Corinthum. nam ex personâ poëtæ & hanc vrbem & quasdam Ionum colonias iis nominibus appellat, quibus vocabantur ætate eius, multò post Ilium captum conditæ. [18] Athenienses in Eubœâ Chalcida, Eretriam colonis occupauêre; Lacedæmonij in Asiâ Magnesiam. Nec multò pòst Chalcidenses, orti, vt prædiximus, Atticis, Hippocle & Megasthene ducibus, [19] Cumas in Italiâ condiderunt. huius classis cursum esse directum alij columbæ antecedentis volatu ferunt, alij nocturno æris sono,

Megara condita. *Gades.* *Vtica.* *Achæi.* *Pelasgi.* *Thessalia.* *Corinthus.* *Chalcis.* *Cumæ.*

C [20] qualis

13. INSVLAM CIRCVMFVSAM OCEANO.] *Hæc verò mira, si Tyria classis insulam condere potuit: quod nos scimus vnius esse à quo omnia condita. Atqui sententia ea necessariò in his verbis. Rescribo:* insulâ circumfusâ: *& pariter,* diuisâ. *Nam ista mens. opidum Gades conditum in insulâ Oceano circumfusâ.*

14. VTICA CONDITA.] *Iustinus libro* XVIII. Tyrij, missâ in Africam iuuentute, Vticam condidêre. *Mela*: Vtica & Carthago ambæ inclytæ, ambæ à Phœnicibus conditæ.

15. SEDEM CEPERE CIRCA LESBVM.] *Obhæreo. Ambigua & ἀόριστος ista scriptio, Capere locum circa Lesbum. Vbi? in ipso mari? aut quin igitur nominas & designas? An à stili acumine subsistam, & rescribimus?* sedem cepêre circa Lesbum insulas? *Insulas, inquam, multitudinis numero: & sunt sanè plurimæ illic, etiam eæ quas ἑκατονν ήσους appellarunt, etsi vicenas numero, aut, vt alij, quadragenas. Tentabam etiam:* sedem cepêre Lesbum insulam. *electâ voculâ, & id valdè volebam: sed renuunt scriptores, quorum nemo mihi auctor de occupatâ ab Orestis liberis Lesbo. Etiam Pausanias de locis circa Lesbum renuit: qui vult in Corinthiacis,* Tisamenum cum suis copiis in partem Græciæ deueniſſe, quæ nunc Achaia dicitur. *Imò idem libro* VII. *initio, periisse eum in Achaiâ narrat, prælio cum Ionibus, & in Helice sepultum. Itaque & nepotes Orestis in eâdem Achaiâ collocat, eodem lib.* VII.

16. PELASGI ATHENAS COMMIGRAVERE.] *Dionysius* I. *Antiquit. accuratè casus & sedes Pelasgorum exsequitur, sed aliâ omni parte quàm in Atticâ eos ponit. Etiam Strabo, libro* V. *nisi quòd idem (pro Velleij mente) addit:* Historiæ Atticæ scriptores ita Pelasgorum meminisse, vt qui etiam Athenis fuerint, & eos quia vagi fuerint auium modo πελάργους dictos. *Pausanias pariter lib.* I. *Athenis eos inhabitasse vult ipsam arcem.*

17. HALETES, SEXTVS AB HERCVLE.] *Sine circumductione vt loquar, falsum hoc est: nisi alij scriptores falsi. Pausanias lib.* II. Ἁλήτης Ἱππότου τοῦ Φύλαντος τοῦ Ἀντιόχου τοῦ Ἡρακλέους. *Apollodorus totidem pænè verbis:* Ἱππώτης τοῦ Φύλαντος τοῦ Ἀντιόχου τοῦ Ἡρακλέους. *Quid dicemus?* quintum *reponi debere, sicui tamen tanta sunt* λεπτολογήματα *hæc Græcorum.*

18. ATHENIENSES IN EVBOEA CHALCIDA, ERETRIAM.] *Strabo conditionem earum vetustiorem facit, lib.* X. Ἀμφότεραι, *inquit,* πρὸ τῆς Τρωϊκῶν ὑπ' Ἀθηναίων ἀποίκους λέγονται: Vtraque (*Chalcis & Eretria*) ab Athenienſibus ante Troiana tempora condita perhibetur.

19. CVMAS IN ITALIA CONDIDERVNT.] *Quod ad Chalcidenses solos Velleius refert, alij etiam cum Eretriensibus communicant. Dionysius l.* VII. *& Solinus. Strabo pro Eretriensibus substituit Cumanos. Sed hanc varietatem in re cascâ & tenebris æui obsitâ non miror: miror quid ita Eusebij Chronicon prodat:* Mycena condita in Italiâ, quæ nunc Cumæ. *An* Misenum *reponimus? sed diuersum id à Cumis. Hæreo, & porrigo herbam.*

20. QVA-

Neapolis. [20] qualis Cerealibus sacris cieri solet. Pars horum ciuium magno pòst interuallo [21] Neapolim condidit. vtriusque vrbis eximia semper in Romanos fides, facit eas nobilitate atque amœnitate suâ dignissimas. sed aliis diligentior ritus patrij mansit custodia: Cumanos Osca mutauit vicinia. Vires autem veteres earum vrbium hodieque magnitudo ostentat mœnium. Subsequenti tempore magna vis Græcæ iuuentutis, abundantiâ virium sedes quæritas, in Asiam se effudit. nam & [22] Iones, duce Ione profecti Athenis, nobilissimam partem regionis maritimæ occupauêre, quæ hodieque appellatur Ionia; vrbesque constituêre, Ephesum, Miletum, Colophona, Prienen, Lebedum, Myuntem, Erythram, Clazomenas, Phocæam; multasque in Ægæo atque Icario occupauêre Insulas, Samum, Chium, Andrum, Tenum, Pharum, Delum, aliasque ignobiles. Et mox Æolij, eâdem profecti Græciâ, longissimisque acti erroribus, non minùs illustres obtinuerunt locos; clarasque vrbes condiderunt, Smyrnam, Cymen, Larissam, Myrinam, Mitylenemque, & alias vrbes, quæ sunt in Lesbo insulâ. Clarissimum deinde Homeri illuxit ingenium, [23] sine exemplo maximum; qui magnitudine operum, & fulgore carminum [24] solus appellari Poeta meruit. in quo hoc maximum est, quòd [25] neque ante illum, quem ille imitaretur, neque post illum, qui eum imitari posset, inuentus est. neque quemquam alium, cuius operis primus auctor fuerit, in eo perfectis-

Ionia.

Homerus.

A

B

20. QVALIS CEREALIBVS SACRIS CIERI SOLET.] *Non quia æs pulsum in Cerealibus tantùm sacris. id falsum: & ecce*

Cymbala Thebano concrepuere Deo.

Item:

Nocte sonat Rhodope tinnitibus æris acuti:

Vt omittam Isidis & Ægyptiaca sacra cum suis sistris. Arnobius etiam vniuersè: Vos æris tinnitibus & tibiarum sonis persuasum habetis deos delectari & affici. *Cur ergo Cerealia eximiè nominat? quia de* nocturno æris sono *sermo est. & sacra illa noctu: idq; cum clamore & clangore. Iustinus lib.* 11. Iussis matronis solito clamore ac strepitu, etiam in accessu hostium, sacra (*hæc Cerealia*) celebrare.

21. NEAPOLIM CONDIDIT.] *Imò Palæpolim priùs. Liuius lib.* VIII. Palæpolis erat haud procul inde, vbi nunc Neapolis est. Duabus vrbibus idem populus habitabat. Cuius erant oriundi.

22. IONES, DVCE IONE.] *Satin' in hac narratiuncula, ô Vellei,* Φρένες *tibi* ἔμπεδοι? *non videntur. Ionem ducem tu coloniæ huius facis: atqui Auctoritas te oppugnat, & Ratio ipsa. Auctoritas, magnorum ecce testium: qui à Nileo, Androclo, & Codri filiis coloniam hanc constanter asserunt deductam. Strabo libro* VIII. Μετὰ τοὺς Κοδριδῶν ἔσχειλαν ἡ Ἰωνικὴν Ἀποικίαν εἰς τὴν Ἀσίαν: Vnâ cum Codri filiis miserunt Ionicam coloniam in Asiam. *Pausanias libro* VII. Ὁ Νειλεὺς καὶ οἱ λοιποὶ τοῦ Κόδρου παῖδων ἐς Ἀποικίαν ἀπεστάλησαν: Nileus & reliqui Codri filij in coloniam dimissi. *& plura vterque ille scriptor de totâ re distinctè. Inter Latinos etiam Tertullianus, de pallio:* Iones Nilei comites Asiam nouis vrbibus instruunt. *Et Ammianus:* Milesij inter Ionas alios in Asiâ per Nileum multò antè locati, Codri illius filium, qui se pro patriâ bello fertur Dorico deuouisse. *Quin & Plutarchus Nileum in hac deductione nominat, libello De Exsilio. Iam ratio in te, à tempore. Verus ille & vetus Ion, Xuthi filius, ducentis pænè annis maior hac deductione: quia vixit Danai atque Eumolpi æuo. Quomodo nunc igitur coloniæ dux? Agnoscimus vel hinc Velleij* τὸ παράλογον, *pro quo nullus mihi quidem color.*

23. SINE EXEMPLO MAXIMVM.] *Vel quia nemo poëta ante eum, vel quia nemo posteà ad eum. id est, quia sine comparatione maximus, & cui neminem adæques. In aëre volat hic Pegasus, ceteri pedibus pulsant terram.*

24. SOLVS APPELLARI POETA MERVIT.] *Amo, amo te Vellei, ob hæc iudicia. Ille verò non summus solùm poëtarum, sed solus. Nam quis aliorum non peccat? at iste* * μόνος τῶν ποιητῶν ἐν ἀγνοεῖ ὃ δεῖ ποιεῖν αὐτόν: solus poëtarum non ignorat quid factu scriptuque decorum sit. *Ita magnus Aristoteles censuit. quem Iulius Scaliger cùm vbique audiat, cur hîc spreuit? Ille Aristotelem quasi Deum habuit, at hic Homerum. Alibi inquit* * Θειότατος Ὅμηρος καὶ τοὺς ἄλλους: Diuinus Homerus præter ceteros. *Iterùm:* * Λέξει καὶ διανοίᾳ πάντας ὑπερέβλητε: Dictione & sententiâ cunctos supergressus est. *Atque hæc ille vir, qui laudum & benignioris iudicij valdè parcus. Quid Plato? ille ipse qui ciuitate eiecit, cælo ostendit dignum.* * Ὁ μηδὲν, *inquit, ἄριστος καὶ θειότατος τῶν ποιητῶν*: Homerus optimus & diuinissimus poëtarum. *& passim talia præconia in eius scriptis. Alios quid accumulem? nemo tam consentienti iudicio sapientum omnis æui laudatus est: & id ab iis maximè, qui ipsi laudatissimi. Abi igitur Imperitia aut Liuor. tu capere, tu carpere, non potes* * immortalem hanc, cælestemque naturam.

25. NEQVE ANTE ILLVM, QVEM ILLE IMITARETVR, NEQVE POST ILLVM, QVI EVM IMITARI POSSET, INVENTVS EST.] *Vtrumque verum est. Nam & Homerus* * primus doctrinarum & antiquitatis parens. *nec post eum natus, qui germanitus exprimeret aut referret. Non ergo ipse Virgilius? non, Velleio quidem iudice: atque etiam acri illo Fabio, cuius hæc verba:* In verbis, sententiis, figuris, humani ingenij modum excedit: vt magni viri sit, virtutes eius non æmulatione, quod fieri non potest, sed intellectu sequi. *Et profectò ita est. Omnium rerum, omnium artium, omnis non prudentiæ solùm, sed sapientiæ, vestigia aut expressa aut recondita sunt in illo. Quem haud temerè Themistius dixit,* προπάτορα καὶ ἀρχέγονον τῆς Πλά-

C

D

* Arist. in Arte poët.

* Ibidem.

* Ibidem.

* In Ione.

* Quinct. x.

* Plin. xxv. cap. 11.

A fectiſſimum, præter Homerum, & Archilochum, reperiemus. Hic [26] longiùs à temporibus belli, quod compoſuit, Troici, quàm quidam rentur, abfuit. nam fermè ante annos DCCCCL. floruit, intra ∞. natus eſt. quo nomine, non eſt mirandum, quod ſæpè illud vſurpat. * hoc enim vt hominum, ita ſæculorum notatur differentia. quem ſi quis cæcum genitum putat, omnibus ſenſibus orbus eſt. Inſequenti tempore imperium Aſiaticum ab Aſſyriis, [27] qui id obtinuerant annis ∞. LXX. tranſlatum eſt ad Medos, [28] abhinc annos fermè DCCLXX. quippe Sardanapalum, eorum regem, mollitiis florentem, & nimiùm felicem malo ſuo, [29] tertio & triceſimo loco ab Nino & Semiramide, qui Babylona condiderant, natum, ita vt ſemper ſucceſſor regni paterni foret filius, Pharnaces Medus imperio vitaque priuauit. Eâ ætate clariſſimus Graij nominis Lycurgus Lacedæmonius, [30] vir generis regij, fuit ſeueriſſimarum iuſtiſſimarumque legum auctor, & [31] diſciplinæ conuenientiſſimæ vir; cuius quamdiu Sparta diligens fuit, excelſiſſimè floruit. Hoc tractu temporum ante annos v. & LX. quàm vrbs

Aſſyriorum imperium.

Sardanapalus.

Lycurgus.

B Romana conderetur, ab Eliſsâ Tyriâ, quam quidam Dido autumant, Carthago conditur.

Carthago condita.

Πλάτωνος καὶ Ἀριστοτέλους λόγων: primum parentem auctoremque Platonis & Ariſtotelis ſermonem. *Et Dionyſius:* Κορυφὴν ἁπάντων καὶ σκοπὸν, ἐξ ὅπερ πάντες ποταμοὶ καὶ πᾶσα θάλασσα καὶ πάσαι κρῆναι: verticem omnium & quaſi ſcopum, ex quo cuncta flumina, cuncta maria, cuncti fontes. *Sed diffundor in laudes viri, quem fateor me non æſtimare, ſed venerari; nec venerari, ſed pænè dicam adorare.*

26. LONGIVS A TEMPORIBVS BELLI, &c.] *Omnia in hoc homine ſiue (fas ſit dicere) Genio obſcura: Parentes, Patria, Ætas ipſa. Sed de Ætate, certum*

C *antiquiſsimum eſſe: & Ioſephus contra Appionem aſſerit,* Nullum omnino apud Græcos, de quo conſtet, ſcriptum exſtare, quod ſit Homeri carminibus antiquius. *Crates & alij* LXXX. *circiter annis à bello Troiano remouent. Ariſtoteles* CXL. *tempore nempe deductæ Ionum Coloniæ. Herodotus* CLXXIII. *At Velleius noſter inferiorem multo facit: & ex eius computatione (tu ſi voles, numera: facile eſt) anni ad Homerum à Troiâ ſint paullò plus* CCLX. *Quæ ipſa Latinorum plurium opinio eſt: expreſſa etiam in Agellio, ſed nunc corrupta. Ille libro* XVII. *in capite illo Chronico:* Homerum ante Romam conditam vixiſſe Siluiis Albæ regnantibus: annis poſt bellum Troianum, vt Caſſius in primo Annalium ſcriptum reliquit, plus centum atque ſexaginta; ante Romam autem conditam, vt Corn. Nepos in primo Chronicorum de Ho-

D mero dixit, annis circiter centum & ſexaginta. *Tu emenda:* Annis poſt bellum Troianum plus ducentis atque ſexaginta. *Numquam aliter ſcripſit Caſsius: & euincit ipſa Agellij inſequens ſcriptio. Nam ponit eum vixiſſe ante Romam conditam* annis circiter centum atque ſexaginta. *Atqui ſi prior ille numerus verus: ergo à Troiâ captâ ad Romam natam fuerint modò anni* CCCXX. *Palàm id falſum: & Chronologi conſenſu ſtatuunt ſupra annos* CCCCXXX. *alij plures. Euſebianum etiam Chronicon hîc fœdatum: facile emendatu ex hiſpſis.*

27. QVI ID OBTINVERANT ANNIS ∞. LXX.] *De numero ambigo. Largior ille certè in aliis: vt Iuſtino, qui* mille trecentos *annos Syriaco imperio tribuit. Vt Diodoro Siculo, qui* mille quadringentos. *nec longè ab eo Georgius Monachus, qui* ∞. CCCLX. *Euſebius etiam,* ∞. CCXL. *His adducor, vt in Velleio quoque ſcribam* ∞. CCXXX. *qui eſt Oroſianus ferè numerus, lib.* II. *cap.* III.

28. ABHINC ANNOS FERME DCCLXX.] *Ergòne hoc geſtum poſt Romam conditam? non, ex ipſo Velleio & temporum textu. Adde omnino centenariam notam, & ſcribe* DCCCLXX.

29. TERTIO ET TRICESIMO LOCO AB NINO.] *Diodoro Siculo eſt,* Triceſimo *loco ſaltem: at Euſebio,* Triceſimoſexto. *Quid miremur varietatem hanc in re locis temporibúſque remotâ? Sanè res Scyriaticæ parum perſpectè cognitæ Græcis Latiniſve.*

30. VIR GENERIS REGII.] *Ita. Nam ab Ariſtodemi filio Procle originem duxit, qui rex & poſteri eius Spartæ. Suidam corrige:* Λυκοῦργος Σπαρτιάτης Πατροκλέους ἀπόγονος. *imò* Προκλέους. *Idem error in Plutarchi Lycurgo, vbi ſtirpem hanc inquirit:* Ἀλλὰ Πατροκλέους μὲν τοῦ Ἀριστοδήμου γενέσθαι δόξαν. *iterùm* Προκλέους. *Sed & in Platone hoc mendum* III. *de Legib.* Καὶ Βασιλεὺς μὲν Ἄργος Τήμενος ἐγίγνετο. Λακεδαίμονος δὲ Παξοκλῆς καὶ Εὐρυσθένης. *Tolle, tolle. Nam certum ex Apollodoro, Pauſaniâ, Scholiaſte Pindari, aliíſque, Proclem ei fuiſſe verum nomen. Æmilius Probus in Ageſilao:* Mos eſt Lacedæmoniis traditus, vt duos ſemper reges haberent ex duabus familiis Proclis & Euryſthenis, qui Principes ex progenie Herculis Spartæ reges fuêre. *Cur autem duo ſimul, cauſſa ſiue occaſio à Panegyrico ſcriptore promitur, ad Maximianum:* Sic fit vt tantum vobis imperium commune ſit, & planè, vt gemini illi reges Lacedæmones Heraclidæ remp. pari ſorte teneatis. quamquam hoc vos meliores & iuſtiores, quòd illos mater aſtu coëgit cùm nemini fateretur, quem priùs edidiſſet in lucem, pari ætatis auctoritate regnare: vos hoc ſponte facitis.

31. DISCIPLINÆ CONVENIENTISSIMÆ VIR.] *Conantur emendare:* continentiſſimæ. *ſed conantur. Nos ſcribimus,* conuenientiſſimæ viris. *De Lycurgo ſermo eſt, quem auctorem ait ſeueriſsimarum legum & ſimul diſciplinæ aptiſsimæ viris. Nónne ita eſt? Spartana illa diſciplina, & inſtitutio, adſtricta, rigida; & quæ verè faceret viros.*

Caranus. ditur. Circa quod tempus [32] Caranus, vir generis regij, sextus decimus ab Hercule, profectus Argis, regnum Macedoniæ occupauit. à quo Magnus Alexander [33] cùm fuerit septimus decimus, iure [34] materni generis Achille auctore, paterni Hercule gloriatus
„ est. [35] Æmilius Sura de annis populi Romani. Assyrij, principes omnium gentium, re-
„ rum potiti sunt, deinde Medi, posteà Persæ, deinde Macedones. exinde, duobus regibus,
„ Philippo & Antiocho, qui à Macedonibus oriundi erant, haud multo post Carthagi-
„ nem subactam deuictis, summa imperij ad populum Romanum peruenit. [36] Inter hoc tempus, & initium Nini regis Assyriorum, qui princeps rerum potitus, intersunt an-
Hesiodus. ni ∞. DCCCCXCV. [37] Huius temporis æqualis Hesiodus fuit, [38] circa CXX. annos distinctus ab Homeri ætate, vir perelegantis ingenij, & mollissimâ dulcedine carminum memorabilis, otij quietisque cupidissimus, vt tempore tanto viro, ita operis auctoritate, proximus. qui vitauit, ne in id, quod Homerus, incideret: patriamque, & parentes, testatus est. sed [39] patriam, quia multatus ab eâ erat, contumeliosissimè. Dum in externis moror, incidi in rem domesticam, maximique erroris, & multum discrepantem au-
Capua condita & Nola. ctorum opinionibus. Nam quidam, huius temporis tractu, aiunt, [40] à Tuscis Capuam Nolamque conditam, ante annos ferè DCCCXXX. quibus equidem assenserim. sed M. Cato quantum differt? qui dicat, Capuam ab eisdem Tuscis conditam, ac subinde Nolam: stetisse autem Capuam, antequam à Romanis caperetur, annis circiter

32. CARANVS, VIR GENERIS REGII.] *Iterúmne hoc commation,* vir generis regij? *Atqui paullò antè præiuit de Lycurgo. Censeo hîc ineptè insitum. delector. Quid si nec è regibus Caranus? non legi: sed hoc tantùm.* Κάρανος εἷς τῶν Ἡρακλειδῶν. Caranus vnus ex Herculis posteris. *Ita Suidas. Vide & Solinum cap.* XV. *& Pausaniam lib.* IX. *extremo: & diffusè Iustinum libro* VII.

33. CVM FVERIT SEPTIMVS DECIMVS.] *Vide iterùm varietatem, & ride.* Duodecimus *est Iustino:* vigesimusquartus *Eusebio. Iam in totâ summâ quàm differunt? Iustinus* triginta *modò reges ad Persea Philippi F. numerat: Eusebius* quadraginta: *Liuius non nisi* viginti. *Ideò malè curiosi illi, qui hîc ex Iustino Velleium corrigunt.*

34. MATERNI GENERIS ACHILLE AVCTORE.] *Nam Alexander per Olympiam genus ad Neoptolemum referebat. auctor Plutarchus. Hoc adspectu sequentes quoque Macedonum reges Achillæum genus iactarunt: vt Philippus ille pater Persis, cui bellum Romani fecêre. Silius:*

Hic gente egregius, veterisque ab origine regni
Æacidum sceptris, proauoque tumebat Achille.

Et ita interpretandi Propertiani isti versus:

Et Persen proaui simulantem pectus Achillis,
Quique tuas proauus fregit Achille domos.

Interpretandi? imò & corrigendi. Nam in vett. scriptisq; libris reperio, stimulantem. *benè, si amplius etiam emendes,* proauo, *&,* Achille. *Ordo & sententia verborum hæc est: Testor Persen, qui stimulabat excitabatq; se ad magna, proauo Achille; siue memoriâ rebusq; gestis Achillis. Omnino hæc sententia. Vulgata friuola aut falsa. Quomodo Perses simulauerit pectus magnanimi heroïs, qui ipse palàm timidissimus & ignauissimus hominum? Res gestæ atque exitus eius leguntor.*

35. ÆMILIVS SVRA DE ANNIS.] *Sintne hæc integra, & sine hiatu; imò sintne Velleiana, addubito. Non solet inserere aut aduocare verba auctorum, nec in compendio isto valdè decet. Tamen sunto. Quis iste Æmilius Sura? non repperi. Hoc tantùm, in Plinij Indicibus aliquoties laudari* Manilium Suram. *An illum teneas, an hunc substituas, tu vide.*

36. INTER HOC TEMPVS, ET INITIVM NINI.] *Cautè lege. Quod hoc tempus? an Velleianum, vti solet numerare? minimè. sed hoc, quo summa rerum, victis Macedonibus & Antiocho, peruênit ad Romanos. Ab eo inquam tempore sursum computando ad Ninum, tot sunt anni. Nisi obseruas, numeri nimis falsi.*

37. HVIVS TEMPORIS ÆQVALIS HESIODVS.] *Cuius item temporis? non iam dicti, sed retrorsum flecte oculos ad Caranum. Cùm ille ad regnum venit, hic ad Musarum fontes. Ista ipsa coniunctio temporum suggerit, totum illud Æmilianum insiticium esse, & ab alio quàm Velleio adtextum.*

38. CIRCA CXX. ANNOS DISTINCTVS AB HOMERI ÆTATE.] *Scio quid iam olim, quid hodie, super hac re scriptum: tamen venia mihi vnius liberioris iudicij esto. Arbitror & imbibi Hesiodum vetustiorem Homero esse. Quin alter ab altero versus & hemistichia pluscula sumpserit, negari non potest: sed meis auribus atque animo maior simplicitas, &, vt sic dicam, rudior antiquitas in Hesiodo compâret. atque ille præiuerit magnus vates maximo vatum.*

39. PATRIAM, QVIA MVLTATVS AB EA ERAT, CONTVMELIOSISSIME.] *Exstant hodieq; ij versus malè amici in natale solum:*

Νάσατο δ' ἄγχ' Ἑλικῶνος οἰζυρῇ ἐνὶ κώμῃ
Ἀσκρῃ, χείματι κακῇ, θέρεϊ ἀργαλέῃ, οὐδέποτ' ἐσθλῇ.

40. A TVSCIS CAPVAM NOLAMQVE CONDITAM.] *De Capuâ conditâ variæ sententiæ, & alibi promptæ: nec libet exsequi. De Nolâ, ab* Iapygibus conditam *eam Iustinus ait: at Solinus cap.* VIII. *à* Tyriis. *Quod Solinianum iure miratus sum. nam quæ alia opida, in Italiæ eo tractu, Tyrij condiderunt? nos non legimus, & fidenter rescribimus, à* Tyrrhenis: *vt consentiat cum Velleianâ traditione. aut si fortè.* Thuriis. *Sanè & Polybius* Tyrrhenos habitasse *ait* Phlegræos campos, qui circa Capuam & Nolam sunt.

41. CER-

A circiter CCLX. quod si ita est; cùm sint à Capuâ captâ anni CCXL. vt condita est, anni sunt ferè D. Ego (pace diligentiæ Catonis dixerim) vix crediderim, tam maturè tantam vrbem creuisse, floruisse, concidisse, resurrexisse. Clarissimum deinde omnium ludicrum [41] certamen, & ad exercitandam corporis animique virtutem efficacissimum, Olympiorum initium habuit, auctore Iphito Elio. [42] is eos ludos mercatumque instituit [43] ante annos, quàm tu M. Vinici consulatum inires, DCCCCIV. hoc sacrum eodem loco instituisse fertur [44] abhinc annos fermè ∞. CCL. [45] Atreus, cùm Pelopi patri funebres ludos faceret. quo quidem in ludicro [46] omnis generis certaminum Hercules victor exstitit. [47] Tum Athenis perpetui Archontes esse desierunt, cùm fuisset vltimus Alcmæon: cœperuntque in denos annos creari. quæ consuetudo in annos LXX. mansit: ac deinde annuis commissa est magistratibus resp. Ex iis, qui denis annis præfuerunt, primus fuit Charops, [48] vltimus Eryx; ex annuis, primus Creon. [49] Sextâ Olym-

Olympia.

Archontes à temporarij Athenis. Mox annui.

B

41. CERTAMEN OLYMPIORVM INITIVM HABVIT.] *Varia super origine nobilium ludorum dicta scriptaque sunt: sed nemo tamen initium ad Iphitum hunc retulit, dumtaxat instaurationem. Atque adeò à primo initio ad huius tempus sunt anni circiter* CDXXX. *Non ergo putamus Velleium* ὁμολογῶς *ita sensisse siue scripsisse. In primogeniâ editione est:* auctorem Iphitum Elium. *Hinc lego:* Certamen Olympiorum initum, habuit auctorem Iphitum Elium. *Tunc nouiter, inquit, initum, longo scilicet post institutionem interuallo. Ipse certè statim adiungit, & fatetur ab Atreo eos primitus institutos.*

C 42. IS EOS LVDOS MERCATVMQVE INSTITVIT.] *An potiùs* restituit? *Tamen fero etiam* Instituit, *nempe perpetuos istos & certâ quadam lege. Potest & institutio ad Mercatum referri, quasi non is anteà. Sic autem appellat, quod Græci* πανήγυριν. *Strabo de templo Olympiæ, l.* VIII. Τὴν ἄυξησιν ἔλαβε δι' ἃ τε ἡ πανήγυριν, καὶ ὁ ἀγῶνα ὁ Ὀλυμπιακόν.

43. ANTE ANNOS, QVAM TV M. VINICI CONSVLATVM INIRES, DCCCCIV.] *Atqui prima Olympias Iphitæa præcedit dumtaxat natalem vrbis (ex Velleij mox sententiâ) annis* XXII. *Sunt autem ab illo ad consulatum Vinicij anni* DCCLXXXII. *Itaque clarum est, scribi debere:* DCCCIV. *detractâ centenariâ notâ.*

44. ABHINC ANNOS FERME ∞. CCL.] *Ergo aliter paullò & laxiùs quàm alij, Velleius putat. Nam Clemens Alexandrinus, à ludis primis ad Iphitæos spatium facit* CDXXVII. *annorum: Eusebius, Bedas, alij,* CDXXX. *Atqui ex hac Velleianâ summâ necessum* D *est fuisse* CDXLVI. *Malim certè hîc scribere,* ∞. CCXI. *vt minus paullo exorbitet.*

45. ATREVS, CVM PELOPI PATRI FVNEBRES LVDOS.] *Rara aut noua hæc sententia, vt multa nobis in Velleio. Nam plerique alij, non ad Atreum, sed ad Herculem gloriam hanc referunt: quia, vt ille inquit,* quidquid vbique magnificum est, in claritatem eius referre consensimus. *Atqui Velleius vult Herculem dumtaxat hîc certasse, nec ἀγωνοθέτλω fuisse, sed ἀγωνιστήν. Illud etiam alibi reperio, ludos hos factos in honorem Pelopis defuncti, & fuisse funebres. Clemens Ad Gentes:* Pisa autem vobis, ô Græci, est sepulchrum aurigæ Phrygis, & Pelopis inferiæ. *Ipse* Apollodorus, *qui Herculem auctorem facit, tamen Pelopis aram exstructam hîc agnoscit, grande argumentum pro sententiâ Velleianâ. A quo enim iustiùs tales ludi aut honos, quàm à filio? Verba Apollodori:* Ἔθηκε δὲ καὶ τὸ Ὀλυμπιακὸν ἀγῶνα, Πελοπός τε βωμὸν ἱδρύσατο: Instituit & Olympicum certamen, & Pelopi aram posuit. *Opinio autem quæ Herculem auctorem fecit, originem habuit ab Homero: qui de quattuor equis certatoribus & victoribus meminit, interceptis ab Augeâ Eliensium rege. Vide, si voles, locum ipsum Iliados* λ. *ver.* 697. *Itaque passim Grammatici & Historici transeunt in hanc partem: imò & Pindarus disertis verbis Olymp. Eid.* β. Ὀλυμπιάδα δ' ἔστεν Ἡρακλέος ἀκρόθινια πολέμου. *Non dissentit tamen solùm, sed refutat Strabo libro* VIII. *& docet Homericis versibus non hanc esse mentem.*

46. OMNIS GENERIS CERTAMINVM HERCVLES VICTOR.] *Videtur dicere Herculem victorem fuisse in omni genere certaminum. At damnat reiicitq; valdè Pausanias: qui abundè & accuratè de his talibus libro* V. *Ille igitur tradit, primis ludis* Iolaum curru, Iasium equo singulari, Castorem cursu, Pollucem cestibus vicisse. ipsum Herculem, famâ ferri, luctâ & pancratio. *Itaque malim verba hæc sic distingui & accipi, vt sit: Quo in ludicro Hercules victor fuit, ludicro inquam omnis generis certaminum.*

47. TVM ATHENIS PERPETVI ARCHONTES ESSE DESIERVNT.] *Quando? & quo refers hoc* Tum? *an ad Olympiadem primam? Videtur ex serie sermonis. Tamen ratio aut certè auctoritas dissuadet: aliiq; volunt, Archontes istos desiisse demum Olympiadis septimæ anno primo. Ita clarè Eusebius, & Dionysius Halicarnassæus, l.* I. *Antiq. vbi de conditu vrbis Romæ. Aut benignè igitur laxeq; interpretare,* Tum, *id est annis aliquot pòst: aut potiùs mecum censeo hiatum defectumq; hîc esse, & periisse quæ interseruit à primâ Olympiade ad sextam.*

48. VLTIMVS ERYX.] *In Eusebio est* Eryxias.

49. SEXTA OLYMPIADE.] *Omnino, nec aliter potest, ex ratiocinatione quam adiungit. Nam scribit,* post viginti duos annos *à primâ, Romam conditam. Id necessariò est Sextæ Olympiadis anno tertio. quæ ipsa Varronis sententia, Plutarchi, Eutropij & aliorum est. Dissentiunt alij: non miror. Hoc valdè, virum magnum, vbi argumentum hoc ex professo tractat, scripsisse; Velleium sentire conditam Romam Septimæ Olympiadis anno secundo.*

Roma condita. Olympiade, post duo & viginti annos, quàm prima constituta fuerat, [50] Romulus, Martis filius, vltus iniurias aui, Romam vrbem Parilibus in Palatio condidit. à quo tempore ad vos consules anni sunt DCCLXXXII. id actum [51] post Troiam captam annis CDXXXVII. id gessit Romulus, adiutus legionibus [52] Latini, aut sui: (libenter enim iis, qui ita prodiderunt, accesserim:) cùm aliter firmare vrbem nouam, tum vicinis Veientibus, aliisque Etruscis, ac Sabinis, cum imbelli & pastorali manu vix potuerit. quamquam, iam Asylo facto inter duos lucos, auxit. Hic centum homines electos, appellatosque Patres, instar habuit consilij publici. hanc originem nomen Patriciorum habet. Raptus virginum Sabinarum, *

Asylum. Patres.

* * *

* *

Bellum Persei. [53] quam timuerat hostis, expetit. nam [54] biennio adeò varia fortuna cum consulibus conflixerat, vt plerumque superior fuerit, magnamque partem Græciæ in societatem suam perduceret. Quin Rhodij quoque, fidelissimi anteà Romanis, tum dubiâ fide, speculati fortunam, proniores regis partibus fuisse visi sunt: & rex Eumenes in eo bello medius fuit animo, neque fratris initiis, neque suæ respondit consuetudini. Tum senatus populusque Romanus L. Æmilium Paullum, qui & [55] prætor & consul triumphauerat, virum in tantum laudandum, in quantum intelligi virtus potest, consulem creauit, filium eius Paulli, qui ad Cannas quàm tergiuersanter pernicioſam reip. pugnam inierat, tam fortiter in eâ mortem obierat. is Perseum ingenti prœlio apud vrbem nomine Pydnam in Macedoniâ, fusum fugatumque, castris exsuit, deletisque eius copiis, destitutum omni spe coëgit è Macedoniâ profugere: quam ille linquens, in insulam Samothraciam profûgit, templique se religioni supplicem credidit. ad eum Cn. Octauius

Æmilius Paullus.

Perseus victus:

50. ROMVLVS VLTVS INIVRIAS AVI.] *Dehinc ad res Romanas iam delabitur. Vbi ergo Latini Albanique reges, & omnis illa stirps Æneæ? An credibile est eum initia ipsa rerum Romanarum omisisse, qui tam curiosè exsecutus sit externa? non potest. & hîc quoque aut antè alibi lacuna grandis.*

51. POST TROIAM CAPTAM ANNIS CDXXXVII.] *Qui largissimè computant, efficiunt tantum* CDXXXII. *plerique alij pauciores. Et hercules à Troiâ captâ ad primam Olympiadem Africanus annos interponit* CCCCVIII. *Tatianus* CCCCVII. *è Latinis plerique & Eusebij Chronicon,* CCCCVI. *aut* CCCCV. *Quibus si addas Velleij istos* XXII. *medios ad natam Romam, non explebis vulgatam summam. Ego igitur recidendam Septenariam notam censeam, siue mauis Denariam. Vtrouis modo accommodes ad aliquam è sententiis prædictis.*

52. LATINI, AVI SVI.] *Obsecro, an* Latino *nomen fuit auo Romuli? quem testatissimum est Numitorem fuisse. Nisi tamen sententiæ rarioris adfectator Velleius, quam in Dionysio quoque habes:* natum Romulum ex Electrâ Latini filiâ. *Sed vix opinor, & potiùs litterulæ adtextu scribam,* Latinis. *Vult legiones fuisse è Latio.*

53. * QVAM TIMVERAT HOSTIS.] *Defectus clarus, & aliis iam notatus. Scito autem deesse Romanos omnes reges, Romanos omnes consules Tribunósve militum, vsque ad annum* DLXXXII. *id est, plus dimidiâ parte scripti Velleiani. Et aliquis credet coniecta hæc omnia in libellum vnum priorem fuisse? non qui attendet. Sed in hisipsis verbis, quid narratum, aut quæ sententia? de Perse rege Macedonum fuit: quem ait grauiorem multò hostem fuisse, quàm exspectassent. Itaque legam,* exstitit, *non* expetit: *quasi fuisset,* grauior quàm timuerat, hostis exstitit. *Timuerat autem, nempe populus Romanus.*

54. BIENNIO ADEÒ VARIA FORTVNA REM GESSIT.] *Biennio tantùm? at quadriennium tenuit hoc bellum. Sed rectè tamen Biennium: quia priores duo anni saltem in fortunâ variâ, reliqui magis prosperi Romanis.*

55. PRÆTOR ET CONSVL TRIVMPHAVERAT.] *Ab Antiquariis nostris (Sigonio & Manutio) erroris damnatur Velleius, aut exscriptor: nec vmquam in Prætura triumphasse Paullum. Ergo corrigunt:* Paullum qui & priore consulatu triumphauerat. *sed ipsi corrigendi. Ego rectè & verè aio à Velleio ita scriptum. Lapis Romæ:*

L. ÆMILIVS. L. F. PAVLLVS
COS. II. CENS. AVGVR
TRIVMPHAVIT. TER.

Si ter triumphauit Paullus, quando primùm nisi in Prætura? Nam duo alij triumphi manifestò in consulatu vtroque interuenerunt: prior de Liguribus, hic de Perse. Triumphasse autem in Prætura etiam Plutarchus satis argumento est: qui ait, missum Paullum adhuc Prætorem in Hispaniam Proconsulari imperio, cum fascibus duodecim, ibi cecidisse ad XXX ∞. hostium. *In Liuio* XVIII. millia *legas, libro* XXXVI. *sed nempe de solis Lusitanis. Si autem tot millia cæsa, nónne debitus triumphus? Imò & delatus. quod ex Liuio ibidem colligas, qui mox addit* decretam supplicationem, ob res ab Æmilio in Hispaniâ gestas: *at ea semper ferè dux triumphi. Sed & idem Liuius de triumpho indicat in Epitomâ* XLVI. *Triumphauit ergo, & marmori ac Velleio hoc credamus. Addo & Suidam in* Αεύκιος.

56. RA-

A uius prætor, qui classi præerat, peruenit; & [56] ratione magis, quàm vi, persuasit, vt se Romanorum fidei committeret. ita Paullus maximum nobilissimumq; regem in triumpho duxit. quo anno & Octauij, prætoris nauales, & Anicij, regem Illyriorum Gentium ante cutrum agentis, triumphi fuêre celebres. Quàm sit assidua [57] eminentis fortunæ comes Inuidia, altissimisque adhæreat, etiam hoc colligi potest, quòd, cùm Anicij Octauiique triumphum nemo interpellaret, fuêre, qui Paulli impedire obniterentur: cuius tantum priores excessit, vel magnitudine regis Persei, vel specie simulacrorum, vel modo pecuniæ, vt [58] bis millies centies H-S. ærario contulerit, & omnium anteactorum comparationem amplitudine vicerit. Per idem tempus, cùm Antiochus Epiphanes, qui Athenis Olympicum inchoauit, tum regem Syriæ, Ptolemæum puerum Alexandriæ obsideret; missus est ad eum legatus [59] M. Popillius Lænas, qui iuberet incepto desistere: mandataque exposuit; & regem, deliberaturum se dicentem, circumscripsit virgulâ, iussitque, priùs responsum reddere, quàm egrederetur finito arenæ circulo. sic [60] cogi-
B tationem regiam Romana disiecit constantia, obeditumque imperio. Lucio autem Paullo, magnæ victoriæ compoti, quattuor filij fuêre. ex iis duos, natu maiores, vnum P. Scipioni, P. Africani filio, nihil ex paternâ maiestate, præter speciem nominis, vigoremque eloquentiæ, retinenti, in adoptionem dederat; alterum Fabio Maximo: duos, minores natu, prætextatos, quo tempore victoriam adeptus est, habuit. Is cùm in concione extra vrbem, more maiorum, ante triumphi diem, ordinem actorum suorum commemoraret, deos immortales precatus est, vt, si quis eorum inuideret operibus, ac fortunæ suæ, in ipsum potiùs sæuirent, quàm in remp. quæ vox, veluti oraculo emissa, magnâ parte eum spoliauit sanguinis sui. nam alterum ex iis, quos in familiâ retinuerat, liberis, ante paucos triumphi, alterum post pauciores amisit dies. Aspera circa hæc tempora censura Fuluij Flacci, & Postumij Albini fuit. quippe Fuluij censoris [61] frater, & quidem consors, Cn. Fuluius senatu motus est ab iis censoribus. Post victum captumque Perseum, qui quadriennio pòst in liberâ custodiâ Albæ decessit, Pseudo-philippus, à
C mendacio simulatæ originis appellatus, qui se Philippum, regiæque stirpis, ferebat, cùm esset vltimæ, armis occupatâ Macedoniâ, assumptis regni insignibus, breuî temeritatis pœnas dedit. quippe Q. Metellus prætor, cui ex virtute Macedonici [62] nomen inditum, præclarâ victoriâ ipsum, gentemque superauit; & immani etiam Achæos, rebellare incipientes, fudit acie. Hic est Metellus Macedonicus, qui porticus, quæ fuêre circumdatæ [63] duabus ædibus sine inscriptione positis, quæ nunc Octauiæ porticibus

Triumphatus.

Antiochus rex.

Æm. Paulli domestica clades.

Persei obitus. Pseudo-philippus surgit.

Q. Metellus vicit.

Eius monumenta Romæ.

56. RATIONE MAGIS, QVAM VI.] *Velim*, oratione magis.

57. EMINENTIS FORTVNÆ COMES INVIDIA.] *Atque etiam (ætas omnis vidit) famæ eminentis. Liuius in hac ipsâ re dixerat:* Intacta inuidiâ media sunt, ad summa ferè tendit.

D 58. BIS MILLIES CENTIES H-S.] *Variant in summâ. Liuius ait*, Summam omnis captiui auri argentique fuisse H-S. millies ducenties: *nimis infra Velleianum calculum, nisi emendas (ego ita optem)* bis millies. *Nam in Plinio quoque*, intulisse Æmilius Paullus *legitur*, Prædam pondo trium millium: *siue, vt manu scripti*, sestertium ter millies. *Itaque hoc quoque fecerit augendo numero Liuiano, quoniam grandius quàm vel illud Velleij.*

59. M. POPILLIVS LÆNAS.] *Plinius errat, qui hunc* C. Octauium *appellat, & historiam siue facta duplicia miscet ac confundit. Qui nuper Plinium recensuit & adnotauit, frustrà est in viro defendendo. Tu, si voles, fontem ipsum erroris eius reperies in Ciceronis Philippicâ Nonâ.*

60. COGITATIONEM REGIAM.] *Non negabis aptius esse:* contationem regiam. *Tardabat enim respondere, & deliberaturum se dixerat.*

61. FRATER, ET QVIDEM CONSORS.] *Placebat legere*, concors. *sed desino, cùm in Liuio quoque legam libro* XLI. Frater germanus, &, vt Valerius Antias tradit, censoris etiam consors erat. *Consortem autem hîc interpretor, cum Glossis priscis,* κοινόβιον *eiusdem mensæ eiusdémque tecti.*

62. NOMEN INDITVM.] *Probè, non tamen purè. Nam in primogeniâ editione est:* inditum erat. *Scribo:* inditum hæret.

63. DVABVS ÆDIBVS SINE INSCRIPTIONE.] *Plinius de hisdem:* Neque Sauron & Batrachum oblitterari conuenit, qui fecêre templa Octauiæ porticibus inclusa. *Sed an Ædes eæ sine inscriptione? asserit Velleius: negat idem Plinius. qui sic libro* XXXVI. *c.* V. Intra Octauiæ porticus in Iunonis æde, Æsculapius ac Diana. *Et eodem capite sub finem, alterum templum inscribit* Ioui. *Quid nos dicimus? Velleium de aliâ inscriptione sensisse, non numinis, sed hominis, eiúsque qui dedicauit.*

bus ambiuntur, fecerat; quique [64] hanc turmam ſtatuarum equeſtrium, quæ frontem A
ædium ſpectant, hodieque maximum ornamentum eius loci, ex Macedoniâ detulit.
cuius turmæ hanc cauſſam referunt: Magnum Alexandrum impetraſſe à Lyſippo, ſin-
gulari talium auctore operum, vt eorum equitum, qui ex ipſius turmâ apud Grani-
cum flumen ceciderant, expreſsâ ſimilitudine figurarum, faceret ſtatuas, & ipſius
quoque iis interponeret. Hic idem, [65] primus omnium Romæ ædem ex marmore in iis
ipſis monumentis molitus, vel magnificentiæ, vel luxuriæ princeps fuit. Vix vllius gen-
Felicitas mira. tis, ætatis, ordinis hominem inueneris, cuius felicitatem fortunæ Metelli compares.
nam, [66] præter excellentes triumphos, honoreſque ampliſſimos, & principale in rep. fa-
ſtigium, extentumque vitæ ſpatium, & acres innocenteſque pro rep. cum inimicis con-
tentiones, quattuor filios ſuſtulit, omnes adultæ ætatis vidit, omnes reliquit ſuperſtites,
& honoratiſſimos. mortui eius lectum pro Roſtris ſuſtulerunt quattuor filij, vnus
conſularis & cenſorius, alter conſularis, tertius conſul, quartus candidatus conſulatus:
quem honorem adeptus eſt. Hoc eſt nimirum magis, feliciter de vitâ migrare, quàm B
Achaicum bellum. mori. Vniuerſa deinde, vt prædixi mus, inſtincta in bellum Achaia, cùm pars magna,
eiuſdem Metelli Macedonici virtute, armiſque, tracta erat, maximè Corinthiis in ar-
ma, cum grauibus etiam in Romanos contumeliis, inſtigantibus. deſtinatus ei bello
gerendo conſul Mummius. Et ſub idem tempus, magis, quia volebant Romani, quid-
quid de Carthaginenſibus diceretur, credere, quàm quia credenda afferebantur, ſtatuit
Scipio Æmilianus. ſenatus Carthaginem excidere. ita eodem tempore P. Scipio Æmilianus, vir auitis
P. Africani, paterniſque L. Paulli virtutibus ſimillimus, omnibus belli ac togæ doti-
bus, ingeniique ac ſtudiorum eminentiſſimus ſæculi ſui, qui nihil in vitâ, niſi laudan-
dum, aut fecit, aut dixit, ac ſenſit: quem, Paullo genitum, adoptatum à Scipione, Africa-
Bellum Punicum tertium. ni filio, diximus, ædilitatem petens conſul creatus eſt. Bellum Carthagini, iam ante bien-
nium à prioribus conſulibus illatum, maiore vi intulit; cùm antè in Hiſpaniâ murali
coronâ, in Africâ obſidionali donatus eſſet; in Hiſpaniâ verò etiam ex prouocatione,
Carthago euerſa. ipſe modicus virium, immanis magnitudinis hoſtem interemiſſet. Eamque vrbem, C
magis inuidiâ imperij, [67] quàm vllius temporis noxiæ, inuiſam Romano nomini, fun-
ditus

64. HANC TVRMAM STATVARVM.] *An de iſtâ Plinius capiendus, lib.* XXXIV.? Alexandrum amicorumque eius imagines ſumma omnium ſimilitudine Lyſippus expreſſit. Has Metellus, Macedoniâ ſubactâ, tranſtulit Romam. *Apparet. turbat tamen quòd Amicos appellat, qui aliis non niſi milites ſunt, atque adeò Arriano ſociales. Ipſe ita libro* I. Μακεδόνων δὲ τῇ μὲν ἑταίρων ἀμφὶ τοὺς εἴκοσι καὶ πέντε τῇ πρώτῃ προσβολῇ ἀπώλοντο, καὶ τούτων χαλκαῖ εἰκόνες ἐν Δίῳ ἑστᾶσιν, Ἀλέξανδρος κελεύσαντος Λύσιππον ποιῆσαι: E Macedonibus circiter viginti quinque primâ aggreſſione ceciderunt, eorumque æneæ imagines in Dio opido poſitæ, Alexandro iubente à Lyſippo eas fieri. *Similia in Alexandro Plutarchus. Sed Plinius in opinione fuiſſe, quâ Velleius, videtur: qui ſcribit hos* equites ex ipſius *(Alexandri)* turmâ apud Granicum ceciditſſe. *Si è turmâ regiâ; profectò aſſidui apud eum, aliis digniores, & quaſi amici. Quod autem Arrianus notat Statuas eas in Dio poſitas: alij* Iouis templum *verterunt. nec valdè repugnem, niſi quòd de Dio opido magis ſignatè & probabiliter ceperis. quoniam Liuius l.* XLIV. *prodidit hinc* vrbem exornatam publicis locis & multitudine ſtatuarum. *Eſt in Macedoniâ, regione Pieriâ.*

* In Com. ad Tacit.

65. PRIMVS OMNIVM ROMÆ ÆDEM EX MARMORE MOLITVS.] *Quid intellegit? Virúmne marmoream ædem primitus à Metello in vrbe Româ ſtructam? an potiùs, vrbis ipſius Romæ templum? Nam cultam eam vt Diuam, ac templa araſque paſſim poſitas * alibi à nobis doctum. Si hæc mens, (& puto:) notabile ſanè principium adorationis huius ſiue adulationis. Quod Smyrnæi apud Tacitum* III. *Annal. gloriantur* ſe primos templum vrbis Romæ ſtatuiſſe: *à ſententiâ nos non demouet, quoniam de primis prouincialium hoc capiendum eſt. At ſi prior ſententia cuiquam placeat; illi expediendum eſt quæ ſit iſta Ædes, & cui Deo? cur non nominat? Nam de priuatâ ipſius Metelli (vt omittam, quòd* Ædes *eo ſenſu magis ſcripſiſſet) non potes capere: quia marmor ſerius adhibitum ad ædificia priuatorum. Plinium vide. qui tamen originem primam marmoris quæſiuit magis, quam inuênit. Eò magis Velleij hæc* D
notanda.

66. PRÆTER EXCELLENTES TRIVMPHOS.] *Pluries ergo Metellus hic triumphauit? non inuenio. imò ſemel, & de Macedoniâ tantùm. Itaque Valerius de hac ipsâ eius felicitate, libro* VII. Specioſiſſimi triumphi prætextam largita eſt. *Vnum ecce agnoſcit. Reſcribi velim:* præter excellentem triumphum.

67. QVAM VLLIVS TEMPORIS NOXIÆ.] *Editio prima:* quàm vllius eius temporis. *Hinc fecerim:* quàm vllis eius temporis noxis. *Non enim vult numquam eos peccaſſe aut nocuiſſe, ſed non illo tempore cùm decretum. Idque verum eſt.*

68. ANTE

A ditus sustulit, fecitque suæ virtutis monumentum, quod fuerat aui eius clementiæ. Carthago diruta est, cùm stetisset annis DCLXVII. abhinc annos CLXXVII. Cn. Cornelio Lentulo, L. Mummio COS. Hunc finem habuit Romani imperij Carthago æmula; cum quâ bellare maiores nostri cœpere Claudio & Fuluio COS.[68] ante annos CCXCVI. quàm tu, M. Vinici, consulatum inires. ita per annos CXV. aut bellum inter eos populos, aut belli præparatio, aut infida pax fuit. neque se Roma, iam terrarum orbe superato, securam sperauit fore, [69] si nomen vsquam stantis maneret Carthaginis. adeò odium, certaminibus ortum, vltra metum durat. & ne in victis quidem deponitur, neque antè inuisum esse desinit, quàm esse desiit. Ante triennium, quàm Carthago deleretur, M. Cato, perpetuus diruendæ eius auctor, L. Censorino, M. Manlio COS. mortem obiit. Eodem anno, quo Carthago concidit, L. Mummius Corinthum, post annos DCCCCLII. quàm ab Halete, Hippotis filio, erat condita, funditus eruit. vterque imperator, deuictæ à se gentis nomine honoratus, alter Africanus, alter appellatus est Achaicus. nec quisquam
B ex nouis hominibus prior Mummio cognomen virtute partum vindicauit. Diuersi imperatoribus mores, diuersa fuêre studia. quippe Scipio tam elegans liberalium studiorum, omnisque doctrinæ & [70] auctor & admirator fuit, vt Polybium, Panætiumque, præcellentes ingenio viros, domi militiæque secum habuerit. neque enim quisquam hoc Scipione elegantiùs interualla negotiorum otio dispunxit: semperque aut belli, aut pacis seruiit artibus: semper inter arma, ac studia versatus, aut corpus periculis, aut animum disciplinis exercuit. Mummius tam rudis fuit, vt captâ Corintho, cùm maximorum artificum perfectas manibus tabulas ac statuas in Italiam portandas locaret, iuberet prædici conducentibus, si eas perdidissent, nouas eos reddituros. Non tamen puto dubites, Vinici, quin magis pro rep. fuerit, manere adhuc rudem Corinthiorum intellectum, quàm in tantum ea intelligi; & quin hac prudentiâ illa imprudentia decori publico fuerit conuenientior.

Catonis Censorij mors.

Corinthus euersa.

Scipionis & Mummij collatio.

Cùm faciliùs cuiusque rei in vnum contracta species, quàm diuisa temporibus, oculis
C animisque inhæreat; [71] statui priorem huius voluminis, posterioremque partem, non inutili rerum notitiâ in artum contractâ, distinguere, atque huic loco inserere, quæ quoque tempore, post Romam à Gallis captam, deducta sit colonia iussu senatus. nam militarium & caussæ, & auctores, & ipsarum præfulgent nomina. huic rei per idem tempus [72] ciuitates propagatas, auctumque Romanum nomen communione iuris, haud intempestiuè subtexturi videmur. Post septem annos, quàm Galli vrbem ceperunt,

Coloniarum distincta deductio.

68. ANTE ANNOS CCXCVI.] *Iusta computatio,* CCXCII. *Paullò ante etiam,* CLXXIV.

69. SI NOMEN VSQVAM, &c.] *Confusio & corruptio sparsa per circumductionis huius corpus. Implexa omnia aut inepta: tu sic expedies.* si nomen vsquam stantis maneret Carthaginis: (adeò odium certaminibus ortum vltra metum durat, & ne in victos quidem deponitur.) neque antè inuisa esse desiit, quàm esse desiit. *Egregiam acutamq; sententiam sic efficimus. obserua. Primùm parenthesi in*
D *cludenda Gnome est, quam opportunè narratiunculæ huic miscet: in quâ* victos *legimus, non* victis, *hac mente: vt velit odium diutinâ æmulatione aut contentione firmatum radices ita agere, vt nec in victos subiectósque deponatur, & certent non de honore, sed de vitâ. Tum deinde continuanda iterùm oratio & narratio: legendúmque* Inuisa, *non* Inuisum, *vt ad Carthaginem ipsam referatur: itémque* Desiit, *non* Desinit. *Atque ita lucem fecerimus, nisi fallor, sententiæ vniuersæ.*

70. AVCTOR ET ADMIRATOR.] *Nimia pro Scipione laus, fuisse doctrinæ omnis auctorem. Scribo,* fautor: *& id Principi ac militari viro conuenit.*

71. STATVI PRIOREM HVIVS VOLVMINIS, POSTERIOREMQVE PARTEM, &c.] *Obserua. Ergóne in priore libelli huius parte catalogus similis? ipsè palàm dicit. Sed quæ fuerit huius voluminis prior pars, id verò non liquet. An cœpit ab vrbe conditâ? an potiùs ab eâ captâ? Hoc ego crediderim, ratiocinatione factâ ex mole & congerie rerum. Ibi igitur opportunè Colonias recensuit, sed eas dumtaxat quæ deductæ à natâ vrbe ad eamdem à Gallis captam. Fuerunt autem numero septemdecim, notæ omnes & pleræque inclytæ. Fauet nostræ coniecturæ hoc: quòd, nisi illic recensuisset, cur hîc omitteret? cur de industriâ & testatò ordiretur,* post septem annos, quàm Galli vrbem ceperunt? *Sanè omissio illa aliter prætexi aut excusari non potest.*

72. CIVITATES PROPAGATAS.] *Quas ciuitates? logi & flocci. Scribe:* ciuitatem propagatam, *singulario numero: & accipe de Romanâ. Ego, inquit, colonias recensebo? & eâdem operâ, communicatam cum finitimis ciuitatem. Vtrumque enim ad ampliationem imperij spectat: siue cùm missi in exteros è ciuibus coloni, siue cùm exteri admissi in ciues. Clarum hoc ex ipso contextu Velleij: cui passim inseritur,* Aricini in ciuitatem recepti. *item:* Acerranis ciuitas data. *& plura tu vide.*

runt, *Sutrium* deducta colonia est, & post annum *Setina*, nouemque interiectis annis A *Nepe*; deinde, interpositis duobus & triginta, *Aricini* in ciuitatem recepti. Abhinc annos autem CCCL. Sp. Postumio, Veturio Caluino cos. [73] *Campanis* data est ciuitas, partique *Samnitium* sine suffragio: & eodem anno *Cales* deducta colonia. Interiecto deinde triennio *Fundani* & *Formiani* in ciuitatem recepti, [74] eo ipso anno, quo Alexandria condita est, insequentibusque consulibus, à Sp. Postumio, Philone Publilio censoribus *Acerranis* data ciuitas. & post triennium *Tarracinam* deducta colonia. interpositoque quadriennio, [75] *Luceria*; ac deinde, interiecto triennio, *Suessa*, *Aurunca*, & *Saticula*, *Interamnaque* post biennium. Decem deinde hoc munere anni vacauerunt. tunc *Sora* atque *Alba* deductæ coloniæ, & *Carseoli* post biennium. at quinctùm Fabio, Q. Decio Mure quartùm cos. quo anno Pyrrhus regnare cœpit, *Sinuessam*, *Minturnasque* missi coloni, post quadriennium *Venusiam*. interiectoque biennio, M/. Curio & Rufino Cornelio cos. *Sabinis* sine suffragio data ciuitas. id actum ante annos fermè CCCXX. at *Cossam* & *Pæstum* abhinc annos fermè CCC. Fabio Dorsone & Claudio Caninâ cos. interiecto quinquennio, Sempronio Sopho & Appio Cæci filio cos. *Ariminum*, *Beneuentum* B coloni missi; & suffragij ferendi ius *Sabinis* datum. at initio primi belli Punici *Firmum* & *Castrum* colonis occupata: & post annum *Æsernia*, postque XXII. annos *Æsulum* & *Alsium*, *Fregellæque* post biennium; proximoque anno, Torquato, Sempronioque cos. *Brundisium*, & post triennium *Spoletium*; quo anno Floralium ludorum factum est initium. postque biennium deducta *Valentia*, &, sub aduentum in Italiam Hannibalis, *Cremona*, atque *Placentia*. Deinde, neque dum Hannibal in Italiâ moratur, neque proximis post excessum eius annis, vacauit Romanis colonias condere; cùm esset in bello conquirendus potiùs miles, quàm dimittendus, & post bellum vires refouendæ magis, quàm spargendæ. Cnæo autem Manlio Volsone, & M. Fuluio Nobiliore cos. *Bononia* deducta colonia, abhinc annos fermè CCXVII. &, post quadriennium, *Pisaurum*, ac *Potentia*; interiectoque triennio, *Aquileia* & *Grauisca*, & post quadriennium *Luca*. Eodem temporum tractu, quamquam [76] apud quosdam ambigitur, *Puteolos*, *Salernumque*, & *Buxentum* missi coloni: *Auximum* autem in Picenum, abhinc annos fermè CLXXXVII. ante triennium, quàm Cassius censor, à Lupercali in Palatium versus, theatrum facere instituit: [77] cui in demoliendo eximia ciuitatis seueritas, & [78] consul Cæpio restitêre. quod ego inter clarissima publicæ voluntatis argumenta numerauerim. Cassio autem Longino, & Sextio Caluino, qui Sallues apud Aquas, quæ ab eo Sextiæ appellantur, deuicit, consulibus, *Fabrateria* deducta est, abhinc annos fermè CLVII. &, post annum, *Scylacium*, *Mineruium*, *Tarentum*, *Neptunia*, *Carthagoque* in Africâ prima, vt prædiximus, extra Italiam, colonia condita est. de *Dertonâ* ambigitur. *Narbo* autem

73. CAMPANIS DATA CIVITAS.] *Imò antè data, si Liuio fides, lib.* VIII. Campanis equitibus, honoris caussâ, quia rebellare cum Latinis noluissent, sine suffragio ciuitas data. *Id ipse refert in Consules L. Furium, C. Manium: essetq; quadriennium ante Velleij notam. Sed enim Liuius ibi signatè de equitibus tantùm commemorat, noster de Campanis vniuersis. Illi ergo beneficio hoc priores affecti.*

74. EO IPSO ANNO, QVO ALEXANDRIA CONDITA.] *Idem Patauinus conditam vult C. Pætilio, L. Papirio Cursore* Coss. *& Solinus cum eo, capite* XXXV. *itémque Cassiodorus. Hoc esset quadriennio seriùs, quàm pro Velleij calculo.*

75. LVCERIA.] *Decennio toto Liuius dissentit. Quid ista fastidiosè colligam? Commentarius proprius huic rei instituendus sit: quam tamen satis industriè libarunt Sigonius & Onufrius boni vindices rerum Romanarum.*

76. APVD QVOSDAM AMBIGITVR.] *Ita. Nam Liuius ecce libro* XXXIV. *deductos Puteolos vult anno* DLX. *quod esset ante Bononiam, Potentiam, & omnes iam dictas.*

77. CVI IN DEMOLIENDO.] *Sententia clamat legend.* emoliendo. *Cœperat moliri theatrum: emoliri non potuit, ciuitate & Scipione resistente.*

78. CONSVL CÆPIO.] Scipio *scribendùm, idq; certum est: sed an tunc* Consul? *Consularem eum fuisse, & iam abiisse honore illo, Epitoma Liuij & Fasti euincunt. Nam de Scipione Nasicâ sermo est, qui Consul secundùm fuit, biennio ante Valerium Messallam & Cassium Longinum Censores. Quomodo ergo Consul id impedierit? Tamen haut temerè in Velleio mutem, qui tempora fortassis Censuræ huius aliter digesserit. præsertim cùm Appianus pro eo* I. *Ciuil.* Τῷ δὲ αὐτῷ χρόνῳ, *inquit*, Σκιπίων ὕπατος κατεῖλε τὸ θέατρον ἃ Λεύκιος Κάσσιος ἦρκτο: Eodem tempore Scipio Consul diruit theatrum, quod cœperat Lucius Cassius.

79. QVÆ,

A autem *Marcius* in Galliâ, M. Porcio, Q. Marcio cos. abhinc annos circiter CLIII. deducta colonia est: post tres & viginti annos in Vagiennis *Eporædia*, Mario sexies, Valerioque Flacco cos. Neque facilè memoriæ mandauerim, [79] quæ, nisi militaris, post hoc tempus deducta sit.

Cùm hæc particula operis velut formam propositi excesserit: quamquam intelligo, mihi, in hac tàm præcipiti festinatione, quæ me, rotæ, proníve gurgitis, ac verticis modo, nusquam patitur consistere, pænè magis necessaria prætereunda, quàm superuacua amplectenda: nequeo tamen temperare mihi, quin rem, sæpè agitatam animo meo, neque ad liquidum ratione perductam, signem stylo. Quis enim abundè mirari potest, quòd eminentissima cuiusque professionis ingenia, [80] in eam formam, & in idem artati temporis congruens spatium, & quemadmodum clausa capsâ, alioque septo diuersi generis animalia, nihilominùs separata alienis, [81] in vnum quoque corpus congregantur; ita cuiusque clari operis capacia ingenia in similitudinem & temporum, & B profectuum, semetipsa ab aliis separauerunt? Vna, neque multorum annorum spatio diuisa, ætas, per diuini spiritus viros, Æschylum, Sophoclem, Euripidem, illustrauit tragœdias: vna priscam illam & veterem, sub Cratino, Aristophane, & Eupolide, comœdiam: ac [82] nouam comicam Menandrus, æqualesque eius ætatis magis quàm operis, Philemon ac Diphilus, & inuenêre intra pauciſſimos annos, neque imitanda reliquêre. Philosophorum quoque ingenia, Socratico ore defluentia, omnium, quos [83] paullò antè enumerauimus, quanto post Platonis Aristotelisque mortem floruêre spatio? Quid ante Isocratem, quid post eius auditores, eorumque discipulos, clarum in oratoribus fuit? [84] adeò quidem artatum angustiis temporum, vt nemo memoriâ dignus alter ab altero videri nequiuerint. neque hoc in Græcis, quàm in Romanis, euênit magis. nam, nisi aspera ac rudia repetas, & inuenti laudanda nomine, in Attio, circaque eum Romana tragœdia est: dulcesque Latini lepôris facetiæ [85] per Cæcilium, Terentiumque, & Afranium [86] sub pari ætate nituerunt. Historicos, (vt & Liuium quoque C priorum ætati adstruas) præter Catonem, & quosdam veteres & obscuros, minùs LXXX. annis circumdatum æuum tulit. vt nec poëtarum in antiquius, citeriúsve processit vbertas. at oratio, ac vis forensis, perfectumque prosæ eloquentiæ decus, vt idem separetur Cato, (pace P. Crassi, Scipioniisque, & Lælij, & Gracchorum, & Fannij, & Ser. Galbæ dixerim) ita vniuersa sub principe operis sui erupit Tullio: vt delectari ante eum pauciſſimis, mirari verò neminem possis, nisi aut ab illo visum, aut qui illum viderit. Hoc idem euenisse grammaticis plastis, pictoribus, scalptoribus, vt quisque temporum institerit notis, reperiet, eminentia cuiusque operis artissimis temporum claustris circumdata. Huius ergo, præcedentisque sæculi, ingeniorum similitudines congregantis & in studium par, [87] & in emolumentum, causas cùm semper requiro, numa-

Artes & studia vno æuo.

Tragici Græci.

Comici.

Philosophi.

Oratores.

Tragici Latini.

Comici.

Historici.

Poëtæ.

Oratores.

Artifices alij.

D 79. QVÆ, NISI MILITARIS.] *Videtur ergo duo genera Coloniarum facere, Ciuilem & Militarem. Illam dicere, quæ ex ciuibus togatis & miscellis deducta: hanc, quæ è legionibus cohortibúsve, cùm militiâ scilicet defunctæ collocabantur in opidis & agris, & id quasi præmium habebant sanguinis pro rep. fusi. Sed tamen Velleius, quidquid excuset, ne Togatas quidem illas cum curâ satis enumerauit. Video omissas in hoc recensu colonias ad* XIX. *& quasdam ex iis vel maximè illustres. E Liuio disces.*

80. IN EAM FORMAM, ET IN IDEM ARTATI TEMPORIS CONGRVENS SPATIVM.] *Congrua magis lectio:* in eamdem formam. *itémque:* congruant. *Velim etiam interrogatione clausulam attolli.*

81. IN VNVM QVOQVE.] *Scribe,* quæque. *& paullo antè:* alióve.

82. NOVAM COMICAM MENANDRVS.] *Vox* comicam *redundat, & ascititia est. Statim,* imitandam, *pro* imitanda *scribe.*

83. PAVLLÒ ANTE ENVMERAVIMVS.] *Vbi enumerasti? nusquam in iis quæ nunc sunt. Periit ea quoque pars, & doleo.*

84. ADEÒ QVIDEM ARTATVM.] *Lubet legere:* adeoque iidem artati.

85. PER CÆCILIVM, TERENTIVMQVE, ET AFRANIVM.] *Ergo Plautum inter laudabiles Comicos omittis? quò tibi mens, quæ antè recta? Sed iudicio hoc factum, non neglectu aut contemptu: quia Plautus paullum istis maior, nec fecerit ad Velleianæ opinionis firmamentum.*

86. SVB PARI ÆTATE.] *Corrige,* suppari.

87. ET IN EMOLVMENTVM.] *Inspicienti legendum*

numquam reperio, quas esse veras confidam, sed fortasse verisimiles, inter quas has maximè. Alit æmulatio ingenia : & nunc inuidia, nunc admiratio incitationem accendit: naturaque, quod summo studio petitum est, ascendit in summum : difficilitque in perfecto mora est: naturaliterque, quod procedere non potest, recedit. &, vt primò ad consequendos, quos priores ducimus, accendimur : ita, vbi aut præteriri, aut æquari eos posse desperauimus, studium cum spe senescit; &, quod assequi non potest, sequi desinit, &, velut occupatam relinquens materiam, quærit nouam : præteritoque eo, in quo eminere non possumus, aliquid, in quo nitamur, conquirimus : sequiturque, vt frequens ac mobilis transitus maximum [88] perfecti operis impedimentum sit. Transit admiratio [89] ad conditionem temporum, & ad vrbium. Vna vrbs Attica [90] pluribus annis eloquentiæ, quàm vniuersa Græcia, operibusque floruit; adeò vt corpora gentis illius separata sint in alias ciuitates, ingenia verò solis Athenienſium muris clausa existimes. Neque ego hoc magis miratus sim, quàm, neminem Argiuum, Thebanum, Lacedæmonium oratorem; aut, dum vixit, auctoritate, aut post mortem memoriâ dignum existimatum. [91] quæ vrbes, & multæ aliæ, talium studiorum fuêre steriles, nisi Thebas vnum os Pindari illuminaret. nam Alcmana, Lacones falsò sibi vindicant.

Caussa eius sæ concursus.

Certæ vrbes certis artibus claræ.

gendum mecum videbitur, emolimentum. *Nam hoc ait, Ingenia congregari à quoque sæculo & in idem studium, & in parem ferè effectum. Volunt idem, & idem ferè emoliuntur. Tamen & vulgatum fero, ac capio.*

88. PERFECTI OPERIS IMPEDIMENTVM SIT.] *Resisto. Perfecti patratiq; operis quomodo aliquod impedimentum esse potest? nec dij quidem, vt vetus verbum habuit, reuocauerint aut impedierint facta. vide num legend.* indicamentum sit. *Velleij mens ita suadet, qui iam antè dixit* difficilem in perfecto moram esse: *& ingenia nouæ laudis stimulo aliorsum trahi, & quærere illibatam materiam. Itaque nunc addit: maximum hoc esse perfecti operis indicium, transiri vulgò ad aliud opus.*

89. AD CONDITIONEM TEMPORVM.] *Legendum docuimus,* ab conditione temporum. *Quod notatum quoque video Iac. Sceckio eximiæ spei iuueni, si manet in viâ rectâ. Nam immodestia multorum cogit me adolescentiam timidè laudare.*

90. PLVRIBVS ANNIS ELOQVENTIÆ, QVAM VNIVERSA GRÆCIA, OPERIBVSQVE FLORVIT.] *Scribebam:* eloquentiæ, quàm vniuersa Græcia, operibus effloruit. *Vel magis:* eloquentiâ quàm vniuersa Græcia vberiusque floruit. *Duo celebrat in celebribus illis Athenis, quòd & diutiùs illic eloquentia & quòd copiosiùs prouenerit.*

91. QVÆ VRBES, ET MVLTÆ ALIÆ.] *Tria hæc postrema verba ab alienâ manu esse arbitramur: eoq; inducenda.*



C. VEL-

C. VELLEII PATERCVLI HISTORIÆ ROMANÆ AD M. VINICIVM COS. LIBER SECVNDVS.

POTENTIÆ Romanorum prior Scipio viam aperuerat, luxuriæ posterior aperuit. quippe, remoto Carthaginis metu, sublataque imperij æmulâ, non gradu, sed præcipiti cursu à virtute desitum, ad vitia transcursum; vetus disciplina deserta, noua inducta; in somnum à vigiliis, ab armis ad voluptates, à negotiis in otium conuersa ciuitas. [1] tum Scipio Nasica in Capitolio porticus, tum, quas prædiximus, Metellus, tum in circo Cn. Octauius multo amœnissimam moliti sunt: publicamque magnificentiam secuta priuata luxuria est. Triste deinde, & contumeliosum bellum in Hispaniâ, duce latronum Viriatho, secutum est: quod ita variâ fortunâ gestum est, vt sæpiùs Romanorum gereretur aduersâ. sed, interempto Viriatho fraude magis, quàm virtute, Seruilij Cæpionis, Numantinum grauius exarsit. hæc vrbs [2] numquam x. plura, quàm propriæ iuuentutis, armauit. sed, vel ferociâ ingenij, vel inscitiâ nostrorum ducum, vel fortunæ indulgentiâ, cùm alios duces, tum Pompeium, magni nominis virum, ad turpissima deduxit fœdera, (hic primus è Pompeiis consul fuit) nec minus turpia ac detestabilia Mancinum Hostilium consulem. sed Pompeium gratia impunitum habuit, Mancinum verecundia. quippe, non recusando perduxit huc, vt per Feciales nudus, ac post tergum religatis manibus, dederetur hostibus: quem illi recipere se negauerunt, sicut quondam Caudini fecerunt, dicentes, publicam violationem fidei non debere vnius lui sanguine. Immanem deditio Mancini ciuitatis mouit dissensionem. quippe Ti. Gracchus, Ti. Gracchi, clarissimi atque eminentissimi viri, filius, P. Africani ex filiâ nepos, quo Quæstore & auctore id fœdus ictum erat, nunc grauiter ferens aliquid à se factum infirmari, nunc similis vel iudicij vel pœnæ metuens discrimen, tribunus pl. creatus, vir alioqui vitâ innocentissimus, ingenio florentissimus, proposito sanctissimus, tantis denique adornatus virtutibus, quantas perfecta & naturâ & industriâ, mortalis conditio recipit, P. Mucio Scæuolâ, L. Calpurnio consulibus, abhinc annos CLXII. desciuit à bonis; pollicitusque toti Italiæ ciuitatem, simul etiam promulgatis agrariis legibus, [3] omnibus statum concupiscentibus, summa imis miscuit; & in præruptum, atque anceps periculum adduxit remp. Octauioque collegæ, pro bono publico stanti, imperium

Luxus Romæ increuit.

Bellum Viriathinum.

Numantinum.

Mancini fœdus. Et deditio.

Ex eâ seditio. Ti. Gracchus.

Turbat.

ANIMADVERSIONES.

1 IVM SCIPIO NASICA IN CAPITOLIO PORTICVS.] *Quando? an euersâ Carthagine? minimè, sed remoto tamen eius metu. Cùm iaceret Carthago, insurgere luxus apud Romanos cæpit: & structa hæc, quæ dicit. Scipio quidem porticus has fecit Censor, vt ipse paullò pòst adnotat: hoc fait decem circiter ante versam Carthaginem annis. Simile de Metello, & de Octauio.* Tum *igitur, benignè interpretabere: & quasi dixisset, sub id tempus.*

2. NVMQVAM x PLVRA, QVAM PROPRIÆ.] *Transposita videntur, ordinandaque:* numquam plura quàm x propriæ.

3. OMNIBVS STATVM CONCVPISCENTIBVS.] *Nobis hæc impura. Quid est* concupiscere statum? *aut quis sic è prisco Latio? Quid hoc etiam ad Gracchi leges? Emendo:* omnium statum concutientibus.

rium abrogauit: III. viros agris diuidendis, [4] coloniisque deducendis, creauit se socerum- A
Scipio Nasica: que suum consularem Appium, & Gracchum fratrem, admodum iuuenem. tum P. Scipio Nasica, eius, qui optimus vir à senatu iudicatus erat, nepos, eius, qui censor porticus in Capitolio fuerat, filius, pronepos autem Cn. Scipionis, celeberrimi viri, P. Africani
In Gracchum dux. patruus, priuatusque, & togatus, cùm esset consobrinus Ti. Gracchi, patriam cognationi præferens, &, quidquid publicè salutare non esset, priuatim alienum existimans, ob eas virtutes primus omnium absens pontifex max. factus est, cùm datâ læuo brachio togæ laciniâ, ex superiore parte Capitolij, summis gradibus insistens, hortatus est, qui saluam vellent remp. se sequerentur. Tum optimates, senatus, atque equestris ordinis pars melior, & maior, & intacta pernicioſis consiliis plebs, inruere in Gracchum, stantem in aream cum caterua suis, & concientem pænè totius Italiæ frequentiam. is fugiens,
Eius cædes. decurrensque cliuo Capitolino, fragmine subsellij ictus, vitam, quam glorioſissimè degere potuerat, immaturâ morte finiuit. Hoc initium in vrbe Româ ciuilis sanguinis, gladiorumque impunitatis fuit. inde ius vi obrutum, potentiorque habitus prior; discordiæque ciuium, anteà conditionibus sanari solitæ, ferro diiudicatæ; bellaque non cauſ- B
sis inita, sed prout eorum merces fuit. quod haud mirum est. non enim ibi consistunt exempla, vnde cœperunt, sed quamlibet in tenuem recepta tramitem, latissimè euagandi sibi viam faciunt: &, vbi semel recto deërratum est, in præceps peruenitur: nec quisquam sibi putat turpe, quod alij fuit fructuoſum. Interim, dum hæc in Italiâ geruntur,
Aristonicus. Aristonicus, mortuo rege Attalo, à quo Asia populo Romano hereditate relicta erat, sicut relicta posteà est à Nicomede Bithynia, mentitus regiæ stirpis originem, armis eam occupat. is, victus à M. Perpernâ, ductusque in triumpho, sed M/. Aquilio capite
Cum eo bellum. pœnas dedit, cùm, initio belli, Crassum Mucianum, virum iuris scientissimum, decedentem ex Asiâ proconsulem interemisset. Et P. Scipio Africanus Æmilianus, qui Carthaginem deleuerat, post tot acceptas circa Numantiam clades, creatus iterùm consul, missusque in Hispaniam, fortunæ, virtutique, expertæ in Africâ, respondit in Hispaniâ; & in-
Numantia capta. tra annum ac tres menses, quàm eò venerat, circumdatam operibus Numantiam, excisamque æquauit solo. nec quisquam vllius gentis hominum ante eum clariore vrbium C
excidio nomen suum perpetuæ commendauit memoriæ. quippe, excisâ Carthagine, ac Numantiâ, ab alterius nos metu, alterius vindicauit contumeliis. Hic, eum interroganScip. Africani libertas. te tribuno Carbone, quid de Ti. Gracchi cæde sentiret, respondit: si is occupandæ reip. animum habuisset, iure cæsum. Et, cùm omnis concio acclamasset: Hostium, inquit, armatorum toties clamore non territus, quî possum vestro moueri, quorum no-
Moritur, aut necatur. uerca est Italia? Reuersus in vrbem, intra breue tempus, M/. Aquilio, C. Sempronio cos. abhinc annos CL. [5] post duos consulatus, duosque triumphos, & bis excisos terrores reip. manè in lectulo repertus est mortuus, ita vt quædam elisarum faucium in ceruice reperirentur notæ. De tanti viri morte nulla habita est quæstio: eiusque corpus velato capite elatum est, cuius operâ super totum terrarum orbem Roma extulerat caput: seu fatalem, vt plures, seu conflatam insidiis, vt aliqui prodidêre memoriæ, mortem obiit. vitam certè digniſſimam egit, quæ nullius ad id temporis, præterquam auito, fulgore vinceretur. [6] decessit anno fermè LVI. de quo si quis ambiget, D
recur-

tibus. *Et profectò verum est. Leges istæ Tiberij, inquit, omnium fortunas & statum concutiebant. Quomodo? quia agros iamdiu possessos, alienatos, venditos, in dotem datos, iterùm vindicabant in publicum, & auferebant dominis priscis. Itaque omnes in metu, & fortunæ plurium incertæ. Appianus & Plutarchus pulchrè hoc diducunt: ille primo Ciuilium, hic in Gracchis. Tu vide. Quod ad phrasin, imò quod ad mentem, pariter Velleius infrà de Caij legibus:* Nihil immotum, nihil tranquillum, nihil denique in eodem statu sinebat.

4. COLONIISQVE DEDVCENDIS.] *Colonias ergo deduxit Tiberius? caue credas. Litterula ne te induxerit, quin magis tolle. Nam scripsit Velleius*, coloniſque. *Intellegit autem hos quibus agri adsignati, quiq; in eos deducendi, futuri coloni eorum siue cultores.* Γεωργοὺς, *inquam,* οὐκ ἀποίκους.

5. POST DVOS CONSVLATVS, DVOSQVE TRIVMPHOS.] *Cur omittis Censuram & Auguratum? quæ vtraque in prisco lapide:*

P. CORNELIVS PAVLLI. F. SCIPIO
AFRICANVS COS. II. CENS.
AVGVR. TRIVMPHAVIT. II.

6. DECESSIT ANNO FERME LVI.] *Metæ temporum, quas Velleius mox ponit, euincunt scripsisse eum* LIV.

7. ET

A recurrat ad priorem consulatum eius, in quem creatus est anno xxxvi. ita dubitare desinet. Ante tempus excisæ Numantiæ, præclara in Hispaniâ militia A. Bruti fuit, qui, penetratis omnibus Hispaniæ gentibus, ingenti vi hominum vrbiumque potitus numero, aditis quæ vix audita erant, Gallæci cognomen meruit. Et ante eum paucis annis tam seuerum illius Q. Macedonici in his gentibus imperium fuit, vt, cùm vrbem, Contrebiam nomine, in Hispaniâ oppugnaret, pulsas præcipiti loco quinque cohortes legionarias eôdem protinus subire iuberet, facientibusque omnibus in procinctu testamenta, velut ad certam mortem eundum foret, non deterritus proposito, perseuerantia ducis, quem moriturum miserat, militem victorem recepit. tantum effecit mistus timori pudor spesque desperatione quæsita. Hic virtute ac seueritate facti; at Fabius Æmilianus, Paulli exemplo, disciplinæ in Hispaniâ fuit clarissimus. Deinde decem interpositis annis, qui Ti. Gracchum, idem Caium, fratrem eius, occupauit furor, tam virtutibus eius omnibus, quàm huic errori similem, ingenio etiam eloquentiaque longè præstantiorem. qui cùm, summâ quiete animi, ciuitatis princeps esse posset, vel vindicandæ fraternæ
B mortis gratiâ, vel præmuniendæ regalis potentiæ, eiusdem exempli tribunatum ingressus, longè maiora [7] & acriora repetens, dabat ciuitatem omnibus Italicis, extendebat eam pænè vsque Alpes, diuidebat agros; vetabat quemquam ciuem plus D. iugeribus habere: quod aliquando lege Licinià cautum erat: noua constituebat portoria; nouis coloniis replebat prouincias; iudicia à senatu transferebat ad equites; frumentum plebi dare instituerat; nihil immotum, nihil tranquillum, nihil quietum denique in eodem statu relinquebat: quin alterum etiam continuauit tribunatum. hunc L. Opimius consul, qui prætor Fregellas exciderat, persecutus armis, vnaque Fuluium Flaccum, consularem ac triumphalem virum, æquè praua cupientem, quem C. Gracchus in locum Tiberij fratris III. virum nominauerat, eumque socium regalis assumpserat potentiæ, morte afficit. id vnum nefariè ab Opimio proditum, quòd capitis non dicam Gracchi, sed ciuis R. pretium se daturum, idque auro repensurum proposuit. Flaccus, in Auen-
C tino armatos ad pugnam ciens, cum filio maiore iugulatus est. Gracchus profugiens, cùm iam comprehenderetur ab iis, quos Opimius miserat, ceruicem Euporo seruo præbuit, qui non segniùs se ipse interemit, quàm domino succurrerat. Quo die singularis Pomponij, equitis R. in Gracchum fides fuit, qui, more Coclitis, sustentatis in ponte hostibus, eius gladio se transfixit. Vt Tiberij Gracchi anteà corpus, ita Caij, mira crudelitate victorum, in Tiberim deiectum est. Hunc Ti. Gracchi liberi, P. Scipionis Africani nepotes, [9] viuâ adhuc matre Corneliâ, Africani filiâ, viri optimis ingeniis malè vsi, vitæ mortisque habuêre exitum: qui si ciuilem dignitatis concupissent modum, quidquid tumultuando adipisci gestierunt, quietis obtulisset resp. Huic atrocitati adiectum scelus vnicum. quippe iuuenis, specie excellens, necdum duodeuicesimum transgressus annum, immunisque delictorum paternorum, Fuluij Flacci filius, quem pater legatum de conditionibus miserat, ab Opimio interemptus est. quem cùm haruspex Tuscus, amicus, flentem in vincula duci vidisset, Quin tu hoc potiùs, inquit, facis? protinusque inlisо capite in pontem lapideum ianuæ carceris, effusoque cerebro exspirauit. Cru-
D delesque mox quæstiones, in amicos clientesque Gracchorum, habitæ sunt. sed Opimium, virum alioqui sanctum & grauem, damnatum posteà iudicio publico, memoriâ ipsius sæuitiæ, nulla ciuilis persecuta est misericordia. Eadem Rutilium, Popillium-

Bellum in Hispaniâ.

Q. Metelli riger.

C. Gracchi turba.

Comprimit Opimius.

Flacci cædes.

Gracchi cædes.

Fides amici.

Filius Flaccus cæsus.

Opimius subuersus.

Et Rutilius cum Popillio.

7. ET ACRIORA REPETENS.] *Acutius veriúsque*: & acrior repetens. *Ipse, inquit, Caius maiora molitus est quàm frater, & eodem illo acrior. Ita est. vis ingenij & oris apud Caium multò maior.*

8. VIVA ADHVC MATRE CORNELIA.] *Non omittatur ob raritatem, exemplum feminei roboris. Seneca De Consol. ad Martiam:* Ex vnâ tibi familiâ duas Cornelias dabo: Primam Scipionis filiam, Gracchorum matrem: duodecim illa partus totidem funeribus recognouit. Et de ceteris facile est, quos nec editos nec amissos ciuitas sensit: Tiberium Gracchum & Caium, quos etiam qui bonos viros negauerit, magnos fatebitur, & occisos vidit & insepultos. Consolantibus tamen miseramque dicentibus, Numquam, inquit, non felicem me dicam, quæ Gracchos peperi.

liumque, qui consules asperrimè in Tiberij Gracchi amicos sæuierant, posteà iudicio- A
rum publicorum meritò oppressit inuidia. [9] Rei tantæ parum ad notitiam pertinens in-
Opimianum vinum. terponetur. Hic est Opimius, à quo consule celeberrimum Opimiani vini nomen; quod
iam nullum esse, spatio annorum colligi potest; cùm ab eo sint ad te, M. Vinici, consu-
lem, anni CLI. Factum Opimij, quòd inimicitiarum quæsita erat vltio, minor secuta
auctoritas: [10] & visa vltio, priuato odio magis, quàm publicæ vindictæ, data. Subinde;
Narbonensis colonia. Porcio, Marcioque cos. deducta colonia, *Narbo Marcius*. Mandetur deinde memoriæ
Catonis damnatio. seueritas iudiciorum. quippe C. Cato consularis, M. Catonis nepos, Africani sororis
filius, repetundarum ex Macedoniâ damnatus est; [11] cùm lis eius IV. æstimaretur. adeò
illi viri magis voluntatem peccandi intuebantur, quàm modum: factaque ad consilium
Duo Metelli simul triumphant. dirigebant, & quid, non in quantum, admissum foret, æstimabant. Circa eadem tem-
pora M. Metelli fratres vno die triumphauerunt. Non minùs clarum exemplum, & ad-
huc vnicum Fuluij Flacci, eius, qui Capuam ceperat, filiorum, sed alterius in adoptio-
nem dati, in collegio consulum fuit. adoptiuus in Acidiani Manlij familiam datus.
nam censura Metellorum, patruelium, non germanorum fratrum fuit: quod solis con- B
Cimbri moti. Minucij porticus. Oratores clari. tigerat Scipionibus. Tum Cimbri & Teutoni transcendêre Rhenum, multis mox no-
stris suisque cladibus nobiles. Per eadem tempora clarus eius Minucij, qui porticus,
quæ hodieque celebres sunt, molitus est, ex Scordiscis triumphus fuit. Eodem tractu
temporum nituerunt oratores, Scipio Æmilianus, Læliusque, Ser. Galba, duo Gracchi,
C. Fannius, Carbo Papirius. Nec prætereundus Metellus Numidicus, & Scaurus, &
ante omnes L. Crassus, & M. Antonius. Quorum ætati ingeniisque succesêre C. Cæsar
Strabo, P. Sulpicius. [12] namque Mucius iuris scientiâ, quàm propriæ eloquentiæ nomi-
Comici. Tragici. ne, celebrior fuit. Clara etiam per idem æui spatium fuêre ingenia, in Togatis Afranij,
in Tragœdiis Pacuuij, atque Attij, vsque in Græcorum ingeniorum comparationem
euecti, magnumque inter hos ipsos facientis operi suo locum, adeò quidem, vt in illis
Lucilius Poëta. limæ, in hoc pænè plus videatur fuisse sanguinis. Celebre & Lucilij nomen fuit, qui sub
P. Africano, Numantino bello, eques militauerat. quo quidem tempore iuuenis adhuc C
Iugurtha ac Marius, sub eodem Africano militantes, in iisdem castris didicêre, quæ
Sisenna Historicus. posteà in contrariis facerent. Historiarum auctor iam tum Sisenna erat iuuenis, sed opus
belli ciuilis Sullani post aliquot annos ab eo seniore editum est. Vetustior Sisennâ fuit
Cælius, Rutilius, Quadrigarius, Antias. Pomponius comicus. Cœlius, æqualis Sisennæ Rutilius, Claudiusque Quadrigarius, & Valerius Antias. Sa-
nè, non ignoremus, eâdem ætate fuisse Pomponium, sensibus celebrem, verbis rudem,
& nouitate inuenti à se operis commendabilem.

Seueritas censoria. Persequamur notam seueritatem censorum, Cassij Longini Cæpionisque, qui abhinc
annos CLVII. Lepidum Ælium augurem, quòd sex millibus ædes conduxisset, adesse
iussserunt. at nunc, si quis tanti habiter, vix vt senator agnoscitur: adeò maturè à rectis
in vitia, à vitiis in praua, à prauis in præcipitia peruenitur. Eodem tractu temporum &
Fabius Allobrogicus. In Domitiis nota. Domitij ex Aruernis, & Fabij ex Allobrogibus victoria fuit nobilis. Fabio, Paulli ne-
poti, ex victoriâ cognomen Allobrogico inditum. Notetur Domitiæ familiæ peculiaris
quædam, &, clarissima, ita artata numero felicitas. [13] vti ante hunc, nobilissimæ
simpli- D

9. REI TANTÆ PARVM.] *Melius fuerit,* Rei tantæ parua.

10. ET VISA VLTIO.] *Vox* vltio *inconcinnè repetitur: me arbitro, delenda. faciendúmque:* & visum priuato odio magis, quàm publicæ vindictæ datum. *Quid* visum? *factum nempe Opimij.*

11. CVM LIS EIVS IIII ÆSTIMARETVR.] *Non grandis omnino hæc mulcta iudiciaria, vti series & scopus indicat Velleiani sermonis. Tamen Franc. Hotomano visa iusto minor, rescribitque:* quadringentis millibus. *Non assentior. Quid? Cicero duobus locis an pari fiduciâ corrigetur, qui minoris summæ auctor? Ille sic* III. *in Verrem:* Quâ in ciuitate C. Catoni clarissimo homini H-SS. XVIII. ∞. lis æstimata sit. *iterùm* IV. *in eumdem:* Quo damnato (*Catone*) tum cùm seuera iudicia fiebant H-SS. XVIII. millibus lis æstimata est. *Siquid ergo hîc mutandum (& certè opinor) Ciceronis numeri obtineant, & reponuntor.*

12. NAMQVE MVCIVS IVRIS SCIENTIA, QVAM PROPRIÆ.] *Lego:* Nam Q. Mucius: *&:* propriè, *vt sit* ἐπίρρημα.

13. VTI ANTE HVNC, NOBILISSIMÆ SIMPLICITATIS IVVENEM.] *Locus quem haud temerè transeam, à verbis corruptum, ab historiâ inuolutum. Quid illud* Vti? *corrigunt* VII. *& receptum id iam*

A simplicitatis iuuenem, Cn. Domitium, fuêre singulis omnino parentibus geniti, sed omnes ad consulatum, sacerdotiaque, ad triumphi autem pænè omnes peruenerunt insignia. Bellum deinde Iugurthinum gestum est per Q. Metellum, nulli secundum sæculi sui. huius legatus fuit [14] C. Marius, quem prædiximus, natus equestri loco, hirtus atque horridus, vitaque sanctus, quantum bello optimus, tantum pace pessimus, immodicus gloriæ, insatiabilis, impotens, semperque inquietus. hic per publicanos, aliosque in Africâ negotiantes, criminatus Metelli lentitudinem, trahentis iam in tertium annum bellum, & naturalem nobilitatis superbiam, morandique in imperiis cupiditatem, effecit, vt, cùm commeatu petito Romam venisset, consul crearetur, bellique, pænè patrati à Metello, qui bis Iugurtham acie fuderat, summa committeretur sibi. Metelli tamen & triumphus fuit clarissimus, [15] & meritum, virtutique cognomen Numidici inditum. Vt paullò antè Domitiæ familiæ, ita Cæciliæ notanda claritudo est: quippe [16] intra XII. fermè annos huius temporis consules fuêre Metelli, aut censores, aut triumpharunt ampliùs XII. vt appareat, quemadmodum vrbium imperiorumque, ita gentium nunc
B florere fortunam, nunc senescere, nunc interire. At C. Marius L. Sullam, iam tunc, vt [17] præcauentibus fatis, copulatum sibi quæstorem habuit, & per eum missum ad regem Bocchum, Iugurthâ rege, abhinc annos fermè CXXXIIX. potitus est: designatusque iterùm consul, in vrbem reuersus, secundi consulatus initio Kal. Ian. eum in triumpho duxit. Effusa, vt prædiximus, immanis vis Germanarum gentium, quibus nomen Cimbris ac Teutonis erat, cùm Cæpionem, Manliumque consulem, & antè Carbonem, Silanumque fudissent, fugassentque in Galliis, & exsuissent exercitu, Scaurumque Aurelium COS. & alios celeberrimi nominis viros trucidassent, populus R. non alium repellendis tantis hostibus magis idoneum imperatorem, quàm Marium,

Bellum Iugurthinum.

C. Marius.

Consul creatus.

In Cæciliæ nota.

L. Sullæ Quæstor.

Iugurtham capit.

Cimbri Romanos fundunt.

id iam in libros, quasi certum. Ego miror. Nam ad vestigia scripturæ haud improbum hoc fateor: quid tamen ad Velleÿ mentem, aut historicam fidem? Ecce Velleius ait, peculiarem quandam & artatam numero felicitatem Domitiæ familiæ se notare. *Vbi ea hîc? quódne septem in eâ consules? nam illuc referunt. Ridiculum. ego triginta gentes Romanas dabo, in quâ longè plures: dabo vnam Claudiam, in quâ vigintiocto. Denique quomodo fides constabit, de septem triumphis? nam hoc additur,* omnes pænè ad triumphi insignia peruenisse. *Atqui volue reuolue Annales, duos modò Triumphos in Domitiâ gente reperies, quod Suetonius notat diligens & fidus obseruator talium rerum. Hæc incommoda in istâ correctione sunt. Nos ergo legimus:* IV. ante hunc, *idest, quattuor, istâ mente: In vnâ familiâ fuisse quattuor singulis parentibus genitos, ipsosque singulos: (nam hoc illud rarum quod intellegit, ex vnicis vnicos semper natos:) & eos omnes ad consulatum peruenisse, ad*
D *triumphum pænè omnes. Velim igitur etiam scribi:* singuli parentibus geniti, *clarius ad hanc sententiam exprimendam, non,* singulis. *Quod tamen si retines, eôdem trahe. Ab hac nostrâ correctione Velleÿ verba sunt,* artata numero felicitas: *& de paucis ostendit se loqui. Etiam Suetonÿ Domitianum stemma, quod initio Neronis legis. Ibi enumerat ab Domitio Allobrogico, quattuor parentibus suis vnicos, ad Domitium vsque patrem Neronis: qui est iste ipse Velleianus* nobilissimæ simplicitatis iuuenis. *Hæc ergo liquent: & omnes isti consules. Sed de Triumpho quid? vbi quattuor? Nego esse debere. Nam dixit Velleius (cuius verba iure pensito)* pænè omnes. *Ergo peruenerint vno minus. Sed hosipsos tres quomodo expedio? Ex eodem Velleio: qui dixit non* Triumphos, *sed* Triumphi insignia. *Ergo sunto duo triumphi, alter Domitÿ Allobrogici notus; alter Domitÿ Caluini de Hispanis, anno* DCCXXI. *Tertius autem Domitius, auus Neronis, donatus est sub Augusto* ornamentis triumphalibus, ex Germanico bello. *Suetonius auctor. Iámne tenebrosæ notulæ lux facta? mihi videtur.*

C

14. C. MARIVS NATVS EQVESTRI LOCO. *Alÿ originem viliorem Mario tribuunt, vt auctor de Viris illustribus: qui ait,* humili loco natum. *vt Plutarchus, qui scribit γενόμενον γονέων παντάπασιν ἀδόξων, ἀυτεργῶν δὲ καὶ πενήτων:* natum parentibus planè ignotis, & operariis atque pauperibus. *Et Iuuenalis:*

——— Volscorum in monte solebat
Poscere mercedes alieno lassus aratro.

15. ET MERITVM, VIRTVTIQVE COGNOMEN.] *Mauelim:* & meritum virtutibus cognomen.

16. INTRA XII. FERME ANNOS, &c.] *Iterùm in obseruatiunculâ istâ hæremus. Si verba, vti posita scriptáque, accipis: falsa sunt. Non enim profectò intra tot annos,* amplius XII. *Consules aut Censores aut Triumphales fuêre. Quid si notulas detrahas, scribásque,* amplius X? *Id certè verum sit: & reperio ab anno* DCXXXIII. *ad annum* DCLVI. *(qui sunt anni* XII.*) reperio inquam in gente Cæciliâ Consules quinque, Censores duos, Triumphales quattuor. Ergo* vndecim, *nisi quid in vestigando me fugit. Corrige me, non corripe, si ita est.*

17. PRÆCAVENTIBVS FATIS.] *Tentabam:* patriæ cauentibus fatis: *quasi compendio scriptum verbum fuisset. nec nunc pænitet. Hæc autem referenda ad necessitudinem, quæ more prisco inter Consulem & Quæstorem est, qualis inter patrem filiúmque. Cicero non vno loco.*

In eos Marius missus. rium, est ratus. tum multiplicati consulatus eius. Tertius, in apparatu belli consumptus, A
Lex de sacerdotiis. quo anno Cn. Domitius tribunus pl. legem tulit, vt sacerdotes, quos anteà collegæ sufficiebant, populus crearet. Quarto, trans alpes circa Aquas Sextias cum Teutonis conflixit; ampliùs CL. hostium, [18] priore ac postero die, ab eo trucidatis, gensque exci-
Clades Cimbrorum. sa Teutonum. Quincto, citra alpes in campis, quibus nomen erat Raudis, ipse consul, & proconsul Q. Lutatius Catulus fortunatissimo decertauêre prœlio. [19] cæsa, aut capta ampliùs CM. hominum. Hac victoriâ videtur meruisse Marius, ne eius nati remp. præniteret, ac bona malis repensasse. Sextus consulatus veluti præmium ei meritorum
Glaucia & Apuleij turba. datus. Non tamen huius consulatus fraudetur gloriâ, quo Seruilij Glauciæ Saturninique Apuleij furorem, continuatis honoribus remp. lacerantium, & gladiis quoque &
A Mario compressa. cæde comitia discutientium, consul armis compescuit; hominesque exitiabiles in Ho-
Liuius Drusus. stiliâ curiâ morte multauit. Deinde, interiectis paucis annis, tribunatum iniit M. Liuius Drusus, vir nobilissimus, eloquentissimus, sanctissimus, meliore in omnia ingenio animoque, quàm fortunâ vtus: qui, cùm senatui priscum restituere cuperet decus, & iudi- B
Pro senatu primo. cia ab equitibus ad eum transferre ordinem; (quippe, eam potestatem nacti equites, Gracchanis legibus, cùm in multos clarissimos atque innocentissimos viros sæuissent, tum P. Rutilium, virum non sæculi sui, sed omnis æui optimum, interrogatum lege repetundarum, maximo cum gemitu ciuitatis, damnauerant;) in iis ipsis, quæ pro senatu moliebatur, senatum habuit aduersarium, non intelligentem, si qua de plebis commodis ab eo agerentur, veluti inescandæ illiciendæque multitudinis caussâ fieri, vt, minoribus perceptis, maiora permitteret. Denique ea fortuna Drusi fuit, vt malefacta collegarum, quàm [20] eius optimè ab ipso cogitata, senatus probaret magis; & honorem, qui ab eo deferebatur, sperneret; iniurias, quæ ab aliis intendebantur, æquo animo recipe-
Mox in eum vertit. ret; & huius summæ gloriæ inuideret, illorum modicam ferret. Tum conuersus Drusi animus, quando benè cœpta malè cedebant, ad dandam ciuitatem Italiæ. quod cùm
Occiditur. moliens reuertisset è foro, immensâ illâ & [21] incognitâ, quæ eum semper comitabatur, cinctus multitudine, in atrio domus suæ cultello percussus, qui affixus lateri eius reli- C
ctus est, intra paucas horas decessit. Sed, cùm vltimum redderet spiritum, intuens circumstantium mærentiumque frequentiam, effudit vocem, conuenientissimam conscientiæ suæ: Ecquando, inquit, propinqui amicique, similem mei ciuem habebit resp.? Hunc finem clarissimus iuuenis vitæ habuit: cuius morum minimè omittatur argumentum. Cùm ædificaret domum in Palatio in eo loco, vbi est, quæ quondam Ciceronis, mox Censorini fuit, nunc Statilij Sisennæ est; promitteretque ei architectus, ita se eam ædificaturum, vt libera à conspectu, immunis [22] ab omnibus hominibus esset, ne-
Pulchra eius vox Coloniæ in exteris. que quisquam in eam despicere posset: Tu verò, inquit, si quid in te artis est, ita compone domum meam, vt, quidquid agam, ab omnibus perspici possit. In legibus Gracchi inter pernicioßissima numerauerim, quòd extra Italiam colonias posuit. id maiores (cùm viderent tanto potentiorem Tyro Carthaginem, Massiliam Phocæâ, Syracusas Corintho, Cyzicum ac Byzantium Mileto, genitali solo) diligenter vitauerant, vt ciues Romanos ad censendum ex prouinciis in Italiam reuocauerint. Prima autem D

18. PRIORE AC POSTERO DIE.] *Benè* postero die: *& tunc iterùm pugnatum, Plutarchus alijq; consensu tradiderunt. Orosio quid visum dissentire, sic scribenti?* Quarto die rursus productæ vtrimque in campum acies, vsque ad meridiem pænè pari pugnauêre discrimine. *Non potest, vt hæc res fuit, de quarto die. Audacter emendo:* Orto die.

19. CÆSA, AVT CAPTA AMPLIVS CM. HOMINVM.] *Vt alij summas cæsorum captorúmve concipiunt, videatur geminanda centenaria hîc nota:* CCM. hominum.

20. EIVS OPTIME AB IPSO COGITATA.] *Voces*, ab ipso, *superfluere censeo.*

21. INCOGNITA MVLTITVDINE.] *Possis etiam* inconditâ.

22. AB OMNIBVS HOMINIBVS.] *Prima editio optimè*, ab omnibus arbitris. *Arbitri sc. inspectores, censores, quiq; facta tua aut verba arbitrentur. Plautus:*

——— Potare, amare vult, nequi sciat
Néve arbiter sit.

Iterùm:

Secede huc nunc iam si videtur procul,
Ne arbitri dicta nostra arbitrari queant.

23. SER-

A autem extra Italiam colonia *Carthago* condita est. Mors Drusi, iam pridem tumescens, bellum excitauit Italicum. quippe L. Cæsare, P. Rutilio cos. abhinc annos CXX. cùm id malum in vniuersâ Italiâ ab Asculanis esset, (quippe [23] Seruium prætorem Fonteium-que legatum occiderant) ac deinde à Marsis exceptum, in omnes penetrasset regiones; arma aduersus Romanos cepit. quorum vt fortuna atrox, ita caussa fuit iustissima. petebant enim eam ciuitatem, cuius imperium armis tuebantur: per omnes annos, atque omnia bella, [24] duplici numero se [25] militum equitumque fungi, neque in eius ciuitatis ius recipi, quæ per eos in idipsum peruenisset fastigium, per quod homines, eiusdem & gentis & sanguinis, vt externos alienosque fastidire posset. id bellum [26] amplius CCC. M. iuuentutis Italicæ abstulit. Clarissimi autem imperatores fuerunt Romani eo bello, Cn. Pompeius, Cn. Pompeij Magni pater, C. Marius, de quo prædiximus, L. Sulla, anno antè prætură functus, Q. Metellus, Numidici filius, qui meritum cognomen Pij consecutus erat. quippe expulsum ciuitate L. Saturnino tribuno pl. quòd solus in
B leges eius iurare noluerat, pietate suâ, auctoritate Senatus, consensu reip. restituit patrem. Nec triumphis honoribusque, quàm aut caussâ exsilij, aut exsilio, aut reditu clarior fuit Numidicus. Italicorum autem fuerunt celeberrimi duces, Silo Poppædius, Herius Asinius, Insteius Cato, C. Pontidius, Telesinus Pontius, Marius Egnatius, Papius Mutilius. Neque ego verecundiâ, domestici sanguinis gloriæ quidquam, dum verum refero, subtraham. quippe multum Minatij Magij, ataui mei, Asculanensis, tribuendum est memoriæ: qui, nepos Decij Magij, Campanorum principis celeberrimi, & fidelissimi viri, tantam hoc bello Romanis fidem præstitit, vt cum legione, quam ipse in Hirpinis conscripserat, Herculaneum simul cum T. Didio caperet, Pompeios cum L. Sullâ oppugnaret, Cosamque occuparet. cuius de virtutibus cùm alij, tum maximè dilucideque Q. Hortensis in Annalibus suis retulit. cuius pietati plenam populus R. gratiam retulit; [27] ipsum viritim ciuitate donando, duos filios eius creando prætores, cùm seni adhuc crearentur. Tam varia, atque atrox fortuna Italici belli fuit, vt per biennium continuum duo Romani consules, Rutilius, ac deinde Cato Porcius, ab
C hostibus occiderentur, exercitus P. R. multis in locis funderentur, vtque ad saga iretur, diuque in eo habitu maneretur. Caput imperij sui Corfinium legerant, quod appellarent Italicum. Paullatim deinde recipiendo in ciuitatem, qui arma aut non ceperant, aut deposuerant maturiùs, vires refectæ sunt, Pompeio, Sullaque, & Mario fluentem procumbentemque Remp. restituentibus. Finito ex maximâ parte, nisi quæ Nolani belli manebant reliquiæ, Italico bello, (quo quidem Romani victis afflictisque, ipsi exarmati, quàm integris vniuersis ciuitatem dare maluerunt) consulatum inierunt

Bellum Italicum.

In eo Imperatores Romani.

Imperatores Italici.

Magius Atauus Velleij.

Clades belli Italici.

Paullatim id ponitur.

23. SERVIVM PRÆTOREM.] *Etiam Orosius* C. Seruium prætorem *appellat: at Liuij Epitoma* Q. Seruilium Proconsulem, *vti & Appianus.*

24. DVPLICI NVMEROSE.] *Frustrà vexatur hic*
D *locus, qui valet. Tamen legendum aliquis censet* duplici munere: *ab imperitiâ aut certè incogitantiâ moris prisci. qui fuit, vt socij duplum militum ferè darent præ Romanis. Liuius sæpè ingerit. vt libro* XXXVI. Decretum vt nouorum militum tria millia duceret, & trecentos equites: ita vt in iis duæ partes sociûm Latini nominis, tertia ciuium Romanorum esset. *Libro* XXXV. Imperatum L. Quinctio, vti duas legiones ciuium nouas scriberet, & sociûm ac Latini nominis viginti millia peditum, & equites octingentos. *En, manifestò numero duplici: quoniam legiones tunc nondum sex millium factæ. Exempla plura obseruitabis: atque ego alibi distinctiùs, cum deo, dicam.*

25. MILITVM EQVITVMQVE.] *Ergo equites seiuncti à militibus? Ita, genere quodam loquendi. Nam Pedites, quia plurima & præcipua militiæ pars, ἐξοχὴν quadam veniunt sæpè soli in Militum nomen. Cæsar* III. *de Bello ciuili:* Cùm ipsi numero militum equitumque præstarent. *Hirtius in bello Africo:* Aduectis militum equitumque copiis. *Et alibi quoque in iis libris.*

26. AMPLIVS CCC. M. IVVENTVTIS.] *Non dubita, pro cladibus & cædibus quas passim lego. In Eutropio tamen minor multo numerus: qui de bello Sociali & Ciuili simul, libro* V. *scribit:* Consumpserunt vltra CL. M. hominum, viros consulares XXIV. Prætorios VII. Ædilitios LX. Senatores ferè CCC. *Sed ego profectò ibi scribam adauctis notis,* D. M. hominum. *nec minus fuit in vtroque illo bello.*

27. IPSVM VIRITIM CIVITATE DONANDO.] *Id valet: solum & seorsum ciuem faciendo, non vna cum aliis & in turbâ. Quod certè ad honorem eius facit, & amorem simul indicat Romanorum. Volui aliquando scribere:* Ipsum Quiritium ciuitate donando. *nunc desisto.*

Corn. Sulla. ierunt Q. Pompeius, & L. Cornelius Sulla, vir, qui neque ad finem victoriæ satis laudari, neque post victoriam abundè vituperari potest. hic, natus familiâ nobili, sextus à Cornelio Rufino, qui bello Pyrrhi inter celeberrimos fuerat duces, cùm familiæ eius claritudo intermissa esset, diu ita se gessit, vt nullam petendi consulatum cogitationem habere videretur. deinde post præturam illustratus bello Italico, & antè in Galliâ legatione sub Mario, quâ eminentissimos duces hostium fuderat, ex successu animum sumpsit; petensque consulatum, pænè omnium ciuium suffragiis factus est. sed eum honorem [28] vndequinquagesimo ætatis suæ anno assecutus est. Per ea tempora Mithridates, Ponticus rex, vir, neque silendus, neque dicendus sine curâ, bello acerrimus, virtute eximius, [29] aliquando fortunâ, semper animo maximus, consiliis dux, miles manu, odio in Romanos Hannibal, occupatâ Asiâ, necatisque in eâ omnibus ciuibus R. quos quidem eâdem die, atque horâ, redditis ciuitatibus litteris, ingenti cum pollicitatione præmiorum interimi iusserat, (quo tempore neque fortitudine aduersus Mithridatem, neque fide in Romanos quisquam Rhodiis par fuit. Horum fidem Mitylenæorum perfidia illuminauit, qui M/. Aquillium, aliosque Mithridati vinctos tradiderunt; quibus libertas, in vnius Theophanis gratiam, posteà à Pompeio restituta est) cùm terribilis Italiæ quoque videretur imminere, sorte obuênit Sullæ Asia prouincia. is, egressus vrbe, cùm circa Nolam moraretur; (quippe ea vrbs pertinacissimè arma retinebat, exercituque Romano obsidebatur, velut pœniteret eius fidei, quam omnium sanctissimam bello præstiterat Punico;) P. Sulpicius tribunus pl. disertus, acer, opibus, gratiâ, amicitiis, vigore ingenij atque animi celeberrimus, cùm anteà, rectissimâ voluntate, apud populum maximam quæsisset dignitatem, quasi pigeret eum virtutum suarum, & benè consulta ei malè cederent, subitò prauus, & præceps, C. Mario, post LXX. annum omnia imperia & omnes prouincias concupiscenti, addixit, legemque ad populum tulit, quâ Sullæ imperium abrogaretur, C. Mario bellum decerneretur Mithridaticum; aliasque leges pernicioſas, & exitiabiles, neque tolerandas liberæ ciuitati, tulit: quin etiam Q. Pompeij consulis filium, eumdemque Sullæ generum, per emissarios factionis suæ interfecit. Tum Sulla, contracto exercitu, ad vrbem rediit, eamque armis occupauit, XII. auctores nouarum pessimarumque rerum, inter quos Marium, cum filio, & P. Sulpicio, vrbe exturbauit, ac, lege latâ, exsules fecit. Sulpicium etiam assecuti equites, in Laurentinis paludibus iugulauêre, caputque eius erectum & ostentatum pro Rostris, velut omen imminentis proscriptionis fuit. Marius post sextum consulatum, annoque LXX. nudus, ac limo obrutus, oculis tantum modò ac naribus eminentibus, extractus arundineto, circa paludem Maricæ, in quam se, fugiens consectantes Sullæ equites, abdiderat, iniecto in collum loro, in carcerem Minturnensium, [30] iussu II. viri, perductus est. ad quem interficiendum missus cum gladio seruus publicus, natione Germanus, qui fortè ab imperatore eo bello Cimbrico captus erat, vt agnouit Marium, magno eiulatu expromenti indignationem casus tanti viri, abiecto gladio, profugit è carcere. Tum ciues, ab hoste, misereri paullò antè principis viri, docti, instructum eum viatico, collataque veste, in nauem imposuerunt. at ille, assecutus circa Ænariam filium, cursum in Africam direxit; inopemque vitam in tugurio ruinarum Carthaginensium tolerauit; cùm [31] Marius aspiciens Carthaginem, illa intuens Marium, alter alteri possent esse solatio. Hoc primùm anno, sanguine consulis Romani, militis imbutæ manus sunt: quippe Pompeius,

Mithridates rex.

Ciues Rom. necat.

In ciues Sulla missus.

P. Sulpicius turbat.

Sulla eum comprimit. Marium alioſq; eucit.

Marius captus.

Dimissus.

In Africâ latet.

28. VNDEQVINQVAGESIMO ANNO.] *Plutarchus*, quinquagesimo. Γ'πατος μὲν, *inquit*, ἀπὸ δ' εἰκυτὰς πεντήκοντα ἔτη γεγονώς.

29. ALIQVANDO FORTVNA, SEMPER ANIMO MAXIMVS.] *Malim*, aliquamdiu. *Sed de magnitudine animi huius regis, emendetur Sallustianum fragmentum* (*apud Fabium, si memini:*) Mithridates corpore ingenti, perinde & armatus. *Facito:* perinde & animatus.

30. IVSSV II. VIRI.] *An potiùs*, II. virûm? *Duo enim certè in coloniis.*

31. MARIVS ASPICIENS CARTHAGINEM, &c.] *Egregiè exprimit & subiicit lubricum istud & incertum rerum humanarum. Placuit Lucano, & mutuatus est:*

—— Solatia fati
Carthago Mariusque tulit, pariterque iacentes
Ignouêre deis.

32. SVB

A peius, collega Sullæ, ab exercitu Cn. Pompeij proconſulis, ſeditione, ſed quam dux creauerat, interfectus eſt. Non erat Mario Sulpicioque Cinna temperatior. itaque, cùm ita ciuitas Italiæ data eſſet, vt in octo tribus contribuerentur noui ciues; ne potentia eorum, & multitudo, veterum ciuium dignitatem frangeret; pluſque poſſent recepti in beneficium, quàm auctores beneficij; Cinna, in omnibus tribubus eos ſe diſtributurum, pollicitus eſt. quo nomine, ingentem totius Italiæ frequentiam in vrbem acciuerat. è quâ pulſus, collegæ optimatiumque viribus, cùm in Campaniam tenderet, ex auctoritate ſenatus, conſulatus ei abrogatus eſt, ſuffectuſque in eius locum L. Cornelius Merula, flamen Dialis. Hæc iniuria homine, quàm exemplo, dignior fuit. Tum Cinna, corruptis primò centurionibus ac tribunis, mox etiam, ſpe largitionis, militibus, ab eo exercitu, qui circa Nolam erat, receptus eſt. is cùm vniuerſus in verba eius iuraſſet, retinens inſignia conſulatus, patriæ bellum intulit, fretus ingenti numero nouorum ciuium, è quorum delectu CCC. ampliùs cohortes conſcripſerat, ac triginta legionum inſtar impleuerat. Opus erat partibus, auctoritate, gratiâ, cuius augendæ, C. Marium, cum filio, de
B exſilio reuocauit, quique cum iis pulſi erant. Dum bellum autem infert patriæ Cinna, Cn. Pompeius, Magni pater, (cuius præclarâ operâ bello Marſico præcipuè circa Picenum agrum, vt præſcripſimus, vſa erat reſp. quique Aſculum ceperat; circa quam vrbem, cùm in multis aliis regionibus exercitus diſperſi forent, v. & LXX. ciuium Romanorum, amplius LX. Italicorum vnâ die conflixerant) fruſtratus ſpe continuandi conſulatus, ita ſe dubium mediumque partibus præſtitit, vt omnia ex proprio vſu ageret, temporibuſque inſidiari videretur, & huc atque illuc, vnde ſpes maior affuiſſet potentiæ, ſe exercitumque deflecteret; ſed, ad vltimum, magno atrocique prœlio, cum Cinnâ conflixit. Cuius commiſſi patratique [32] ſub ipſis mœnibus, ſociiſque vrbis Romanæ pugnantibus ſpectantibuſque, quàm fuerit euentus exitiabilis, vix verbis exprimi poteſt. Poſt hoc, cùm vtrumque exercitum, velut parum bello exhauſtum, laceraret peſtilentia, Cn. Pompeius deceſſit: cuius interitus voluptas, amiſſorum aut gladio, aut morbo ciuium pænè damno repenſata eſt: populuſque Romanus, quam viuo iracun-
C diam debuerat, in corpus mortui contulit. Seu duæ, ſeu tres Pompeiorum fuêre familiæ, primus eius nominis, ante annos ferè CLXVIII. Q. Pompeius cum Cn. Seruilio conſul fuit. Cinna, & Marius, haud incruentis vtrimque certaminibus editis, vrbem occupauerunt: ſed prior ingreſſus Cinna, de recipiendo Mario, legem tulit. mox C. Marius, peſtifero ciuibus ſuis reditu, intrauit mœnia. nihil illâ victoriâ fuiſſet crudelius, niſi mox Sullana eſset ſecuta. neque licentiâ immediocri ſæuitum, ſed excelſiſſimi quique eminentiſſimæ ciuitatis viri variis ſuppliciorum generibus affecti. in iis conſul Octauius vir leniſſimi animi, iuſſu Cinnæ, interfectus eſt. Merula autem, qui ſe ſub aduentum Cinnæ conſulis abdicauerat, inciſis venis, ſuperfuſoque altaribus ſanguine, quos ſæpè pro ſalute reip. flamen Dialis precatus erat deos, eos in exſecrationem Cinnæ, partiumque eius tum precatus, optimè de rep. meritum ſpiritum reddidit. M. Antonius, princeps ciuitatis, atque eloquentiæ, gladiis militum, quos ipſos facundiâ ſuâ moratus erat, iuſſu Marij Cinnæque, confoſſus eſt. Q. Catulus, & aliarum vir-
D tutum, & belli Cimbrici gloriâ, quæ illi cum Mario communis fuerat, celeberrimus; cùm ad mortem conquireretur, concluſit ſe loco, nuper [33] calce arenaque perpolito, illatoque igni, qui vim odoris excitaret, ſimul exitiali hauſto ſpiritu, ſimul incluſo ſuo, mortem

Q. Pompeius interfectus.

Cor. Cinnæ turbamenta.

Conſulatus ei adimitur. Exercitum corrumpit.

Marium reuocat.

Cn. Pompeius pater.

Ambiguè cum Cinnâ pugnat.

Cinna vrbem intrat. Mox Marius.

Octauius cæſus. Et Merula.

Et Antonius.

Et Catulus.

32. SVB IPSIS MOENIBVS, SOCIISQVE VRBIS ROMANÆ PVGNANTIBVS SPECTANTIBVSQVE.] *Diſplicent, nec germana ſunt.* Socij Romanæ vrbis, *duriter dicuntur: ijdem* pugnaſſe & ſpectaſſe, *falsò. Nam ciues quoque parte vnâ pugnarunt, nec ſocij ſanè ſpectatores vlli ſed actores. Denique copula in voce* ſociiſque, *non pro ſermonis textu. Nos credimus fuiſſe:* ſub ipſis mœnibus ocliſque (*ſiue* oculiſque) vrbis Romanæ, pugnantibus ſpectantibuſque quàm fuerit exitiabilis. *Hæc pugna, inquit, commiſſa, non vt aliæ procul à patriâ, ſed apud Ianiculum, ſub ore atque oculis Romanæ vrbis, quàm triſtis funeſtáque fuerit & pugnantibus & ſpectantibus, ægrè dici poteſt. Sic mihi videtur: & rogo nequis ἄπειρος τῶν κριτικῶν κριτὴς ἔσω.*

33. CALCE ARENAQVE PERPOLITO.] *Verius fuerit,* perlito.

mortem magis voto, quàm arbitrio inimicorum, obiit. Omnia erant præcipitia in rep. A
nec tamen adhuc quisquam inueniebatur, qui bona ciuis Romani aut donare auderet,
Bona ablata. aut petere sustineret. Posteà id quoque accessit, vt sæuitiæ caussam auaritia præberet, &
modus culpæ ex pecuniæ modo constitueretur, & qui fuisset locuples, fieret nocens, sui
quisque periculi merces foret; nec quidquam videretur turpe, quod esset quæstuosum.
Secundum deinde consulatum Cinna, & septimum Marius, in priorum dedecus,
C. Marij mors. iniit; cuius initio, morbo oppressus, decessit, vir in bello hostibus, in otio ciuibus infe-
stissimus, quietisque impatientissimus. In huius locum suffectus Valerius Flaccus, tur-
pissimæ legis auctor, quâ creditoribus quadrantem solui iusserat: cuius facti merita eum
Sulla res in Græciâ. pœna intra biennium consecuta est. Dominante in Italiâ Cinnâ, maior pars nobilitatis
ad Sullam in Achaiam, ac deinde pòst in Asiam perfugit. Sulla interim, cum Mithri-
datis præfectis, circa Athenas, Bœotiamque & Macedoniam, ita dimicauit, vt & Athe-
nas reciperet, & plurimo circa multiplices Piræei portus munitiones labore expleto, am-
plius CC. M. hostium interficeret, nec minus multa caperet. Siquis hoc rebellandi tempus
Athenas oppugnat. quo Athenæ oppugnatæ à Sullâ sunt, imputat Athenienſibus, nimirum veri vetustatis- B
que ignarus est. adeò enim certa Athenienſium in Romanos fides fuit, vt semper & in
omni re, quidquid sincerâ fide gereretur, id Romani Atticâ fieri prædicarent. Ceterùm
tum oppressi Mithridatis armis homines miserrimæ conditionis, cùm ab inimicis tene-
rentur, oppugnabantur ab amicis, & animos extra mœnia, corpora, necessitati seruien-
Pax cum Mithridate tes, intra muros habebant. Transgressus deinde in Asiam Sulla, parentem ante omnia,
supplicemque Mithridatem inuenit, quem multatum pecuniâ ac parte nauium, Asiâ,
omnibusque aliis prouinciis, quas armis occupauerat, decedere coëgit: captiuos recepit:
in perfugas noxiosque animaduertit: paternis, id est Ponticis finibus contentum esse
C. Fimbria. iussit. C. Flauius Fimbria, qui præfectus equitum ante aduentum Sullæ, Valerium Flac-
cum, consularem virum, interfecerat, exercituque occupato imperator appellatus, fortè
Mithridatem pepulerat prœlio, sub aduentu Sullæ se ipse interemit, adolescens, quæ
P. Lænatis sanitia. pessimè ausus erat, fortiter exsecutus. Eodem anno P. Lænas tribunus pl. [34] Sex. Lu- C
cilium, qui priore anno tribunus pl. fuerat, saxo Tarpeio deiecit; &, cùm collegæ eius,
quibus diem dixerat, metu ad Sullam profugissent, aquâ ignique iis interdixit. Tum
Parthi ad Sullam. Sulla, compositis transmarinis rebus, cùm ad eum, primum omnium Romanorum,
legati Parthorum venissent, & in iis quidam magi ex notis corporis respondissent,
Is in Italiam. [35] cælestem eius vitam & memoriam futuram, reuectus in Italiam, haud plura, quàm
XXX. armatorum millia aduersum CC. amplius hostium exposuit Brundisij. Vix quid-
quam in Sullæ operibus clarius duxerim, quàm quòd, cùm per triennium Cinnanæ
Marianæque partes Italiam obsiderent, neque illaturum se bellum iis dissimulauit,
nec, quod erat in manibus, omisit; existimauitque, antè frangendum hostem,
quàm vlciscendum ciuem; repulsoque externo metu, vbi, quod alienum esset, vicisset,
Cinna cædes. superaret quod erat domesticum. Ante aduentum L. Sullæ Cinna, seditione ortâ, ab
exercitu interemptus est, vir dignior, qui arbitrio victorum moreretur, quàm ira-
cundiâ militum. de quo verè dici potest, ausum eum, quæ nemo auderet bonus; per-
fecisse, quæ à nullo, nisi fortissimo, perfici possent; & fuisse eum in consultando teme- D
rarium, in exsequendo virum. Carbo, nullo suffecto collegâ, solus toto anno consul
Sullæ modestia. fuit. Putares, Sullam venisse in Italiam, non belli vindicem, sed pacis auctorem: tantâ
cum quiete exercitum per Calabriam Apuliamque cum singulari curâ frugum, agro-
rum, hominum, vrbium perduxit in Campaniam; tentauitque iustis legibus, & æquis
conditionibus bellum componere: sed iis, quibus & pessima & immodica cupidi-
tas erat, non poterat pax placere. Crescebat interim in dies Sullæ exercitus, con-
fluen-

34. SEX. LVCILIVM SAXO TARPEIO DEIECIT.] *Plutarchus in Mario, ipsum Marium auctorem huius facti edit: sed in eo legas,* Σέξτον Λευκῖνον: Sextum Lucinum. *Nostrum, an illum rescribis?*

35. CÆLESTEM EIVS VITAM ET MEMORIAM FVTVRAM.] *Suspecta mihi vocula. Nam cur Sullæ vita cælestis? imò scelesta reuerà, & facinorum plena. Si ad famam & nomen respicit prædictio: cur non* immortalem, *aut, quod ego velim censeámque nunc substitui,* celebrem *dicat? Celebrem inquam lego: & in Plutarcho magorum hoc præsagium breuiter sic concipitur,* μέγιστον γενέσθαι.

36. IVSTIS-

A fluentibus ad eum optimo quôque, & ſanctiſſimo. Felici deinde circa Capuam euentu Scipionem Norbanumque conſules ſuperat: quorum Norbanus, acie victus; Scipio, ab exercitu ſuo deſertus, ac proditus, inuiolatus à Sullâ dimiſſus eſt. adeò enim Sulla diſſimilis fuit bellator, ac victor; vt, dum vincit, [36] iuſtiſſimo lenior, poſt victoriam audito fuerit crudelior. [37] nam & Conſul, vt prædiximus, exarmatum Q. Sertorium, propinquanti mox bello facem, & multos alios, potitus eorum, dimiſit incolumes: credo, vt in eodem homine duplicis ac diuerſiſſimi animi conſpiceretur exemplum. Poſt victoriam, quâ deſcendens montem Tifata cum C. Norbano concurrerat Sulla, [38] gratus Dianæ, cuius numini regio illa ſacrata eſt, ſoluit; [39] aquas ſalubritate in medendiſque corporibus nobiles vt potiùs agros omnes addixit deæ, huius gratæ religionis memoria, & inſcriptio, templi affixa poſti, hodieque teſtatur ærea tabula. Intereà deinde conſules Carbo III. & C. Marius ſepties conſulis filius, annos natus XXVI. vir animi magis, quàm æui paterni, multa fortiterque molitus, neque vſquam inferior nomine

Clementia.

Dianæ donum.

C. Marius filius.

B conſulis, apud Sacriportum pulſus à Sullâ acie, Præneſte, quod antè naturâ munitum præſidiis firmauerat, ſe, exercitumque contulit. [40] Ne quid vmquam malis publicis deeſſet, in quâ ciuitate ſemper virtutibus certatum erat, certabatur ſceleribus, optimuſque ſibi videbatur, qui fuerat peſſimus. quippe, dum ad Sacriportum dimicatur, Damaſippus prætor Domitium Scæuolam etiam pontificem maximum, & diuini humanique iuris auctorem celeberrimum, & C. Carbonem prætorium, conſulis fratrem, & Antiſtium ædilicium, velut fauentes Sullæ partibus, in curiâ Hoſtiliâ trucidauit. Non perdat nobiliſſimi facti gloriam Calpurnia, Beſtiæ filia, vxor Antiſtij, quæ, iugulato, vt prædiximus, viro, gladio ſeipſam transfixit. quantum huius gloriæ famæque acceſſit? [41] nunc virtute eminet, patriâ latet. At Pontius Teleſinus, dux Samnitium, [42] vir domi bellique fortiſſimus, penituſque Romano nomini infeſtiſſimus, [43] contractis circiter XLM. fortiſſimæ pertinaciſſimæque in retinendis armis iuuentutis, Carbone ac Mario cos. [44] abhinc annos XL. Kal. Nou. ita ad portam Collinam cum Sullâ dimicauit, vt ad ſummum diſcrimen & eum & remp. perduceret: quæ non maius pericu-

Damaſippi facinora.

Magnanima Calpurnia.

Pontius Teleſinus.

Cum Rom. pugnat.

C

36. IVSTISSIMO LENIOR.] Iuſto lenior, *magis ferrem. Quid ſi etiam* mitiſſimo lenior?

37. NAM ET CONSVL, VT PRÆDIXIMVS, EXARMATVM Q. SERTORIVM.] *Vbi hoc, ſodes prædixiſti Vellei? ne potuiſti quidem. nam profectò nihil harum rerum Sulla geſſit Conſul, ſed Proconſul. Clarum id eſt. Correctiunculâ igitur nos expedimus:* Nam & Conſulem, vt prædiximus, exarmatumque Sertorium. *Ita ſanè eſt. Sulla clementiam lenitatemque exhibuit & in Conſule: quo illo? Scipione, quem antè dictum, cùm exercitum ipsúmque in poteſtatem redegiſſet, dimiſſum ſine noxâ: & in Sertorio, qui Sueſſam fruſtrà occuparat, atque in Hiſpaniam aufugit. Appianum vide.*

D 38. GRATVS DIANÆ.] Grates *legendum, res & alij dixerunt. Sed de templo hoc Dianæ apud Pauſaniam legi non omittendum. Ille libro* V. *vbi diſputat de elephantum dentibus ſiue cornibus: ait, ſe vidiſſe* ἐν γῇ τῇ Καμπανῶν κρανίον ἐλέφαντος ἐν Ἀρτέμιδος ἱερῷ. *& addit:* ϛαδίους δὲ ὡς ϱιάκοντα ἀπέχει μάλιϛα Καπύης τὸ ἱερόν: in terrâ Campanorum, caluam elephantis, in templo Dianæ. quod abeſt maximè à Capuâ triginta ſtadiis. *Certè hoc ipſum eſt in quod Sulla tam munificus.*

39. AQVAS SALVBRITATE IN MEDENDISQVE CORPORIBVS NOBILES.] *Totam hanc periodum ſic, me arbitro, reſcribas.* Aquas ſalubritate medendiſque corporibus nobiles, agroſque omnes addixit deæ. Huius gratæ religionis memoriam inſcriptio templi affixa poſti, hodieque tabula teſtatur ærea intra ædem. Inde Conſules Carbo. *Præiuit nobis prima editio, tum alibi ingenium, quo fas in his talibus modicè modeſteque vti.*

40. NE QVID VMQVAM.] *Malim,* vſquam.

41. NVNC VIRTVTE EMINET, PATRIA LATET.] *Corruptum hoc eſſe dicam, & dicam tantùm. Non enim medeor. Certè patria eius non latet, & Romanam fuiſſe nomen genúſque euincunt,* Calpurnia Beſtiæ filia.

42. VIR DOMI BELLIQVE FORTISSIMVS.] *Primâ editione,* animi bellique. *Nec reijcio, cùm ſimile ſit illi Corneliano,* ingens animi.

43. CONTRACTIS CIRCITER XL. MILLIBVS.] *Pænè duplicant numerum Appianus, Oroſius, Eutropius, ſcribúntque* millia LXXX. *An non hîc ſaltem* LX?

44. ABHINC ANNOS XL. KAL. NOVEMBRIBVS.] *Aldus repoſuit,* annos CXI. *Rectè. ſed de Kalendis Nouembribus etiámne rectum? ambigo. Nam paullò infrà ſcribit:* Felicitatem eius diei, quo Samnitium Teleſinique pulſus eſt exercitus, Sulla perpetuâ ludorum Circenſium honorauit memoriâ, quibus ſine nomine Sullanæ victoriæ celebrantur. *Atqui profectò perpetui ij ludi in Kalendario Romano ſunt notati, non Kalendis Nouembribus (tunc enim nulli) ſed* VII. Kal. Nou. *atque ibi ſculptum:* LVD. VICT. *ſicut & ſequenti quatriduo,* LVDI. *Niſi fallor, iſti ipſi ſunt, & ad hunc numerum Velleiana lectio reformanda.*

45. MAGNI-

riculum adiit, Hannibalis intra tertium miliarium caſtra conſpicata, quàm eo die, quo A
circumuolans ordines exercitus ſui Teleſinus, dictitanſque adeſſe Romanis vltimum
diem, vociferabatur eruendam delendamque vrbem; adiiciens, numquam defuturos
raptores Italicæ libertatis lupos, niſi ſilua, in quam refugere ſolerent, eſſet exciſa. Poſt pri-
mam demum horam noctis & Romana acies reſpirauit, & hoſtium ceſſit. Teleſinus
Occiditur. poſterâ die ſemianimis repertus eſt, victoris magis, quàm morientis, vultum præferens:
cuius abſciſſum caput ferri geſtarique circa Præneſte Sulla iuſſit. Tum demum, deſpe-
Marij filij cædes. ratis rebus ſuis, C. Marius adoleſcens per cuniculos, qui, miro opere fabricati in diuerſas
agrorum partes ferunt, conatus erumpere, cum foramine è terrâ emerſiſſet, à diſpoſitis in
idipſum interemptus eſt. Sunt, qui ſuâ manu; ſunt, qui concurrentem mutuis ictibus
cum minore fratre Teleſino, vnà obſeſſo, & erumpente, occubuiſſe prodiderint. vtcum-
que cecidit, hodieque tantâ patris imagine non obſcuratur eius memoria. de quo iuuene
Sulla Felix dictus. quid exiſtimauerit Sulla, in promptu eſt. occiſo enim demum eo, Felicis nomen aſſum-
pſit: quod quidem vſurpaſſet iuſtiſſimè, ſi eundem & vincendi & viuendi finem ha-
Ofella Lucretius. buiſſet. Oppugnationi autem Prænestis ac Marij præfuerat Ofella Lucretius; qui cùm B
antè Marianarum fuiſſet partium, prætor ad Sullam transfugerat. Felicitatem diei, quo
Samnitium Teleſinique pulſus eſt exercitus, Sulla perpetuâ ludorum Circenſium ho-
norauit memoriâ, quibus ſine nomine Sullanæ victoriæ celebrantur. Paullò antè, quàm
Sulla ad Sacriportum dimicaret, [45] magnificis prœliis partium eius viri hoſtium exercitum fuderant, duo Seruilij apud Cluſium, Metellus Pius apud Fauentiam, M. Lucullus circa Fidentiam. Videbantur finita belli ciuilis mala, cùm [46] Sullæ crudelitate au-
Sulla Dictator. cta ſunt. quippe, [47] dictator creatus (cuius honoris vſurpatio per annos cxx. inter-
miſſa. nam proximus poſt annum, quàm Hannibal Italiâ exceſſerat: vt appareat popu-
lum Romanum vſum dictatoris non tam deſideraſſe, quàm timuiſſe poteſtatem impe-
rij, quo priores ad vindicandam maximis periculis remp. vſi fuerant) immodicæ crude-
Proſcriptio eius. litatis licentiâ vſus eſt. Primus ille, & vtinam vltimus, exemplum proſcriptionis inuê-
nit, vt, in quâ ciuitate petulantis conuicij [48] iudicium hiſtrioni exoleto redditur, in eâ C
iugulati ciuis reip. conſtitueretur auctoramentum; plurimumque haberet, qui plurimos
interemiſſet, neque occiſi hoſtis, quàm ciuis, vberius foret præmium; fieretque quiſque
merces mortis ſuæ. Nec tamen in eos, qui contrà arma tulerant, ſed in multos inſontes
ſæuitum. adiectum etiam, vt bona proſcriptorum vænirent; excluſique paternis opi-
bus liberi, etiam petendorum honorum iure prohiberentur, ſimulque, quod indigniſ-
ſimum eſt, ſenatorum filij & onera ordinis ſuſtinerent, & iura perderent. Sub aduen-
Cn. Pompeius. tum in Italiam L. Sullæ, Cn. Pompeius, eius Pompeij filius, quem magnificentiſſi-
mas res in conſulatu geſſiſſe bello Marſico prædiximus, XXIII. annos natus, abhinc an-
nos CXIII. priuatis vt opibus, ita conſiliis magna auſus, magnificeque conata exſecu-
tus, ad vindicandam reſtituendamque dignitatem patriæ, firmum ex agro Piceno, qui
totus paternis eius clientelis refertus erat, contraxit exercitum. cuius viri magnitudo
multorum voluminum inſtar exigit: ſed operis modus paucis eum narrari iubet.
Fuit D

45. MAGNIFICIS PROELIIS.] *Non muto. etiam paullò poſt*, magnificentiſſimas res gerere *inuenies.*

46. SVLLÆ CRVDELITATE AVCTA SVNT.] *Suſpicor ſcripſiſſe Velleium*, nata ſunt. *Haud paullò argutior ſic ſententia, & ἀντιθέσει exornata.*

47. DICTATOR CREATVS (CVIVS HONORIS VSVRPATIO, &c.] *Parum hæc inter ſe apta. Diſtingui ſcribiq; mauelim:* Dictator creatus (cuius honoris vſurpatio per annos cxx. intermiſſa; nam proximus poſt annum quàm Hannibal Italiâ exceſſerat: vt appareat populum Romanum non tam deſideraſſe, quàm timuiſſe) poteſtate imperij, quo priores ad vindicandam maximis periculis remp. vſi fuerant, immodicæ crudelitatis licentiâ abuſus eſt. *Ex hac diſtinctione, & tranſpoſitâ notâ parentheſeos, longè alia clariórque ſententia, quàm quæ vulgatur. maximè ſi mecum* poteſtate, *pro* poteſtatem *ſcribis: itémque* abuſus, *non* vſus.
** In Epiſtolicis.*

48. IVDICIVM HISTRIONI EXOLETO REDDITVR.] * *Alibi tentauimus hunc locum, etiámque alij. Nunc placeat:* iudicium in hiſtrionem ex albo. *Nam id verum eſt. & legibus* XII. *animaduerſi actores aut hiſtriones, qui carmen actitaſſent quod infamiam flagitiúmve faceret alteri. In bonâ omni Rep. ita ſolitum: hodierna licentia quàm effrænis ſolutáque es!*

49. EX

A Fuit hic genitus matre Luciliâ, ſtirpis ſenatoriæ, formâ excellens, non eâ, quâ flos commendatur ætatis, ſed [49] ex dignitate conſtantiaque in illam conueniens amplitudinem, fortunam quoque eius, ad vltimum vitæ comitata eſt diem: innocentiâ eximius, ſanctitate præcipuus, eloquentiâ medius; potentiæ, quæ honoris cauſsâ ad eum deferretur, non vt ab eo occuparetur, cupidiſſimus; dux bello peritiſſimus; ciuis in togâ (niſi vbi vereretur, ne quem haberet parem) modeſtiſſimus; amicitiarum tenax, in offenſis exorabilis, [50] in reconciliandâ gratiâ fideliſſimus, in accipiendâ ſatisfactione facillimus, potentiâ ſuâ numquam, aut rarò ad impotentiam vſus, [51] pænè omnium votorum expers, niſi numeraretur inter maxima, in ciuitate liberâ dominaque gentium, indignari, cùm omnes ciues iure haberet pares, quemquam æqualem dignitate conſpicere. Hic, à togâ virili aſſuetus commilitio prudentiſſimi ducis parentis ſui, bonum & capax recta diſcendi ingenium ſingulari rerum militarium prudentiâ excoluit, vt à Sertorio Metellus laudaretur magis, Pompeius timeretur validiùs. Tum M. Perperna, prætorius, è proſcriptis, *Eius laudes.*

B gentis clarioris, quàm animi, Sertorium inter cenam Etoſcæ interemit, Romaniſque certam victoriam, partibus ſuis excidium, ſibi turpiſſimam mortem peſſimo auctoratuit facinore. Metellus & Pompeius ex Hiſpanis triumpharunt: ſed Pompeius, hoc quoque triumpho, adhuc eques Romanus, ante diem, quàm conſulatum iniret, curru vrbem inuectus eſt. quem virum, quis non miretur, per tot extraordinaria imperia in ſummum faſtigium vectum, iniquo tuliſſe animo, C. Cæſaris, in altero conſulatu petendo, ſenatum populumque R. rationem habere? adeò familiare eſt hominibus, omnia ſibi ignoſcere, nihil aliis remittere; & inuidiam rerum non ad cauſſam, ſed ad voluntatem perſonaſque dirigere. Hoc conſulatu Pompeius tribuniciam poteſtatem reſtituit, *Sertorij cades.*

cuius Sulla imaginem in iure reliquerat. Dum Sertorianum bellum in Hiſpaniâ geritur, LXIV. fugitiui è ludo gladiatorio Capuâ fugientes, duce Spartaco, raptis ex eâ vrbe gladiis, primò Veſuuium montem petiêre, mox, creſcente in dies multitudine, grauibus variiſque caſibus affecêre Italiam. quorum numerus in tantum adoleuit, vt, quâ vlti- *Tribunicia poteſtas reſtituta.* *Spartacium bellum.*

C mò dimicauêre acie, XLM. hominum ſe Romano exercitui oppoſuerint. Huius patrati gloria penes M. Craſſum fuit, mox [52] Romanorum omnium principem. Conuerterat Cn. Pompeij perſona totum in ſe terrarum orbem, & per omnia maiore vi habebatur: qui cùm conſul perquàm laudabiliter iuraſſet, ſe in nullam prouinciam ex eo magiſtratu iturum, idque ſeruaſſet, poſt biennium A. Gabinius tribunus legem tulit, vt, cùm belli more, non latrociniorum, orbem claſſibus, iam non furtiuis expeditionibus, piratæ terrerent, quaſdam etiam Italiæ vrbes diripuiſſent; Cn. Pompeius ad eos opprimendos mitteretur; eſſetque ei imperium æquum in omnibus prouinciis cum proconſulibus, vſque ad quinquageſimum miliarium à mari. quo S. C. pænè totius terrarum orbis imperium vni viro deferebatur: ſed tamen idem hoc ante biennium in M. Antonij prætura decretum erat. ſed [53] interdum perſona, vt exemplo nocet, ita inuidiam *M. Craſſus confecit.* *Piraticum bellum.* *Pompeio id decretum.*

49. EX DIGNITATE CONSTANTIAQVE, &c.] *Arbitror hæc legenda:* ex dignitate conſtanti, quæ

D in illam conueniens amplitudinem fortunamque, eum ad vltimum vitæ comitata eſt diem. *Conſidera, & mecum facies. De graui autem hac & ἐξιωματικῇ Pompeij formâ, ex Silio aliquid capies libro* XIV.

Ille hirtâ cui ſubrigitur coma fronte, decorum
Et gratum terris Magnus caput.

50. IN RECONCILIANDA GRATIA FIDELISSIMVS.] *Imò* reconciliatâ. *Nam ibi fides locum habet, vti facilitas in reconciliandâ.*

51. PÆNE OMNIVM VOTORVM EXPERS.] *Nimium eſt pro Pompeio. & quis vel Socrates ad hunc ſapientiæ gradum venit, nil vouere? Aldus igitur* vitiorum *fecit, haud malè. Poſsis &,* notarum: *ac conſequenter,* inter maximas. *Vt velit nihil eſſe culpandum notandúmque in Pompeio, præter nimiam æſtimationem ſui & ſtudium excellendi.*

52. ROMANORVM OMNIVM PRINCIPEM.] *Non ſanè* omnium: *nec Cæſar aut Pompeius conceſſerint. Quid ſi,* opibus? *id verum ſit. nec diſpliceat etiam omitti vocem,* omnium, *atque induci.*

53. INTERDVM PERSONA, VT EXEMPLO NOCET, &c.] *Quid noxa exemplorum hîc ad rem? Examina, videbis frigidum hoc totum eſſe aut ineptum. Cenſeo legendum:* Interdum perſona, vt exempla docent, aut inuidiam auget aut leuat. *Hoc ſcilicet per occaſionem, ſententiæ modo, addit: Sæpè in eâdem re aut culpâ inuidiam maiorem minorémve eſſe, & voces attolli aut minui, aſpectu perſonæ magis quàm meriti. idq; exempla teſtari. Suprà hoc ipſum dixerat:* Familiare eſſe hominibus, inuidiam rerum non ad cauſam, ſed ad voluntatem perſonaſque dirigere.

54. ÆQVA-

uidiam auget, aut leuat. In Antonio homines æquo animo passi erant. rarò enim inui- A
detur eorum honoribus, quorum vis non timetur. Contrà, in iis homines extraordina-
ria reformidant, qui ea suo arbitrio aut deposituri, aut retenturi videntur, & modum in
voluntate habent. Dissuadebant optimates: sed consilia impetu victa sunt. Digna est
Q. Catulus. memoriâ Q. Catuli cùm auctoritas, tum verecundia: qui cùm, dissuadens legem, in con-
cione dixisset, esse quidem præclarum virum Cn. Pompeium, sed nimium iam liberæ
reip. neque omnia in vno reponenda; adiecissetque, Si quid huic acciderit, quem in eius
locum substituetis? succlamauit vniuersa concio, Te, Q. Catule. Tum ille, victus con-
sensu omnium, & tam honorifico ciuitatis testimonio, è concione discessit. Hîc homi-
nis verecundiam, populi iustitiam mirari libet: huius, quòd non vltrà contendit: ple-
bis, quòd dissuadentem & aduersarium voluntatis suæ, vero testimonio fraudare no-
Cottæ iudi-ciaria lex. luit. Per idem tempus Cotta iudicandi munus, quod C. Gracchus, ereptum senatui, ad
equites, Sulla ab illis ad senatum, transtulerant, [54] æqualiter inter vtrumque ordinem
Roscij Thea-tralis. partitus est. & Otho Roscius lege suâ equitibus in theatro loca restituit. At Cn. Pom- B
peius, multis & præclaris viris in id bellum assumptis, descriptoque in omnes recessus
maris præsidio nauium, breui, inexsuperabili manu, terrarum orbem liberauit; prædo-
Piratæ vin-cuntur. In vrbibus locantur. nesque [55] per multa prœlia multis locis victos, circa Ciliciam classe aggressus, fudit ac
fugauit. &, quò maturiùs bellum tam latè diffusum conficeret, reliquias eorum contra-
ctas, in vrbibus, remotoque à mari loco, incertâ sede constituit. [56] Sunt qui hunc car-
pant. sed, quamquam in auctore satis rationis est, tamen ratio quemlibet magnum
auctorem faceret. datâ enim facultate sine rapto viuendi, rapinis arcuit. Cùm esset in
L. Lucullires. fine bellum Piraticum, & L. Lucullus (qui, ante septem annos ex consulatu sortitus
Asiam, Mithridati oppositus erat, magnasque ac memorabiles res ibi gesserat, Mithri-
datem sæpè multis locis fuderat, egregiâ Cyzicum liberarat victoriâ, Tigranem, regum
maximum, in Armeniâ vicerat, vltimamque bello manum pænè magis noluerat im-
ponere, quàm non potuerat, qui, alioqui per omnia laudabilis, & bello pænè inuictus,
Manilij lex. [57] pecuniæ expellebatur cupidine) idem bellum adhuc administraret, Manlius tri-
bunus pl. semper vænalis, & alienæ ministet potentiæ, legem tulit, vt bellum Mithri- C
daticum per Cn. Pompeium administraretur. Accepta ea, magnisque certatum inter
Iurgia Lucul-li & Pompeij imperatores iurgiis, cùm Pompeius Lucullo [58] infamiam pecuniæ, Lucullus Pompeio
interminatam cupiditatem obiiceret imperij, [59] neuterque ab eo, quod arguebatur,
mentitus argui posset. nam [60] neque Pompeius, vt primùm ad remp. aggressus est, quem-
quam animo parem tulit: & in quibus rebus primus [61] esse debebat, solus esse cupie-
bat. neque eo viro quisquam aut alia omnia minùs, aut gloriam magis concupiit.
in appetendis honoribus immodicus, in gerendis verecundissimus, [62] vt qui eos, vt
liben-

54. ÆQVALITER INTER VTRVMQVE ORDINEM PARTITVS EST.] *Aliter hoc se habere certum est, nec inter duos ordines sed tres diuisum à Cottâ iudicandi munus. Nescisti, aut neglexit Velleius? vix credam. magis de vitio: scribámque,* inter ordines partitus est. *Statim etiam malo cum Aldo,* loca constituit: *aut,* instituit. *Nam certè Otho rei eius primus auctor.*

55. PER MVLTA PROELIA MVLTIS LOCIS VICTOS.] *Primæ editioni abest vox* prœlia. *Addita explendæ sententiæ videtur. & fortean fuit,* per multos, multis locis. *Per multos, legatos nempe Pompeij & duces.*

56. SVNT QVI HVNC CARPANT.] *Scribo,* hoc carpant.

57. PECVNIÆ EXPELLEBATVR CVPIDINE.] *Vnde* expellebatur? *aut quî conuenit hoc verbi? Lego,* debellabatur. *Vir, inquit, ab hoste inuictus, à pecuniâ vincebatur.*

58. INFAMIAM PECVNIÆ.] *Puto rectiùs,* infamem: *& refero ad cupiditatem.*

59. NEVTERQVE AB EO, QVOD ARGVEBATVR, MENTITVS ARGVI POSSET.] *Vide num verius. certè clariùs:* neuterque adeò, quod arguebat, mentitus argui posset. *Neuter falsus conuinci arguiq; in eo posset, quod arguebat. Vterque vtrique veram culpam obiiciebat.* D

60. NEQVE POMPEIVS QVEMQVAM ANIMO PAREM TVLIT.] *Animorum ergo inspector & arbiter Pompeius? non opinor. nec hoc illi ægrè, siquis animo æquaretur, sed si re & specie externâ. Fortasse,* omnino, *pro* animo *legendum. Quid si etiam vox alia inclusa in simili priore? vt sit,* quemquam æquo animo parem.

61. ESSE DEBEBAT.] *Diuino,* esse hauebat.

62. VT QVI EOS VT LIBENTISSIME INIRET, &c.] *Lego,* & qui eos. *item,* arbitrio suo sumeret,

A libentissimè iniret, ita finiret æquo animo; & quod cupisset arbitrio suo sumere, alieno deponeret. & Lucullus, summus alioqui vir, profusæ huius in ædificiis, conuictibusque, & apparatibus luxuriæ primus auctor fuit: quem ob iniectas moles mari, & receptum suffossis montibus in terras mare, haud infacetè Magnus Pompeius [63] Xerxem togatum vocare assueuerat. Per id tempus à Q. Metello Creta insula in populi R. potestatem redacta est, quæ, ducibus Panare & Lasthene, XXIV. millibus iuuenum coactis, velocitate pernicibus, armorum laborumque patientissimis, sagittarum vsu celeberrimis, per triennium Romanos exercitus fatigauerat. Ne ab huius quidem vsurâ gloriæ temperauit animum Cn. Pompeius, quin victoriæ partem conaretur vindicare. sed & Luculli & Metelli triumphum cùm ipsorum singularis virtus, tum etiam inuidia Pompeij apud optimum quemque fecit fauorabilem. Per hæc tempora M. CICERO, qui omnia incrementa sua sibi debuit, vir nouitatis nobilissimæ, & vt vitâ clarus, ita ingenio maximus, qui effecit, ne quorum arma viceramus, eorum ingenio vinceremur;

B consul, Sergij Catilinæ, Lentulique & Cethegi, & aliorum vtriusque ordinis virorum coniurationem singulari virtute, constantiâ, [64] vigiliâ, curaque eripuit. Catilina metu consularis imperij vrbe pulsus est. Lentulus consularis, & prætor iterùm, Cethegusque, & alij, clari nominis viri, auctore senatu, iussu consulis, in carcere necati sunt. ille senatus dies, quo hæc acta sunt, virtutem M. Catonis, iam multis in rebus conspicuam, atque prænitentem, in altissimo luminauit. Hic, genitus proauo M. Catone, [65] principe illo familiæ Porciæ, homo virtuti simillimus, & per omnia ingenio dijs, quàm hominibus, propior, qui numquam rectè fecit, vt facere videretur, sed quia aliter facere non poterat; cuique id solum visum est rationem habere, quod haberet iustitiam; omnibus humanis vitijs immunis, semper fortunam in suâ potestate habuit. hic, tribunus pl. designatus, adhuc admodum adolescens, cùm alij suaderent, vt per municipia Lentulus coniuratique custodirentur, pænè inter vltimos interrogatus sententiam, tantâ vi animi atque ingenij inuectus est in coniurationem, vt ardore oris orationem omnium

C lenitatem suadentium, societate consilij suspectam fecerit: sic impendentia ex ruinis incendijsque vrbis, & commutatione status publici, pericula exposuit; ita consulis virtutem amplificauit, vt vniuersus senatus in eius sententiam transiret, animaduertendumque in eos, quos prædiximus, censeret; maiorque pars ordinis eius Catonem prosequerentur domum. At [66] Catilina non segniùs nota obiit, quàm sceleris conandi consilia inierat: quippe, fortissimè dimicans, quem spiritum supplicio debuerat, [67] supplicio reddidit. Consulatui Ciceronis non mediocre adiecit decus natus eo anno D. AVGVSTVS abhinc annos LXXXII. omnibus omnium gentium viris magnitudine suâ inducturus caliginem. Iam pænè superuacaneum videri potest, eminentium ingeniorum notare tempora. quis enim ignorat diremptos gradibus ætatis floruisse hoc tempore Ciceronem, Hortensium, [68] saneque Crassum, Catonem, Sulpicium, moxque Brutum,

Luculli luxus.

Creta victa à Metello.

M. Cicero.

Catilinaria coniuratio.

M. Cato Vticensis.

Catilinæ interitus.

Augusti natalis annus.

Oratores Romani.

D meret. *Hæc ipsa autem Cato de Pompeio iam mortuo apud Lucanum in* IX.

——— inuasit ferrum, sed ponere norat.
Prætulit arma togæ, sed pacem armatus amauit.
Iuuit sumpta ducem, iuuit dimissa potestas.

63. XERXEM TOGATVM VOCARE ASSVEVERAT.] *In Plutarcho leges, cognomen hoc iocosum Lucullo inditum à Q. Aelio Tuberone.*

64. VIGILIA, CVRAQVE ERIPVIT.] *Ineptè*, eripuit. *Repone*, eruit. *Nam hoc Cicero ipse vbique in laude suâ ponit, quòd coniurationem retexerit, in lucem produxerit, vindicandam comprimendámque Senatui præbuerit. Etiam Florus:* Industriâ rem patefecit.

65. PRINCIPE ILLO FAMILIÆ PORCIÆ.] *Nota familiam pro Gente: nisi si dictio* Porciæ *aliena sit, & à glossulâ. Tamen infra quoque Cæsarem* genitum nobilissimâ Iuliorum familiâ *dixit.*

66. CATILINA NON SEGNIVS NOTA OBIIT.] *Alij aliter. Puto,* mota obiit. *Id est, non minus animosè semel à se mota peragere voluit, quàm mouere ea cæperat. Vtrobique audax, in ordiendo, in exsequendo. Probè etiam,* vota obiit: *ea quæ vouerat destinauerátq.*

67. SVPPLICIO REDDIDIT.] *Imò* prœlio. *atque ita iam alijs correctum. Velleius infrà:* Ceionius auctor deditionis, supplicio quàm prœlio mori valuit.

68. SANEQVE CRASSVM, CATONEM.] *Lego:* vnaque Crassum. *Hac ipsâ ætate, inquit, floruerunt pariter in eloquentiâ Crassus, Cato. Crassum autem illum Diuitem intellegit, quem & Cicero eo nomine laudat, & Plutarchus* inter Romanos fuisse

tum, Calidium, Cœlium, Caluum, & proximum Ciceroni Cæſarem; eorumque velut alumnos Coruinum ac Pollionem Aſinium, æmulumque Thucydidis Salluſtium, auctoreſque carminum Varronem ac Lucretium, neque vllo [69] in ſuſpecti operis ſui carmine minorem Catullum. Pænè ſtulta eſt inhærentium oculis ingeniorum enumeratio, inter quæ maximè noſtri æui eminent [70] princeps carminum Virgilius, Rabiriuſque, [71] & conſecutus Salluſtium Liuius, Tibulluſque & Naſo, perfectiſſimè in formâ operis ſui: nam viuorum vt magna admiratio, ita cenſura difficilis eſt. Dum hæc in vrbe Italiaque geruntur, Cn. Pompeius memorabile aduerſus Mithridatem, qui poſt Luculli profectionem magnas noui exercitus vires reparauerat, bellum geſſit. At rex, fuſus fugatuſque, & omnibus exſutus copiis, Armeniam [72] Tigranemque ſocerum petit, regem eius temporis, niſi quia Luculli armis erat infractus, potentiſſimum. Simul itaque duos perſecutus Pompeius, intrauit Armeniam. prior filius Tigranis, ſed diſcors patris peruenit ad Pompeium, mox ipſe ſupplex, & præſens ſe, regnumque ditioni eius permiſit, præfatus neminem alium, neque Romanum, neque vllius gentis virum, futurum fuiſſe, cuius ſe ſocietati commiſſurus foret, quàm Cn. Pompeium: proinde omnem ſibi vel aduerſam, vel ſecundam, cuius auctor ille eſſet, fortunam tolerabilem futuram: non eſſe turpe, ab eo vinci, quem vincere eſſet nefas: neque ei inhoneſtè aliquem ſummitti, quem fortuna ſuper omnes extuliſſet. Seruatus regi honos imperij, ſed multato ingenti pecuniâ: quæ omnis, [73] ſicuti Pompeio moris erat, redacta in quæſtoris poteſtatem, ac publicis deſcripta litteris. Syria, aliæque, quas occupauerat, prouinciæ ereptæ, & aliæ reſtitutæ populo Romano, aliæ tum primùm in eius poteſtatem redactæ, vt Syria, quæ tum primùm facta eſt ſtipendiaria. Finis imperij regis terminatus Armeniâ.

Poëta. *Mithridaticum bellum.* *Tigranes rex.* *Syria prouincia facta.*

Haud abſurdum videtur propoſiti operis regulæ, paucis percurrere, quæ cuiuſque ductu gens ac natio redacta in formulam prouinciæ, [74] ſtipendia pacta ſit, [75] notauimus faciliùs, vt quæ partibus ſimul vniuerſa conſpici poſſint. Primus in *Siciliam* tranſiecit

Prouinciarum ſeries. *Sicilia.*

eloquentiſſimum *ait. Eſt qui* ſenemque Craſſum *legat, & de illo Lucio, qui cum Antonio vixit floruitq; intellegat. Valdè errat. palàm hîc Velleius de ijs oratoribus qui M. Tullio compares, aut ſuppares certè fuerunt. Nam Catonem, intellegit Vticenſem: Sulpicium Seruium illum eloquio & iuris ſcientiâ laudatum. Denique de altero illo Craſſo iamantè à Velleio & ſuo loco dictum.*

69. IN SVSPECTI OPERIS SVI CARMINE.] *Cur non* ſuſcepti? *nec enim aliud vult, quàm Catullum nullo minorem in opere & materiâ quam elegit. In magnis alij magni; hic nihil ijs minor, ſed in paruis.*

70. PRINCEPS CARMINVM VIRGILIVS, RABIRIVSQVE.] *Vetus editio communicat hunc Principatum cum Rabirio, ſcribítque,* Principes. *Credimúſne tam magnificè ſenſiſſe de poëta hodie vix noto Velleium? fortaſſe per amicitiam, aut aliâ de cauſſâ. Ouidius quoque laudat:*

——— magnique Rabirius oris.

Et Seneca VI. *de Beneficijs:* Egregiè mihi videtur M. Antonius apud Rabirium poëtam exclamare,

Hoc * habui quodcumque dedi. ———

* *Legend.* habeo.

Fabius contrà tenuiter de eo ſentit: Rabirius & Pedo non indigni cognitione, ſi vacet.

71. ET CONSECVTVS SALLVSTIVM LIVIVS.] *Viro docto atque optimè (rem dico) de Velleio merito tranſpoſita hæc verba videntur: & ijs quæ ſuprà ſubiungenda,* Æmulumque Thucydidis Salluſtium *Cur enim, inquit, poëtis admiſceatur hiſtoriarum ſcriptor Liuius? Ratio aliqua eſt, ſed hîc vana. quia non ſtudiorum ſimilitudinem iniungendo, ſed temporum Velleius ſpectat. Liuius autem illis prioribus inferior, & tantumnon æui Velleiani. Obijt enim (Euſebio ſic traditum) quarto Tiberiani imperij anno.*

72. TIGRANEMQVE SOCERVM PETIT.] *Omnes tradunt* generum *fuiſſe. Vacillauit memoria Velleij? potuit. Sed hoc quoque poteſt, error in ſcripto eſſe: & fortè vetus germanumque,* ſocer eius petit. *Ipſe ſocer generum ſuum petit.*

73. SICVTI POMPEIO MORIS ERAT.] *Nónne idem mos alijs? & nónne ſemper pecunia publica appenſa Quæſtori? Ita, ſed non pari fide. Luculli, Craſſi, & eiuſmodi rapones, partem plurimam in ſe deriuabant. Significat igitur & laudat integritatem Pompeij, qui publicæ pecuniæ abſtinentiſſimus fuit. Tamen Cato apud Lucanum, liberè, & vt Cato, profert, aliquid eum quoque delibaſſe:*

Immodicas poſſedit opes, ſed plura retentis.
Intulit.

74. STIPENDIA PACTA SIT.] *Quaſi paciſci gentes victæ cum hac victrice de ſtipendijs ſoleant. Rarò aut non hoc factum. ipſa ſuperbè imponebat. Mea voluntate ſcribas,* ſtipendiaria facta ſit.

75. NOTAVIMVS FACILIVS, VT QVÆ PARTIBVS SIMVL VNIVERSA CONSPICI POSSINT.] *Scribendum,* Notabimus, vt faciliùs, quàm partibus, ſimul vniuerſa conſpici poſſint. *Hac mente. Ego ſimul & vt in tabulâ proponam, vt lector ea magis vno obtutu capere & ſimul animo infigere, quàm variè diducta, poſſit.*

76. SED

A iecit exercitum consul Claudius, & prouinciam eam, post annos fermè LII. captis Syracusis, fecit Marcellus Claudius. Primus *Africam* Regulus, nono fermè anno primi Punici belli: [76] sed post CCIV. annos P. Scipio Æmilianus, erutâ Carthagine, [77] abhinc annos CLXXXII. Africam in formulam redegit prouinciæ. *Sardinia* inter primum & secundum bellum Punicum, ductu T. Manlij consulis, certum recepit imperij iugum. Immane bellicæ ciuitatis argumentum, quod semel sub regibus, iterùm hoc T. Manlio consule, tertiò Augusto principe, certæ pacis argumentum Ianus Geminus clausus dedit. In *Hispanias* primi omnium duxêre exercitus Cn. & P. Scipiones, initio secundi belli Punici, abhinc annos CCL. inde variè possessa, & sæpè amissa partibus, vniuersa, ductu Augusti, facta stipendiaria est. *Macedoniam* Paullus, Mummius *Achaiam*, Fuluius Nobilior subegit *Ætoliam*: *Asiam* L. Scipio, Africani frater, eripuit Antiocho: sed beneficio senatus populique R. mox [78] ab Attalis possessam regibus, M. Perperna, capto Aristonico, fecit tributariam. [79] *Cypro* deuictâ, nullis assignanda gloria est. B [80] quippe Senatusconsulto, ministerio Catonis, regis morte, quam ille conscientiâ acciuerat, facta prouincia est. *Creta*, Metelli ductu, longissimæ libertatis fine multata. Et *Syria Pontusque* Cn. Pompeij virtutis monumenta sunt. *Gallias* primùm Domitio Fabio nepoti Paulli, qui Allobrogicus vocatus est, intratas cum exercitu, magnâ mox clade nostrâ, sæpè & affectauimus & amisimus, sed fulgentissimum C. Cæsaris opus in ijs conspicitur; quippe, eius ductu auspicijsque infractæ, [81] pænè idem, quod totus terrarum orbis, [82] ignauum conferunt stipendium. Ab eodem facta Numidicus *Ciliciam* perdomuit, visa vicissetque post bellum Antiochinum Vulso Manlius *Gallograciam*. *Bithynia*, vt prædiximus, testamento Nicomedis relicta hereditaria. D. Augustus, præter Hispanias aliasque gentes, [83] quarum titulis forum eius prænitet, pænè idem, factâ *Ægypto* stipendiariâ, quantum patet eius Galliâ, in ærarium reditus contulit. At [84] Ti. Cæsar, quam certam Hispanis parendi confessionem extorserat, parem Illyrijs Dalmatisque

Africa. *Sardinia.* *Hispania.* *Macedonia.* *Achaia.* *Ætolia.* *Asia.* *Cyprus.* *Creta.* *Syria.* *Pontus.* *Gallia.* *Cilicia.* *Gallograecia.* *Bithynia.* *Ægyptus.*

C

76. SED POST CCIV. ANNOS P. SCIPIO.] *Nisi omnis calculatoria me fugit, superest hîc centenaria nota. Nam ecce Africa intrata anno* CCCCXCVIII. *Carthago deleta,* DCVII. *quid amplius quàm iusti intersunt anni* CV? *Tolle ergo grande hoc ἀπροσδιόνισμα. Etiam minutum hoc quod sequitur.*

77. ABHINC ANNOS CLXXXII.] *Nam συλλογιστικὴ euincit* CLXXV. *Facile colligere ex anno Carthaginis deletæ iam dicto.*

78. AB ATTALIS POSSESSAM REGIBVS.] *Sine placet,* Attalicis. *Ita enim Pergami regis dicti, quia aliquot Attali nomine. Strabo lib.* XIII. Πέργαμον ἐπιφανὴς πόλις, καὶ πολὺν συνδυτυχήσασα χρόνον τοῖς Ἀτταλικοῖς βασιλεῦσι: Pergamum illustris
D ciuitas, & diu felix sub regibus Attalicis. *Ibi quoque origo eorum, & stemma.*

79. CYPRO DEVICTA.] *Melius,* Cypri deuictæ.

80. QVIPPE SC^TO.] *Certum est Plebis hoc scitum non Senatus fuisse: eoq; summo virorum Cuiacio visum hîc reponi,* PS^o.

81. PÆNE IDEM, QVOD TOTVS TERRARVM ORBIS.] *Quæ mens? an tantum ferè stipendij conferre diuites illas Gallias, quantum reliquum orbem? tumidum & vanum est. An discrimen aliquod tributi Gallicani à reliquis prouincijs indicat? nugæ, nec hîc locus. Verbulum hoc turbans ego trajicio, & lego:* idem quod pænè totus. *Probè & cautè veritati nempe consultum vit Velleius; & quia illa abnuit de toto orbe stipendiario, addidit* pænè totum.

82. IGNAVVM CONFERVNT STIPENDIVM.] *Alij volunt,* in ærarium conferunt. *Quid opus mutatione? Reuerà* ignauum stipendium, *& eius pensio parum virilis. Tamen si quid opus, legam:* in annos.

83. QVARVM TITVLIS FORVM EIVS PRÆNITET.] *An hîc ergo* Index *ille* rerum Augusti *tangitur? de quo Suetonius scripsit, & qui hodiéque lacer visitur Ancyræ Galatiæ vrbe. Sunt qui censent: non ego. Nam ille quidem ante* Mausolæum *Augusti* statutus in æneis tabulis: *at hi tituli in foro. Loca igitur discrepant: sed nec res eadem. Nam in illo breuiarium, quidquid belli aut domi Augustus gesit: hîc saltem gentes ab eo, siue auspicijs eius, victæ, & tituli ducum triumphales. Denique tangit Velleius hoc, quod Suetonius cap.* XXXI. *in Aug.* Proximum à diis immortalibus honorem memoriæ ducum præstitit, qui imperium populi Romani ex minimo maximum reddidissent. Itaque & opera cuiusque manentibus titulis restituit, & statuas omnium triumphali effigie in vtraque Fori sui porticu dedicauit.

84. TI. CÆSAR, QVAM CERTAM HISPANIS, &c.] *Historiæ & fidei interest hoc corrigi. Numquid enim Tiberius Hispanos subegit, & domuit? nusquam factum, aut scriptum. Imò Augustus ipse, atque ita anteà traditum, hoc ipso Indice:* Hispania vniuersa ductu Augusti facta stipendiaria est. *Huic sensui emendo:* quam certam Hispanis confessionem extorserat parens, Illyrijs Dalmatisque extorsit. *Tam certam, inquit, Tiberius Dalmatis & Illyrijs patientiam extorsit, quam parens eius (Augustus) Hispanis.*

Retia. Vindelici. Noricum. Pannonia. Cappadocia.

que extorsit. *Retiam* autem, & *Vindelicos* ac *Noricos*, *Pannoniamque* & Scordiscos, nouas imperio nostro subiunxit prouincias. Vt has armis, ita auctoritate *Cappadociam* populo R. fecit stipendiariam. Sed reuertamur ad ordinem. A

Pompeij res in Oriente.

Secuta deinde Cn. Pompeij militia, gloriæ laborísne maioris, incertum est. Penetratæ cum victoriâ Media, Albania, Hiberia; ac deinde flexum agmen ad eas nationes, quæ dextra atque intima Ponti incolunt, Colchos, Heniochosque, & Achæos. &, oppressus auspiciis Pompeij, insidijs filij Pharnacis, Mithridates, vltimus omnium iuris sui regum, præter Parthicos.

Mithridates victus & vitâ exutus

Tum victor omnium, quas adierat, gentium Pompeius, suoque & ciuium voto maior, & per omnia fortunam hominis egressus, reuertit in Italiam, [85] cuius reditum fauorabilem opinio fecerat. quippe plerique, non sine exercitu venturum in vrbem, affirmabant, & libertati publicæ statuturum arbitrio suo modum. Quò magis hoc homines timuerant, eò gratior ciuilis tanti imperatoris reditus fuit. omni quippe Brundisij dimisso exercitu, nihil, præter nomen imperatoris retinens, cum priuato comitatu, quem semper illi vacare moris fuit, in vrbem rediit; magnificentissimumque de tot regibus per biduum egit triumphum, [86] longeque maiorem omni ante se inlatâ pecuniâ in ærarium, præterquam à Paullo, ex manubiis intulit. absente Cn. Pompeio, T. Ampius & T. Labienus tribuni pl. legem tulerunt, vt is ludis Circensibus [87] coronâ aureâ, & omni cultu triumphantium vteretur, scenicis autem prætextâ, coronaque aureâ. id ille non plus, quàm semel, (& hoc sanè nimium fuit) vsurpare sustinuit. Huius viri fastigium tantis auctibus fortuna extulit, vt primùm ex Africâ, iterùm ex Europâ, tertiò ex Asia triumpharet: &, quot partes terrarum orbis sunt, totidem faceret monumenta victoriæ suæ. Numquam eminentia inuidiâ carent. Itaque & Lucullus, memor tamen acceptæ iniuriæ, & Metellus Creticus, non iniustè querens, (quippe, ornamentum triumphi eius, captiuos duces Pompeius subduxerat) & cum iis pars optimatium refragabatur, ne aut promissa ciuitatibus à Pompeio, aut benemeritis præmia, ad arbitrium eius, persoluerentur. Secutus deinde est consulatus C. Cæsaris, qui scribenti manum inijcit, & quamlibet festinantem, in se morari cogit. hic, nobilissimâ Iuliorum genitus familiâ, [88] &, quod inter omnes antiquissimos constabat, ab Anchise ac Venere deducens genus, formâ omnium ciuium excellentissimus, vigore animi acerrimus, munificentiæ effusissimus, [89] animo super humanam & naturam & fidem euectus, magnitudine cogitationum, celeritate bellandi, patientiâ periculorum, Magno illi Alexan-

Triumphus Pompeij.

B

Triplex de triplici orbe.

C. Cæsar.

C

Laudes eius.

85. CVIVS REDITVM FAVORABILEM OPINIO FECERAT.] *Certum est hoc esse contra mentem scriptumq; Velleij. An hoc fauorem Pompeio fecit, quod cum exercitu rediret & oppressurus libertatem crederetur? imò odium prorsus. Aldus igitur legit,* formidabilem. *Ego,* infauorabilem: *nouo, sed apposito verbo. Quidni istud, vt defauere & defautio, quæ in Tertulliano scio mihi lecta?*

86. LONGEQVE MAIOREM OMNI ANTE SE INLATA PECVNIA IN ÆRARIVM, PRÆTERQVAM A PAVLLO, EX MANVBIIS INTVLIT.] *Plus ergo Paullus intulit, quàm Pompeius? Suprà de Paullinâ summâ vidimus: at hîc Plutarchus auctor,* Pompeium tulisse εἰς τὸ δημόσιον ταμεῖον ἐννομίσματα καὶ κατασκευαῖς ἀργυρείου καὶ χρυσοῦ δισμύρια τάλαντα, πλὴν εἰς τοὺς στρατώτας δεδομένων: in publicum ærarium in pecuniâ & apparatibus argenti atque auri viginti millia talentûm, præter ea quæ in milites dilargitus erat. *Confer cum illo* bis millies *Paulli: altero tanto vincit. Ergo iure hîc & ingeniosè rescriptum,* Præter quam Capitolio intulit. *Ad quem sensum etiam fac,* maiore. *non* maiorem.

87. CORONA AVREA, ET OMNI CVLTV TRIVMPHANTIVM.] *Parum periti rerum morúmque Romanorum, qui auream coronam hîc locarunt. Non fuit ea triumphantibus, sed è lauru. Et hæc ipsa Pompeij* Laurea, *ex Dionis claris verbis, lib.* XXXVII. Δαφνοφορεῖν τε αὐτὸν δι' ἁπάσας τὰς πανηγύρεις, καὶ τὴν στολὴν τὴν μὲν ἀρχικὴν ἐν πάσαις μὲν αὐταῖς, τὴν δὲ θριαμβικὴν ἐν τοῖς ἵπποις ἀγῶσιν ἐνδύνειν: Ipsum autem Laurum ferre (*in capite*) per omnes ludos, & Togam prætextam; Triumphalem autem, per ludos Circenses. *Sunt hæc ipsa decreta, quæ Velleius dicit: & tu corrige.* D

88. ET, QVOD INTER OMNES ANTIQVISSIMOS CONSTABAT.] *Vide ne fuerit:* & quod inter omnes constabat, antiquissimâ. *Nobilissima, inquit, gente natus; certè, omnium consensu, antiquissimâ. Nam potest, ritu Romano, vetustas esse in familiâ; non tamen imagines multæ, & nobilitas.*

89. ANIMO SVPER HVMANAM NATVRAM ET FIDEM EVECTVS.] *Probum est, sed de animo tamen, quia iam nunc præiuit, odiosè repetitum. Fortasse,* omnino super.

90. C. MA-

A xandro, sed sobrio neque iracundo, simillimus, qui denique semper & somno & cibo in vitam, non in voluptatem, vteretur; cùm fuisset [90] C. Mario sanguine coniunctissimus, atque idem Cinnæ gener; cuius filiam vt repudiaret, nullo modo compelli potuit, cùm M. Piso consularis Anniam, quæ Cinnæ vxor fuerat, in Sullæ dimisisset gratiam; habuissetque ferè XIIX. annos eo tempore, quo Sulla rerum potitus est; magis ministris Sullæ, adiutoribusque partium, quàm ipso, conquirentibus eum ad necem, mutatâ veste, dissimilemque fortunæ suæ indutus habitum, nocte vrbe elapsus est. Idem posteà admodum iuuenis, cùm à piratis captus esset, ita se per omne spatium, quo ab ijs retentus est, apud eos gessit, vt pariter ijs terrori venerationíque esset, neque vmquam aut nocte, aut die (cur enim, quod vel maximum est, si narrari verbis speciosis non potest, omittatur?) aut excalcearetur, aut discingeretur, in hoc scilicet, ne, si quando aliquid ex solito variaret, suspectus ijs, qui oculis tantummodò eum custodiebant, foret.

Res & vita eius summaria.

A piratis capitur.

B Longum est narrare, quid, & quoties ausus sit, quanto opere conata eius qui obtinebat Asiam Magistratus P.R. [91] motu suo destituerit illud referatur, documentum tanti mox euasuri viri. Quæ nox eam diem secuta est, quâ publicâ ciuitatium pecuniâ redemptus est, (ita tamen, vt cogeret, antè obsides à piratis ciuitatibus dari) contractâ classe, & priuatus, & tumultuariâ, inuectus in eum locum, in quo ipsi prædones erant, partem classis fugauit, partem mersit, aliquot naues, multosque mortales cepit; lætusque nocturnæ expeditionis triumpho, ad suos reuersus est, mandatisque custodiæ, quos ceperat, in Bithyniam perrexit, ad proconsulem Iunium, ([92] cùm idem enim Asiam eam quam obtinebat) petens, vt auctor fieret sumendi de captiuis supplicij. quod cùm ille se facturum negasset, [93] venditurumque captiuos dixisset, (quippe sequebatur inuidia inertiam) incredibili celeritate reuectus ad mare, priùs, quàm de eâ re vlli proconsulis redderentur epistolæ, omnes, quos ceperat, suffixit cruci. Idem mox ad sacerdotium ineundum (quippe [94] absens pontifex factus erat, cùm in Cottæ consularis locum pænè puer à Mario Cinnaque Flamen Dialis creatus, victoriâ Sullæ, qui omnia ab

Liberatur.

Captores suos capit.

Cruci affigit.

Pontifex factus.

C ijs acta fecerat irrita, amisisset id sacerdotium) festinans in Italiam, ne conspiceretur à prædonibus, omnia tunc obtinentibus maria, & meritò iam infestis sibi, quattuor scalmorum nauem, vnà cum duobus amicis decemque seruis, ingressus, effusissimum Hadriatici maris transiecit sinum. Quo quidem in cursu conspectis, vt putabat, piratarum nauibus, cùm exsuisset vestem, alligassetque pugionem ad femur, alterutri se fortunæ parans, mox intellexit, frustratum esse visum suum, arborumque ex longinquo ordinem antemnarum præbuisse imaginem. Reliqua eius acta in vrbe, nobilissimaque Dolabellæ accusatio, & maior ciuitatis in eâ fauor, quàm reis præstari solet, contentioneque ciuiles, cum Q. Catulo, atque alijs eminentissimis viris, celeberrimæ; & ante præ-

Audacia eius.

Actiones ciuiles.

90. C. MARIO SANGVINE CONIVNCTISD SIMVS.] *Isténe patricius huic plebeio? Hoc saltem in Plutarcho lego,* Iuliam Cæsaris amitam nuptam C. Mario fuisse, ex quâ minor Marius natus. *Ergo seniori Mario adfinis, iuniori cognatus fuit.*

91. MOTV SVO DESTITVERIT.] *Legendum,* metu. *Est etiam in primâ editione* destituere: *quod retineo; & paullò antè,* qui obtinebant Asiam magistratus, *multitudinis numero lego.*

92. CVM IDEM ENIM ASIAM EAM QVAM OBTINEBAT.] *Verba implexa. Sceckius vocibus eiectis edidit:* tum idem enim Asiam obtinebat. *Manutius putat fuisse:* Is enim Asiam tum obtinebat. *Scriptura vetus mihi præit:* Tum idem enim Asiam, eamque obtinebat. *Hoc sensu. Tum, & illâ ætate, vnus idemq; proconsul Asiæ & Bithyniæ erat: aliter scilicet quàm nostro æuo. Hæc planè pro Velleij sermone & mente videntur: an pro vero? Nam ecce Bithynia illo tempore non prouincia, sed Regnum. Et nónne Cæsar ipse tunc desedit apud Nicomedem eius regem? Ita est. sed suspicari oporteat partem aliquam regionis auulsam, & adtributam Asiæ fuisse. Romani sæpè sic soliti incidere pennas regum. Sed hæc quia suspicio; valeat, si visum, sententia aliorum.*

93. VENDITVRVMQVE CAPTIVOS DIXISSET.] *Mallem,* vindicaturumque. *Illud atrox responsum, hoc pro re. quia reuerà captiui Proconsulis erant, in eius prouinciâ & administratione capti. Minatur ergo se vindicaturum eos & asserturum.*

94. ABSENS PONTIFEX FACTVS ERAT, CVM IN COTTÆ, &c.] *Valdè hîc sudant, & vt culpæ manifestus vapulat Velleius. Bis, inquiunt, errat. quòd & Cottam Flaminem Dialem facit, & Cæsarem ei dat successorem. Nam Tacitus clarè scribit,* duobus & septuaginta annis post Cornelij Merulæ cædem neminem suffectum. *Dio pariter libro* LIV. *Sub Augusto* primùm post Merulam Flaminem Dialem creatum. *Quomodo igitur aut*

præturam victus, maximi pontificatus petitione, Q. Catulus, omnium confessione A
senatus princeps; & restituta in ædilitate, aduersante quidem nobilitate, monumenta C. Marij, simulque reuocati ad ius dignitatis proscriptorum liberi; & prætura, quæ turaque mirabili virtute atque industriâ obita in Hispaniâ, cùm esset quæstor sub Vetere Antistio, auo huius Veteris, consularis atque pontificis, duorum consularium & sacerdotum patris, viri in tantum boni, in quantum humana simplicitas intelligi potest; quò notiora sunt, minùs egent stylo.

Societas eriumuiralis.

[95] Hoc igitur COS. inter eum, & Cn. Pompeium, & M. Crassum inita potentiæ societas, quæ vrbi orbique terrarum, nec minùs diuerso quoque tempore, ipsis exitiabilis fuit. Hoc consilium sequendi Pompeius causam habuerat, vt tandem acta in transmarinis prouincijs, quibus, vt prædiximus, multi obtrectabant, per Cæsarem confirmarentur consulem: Cæsar autem, quòd animaduertebat se, cedendo Pompeij gloriæ, aucturum suam, &, inuidiâ communis potentiæ in illum relegatâ, confirmaturum vires suas: Crassus, vt, quem principatum solus assequi non poterat, auctoritate Pompeij, vi- B

Cæsaris Iuliam Pompeius ducit.

ribus teneret Cæsaris. Affinitas etiam inter Cæsarem Pompeiumque contracta nuptijs. quippe filiam C. Cæsaris Cn. Magnus duxit vxorem.

Lex agraria.

In hoc consulatu Cæsar legem tulit, vt ager Campanus plebei diuideretur, suasore legis Pompeio. ita circiter XX. ciuium eò deducta, [96] & ius ab his restitutum post annos circiter CLII. quàm bello Punico ab Romanis *Capua* in formam præfecturæ redacta erat.

Bibuli vilitas.

Bibulus collega Cæsaris, cùm actiones eius magis vellet impedire, quàm posset, maiore parte anni domi se tenuit. quo facto dum augere vult inuidiam collegæ, auxit potentiam.

Tum Cæsari decretæ in quinquennium Galliæ.

P. Clodius.

Per idem tempus P. Clodius, homo nobilis, disertus, audax, qui neque dicendi, neque faciendi vllum, nisi quem vellet, nosset modum, malorum propositorum exsecutor acerrimus, infamis etiam sororis stupro, & actus incesti reus, ob initum inter religiosissima P. R. sacra adulterium; cùm graues inimicitias cum M. Cicerone exerceret, (quid enim inter tam dissimiles amicum esse poterat?) & à patribus ad plebem transiret, legem in tribunatu tulit: Qui ciuem R. damnatum interemisset, ei aquâ & igni interdiceretur. Cuius verbis, etsi non nominabatur Cicero, tamen solus petebatur. ita vir optimè meritus de rep. conseruatæ patriæ pretium calamitate exsilij tulit. Non carue- C

Ciceronem pulit.

runt suspicione oppressi Ciceronis Cæsar & Pompeius. Hoc sibi contraxisse videbatur Cicero, quòd inter XX. viros diuidendo agro Campano esse noluisset. Idem [97] intra biennium, serâ Cn. Pompeij curâ, verùm & cupito interitu, votisque Italiæ, ac decretis

Cotta Flamen, aut Cæsar? De Cæsare facile est. creatum dicit, non dicit iniuisse aut gessisse. De Cottâ, vocula vna, traiecta soluet nodum. Scribe: absens Pontifex factus erat in Cottæ Consularis locum, cùm pænè puer à Mario, &c. *Ipsa res est. Pontifex, inquit, factus (non sanè Maximus: posteà adeptus) in locum demortui Cottæ Pontificis: cùm antèà Flamen quidem designatus esset, sed Sullæ violentiâ honor ille ei ademptus. Hæc ita esse cùm res clamat, tum iuuat nonnihil (vnicum & sollenne hîc nobis auxilium) Editio prisca: in quâ prius illud* cum *nusquam comparet. Ego autem suo loco reposui, aut potiùs repperi & eduxi, cùm latitaret in verbo,* locum.

95. HOC IGITVR CONSVLE.] *Imò non illo* Consule, *sed Consule designato. Suetonius ita narrat, cap.* XIX. *& Liuij epitoma:* C. Cæsar Lusitanos subegit, eoque consulatus candidato, & captante rempublicam inuadere, conspiratio inter tres Principes ciuitatis facta, Cn. Pompeium, M. Crassum, & C. Cæsarem. *Idem Appianus. & addit Varronis librum in hanc conspirationem fuisse, cui titulus* Τριαρχικὸς. D

96. ET IVS AB HIS RESTITVTVM.] *Cl. Puteanus inter lumina Galliæ (heu quàm tenebrosæ nunc & adflictæ!) leg. censebat:* Ius ciu. his restitutum, *id est,* ciuitatis. *Certè rem tangit, & liquet hanc esse Velleij mentem. De verbo tamen ambigo: & quid si fuit,* ius his restitutum, *deletâ voce quæ imperitè irrepserat? Ratio & historia non abnuit. Nam ius apud eos nullum aut iurisdictio: sed petebant Româ. Liuius:* Ceterùm habitari tantùm, tanquam vrbem, Capuam, frequentarique placuit: corpus nullum ciuitatis, nec Senatum, nec plebis concilium, nec magistratus esse. Præfectum ad iura reddenda ab Româ quotannis missuros. *Tamen à Puteano nondum abeo, & viri & rei caussâ.*

97. INTRA BIENNIVM.] *Satis laxè scriptum, Omnino intra biennium: atque adeò abfuit tantùm*

Cicero

A cretis ſenatus, virtute atque actione Annij Milonis, tribuni pl. dignitati patriæque reſtitutus eſt. Neque, poſt Numidici exſilium, aut reditum, quiſquam aut expulſus inuidioſiùs, aut receptus eſt lætiùs. Cuius domus, quàm infeſtè à Clodio diſiecta erat, tam ſpecioſè à ſenatu reſtituta eſt. *Eius reditus.*

Idem P. Clodius in ſenatu, ſub honorificentiſſimo miniſterij titulo, M. Catonem à rep. relegauit. quippe [98] legem tulit, vt is quæſtor cum iure prætorio, adiecto etiam quæſtore, mitteretur in inſulam Cyprum, ad ſpoliandum regno Ptolemæum, omnibus morum vitijs eam contumeliam meritum. ſed ille, ſub aduentum Catonis, vitæ ſuæ vim intulit: vnde pecuniam longè ſperatâ maiorem Cato Romam rettulit: [99] cuius integritatem laudari nefas eſt: inſolentia pænè argui poteſt, quòd, vnà cum conſulibus ac ſenatu effusâ ciuitate, obuiam cùm per Tiberim ſubiret nauibus, non antè is egreſſus eſt, quàm ad eum locum peruenit, vbi erat exponenda pecunia. *Cato in Cyprum.*

Cùm deinde immanes res, vix multis voluminibus explicandas, C. Cæſar in Galliâ
B ageret; nec contentus plurimis ac feliciſſimis victorijs, innumerabilibuſque cæſis, & captis hoſtium millibus; etiam in Britanniam tranſieciſſet exercitum, alterum pænè imperio noſtro ac ſuo quærens orbem: [100] inuictum par conſulum Cn. Pompeius, & M. Craſſus, alterum iniere conſulatum, qui neque petitus honeſtè ab his, neque probabiliter geſtus eſt. *Cæſar in Galliâ.* *In Britanniâ.*

Cæſari, lege, quam Pompeius ad populum tulit, prorogatæ in idem ſpatium temporis prouinciæ: Craſſo, bellum Parthicum in animo molienti, Syria decreta. qui vir, cetera ſanctiſſimus, immuniſque voluptatibus, neque in pecuniâ, neque in gloriâ concupiſcendâ aut modum norat, aut capiebat terminum. hunc proficiſcentem in Syriam diris cum ominibus, tribuni pl. fruſtrà retinere conati. quorum exſecrationes ſi in ipſum tantùmmodò valuiſſent, [101] vtile imperatoris damnum ſaluo exercitu fuiſſet reip. Tranſgreſſum Euphratem Craſſum, petentemque Seleuciam, circumfuſis immanibus copijs equitum, rex Orodes vnà cum parte maiore Romani exercitus interemit. reli-
C quias legionum C. Caſſius atrociſſimi mox auctor facinoris, tum quæſtor, conſeruauit; Syriamque adeò in P. R. poteſtate retinuit, vt tranſgreſſos in eam Parthos, felici rerum euentu, fugaret ac funderet. *Craſſus in Parthos it.* *Cadit cum ſuis.* *C. Caſſius.*

Per hæc inſequentiaque, & quæ prædiximus, tempora, [102] amplius cccc. hoſtium à C. Cæſa-

Cicero menſes ipſos quatuordecim. Pulſus enim anno DCXCV. *circiter Kal. Apriles: redijt anno inſequenti, menſe ſextili. Plutarchus tamen menſes* XVI. *computauit, parum exactè.*

98. LEGEM TVLIT, VT IS QVÆSTOR.] *Atqui diu antè Cato Quæſtor, quod notum eſt. Medetur Aldus, & legit:* Quæſitor. *ego feliciùs:* Quæſtorius.

99. CVIVS INTEGRITATEM LAVDARI
D NEFAS EST.] *Aldum hîc culpat Rob. Titius, qui immiſſâ negatione legit (profectò malè)* non laudari. *Sed Titius ipſe an extra culpam? Lectionem retinet, in ſenſu parum videt. Nam ſic explicat.* adeò præſtabilem eſſe Catonis integritatem, vt quaſi polluatur, ſi laudibus eum quis proſequi velit. *Et dat auctorem eius interpretamenti Ariſtotelem, qui primo ad Nicomachum ait:* ὅτι τῷ ἀρίστῳ οὐκ ἔστιν ἔπαινος: quòd optimarum rerum non ſit laudatio. Itaque & deos felices beatoſque prædicamus, & virorum eos qui diis proximi: non autem laudamus. *Sed nos Titi tam liberè à te diſcedimus, quàm tu à recto ſæpè & à vero. Nihil minùs Velleius voluit. Quid ergo? hoc argutè ſaltem dixit, Nefas eſſe laudari in Catone integritatem & à pecuniâ abſtinentiam, cùm aliæ ſint eius magis eximiæ, magis raræ virtutes. Integritas in alium aliquem etiam è vulgo cadat: in Catone laudetur, quidquid in alio haud temerè exſtet. Ita Claudianus in laudatione Mallij:*

Nam ſpretas quis opes, intactaque pectora lucro
Commemoret? fuerint aliis hæc fortè decora,
Nulla poteſt laus eſſe tibi quæ crimina purget.

Planè ad hanc ſententiam eſt: etiam illud Taciti de Agricolâ: Integritatem atque abſtinentiam in tanto viro referre, iniuria virtutum fuerit.

100. INVICTVM PAR CONSVLVM CN. POMPEIVS, ET M. CRASSVS.] *Age, Pompeius* inuictus *eſto (etſi Cæſar aliter docuit:) quid? etiámne Craſſus? Inconueniens planè verbum. Scribo:* inclutum par.

101. VTILE IMPERATORIS DAMNVM.] *Ne crede tam malignè de Craſſo ſenſiſſe aut ſcripſiſſe Velleium, vt cenſeat vtilem patriæ fuiſſe eius mortem. Honeſtius veriuſque:* vile Imperatoris damnum. *id eſt, exigua, nec in magno, iactura.*

102. AMPLIVS CCCC HOSTIVM A C. CÆSARE CÆSA.] *Valdè atterit Cæſarianam laudem (ſi modò laus è cædibus:) atterit inquam præ alijs & libat. Nam ecce Plinius ſcribit,* Præter ciuiles victorias, vndecies centena & nonaginta duo millia hominum occiſa ab eo prœliis. *Et Appianus in Celticis:* Μυριάσι τε γὰρ ἀνδρῶν ἀγρίων, ἐν τοῖς δέκα ἔτεσιν ἐν οἷς ἐς ἐκατὸν ἦγεν, ἐς χεῖρας ἦλθον, εἴ τις ὑφ' ἓν τὰ

Cæsaris res in Galliâ. C. Cæsare cæsa sunt, plura capta. [103] pugnatum sæpè directâ acie, sæpè in agminibus, A
sæpè eruptionibus. bis penetrata Britannia. nouem denique æstatibus, vix vllâ non iustissimus triumphus emeritus. Circa Alexiam verò tantæ res gestæ, quantas audere, vix hominis; perficere, pænè nullius, nisi dei, fuerit.

[104] Septimo fermè anno Cæsar morabatur in Gallijs, [105] cùm medium iam ex inuidiâ Pompeij malè cohærentis inter Cn. Pompeium & C. Cæsarem concordiæ pignus, Iulia, vxor Magni, decessit; atque omnia inter destinatos tanto discrimini duces dirimente fortunâ, filius quoque paruus Pompeij, Iuliâ natus, intra breue spatium obijt. Tum, in gladios cædesque ciuium furente ambitu, cuius neque finis reperiebatur, nec modus, tertius consulatus soli Cn. Pompeio, etiam aduersantium anteà dignitati eius iudicio, delatus est. cuius ille honoris gloriâ, veluti reconciliatis sibi optimatibus, maximè à C. Cæsare alienatus est. sed eius consulatus omnem vim in coërcitionem ambitus [106] exercuit.

Iulia obiit.

Pompeius tertium consul.

Clodij cædes. Quo tempore P. Clodius, à Milone, candidato consulatus, exemplo inutili, facto B
salutari reip. circa Bouillas, contracta ex occursu rixâ, iugulatus est. Milonem reum non magis inuidia facti, quàm Pompeij damnauit voluntas. quem quidem M. Cato palàm latâ absoluit sententiâ. quam si maturius tulisset, non defuissent, qui sequerentur exemplum; probarentque eum ciuem occisum, quo nemo pernicioſior reip. neque bonis inimicior vixerat.

Semina ciuilis belli. Intra breue deinde spatium belli ciuilis exarserunt initia, cùm iustissimus quisque & à Cæsare & à Pompeio vellet dimitti exercitus. quippe Pompeius in secundo consulatu Hispanias sibi decerni voluerat, easque per triennium absens ipse, ac præsidens vrbi, per Afranium & Petreium, consularem ac prætorium, legatos suos, administrabat; & ijs, qui à Cæsare dimittendos exercitus contendebant, assentabatur; ijs, qui ab ipso, aduersabatur. qui si ante biennium, quàm ad arma itum est, perfectis muneribus theatri, & aliorum operum, quæ ei circumdedit, grauissimâ tentatus valetudine, decessisset in
Pompeij mortus. Campaniâ, (quo quidem tempore vniuersa Italia vota pro salute eius, primo omnium C
ciuium, suscepit) defuisset fortunæ destruendi eius locus; &, quam apud superos habuerat magnitudinem, inlibatam detulisset ad inferos.

C. Curio tribunus. Bello autem ciuili, & tot, quæ deinde per continuos XX. annos consecuta sunt, malis, non alius maiorem flagrantioremque, quàm C. Curio tribunus pl. subiecit facem, vir nobilis, eloquens, audax, suæ alienæque & fortunæ & pudicitiæ prodigus, homo ingeniosissimè nequam, & facundus malo publico. [107] cuius animo, voluptatibus, vel libi-

---

ἓν τὰ μέρη συναγάγοι, τετρακοσίων μυριάδες. Καὶ τούτων ἑκατὸν μὲν ἐζώγρησαν, ἑκατὸν δὲ ἐν αὐτῷ τῷ πόνῳ κατέθανον. Quadragies centena millia ferocium hostium (siquis partes in vnum & in summam redigit) decem illis annis quibus *Galliæ* præfuit, manus cum eo conseruêre. è quibus decies centena millia capta fuere, decies altera in ipso certamine periere: *reliquis scilicet elapsis. Nec aliter Plutarchus per occasionem enumerat, in Pompeio. Quis ergo ambiget hîc rescribere* DCCC. *id est*, octingenta millia hostium? *Etiam siquis amplius let, per me voliceto.*

103. PVGNATVM SÆPE DIRECTA ACIE, SÆPE IN AGMINIBVS.] *Malim ad Liuianum exemplum*, sæpè agminibus. *Ille* XXI. Magis agmine, quàm acie, in viâ concurrerunt. *Agminibus concurrere est, non explicatis ordinibus distinctaque acie.*

104. SEPTIMO FERME ANNO.] septimum ferè annum, *ego.*

105. CVM MEDIVM IAM EX INVIDIA POMPEII, &c.] *Displicet suspectumque est in primore loco nomen* Pompeij. *Si rectum, quid ita statim* Pompium *repetit? cur non potiùs scribit,* inter eum & C. Cæsarem? *series & mos stili sic postulabat. Cur etiam solum Pompeium caussam facit infidæ huius concordiæ? Peccauit enim non minus Cæsar. Denique primogenia lectio nulla habet Pompeij nomen. Illa sic:* ex inuidiâ Ponti ac Cameliæ. *Profectò legendum:* D
ex inuidiâ potentiæ malè. *Nam fuit compendio scriptum*, pontiæ. *Bona præ vulgatâ veraque hæc sententia. Obijt, ait, Iulia vnicum pignus siue vinclum concordiæ malè iam hærentis, quia alter alterius potentiæ inuidebant: hic illius crescenti, ille huius adultæ. Lucanus ad Iuliam:*

Morte tuâ discussa fides, bellumque mouere
Permissum ducibus. stimulos dedit æmula virtus.

Æmulationem mutuam expressit, vti & hîc Velleius.

106. EXERCVIT.] *Potiùs*, exeruit.

107. CVIVS ANIMO, VOLVPTATIBVS, VEL LIBIDINIBVS.] *Polylogia displicet. Malim*, cuius animi voluntatibus. *Primùm enim quasi honestiùs loquitur de Curione, & animi voluntates varias appellat: mox se corrigens, libidines. Sed* Cupidi-

A libidinibus, neque opes vllæ, neque cupiditates sufficere possent. hic primò pro Pompeij partibus, id est, vt tunc habebatur, pro rep. mox, simulatione, contra Pompeium & Cæsarem, sed animo pro Cæsare stetit. id gratis,[108] an accepto centies H s. fecerit, vt accepimus, in medio relinquemus. ad vltimum, saluberrimas & coalescentis conditiones pacis, quas & Cæsar iustissimo animo postulabat, & Pompeius æquo recipiebat, discussit ac rupit, vnicè cauente Cicerone concordiæ publicæ. Harum præteritarumque rerum ordo cùm iustis aliorum voluminibus promitur, tum, vti spero, nostris explicabitur. *Corruptus à Cæsare.*

Nunc proposito operi sua forma reddatur, si priùs gratulatus ero Q. Catulo, duobus Lucullis, Metelloque & Hortensio; qui cùm sine inuidiâ in rep. floruissent, eminuissentque sine periculo,[109] quietâ, aut certè non præcipitatâ, fatali ante initium bellorum ciuilium morte functi sunt. *Catuli, Lucullorum, Metelli, Hortensij mors.*

Lentulo & Marcello cos. post vrbem conditam annis DCCIII.[110] & anno LXXXIIX.
B quàm tu, M. Vinici, consulatum inires, Bellum ciuile exarsit. Alterius ducis caussa melior videbatur, alterius erat firmior. Hîc omnia speciosa, illîc valentia. Pompeium senatus auctoritas, Cæsarem militum armauit fiducia.[111] consules senatusque caussæ, non Pompeio summam imperij detulerunt. Nihil relictum à Cæsare, quod seruandæ pacis caussâ tentari posset. nihil receptum à Pompeianis; cùm alter consul iusto esset ferocior; Lentulus verò saluâ rep. saluus esse non posset; M. autem Cato moriendum antè, quàm vllam condicionem ciuis accipiendam reip. contenderet. vir antiquus & grauis, Pompeij partes laudaret magis, prudens sequeretur Cæsaris; & illa glorioſa, hæc terribiliora duceret. Vt deinde, spretis omnibus, quæ Cæsar postulauerat, tantummodò contentus cum vnâ legione titulum retineret prouinciæ, priuatus in vrbem veniret, & se in petitione consulatus suffragijs P.R. committeret d. creuere: ratus bellandum Cæsar, cum exercitu Rubiconem transijt: Cn. Pompeius consulesque, & maior pars senatus, relictâ vrbe, ac deinde Italiâ, transmisêre Dyrrhachium. At Cæsar Domitio,[112] legio-
C nibusque Corfinij, quæ vnà cum eo fuerant, potitus, duce aliisque, qui voluerant abire ad Pompeium, sine dilatione dimissis, persecutus Brundisium, ita vt appareret, malle integris rebus & condicionibus finire bellum, quàm opprimere fugientes, cùm transgressos *Civile bellum.* *Pompeij fuga.*

piditates, *quod sequitur, quomodo rectum? An cupidines, cupidines expleant? Vide num,* ciuitates, *hoc sensu. Eius libidines tam auidæ, tam capaces, vt non suffecerint ijs explendis satiandisq; aut opes aut ciuitates. Da aurum, da opida tota, Curio hiat.*

108. AN ACCEPTO CENTIES H-S.] *Iure in summâ ambigit Aldus, & spernit vt minutam. Mallet,* trecenties. *Ego alterum addo, & scribo* sexcenties. *Caussam habeo: quod Dio Cassius auctor lib.* XL. omni ære alieno, quo ingenti erat obstrictus, Cu-
D rionem à Cæsare liberatum. *atqui* forum nostrum, *ait Valerius lib.* IX. *cap.* I. Curiones filij sexcenties sistertiûm æris alieni aspexit. *Caussam etiam alteram, quod Plutarchus & Appianus consentiunt,* Paullum consulem emptum à Cæsare mille quingentis talentis: Curionem autem maiore etiam summâ. *Si ita est, cùm tot ista talenta, paullò minùs quadringenties* H-S. *efficiant: quidni Valerium audiamus in maiore summâ?*

109. QVIETA, AVT CERTE NON PRÆCIPITATA.] *Clarius insertâ dictione quæ delituit:* quietâ eâ, aut. *vti ad remp. referas.*

110. ET ANNO LXXIIX. QVAM TV, M. VINICI.] *Scribo:* & ante septuagintaocto.

111. CONSVLES SENATVSQVE CAVSSÆ, NON POMPEIO SVMMAM IMPERII DETVLERVNT.] *Ego verò hæc non capio. Quid est* caussæ deferre summam imperij? *Illa igitur imperauit? exercitus duxit, instruxit? nugæ. Nos arbitramur fuisse:* caussâ nominis Pompeio. *Illud sanè constat, regimen & imperium in hoc bello delatum ad Pompeium, idq; (vt Velleius per me nunc dicit) caussa famæ & nominis Pompeiani. Ille enim triumphis victorijsq; celeber, & in ore omnium Magnus. Lentulus ipse Consul, qui more maiorum alioqui dux, apud Lucanum auctor huius sententiæ:*

Consulite in medium Patres, Magnumque iubete
Esse ducem. Læto nomen clamore Senatus
Excipit, & Magno fatum patriæque suumque
Imposuit.

Cæsar III. *Ciuil. in oratione Bibuli:* Potestatem se eius rei nullam habere: propterea quòd de Consilij sententiâ summam belli rerumque omnium Pompeio permiserint.

112. LEGIONIBVSQVE CORFINII, QVÆ VNA CVM EO FVERANT, POTITVS.] *Cæsar in hac re legiones non nominat, sed cohortes* XXXIII. *quæ nondum fuisse videntur sub legionum suarum signis. Sunt autem illæ ipsæ cohortes, quæ, in iudicio Milonis, præsidium iudicibus & Pompeio. Lucanus ad Domitium:*

——tua classica seruat
Oppositus quondam polluto tiro Miloni.

Vbi

greſſos reperiſſet conſules, in vrbem reuertit: redditaque ratione conſiliorum ſuorum in ſenatu & in concione, ac miſerrimæ neceſſitudinis, cùm alienis armis ad arma compulſus eſſet, Hiſpanias petere decreuit. Feſtinationem itineris eius aliquandiu morata Maſſilia eſt; fide melior, quàm conſilio prudentior, intempeſtiuè principalium armorum arbitria captans, quibus ij ſe debent interponere, qui non parentem coercëre poſſunt. Exercitus deinde, qui ſub Afranio conſulari ac Petreio prætorio fuerat, ipſius aduentu vigore ac fulgore occupatus, ſe Cæſari tradidit. vterque legatorum, & quiſquis cuiuſque ordinis ſequi eos voluerat, remiſſi ad Pompeium. Proximo anno, cùm Dyrrhachium, ac vicina ei vrbi regio, caſtris Pompeij teneretur, (qui, accitis ex omnibus tranſmarinis prouincijs legionibus equitum ac peditum auxilijs, regumque & tetrarcharum, ſimulque dynaſtarum copiis, immanem exercitum confecerat, & mare præſidijs claſſium, vt rebatur, ſepſerat, quò minùs Cæſar legiones poſſet tranſmittere) ſuâ & celeritate & fortunâ C. Cæſar vſus, nihil in morâ habuit, quo minùs & cùm vellet, ipſe exercituſque claſſibus perueniret, & primò pænè caſtris Pompeij ſua iungeret, mox etiam obſidione munimentiſque eum complecteretur. Sed inopia obſidentibus, quàm obſeſſis, erat grauior. [113] Tum Balbus Cornelius, excedente humanam fidem temeritate, ingreſſus caſtra hoſtium, ſæpiuſque cum Lentulo collocutus conſule, dubitante quanti ſe venderet, illis incrementis fecit viam, [114] quibus non Hiſpaniæ ſuæ natus, ſed Hiſpanus in triumphum & pontificatum aſſurgeret, fieretque ex priuato conſularis. Variatum deinde prœlijs, ſed vno longè magis Pompeianis proſpero, quo grauiter impulſi ſunt Cæſaris milites. Tum Cæſar cum exercitu fatalem victoriæ ſuæ Theſſaliam petijt. Pompeius, longè diuerſa aliis ſuadentibus, (quorum plerique hortabantur, vt in Italiam tranſmitteret: neque hercules quidquam partibus illis ſalubrius fuit: alij, vt bellum traheret, quod dignationi partem in die ipſi magis proſperum fieret) vſus impetu ſuo, hoſtem ſecutus eſt. Aciem Pharſalicam & illum cruentiſſimum Romano nomini diem; tantumque vtriuſque exercitus profuſum ſanguinis, & colliſa inter ſe duo reip. capita, effuſumque alterum Romani imperij lumen, tot taleſque Pompeianarum partium cæſos viros, non recipit enarranda hic ſcripturæ modus. Illud notandum eſt: vt primùm C. Cæſar inclinatam vidit Pompeianarum aciem, neque prius, neque antiquius quidquam habuit, [115] quàm in omnes partes (vt militari & verbo & conſuetudine

Maſſilia.

Hiſpania. recepta.

Pompeius ad Dyrrhachium.

Lentulus cos. emptus.

Cæſar initio victus.

Mox vincit.

Clementia eius.

A B C D

Vbi mirum niſi ſcribendum, Pullato. *id eſt ſordidato & reo. Talis enim, Romano ritu, eorum veſtis. Pollutum autem cur appellet? quiáne pollutum illum & fœdum interemit?*

113. TVM BALBVS CORNELIVS INGRESSVS CASTRA HOSTIVM, &c.] *Obſeruate Politici. mira & audax hæc corruptio, ſed ſine quâ perierat Cæſar. Talia firmiter & pertinaciter tentanti vix deeſt ſucceſſus. Idoneum autem inſtrumentum hic Balbus, quia amicus, & ab interiore notâ, Lentulo. Ipſe ad Ciceronem (inter Epiſtolas ad Atticum lib.* VIII. *epiſt.* XV.) Quòd Lentulum Conſulem meum voluiſti hîc remanere, Cæſari gratum, mihi verò gratiſſimum mediusfidius feciſti. Nam illum tanti facio, qui non Cæſarem magis diligam. *Et plura, quæ addit.*

114. QVIBVS NON HISPANIÆ SVÆ NATVS, SED HISPANVS.] *Obſcurum ait Aldus: verè. Sed quantula lux quam ipſe affert? Legit,* natus eſſet. *id eſt, inquit,* Conſuleret & ſplendorem afferret. *Sed ſic quoque locus parum ſplendet: quem in clarorem fortaſſe magis dabit noſter Phœbus. Ille ſuadet:* quibus non Hiſpanienſis, ſed Hiſpanus. *Affirmo ita ſe rem habere. Hac audaciâ, ait Velleius, effectum, vt Balbus ille, non dicam ciuis è Latio aut incola Hiſpaniæ ſaltem, ſed verè Hiſpanus & externus, Romæ perueniret ad ſacerdotium & triumphum. Certè hoc nouum. Nam planè ciuibus, hoc ius magiſtratuum & imperiorum tantùm. Plinius lib.* V. *cap.* V. *clarè ab hac ſententiâ, de Africâ & Garamantibus:* Omnia armis Romanis ſuperata & à Cornelio Balbo triumphata, vnius omnium externo curru & Quiritium iure donato. Quippe Gadibus nato ciuitas Romana, cum Balbo maiore patruo, data eſt. *Atque idem lib.* VII. *cap.* XLIII. *de Balbo maiore:* Fuit & Balbus maior, *inquit,* Conſul, primus externorum, atque etiam in Oceano genitorum, vſus illo honore, quem maiores Latio quoque negauerunt. *Vidéſne exteros non admiſſos ad magiſtratus, etſi in ciuitatem admiſſos? In vtroque igitur Balbo hoc nouum. in altero, quòd Conſul primus exterorum; in altero, quòd Pontifex & Triumphalis. Sed de vocum quoque diſcrimine (propriè enim & ſignatè Velleius ſcripſit) addam. Soſipater:* Cùm dicimus Hiſpanus, nomen nationis oſtendimus: cùm autem Hiſpanienſis, cognomen eorum qui prouinciam Hiſpaniam incolunt, etſi non Hiſpani: *Martialis:* Ne Romam, ſi ire decreueris, non Hiſpanienſem librum mittamus, ſed Hiſpanum. *Idem diſcrimen paſſim apud ſcriptores in Siculo, & Sicilienſi; Græco, Græcienſi; Germano, Germaniciano; & talibus. Vide Feſtum in* Corinthienſes.

115. QVAM IN OMNES PARTES, &c.] *De Clementiâ Iulianâ ſermo eſt: ſed quid ad eam dimiſſio*

A dine vtar) dimitteret. Prô dij immortales, quod huius voluntatis erga Brutum ſuæ poſteà vir tam mitis pretium tulit! Nihil illâ victoriâ mirabilius, magnificentius, clarius fuit; quando neminem, niſi acie conſumptum, ciuem patria deſiderauit: ſed munus miſericordiæ corrupit pertinacia, cùm libentiùs vitam victor iam daret, quàm victi acciperent. Pompeius, profugiens cum duobus Lentulis conſularibus, Sextoque filio, *Pompeij fuga.* & Fauonio prætorio, quos comites ei fortuna aggregauerat, alijs vt Parthos, alijs vt Africam peteret, (in quâ fideliſſimum partium ſuarum haberet regem Iubam) ſuadentibus, Ægyptum petere propoſuit, memor beneficiorum, quæ in patrem eius Ptolemæi, qui tum puero, quàm iuueni, propior regnabat Alexandriæ, contulerat. Sed quis in aduerſis beneficiorum ſeruat memoriam? aut quis vllam calamitoſis deberi putat gratiam? aut quando fortuna non mutat fidem? Miſſi itaque ab rege, qui venientem Cn. Pompeium (is iam à Mitylenis Corneliam vxorem receptam in nauem, fugæ comitem habere cœperat) conſilio Theodoti & Achillæ exciperent, hortarenturque, vt

B ex onerariâ in eam nauem, quæ obuiam proceſſerat, tranſcenderet. quod cùm feciſſet, princeps Romani nominis, imperio arbitrioque Ægyptij mancipij, C. Cæſare, P. Ser- *Pompeij cædes.* uilio cos. iugulatus eſt. Hic, poſt tres conſulatus, & totidem triumphos, domitumque terrarum orbem, ſanctiſſimi ac præſtantiſſimi viri, in id euecti, ſuper quod ad- *Eius ætas.* ſcendi non poteſt, duodeſxageſimum annum agentis, pridie natalem ipſius, vitæ fuit exitus in tantum in illo viro à ſe diſcordante fortunâ, vt, cui modò ad victoriam terra defuerat, deeſſet ad ſepulturam. Quid aliud, quàm nimium occupatos dixerim, quos in ætate & tanti, & pænè noſtri ſæculi, viri fefellit quinquennium? cùm à C. Atilio & Q. Seruilio conſulibus [116] tam facilis eſſet annorum digeſtio. quod adieci, non vt arguerem, ſed ne arguerer. Non fuit tamen maior in Cæſarem, quàm in Pompeium fue- *Ægyptij puniti.* rat, regis eorumque, quorum is auctoritate regebatur, fides. quippe cùm venientem eum tentaſſent inſidijs, ac deinde bello laceſſere auderent, [117] vtrique ſummo Imperatorum, alteri ſuperſtiti meritas pœnas luêre ſupplicijs. Nuſquam erat Pompeius corpore, [118] adhuc vbique Iubæ nomine: quippe ingens partium eius fauor bellum excitauerat *Bellum Africum.*

C Africum. quod ciebat rex Iuba, & Scipio, vir conſularis, [119] ante biennium, quàm exſtingueretur Pompeius, lectus ab eo ſocer. eorumque copias auxerat M. Cato, ingenti cum difficultate itinerum, locorumque inopiâ, perductis ad eos legionibus: qui vir, cùm ſummum ei à militibus deferretur imperium, honoratiori parêre maluit. Admonet promiſſæ breuitatis fides, quanto omnia tranſcurſu dicenda ſint.

Sequens fortunam ſuam Cæſar, peruectus in Africam, quam occiſo Curione, Iulia- *Iuba vincitur.* narum duce partium, Pompeiani obtinebant exercitus, ibi [120] primò variâ fortunam expugnauit viâ, inclinatæque hoſtium copiæ. Nec diſſimilis ibi aduerſus victos, quàm in

ſio hæc in partes? Scribe: vt omnes partes. *Mens, Nihil priùs Cæſar habuit, quàm vt omnes aduerſarios ſuos incolumes dimitteret, gladijs & militari ſæ-*

D *uitiæ ſubduceret. Hos autem tales vocat* Partes, *idq;* militari verbo, *inquit: quia durum videbatur in ciuili diſſenſu dicere* Hoſtes. *Vſum huius vocis crebrum alibi notauimus: tu hîc originem vides, & nondum tritum id ſatis fuiſſe hoc ſignificatu. Cur enim aliàs excuſet? quod quidam* Patres *legunt, ſperno. Nec enim militiæ aut caſtrorum, ſed Curiæ hoc verbum. Vide etiam an non aptius,* militari verbo ex conſuetudine vtar. Ex, *inquam, pro*, &, *copulâ. Quæ enim hîc conſuetudo propriè? quinimò hoc dictum voluit. Vti ſe verbo militari: idq; ex conſuetudine, & quia diu miles.*

116. TAM FACILIS ESSET.] *Probum eſt. tamen editio vetus:* tam felix. *An fuit,* tam non fallax?

117. VTRIQVE SVMMO IMPERATORVM, ALTERI SVPERSTITI.] *Suſpicetur aliquis membrum deeſſe,* alteri mortuo: *cui rectè ſubiunctum,* alteri ſuperſtiti. *Etiam,* meritis, *melius quàm* meritas.

118. ADHVC VBIQVE IVBÆ NOMINE.] *Titius legit,* vbique ibat nomine. *Meritò reijcit is qui eum confecit Tuo: atque ipſe vult deleri vt ſuperuacuum Iubæ nomen. Aſſentior. etſi haud malè reſcripſeris,* vbique viuebat nomine.

119. ANTE BIENNIVM.] *Profectò* Triennium *eſt, ſi quidem duxit eam in tertio ſuo Conſulatu, Plutarcho notatum. Nec tamen muto. Sollennes eiuſmodi diſſenſus.*

120. PRIMO VARIA FORTVNAM EXPVGNAVIT VIA.] *Ferent hoc puræ & Latiares aures? ſpernunt meæ. Lego firmiter:* primò variâ fortunâ, mox pugnauit ſuâ. *Acutè. Initia, inquit, belli ambigua, lætus exitus & à fortunâ planè Cæſarianâ. Riſit enim ſemper illi viro, & in bellis vtique viſus eam habe-*

in priores, clementia Cæsaris fuit. Victorem Africani belli C. Cæsarem grauius excepit A
Hispanicum bellum. Hispaniense (nam victus ab eo Pharnaces vix quidquam gloriæ eius adstruxit) quod
Cn. Pompeius filius. Cn. Pompeius, Magni filius, adolescens, impetus ad bella maximi, ingens ac terribile
conflauerat, vndique ad eum adhuc paterni nominis magnitudinem sequentium, ex
Cæsar ægrè vincit. toto orbe terrarum auxiliis confluentibus. Sua Cæsarem in Hispaniam comitata fortuna est. sed nullum vmquam atrocius periculosiusque ab eo initum prœlium, adeò vt plus quàm dubio Marte, descenderet equo, consistensque ante recedentem suorum aciem, increpitâ priùs fortunâ quòd se in eum seruasset exitum, denunciaret militibus, vestigio se non recessurum: proinde viderent, quem, & quo loco imperatorem deserturi forent. verecundiâ magis, quàm virtute, acies restitutæ à duce, quàm à milite, fortiùs. Cn. Pompeius, grauis vulnere inuentus, inter solitudines auias interemptus est. La-
Cn. Pompeij cædes. bienum Varumque acies abstulit. Cæsar omnium victor, regressus in vrbem, (quod humanam excedat fidem,) omnibus, qui contra se arma tulerant, ignouit, magnificentissimisque gladiatorij muneris, naumachiæ, & equitum peditumque, simul elephanto- B
rum certaminis spectaculis, epulique per multos dies dati celebratione, repleuit eam.
Cæsaris triumphi. Quinque egit triumphos. Gallici apparatus ex citro, Pontici ex acantho, Alexandrini testudine, Africi ebore, Hispaniensis argento rasili constitit. [121] Pecunia, ex manubijs lata, paullò ampliùs sexies millies H-s. Neque illi tanto viro, & tam clementer omnibus victorijs suis vso, plus quinque mensium principalis quies contigit: quippe cùm mense
Conspiratio in eum: Octobri in vrbem reuertisset, idibus Martijs, coniurationis auctoribus Bruto & Cassio, quorum alterum, promittendo consulatum non obligauerat, contrà, differendo Cassium offenderat; adiectis etiam [122] consiliarijs cædis familiarissimis omnium, & for-
Et cædes. tunâ partium eius in summum euectis fastigium, D. Bruto, & C. Trebonio, aliisque clari nominis viris, interemptus est, cui magnam inuidiam conciliârat M. Antonius, omnibus audendis paratissimus, consulatus collega, imponendo capiti eius Lupercalibus sedentis pro Rostris insigne regium, quod ab eo ita repulsum erat, vt non offensus videretur. Laudandum experientiâ consilium est Pansæ atque Hirtij, qui semper præ- C
dixerant Cæsari, vt principatum, armis quæsitum, armis teneret. ille, dictitans, mori se, quàm timeri malle, dum clementiam, quam præstiterat, exspectat, incautus ab ingratis occupatus est, cùm quidem plurima præsagia atque indicia dii immortales futuri obtulissent periculi. nam & haruspices præmonuerant, vt diligentissimè iduum Martiarum caueret diem; & vxor Calpurnia, territa nocturno visu, vt eâ die domi subsisteret, orabat; & libelli, coniurationem nunciantes, dati, ab eo neque protinus lecti erant. Sed profectò ineluctabilis fatorum vis, [123] cuius cùm fortunam mutare constituit, consilia corrumpit. Quo anno id patrauêre facinus Brutus & C. Cassius, prætores erant.
Coniurati Capitolium occupant. D. Brutus consul designatus. Hi vnà cum coniurationis globo, stipati gladiatorum D. Bruti manu, Capitolium occupauêre, cum consul Antonius, (quem cùm simul interimendum censuisset Cassius, testamentumque Cæsaris abolendum, Brutus repugnauerat; D

habere in mancipio & potestate. Ipse gloriatur apud
* *Lucan.* * *poëtam, quem sensuum & honestè acuminis caussâ amo:* —— quem numina numquam
Destituunt, de quo malè tunc Fortuna meretur
Cùm post vota venit.

121. PECVNIA EX MANVBIIS LATA, PAVLLO AMPLIVS SEXIES MILLIES H-S.] *Haud muto, & videtur hæc ipsa pecunia esse quæ deposita posteà ad Opis, quam* septies millies *fuisse Cicero non semel indicat, & posteà Velleius. Iurisconsulto celebri an adsentiar* sexagies millies *reponenti?* opidò *enim* tenuis, *inquit,* est hæc summa. *Miror. Nam* sexies millies, *faciunt æstimatione Budæanâ* (*quam haud temerè quis mihi carpat*) centies quinquagies centena millia aureorum. *Et an Paullus Æmilius tantum intulit? an ipse Pompeius? longè infrà. Illud tamen fateor, paullò maiorem summam in Appiano me repperisse: qui tulisse in triumpho Cæsarem dicit* Μυριάδας ἑξ καὶ ἥμισυ ταλάντων: sexaquintaquinque millia talentûm. *Ea essent quasi* decies sexies millies H-S., *computatione Romanâ: haud dubiè supra Velleianum numerum, sed longè infra immanem illum correctoris. Nam* sexagies millies, *fecerit* centum quinquaginta aureorum (*cum vulgo loquar*) milliones.

122. CONSILIARIIS CÆDIS.] *Tentabam,* consciis alijs cædis.

123. CVIVS CVM FORTVNAM.] *Primò editi:* cuius quem. *Facito:* cuiuscumque.

124. HISPA-

A uerat; dictitans, nihil amplius ciuibus præter tyranni, ita enim appellari Cæsarem facto eius expediebat, petendum esse sanguinem) conuocato senatu, cùm iam Dolabella, quem substituturus sibi Cæsar designauerat consulem, fasces atque insignia corripuisset consularia, velut pacis auctor, liberos suos obsides in Capitolium misit, fidemque descendendi tutò interfectoribus Cæsaris dedit: & illud decreti Athenienſium celeberri- *Amnestia decreta.*
mi exemplum, relatum à Cicerone, obliuionis præteritarum rerum, decreto patrum comprobatum est. Cæsaris deinde testamentum apertum est, quo C. Octauium, nepo- *C. Octauius.*
tem sororis suæ Iuliæ, adoptabat; de cuius origine, etiam si præuentis & pauca dicenda sunt. Fuit C. Octauius, vt non patriciâ, ita admodum speciosâ equestri genitus familiâ, grauis, sanctus, innocens, diues. Hic prætor inter nobilissimos viros creatus, primo loco, cùm ei dignatio Iuliâ genitam Atiam conciliasset vxorem, ex eo honore sortitus Macedoniam, appellatusque in eâ imperator, decedens ad petitionem consulatus obiit, prætextato relicto filio, quem C. Cæsar, maior eius auunculus, educatum apud
B Philippum vitricum, dilexit vt suum, natumque annos XIIX. [124] Hispanienſis militiæ assecutum se posteà comitem habuit, nunquam aut alio vsum hospitio, quàm suo, aut alio vectum vehiculo: pontificatusque sacerdotio puerum honorauit. Et pacatis bellis ciuilibus, ad erudiendum liberalibus disciplinis singularis indolem iuuenis, Apolloniam eum in studia miserat, mox belli Getici, ac deinde Parthici habiturus commilitonem. Cui vt est nuntiatum de cæde auunculi, cùm protinus ex vicinis legionibus centuriones suam suorumque militum operam ei pollicerentur; neque eam spernendam Saluidienus & Agrippa dicerent; ille festinans peruenire in vrbem, omnem ordinationem & necis & testamenti Brundisij comperit. Cui aduentanti Romam, immanis *Romam venit.*
amicorum occurrit frequentia: &, cùm intraret vrbem, Solis orbis super caput eius, cur- *Omen imperij.*
uatus æqualiter, rotundatusque, in colorem arcus, veluti coronam tanti mox viri capiti imponens, conspectus est. Non placebat Atiæ matri Philippoque vitrico, adiri nomen inuidiosæ fortunæ Cæsaris: sed asserebant salutaria reip. terrarumque orbis fata condi-
C torem conseruatoremque Romani nominis. Spreuit itaque cælestis animus humana consilia; & cum periculo potiùs summa, quàm tutò humilia, proposuit sequi, maluitque auunculo & Cæsari de se, quàm vitrico credere; dictitans, nefas esse, quo nomine Cæsari dignus esset visus, semetipsum videri indignum. Hunc protinus Antonius consul super- *Antonius Octauio iniquus.*
bè excipit; (neque is erat contemptus, sed metus;) vixque admisso in Pompeianos hortos, loquendi secum tempus dedit; mox etiam, velut insidiis eius petitus, scelestè insimulare cœpit: in quo turpiter deprehensa eius vanitas est. Apertè deinde Antonij ac Dolabellæ consulum ad nefandam dominationem erupit furor. [125] H-S. septies mil- *Eius rapina.*
lies, depositum à C. Cæsare ad ædem Opis, occupatum ab Antonio, actorum eiusdem, insertis falsis, [126] ciuitatibusque corruptis, commentariis. Atque omnia pretio temperata, vendente remp. consule. Idem, prouinciam D. Bruto designato consuli decretam, Galliam occupare statuit: Dolabella transmarinas decreuit sibi: interque naturaliter dissimillimos ac diuersa volentes crescebat odium. eoque C. Cæsar iuuenis quotidianis Antonij petebatur insidiis. Torpebat oppressa dominatione Antonij ciuitas indigna-
D tio & dolor omnibus, vis ad resistendum nulli aderat, cùm C. Cæsar, XIX. annum in- *Octauianus copias parat.*
gressus, mira ausus, ac summa consecutus; priuato consilio, maiorem senatu pro rep. animum

124. HISPANIENSIS MILITIÆ.] *Scribo*, Hispanienſi militiâ. *Suetonius cap.* VIII. *Aug.* Profectum mox auunculum in Hispaniam aduersus Pompeij liberos, per infestas hostibus vias subsecutus, magno opere demeruit.

125. H-S SEPTIES MILLIES, DEPOSITVM A C. CÆSARE AD ÆDEM OPIS.] *Delemus* τὸ ædem. *idq; paullò veriùs, quàm Batauiæ lumen alterum Had. Iunius* τὸ septies. *Nam inductus à Plutarcho, qui in Antonio* quattuor *modò* millia talentûm *in hac re numerat, vult hîc fuisse* H-S millies: *quod respondet Græcanicæ illi summæ. Sed verè inductus. Cicero nónne aliquoties cum Velleio? vt Philip.* II. Vbi est septies millies, quod est in tabulis, quæ sunt ad Opis? *Iterùm:* Septies millies falsis proscriptionibus donationibusque auertit. *Atque alibi vocat* pecuniam maximam: *&*, pecuniam innumerabilem.

126. CIVITATIBVSQVE CORRVPTIS.] *Video ab aliis edi*, indubitateque corruptis: *anne à coniecturâ? Fas & nobis eâ vti:* commutatisque & corruptis.

animum habuit. primumque à Calatiâ, mox à Casilino veteranos exciuit paternos. A Quorum exemplum secuti alij, breui in formam iusti coiêre exercitus. mox, cùm Antonius occurrisset exercitui, quem ex transmarinis prouinciis Brundisium venire iusserat, legio Martia, & Quarta, cognitâ & senatus voluntate, & tanti iuuenis indole, sublatis signis, ad Cæsarem se contulerunt. Eum senatus, honoratum equestri statuâ, quæ hodieque in Rostris posita ætatem eius scripturâ indicat, (qui honor non alij per CCC. annos, quàm L. Sullæ, & Cn. Pompeio, & C. Cæsari contigerat) proprætorem vnà cum consulibus designatis, Hirtio & Pansâ, bellum cum Antonio gerere iussit. Ab eo, annum agente vicesimum, fortissimè circa Mutinam administratum est; & D. Brutus

Vincit Antonium. obsidione liberatus; Antonius turpi ac nudâ fugâ coactus deserere Italiam: consulum autem alter in acie, alter post paucos dies ex vulnere mortem obiit. Omnia antè, quàm fugaretur Antonius, honorificè à senatu in Cæsarem exercitumque eius decreta sunt, maximè auctore Cicerone: sed, vt recessit metus, erupit voluntas, protinusque Pompeianis partibus rediit animus. Bruto Cassioque prouinciæ, quas iam ipsi sine B vllo S. C. occupauerant, decretæ. laudati, quicumque his se exercitus tradidissent.

Brutus & Cassius Italiâ cedunt. omnia transmarina imperia eorum commissa arbitrio. quippe M. Brutus & C. Cassius, nunc metuentes arma Antonij, nunc, ad augendam eius inuidiam, simulantes se metuere, testati edictis, libenter se vel in perpetuo exsilio victuros, dum resp. constaret concordiâ, nec vllam belli ciuilis præbituros materiam, plurimum sibi honoris esse in conscientiâ facti sui, profecti vrbe atque Italiâ, intento ac pari animo, sine auctoritate

Prouincias occupant. publicâ, prouincias exercitusque occupauerant; &, vbicumque ipsi essent, prætexentes esse remp. pecunias etiam, quæ ex transmarinis prouinciis Romam ab quæstoribus deportabantur, à volentibus acceperant. quæ omnia senatus decretis comprehensa, &

Caussæ offensi Octauiani. comprobata sunt. Et D. Bruto, [127] quòd alieno beneficio viueret, decretus triumphus. Pansæ atque Hirtij corpora publicâ sepulturâ honorata. Cæsaris adeò nulla habita mentio, vt legati, qui ad exercitum eius missi erant, iuberentur, summoto eo, milites alloqui. Non fuit tam ingratus exercitus, quàm fuerat senatus. nam, cùm eam iniuriam dis- C simulando Cæsar ferret, negauêre milites, sine imperatore suo vlla se aduituros mandata. Hoc est illud tempus, quo Cicero, insito amore Pompeianarum partium, Cæsarem laudandum & tollendum censebat; cùm aliud diceret, aliud intelligi vellet. Interim

M. Lepidus. Antonius, fugâ transgressus Alpes, [128] primò per colloquia repulsus à M. Lepido, qui pontifex maximus in C. Cæsaris locum furto creatus, decretâ sibi Hispaniâ, adhuc in Galliâ morabatur: mox sæpiùs in conspectum veniens militum, cùm & Lepido omnes imperatores forent meliores, & multis Antonius, dum erat sobrius, per auersa castrorum proruto vallo militibus receptus est: qui titulo imperij cedebat Lepido, cùm sum-

Iuuentius Laterensis. ma virium penes eum foret. Sub Antonij ingressum in castra Iuuentius Laterensis, vir

Plancus. vitâ ac morte consentaneus, cùm acerrimè suasisset Lepido, ne se cum Antonio, hoste iudicato, iungeret, irritus consilij, gladio se ipse transfixit. Plancus deinde, dubiâ, id est suâ fide, diu, quarum esset partium, secum luctatus, ac sibi difficilè consentiens, & nunc adiutor D. Bruti, designati consulis, collegæ sui, senatuique se litteris venditans, mox D

Asin. Pollio. ciusdem proditor; Asinius autem Pollio firmus proposito, & Iulianis partibus fidus,

D. Bruti cædes. Pompeianis aduersus; vterque exercitus tradidêre Antonio. D. Brutus, desertus primò à Planco, pòst etiam insidiis eiusdem petitus, paullatim relinquente eum exercitu, fugiens, in hospitis cuiusdam, nobilis viri, nomine Cameli, domo, ab iis quos miserat Antonius, iugulatus est; iustissimaque optimè de se merito viro C. Cæsari pœnas dedit: cuius cùm primus omnium amicorum fuisset, interfector fuit, & fortunæ, ex quâ fructum tulerat, inuidiam in auctorem relegabat; censebatque æquum, quæ acceperat à Cæsa-

127. QVÒD ALIENO BENEFICIO VIVERET.] *Inepte, quasi illa caussa aut præscriptio triumphi. Lege,* qui alieno.

128. PRIMÒ PER COLLOQVIA REPVLSVS A M. LEPIDO.] *Minimè. sed probo quod in editione primâ est,* primò spe colloquij repulsus. *Id est, deiectus etiam à spe colloquij: quia Lepidus nec miscere sermones cum eo sub initia volebat. Dio clarè libro* XLVI. *aliiq.*

129. CICE-

A Cæsare, retinere; Cæsarem, qui illa dederat, perisse. Hæc sunt tempora, quibus M. Tullius continuis actionibus æternas Antonij memoriæ inusſit notas. sed hic fulgentissimo & cælesti ore, at tribunus Canutius continuâ rabie lacerabat Antonium. Vtrique vindicta libertatis morte stetit, sed tribuni sanguine commissa proscriptio, [129] Ciceronis vel satiato Antonio pœna finita. Lepidus deinde à senatu hostis iudicatus est, vt antè fuerat Antonius. Tum inter eum Cæsaremque & Antonium, commercia epistolarum; & conditionum facta mentio, cùm Antonius & subinde Cæsarem admoneret, quàm inimicæ ipsi Pompeianæ partes forent; & in quod iam emersissent fastigium; & quanto Ciceronis studio Brutus Cassiusque attollerentur; denuntiaretque, se cum Bruto Cassioque, qui iam decem & septem legionum potentes erant, iuncturum vires suas, si Cæsar eius aspernaretur concordiam; diceretque plus Cæsarem patris, quàm se amici vltioni debere. tum inita potentiæ societas, & hortantibus orantibusque exercitibus, inter Antonium etiam & Cæsarem facta affinitas, cùm esset
B priuigna Antonij desponsa Cæsari. consulatumque iniit Cæsar pridie, quàm viginti annos impleret, x. Kal. Octobres, cum collegâ Q. Pedio, post V. C. annis DCCIX. ante LXXII. quàm tu, M. Vinici, consulatum inires. Vidit hic annus Ventidium, per quam vrbem inter captiuos Picentium in triumpho ductus erat, in eâ consularem prætextam iungentem prætoriâ. Idem hic posteà triumphauit. Furente deinde Antonio, simulque Lepido, quorum vterque, vt prædiximus, hostes iudicati erant, cùm ambo mallent sibi nuntiari quid passi essent, quàm quid emeruissent, repugnante Cæsare, sed frustrà aduersus duos, instauratum Sullani exempli malum, proscriptio. Nihil tam indignum illo tempore fuit, quàm quòd aut Cæsar aliquem proscribere coactus est; aut ab illo Cicero proscriptus est, absciſſaque scelere Antonij vox publica est, cùm eius salutem nemo defendisset, qui per tot annos & publicam ciuitatis, & priuatam ciuium defenderat. Nihil tamen egisti, M. Antoni: (cogit enim excedere propositi formam operis, erumpens animo ac pectore indignatio:) nihil, inquam, egisti, mercedem
C cælestissimi oris, & clarissimi capitis absciſſi numerando, auctoramentoque funebri ad conseruatoris quondam reip. tantique cos. irritando necem. Rapuisti tu M. Ciceroni lucem solicitam, & ætatem senilem, & vitam inferiorem te principe, quàm sub te III. viro mortem: famam verò gloriamque factorum atque dictorum adeò non abstulisti, vt auxeris. Viuit viuetque per omnium sæculorum memoriam. Dumque hoc vel forte, vel prouidentiâ, vel vtcumque constitutum rerum naturæ corpus, quod ille pænè solus Romanorum animo vidit, ingenio complexus est, eloquentiâ illuminauit, manebit incolume: comitem æui sui laudem Ciceronis trahet; omnisque posteritas illius in te scripta mirabitur, tuum in eum factum exsecrabitur; [130] citiusque in mundo genus hominum, quàm cadet. Huius totius temporis fortunam ne dellere quidem quisquam [131] satis dignè potuit, adeò nemo exprimere verbis potest. Id tamen notandum est, fuisse in proscriptis vxorum fidem summam, libertorum mediam, seruorum aliquam, filiorum nullam. adeò difficilis est hominibus vtcumque conceptæ spei mora. [132] Nequid vlli sanctum relinqueretur, vel in dotem inuitamentumque sceleris, Anto-
D nius

Triumuiralis conspiratio.

P. Ventidius.

Proscriptio instituta.

M. Cicero occisus.

129. CICERONIS VEL SATIATO ANTONIO POENA.] *Aptius atque apertius:* velut satiato. *Cremutius Cordus:* Quibus visis *(capite & dextrâ Ciceronis)* lætus Antonius, cùm peractam proscriptionem suam dixisset, essetque non satiatus modò cædendis ciuibus, sed defectus *(corr.* defessus) quoque, pro rostris exponit.

130. CITIVSQVE IN MVNDO GENVS HOMINVM, QVAM CADET.] *Paullo Manutio placuit:* genus hominum concidet. *Nos explemus:* quàm ea cadet. Ea, *nempe laus Ciceronis, de qua prædictum. Vide textum. Vniuersus autem hic locus expressus ab Arellio Fusco:* Quoad humanum genus incolume manserit, quamdiu vsus litteris, honor summæ eloquentiæ pretium erit, quamdiu rerum naturæ aut fortuna steterit, aut memoria durauerit, admirabile posteris vigebis ingenium, & vno proscriptus sæculo proscribes Antonium omnibus. *Vbi παρέργως legi velim:* honor scientiæ, eloquentiæ pretium erit, *elegantius magisq. membratim. atque etiam verius, quia non honos tantùm eloquentiæ pretium, sed opes & fructus. Scribo item:* rerum naturæ aut forma steterit: *non* fortuna.

131. SATIS DIGNE POTVIT.] *Abest vet. editioni illud* potuit. *recte.*

132. NEQVID VLLI.] *Scribo,* vllibi.

Scelera proscriptionis.

nius L. Cæsarem auunculum, Lepidus Paullum fratrem, proscripserant. Nec Planco A gratia defuit ad impetrandum, vt frater eius Plancus Plotius proscriberetur. Eoque inter iocos militares, qui currum Lepidi Plancique secuti erant, inter exsecrationem ciuium vsurpabant hunc versum: *De Germanis, non de Gallis, duo triumphant consules.* Suo præteritum loco referatur. [133] neque enim persona vmbram actæ rei capit. [134] Dum

M. Cælius.

in acie Pharsalicâ Africaque de summâ rerum Cæsar dimicat, M. Cælius, vir eloquio animoque Curioni simillimus, sed in vtroque perfectior, nec minus ingeniosè nequam, cùm in modica quidem seruari posset, quippe peior illi res familiaris, quàm mens, erat, in præturâ nouarum tabularum auctor extitit; nequiitque senatus, & [135] auctoritate coss deterreri, accito etiam Milone Annio, qui, non impetrato reditu, Iulianis partibus infestus erat, [136] in vrbe seditionem magis, occultè autem bellicum tumultum mouens, primò summotus à rep. mox consularibus armis, auctore senatu, circa Thurios op-

Ann. Milo.

pressus est. Incepto pari similis fortuna Milonis fuit; qui, [137] Compsam in Hirpinis oppugnans, ictusque lapide, tum P. Clodio, tum patriæ, quam armis petebat, pœnas de- B dit; vir inquies, & [138] vltra fortem temerarius. Quatenus autem aliquid ex omissis peto, notetur immodicâ & intempestiuâ libertate vtos aduersus C. Cæsarem, Marullum Epidium, Flauiumque Cæsetium, trib. pl. dum arguunt in eo regni voluntatem, pænè vim dominationis expertos. In hoc tamen sæpè lacessiti principis ira excessit, vt, censoriâ potiùs contentus notâ, quàm animaduersione dictatoriâ, summoueret eos à rep. testaturque esse sibi miserrimum, quòd aut naturâ suâ ei excedendum foret, aut minuenda dignitas. Sed ad ordinem reuertendum est. Iam & Dolabella in Asiâ C. Trebonium con-

Trebonij cædes.

sularem, [139] cui succedebat, fraude deceptum, Smyrnæ occiderat, virum aduersus merita Cæsaris ingratissimum, participemque cædis eius, à quo ipse in consulare prouectus fastigium fuerat: & C. Cassius, acceptis à Staio Murco & Crispo Marcio, prætoriis

Cassij augmenta.

viris, imperatoribusque, præualidis in Syriâ legionibus, inclusum Dolabellam, qui

Dolabellæ cædes.

præoccupatâ Asiâ in Syriam peruenerat, Laodicea expugnat; ita tamen, vt ad ictum C
Bruti augmenta.
serui sui Dolabella non segniter ceruicem daret; & decem legiones in eo tractu sui iuris fecerat. & M. Brutus C. Antonio, fratri M. Antonij in Macedoniâ, Vatinioque circa Dyrrhachium volentes legiones extorserat: sed Antonium bello lacessierat: Vatinium dignatione obruerat: cùm & Brutus cuilibet ducum præferendus videretur; & Vatinius

133. NEQVE ENIM PERSONA VMBRAM ACTÆ REI CAPIT.] *Vmbrosum hoc sanè, quid si & mendosum? Arbitror, & emendem:* vmbram ac tenebras capit. *Non est ille Cælius, inquit, homo genere ingenioq; nobilis, qui latere in vmbrâ silentij ac tenebris debeat. Extraham, etiamnunc, etsi alieno loco & tardè.*

134. DVM IN ACIE PHARSALICA AFRICAQVE DE SVMMA RERVM CAESAR DIMICAT.] *Considera, falsum reperies hunc contextum. Tempus seditionis Cælianæ indicare voluit; an hoc igitur, cùm Cæsar in Pharsaliâ & Africâ dimicat? De Pharsaliâ, verum est: sed de Africâ, certè diu post Cælij motum & mortem illud bellum. Quin præcessit Ægyptium siue Alexandrinum, alterumque cum Pharnace. Denique Cæsar etiam intereà in vrbe. Omnino falsa hæc signatio: per Velleianámne incuriam, an scriptoris? Hunc culpari mitius est, & ὑσόχως fortasse emendem:* dum in acie Pharsalicâ circaque. *Nihil pronius, quàm* Africam *ex eo fecisse, si littera finalis adhæsit, vt solet, capiti sequentis. Interpreter autem: Dum Cæsar in Pharsaliâ pugnat & circà, nempe ad Dyrrhachium vicinisq; locis oppositus Pompeio. Pugnas autem & ibi aliquot fuisse, notum. Quod tueri vulgatam aliquis conetur, quasi de Africano bello Curionis in Iubam & Varum sentiat: frustrà sit. Nam nec* Cæsar *ibi* dimicauit, *nec certè* de summâ rerum. *quod vtrumque hîc scriptum.*

135. AVCTORITATE COSS. DETERRERI.] *Hoc valet,* Consulum. *Atqui, ne iuuentus erret,* Cos. *siue* Consulis *scribendum est. quia vnus Seruilius tunc in vrbe, cui Cæsar collega, sed absens & in bello.*

136. IN VRBE SEDITIONEM MAGIS, OCCVLTE AVTEM BELLICVM TVMVLTVM MOVENS.] *Argutabar:* in agris occultè. *Nam ita res fuit, Romæ seditionem, in agris bellum mouebat per Milonem. Cæsar lib.* III. Clàm nunciis ad Milonem missis, euocatoque in Italiam: eum in Thurinum ad solicitandos pastores præmisit. D

137. COMPSAM IN HIRPINIS OPPVGNANS.] *Cæsar ad* Cosam *scribit interfectum in* agro Thurino. *Etiam Eusebius, sed à nobis corrigendus:* M. Cælius Prætor & T. Annius Milo exsul oppressi, res nouas in Tiriano Brixioque agro molientes. *Scribendum:* in Thurino Brutioque.

138. VLTRA FORTEM TEMERARIVS.] *Imò verò* sortem. *Magis audax scilicet quàm pro conditione exsulis, cuius est iacêre ferè, nec attolli.*

139. CVI SVCCEDEBAT.] *Succedebat non à Senatu, sed à se & scelere suo missus. Nam prouincia illi Syria erat, atque in eam ibat.*

140. CAPITO

A nius nulli nomini non esset postferendus : in quo deformitas corporis cum turpitudine certabat ingenij, adeò, vt animus eius dignissimo domicilio inclusus videretur. eratque septem legionibus validus. Et lege Pediâ, quam consul Pedius collega Cæsaris tulerat, omnibus, qui Cæsarem patrem interfecerant, aquâ ignique damnatis interdictum erat. quo tempore [140] Capitò, patruus meus, vir ordinis senatorij, Agrippæ subscripsit in C. Cassium. *Lex Pedia.*

Dumque ea in Italiâ geruntur, acri atque prosperrimo bello Cassius Rhodum, rem immanis operis, ceperat; Brutus Lycios deuicerat; & inde in Macedoniam exercitus transiecerant; cùm per omnia repugnans naturæ suæ Cassius, etiam Bruti clementiam vinceret. Neque reperias, quos aut pronior fortuna comitata sit, aut veluti fatigata maturiùs destituerit, quàm Brutum & Cassium. Tum Cæsar & Antonius transiecerunt exercitus [141] in Macedoniam, & apud vrbem Philippos cum M. Bruto Cassioque acie concurrerunt. Cornu, cui Brutus præerat, impulsis hostibus castra Cæsaris cepit. nam B ipse Cæsar, etiam si infirmissimus valetudine erat, obibat munia ducis, oratus etiam ab Artorio medico, ne in castris remaneret, manifestè denunciatione quietis territo. Id autem, in quo Cassius fuerat, fugatum, ac malè multatum, in altiora se receperat loca. Tum Cassius, ex suâ fortunâ euentum collegæ æstimans, cùm dimisisset euocatum, iussisseque nunciare sibi, quæ esset multitudo ac vis hominum, quæ ad se tenderet, tardiùs eo nunciante, cùm in vicino esset agmen cursu ad eum tendentium, neque puluere facies, aut signa denotari possent; existimans hostes esse, qui irruerent, lacernâ caput circumdedit, extentamque ceruicem interritus liberto præbuit. Deciderat Cassij caput, cùm euocatus aduenit, nuncians Brutum esse victorem. qui, cùm imperatorem prostratum videret; Sequar, inquit, eum, quem mea occîdit tarditas, & ita in gladium occubuit. Post paucos deinde dies Brutus conflixit cum hostibus, & victus acie, cùm in tumulum nocte ex fugâ se recepisset, impetrauit à Stratone Ægeate, familiari suo, vt manum morituro commodaret sibi; reiectoque læuo super caput brachio, cùm mucronem gladij C eius dexterâ tenens, sinistræ admouisset mammillæ, ad eum ipsum locum, quà cor emicat, impellens se in vulnus, vno ictu transfixus, exspirauit. Protinus Messalla, fulgentissimus iuuenis, proximus in illis castris Bruti Cassiique auctoritati, cùm essent, qui eum ducem poscerent, seruari beneficio Cæsaris maluit, quàm dubiam spem armorum tentare ampliùs. Nec aut Cæsari quidquam ex victoriis suis fuit lætius, quàm seruasse Coruinum; aut maius exemplum hominis grati ac pij, quàm Coruinus in Cæsarem fuit. Non aliud bellum cruentius cæde clarissimorum virorum fuit. Tum Catonis filius cecidit. Eadem Lucullum Hortensiumque, eminentissimorum ciuium filios, fortuna abstulit. nam [142] Varro ad ludibrium morituro Antonij, digna illo, ac vera de exitu eius

Rhodus capitur.

Pugna Philippensis.

Cassij interitus.

Bruti interitus.

Messalla Coruinus.

Ter. Varronis mors.

140. CAPITO, PATRVVS MEVS, VIR ORDINIS SENATORII.] *An Atteius Capito Iurisconsultus ille nobilis? Factum sit non abhorrens ab ingenio viri, qui adulator, &* cuius obsequium dominantibus probabatur, *ait Tacitus. Sed vereor, vt tunc non tam grandi & Senatoriâ ætate fuerit. quippe qui obiit demum nono Tiberiani imperij anno. Vide Tacit.* III. *Ann. extrema.*

141. IN MACEDONIAM, ET APVD VRBEM PHILIPPOS.] *Sic est. Philippi isti in Macedoniâ extremâ Ptolemæo locantur, aliis in Thraciâ primâ. Sunt ad Strymonem fluuium, & subiacet planicies aptissima pugnæ. Victus in eâ Cassius & Brutus. Diuersi omnino ab istis Philippi sunt in Thessaliâ, vbi Pompeius victus, ad Peneum flumen. Ergo iure miror quid poëtis aliquot in mentem venerit confundere hæc loca & vrbes, quasi si vtrumque ciuile bellum in iisdem campis depugnatum. Virgilius innuit Georg.* I.

Ergo inter sese paribus concurrere telis
Romanas acies iterùm vidêre Philippi:
Nec fuit indignum superis, bis sanguine nostro
Emathiam & latos Æmi pinguescere campos.

Manilius lib. I. —— ducibus iurata cruentis
Arma Philippæos implerunt agmine campos.
Vix etiam siccâ miles Romanus arenâ
Ossa virûm laceroque priùs superastitit artus,
Perque patris pater Augustus vestigia vicit.

Lucanus lib. VII. —— scelerique secundo
Prestabis nondum siccos hoc sanguine campos.

Quid poëtas culpo? Florus historicus idem peccat: Brutus & Cassius, comparatis ingentibus copiis, eamdem illam, quæ fatalis Cn. Pompeio fuit, arenâ insederant. *Hoc autem tam verum est, vt centum aliquot milliaria sint interiecta. Vide Dionem* XLVII. *& Appianum* IV. *Ciuil. quorum vterque situm Philipporum, vbi Brutinum prælium, accuratè designat & describit.*

142. VARRO AD LVDIBRIVM MORITVRVS ANTONII.] *Quis autem iste Varro? videatur meritissimâ*

eius magnâ cum libertate ominatus est. Drusus Liuius, Iuliæ Augustæ pater, & Varus A
Quinctilius, ne tentatâ quidem hostis misericordiâ, alter se ipse in tabernaculo interemit; Varus autem liberti, quem id facere coëgerat, manu, cùm se insignibus honorum velasset, iugulatus est. Hunc exitum M. Bruti partium septimum & trigesimum annum agentis fortuna esse voluit, corrupto animo eius in diem, quæ illi omnes virtutes vnius temeritate facti abstulit. Fuit autem dux Cassius melior, quanto vir Brutus. è quibus Brutum amicum habere malles, inimicum magis timeres Cassium. in altero maior vis, in altero virtus. Qui si vicissent, quantum reip. interfuit, Cæsarem potiùs habere quàm Antonium principem, tantum retulisset habere Brutum, quàm Cassium. Cn. Domitius, pater L. Domitij, nuper à nobis visi, eminentissimæ ac nobilissimæ simplicitatis viri, auus huius Cn. Domitij, clarissimi iuuenis, occupatus nauibus, tum magno sequentium consilia sua comitatu, fugæ fortunæque se commisit, semetipso contentus duce partium. Staius Murcus, qui classi & custodiæ maris præfuerat, cum omni commissa sibi [143] parte exercituum nauiumque Sex. Pompeium, Cn. Magni filium, qui B
ex Hispaniâ reuertens, Siciliam armis occupauerat, petit. ad quem & è Brutianis castris, & ex Italiâ aliisque terrarum partibus, quos præsenti periculo fortuna subduxerat, proscripti confluebant. quippe [144] nullum habentibus statum quilibet dux erat idoneus; cùm fortuna non electionem daret, sed perfugium ostenderet; exitialemque tempestatem fugientibus statio pro portu foret. Hic adolescens erat studiis rudis, sermone barbatus, impetu strenuus, [145] manu promptus, cogitatione celer, fide patri dissimillimus, libertorum suorum libertus, seruorumque seruus, speciosis inuidens, vt parêret humillimis: quem senatus pænè totus, adhuc è Pompeianis constans partibus, post Antonij à Mutinâ fugam, eodem illo tempore, quo Bruto Cassioque transmarinas prouincias decreuerat, reuocatum ex Hispaniâ, vbi aduersus eum clarissimum bellum Pollio Asinius prætorius gesserat, in paterna bona restituerat, & oræ maritimæ præfecerat. Is tum, vt prædiximus, occupatâ Siciliâ, seruitia fugitiuosque in numerum exercitus sui recipiens, magnum modum legionum effecerat; perque Menam & Menecratem paternos C
libertos, præfectos classium, latrociniis ac prædationibus infestato mari, ad se exercitumque tuendum rapto vtebatur, cùm cum non depuderet vindicatum armis ac ductu patris sui mare infestare [146] piraticis sceleribus. Fractis Brutianis Cassianisque partibus, Antonius transmarinas obiturus prouincias substitit; Cæsar in Italiam se recepit, eamque longè, quàm sperauerat, tumultuosiorem reperit. quippe L. Antonius consul, vitiorum fratris sui consors, sed virtutum, quæ interdum in illo erant, expers, modò apud veteranos criminatus Cæsarem, modò eos, [147] qui iustè diuisione prædiorum, nominatis-

Cassij ac Bruti ingenia.

Cn Domitius.

Staius Murcus. Sex. Pompeius.

L. Antonius res turbat.

ritissimâ ἐξοχῇ nosler ille intellegi, cui Fama quàm Æternitas magis æqua. Illa nomen eius seruat, hæc scripta non aspexit: quorum tamen feracius vix fuit aliud ingenium Græcum aut Romanum. Sed videatur inquam iste intellegi: non tamen potest. Nam * *proscriptus quidem à Triumuiris Varro, sed certantibus de salute eius quibus aliqua honesti cura, vicit Fusius Calenus amicus Antonij, & eum ad se recepit. Ita tempestatem illam euasit. Pugnæ autem Philippensi non opinor interfuisse. Ætas militiâ & iis actionibus virum soluebat: & aliquot sanè annis post vixit. Quid verba facio? in lectulo suo obiit, non properatâ aliquâ morte: vt clarè scribit Valerius libro* VIII. Terentius Varro, non annis, quibus sæculum æquauit, quàm stilo viuacior fuit. In eodem enim lectulo & spiritus eius, & egregiorum operum cursus exstinctus est. *Ergo alius iste Varro, quem velim omnino magis Velleius retexisset.*

* *Appianum vide, & Agel. l. 11. cap. x.*

143. PARTE EXERCITVVM.] *Prima editio:* exercitu. *Malim vnitatis numero,* exercitus.

144. NVLLVM HABENTIBVS STATVM QVILIBET DVX ERAT IDONEVS.] *Interpretor, nullum statum firmúmque ducem habentibus. Possis etiam scribere & distinguere:* nullum habentibus, statim quilibet. *Facilè, inquit,* D
& citò quemcumque ducem arripiebant, qui habebant nullum.

145. MANV PROMPTVS, COGITATIONE CELER.] *Primitùs editi:* cogitator celer. *Certum mihi scribere:* concitatu celer. *Depressum enim hîc vbique Pompeium istum Velleius it, reuerâ vilem, bardum, & patri dissimillimam prolem. Et fuit reuerâ concitatu celer, magis quàm cogitatu (quod in laudem valeat:) id est,* ὀξύθυμος & ὀργίλος.

146. PIRATICIS SCELERIBVS.] *Cogitabam leuiter an,* piraticis celocibus. *Vulgatum tamen absit vt damnem.*

147. QVI IVSTE DIVISIONE PRÆDIORVM.] *Reuerâ* iniustè, *vel potiùs* iniustâ. *Nec sensit aut scripsit aliter, etsi adulator Velleius.*

148. QVIS

A natiſque colonis agros amiſerant, ad arma conciens, magnum exercitum conflauerat. Ex alterâ parte vxor Antonij Fuluia, nihil muliebre, præter corpus, gerens, omnia armis tumultuque miſcebat. Hæc belli ſedem Præneste ceperat. Antonius, pulſus vndique viribus Cæſaris, Peruſiam ſe contulerat; Plancus Antonianarum adiutor partium, ſpem magis oſtenderat auxilij, quàm opem ferebat Antonio. Vſus Cæſar virtute & fortunâ ſuâ, Peruſiam expugnauit; Antonium inuiolatum dimiſit. in Peruſinos magis irâ militum, quàm voluntate ſæuitum ducis. vrbs incenſa, cuius initium incendij princeps eius loci fecit Macedonicus; qui, ſubiecto rebus ac penatibus ſuis igni, transfixum ſe gladio flammæ intulit. Per eadem tempora exarſerat in Campaniâ bellum, quod, profeſſus eorum, qui perdiderant agros, patrocinium, ciebat Ti. Claudius Nero, prætorius & Pontifex, Tib. Cæſaris pater, magni vir animi, doctiſſimique ingenij. id quoque aduentu Cæſaris ſepultum atque diſcuſſum eſt. Quis Fortunæ mutationes, quis dubios rerum humanarum caſus ſatis mirari queat? [148] quis non diuerſa præſentibus, B contrariaque exſpectatis aut ſperet, aut timeat? Liuia, nobiliſsimi & fortiſsimi viri Druſi Claudiani filia, genere, probitate, formâ, Romanarum eminentiſsima, quam poſteà coniugem Auguſti vidimus, quam tranſgreſsi ad deos ſacerdotem ac filiam, tum fugiens mox futuri ſui Cæſaris arma, cuius bimum hunc Tiberium Cæſarem, vindicem Romani imperij, futurumque eiuſdem Cæſaris filium, geſtans ſinu, per auia itinerum vitatis militum gladiis vno comitante, quò faciliùs occultaretur fuga, peruênit ad mare, & cum viro Nerone peruecta in Siciliam eſt. Quod alieno teſtimonium redderem, in eo non fraudabo auum meum. quippe C Velleius, honoratiſsimo inter illos CCCLX. iud. loco à Cn. Pompeio lectus, eiuſdem, Marciique Bruti ac Tironis præfectus fabrûm, vir nulli ſecundus, in Campaniâ, digreſſu Neronis à Neapoli, cuius ob ſingularem cum eo amicitiam partium adiutor fuerat, grauis iam ætate & corpore, comes eſſe non poſſet, gladio ſe ipſe transfixit. Inuiolatam excedere Italiâ Cæſar paſſus Fuluiam, Plancumque muliebris fugæ comitem. nam Pollio Aſinius cum ſeptem legionibus, diu retentâ in poteſtate Antonij Venetiâ, magnis ſpecioſiſque rebus circa Altinum altaſque C eius regionis vrbes editis, Antonium petens, vagum adhuc Domitium, quem digreſſum è Brutianis caſtris poſt cædem eius prædiximus, & propriæ claſsis factum ducem, conſiliis ſuis illectum, ac fide datâ, iunxit Antonio. Quo facto quiſquis æquum ſe præſtiterit, ſciat non minus à Pollione in Antonium, quàm ab Antonio in Pollionem eſſe collatum. Aduentus deinde in Italiam Antonij, præparatuſque contra eum Cæſaris, habuit belli metum: ſed pax circa Brundiſium compoſita. Per quæ tempora Rufi Saluidieni ſceleſta conſilia patefacta ſunt. qui, natus obſcuriſsimis initiis, parum habebat ſummam accepiſſe, & [149] proximus à Cn. Pompeio, ipſoque Cæſare, ex equeſtri ordine conſul creatus eſſe, niſi aſcendiſſet, quo infra ſe & Cæſarem videret & remp. Tum, expoſtulante conſenſu populi, quem grauis vrebat infeſto mari annona, cum Pompeio quoque circa Miſenum pax inita: qui haud abſurdè, cùm in naui Cæſaremque & Antonium cenâ exciperet, dixit: In carinis ſuis ſe cenam dare. referens hoc dictum ad loci nomen in quo paterna domus ab Antonio poſsidebatur. In hoc pacis fœdere placuit, D Siciliam

Fuluia.

Peruſia deleta.

Ti. Nero.

Liuia.

C. Velleius.

Domitius Antonio iungitur.

Pax Brundiſina. Saluidienus.

Pax cum Sex. Pompeio.

148. QVIS NON DIVERSA PRÆSENTIBVS, CONTRARIAQVE EXSPECTATIS AVT SPERET, AVT TIMEAT?] *Vera gnome, & ita viuitur: aſsiduè natamus inter ſpei metuſque fluctus. Dea illa incerta nos quoque habet incertos; dico eos, qui ab eâ pendent. Manilius:*

Et ſubtexta malis bona ſunt, lacrymæque ſequuntur

Vota, nec in cunctis ſeruat Fortuna tenorem.

Sapientiſsimas Romanorum Seneca: In ſecundis nemo confidat, in aduerſis nemo deſperet. alternæ ſunt vices rerum. Quid exſultas? iſta, quibus veheris in ſummum, neſcis vbi te relictura ſint. Quid iaces? ad imum delatus es, nunc eſt reſurgendi locus. *Plato quoque banâ imagine:* Πάντα τὰ ὄντα ἀτεχνῶς, ὥσπερ ἐν Εὐρίπῳ, ἄνω καὶ κάτω φέρεται: Quidquid eſt, velut in Euripo, ſurſum deorſumque voluitur.

149. PROXIMVS A CN. POMPEIO, &c.] *De Saluidieno Rufo ſermo eſt, qui Conſul creatus (ait Dio* XLVIII.) *nondum Senator. Atque hoc eſt, quod ait*, ex equeſtri ordine. *Proximus autem à Pompeio & Cæſare ideò: quia illorum quoque vterque ad hoc faſtigium venit, priuſquam in Curiam aut Senatum. nec poſt eos alius, ante hunc Saluidienum. Cæſarem porrò accipies, Octauianum.*

Siciliam Achaiamque Pompeio concedere: in quo tamen animus inquies manere non potuit: id vnum tantummodò salutare aduentu suo patriæ attulit, quod omnibus proscriptis, aliisque, qui ad eum ex diuersis caussis fugerant, reditum salutemque pactus est. quæ res & alios clarissimos viros, & Neronem Claudium, & M. Silanum, Sentiumque Saturninum, & [150] Aruntium Actium restituit reip. Staium autem Murcum, qui aduentu suo classisque celeberrimæ, vires eius duplicauerat, insimulatum falsis criminationibus, quia talem virum collegam officij Mena & Menecrates fastidierant, Pompeius in Siciliâ interfecerat. Hoc tractu temporum Octauiam, sororem Cæsaris, M. Antonius duxit vxorem. Redierat Pompeius in Siciliam, Antonius in transmarinas prouincias: quas magnis momentis Labienus, ex Brutianis castris profectus ad Parthos, producto eorum exercitu in Syriam, [151] interfectoque legato Antonij, concusserat: qui virtute & ductu Ventidij vnà cum Parthorum copiis, celeberrimoque iuuenum Pacoro regis filio, exstinctus est. Interim Cæsar per hæc tempora, ne res disciplinæ inimicissima Otium corrumperet militem, crebris in Illyrico Dalmatiaque expeditionibus, patientiâ periculorum, bellique experientiâ durabat exercitum. Eâdem tempestate Caluinus Domitius, cùm ex consulatu obtineret Hispaniam, grauissimi comparandique antiquis exempli auctor fuit: quippe primipili centurionem, nomine Vibillium, ob turpem ex acie fugam, fuste percussit. Crescente in dies & classe & famâ Pompeij, Cæsar molem belli eius suscipere statuit. Ædificandis nauibus, contrahendoque militi ac remigi, naualibusque adsuescendo certaminibus atque exercitationibus, præfectus est M. Agrippa, virtutis nobilissimæ, labore, vigiliâ, periculo inuictus, parendique, sed vni, scientissimus, aliis sanè imperandi cupidus, & per omnia extra dilationes positus, consultisque facta coniungens. Hic in Auerno & Lucrino lacu speciosissimâ classe fabricatâ, quotidianis exercitationibus militem remigemque ad summam & militaris & maritimæ rei perduxit scientiam. Hac classe Cæsar, cùm priùs, despondente ei Nerone, cui antè nupta fuerat, Liuiam, auspicatis reip. ominibus, duxisset eam vxorem, Pompeio Siciliæque bellum intulit. Sed virum, humanâ ope inuictum, grauiter eo tempore fortuna concussit. quippe longè maiorem partem classis, circa Veliam Palinurique promontorium, adorta vis Africi, lacerauit ac distulit. Ea patrando bello mora fuit, quod posteà dubiâ, & interdum ancipiti, fortunâ gestum est. nam & classis eodem loco vexata est tempestate, & vt nauali primo prœlio, apud Mylas, ductu Agrippæ, pugnatum prosperè, ita inopinato classis aduentu, grauis sub ipsius Cæsaris oculis circa Tauromenium accepta clades: neque ab ipso periculum abfuit. Legiones, quæ cum Cornificio erant, legato Cæsaris, expositæ in terra, pænè à Pompeio oppressæ sunt. Sed ancipitis fortuna temporis, maturâ virtute correcta. Explicatis quippe vtriusque partis classibus, pænè omnibus exsutus nauibus, Pompeius Asiam fugâ petiuit. iussuque M. Antonij, cuius opem petierat, dum interducem, & supplicem tumultuatur, & nunc dignitatem retinet, nunc vitam precatur, à Titio iugulatus est: cui in tantum durauit hoc facinore contractum odium, vt mox, ludos in theatro Pompeij faciens, exsecratione populi, spectaculo, quod præbebat, pelleretur. Acciuerat gerens contra Pompeium bellum ex Africâ Cæsar Lepidum cum XII. semiplenis legionibus. Hic vir omnium vanissimus, neque vllâ virtute tam longam fortunæ indulgentiam meritus, exercitum Pompeij, quia propior fuerat, sequentem non ipsius, sed Cæsaris auctoritatem ac fidem, sibi iunxerat: inflatusque ampliùs XX. legionum numero, in id furoris processerat, vt inutilis in alienâ victoriâ comes, quam diu moratus erat, dissidendo in consiliis Cæsaris, & semper diuersa iis, quæ aliis placebant, dicendo, totam victoriam vt suam interpretaretur; audebatque denunciare Cæsari, excederet Siciliâ. Non ab Scipionibus, aliisque veteribus Romanorum ducum, quidquam ausum patratumque fortiùs, quàm tunc

Proscripti & profugi restituti.

Staij Murci cædes.

Labienus Parthos adducit.

Vincitur à Ventidio.

Domitius Caluinus.

Iterùm bellum in Sextum.

M. Agrippa.

Liuiam ducit Octauianus.

Naufragium patitur.

Cladem accipit.

Tandem Pompeius fugit:

Et interficitur.

M Lepidus. seditiosè agit.

150. ARVNTIVM ACTIVM.] *Gentilitia duo nomina perperàm iuncta. Scribes,* Aruntium ac Titium. *M. autem Titius Dioni nominatur, & Velleio bis infrà.*

151. INTERFECTOQVE LEGATO ANTONII.] *Atqui ille se interfecerat. Florus:* Saxa, ne veniret in potestatem, à gladio suo impetrauerat.

152. ADIE-

A tunc à Cæsare. Quippe cùm inermis & lacernatus esset, præter nomen nihil trahens, ingressus castra Lepidi, euitatis, quæ iussu hominis prauissimi tela in eum iacta erant, cùm lacerna eius perforata esset lanceâ, Aquilam legionis rapere ausus est. Scires, quid interesset inter duces. Armati inermem secuti sunt; decimoque anno, quàm ad dissimillimam vitæ suæ potentiam peruenerat Lepidus, & à militibus, & à fortunâ desertus, pulloque velatus amiculo, inter vltimam confluentium ad Cæsarem turbam latens, genibus eius aduolutus est. Vita, rerumque suarum dominium, concessa ei sunt: spoliata quam tueri non poterat dignitas. Subita deinde exercitus seditio, qui plerumque contemplatus frequentiam suam, à disciplinâ desciscit; &, quod cogere se putat posse, rogare non sustinet; partim seueritate, partim liberalitate discussa principis. Speciosumque per id tempus [152] adiectum supplementum Campanæ coloniæ. eius reditus erant publici, pro his longè vberiores reditus duodecies H-S. in Cretâ insulâ redditi, & aqua promissa, quæ hodieque singulare & salubritatis instar, & amœnitatis ornamentum est.

Exarmatur.

Seditio militum.

Aqua Iulia.

B Insigne coronæ classicæ, quo nemo vmquam Romanorum donatus erat, hoc bello Agrippa singulari virtute meruit. Victor deinde Cæsar reuersus in Vrbem, contractas emptionibus complures domos per procuratores, quo laxior fieret ipsius, publicis sè vsibus destinare professus est: Templumque Apollini, & circà porticus facturum promisit, quod ab eo singulari exstructum munificentiâ est. Quâ æstate Cæsar eam prosperè Lepidum in Siciliâ benè fortuna in Cæsare, & rep. militauit ad Orientem; quippe Antonius cum XIII. legionibus egressus Armeniam, ac deinde Mediam, & per eas regiones Parthos petens, habuit regem eorum obuium. primoque duas legiones, cum omnibus impedimentis tormentisque, & Statiano legato, amisit; mox sæpiùs ipse, cum summo totius exercitus discrimine, ea adiit pericula, quibus seruari se posse desperauerat; amissaque non minùs quartâ parte militum, captiui cuiusdam, sed Romani, consilio ac fide seruatus; qui clade Crassiani exercitus captus, cùm fortunam, non animum mutasset, accessit nocte ad stationem Romanam; prædixitque, ne destinatum

Coronâ classicâ Agrippa donatus.

Antonius in Parthos.

Periclitatur.

C iter peterent, sed diuerso siluestrique peruaderent. [153] Hoc M. Antonio acto, illis legionibus saluti fuit: de quibus tamen, totoque exercitu, haud minus pars quarta, vt prædiximus, militum, calonum, seruitiique desiderata est; impedimentorum vix vlla superfuit. Hanc tamen Antonius fugam suam, quia viuus exierat, Victoriam vocabat. Qui, tertiâ æstate reuersus in Armeniam, regem eius Artauasden, fraude deceptum, catenis, sed, ne quid honori deesset, aureis vinxit. Crescente deinde & amoris in Cleopatram incendio, & vitiorum, quæ semper facultatibus, licentiaque & assentationibus aluntur, magnitudine, bellum patriæ inferre constituit; cùm antè, nouum se Liberum Patrem appellari iussisset, cùm, redimitus hederis coronâque velatus aureâ, & thyrsum tenens, cothurnisque succinctus, curru, velut Liber Pater, vectus esset Alexandriæ. Inter hunc apparatum belli, Plancus non iudicio recta legendi, neque amore reip. aut Cæsaris,

Ægrè seruatur.

Artauasdem dolo capit.

Luxus eius & fastus.

L. Plancus nullâ fide.

D 152. ADIECTVM SVPPLEMENTVM CAMPANÆ COLONIÆ, &c.] *Tota hæc res explicata ab vno Dione, libro* XLVIII. *qui de hac ipsâ seditione, & eius placamentis:* Οὕτω μὲν τότε τὰς στρατιώτας κατέστησε, καὶ τὸ μὲν ἀργύριον αὐτίκα, τὴν δὲ χώραν ὕστερον ἀπολαβὼν αὐτοῖς ἔδωκεν. Ἐπειδὴ γὰρ οὐκ ἐξήρκεσεν ἡ ἐν τῷ δημοσίῳ τότε ἔσα, προσεξεφρίατο ἄλλως τε καὶ ὅτι καὶ τῶν ἐν τῇ Καπύῃ οἰκιῶν συχνὴν· (καὶ γὰρ ἐποίκων ἡ πόλις πολλῶν ἐδεῖτο·) καὶ αὐτοῖς τό, τε ὕδωρ τὸ Ἰούλιον ὠνομασμένον, ὑφ' ἧς καὶ τὰ μάλιστα ἅπαντα ἀγάλλονται, τήν τε χώραν τὴν Κνωσίαν, ἣν καὶ νῦν ἔτι καρπῶνται, ἀντέδωκε: Atque ita milites tunc quidem composuit, & argentum statim, agros non multò pòst iis dedit. Quoniam enim publici, qui tunc erant, non sufficiebant, etiam alios emit à Campanis illis qui Capuam incolunt, eosque multos: (multis enim colonis indigebat ea vrbs:) & ipsis tum aquam Iuliam, quâ maximè omnium gaudent, tum terram Cnosiam (Gnosiam *melius: estq; Gnosus in Cretâ)* quâ etiamnunc fruuntur, eorum loco dedit. *Omnia hæc quasi de industriâ scripta ad Velleij lucem: & quis scit si non à Dione istinc sumpta? Quod tamen hîc scribitur,* eius reditus erant publici, *prauum est. Quid* reditus *ad rem præsentem? nec eos sanè emit Cæsar, sed agros. In editione primâ:* eius relicti erant publici. *Certum habeo,* eius reliqui. *Id est, Capua reliquos habebat agros publicos, qui nondum attributi, & qui non venerant in diuisionem. Hos (Dione palàm narrante) ab iis emit Cæsar.*

153. HOC M. ANTONIO ACTO, ILLIS LEGIONIBVS.] *Emendant,* atque legionibus. *ego,* ac tot legionibus.

154. CVM

ris, (quippe hæc semper impugnabat,) sed morbo proditor, cùm fuisset humillimus A
assentator reginæ, & infra seruos cliens, cùm Antonij librarius, cùm obsceniſſimarum
rerum & auctor & miniſter, [154] cùm in omnia, & in omnibus venalis, cùm ceruleatus & nudus, caputque redimitus arundine, & caudam trahens, genibus innixus,
[155] Glaucum saltasset, in conuiuio refrigeratus ab Antonio, ob manifestarum rapina-
Ad Cæsarem transiit. rum indicia, transfugit ad Cæsarem. & idem posteà clementiam victoris pro suâ virtute interpretabatur; dictitans, id probatum à Cæsare, cui ille ignouerat. Mox autem hunc mox auunculum Titius imitatus est. Haud absurdè Coponius, vir prætorius, grauissimus pater, Silij socer, cùm recens transfuga, multa ac nefanda Plancus absenti Antonio, in senatu obiiceret: *Multa*, inquit, *mehercules fecit Antonius, pridie quàm tu*
Actiaca pugna. *illum relinqueres.* Cæsare deinde, & Messallâ Coruino cos. debellatum apud Actium; vbi longè antè quàm dimicaretur, exploratissima Iulianarum partium fuit victoria. Vigebat in hac parte miles atque imperator; illâ marcebant omnia. [156] hinc reges firmissimi; illinc inopiâ affectissimi. nauium hæc magnitudo, modicâ ne celeritate; aduersa B
illa specie terribilior. hinc ad Antonium nemo, illinc ad Cæsarem quotidie aliqui transfugiebant. Denique, in ore atque oculis Antonianæ classis, per M. Agrippam Leucas expugnata, Patræ captæ, Corinthus occupata, bis ante vltimum discrimen classis hostium

154. CVM IN OMNIA, ET IN OMNIBVS VENALIS.] *Nónne æquiualent*, in omnia venalem esse, *&*, in omnibus? *ego discrimen non video. Puto delendum posterius* τὸ in, *faciendúmque*, in omnia, & omnibus. *Duo obiicit, venalem ad omne facinus ac flagitium fuisse, & sine discrimine omnibus venalem. breuiter: Ad quæuis à quouis trahi auro potuisse.*

155. CVM GLAVCVM SALTASSET, IN CONVIVIO REFRIGERATVS AB ANTONIO, &c.] *Moneo distinctiunculam mutandam:* saltasset in conuiuio, refrigeratus ab Antonio. *Saltasse enim eum vult in conuiuio, non illîc refrigeratum. Sed quid hoc verbi? significat intepuisse gratiam eius apud Antonium, & calorem illum amoris mutasse in fastidij frigus. Vtebantur & in re actionis siue recitationis hoc verbo. vt in Suetonij Claudio scriptum, cap.* XLI. Cùm primùm frequenti auditorio commisisset, ægrè perlegit, refrigeratus sæpè à semetipso. *id est, frigore & fastidio sæpè affectus à sese. Rem enim ipsam, & teporem illum gratiæ siue amicitiæ, vocabant Frigus. Plinius lib.* VIII. *epist.* XIV. Interim Paullo *(recitanti)* aliena deliratio aliquantum frigoris attulit. *Fabius:* Rusticitas, & rigor, & deformitas adferunt interim frigus. *Sed propius ad Velleij mentem Seneca epist.* CXXIII. Votienus Montanus & amicitiâ Tiberij notus & frigore. *quem scilicet Tiberius & ardenter amauit, & subitò fastidiuit. Nec peccet, qui Horatium sic explicet:*

——— maiorum nequis amicus
Frigore te feriat.

etsi aliò quoque hoc commodè duci haud negem. Suetonij locum nouiter corrigo, Aug. cap. LXVI. Desiderauit & M. Agrippæ patientiam, & Mæcenatis taciturnitatem: cùm ille ex leui rigoris suspicione, & quòd Marcellus sibi anteferretur, Mitylenas se contulisset. *Nam quis rigori hîc locus? nec suspicio de eo esse potest, sed sensus. Scripsit verò* frigoris: *hac istâ nostrâ mente. eoq;, inquit, secessit Agrippa, quòd alieniorem sibi Augustum suspicaretur, & præferri atque in gratiâ esse Marcellum. Terentij illud huc quoque fecerit:* Nimirum hîce homines frigent. *Atque omnino amor, ardor est: fastidium aut defautio, frigus.*

156. HINC REGES FIRMISSIMI; ILLINC INOPIA AFFECTISSIMI.] *Torsit me olim, cùm publicè legerem, hic locus: credo & illum, quisquis intentè leget. An reges à Cæsare firmissimi, ab Antonio inopes & imbecilli? planissimè contrà est: nec dicam plurimi aut potentissimi, sed pænè omnes reges ab isto steterunt. Palàm & verè ita Dio,* Συνεμάχησαν, *inquit,* τῷ Ἀντωνίῳ ὅσοι βασιλεῖς καὶ ὅσοι δυνάσται πάντες, ὡς εἰπεῖν, οἱ τῇ τῶν Ῥωμαίων ἀρχῇ τότε ὑπ' ἐκείνων ὄσῃ γειτνιῶντες, οἱ μὲν αὐτοὶ, οἱ δὲ δι' ἑτέρων: Commilitabant & auxiliabantur Antonio reges dynastæque omnes, vt breuiter dicam, quicumque Romanum imperium, quod duobus iis tunc parebat, attingerent; alij ipsi coràm, alij per alios & submissos. *Quinetiam in Plutarcho index, in quo nominatim reges Antonio adhærentes recensentur, non solùm Orientales plerique omnes, sed transmarini. Si voles, vide. At apud Cæsarem contrà qui? neminem reperio: imò vix esse potuerunt. quia in illius partibus dumtaxat Italia, Illyricum, Gallia, Hispania, Africa, & insulæ interiectæ. In iis autem omnibus regionibus qui tunc reges, nisi si fortè in Africâ? Ex eâ ipsâ Bocchum eripit nobis & transfert ad Antonium Plutarchus. Iure ergo, vt dixi, hærebam. Quid autem est in re? Velleiáne adulatio, vti* D
tunc censebam? minimè. nec in scriptore, sed in scripto culpa, quam detectam nunc tollo. Scripsit Velleius: hinc remiges. *Vide* μεταβολήν! *à sceptris venimus ad remos. Sic oportet. & docebunt te Plutarchus & Dio, Antonium hac parte maximè peccasse, quòd hiemem cæptis suis interposuerit: atque ita classis, quam paratam habuerat, valdè viribus imminuerit. quoniam plerique remigum vel inopiâ aufugiebant, vel morbo peribant. Ita necessum habuit* ex afflictissimâ Græciâ, *ait Plutarchus*, corripere viatores, agasones, messores, adolescentulos; iisque ægrè etiam impleuit naues. *Ergo verè hic scriptum* remiges *fuisse* inopiâ affectissimos: *(quæ ipsa phrasis non aptè cadit in reges:) contrà* firmissimos *Cæsari, recentes videlicet & bellis Siculis probè exercitatos.*

157. NAM

A ſtium ſuperata. Rex Amyntas meliora & vtiliora ſecutus: [157] nam de illis exemplis vitæ naturâ Dolabella ad Cæſarem, virque clariſſimus Cn. Domitius, qui ſolus Antonianarum partium, numquam reginam, niſi nomine ſalutauit, maximo & præcipiti periculo tranſmiſit ad Cæſarem. Aduênit deinde maximi diſcriminis dies, quo Cæſar Antoniuſque, productis claſſibus, pro ſalute alter, in ruinam alter terrarum orbis, dimicauêre. Dextrum nauium Iulianarum cornu [158] M. Lario commiſſum, læuum Arruntio, Agrippæ omne claſſici certaminis arbitrium. Cæſar, ei parti deſtinatus, in quam à fortunâ vocaretur, vbique aderat: claſſis Antonij regimen, Publicolæ [159] Soſioque commiſſum. At in terrâ locatum exercitum Tautus Cæſaris, Antonij regebat Canidius. Vbi initum certamen eſt, omnia in alterâ parte fuêre, dux, remiges, milites; in alterâ nihil, præter milites. prima occupat fugam Cleopatra: Antonius fugientis Reginæ, quàm pugnantis militis ſui, comes eſſe maluit: & imperator, qui in deſertores ſæuire debuerat, deſertor exercitus ſui factus eſt. Illis, etiam detracto capite, in longum for-
B tiſſimè pugnandi durauit conſtantia; &, deſperatâ victoriâ, in mortem dimicabatur. Cæſar, quos ferro poterat interimere, verbis mulcere cupiens, clamitanſque & oſtendens fugiſſe Antonium, quærebat, pro quo & cum quo pugnarent. At illi, cùm diu pro abſente dimicaſſent duce, ægrè ſummiſſis armis, ceſsêre victoriam; citiuſque vitam veniamque Cæſar promiſit, quàm illis, vt ea precarentur, perſuaſum eſt. Fuitque in confeſſo, milites, optimi imperatoris, imperatorem fugaciſſimi militis functum officio, [160] vt dubites, ſuóne, an Cleopatræ arbitrio victoriam temperaturus fuerat, qui ad eius arbitrium direxit fugam. Idem locatus in terrâ fecit exercitus, cùm ſe Canidius, præcipiti fugâ, rapuiſſet ad Antonium. Quid ille dies terrarum orbi præſtiterit, ex quo in quem ſtatum peruenerit fortuna publica, quis in hoc tranſcurſu tam artati operis exprimere audeat? Victoria verò fuit clementiſſima; nec quiſquam interemptus, niſi pauciſſimi, & ij, qui deprecari quidem pro ſe non ſuſtinerent. Ex quâ lenitate ducis colligi potuit, quem aut initio triumuiratus ſui, aut in campis Philippis, ſi licuiſſet, [161] victoriæ ſuæ facturus fuerit triumphum. ad ſolium alarunt, in priſcâ grauitate celeberrimi fides,
C mox

Rex Amyntas. *Cn. Domitius.* *Pugnæ ordo.* *Fugit Antonius.* *Milites perſtant.* *Canidius fugit.* *Clementia Oſtauiani.*

157. NAM DE ILLIS EXEMPLIS VITÆ NATVRA DOLABELLA AD CÆSAREM.] *Atrox & aperta plaga: cui leue adhuc fomentum. Eſt qui legat:* Inde illius exemplo vir audax Dolabella. *alius:* Inde illius exemplo maturè Dolabella. *Vno verbo, nihil ad Bacchum. In autographo fuit (certè editio prima ſic refert:)* nam de illius exemplis vitæ naxuta Dolabella. *Vide noſtram medicinam:* Nam Deillius exempli ſui tenax, vt à Dolabellâ ad Caſſium. *Nihil iuueniliter iactamus, ſed prima illa ſagaciter & verè eruimus de Q. Deillio, ſiue vt alij, Dellio: qui naturâ transfuga, & irriſus palàm illo æuo. In hac re & hiſtoriâ, transfugiſſe apertè ſcribit Plutarchus* Q. Dellium hiſtoricum. *Dio hoc amplius, oſtendit cum Amyntâ illum fuiſſe: & paullò pòſt de transfugio addit. Quod ſi eſt: nónne appoſitè hîc quoque Amyntæ Velleius eum ſubiungit? Sed cur ait eum* exempli ſui tenacem? *ludit, & meritò in hominem nuſquam & numquam fidum, & cuius iam antè nobilia aliquot transfugia. Ecce Senecæ patris verba: è quibus hoc quoque quod emendauimus,* à Dolabellâ ad Caſſium, *liquebit. Ille in Suaſoriis:* Belliſſimam tamen rem dixit Deillius, quem Meſſalla Coruinus deſertorem *(melius & venuſtius ſcripti libri,* deſultorem) bellorum ciuilium vocat: quia à Dolabellâ ad Caſſium, à Caſſio dein tranſmiſit ad Antonium, ab Antonio ad Cæſarem. *Et de Deillio quidem certum eſt. hoc de Dolabellâ ſicui diſplicet, is legito:* exempli ſui tenax fuit & illo bello. *Quod certè haud ſperno. nam & editionibus quibuſdam abſunt illa verba,* ad Cæſarem, *& videntur omnino huc tranſlata è tertiâ abhinc lineâ,* tranſmiſit ad Cæſarem. *Ceterùm vtro modo cumque leges, diſtinctiunculâ & parentheſi ſic iuuabis:* Rex Amyntas meliora & vtiliora ſecutus, (nam Deillius exempli ſui tenax fuit & illo bello) virque clariſſimus Cn. Domitius, *&c. Noto amplius, videri in fine periodi legendum:* tranſmiſêre ad Cæſarem. *quia textus omnino ſermonis exigit Amyntam quoque comprehendi.*

158. M. LARIO.] Lurio *eſt in Dione, & rectè.*

159. SOSIOQVE COMMISSVM.] *Verius,* Soſſio. *Plutarchus hæc omnia longè aliter, nec Soſſium inter duces agnoſcit. Dio verò etiam mortuum illum facit in leui pugnâ contra L. Taureſium: in quâ, ſuperuentu Agrippæ, ipſe & Tarcondimotus ſint cæſi. Hoc paullò ante Actiacam pugnam. At ecce viuum eum iterùm facit initio libri ſequentis, & inter eos ponit quibus ignouerit Cæſar. Quid dicam neſcio, niſi haud vnum Soſſium fuiſſe.*

160. VT DVBITES, SVÓNE.] *Cur Rhenanum non audiuerunt veriſimè emendantem,* Viderit è ſuóne? *Nam in autographo erat,* Videbit è ſuóne. *Phraſis nota, & crebra veteribus in reiectione aut contemptu.*

161. VICTORIÆ SVÆ FACTVRVS FVERIT TRIVMPHVM.] *Ineptè,* triumphum. *Idem autographum,* modum. *At quæ ſequuntur hiulca & mutila ſunt: nec vllum ingenium expleuerit.*

162. DIV

mox [162] diu clementiâ luctatus ſuâ Cæſar, ſeruauit incolumem. Non prætereatur A
Aſinius Pollio. Aſinij Pollionis factum & dictum memorabile. namque, cùm ſe poſt Brundiſinam pacem continuiſſet in Italiâ, neque aut vidiſſet vnquam reginam, aut poſt eneruatum amore eius Antonij animum, partibus eius ſe miſcuiſſet, rogante Cæſare, vt ſecum ad bellum proficiſceretur Actiacum; *Mea*, inquit, *in Antonium maiora merita ſunt, illius in me beneficia notiora: itaque diſcrimine veſtro me ſubtraham, & ero præda victoris.* Proximo deinde anno, perſecutus reginam Antoniumque Alexandriam, vltimam bellis ciuilibus impoſuit manum. Antonius ſe ipſe non ſegniter interemit, adeò vt multa deſidiæ
Antonij mors: Et Cleopatra. crimina morte redimeret. At Cleopatra, fruſtratis cuſtodibus, illatâ aſpide, morſu ſanè eius, expers muliebris metus, ſpiritum reddidit. Fuitque & fortunâ & clementiâ Cæſaris dignum, quòd nemo ex iis, qui contra eum arma tulerant, ab eo iuſſúve eius interemptus. D. Brutum Antonij interemit crudelitas. Sex Pompeium, ab eodem victum, idem Antonius, cùm dignitatis quoque ſeruandæ dediſſet fidem, etiam ſpiritu priuauit. Brutus & Caſſius antè, quàm victorum experirentur animum, voluntariâ morte obie- B
runt. Antonij Cleopatræque quis fuiſſet exitus, narrauimus. Canidius timidiùs deceſſit, quàm profeſſioni eius, quâ ſemper vſus erat, congruebat. Vltimus autem ex interfe-
Caſſius Parmenſis. M. Lepidus filius. ctoribus Cæſaris, Parmenſis Caſſius, morte pœnas dedit, vt dederat Trebonius. Dum vltimam bello Actiaco Alexandrinoque Cæſar imponit manum, M. Lepidus, iuuenis, formâ, quàm mente, melior; Lepidi eius, qui III. vir fuerat reip. conſt tuendæ, filius; Iuniâ Bruti ſorore natus, interficiendi, ſimul in vrbem reuertiſſet, Cæſaris conſilia inierat.
C. Mæcenas. Tunc Vrbis cuſtodiis præpoſitus C. Mæcenas, equeſtri, & ſplendido genere natus, vir, vbi res vigiliam exigeret, ſanè exſomnis, prouidens atque agendi ſciens, ſimul verò aliquid ex negotio remitti poſſet, otio ac mollitiis pænè vltra feminam fluens, non minùs Agrippâ Cæſari carus, ſed minùs honoratus: quippe vixit, [163] anguſti claui pænè contentus; [164] nec minora conſequi potuit, ſed non tam concupiuit. hic ſpeculatus eſt per ſummam quietem ac diſſimulationem, præcipitis conſilia iuuenis, & mirâ celeritate,
Lepidum opprimit. nullaque cum perturbatione aut rerum aut hominum oppreſſo Lepido, immane noui C
ac reſurrecturi belli ciuilis reſtinxit initium. & ille quidem malè conſultorum pœnas
Seruilia virile factum & fatum. exſoluit. Æquetur prædictæ Calpurniæ Antiſtij, [165] Seruilia Lepidi vxor; quæ, viuo igni deuorato, præmaturam mortem immortali nominis ſui penſauit memoriâ. [166] Cæſar autem reuerſus in Italiam, atque vrbem occurſus, quo fauore omnium hominum, ætatium, ordinum exceptus ſit; quæ magnificentia triumphorum eius, quæ fuerit munerum, ne in operis quidem iuſti materiâ, nedum huius tam reciſi, dignè exprimi po-
Felicitas publica ub Auguſto. teſt. Nihil deinde optare à diis homines, nihil dij hominibus præſtare poſſunt, nihil voto concipi, nihil felicitate conſummari, quod non Auguſtus, poſt reditum in Vrbem, reip. populoque Rom. terrarumque orbi repræſentauit. Finita viceſimo anno bella ciuilia, ſepulta externa, reuocata pax, ſopitus vbique armorum furor; reſtituta vis legibus, iudiciis auctoritas, ſenatui maieſtas; imperium magiſtratuum ad priſtinum redactum modum; tantummodò octo prætoribus allecti duo; priſca illa & antiqua reip. forma reuocata; rediit cultus agris, ſacris honos, ſecuritas hominibus, certa cuique re-
rum D

162. DIV CLEMENTIA LVCTATVS.] *Velim*, cum clementiâ.

163. ANGVSTI CLAVI PÆNE CONTENTVS.] *Alij*, anguſto clauo: *rectè. Sed* τὸ pænè *an conuenit? Ille verò planiſſimè contentus vixit, nec opus voculâ hac imminente vel ambigente. Magis ad Mæcenatis ingenium:* benè contentus, *vel*, planè.

164. NEC MINORA CONSEQVI POTVIT, SED NON TAM CONCVPIVIT.] *Sententia legi poſtulat:* nec maiora conſequi non potuit, ſed numquam concupiuit.

165. SERVILIA LEPIDI VXOR.] *Atqui nupta iuniori Lepido fuit Antonia, M. Antonij Triumuiri filia: quod ita in Dionis* XLIIII. *extremo libro leges. Scire licet igitur, illâ ſpretâ aut mortuâ, alteram ſuperduxiſſe.*

166. CÆSAR AVTEM REVERSVS IN ITALIAM, ATQVE VRBEM OCCVRSVS, QVO FAVORE.] *Alterutrum ſcribe. ſiue:* Cæſaris autem reuerſi in Italiam atque vr. occurſus. *ſiue:* Cæſar autem reuerſus in Italiam atque vrbem, quo occurſu, quo fauore. *Notat autem Dio ad hanc rem,* Decretum à Senatu, vt ei vrbem ingredienti virgines Veſtæ, Senatus populuſque cum coniugibus ac liberis occurreret. *Libro* LI.

167. PACA-

A rum ſuarum poſſeſſio; leges emendatæ vtiliter, latæ ſalubriter; ſenatus ſine aſperitate, nec ſine ſeueritate lectus. Principes viri, triumphiſque & ampliſſimis honoribus functi, hortatu Principis, ad ornandam Vrbem illecti ſunt. Conſulatus tantummodò vſque ad vndecimum, quem continuaret Cæſar, cùm ſæpè obnitens repugnaſſet, impetrari potuit. nam dictaturam, quàm pertinaciter ei deferebat populus, tam conſtanter repulit. Bella ſub imperatore geſta, [167] pacatuſque victorijs terrarum orbis, & tot extra Italiam domique opera, omne æui ſui ſpatium impenſurum in id ſolum opus [168] ſcriptorem fatigans. Nos, memores profeſſionis, vniuerſam imaginem principatus eius oculis animiſque [169] ſubiecimus. Sepultis, vt prædiximus, bellis ciuilibus, coaleſcentibuſque reip. membris, [170] & coram altero, quæ tam longa armorum ſeries lacerauerat: [171] Dalmatia xx. & cc. rebellis, ad certam confeſſionem pacata eſt imperij; Alpes, feris multiſque nationibus celebres, perdomitæ; Hiſpaniæ, nunc ipſius præſentiâ, nunc Agrippæ, quem vſque in tertium conſulatum, & mox collegium tribuniciæ poteſtatis,
B amicitia Principis euexerat, multo varioque Marte pacatæ. In quas prouincias cùm initio, Scipione & Sempronio Longo cos. primo anno ſecundi Punici, abhinc annos ccl. Romani exercitus miſſi eſſent, duce Cn. Scipione, Africani patruo, per annos cc. in his multo mutuoque ita certatum eſt ſanguine, vt, amiſſis P. R. imperatoribus exercitibuſque, ſæpè contumelia, etiam nonnumquam periculum Romano inferretur imperio. Illæ enim prouinciæ Scipiones conſumpſerunt: illæ [172] contumelioſo xx. annorum bello ſub duce Viriatho maiores noſtros exercuerunt: illæ, terrore Numantini belli populum R. concuſſerunt. in illis turpe Q. Pompeij fœdus, turpiuſque Mancini, ſenatus cum ignominiâ dediti imperatoris reſcidit: illa tot conſulares, tot prætorios abſumpſit duces: patrumque ætate, in tantum Sertorium armis extulit, [173] vt per quinquennium dijudicari non potuerit, Hiſpanis Romaníſne in armis plus eſſet roboris, & vter populus alteri pariturus foret. Has igitur prouincias, tam diffuſas, tam frequentes, tam feras, ad eam pacem abhinc annos fermè l. perduxit Cæſar Auguſtus: vt, quæ maximis bellis numquam vacauerant, eæ ſub C. Antiſtio, ac deinde P. Silio legato, ceteC riſque, poſteà etiam latrocinijs vacarent. Dum pacatur Occidens, ab Oriente ac Rege Parthorum ſigna Romana, quæ Craſſo oppreſſo Orodes, quæ Antonio pulſo filius eius Phraates ceperant, Auguſto remiſſa ſunt: quod cognomen illi viro Planci ſententia conſenſu vniuerſi ſenatus populique R. indidit. Erant tamen, qui hunc feliciſſimum ſtatum odiſſent. quippe L. Murena & Fannius Cæpio, diuerſis moribus, (nam Murena ſine hoc facinore potuit videri bonus, Cæpio & ante hoc erat peſſimus) cùm

Eius ciuilitas.

Series rerum Auguſti.

Dalmatia ſubacta. Hiſpania domita.

Hiſpanorum olim virtus.

Signa à Parthis recepta.

Auguſti cognomen.

Conſpirationes in eum.

167. PACATVSQVE VICTORIIS TERRARVM ORBIS.] *Nec incommodè*, peragratuſque.

168. SCRIPTOREM FATIGANS.] *Legendum*, fatigent.

169 SVBIECIMVS.] Subijciemus *res ipſa vult. Dicet enim, non dixit.*

D 170. ET CORAM ALTERO, QVÆ TAM LONGA ARMORVM SERIES LACERAVERAT.] *Tria hæc verba*, & coram altero, *Aldus tollit, atque alij illo duce. Nec nego ſententiam abſque ijs probam eſſe: vnde tamen ſic fruſtrà irrepſerint? Mutari melius videatur:* & curante eo quæ tam longa: *nempe Auguſto ſalutarem curam & medicinam adhibente reip. laceræ.*

171. DALMATIA XX. ET CC. REBELLIS.] *Obſcurum, ſiue mutilum eſt: & intellege*, annos, *aut adde. Hoc ſanè vult, annos* CCXX. *medios eſſe à quo tempore vinci Dalmatia cœpit ad nunc victam. Primum autem bellum in Illyrios & Dalmatas fuit ſub Teutâ eorum reginâ: anno* DXXIV. *Poſtremum nunc cùm victi & domiti ductu Tiberij, auſpicijs Auguſti, anno* DCCXLIII. *Facilis ſupputatio.*

172. CONTVMELIOSO XX. ANNORVM BELLO SVB DVCE VIRIATHO.] *Qui plurimum numerarunt, annos fecerunt* XIV. *belli Viriathini: vt Liuij epitoma, & Florus. At Appianus*, annis *dumtaxat* octo id bellum geſtum *apertè ſcribit. Apertè inquam, atque etiam exactè. Nam ille numerat ab anno* DCVI. *quo propriè id cœpit: Liuius & Florus ab anno* DCI. *quo Luſitani rebellarunt, non tamen Viriatho duce. Sed quia connexa bella fuerunt, confundunt. Quorſum hæc? vt prælargum falſumq; eſſe Velleianum numerum conſtet, & parte alterâ truncandum.* Contumelioſo x. annorum bello, *legito: & Iuſtinum auctorem habeto.* In tantâ ſæculorum ſerie nullus illis dux magnus, præter Viriathum, fuit: qui annos decem Romanos variâ victoriâ fatigauit.

173. VT PER QVINQVENNIVM DIIVDICARI NON POTVERIT.] *Atqui* octo annos *bellum hoc Sertorio duce geſtum, & octauo ipſo cæſus. An ergo* octennium *hîc legimus? An vult priores* quinque *annos ambiguos, reliquos non ſic fuiſſe?*

cùm iniſſent occidendi Cæſaris conſilia, oppreſſi auctoritate publicâ, quod vi facere vo- A
luerant, iure paſſi ſunt. neque multo pòſt Rufus Egnatius, per omnia gladiatori quàm
ſenatori propior, collecto in ædilitate fauore populi, quem exſtinguendis priuatâ familiâ
incendijs in dies auxerat, in tantum quidem, [174] vt ei præturam continuaret, mox etiam
conſulatum petere auſus; cùm eſſet omni flagitiorum ſcelerumque conſcientiâ merſus;
nec melior illi res familiaris, quàm mens foret; aggregatis ſimillimis ſibi, interimere Cæ-
ſarem ſtatuit, vt, quo ſaluo ſaluus eſſe non poterat, eo ſublato morereturr. Quippe ita ſe
mores habent, vt publicâ quiſque ruinâ malit occidere, quàm ſuâ proteri, &, idem paſſu-
rus, minùs conſpici. Neque hic prioribus in occultando felicior fuit: abditusque carce-
ri, cum conſcijs facinoris, mortem digniſſimam vitâ ſuâ obijt. Præclarum excellentis
viri factum, C. Sentij Saturnini, circa ea tempora conſulis, ne fraudetur memoriâ. Ab-
erat in ordinandis Aſiæ Orientiſque rebus Cæſar, circumferens terrarum orbi præſen-
tiâ ſuâ pacis ſuæ bona: tum Sentius fortè & ſolus, & abſente Cæſare cos. cùm alia, pri- B
ſcâ ſeueritate ſummaque conſtantiâ, vetere conſulum more ac ſeueritate geſſiſſet, pro-
traxiſſet publicanorum fraudes, puniſſet auaritiam, regeſſiſſet in ærarium pecunias pu-
blicas, tum in comitijs habendis præcipuum egit conſulem. nam & quæſturam peten-
tes, quos indignos iudicauit, profiteri vetuit; &, cùm id facturos ſe perſeuerarent, con-
ſularem, ſi in campum deſcendiſſent, vindictam minatus eſt. & Egnatium, florentem
fauore publico, ſperantemque, vt præturam ædilitati, ita conſulatum præturæ ſe iunctu-
rum, profiteri vetuit; & cùm id non obtinuiſſet, iurauit, etiam ſi factus eſſet conſul ſuf-
fragijs populi, tamen ſe eum non renuntiaturum. Quod ego factum cuilibet veterum
conſulum gloriæ comparandum reor, niſi quòd naturaliter, audita viſis laudamus li-
bentiùs; & præſentia, inuidiâ; præterita, veneratione proſequimur; & his nos obrui, illis
inſtrui credimus. Ante triennium ferè, quàm Egnatianum ſcelus erumperet, circa Mu-
renæ Cæpioniſque coniurationis tempus, abhinc annos L. M. Marcellus, ſororis Augu-
ſti Octauiæ filius, quem homines ita, ſi quid accidiſſet Cæſari, ſucceſſorem potentiæ
eius arbitrabantur futurum, vt tamen id per M. Agrippam ſecurè ei poſſe contingere C
non exiſtimarent; magnificentiſſimo munere ædilitatis edito, deceſſit admodum iuue-
nis, ſanè, vt aiunt, ingenuarum virtutum, lætuſque animi & ingenij, fortunæque, in
quam alebatur, capax. Poſt cuius obitum Agrippa, qui ſub ſpecie miniſteriorum Prin-
cipalium profectus in Aſiam; vt fama loquitur, ob tacitas cum Marcello offenſiones,
præſenti ſe ſubduxerat tempori; reuerſus inde, filiam Cæſaris Iuliam, quam in ma-
trimonio Marcellus habuerat, duxit vxorem; feminam neque ſibi, neque reip. felicis
vteri. Hoc tractu temporum, Ti. Claudius Nero, quo primo, vt prædiximus, Liuia, Druſi
Claudiani filia, deſpondente Nerone, cui antè nupta fuerat, Cæſari nupſerat, innu-
tritus cæleſtium præceptorum diſciplinis, iuuenis, genere, formâ, celſitudine corporis,
optimis ſtudijs, maximoque ingenio inſtructiſſimus, qui protinus quantus eſt, ſperari
potuerat, viſuſque prætulerit principem; quæſtor, vndeuiceſimum annum agens,
capeſſere cœpit rempub. maximamque difficultatem annonæ, ac rei frumentariæ
inopiam ita Oſtiæ atque in vrbe, mandato vitrici, moderatus eſt; vt per id, quod
agebat, quantus euaſurus eſſet, eluceret. Nec multo pòſt miſsus ab eodem vitrico
cum exercitu ad viſendas ordinandaſque, quæ ſub Oriente ſunt, prouincias, præci- D
puis omnium virtutum experimentis in eo tractu editis, cum legionibus ingreſsus
Armeniam, redactâ eâ in poteſtatem P. R. [175] regnum eius Artauaſdi tradidit.

[176] cuius

Egnatius Rufus.

C. Sentius Conſul.

Eius ſeueritas.

Egnatium coercet.

M. Marcellus, ſpes Romæ.

Moritur.

Agrippa Iuliam ducit.

Ti. Claudius.

Quæſtor factus.

In Orientem miſſus.

174. VT EI PRÆTVRAM CONTINVARET.] *Non quia bis Prætor: ſed hoc modò vult, continuaſſe eum & iunxiſſe Præturam Aedilitati. Opus enim interuallo annorum erat à magiſtratu ad magiſtratum: Egnatius id neglexit. Ipſe Velleius ita interpretatur paginâ ſequenti, dum ait:* Præturam Ædilitati iunxiſſe. *Dio idem indicat libro* LIII.

175. REGNVM EIVS ARTAVASDI TRADIDIT.] *Conſenſu aliter Romani exteriq; ſcriptores. Omnes* Tigrani *regnum datum à Tiberio aſſerunt, non Artauaſdi: Tacitus, Suetonius, Dio, Ioſephus. Noſtra, ſi vis, ad* II. *Annal. vide. Ergo Velleius ſolus hoc neſciuit, aut meliùs ſciuit? durum dicere. & certè in rebus Tiberij ſui, tam recenti memoriâ, fædè erraſſe Velleium piacularis ſit culpa. Mihi ſedet mutilum*

A [176] cuius rex quoque Parthorum tanti nominis famâ territus, liberos suos ad Cæsarem misit obsides. Reuersum inde Neronem, Cæsar haud mediocris belli molem experiri statuit, adiutore operis dato fratre ipsius Druso Claudio, quem intra Cæsaris penates enixa erat Liuia. quippe vterque, diuisis partibus, Rhætos Vindelicosq; adgressi, multis vrbium & castellorum oppugnationibus, nec non directâ quoque acie feliciter functi, gentes, locis tutissimas, aditu difficillimas, numero frequentes, feritate truces, maiore cum periculo, quàm damno Romani exercitus, plurimo cum earum sanguine, perdomuerunt. Ante quæ tempora censura Planci & Paulli acta inter discordiam, neque ipsis honori, neque reip. vsui fuit: cùm alteri vis censoris, alteri vita deesset: Paullus vix posset implere censorem, Plancus [177] timere deberet, ne quidquam obijcere posset adolescentibus, aut obijcientes audire, quod non agnosceret senex. Mors deinde Agrippæ (qui nouitatem suam multis rebus nobilitauerat, atque in hoc perduxerat, vt & Neronis esset socer; cuiusque liberos, nepotes suos, D. Augustus, præpositis Caij ac Lucij nominibus, adoptauerat) admouit propiùs Neronem Cæsari. quippe filia eius Iulia, quæ fuerat Agrippæ nupta,
B Neroni nupsit. Subinde bellum Pannonicum, [178] quod inchoatum Agrippâ Marcoque Vinicio, auo tuo, cos. magnum atroxque, & perquàm vicinum imminebat Italiæ, per Neronem gestum est. Gentes Pannoniorum, Dalmatarumque nationes, situmque regionum ac fluminum, numerumque & modum virium, excelsissimasque & multiplices eo bello victorias tanti imperatoris, alio loco explicabimus. Hoc opus seruet formam suam. Huius victoriæ compos Nero, ouans triumphauit. Sed, dum in hac parte imperij omnia geruntur prosperrimè, accepta in Germaniâ clades sub legato M. Lollio, homine in omnia pecuniæ, quàm rectè faciendi, cupidiore, & inter summam vitiorum dissimulationem vitiosissimo; amissaque legionis quintæ Aquilâ vocauit ab Vrbe in Gallias Cæsarem. Cura deinde atque onus Germanici belli delegata Druso Claudio, fratri Neronis, adolescenti tot tantarumque virtutum, quot & quantas natura mortalis

In Rhætos & Vindelicos.

Censura postrema Romæ.

Agrippa obit.

Iulia nupta Tiberio.

Bellum Pannonicum.

M. Lollius.

Claud. Drusus.

C *tilum defectúmque locum esse (nónne multa in hoc libello?) & fuisse anteà:* regnum eius Artauasdi ereptum, Tigrani tradidit. *aut tale in hunc sensum. Nam etsi Tacitus & Iosephus* Artaxiam *regno deiectum volunt, non* Artauasdem: *tamen pro Velleij hac scriptione etiam Dio sit, qui lib.* LIV. *in actis anni* DCCXXIV. *diserte scribit* Tiberium missum vt Artabazen (*idem ille cum Artauasde*) regno pelleret, & Tigranem ei imponeret.

176. CVIVS REX QVOQVE PARTHORVM.] *Puto,* cùm rex.

177. TIMERE DEBERET, NE QVIDQVAM.] *Argutius & verius:* timere deberet. nec quidquam. *Periodum totam vide.*

178. QVOD INCHOATVM AGRIPPA MARCOQVE VINICIO, AVO TVO, COS.] *Verba &*
D *notatio quæ viros doctos latè induxit in errorem. Nam censent ij qui Fastos nobis industriè & peritè collegerunt (Sigonium & Onufrium me dicere palàm est:) censent inquam, Agrippam Vipsanium quartùm fuisse consulem: atque ita adnotant, alter in anno* DCCXXXIV. *alter* DCCXXXV. *Quinetiam mirantur in Lapide Colotiano, vbi accurata recensio suffectorum Consulum, Vinicium poni, neglegi aut non exprimi Agrippam. Ego illos ab errore non reuoco (abierunt in communem locum) sed lectori caueo & inclamo ne cum ijs erret. Non fuit hoc anno aut alio M. Agrippa quartùm Consul. Tertium ille consulatum non transscendit. Quo teste? ipso Velleio suprà, vbi de Agrippæ laudibus:* Quem vsque in tertium Consulatum amicitia Principis euexerat. *Nónne maius aliquid esset si in quartum; & Velleius hoc neglegat aut omittat? Quin testes Fastos veteres & memorias omnes aduoco: nusquam Agrippa nisi tertiùm consul. Ita & Martialis apertè, libro* VIII. *Epigr.* LXVI.

Felix purpura, tertiusque Consul.
Pompeio dederit licet Senatus,
Et Cæsar genero sacros honores,
Quorum pacificus ter ampliauit
Ianus nomina.

Quæ ad ternos Agrippæ consulatus spectant: & licet interpretes non vltrà errent. Tertiùm igitur Consul, non quartùm. Atqui Velleius hîc clarè. Numquam ipse, numquam. Librarius errauit, cùm ille scripserit: quod *inchoatum ab Agrippâ, Marco Vinicio auo tuo Consule. *Hoc dicit. Agrippam missum ad hoc bellum, eumq; id primum administrasse, illo anno quo * Vinicij auus Consul. Nónne hæc clara, &, quod dicitur, Solis radio scripta? ite nebulæ, & locum date huic luci. Colotianum marmor, quod fallere non potest, Consules hos ita digerit:*

C. SENTIVS SATVRNINVS Q. LVCRETIVS VISPILLO
SVF. M. VINVCIVS. P. F.

*nec collegam vllum Vinucio adiungit: quiáne solus fuit? an potiùs, quia cum Q. Lucretio Vespillone? quem ex * Dione disco seriùs paullò electum, & cùm Saturninus aliquantisper solus in Consulatu fuisset. meritò igitur diutiùs etiam eumdem gesit. Sed quidquid huius rei sit (nec est tanti:) credétne aliquis M. Agrippam, illum generum Augusti, illum Tribuniciâ potestate præditum, inter suffectos consules fuisse, & quidem post Sentium & Vinucium? non qui res moresq; antiquos nouerit.*

* Possis & legere: *inchoatum Agrippa.*

* Ita etiam infrà vnicum Consulem citat: *Patre tuo P. Vinicio Consule Ti. Nero reuersus.*

* In actis huius anni DXXXV.

talis recipit, vel [179] induſtria percipit; cuius ingenium vtrùm bellicis magis operibus, an ciuilibus ſuffecerit artibus, in incerto eſt. Morum certè dulcedo ac ſuauitas, & aduerſus amicos æqua ac par ſui æſtimatio inimitabilis fuiſſe dicitur. nam pulchritudo corporis, proxima fraternæ fuit. Sed illum, magnâ ex parte domitorem Germaniæ, plurimo eius gentis varijs in locis profuſo ſanguine, fatorum iniquitas, conſulem, agentem annum triceſimum, rapuit. Moles deinde eius belli tranſlata in Neronem eſt, quod is ſuâ & virtute & fortunâ adminiſtrauit; peragratuſque victor omnes partes Germaniæ, ſine vllo detrimento commiſſi exercitus, quod præcipuè huic duci ſemper curæ fuit, ſic perdomuit eam, vt in formam pænè ſtipendiariæ redigeret prouinciæ. Tum alter triumphus cum altero conſulatu, ei oblatus eſt. Dum ea, quæ prædiximus, in Pannoniâ Germaniaque geruntur, atrox in Thraciâ bellum ortum, omnibus eius gentis nationibus in arma accenſis, L. Piſonis, quem hodieque diligentiſſimum, atque eumdem leniſſimum ſecuritatis vrbanæ cuſtodem habemus, virtus compreſſit. Quippe, legatus Cæſaris, triennio cum his bellauit; genteſque ferociſſimas, plurimo cum earum excidio, nunc acie, nunc expugnationibus, in priſtinum pacis redegit modum; eiuſque patratione, Aſiæ ſecuritatem, Macedoniæ pacem reddidit. De quo viro hoc omnibus ſentiendum ac prædicandum eſt, eſſe mores eius vigore ac lenitate mixtiſſimos, & vix quemquam reperiri poſſe, qui aut otium validiùs diligat, aut faciliùs ſufficiat negotio, & magis, quæ agenda ſunt, curet ſine vllâ oſtentatione agendi. Breui interiecto ſpatio, Ti. Nero, duobus conſulatibus, totidemque triumphis actis, tribuniciæ poteſtatis conſortione æquatus Auguſto, ciuium, poſt vnum, (& hoc, quia volebat) eminentiſſimus, ducum maximus, famâ fortunaque celeberrimus, & verè alterum reip. lumen & caput, mirâ quâdam & incredibili atque inenarrabili pietate, (cuius cauſſæ mox detectæ ſunt) cùm C. Cæſar ſumpſiſſet iam virilem togam, Lucius item maturus eſſet viris, ne fulgor ſuus orientium iuuenum obſtaret initijs, diſſimulatâ cauſsâ conſilij ſui, commeatum ab ſocero, atque eodem vitrico, acquieſcendi à continuatione laborum petijt. Quis fuerit eo tempore ciuitatis habitus, qui ſingulorum animi, quæ digredientium à tanto viro omnium lacrymæ, quam pænè ei patria manum iniecerit, iuſto ſeruemus operi. Illud etiam in hoc tranſcurſu dicendum eſt, ita ſeptem annos Rhodi moratum, vt omnes, qui procoss. legatique, in tranſmarinas profecti prouincias, [180] viſendi eius gratiâ, ad quem conuenientes, ſemper priuatos illa maieſtas priuata numquam fuit, faſces ſuos ſummiſerint, faſſique ſint otium eius honoratius imperio ſuo. Senſit terrarum orbis, digreſſum à cuſtodiâ Neronem Vrbis. nam & Parthus, deſciſcens à ſocietate Romanâ, adiecit Armeniæ manum; & Germania, auerſis domitoris ſui oculis, rebellauit. At in Vrbe, eo ipſo anno, quo magnificentiſſimi gladiatorij muneris naumachiæque ſpectaculis, D. Auguſtus, abhinc annos xxx. [181] ſe & Gallo Caninio coss. dedicato Martis templo, animos oculoſque P. R. repleuerat, fœda dictu, memoriaque horrenda in ipſius domo tempeſtas erupit. Quippe eius filia Iulia, per omnia tanti parentis ac viri immemor, nihil, quod facere aut pati turpiter poſſet femina, luxuriâ, libidine infectum reliquit; magnitudinemque fortunæ ſuæ peccandi licentiâ metiebatur; quidquid libe-
rer,

Moritur.

Tiberius in Germaniam.

Bellum Thracium. L. Piſo.

Tiberius tribuniciam poteſtatem capit.

Rhodum abit.

Iuliæ impudicitia.

179. INDVSTRIA PERCIPIT.] *Ego omnino mauelim:* induſtria perficit. *Nam ſemina quædam & igniculi virtutum in nobis ſunt, quos elicit induſtria, & ad frugem maturitatemque perducit. Quinctilianus eo ſenſu:* Virtus etſi quoſdam impetus à naturâ ſumit, tamen perficienda doctrinâ eſt.

180. VISENDI EIVS GRATIA, AD QVEM CONVENIENTES.] *Nos olim reſtituimus, in Epiſtolicis lib.* III. *cap.* VIII. *Aiunt pendulam ſic ſententiam eſſe. mihi videtur, nec muto.*

181. SE ET GALLO CANINIO COSS.] *Id fuit anno vrbis* DCCLII. *Dio tamen Caſſius valdè ab hoc calculo abit, qui relegatam Iuliam commemorat anno* DCCXLVIII. *C. Antiſtio Vetere, P. Lælio Balbo* COSS. *Sed moneo iuuentutem manifeſtum illîc hiatum defectumque hiſtoriæ eſſe. Poſteà quidem annotatur ab interprete: at hîc debebat ante Frumentationes & Naumachiæ ludos. E Velleio diſcis: tum etiam è Macrobio, non fallaci argumento. Ille* II. *Saturn. indicat Iuliam hanc peſſimam ſimul & argutiſſimam fœminarum, tunc cùm pulſa à patre fuit, egiſſe annum circiter trigeſimum octauum. Atqui nata ea (ex Dione didici) anno vrbis* DCCXV. *Ergo ad hunc annum* DCCLII. *iuſti intercedunt, vt Macrobius voluit, anni* XXXVIII.

182. VTRIVS-

A ret, pro licito iudicans. Tum Iulus Antonius, ſingulare exemplum clementiæ Cæſaris, violator eius domus, ipſe ſceleris à ſe commiſſi vltor fuit; quem, victo eius patre, non tantùm incolumitate donauerat, ſed ſacerdotio, prætura, conſulatu, prouincijs, honoratum etiam matrimonio ſororis ſuæ filiæ, in artiſſimam affinitatem receperat. Quinctiuſque Criſpinus, ſingularem nequitiam ſupercilio truci protegens, & Appius Claudius, & Sempronius Gracchus, ac Scipio, alijque minoris nominis, [182] vtriuſque ordinis viri, quaſi cuiuſlibet vxore violatâ, pœnas pependêre; cùm Cæſaris filiam, & Neronis violaſſent coniugem. Iulia relegata in inſulam, patriæque & parentum ſubducta oculis. quam tamen comitata mater Scribonia, [183] voluntarij exſilij permanſit comes. Breue ab hoc interceſſerat ſpatium, cùm C. Cæſar, antè alijs [184] prouincijs adſidendum obitis, in Syriam miſſus, conuento priùs Ti. Nerone, [185] cui omnem honorem vt ſuperiori habuit, tam variè ſe ibi geſſit, vt nec laudaturum magna, nec vituperaturum mediocris materia deficiat, [186] cum rege Parthorum iuuene, excelſiſſimæ inſulæ, quam amnis B Euphrates ambiebat, æquato vtriuſque partis numero, coijt. Quod ſpectaculum ſtantis ex diuerſo hinc Romani, illinc Parthorum exercitus, cùm duo inter ſe eminentiſſima imperiorum & hominum coirent capita, perquàm clarum & memorabile, ſub initia ſtipendiorum meorum, tribuno militum mihi viſere contigit. quem militiæ gradum antè ſub patre tuo, M. Vinicio, & P. Silio auſpicatus, in Thraciâ Macedoniaque, mox Achaiâ Aſiaque, & omnibus ad Orientem verſus prouincijs, & ore atque vtroque maris Pontici latere, haud iniucundâ tot rerum, locorum, gentium, vrbium recordatione perfruor. Prior Parthus apud Caium in noſtrâ ripâ, poſterior hic apud regem in hoſtili epulatus eſt. Quo tempore M. Lollij, quem veluti moderatorem iuuentæ filij ſui Auguſtus eſſe voluerat, perfida & plena ſubdoli ac verſuti animi conſilia, [187] per Parthum indicata, Cæſaris ira euulgauit: cuius mors intra paucos dies fortuita, an voluntaria fuerit, ignoro. Sed, quàm hunc deceſſiſſe lætati homines, tam paullò pòſt obiſſe Cenſorinum in ijſdem prouincijs, grauiter tulit ciuitas, virum demerendis hominiC bus genitum. Armeniam deinde ingreſſus, primâ parte introitus proſperè geſſit; mox in

Iulus Antonius:

Alijq; in Iuliâ adulteri.

Ipſa relegata.

C. Cæſar in Orientem.

Velleius Trib. milit.

Colloquium cum Partho.

Lollij obitus.

182. VTRIVSQVE ORDINIS VIRI, QVASI CVIVSLIBET VXORE VIOLATA, POENAS PEPENDERE.] *Non culpo. nempe relegati ipſi aut pulſi. quæ pœna Iuliæ de adulterijs. Tamen Tacitus aliter longè adſtruit* III. *Annal.* Vt valida, *inquit*, D. Auguſto in Remp. fortuna, ita domi improſpera fuit, ob impudicitiam filiæ ac neptis, quas vrbe depulit, adulteroſque earum morte aut fugâ puniuit. Nam culpam inter viros ac fœminas vulgatam, graui nomine læſarum religionum ac violatæ maieſtatis appellando, clementiam maiorum ſuaſque ipſe leges egrediebatur. *Sed vterque adſpectu aliquo verus. Velleius, ſi relegationem intueare iſtorum* D *quos nominat; Tacitus, ſi mortem aut exſilium quorumdam.*

183. VOLVNTARII EXSILII PERMANSIT COMES.] *Lego,* Voluntarii. *Non enim ipſius Iuliæ exſilium voluntarium; indictum planè & coactum: ſed huius Scriboniæ, quam pietas filiæ comitem dedit.*

184. PROVINCIIS ADSIDENDVM OBITIS.] *Lego,* ad viſendum obitis.

185. CVI OMNEM HONOREM VT SVPERORI HABVIT.] *An Velleius ita ſcripſerit, Principi ſuo, vt ſæpè, ſeruiens, neſcio: contrà ſcripſit planiſsimè Dio, libro* LV. Τῷ δὲ Γαΐῳ ϛαλέντος ἐς τὸν πρὸς Ἀρμενίους πόλεμον, ὁ Τιβέριος ἐς Χίον ἐλθὼν, αὐτὸν ἐθεράπευτε: Caio miſſo ad bellum Armeniacum, Tiberius Chium traijciens I, ipſum coluit & veneratus eſt. *Idem Zonaras. Nec ſanè Caius illi ſe dedit, vt ſuperbia & fortuna adoleſcentuli fuit: idq; Suetonius clarè indicat, Tib. c.* XII. Priuignum Caium Orienti præpoſitum, cùm viſendi gratiâ traieciſſet Samum (Chium *dixit Dio)* alieniorem ſibi ſenſit ex criminationibus M. Lollij. *Et omnino abiectior tunc deſpectiórque ſors Tiberij, tantumnon exſulis: vt fortaſſe Velleius ſcripſerit,* qui omnem. *Tamen, vt dixi, adulatio familiare ſcriptori meo in huius ævi rebus vitium, facilè defenderit quod vulgatur.*

186. CVM REGE PARTHORVM IVVENE, EXCELSISSIMÆ INSVLÆ.] *Conſenſu emendant:* iuuene excelſiſſimo, in inſulâ. *De inſulâ rectè: de iuuene, cur tam inconſpectè? Phraates enim hoc tempore Parthorum rex, & cum eo colloquium. Ergo ille iuuenis? imò annorum & regni vetus. Ille eſt, qui bellum cum M. Antonio geſsit, ille qui obſides liberos ad Auguſtum ante annos aliquot miſit. Emenda veriſsimè:* iuuenis excelſiſſimus. *Hoc dicit, cum ſummo rege in colloquium coiſſe ſummum iuuenum (is eſt Caius) & ad ſpem imperij ab Auguſto deſtinatum.*

187. PER PARTHVM INDICATA, CÆSARIS IRA EVVLCAVIT.] *Malè, nec quidquam per iracundiam hîc Cæſar. Editio prima:* Cæſaris iam euulgauit. *Feci iampridem (in Epiſtolicis l. 3. cap. 8.)* indicata Cæſari, fama vulgauit. *In re arcanâ, & cui non ipſe arbiter, nil niſi famam auctorem dare callidè & cautè Velleius voluit.*

C. Cæsar vulneratur. in colloquium (cui se temerè crediderat) circa Artageram grauiter à quodam, nomine A
Adduo vulneratus, ex eo, vt corpus minùs habile, ita animum minùs vtilem reip. habere
cœpit. Nec defuit conuersatio hominum, vitia eius assentatione alentium. etenim sem-
per magnæ fortunæ comes adest Adulatio: per quæ eò ductus erat, vt in vltimo ac re-
motissimo terrarum orbis angulo consenescere, quàm Romam regredi, mallet. Diu
Moritur: Vt & Lucius eius frater. reluctatus, inuitusque reuertens in Italiam, [188] in vrbe Lyciæ (Limyram nominant)
morbo obijt; cùm ante annum fermè L. Cæsar, frater eius, Hispanias petens, Mas-
siliæ decessisset. Sed fortuna, quæ subduxerat spem magni nominis, iam tum reip. sua
præsidia reddiderat. quippe [189] ante vtriusque horum obitum, patre tuo P. Vinicio
cos. Ti. Nero, reuersus Rhodo, incredibili lætitiâ patriam repleuerat. Non est diu
cunctatus Cæsar Augustus. neque enim quærendus erat, quem legeret; sed legendus,
qui eminebat. Itaque, quod post Lucij mortem, adhuc Caio viuo, facere voluerat,
eoque vehementer repugnante Nerone, erat inhibitus; post vtriusque adolescentium
obitum facere perseuerauit, vt & tribuniciæ potestatis consortionem Neroni constitue- B
Tiberius adoptatus: ret, multum quidem eo cùm domi, tum in senatu recusante, & eum Ælio Cato Sentio
cos. V. Kal. Iul. post. V. C. annis DCCLIV. abhinc annis XXVII. adoptaret. Lætitiam
illius diei, concursumque ciuitatis, & vota pænè inferentium cælo manus, spemque
conceptæ perpetuæ securitatis æternitatisque Romani imperij, vix in illo iusto opere
abundè persequi poterimus, nedum hîc implere tentemus. [190] id vnum dixisse iuuat,
quàm ille omnibus fuerit carus. tum refulsit certa spes liberorum parentibus, viris ma-
trimoniorum, dominis patrimonij, omnibus hominibus, salutis, quietis, pacis, tranquil-
litatis; adeò, vt nec plus sperari potuerit, nec spei responderi feliciùs. Adoptatus eâdem
Et Agrippa. die etiam M. Agrippa, quem post mortem Agrippæ Iulia enixa erat. sed in Neronis
adoptione illud adiectum, his ipsis Cæsaris verbis: *Hoc*, inquit, *reip. caussâ facio.* Non diu
Tib. in Germaniam. vindicem custodemque imperij sui morata in Vrbe patria, protinus in Germaniam
misit; vbi ante triennium sub M. Vinicio, auo tuo, clarissimo viro, immensum exarserat
bellum. erat & ab eo quibusdam in locis gestum, quibusdam sustentatum feliciter,
eoque C

188. IN VRBE LYCIÆ (LIMYRAM NOMINANT) MORBO OBIIT.] *Clarè & distinctè Velleius in Lyciâ obijsse Caium vult, vrbe quoque expressâ. Et Limyrum quidem fluuium, Limyram vrbem, in Lyciâ Ptolemæus collocat: quæ in Stephano* Lamyra *scripta. In eâdem cum Velleio sententiâ Suetonius:* Caium & Lucium in duodeuiginti mensium spatio amisit ambos: Caio in Lyciâ, Lucio Massiliæ defunctis. *Etiam Ioh. Zonaras, qui à Dione vt solet (nam ipse Dio hac parte mutilus) hausit:* Ὁ δὲ Γάϊος ἐς Λυκίαν ἐν ὀλκάδι παρέπλευσεν, ἔνθα δὴ καὶ μετήλλαξεν: Ipse Caius in Lyciam onerariâ naui prouectus est, vbi & obijt. *Hoc isti censent, probi, fidi, & talium curiosi scriptores. Tamen ecce qui dissentiunt (miramur in fato illustris iuuenis) & in Syriâ obijsse volunt. Grande autem, ne nescias, inter Lyciam & Syriam interuallum, & Pamphylia ac Cilicia totæ interiectæ. Seneca pater, qui ipse illius æui:* Cùm mortuo in Syriâ C. Cæsare, codicillo questus esset Augustus. *Florus pariter:* Massiliæ Lucius morbo soluitur: in Syriâ *(ita omnes scripti libri)* Caius ex vulnere. *Etiam Festus Rufus:* Caius vulneratus, reuersus in Syriam obijt. *Quid dicemus? inclinabam ad priores: sed reuocat Bellonij, viri fidi & industrij, vt mihi videtur obseruatio. qui narrat libro* II. Vrbem Hamam esse, Arabibus Hamzam, Latinis olim Emesam, vel Emissam, iuxta quam sepulchrum sit δίφρου, in modum quadrangulæ pyramidis fastigiatum, valido cæmento extructum: in quo C. Cæsaris epitaphium Græcis characteribus inscriptum legatur. *Si ita est: (& vtinam expressisset ipsum scriptum!) quis ambiget quin ad hunc C. Cæsarem pertinuerit? atque ita firma probaq, sit altera sententia: quia Emesa illa citra controuersiam Syriæ in Phœnice vrbs est.*

189. ANTE VTRIVSQVE HORVM OBITVM, TI. NERO REVERSVS RHODO.] *Id ipsum Suetonius adfirmat c.* XIII. *&* XV. *in Tiberio: atque adeò redijsse illum* Caio permittente. *Quomodo igitur Dio verus? qui sic libro* IV. Σωσθεὶς δὲ εὐθὺς μετὰ ταῦτα καὶ τὸν Τιβέριον ἐκ Ῥόδου ἀφικνεῖται, Λευκίου καὶ Γαΐου τελευτησάντων: Accidit post ista statim, vt D
Tiberius Rhodo rediret, Lucio & Caio defunctis. *Profectò hæc falsa, etiam ipso Dione arguente. Si* post ista statim *redijt Tiberius: (id est, post ingressum Caij in Armeniam, & renouata fœdera cum Partho. ita narrat.) quomodo Lucius & Caius iam defuncti? Nam Caius certè aliquanto pòst læsus, & post vulnus quoque diutulè superuixit. Puto negationem è Dionis textu excidisse, scribendúmque:* Λευκίου καὶ Γαΐου ὐ τελευτησάντων. *siue voles,* οὐδέπω. *Confirmat, quod Zonaras quoque (assecla aut exscriptor ferè Dionis) significat Tiberium redijsse ante vtriusque obitum.*

190. ID VNVM DIXISSE IVVAT, QVAM ILLE OMNIBVS FVERIT CARVS.] *Duo verba,* iuuat, *&*, carus, *nulla fuerunt in autographo quo vsus*

Rhena-

eoque nomine decreta ei cum specioſiſſimâ inſcriptione operum ornamenta triumphalia. Hoc tempus me, functum antè tribunatu caſtrorum, Ti. Cæſaris militem fecit. *Velleius cum eo.*
quippe, protinus ab adoptione miſſus cum eo præfectus equitum in Germaniam, ſucceſſor officij patris mei, cæleſtiſſimorum eius operum per annos continuos IX. præfectus, aut legatus, ſpectator, &, pro captu mediocritatis meæ, adiutor fui. Neque illi ſpectaculo, quo fructus ſum, ſimile condicio mortalis recipere videtur mihi; cùm per celebertimam Italiæ partem, tractum omnem Galliæ prouinciarum, veterem imperatorem, & [191] antè meritis ac viribus, quàm nomine, Cæſarem reuiſentes, ſibi quiſque, quàm illi, gratularentur pleniùs. At verò militum conſpectu eius elicitæ gaudio lacrymæ alacritaſque, & ſalutationis noua quædam exſultatio, & contingendi manum cupiditas, non continentium protinus, quin adijcerent, *Videmus te, imperator, ſaluum recepimus*; ac deinde, *Ego tecum, imperator, in Armeniâ, ego in Rætiâ fui: ego à te in Vindelicis, ego in Pannoniâ, ego in Germaniâ donatus ſum*; neque verbis exprimi, & fortaſſe vix mereri fidem
B poteſt. Intrata protinus Germania, ſubacti Caninefates, Attuari, Bructeri, recepti Cheruſci gentes, & amnis, mox noſtrâ clade nobilis, [192] tranſitus Viſurgis: penetrata vlteriora, cùm omnem partem aſperrimi & periculoſiſſimi belli Cæſar vindicaret, in ijs, quæ minoris erant diſcriminis, Sentium Saturninum, qui tum legatus patris eius in Ger- *Sentius Saturninus.*
maniâ fuerat, præfeciſſet; virum multiplicem in virtutibus, nauum, agilem, prouidum, militariumque officiorum patientem ac peritum pariter, ſed eumdem, vbi negotia feciſſent locum otio, liberaliter lauteque eo abutentem; ita tamen, vt eum ſplendidum ac hilarem potiùs, quàm luxurioſum, aut deſidem, diceres. de cuius viri claro celebrique conſulatu prædiximus. Anni eius æſtiua, vſque in menſem Decembrem perducta, immanis emolumentum fecêre victoriæ. [193] Pietas ſua Cæſarem, pænè obſtructis hieme alpibus, in Vrbem traxit, ad tutelam imperij: eum veris initio reduxit in Germaniam; in cuius medijs finibus, [194] ad caput Iuliæ fluminis, hiberna digrediens princeps locauerat. Prô dij boni quanti voluminis opera inſequenti æſtate, ſub duce Tiberio Cæſare, geſſimus! Perluſtrata armis tota Germania eſt. Victæ gentes, pænè nominibus
C incognitæ. Receptæ Cauchorum nationes. omnis eorum iuuentus, infinita numero, *Cauchi.*
immenſa corporibus, ſitu locorum tutiſſima, traditis armis, vnà cum ducibus ſuis, ſepta fulgenti armatoque militum noſtrorum agmine, ante imperatoris procubuit tribunal. Fracti Longobardi, gens etiam Germanâ feritate ferocior. Denique, quod num- *Longobardi.*
quam anteà ſpe conceptum, nedum opere tentatum erat, ad quadringenteſimum miliarium, à Rheno vſque ad flumen Albim, qui Senonum Hermundorumque fines *Albis fl.*
præterfluit, Romanus cum ſignis perductus exercitus, & eôdem, mirâ felicitate & curâ ducis, temporum quoque obſeruantiâ, claſſis, quæ Oceani circumnauigauerat ſinus, [195] ab inaudito atque incognito antè mari flumine Albi ſubuecta, plurimarum gentium

Rhenanus: ipſe fatetur indidiſſe. Tentabam igitur legere: Id vnum dixero, quàm ille omnia omnibus fuerit. *Prouerbialis loquendi modus, in gratioſis,*
D *aut qui apud aliquem poſſunt. Demoſthenes in Philip.* Πᾶν ἐκεῖνος ὦ ἀνδρες. *Diogenes Laërtius in Hipparchiâ:* Ἀλλὰ πάντα ὦ Κράτης ἀνδρῶν. *Lucianus:* Καὶ οἱ πάντα Κόμβαβος ὦ. *Idem:* Καὶ σωτὴρ, καὶ εὐεργέτης, καὶ πάντα ὦ ἐγώ. *Varro:* Hic enim omnia erat. idem Sacerdos, idem Parochus, idem Senatus, idem Populi caput.

191. ANTE MERITIS AC VIRIBVS, QVAM NOMINE CÆSAREM.] *Superbius videtur. An vires imperatoriæ Tiberio ante imperium? dici aliquid, poſſit, ſed malim ego:* meritis ac virtutibus.

192. TRANSITVS VISVRGIS.] *Apud Dionem in hac re narratâ mendum:* Τιβέριος μέχρι τε ποταμε προήτεσεν μὴ Ἐρίχρα, μετὰ δὲ τοῦτο καὶ τε Ἀλβίν προεχώρησεν: Tiberius vſque ad flumen primum Erygrum, deinde ad Albim progreſſus eſt. *Scribe,* Ἀδίσυργα, *reductâ ſyllabâ à voculâ priori.*

193. PIETAS SVA CÆSAREM, PÆNE OBSTRVCTIS HIEME ALPIBVS, IN VRBEM TRAXIT, AD TVTELAM IMPERII: EVM VERIS INITIO REDVXIT IN GERMANIAM.] *Meliùs & concinniùs:* in vrbem traxit: at tutela imperij eum veris. *Pietas in vtrumque parentem & deſiderium videndi duxit eum in Italiam: tutela imperij (quod defendendum ei contra barbaros) reduxit in Germaniam.*

194. AD CAPVT IVLIÆ FLVMINIS.] *Feci* Lupiæ *pridem. Perſeuero: niſi ſi* Iulij *faciendum, quaſi in honorem C. Iulij Octauiani flumen ſic nouiter appellatum.*

195. AB INAVDITO ATQVE INCOGNITO ANTE MARI.] *Nego. Druſus frater eius iam antè nauigauerat.*

tium victoriâ, cum abundantissimâ rerum omnium copiâ, exercitui Cæsariqúe se iunxit. Non tempore mihi, quin tantæ rerum magnitudini hoc, qualecumque est, inferam. Cùm citeriorem ripam prædicti fluminis castris occupassemus, & vlterior armatâ hostium iuuentute fulgeret, sub omnem motum nostrarum nauium protinus refugientium, vnus è barbaris, ætate senior, corpore excellens, dignitate, quantum ostendebat cultus, eminens, cauatum, vt illi mos est, ex materiâ conscendit alueum, soluſque id nauigij genus temperans, ad medium processit fluminis; & petijt, liceret sibi, sine periculo, in eam, quam armis tenebamus, egredi ripam, ac videre Cæsarem. Data petenti facultas. Tum appulso lintre, & diu tacitus contemplatus Cæsarem, [196] Nostra quidem, inquit, furit iuuentus, quæ cùm vestrum numen absentium colat, præsentium potiùs arma metuit, quàm sequitur fidem. sed ego, beneficio ac permissu tuo, Cæsar, quos antè audiebam, hodie vidi deos: nec feliciorem vllum vitæ meæ aut optaui, aut sensi diem. Impetratoque, vt manum contingerer, reuersus in nauiculam, sine fine respectans Cæsarem, ripæ suorum appulsus est. Victor omnium gentium locorumque, quos adierat, Cæsar, cum incolumi inuiolatoque, & semel tantummodò, magnâ cum clade hostium, fraude eorum tentato exercitu, in hiberna legiones reduxit, eâdem, quâ priore anno, festinatione vrbem petens. [197] Nihil erat iam in Germaniâ, quod vinci posset, præter gentem Marcomannorum; quæ, Maroboduo duce, excita sedibus suis, atque [198] in inferiora refugiens, incinctos Herciniæ siluæ campos incolebat. Nulla festinatio huius viri mentionem transgredi debet. Maroboduus, genere nobilis, corpore præualens, animo ferox, natione magis quàm ratione barbarus, non tumultuarium, neque fortuitum, neque mobilem, & ex voluntate parentium constantem inter suos occupauit principatum: sed, certum imperium, vimque regiam complexus animo, statuit, auocatâ procul à Romanis gente suâ, eò progredi; vbi, cùm propter potentiora arma refugisset, sua faceret potentissima. Occupatis igitur, quos prædiximus, locis, finitimos omnes aut bello domuit, aut conditionibus iuris sui fecit. Corpus suum custoditum, imperium perpetuis exercitijs pænè ad Romanæ disciplinæ formam redactum, breuî in eminens & nostro quoque imperio timendum perduxit fastigium; gerebatque se ita aduersus Romanos, vt neque bello nos lacesseret, &, si lacesseretur, superesse sibi vim ac voluntatem resistendi declararet. Legati, quos mittebat ad Cæsares, interdum vt supplicem commendabant, interdum vt pro pari loquebantur. Gentibus hominibusque à nobis desciscentibus erat apud eum perfugium, totumque ex malè dissimulato agebat æmulum; exercitumque, quem LXX. millium peditum, quattuor equitum fecerat, assiduis aduersus finitimos bellis exercendo, maiori, quàm quod habebat, operi præparabat. Eratque etiam eò timendus, quòd, cùm Germaniam ad læuam & in fronte, Pannoniam ad dextram, à tergo sedium suarum haberet Noricos; tamquam in omnes semper venturus, ab omnibus timebatur. Nec securam incrementi sui patiebatur esse Italiam: quippe cùm à summis Alpium iugis, quæ finem Italiæ terminant, initium eius finium haud multo plus CC. millibus passuum abesset. Hunc virum, & hanc regionem, proximo anno diuersis è partibus Ti. Cæsar aggredi statuit. Sentio Saturnino mandatum, vt per Cattos, excisis continentibus Herciniæ siluis, [199] legiones Boiohæmum (id regioni, quam incolebat Maroboduus, nomen est) ipse à Carnunto, qui locus Norici Regni proximus ab hac parte erat, exercitum, qui in Illyrico merebat, ducere in Marcomannos orsus est. Rumpit, interdum moratur proposita hominum, Fortuna. Præparauerat iam hiberna Cæsar ad Danubium, admotoque exercitu non plus, quàm v. dierum iter

Barbari factum.

Marcomanni.

Maroboduus rex.

Eius progressus, & potentia.

Eius ditio, & fines.

Tib. hunc aggreditur.

Carnuntum.

196. NOSTRA QVIDEM, INQVIT, FVRIT IVVENTVS.] *Adulatoria oratio & inepta, nec pro indole aut ferociâ Germanicâ. Est qui legat,* fugit iuuentus: *malè, malè. Imò verò furere illam vult, nec esse suæ mentis quæ cum dijs belligeretur.*

197. NIHIL ERAT IAM IN GERMANIA, &c.] *O vanitatem! Sed hæc & plura magnificè, imò seruiliter, Velleius narrat, in Tiberij sui laudes.* Α'λλ' ἐγὼ ἃ ϖιδόμλω.

198. IN INFERIORA REFVGIENS.] *Verius,* interiora. *Loca magis interna petierunt & dissita à limite Romano.*

199. LEGIONES BOIOHÆMVM.] *Sententia ἀτελὴς. Addendum videatur:* Boiohæmum duceret.

200. SA-

A iter à primis hoſtium, [200] Saturninum admoueri placuerat. pænè æquali diuiſæ interuallo ab hoſte, intra paucos dies in prædicto loco cum Cæſare iuncturæ erant; cùm vniuerſa Pannonia, inſolens longæ pacis bonis, & adulta viribus Dalmatia, omnibus tractus eius gentibus in ſocietatem adductis, ex conſtituto arma corripuit. Tum neceſſaria glorioſis præpoſita; neque tutum viſum, abdito in interiora exercitu, vacuam tam vicino hoſti relinquere Italiam. Gentium nationumque, quæ rebellauerant, omnis numerus ampliùs DCCC. millibus explebat. CC. ferè peditum colligebantur, armis habilia; equitum IX. cuius immenſæ multitudinis, parentis acerrimis ac peritiſſimis ducibus, pars petere Italiam decreuerat, iunctam ſibi Nauporti ac Tergeſtis confinio; [201] pars in Macedoniam erruperat; pars ſuis ſedibus præſidium eſſe deſtinauerat. [202] Proxima duobus Batonibus ac Pinneti ducibus auctoritas erat. In omnibus autem Pannonijs non diſciplinæ tantummodò, ſed linguæ quoque notitia Romanæ; pleriſque etiam litteratum vſus, & familiaris animorum erat exercitatio. Itaque, hercules, nulla

B vmquam natio tam maturè conſilio belli bellum iunxit ac decreta patrauit. oppreſſi ciues Romani, trucidati negotiatores, magnus vexillariorum numerus, ad internecionem, eâ in regione, quæ plurimum ab Imperatore aberat, cæſus. occupata armis Macedonia, omnia, & in omnibus locis, igni ferroque vaſtata: quia tantus etiam huius belli metus fuit, vt ſtabilem illum, & firmatum tantorum bellorum experientiâ, Cæſaris Auguſti animum quateret atque terreret. Habiti itaque dilectus, reuocati vndique omnes veterani, viri feminæque ex cenſu libertinum coactæ dare militem. Audita in ſenatu vox principis, Decimo die, ni caueretur, poſſe hoſtem in vrbis Romæ venire conſpectum. Senatorum equitumque Romanorum exactæ ad id bellum operæ pollicitæ. Omnia hæc fruſtrà præparaſſemus, niſi, qui illa regeret, fuiſſet. [203] Itaque, vt præſidium militum, reſp. ab Auguſto ducem in bellum popoſcit Tiberium. Habuit in hoc quoque bello mediocritas noſtra ſpecioſi miniſtri locum. Finitâ equeſtri militiâ, deſignatus quæſtor, [204] necdum ſenator æquatus ſenatoribus, & iam deſignatis tribunis pl. par-

C tem exercitus ab Vrbe, traditi ab Auguſto, perduxi ad filium eius: in quæſturâ deinde, remiſsâ ſorte prouinciæ, legatus eiuſdem ad eumdem miſſus, quas nos primo anno acies hoſtium vidimus? quantis, prudentiâ ducis, opportunitatibus, [205] furentes eorum vires vniuerſas euaſimus artibus? quanto cum temperamento ſimul vtilitatis res auctoritate Imperatoris agi vidimus? quâ prudentiâ hiberna diſpoſita ſunt? quanto opere, incluſis cuſtodijs exercitus noſtri, ne quâ poſſet erumpere, inopſque copiarum, & intra

Pannonia rebellat, & Dalmatia.

Batones. Pinnes.

Pannonum progreſſus:

Terribiles Romanis.

Tiberius in eos miſſus.

200. SATVRNINVM ADMOVERI PLACVERAT. PÆNE ÆQVALI DIVISÆ INTERVALLO.] *Lego*, admoneri, *certiorem nempe reddi de ſuo aduentu. Sequentia etiam ſic expleam:* placuerat. cuius copiæ pænè æquali.

D 201. PARS IN MACEDONIAM ERVPERAT.] *In autographo:* Macedoniam effugerat. *Faciendum:* Pars ſe in Macedoniam effuderat.

202. PROXIMA DVOBVS BATONIBVS AC PINNETI.] *A quibus* Proxima? *nemo enim ante iſtos. Ad Maroboduum refers? fruſtrà: non ille mixtus huic bello. Alterutrum. aut* Prima duobus, *ſcribito: aut* à Pinnete. *nempe vt iſti proximo loco poſt Pinnetem. Qui autem* Batoni *hîc fecerunt, peccarunt. Nam duo Batones in hoc bello, quod Dio extremo libro* LVI. *te docebit.*

203. ITAQVE, VT PRÆSIDIVM MILITVM, RESP. AB AVGVSTO DVCEM IN BELLVM POPOSCIT TIBERIVM.] *Non probo ducem* præſidium militum *eſſe, magis regimen. Scripſit Velleius:* præſidium vltimum. *Velut ad extremum auxilium, inquit, & ad ſacram anchoram, decurſum ad Tiberium: & ille dux depoſtulatus in graui grandiq; hoc bello. Nec Velleiana tantum adulatiuncula eſt: ipſe Auguſtus, Suetonio teſte, Tiberium* epiſtolis aliquot, vt peritiſſimum rei militaris, vtque vnicum populi R. præſidium proſequitur. *Habes ipſum iſtud elogium.*

204. NECDVM SENATOR ÆQVATVS SENATORIBVS, ET IAM DESIGNATIS TRIBVNIS PLEBIS, PARTEM EXERCITVS AB VRBE PERDVXI.] *Emendant & ita edunt:* etiam deſignatus Tribunuſplebis. *non pro Velleij mente. Vulgata retinenda eſt: quæ hoc vult, ſeſe æquatum Senatoribus, id eſt Tribunis deſignatis, nondum Senatorem. Quâ in re? quòd præfuerit copijs, æquè ac Tribuni; earúmque partem duxerit ad Tiberium. Nam Tribuni hoc tempore eligi non poterant niſi è Senatu. Vide ſodes, (& adde hunc ipſum locum opportunè) quæ notaui* II. *Elector. cap.* XIII.

205. FVRENTES EORVM VIRES VNIVERSAS EVASIMVS ARTIBVS.] *Editio primitiua,* partibus. *benè: ſed velim etiam,* inuaſimus, *magis ex dignitate Romanâ. Nec enim effugiſſe aut elapſum Tiberium vult copijs partitis: ſed magis, inuaſiſſe grandes illas copias, & carpſiſſe per partes.*

206. PRO-

intra se furens, viribus hostis elangueſceret? Felix euentu, forte conatu, primâ æstate A
Messallinus. belli, Messallini opus mandandum est memoriæ: qui vir, animo etiam, quàm gente, nobilior, digniſſimus qui & patrem Coruinum habuiſſet, & cognomen ſuum Cottæ fratri relinqueret, præpoſitus Illyrico, ſubitâ rebellione, cum ſemiplenâ legione viceſimâ, circumdatus hoſtili exercitu, amplius XX. hoſtium fudit fugauitque, & ob id ornamen-
Pannonij fame preſſi. tis triumphalibus honoratus eſt. Ita placebat barbaris numerus ſuus, ita fiducia virium, vt, vbicunque Cæſar eſſet, nihil in ſe reponerent. pars exercitus eorum [206] propoſita ipſi duci, & ad arbitrium vtilitatemque noſtram macerata, perductaque ad exitiabilem famem, neque inſtantem ſuſtinere, [207] neque facientibus copiam pugnandi dirigentibuſque aciem auſa congredi, occupato monte Claudio, munitione ſe defendit. At ea
Alibi Romanos premunt. pars, quæ obuiam ſe effuderat exercitui, quem A. Cæcina & Siluanus Plautius conſulares ex tranſmarinis adducebant prouincijs, circumfuſa v. legionibus noſtris, auxiliaribuſque & equitatu regio, (quippe magnâ Thracum manu iunctus prædictis ducibus Rœmetalces, Thraciæ rex, in adiutorium eius belli ſecum trahebat) pænè exitiabilem omnibus cladem intulit. Fugata regiorum equeſtris acies, fugatæ alæ, conuerſæ cohor- B
tes ſunt. apud ſigna quoque legionum trepidatum, [208] ſed Romana virtus militis plus eo tempore vindicatum gloriæ, quàm ducibus, reliquit: [209] qui multum amore imperatoris ſui crepantes, antè in hoſtem inciderunt, quàm per exploratores, vbi hoſtis eſſet, cognoſcerent. Iam igitur, in dubijs rebus ſemetipſæ legiones adhortatæ, iugulatis ab hoſte quibuſdam tribunis militum, interempto præfecto caſtrorum, præfectiſque cohortium, non incruentis centurionibus, [210] quibus etiam primi ordines cecidêre, inuaſêre hoſtes: nec ſuſtinuiſſe contenti, perruptâ eorum acie, ex inſperato victoriam vindicauerunt.

Agrippa Poſthumi vitia. Hoc ferè tempore Agrippa, qui eodem die, quo Tiberius, adoptatus ab auo ſuo naturali erat, & iam ante biennium, qualis eſſet, apparêre cœperat, mirâ prauitate animi atque ingenij in præcipitia conuerſus, patris atque eiuſdem aui ſui animum alienauit ſibi; moxque, creſcentibus in dies vitijs, dignum furore ſuo habuit exitum. Accipe nunc, C
M. Vinici, tantum in bello ducem, quantum in pace vides principem. Iunctis exercitibus, quique ſub Cæſare fuerant, quique ad eum venerant, contractiſque in vna caſtra
Tiberij exercitus. [211] decem legionibus, LXX. amplius cohortibus, XIV. ſed pluribus quàm decem veteranorum millibus, ad hoc magno voluntariorum numero, frequentique equite regio; tanto denique exercitu, quantus nullo vmquam loco poſt bella fuerat ciuilia, omnes eo
Valdè magnus. ipſo læti erant, maximamque fiduciam victoriæ in numero reponebant. At imperator optimus, eorum, quæ agebat, iudex, & vtilia ſpecioſis præferens, quodque ſemper eum facientem vidi, in omnibus bellis, quæ probanda eſſent, non quæ vtique probarentur, ſequens, paucis diebus exercitum, qui venerat ad refouendas ex itinere eius vires, moratus; cùm eum maiorem, quàm vt temperari poſſet, neque habilem gubernaculo cerne-
Dimittitur vt inhabilis. ret,

206. PROPOSITA IPSI DVCI.] *Malo*, oppoſita. *Hoſtiles copiæ bipartitæ. pars vna Tiberio ipſi reſiſtere debebat: pars altera legatis.*

207. NEQVE FACIENTIBVS COPIAM PVGNANDI DIRIGENTIBVSQVE ACIEM AVSA CONGREDI.] *In vet. edit. eſt:* neque vt facientibus. *Lego:* neque aut fac. *In eâdem:* dirigentibuſque etiam. *quod omnino amplector: & τὸ* Dirigere *poſitum eſt ἀμεταβάτως. Dirigere, eſt aciem in ordines diſponere. Sed & velim,* inſtantes ſuſtinere, *numero plurium, vt ad Romanos referatur.*

208. SED ROMANA VIRTVS MILITIS PLVS EO TEMPORE VINDICATVM GLORIÆ, QVAM DVCIBVS, RELIQVIT.] *Palàm verum:* Romana virtus militibus. *Cauſſa victoriæ milites maximè fuêre, cùm duces parum exploratò profecti incidiſſent in hoſtes.*

209. QVI MVLTVM AMORE IMPERATORIS SVI CREPANTES.] *Non capio, nec pura cenſeo. Quid ſi,* properantes, *pro* crepantes? *Quid ſi etiam* vltum? *vt velit feſtinaſſe ad vindictam, & ad detergendam ignominiam à regijs acceptam.* D

210. QVIBVS ETIAM PRIMI ORDINES CECIDERE.] *Editio vet.* quinetiam primi ordines. *haud improbo ſenſu. Tamen velim:* qui etiam primi ordinis. *Vult enim Centuriones aliquot primorum ordinum cecidiſſe.*

211. DECEM LEGIONIBVS, LXX. AMPLIVS COHORTIBVS, XIV. SED PLVRIBVS QVAM DECEM VETERANORVM MILLIBVS.] *Deſiderari vocem cenſeo, & ſcribo:* XIV. alis, & pluribus quàm. *Valdè enim probabile de equitum etiam numero dixiſſe.*

212. CAPTVM

A ret, dimittere ſtatuit: proſecutuſque longo & perquàm laborioſo itinere, cuius difficultas narrari vix poteſt, vt neque vniuerſos quiſquam auderet aggredi, & partem digredientium ſuorum quiſque metu finium vniuerſi tentare non poſſent, remiſit eò, vnde venerant. & ipſe, aſperrimæ hiemis initio regreſſus Siſciam, legatos, inter quos ipſi fuimus, partitis præfecit hibernis. O rem dictu non eminentem, ſed ſolidâ veraque virtute atque vtilitate maximam, experientiâ ſuauiſſimam, humanitate ſingularem! Per omne belli Germanici Pannonicique tempus, nemo è nobis, gradúmve noſtrum aut præce- *Comitas Tiberij.*
dentibus, aut ſequentibus, imbecillus fuit, cuius ſalus ac valetudo non ita ſuſtentaretur Cæſaris curâ, tamquam diſtractiſſimus ille tantorum onerum mole huic vni negotio vacaret animus. Erat deſiderantibus paratum iunctum vehiculum; lectica eius publicata, cuius beneficium cùm alij, tum ego ſenſi. Iam medici, iam apparatus cibi, iam in hoc ſolum importatum inſtrumentum balinei, nullius non ſuccurrit valetudini. Domus tantùm ac domeſtici deerant; ceterùm nihil, quod ab illis aut præſtari, aut deſiderari
B poſſet. Adijce iam illud, quod, quiſquis illis temporibus interfuit, (vt alia, quæ retuli) agnoſceret protinus. Solus ſemper equo vectus eſt; ſolus cum ijs, quos inuitauerat, maiore parte æſtiuarum expeditionum, cenauit ſedens; non ſequentibus diſciplinam, quatenus exemplo non nocebatur, ignouit; admonitio frequens inerat, & caſtigatio, vindicta rariſſima; agebatque medium, plurima diſſimulantis, aliqua inhibentis. Hiems emolumentum patrati belli contulit. ſed inſequenti æſtate omnis Pannonia, reliquijs totius belli in Dalmatiâ manentibus, pacem petijt. Ferocem illam tot millium iuuentutem, paullò antè ſeruitutem minatam Italiæ, conferentem arma, quibus vſa erat, apud flumen nomine Bathinum, proſternentemque ſe vniuerſam genibus imperatoris, Batonemque & Pinetem, excelſiſſimos duces, [212] captum alterum, alterum deditum, iuſtis voluminibus ordine narrabimus, vt ſpero. Autumno victor in hiberna. *Fracti Pannonij pacem petunt.*
reducitur exercitus, cuius [213] omnibus copijs à Cæſare M. Lepidus præfectus eſt, vir *M. Lepidus.*
nominis ac fortunæ eorum proximus, quem in quantum quiſque aut cognoſcere, aut intelligere potuit, in tantum miratur ac diligit, tantorumque nominum, quibus ortus
C eſt, ornamentum iudicat. Cæſar ad alteram belli Delmatici molem animum atque arma contulit. in quâ regione quali adiutore legatoque fratre meo, Magio Celere Velleiano, vſus ſit, ipſius patriſque eius prædicatione teſtatum eſt, & [214] ampliſſimorum honorum, quibus triumphans eum Cæſar donauit, ſignat memoria. Initio æſtatis Lepidus, educto hibernis exercitu, per gentes integras, immuneſque adhuc clade belli, & eò feroces ac truces, tendens ad Tiberium imperatorem, & cum difficultate locorum, & cum vi hoſtium luctatus, magnâ cum clade obſiſtentium, exciſis agris, exuſtis ædificijs, cæſis viris, lætus victoriâ, prædaque onuſtus, peruênit ad Cæſarem; & ob ea, quæ ſi proprijs geſſiſſet auſpicijs, triumphare debuerat, ornamentis triumphalibus, conſentiente *Bellum Delmaticum.* *Lepido triumphalia.*
cum iudicio principum voluntate ſenatus, donatus eſt. Illa æſtas maximi belli conſummauit effectus. quippe Daoriſi & Deſitiates Delmatæ, ſitu locorum ac montium, ingeniorum ferociâ, mirâ etiam pugnandi ſcientiâ, & præcipuè anguſtijs ſaltuum pænè inex-
D

212. CAPTVM ALTERVM, ALTERVM DEDITVM.] *In veteri eſt:* captum alterum à ſe deditum. *Suſpicor fuiſſe:* captum alterum, alterum à ſe deditum. *Nam Bato ſponte veniſſe ad Tiberium videtur, & ſe dedidiſſe. Vide Dionem* LV. *ſub finem.*

213. OMNIBVS COPIIS A CÆSARE M. LEPIDVS PRÆFECTVS EST.] *Omnino,* à Cæſaribus. *Sic ſuprà:* Legati quos ad Cæſares mittebat. *Nam & Tiberius iam in hoc nomen venerat, adoptatus ab Auguſto & imperij conſors. Sed cur Lepidus hic* nominis (*ſiue* nomini) ac fortunæ eorum proximus? *Puto, quia à Sullâ & Pompeio genus ducebat, qui ipſi quaſi Principes in re Romanâ. Tacitus docet* III. *Annal. de Lepidâ:* Cui ſuper Æmiliorum decus, *inquit,* L. Sulla ac Cn. Pompeius proaui erant, defendente ream Manio Lepido fratre. *Et vide ne hic ſit ipſeipſe* Manius, *atque ita prænomen in Velleio mutandum.*

214. AMPLISSIMORVM HONORVM, QVIBVS TRIVMPHANS EVM CÆSAR DONAVIT.] *Velim,* donorum. *Mox de eodem fratre & ſe:* Quem (*triumphum*) mihi fratrique meo inter præcipuos præcipuiſque donis adornatos viros comitari contigit. *Notus mos triumphorum, in quibus coronæ, torques, faleræ, bello meritis dari ſolebant. Si tamen* honores *tenes: capere poſſis Triumphales.*

215. NAM

inexpugnabiles; non iam ductu, sed manibus atque armis ipsius Cæsaris tum demum A
Delmatæ subacti. pacati sunt, cùm pænè funditus euersi forent. Nihil in hoc tanto bello, nihil in Germaniâ aut videre maius, aut mirari magis potui, quàm quòd imperatori numquam adeò vlla opportuna visa est victoriæ occasio, quam damno amissi pensaret militis. semperque visum est glorioſum, quod esset tutissimum; & antè conscientiæ, quàm famæ, consultum; nec vnquam consilia ducis iudicio exercitus, sed exercitus prouidentiâ ducis rectus est. Magna in Bello Delmatico experimenta virtutis, in multos ac difficiles locos
Q. Iulius Postumus. præmissus Germanicus dedit; celebris etiam operâ diligenti Q. Iulius Postumus, vir consularis, præpositus Delmatiæ, ornamenta meruit triumphalia: quem honorem ante paucos annos Passienus & Cossus, viri quibusdam diuersis virtutibus celebres, in Africâ meruerant. Sed Cossus victoriæ testimonium etiam in cognomen filij contulit, ado-
L. Apronius. lescentis in omnium virtutum exempla geniti. At Postumi operum L. Apronius particeps, illâ quoque militiâ eos, quos mox consecutus est, honores excellenti virtute meruit. Vtinam non maioribus experimentis testatum esset, quantum in omni re Fortuna B
Seianus. posset; sed in hoc quoque genere abundè agnosci vis eius potest. [215] nam & Seianus, vir antiquissimi moris, & priscam grauitatem semper humanitate temperans, in Germaniâ Illyricoque, & mox in Africâ, splendidissimis functus ministerijs, non merito, sed materiâ adipiscendi triumphalia, defectus est. Et A. Licinius Nerua Silianus, P. Silij filius,
Licinius Nerua. quem virum, ne qui intellexit quidem, abundè miratus est, ne nihil optimo ciui simplicissimo duci periisset, præreptus immaturè, & fructu amplissimæ principis amicitiæ, & consummatione euectæ in altissimum paternumque fastigium imaginis, defectus est. Horum virorum mentione si quis quæsisse me dicet locum, fatentem arguet. neque enim iustus sine mendacio candor apud bonos crimini est. Tantum quòd vltimam imposuerat Pannonico ac Delmatico Bello Cæsar manum, cùm, intra quinque con-
Vari cædes in Germaniâ. summati tanti operis dies, funestæ ex Germaniâ epistolæ, cæsi Vari, trucidatarumque legionum trium, totidemque alarum, & sex cohortium, velut in hoc saltem tantummodò indulgente nobis fortunâ, [216] ne occupato duce, & caussa persona moram exigit. C
Varus Quinctilius, illustri magis quàm nobili ortus familiâ, vir ingenio mitis, moribus quietus, vt corpore & animo immobilior, otio magis castrorum, quàm bellicæ assuetus militiæ; pecuniæ verò quàm non contemptor, Syria, cui præfuerat, declarauit; quam
Vari incuria. pauper diuitem ingressus, diues pauperem reliquit: is cùm exercitui, qui erat in Germaniâ, præesset, concepit esse homines, qui nihil, præter vocem membraque haberent hominum; quique gladijs domari non poterant, posse iure mulceri. Quo proposito
Germanorum vastities. mediam ingressus Germaniam, velut inter viros pacis gaudentes dulcedine, iurisdictionibus, agendoque pro tribunali ordine, trahebat æstiua. At illi, [217] quod, nisi expertus, vix credebat, in summâ feritate versutissimi, natumque mendacio genus, simulantes fictas litium series, & nunc prouocantes alter alterum iniuriâ, nunc agentes gratias, quòd eas Romana iustitia finiret, feritasque sua, nouitate incognitæ disciplinæ, mitesceret, & solita armis discerni iure terminarentur, in summam socordiam perduxêre Quintilium. vsque eò, vt se prætorem vrbanum in foro ius dicere, non in medijs Germaniæ finibus exercitui præesse crederet. Tum iuuenis, genere nobilis, manu fortis, D
Arminius. sensu celer, vltra barbarum promptus ingenio, nomine Arminius, Sigimeri, principis

215. NAM ET SEIANVS, VIR ANTIQVISSIMI MORIS.] *Suppositum nomen est, & prima editio refert:* Nam & etiam antiquissimi. *In Seianum certè hæc non conueniunt, qui equestri loco, prouincias aut exercitus non rexit. Tacitus te docebit lib.* IV. *Annal vbi vita & facta viri. An ne,* Nam & Iunius? *Caussa suspicionis ex loco Velleij infrà; vbi Iunium Blæsum* in Illyrico celeberrimâ militiâ *fuisse ait,* cum imperio in summâ pace & quiete continuisse. *Et interserit,* vt prædiximus. *Vbi autem de Iunio aut Illyrico aliquid prædictum, nisi si hîc? Adde, quòd in eum conuenit Africæ præfectura, cuius hîc quoque mentio. Turbat tamen, quòd ait eum* defectum materiâ adipiscendi triumphalia: *nisi si hoc adstringis ad Germaniam & Illyricum tantùm. Nam ex Africâ certè ea rettulit.*

216. NE OCCVPATO DVCE, ET CAVSSA PERSONA MORAM EXIGIT.] *Mutilum est. Videtur fuisse:* ne occupato duce sæuiret. Sed caussa & persona moram exigit.

217. QVOD, NISI EXPERTVS, VIX CREDEBAT.] *Facito,* credat.

218. PER

A pis gentis eius filius, ardorem animi, vultu oculisque præferens, assiduus militiæ nostræ prioris comes, & iam ciuitatis Romanæ ius equestremque consecutus gradum, segnitiâ ducis in occasionem sceleris vsus est; haud imprudenter speculatus, neminem celeriùs opprimi, quàm qui nihil timeret; & frequentissimum initium esse calamitatis, Securitatem. Primò igitur paucos, mox plures in societatem consilij recipit; opprimi posse Romanos, & dicit & persuadet; decretis facta iungit; tempus insidiarum constituit. Id Varo per virum eius gentis fidelem, clariqúe nominis [218] Segesten indicatur: sed præualebant iam fata consiliis, omnemque animi eius aciem præstinxerant. Quippe ita se res habet, [219] vt plerumque, qui fortunam mutaturus est, consilia corrumpat, efficiatque quod miserrimum est, vt, quod accidit, id etiam meritò accidisse videatur, & casus in culpam transeat. Negat itaque se credere, spemque in se beneuolentiæ ex merito æstimare profitetur. Nec diutiùs, post primum indicem, secundò relictus locus. Ordinem atrocissimæ calamitatis, quâ nulla, post Crassi in Parthis damnum, in exB ternis gentibus, grauior Romanis fuit, iustis voluminibus, vt alij, ita nos conabimur exponere. Nunc summa deflenda est. Exercitus omnium fortissimus, disciplinâ, manu, experientiaque bellorum inter Romanos milites princeps, marcore ducis, perfidiâ hostis, iniquitate fortunæ circumuentus; cùm ne pugnandi quidem egregiè occasio, in quantum voluerant, data esset miseris, castigatis etiam quibusdam graui pœnâ, quia Romanis & armis & animis vsi fuissent, inclusus siluis, paludibus, insidiis ab eo hoste ad internecionem trucidatus est, quem ita semper more pecudum trucidauerat, vt vitam aut mortem eius nunc irâ, nunc veniâ temperaret. Duci plus ad moriendum, quàm ad pugnandum, animi fuit. quippe, [220] paterni auitique exempli successor, se ipse transfixit. At è præfectis castrorum duobus quàm clarum exemplum L. Eggius, tam turpe Ceionius prodidit; qui, cùm longè maximam partem absumpsisset acies, auctor deditionis, supplicio, quàm prœlio, mori maluit. At Volumnius, legatus Vari, cetera quietus ac probus, diri auctor exempli, spoliatum equite peditem relinquens, fugâ cum alis Rhenum petere ingressus est; quod factum eius Fortuna vlta est. C non enim desertis superfuit, sed desertor occidit. Vari corpus semiustum hostilis lacerauerat feritas; caput eius abscissum, latumque ad Maroboduum, & ab eo missum ad Cæsarem, gentilitij tandem tumuli sepulturâ honoratum est. His auditis, reuolat ad patrem Cæsar: perpetuus patronus Romani Imperij, assuetam sibi caussam suscipit. Mittitur ad Germaniam, Gallias confirmat, disponit exercitus, præsidia munit, se magnitudine suâ, non fiduciâ hostium, metiens, qui Cimbricam Teutonicamque militiam Italiæ minabantur; vltra Rhenum, cum exercitu transgreditur. [221] Arminio territo, quem arguisse pater & patria contenti erant, penetrat interiùs, aperit limites, vastat agros, vrit domos, fundit obuios; maximaque cum gloriâ, incolumi omnium, quos transf-

Coniurat in Romanos.

Segestes.

Clades Variana.

Ipsius Vari fatum.

Tiberius in Germaniam missus.

218. PER SEGESTEN INDICATVR: SED PRÆD VALEBANT IAM FATA CONSILIIS.] *Negat editio vetus hæc germana. Illâ est:* indicatur postulabat etiam fata. *An tale aliquid fuit?* indicatur, qui vinciri postulabat etiam. *Nam apud Tacitum Segestes ipse ita narrat:* Dilatus segnitiâ ducis, vt me & Arminium & conscios vincire flagitaui. *An potiùs sic?* indicatur. Obstabant sed iam fata. *Nam hæc talia sæpè per* p. *litteram scribebant aut sculpebant (lapides docent)* Opstare, Opsides, Opsitæ: *atque hinc librarij error.*

219. VT PLERVMQVE, QVI FORTVNAM MVTATVRVS EST, CONSILIA CORRVMPAT.] *Altæ sapientiæ gnome. quam sic conceperis ex editione veteri:* vt plerumque fortunam mutaturus Deus, consilia corrumpat. *Nam in eâ τὸ* est, *nullum est: eiúsque loco,* Deus. *Hæc caussâ etiam illud* qui *delendum censui natum ex repetitione.*

220. PATERNI AVITIQVE EXEMPLI SVCCESSOR, SE IPSE TRANSFIXIT.] *De Patre Sex. Quinctilij habes suprà in Bello Philippensi:* Varus Quinctilius cùm se insignibus honorum velauisset, liberti manu interfectus est. *De auo, non tam obuium. Reperio tamen apud Cæsarem* 1. *Ciuil.* Sex. Quinctilium Varum Quæstorem L. Domitij *fuisse Corfinij. vt probabile sit eum sic perijsse in Pharsalâ, aut in Africâ.*

221. ARMINIO TERRITO, QVEM ARGVISSE PATER ET PATRIA CONTENTI ERANT.] *In vet.* Arma interfecti quem. *Stabilis manet nostra olim emendatio:* Arma infert, quæ arcuisse. *Rhenum, inquit, transgreditur, & vltrò petit in suis sedibus Arminium, quem arcuisse à nostris abundè satis habebat Augustus & ciues.*

L. Asprenas. transduxerat, numero, in hiberna reuertitur. Reddatur verum L. Asprenati testimo- A
nium; qui, legatus sub auunculo suo Varo militans, nauâ viriliqúe operâ duarum
legionum, quibus præerat, exercitum immunem tantâ calamitate seruauit; matureqúe
ad inferiora hiberna descendendo, vacillantium etiam cis Rhenum sitarum gentium
animos confirmauit. Sunt tamen, qui, vt viuos ab eo vindicatos, ita iugulatorum sub
Varo occupata crediderint patrimonia, hereditatemqúe excisi exercitus, [222] in quan-
L. Caditius. tum voluerit, ab eo aditam. Lucij etiam Cæditij, præfecti castrorum; eorumqúe, qui,
vnà circumdati Alisone, immensis Germanorum copiis obsidebantur, laudanda vir-
tus est; qui, omnibus difficultatibus superatis, quas inopia rerum intolerabiles, vis ho-
stium faciebat inexsuperabiles, nec temerario consilio, nec segni prouidentiâ vsi, specu-
latiqúe opportunitatem, ferro sibi ad suos perperêre reditum. Ex quo appâret, Varum, sa-
nè grauem, & bonæ voluntatis virum, magis imperatoris defectum consilio, quàm vir-
tute destitutum militum, se, magnificentissimumqúe perdidisse exercitum. Cùm in
Caldi Cælij virtus. captiuos sæuiretur à Germanis, præclari facinoris auctor fuit [223] Caldus Cœlius, ve- B
tustate familiæ suæ dignissimus; qui complexus catenarum, quibus vinctus erat, se-
riem, ita illas illisit capiti suo, vt protinus pariter sanguinis cerebriqúe profluuio exspi-
raret. Eadem & virtus & fortuna, subsequenti tempore, ingressa animam Imperatoris
Tiberij fuit, quæ initio fuerat; qui, concussis hostium viribus, classicis peditumqúe ex-
Gallia composita. peditionibus, cùm res Galliarum maximæ molis, accensasqúe plebis Viennensium dis-
sensiones, coërcitione magis, quàm pœnâ, mollisset; & senatus populusqúe Rom. po-
stulante patre eius, vt æquum ei ius in omnibus prouinciis exercitibusqúe esset, quàm
erat ipsi, decreto complexus esset: (etenim absurdum erat, non esse sub illo, quæ ab il-
lo vindicabantur; &, qui ad opem ferendam primus erat, ad vindicandum honorem
non iudicari parem:) in Vrbem reuersus, iampridem debitum, sed continuatione bel-
lorum dilatum, ex Pannoniis Delmatisqúe egit triumphum. cuius magnificentiam
Tiberius triumphat. quis miretur in Cæsare? fortunæ verò quis non miretur indulgentiam? quippe om-
nes eminentissimos hostium duces occisos fama narrauit, sed vinctos triumphus os- C
tendit. quem mihi fratriqúe meo, inter præcipuos, præcipuisqúe donis adornatos vi-
Adulatoriæ laudes. ros, comitari contigit. Quis non inter reliqua, quibus singularis moderatio Tib. Cæsa-
ris elucet atque eminet, hoc quoque miretur, quòd, cùm sine vllâ dubitatione septem
triumphos meruerit, tribus contentus fuerit? Quis enim dubitare potest, quin ex Ar-
meniâ receptâ, & ex rege ei præposito, cuius capiti insigne regium suâ manu impose-
rat, ordinatisqúe rebus Orientis, ouans triumphare debuerit? &, VindelicorumRæto-
rumqúe victor, curru Vrbem ingredi? fractis deinde post adoptionem, continuâ trien-
nij militiâ, Germaniæ viribus, idem illi honor & deferendus & recipiendus fuerit? &,
post cladem sub Varo acceptam, ociùs prosperrimo rerum euentu, eadem excisa Ger-
mania, triumphum summi ducis adornare debuerit? Sed in hoc viro, nescias, vtrum
magis mireris, quòd laborum periculorumqúe semper excessit modum, an quòd hono-
Augusti morbus. rum temperauit. Venitur ad tempus, in quo fuit plurimum metus. quippe Cæsar Au- D
gustus, cùm Germanicum, nepotem suum, reliqua belli patraturum, misisset in Ger-
maniam, Tiberium autem filium missurus esset in Illyricum, ad firmanda pace, quæ
bello subegerat, prosequens eum, simulqúe interfuturus athletarum certaminis ludi-
cro, quod eius honori sacratum à Neapolitanis est, processit in Campaniam: quam-
quam iam motus imbecillitatis, inclinatæqúe in deterius principia valetudinis senserat;
tamen obnitente vi animi, prosecutus filium, digressusque ab eo Beneuenti, ipse No-
lam petiit; &, ingrauescente in dies valetudine, cùm sciret, quis, volenti omnia post se
salua remanere, accersendus foret, festinanter reuocauit filium. ille ad patrem patriæ
exspectato

222. IN QVANTVM VOLVERIT.] *Imò,* valuerit. *id est, quantum in ipso fuit, opibus scilicet, pecuniaq, quam repperit, in se translatâ.*

223. CALDVS COELIVS, VETVSTATE FAMILIÆ SVÆ DIGNISSIMVS.] *Ex vestigiis autographi:* Caldus Cœlius, ac vetustate familiæ suæ dignissimi.

224. PRÆ-

A exſpectato reuelauit maturius. Tum, ſecurum ſe Auguſtus prædicans, circumfuſuſque amplexibus Tiberij ſui, commendans illi ſua, atque ipſius opera, nec quidquam iam de fine, ſi fata poſcerent, recuſans, ſubrefectus primo conſpectu, alloquioque cariſſimi ſibi ſpiritus, mox, cùm omnem curam fata vincerent, in ſua reſolutus initia, Pompeio Appuleioque cos. ſeptuageſimoſexto anno animam cæleſtem cælo reddidit. Quid tunc homines timuerint, quæ ſenatus trepidatio, quæ populi confuſio, quis orbis metus, in quàm arto ſalutis exitiique fuerimus confinio, neque mihi, tam feſtinanti, exprimere vacat; neque, cui vacat, poteſt. Id ſolum voce publicâ dixiſſe habeo: Cuius vrbis ruinam timueramus, eam ne commotam quidem ſenſibus. tantaque vnius viri maieſtas fuit, vt nec bonis, neque contra malos opus armis foret. Vna tamen veluti luctatio ciuitatis fuit, pugnantis cum Cæſare ſenatus populique Romani, vt ſtationi paternæ ſuccederet; illius, vt potiùs æqualem ciuem, quàm eminentem liceret agere principem. tandem magis ratione, quàm honore, victus eſt; cùm, quidquid

B tuendum non ſuſcepiſſet, perituram videret. ſolique huic contigit, pænè diutiùs recuſare principatum, quàm, vt occuparent eum, alij armis pugnauerant. Poſt redditum cælo patrem, & corpus eius humanis honoribus, nomen diuinis honoratum, primum Principalium eius operum fuit, Ordinatio comitiorum; quam, manu ſuâ ſcriptam, D. Auguſtus reliquerat. Quo tempore mihi fratrique meo, candidatis Cæſaris, proximè à nobiliſſimis ac ſacerdotibus viris, deſtinari prætoribus contigit, conſecutis, vt neque poſt nos quemquam D. Auguſtus, neque ante nos Cæſar commendaret Tiberius. Tulit protinus & voti & conſilij ſui pretium reſp. neque diu latuit, aut quid, non impetrando, paſſuri fuiſſemus; aut quid, impetrando, profeciſſemus. quippe exercitus, qui in Germaniâ militabat, præſentiſque Germanici imperio regebatur, ſimulque legiones, quæ in Illyrico erant, rabie quâdam & profundâ confundendi omnia cupiditate, nouum ducem, nouum ſtatum, nouam quærebant remp. quinetiam auſi ſunt minari, daturos ſenatui, daturos principi leges; modum ſtipendij, finem militiæ ſibi

C ipſi conſtituere conati ſunt. proceſſum etiam in arma, ferrumque ſtrictum eſt; & pænè in vltimum gladiatorum erupit impunitas. defuitque, qui contra remp. duceret, non qui ſequerentur. Sed hæc omnia veteris Imperatoris maturitas, multa inhibentis, aliqua cum grauitate pollicentis, inter ſeueram [224] præcipuè noſtrorum vltionem, mitis aliorum caſtigatio, breuî ſopiit ac ſuſtulit. Quo quidem tempore, vt pleraque ignauè Germanicus, ita Druſus, qui à patre in id ipſum, plurimo quidem igne emicans, incendium militaris tumultus miſſus erat, priſcâ antiquâque ſeueritate vſus, ancipitia ſibi tam re, quàm exemplo perniciosa, & his ipſis militum gladiis, quibus obſeſſus erat, obſidentes coërcuit, ſingulari adiutore in eo negotio vſus, Iunio Blæſo, viro neſcias vtiliore in caſtris, an meliore in togâ. qui, poſt paucos annos proconſul in Africâ, ornamenta triumphalia, cum appellatione Imperatoria meruit. ac Hiſpanias exercitumque virtutibus, celeberrimaque in Illyrico militiâ, vt prædiximus, cum imperio obtineret, in ſummâ pace, quiete continuit; cùm ei pietas rectiſſima ſentiendi, & auctoritas, quæ

D ſentiebat, obtinendi, ſupereſſet. cuius curam ac fidem, Dolabella quoque, vir ſimplicitatis generoſiſſimæ, in maximâ parte Illyrici per omnia imitatus eſt. Horum XVI. annorum opera quis, cùm incerta ſint oculis animiſque omnium, in partibus eloquatur? Sacrauit parentem ſuum Cæſar non imperio, ſed religione, non appellauit eum, ſed fecit deum. reuocata in forum fides, ſummota è foro ſeditio, ambitio campo, diſcordia curiâ; ſepultæque ac ſitu obſitæ, iuſtitia, æquitas, induſtria, ciuitati redditæ; acceſſit magiſtratibus auctoritas, ſenatui maieſtas, iudiciis grauitas; compreſſa theatralis ſeditio; rectè faciendi omnibus aut incuſſa voluntas, aut impoſita neceſſitas. honorantur recta, praua puniuntur. ſuſpicit potentem humilis, non timet. antecedit, non contemnit, humiliorem potens. quando annona moderatior? quando pax lætior? Diffuſa in Orientis Occidentiſque tractus, & quidquid meridiano aut ſeptemtrione finitur,

Tiberium ſucceſſorem deſtinat.

Moritur.

Tiberius recuſat imperium.

Auguſti conſecratio.

Comitia.

Velleius prætor.

Seditiones militum.

Iunius Blæſus.

Dolabella.

Effuſio in Tiberij laudes.

224. PRÆCIPVE NOSTRORVM VLTIONEM.] *Vellem*: præcipuè auctorum.

finitur, pax Augusta per omnes terrarum orbis angulos à latrociniorum metu seruat A
immunes. Fortuita non ciuium tantummodò, sed Vrbium damna Principis munificentia vindicat. Restitutæ vrbes Asiæ. vindicatæ ab iniuriis magistratuum prouinciæ. honor dignis paratissimus. [225] pœna in malos sera, sed aliqua. superatur æquitate gratia, ambitio virtute. nam facere rectè ciues suos, Princeps optimus faciendo docet; cumque sit Imperio maximus, exemplo maior est. Rarò eminentes viri non magnis adiutoribus ad gubernandam fortunam suam vsi sunt; vt duo Scipiones duobus Læliis, quos per omnia æquauerunt sibi; [226] vt D. Augustus M. Agrippâ, & maximè ab eo, Statilio Tauro. quibus nouitas familiæ haud obstitit, quo minùs ad multiplices consulatus triumphosque, & complura eniterentur sacerdotia. etenim magna negotia magnis adiutoribus egent. Neque in paruo paucitas ministerio defecit. Interestque reip. quod vsu necessarium, & dignitate eminere; vtilitatemque auctoritate muniri. Sub his exemplis Tiberius Cæsar Seianum Ælium, principe equestris ordinis patre natum, materno verò genere clarissimas, veteresque & insignes honoribus complexum familias, habentem consulares fratres, consobrinos, auunculum, ipsum verò B
laboris ac fidei capacissimum, sufficiente etiam vigori animi compage corporis, singularem Principalium onerum adiutorem in omnia habuit, atque habet: virum seueritatis lætissimæ, hilaritatis priscæ, actu otiosis simillimum, nihil sibi vindicantem, eoque assequentem omnia, semper infra aliorum æstimationes se metientem, vultu vitaque tranquillum, animo exsomnem. In huius virtutum æstimatione iampridem iudicia ciuitatis cum iudicijs principis certant. neque nouus hic mos senatus populique R. est, putandi, quod optimum sit, esse nobilissimum. nam & illi antiqui, ante primum bellum Punicum, abhinc annos CCC. T. Coruncanium, hominem nouum, cùm alijs omnibus honoribus, tum pontificatu etiam maximo, ad principale extulêre fastigium; & equestri loco natum Sp. Caruilium, & mox [227] M. Catonem, nouum etiam, Tusculo, Vrbis inquilinum, Mummiumque Achaicum, in consulatus, censuras & triumphos prouexêre. &, qui C. Marium, ignotæ originis, vsque ad sextum consulatum sine dubitatione Romani nominis habuêre principem; [228] &, qui M. Fuluio C
tantum tribuêre, vt pænè, assentatione suâ, quibus vellet, principatus conciliaret; quique nihil Asinio Pollioni negauerunt, quod nobilissimis, summo cum sudore, consequendum foret; profectò hoc senserunt, in cuiuscumque animo virtus inesset, ei plurimum esse tribuendum. Hæc naturalis exempli imitatio ad experiendum Seianum, Cæsarem; ad iuuanda verò onera principis, Seianum protulit; senatumque & pop. Rom. eò perduxit, vt, quod vsu optimum intelligit, id in tutelam securitatis suæ libenter aduocet. Sed, propositâ quasi vniuersâ Principatus Ti. Cæsaris formâ, singula recenseamus. Quâ ille prudentiâ Rhascupolim, interemptorem fratris sui filij Cotys, [229] consortisque eiusdem Imperij, euocauit? singulari in eo negotio vsus operâ Flacci

Breuiarium actorum Tiberij.

Pom- D

225. POENA IN MALOS SERA, SED ALIQVA.] *Fortasse:* sed æqua.

226. VT D. AVGVSTVS M. AGRIPPA, ET MAXIME AB EO, STATILIO TAVRO.] *Ferri intellegique potest: ego tamen*

Μαντεύσομαι, ὡς ἐνὶ θυμῷ.
Ἀθάνατοι βάλλωσι.

Et puto fuisse: M. Agrippâ, & Maximo Fabio *Notus vel è* * *Tacito est Fabius Maximus, qui inter fidos Augusti amicos, & conscios arcanorum. At enim, inquiet aliquis, ille nobilis: hîc de nouis hominibus sermo. Ouidius quidem, fateor, nobilem eum fecit, sed nescio an historicâ fide: nec putem fuisse è priscis illis Fabiis.*

* Vide nostrũ Comm. lib. 1. Ann.

227. M. CATONEM, NOVVM ETIAM, TVSCVLO, VRBIS INQVILINVM.] *Scribe:* Nouum & à Tusculo.

* Orat pro Sullâ.

228. ET QVI M. FVLVIO TANTVM TRIBVERE, &c.] *Quis verò iste* M. Fuluius? *Primùm, nec gens Fuluia inter nouas est, vetus, & multâ copiâ honorum: nec in eâ quisquam, in quem tam inuidiosæ potentiæ elogium conueniat. Verè & auidè corrigo:* M. Tullio. *Omnino. nostra illa Romana Suada est, in quam hæc omnia cadunt. Ille nouus, quod ipse alÿq; testantur: ille potens, & cælesti suâ linguâ Senatus populiq; rector.* Assensione suâ *(ita verius, quàm* assentatione: *nisi præfers,* assertione) *prouincias, exercitus, & tantum non regna dedit: Cæsar ipse & Pompeius testes. quorum illi Gallias prorogauit, hunc ad Piraticum bellum misit. Denique iam palàm* Regnare in iudiciis, in concionibus *dicebatur: atque adeò inimici obÿciebant,* * Tertium peregrinum Romæ esse regem. *In M. Antonium etiam quæ fecerit, dixerit, & quomodo habenas reip. tenuerit, scimus.*

229. CONSORTISQVE EIVSDEM IMPERII, EVOCA-

A Pomponij, conſularis viri, nati ad omnia, quæ rectè facienda ſunt, ſimpliciſque virtute merentis ſemper, quàm captantis gloriam. Cum quantâ grauitate, vt ſenator & iudex, non vt princeps, [230] & cauſſas preſſiùs audit? quàm celeriter Libonem ingratum, & noua molientem, oppreſſit? Quibus præceptis inſtructum Germanicum ſuum, imbutumque rudimentis militiæ ſecum actæ, domitorem recepit Germaniæ? Quibus iuuentam eius exaggerauit honoribus, reſpondente cultu triumphi rerum, quas geſſerat, magnitudini? Quoties populum congiariis honorauit, ſenatorumque cenſum cùm id ſenatu auctore facere potuit, quàm libenter expleuit, vt neque luxuriam inuitaret, neque honeſtam paupertatem pateretur dignitate deſtitui? Quanto cum honore Germanicum ſuum in tranſmarinas miſit prouincias? Quâ vi, conſiliorum ſuorum miniſtro & adiutore vſus Druſo, filio ſuo, Maroboduum, inhærentem occupati Regni finibus, pace maieſtatis eius dixerim, velut ſerpentem, abſtruſam terræ, ſalubribus conſiliorum ſuorum medicamentis coëgit egredi? quàm illum & honoratè,
B nec ſecurè continet? Quantæ molis Bellum, principe Galliarum ciente Sacrouiro, Floroque Iulio, mira celeritate ac virtute compreſſit? vt antè populus Rom. viciſſe ſe, quàm bellare, cognoſceret; nunciosque periculi, victoriæ præcederet nuncius. Magni etiam terroris Bellum Africum, & quotidiano auctu maius, auſpiciis conſilijſque eius breuî ſepultum eſt. Quanta, ſuo ſuorumque nomine, exſtruxit opera! Quàm piâ munificentiâ ſuperque humanam euectâ fidem, Templum patri molitur! Quàm magnifico animi temperamento Cn. quoque Pompeij munera abſumpta igni reſtituit! qui, quidquid vmquam claritudine eminuit, id veluti cognatum cenſet tuendum. Quâ liberalitate, cùm aliàs, tum proximè, incenſo monte Cœlio, omnis ordinis hominum iacturæ, patrimonio ſuccurrit ſuo? Quantâ cum quiete hominum, rem perpetui præcipuique timoris, ſupplementum, ſine trepidatione delectus, prouidet? Si aut natura patitur, aut mediocritas recipit hominum, [231] apud aures deorum de his queri; quid hic meruit? primùm, vt ſcelerata Druſus Libo iniret conſilia? dein- *Aduerſa Tiberij.*
C de, vt Silius & Piſo; quorum alterius dignitatem conſtituit, auxit alterius? Vt ad maiora tranſſcendam, quamquam & hæc ille duxit maxima; quid, vt iuuenes amitteret filios? quid, vt nepotem ex Druſo ſuo? Dolenda adhuc retulimus; veniendum ad erubeſcenda eſt. Quantis hoc triennium, M. Vicini, doloribus lacerauit animum eius? quamdiu abſtruſo, quod miſerrimum eſt, pectus eius flagrauit incendio? quòd ex nuru, quòd ex nepote, dolere, indignari coactus eſt. Cuius temporis ægritudinem auxit amiſſa mater eminentiſſima, & per omnia deis, quàm hominibus, ſimilior femina; cuius potentiam nemo ſenſit, niſi aut leuatione periculi, aut acceſſione dignitatis. Voto finiendum volumen ſit. IVPPITER Capitoline, & [232] auctor ac ſtator Romani nominis, Gra- *Vota pro Principe.*
diue Mars, perpetuorumque cuſtos Veſta ignium, & quidquid numinum hanc Romani Imperij molem in ampliſſimum terrarum orbis faſtigium extulit, vos publicâ voce obteſtor atque precor, cuſtodite, ſeruate, [233] protegite hunc ſtatum, hanc pacem; eique, functo longiſſimâ ſtatione mortali, deſtinate ſucceſſores quàm ſeriſſimos, ſed
D eos, quorum ceruices tam fortiter ſuſtinendo terrarum orbis Imperio ſufficiant, quàm huius ſuffeciſſe ſenſimus; conſiliaque omnium ciuium aut pia, * * *

EVOCAVIT.] *Edit.vet.vox inſeritur:* imperij formâ euocauit. *Facio ex eâ,* Romam. *Atque ita res eſt.*

230. ET CAVSSAS PRESSIVS AVDIT?] *Haueo ſcribere:* etiam cauſſas præſens audit? *Nam ita fecit. Suetonius de eo:* Magiſtratibus pro Tribunali cognoſcentibus plerumque offerebat ſe conſiliarium, aſſidebatque miſtim, vel ex aduerſo in parte primori.

231. APVD AVRES DEORVM DE HIS QVERI.] *Acutius*, de diis queri. *Si fas eſt, inquit, hominem apud deos, deos accuſare. Et ita ſanè facit, queriturq; quòd dij à calamitatibus immunem eximiúmque non habuerint Tiberium, ipſum quoque ſcilicet futurum diuum.*

232. AVCTOR AC STATOR ROMANI NOMINIS, GRADIVE MARS.] *Magis probem,* ſator Romani nominis. *Genitor enim & pater Romanorum Mars, quia Romulum ſeuiſſe dictus.*

233. PROTEGITE HVNC STATVM, HANC PACEM; EIQVE FVNCTO.] *Vox deeſt, quam fidenter repono:* Hanc pacem, hunc Principem; eique functo. *Ad principem enim certè pertinent, quæ adtexit. Tu vere, tu magne, tu vne Deus, Europæ aliquando ſalutarem pacem, & eius amantes Principes dato.*

VARIANTES LECTIONES IN VELLEIO.

TYPOGRAPHVS LECTORI S.

EN tibi, beniuole Lector, Notas aliquot in C. Velleium, partim ab Aldo & Scegkio annotatas; partim ex docentis LIPSII ore exceptas: quas ille aut ab alijs animaduersas, aut rei leuioris, in Animaduersionibus suis non ponendas duxit. Eas mihi adiungere hoc tempore visum fuit, tum quia Textum Aldi expressimus parum vbique correctum, tum vt quisque iudicio suo vti possit in eligendo. Tuum est interim nostram vtilitati vestræ studendi voluntatem benè interpretari.

VARIANTES LECTIONES AD LIBRVM PRIMVM.

PAGINA 9. Cum sociâ consiliorum omnium sorore Electrâ.] *Vocula* cum *abest à Lib. vet. Legendum igitur censebat Lipsius*, conscia.

Pactæ eius.] *Non vt Aldus*, pactæ ei. Pacta *enim* eius, *eo modo hîc dicitur, quo* sponsa eius. *Nonium vide.*

PAG. 10. Penthelus & Tisamenus.] *Scrib. cum Græcis*, Penthilus.

PAG. 11. Quod cùm alij faciant, Tragici frequentissimè faciunt.] *Delendum illud alterum* faciunt, *tamquam additicium.*

Paullo antè Haletes.] *Adrianus Iunius Animaduersorum lib. 6. cap. 25.* Aletes *sine aspiratione scribendum docet.*

Orti, vt prædiximus, Atticis.] *Ante lineas aliquot dixit. Itaque vix dubium quin hîc glossema sit illud*, vt prædiximus. *Quæ voces sæpissimè toto hoc opere reperiuntur, & ob id meritissimò Lipsio sunt suspectæ.*

PAG. 12. Magna vis Græcæ iuuentutis.] *Rhenan.* Græciæ iuuentutis. *quod probat Scegkius.*

Pharum.] *Lipsius*, Parum.

PAG. 13. Quod sæpè illud vsurpat..... hoc enim.] *Lacunam hanc suppleuit Fuluius Vrsinus hemistichio illo, quod ter in Iliade vsurpat Homerus:* Οἷσινῦν βεβροί εἰσι.

Mollitiis florentem.] *Editio Rhenani* fluentem *eleganter.*

Pharnaces Medus.] *Emendandum ex Strabone, Athenæo & Orosio*, Aruaces, *censet Lipsius.* Arbaces *Iustino nominatur. quo modo hîc legendum opinantur Fabricius & Bongarsius.*

Ante annos v. & LX.] *Dissentit à Liuio, Virgilio & alijs, qui Carthaginem ante Æneæ aduentum in Italiam conditam tradiderunt: idq;, vt Aldus opinatur, verius.*

PAG. 14. Caranus.] *Rhenanus* Toranus: *contra historiæ fidem. Scegkius.*

Æmilius Sura.] *Petrus Delbenius existimat hæc annotata esse è diligenti lectore, & hinc in textum irrepsisse, ad hæc verba*, Inter hoc. *Lipsius addit amplius, attextum esse vsque ad verba*, Huius temporis. *Quia non faciunt ad contextum aut seriem Velleianam.*

PAG. 15. Ad exercitandam corporis animique virtutem.] *Vetus editio:* Ad excitandam.

PAG. 16. Anni sunt DCCLXXXII.] *Rhenani editio*, DCCCCLXXXI. *Corruptè.*

ANNIS CDXXXVII.] *Scegkius malit* CDXXXII.

Quamquam, iam Asylo facto.] *Planiùs commodiusq; Aldus*, quàm, iam Asylo facto.

In societatem suam perduceret.] *Lipsius scrib. censet*, perduxerit.

In eâ mortem obierat.] *Albertus Burrerius notat in ms. esse:* in eâ morte obierat. *Hinc Scegkius:* In eo marte obierat.

PAG. 17. Ærario contulerit.] *Lipsius malit*, intulerit.

Olympicum inchoauit.] *Melior lectio* Olympicum. *Quam probat Frid. Sylburgius. Vel vt alij*, Olympium.

Tum

Tum regem Syriæ.] *Leg.* Rex. *ex Iustin. libro* 34. *& Liuio lib.* 45. *Quod & Aldus vidit, & Scegkius edidit.*

Alterum ex iis quos in familiâ retinuerat.] *Aldus legi vult* ex duobus: *quasi ex* II. *factum sit*, iis. *Quod & Sylburgio placet.*

PAG. 18. Cùm pars magna.] *Ald.* cuius pars magna.

Tracta erat.] *Idem* fracta.

Ita eodem tempore P. Scipio.] *Duæ hæ voces* eodem tempore, *à glossemate sunt; itaque delendæ.*

Aut dixit, ac sensit.] *Aldus legit*, aut sensit.

PAG. 19. ANNIS DCLXVII.] *Abit à se Velleius, si scriptura sincera. suprà enim monuit Carthaginem* LXV. *annis ante Vrbem, conditam. Igitur exactiùs constaret cum Eutropio, qui* DCLXX. *annos exprimit. Scegkius.*

M. Manlio Cos.] *Car. Sigonius & Aldus* MI.

Nam militarium & causſæ & auctores.] *Vet. lib.* causſa.

PAG. 20. Sutrium deducta colonia est.] *Car. Sigonius dubitat an è Liuio scrib. hîc* Satricum.

Et post annum Setina.] *Melius* Setia, *cum Aldo.*

Tarracinam deducta colonia.] *Scrib. cum Lipsio* Tarracina.

At quinctùm Fabio, Q. Decio Mure quartùm Cos.] *Lipſ.* at Q. Fabio v. *id est* quintùm. *&* Decio Mure, *non* Q. Decio M. *quoniam prænomen ei* Pub. *fuit. Rhenan. edidit:* Ad quinctum Fabioque Decio Mure. *Vnde conijcit Burrerius:* At quinctum Fabio, Q. Decio Mure. *Quem benè reprehendit Scegkius*

Ante annos fermè CCCXX.] *Verior supputatio* CCCXIIX. *& paullò pòst pro* Cossam *malim* Cosam.

Abhinc annos fermè CCC.] *Iure hic illud* fermè *repetit, cùm desint tres anni ad iustum numerum* CCC. *supplendum.*

Postque XXII. annos.] *Aldùs secutus Sigonium legit* XVII.

Fregellæque.] *Car. Sigonius* Fregenæque.

Qui Sallues apud Aquas.] *Gryphij lib.* Sallyes. *Aldus Manutius* Salyes *legit.*

Fermè CLVII.] *Emenda cum Lipsio,* CLII.

Vt prædiximus.] *Nec dixit, nec opportunitatem dicendi vllam suprà habuit.*

PAG. 21. Annos circiter CLIII.] *Lipſ. credit leg.* CXLVI.

Post tres & viginti annos.] *Intersunt anni tantùm* octodecim. *Itaque legit Manutius.*

In Vagiennis.] *Vet. ed. Rhenani habet* Bacienis. *Burrer. & Sigonius* Baciennis.

In eam formam.] *Benè Rhenanus* eandem. *Nec malè* vnam *Lipſ.*

Artati temporis.] *Alij* Artata.

Nihilominùs separati alienis.] *Vir doctus apud Scegkium,* separata ab aliis. *Nisi fortè* alienis *pro alienigenis positum sit.*

Illustrauit tragœdias.] *Aut potiùs, vt Lipsius,* Tragœdiam.

At nouam comicam.] *Benè Aldus* at nouam. Comicam *enim manifestum glossema. Lipsius.*

Neque imitanda relinquere.] *Leg. cum Lipsio* imitandam.

Videri nequiuerint.] *Aldus* nequiuerit. *Vulgatam tamen non damnat Sylburgius.*

In Attio circaque eum Romana tragœdia.] *Lib. vet.* Circaque eorum.

Vt quisque temporum institerit notis.] *Lib. vet.* quis. *leg.* quisquis. *Rhenan. & alij.*

Eminentia cuiusque operis] *Lib. vet.* & eminentiâ, *additâ copulâ rectissimè. Vt & Aldus emendauit.*

Temporum clausſtris circumdata.] *Item vet.* circumdatam.

PAG. 22. Incitationem accendit.] *Leg.* imitationem; *cum Rhenano, & aliis.*

Naturaque.] *Lipſ.* Matureque.

VARIANTES LECTIONES AD LIBRVM SECVNDVM.

PAG. 24. P. Africani patruus.] *Aldus ingeniosè* patrui. *Nam vulgata lectio planè falsa.*

Cùm esset cõsobrinus Tib.] *Reuera* sobrinus *fuit. Sed historici sæpè confundunt. quod tum Lipsius, tum Scegkius notârunt.*

Ob eas virtutes, &c. factus est.] *Includenda hæc parentheſi, auctore Lipsio. Aldus legit,* ob quas virtutes. *Et paullò pòst, pro* cum datâ læuo brachio togæ laciniâ, *ex Valerio Max. lib. 3. cap. 2. emendat* circumdatâ.

Sed MI Aquillio] *Inserendam voculam, & legendum* sed à MI *monet Manutius.*

Cùm omnis concio acclamasſet.] *Alij cum Lipsio malunt* occlamasſet.

Abhinc annos CL.] *Aldus legit* CLVIII.

PAG. 25. A. Bruti.] *Scribe cum Aldo* D. *id est* Decimi.

Ingenti vi hominum vrbiumque potitus numero.] *Illud* numero *Lipsio suspectum est tamquam glossema: nisi aduerbialiter* numerò, *sit pro citò, celeriter.*

Contrebiam.] *Alij* Trebiam *nominant.*

At Fabius Æmilianus, Paulli exemplo, disciplinæ in Hispaniâ fuit clariſſ.] *Lipsius hæc ita legit ac distinguit*: at Fabius Æmilianus Paulli (*scilicet* filius) exemplo disciplinæ in Hisp.

Frumentum plebi dare instituerat.] *Vet. editio,* dari instit.

Armatos ad pugnam ciens.] *Eadem vet. edit.* armatus.

Inliso capite in pontem.] *Legendum ex Aldo* postem.

Rutilium.] *Scribe* Rupilium, *eodem auctore.*

PAG. 26. Opimiani vini.] *Ita repositum & editum ab eodem Aldo; cùm anteà esset* vici.

Anni CLI.] *Idem* CL. *mauult.*

Quippe C.Cato Consularis.] *Fuit C. Cato Consul* A. V. DCXXXIX. *cum M. Acilio Balbo. Gryphij liber* M.Cato cons. C.Cato cons.

M. Metelli fratres.] *Pro* M. *censet reponendum* II. *id est*, duo fratres, *ex Eutropio lib.* 4. *Manutius. Verùm Scegkius edidit*, Circa eadem tempora Metelli fr. *reiectâ* M.

In Acidiani Manlij.] *Aldus* Acidini.

Quod solis contigerat Scipionibus.] *Refellit eos Aldus qui* Cæpionibus *substituunt.*

Sed opus belli ciuilis Sullani.] *Vetus edit. benè habet*, Sullanique, *id est*, *belli quod cum Mithradate gesit Sulla.*

Et nouitate inuenti.] *Lipsius putat leg.* sed nouitate inu.

Persequamur notam seueritatem censorum, Cassij Longini Cæpionisque,qui abhinc.] *Lipsius*, Prosequamur. *Alij libri habent*, Persequamur notam simultatem Cassij Longini Cæsarisque, quæ abhinc.

Annos CLVII. Lepidum Ælium.] *Benè, iudicio Lipsij*, *Aldus*, CLV. Lepidum Æmilium. *vt etiam edidit Scegkius. In gente enim Æliâ cognomen Lepidi non reperitur.*

At nunc, si quis tanti habitet, vix,&c.] *Vulgati libri*, si quis tanti habeat.

Vix vt senator agnoscitur.] *Lipsius malit* agnoscatur.

PAG. 27. Morandique in imperiis cupiditatem.] *Quidam lib.* immorandique imperiis cupiditatem.

Annos fermè CXXXIIX.] *Aldus leg. putat.* CXXXIV.

Manliumque cons.] *Alij habent* Maniliumque; *idq; placet Manutio.*

Aurelium Cos.] *Aldus legit* consularem. *quia Orosius cecidisse eum dicit, cùm legatus esset, vnà cum Cæpione.*

PAG. 28. Nomen erat Raudis.] Caudiis *leg. hîc, erroremq; ex eo quòd anteà* Kaudiis *scriptum fuerit, natum existimat Lipsius. Veteres libri Vineti,* Raudium. *Florus* Claudium *appellat.*

Minoribus perceptis.] *Fortasse* præreptis. *Lipsius.*

Malè cedebant.] *Idem malit* cadebant.

PAG. 29. Abhinc annos CXX. cùm id malum in vniuersâ Italiâ ab Asculanis esset.] *Manutius legit* CXIX. Vniuersa Italia,cùm id malum ab Asculanis ortum esset.

Seruium prætorem.] Seruilium *mauult Aldus. Vt & Scegkius edidit.*

Expulsum ciuitate L. Saturnino.] *Scegkius Aldum secutus, edidit* à L. Saturnino.

Consensu Reip.] *Iidem* consensu P. Rom. *corrigunt & edunt.*

Insteius Cato.] *Manutio leg. videtur, ex Cicerone, Eutropio & Appiano*, Vettius.

Papius Mutilius.] *Legendum* Mutilus. *quo modo Orosio appellatur. Diodoro* Aponius Motylus.

Campanorum principis celeberrimi, & fidelissimi viri.] *Distingue, cum Lipsio*: Campanorum principis, celeberrimi & fideliss.

Tum maximè dilucideq. Q. Hortensius.] *Lipsius legit*, tum maximè dilucide Q.Hortens.

Cuius pietati.] *Editio vetus interserit vocem* ille. *ex quo Lipsius legendum conjecit*, cuius scilicet pietati.

Quod appellaret Italicum.] *Melius videtur Lipsio, quod in vetere editione est*, appellarant.

Nisi quæ Nolani belli.] *Lipsius*, nisi quòd Nolani bel.

PAG. 30. Magno eiulatu expromenti indignationem casus tanti viri.] *Scegkius legit* expromens. *Gryph. & Steph.* Magno cum eiulatu se prodentem,indignatione c. t. v.

Sanguine consulis Romani,militis imbutæ manus.] *Distinguenda hæc*,sanguine consulis,Romani militis imb.m.

PAG.31. Ab exercitu Cn. Pompeij.] *Rhenanus* ad exercitum.

Quam dux creauerat.] *Quidam* τὸ creauerat, *coniecturâ Burrerij licenter in* excitauerat *mutarunt. Scegkius.*

Spes maior affuisset potentiæ.] *Aldus benè* affulsisset.

Ante annos fermè CLXVIII. Q. Pompeius.] *Turpiter errauit Marlianus, dum legit* LXVIII. *& pro* Q.quàm, *vt habet Rhenanus, reponit. Sed legendum* CLXIX. *Leopardum vide lib.* 8. *Miscellan. cap.* 8.

Neque licentiâ immediocri sæuitum.] *Legendum putat Lipsius*:licentiâ gladiorum in mediocres sæuitum.

Excelsissimi quique eminentissimæ ciuitatis viri.] *Lib.vet.* excelsissimi quoque atque eminentissimæ, *additâ copulâ. Ex quo Aldus*, Excelsissimi quique atque eminentissimi ciuit.

Qui se sub aduentum Cinnæ consulis abdicauerat.] Consulatu abdic. *legit Scegkius; itaque edidit.*

PAG.32. Merces foret.] *Vocula illa* foret *auctore Lipsio deletor tamquam glossema.*

Nimirum veri vetustatisque ignarus est.] *Alij* nimium veri.

Fortè Mithradatem pepulerat prælio.] *Illud* fortè *suspectum est Lipsio. Lib.vet.* ponte.

P.Lænas trib.pl.] *Aldus* Popillius *mauult.*

PAG.33. Optimo quôque & sanissimo.] *Alij* sanctissimo.

Scipionem Norbanumque.] *Manutius* Cæpionem Norb. *abnuente & repugnante Scegkio.*

Dum vincit iustissimo lenior.] *Sylburgius putat hîc substituendum* debito, *vel* austerissimo. *Lib. vet.* ac istissimo. *Lipsius olim faciebat* mitissimo lenior.

Propinquanti mox bello facem.] *Basil. editio*, prô quanti mox belli facem. *quod sequitur Scegkius.*

Animi magis quàm æui paterni,multa fortiterque.] *Quidam libri interserunt vocem*, qui multa fort. *quam tamen vet.edit. non habet.*

Damasippus prætor Domitium Scæuolam etiam pontificem.] *Lipsius* Domitium,Scæuolam,& pontif. *Aldus Manutius*, Dam. pr. Domitium, Scæuolam etiam. *Vel:* D. pr.Q. Mucium Scæuolam & pontif.

PAG.34. Non obscuratur eius memoria.] *Burrer.* ciuis mem.

Ofella Lucretius.] *Alij libri malè habent* Aſella.

Magnificis præliis.] *Aldus legit* magnis. *Nihil mutandum cenſet Lipſius. nam & alibi ſic loquitur.*

Per annos cxx. intermiſſa. nam proximus poſt annum quàm Hannibal.] *Vir iuris & antiquitatis conſultus apud Scegkium leg. arbitratur:* Per annos cxx. intermiſſa, à proximo pòſt anno, quàm Hannibal.

Vt appareat pop Rom. vſum dictatoris non tam deſideraſſe, quàm timuiſſe poteſtatem imperij.] *Rhenanus diuinat*: Haud deſide metu à Ser. Tullio continuiſſe, poteſtatem imperio (prô res ad vindicandum maximi periculi!) ſpoliantem.

In eâ iugulati ciuis reip. conſtitueretur auctoramentum.] *De hoc loco vide Lipſium Elect. lib. 3. cap. 8. Cl. Puteanus*: In eâ iugulati ciuis R. (*id eſt* Romani) publicè conſtitueretur auct.

Nec tamen in eos.] *Lipſius* tantùm.

Pag. 35. Dignitate conſtantiaque in illam conuenit.] *Aldus*, dignitate conſtantiaque quæ in illam.

Dux bello peritiſſ.] *Lipſ.* belli.

Pænè omnium votorum expers.] *Locum hunc alij aliter emendant: Scegkius tolerat vulgatam.*

Etoſcæ interem.] *Aldus*, Et eſcas, *aut potiùs* Oſcæ. *cui adſentitur Scegkius. Videtur hîc fuiſſe* Eleoſcæ: *nam &* Ileoſca *dicta eſt Straboni.*

Ex Hiſpanis triumpharunt] Hiſpaniis *reponit Lipſ. Nam alioqui legendum eſſet* de Hiſpanis.

lxiv. fugitiui] *Non diſplicet Lipſio numerus qui in Liuij Epitomâ legitur,* lxxiv.

Et per omnia maiore vi habebatur.] *Egregiè, Lipsij iudicio, diuinârat Rhenanus*, & pænè homine maior hab. *itaq; editum nuper. Poſſet tamen legi cum Aldo*, per omnia maior euehebatur.

Orbem claſſibus, iam non furtiuis expeditionibus.] *Lipſius diſtinguit*, orbem claſſibus iam, non furt.

Quo S. C.] *Cuiacius in Obſeruationibus rectiſſimè ſcribendum putat* P.S.to. *id eſt* Plebiſſcito. *nam tribuno legem ferente populus eam ſciuerat. Scegkius tamen id improbat, & emendat*, quo ſcito. *facili & prono errore imperiti librarij* τὸ Scito *in* S.Cto *mutantis. etſi putat verius eſſe in Velleium hanc culpam, quàm in exſcriptorem conferre.*

Pag. 36. In Theatro loca reſtituit.] *Idem* conſtituit *aut* diſtribuit *legend. hîc putat. Lipſ.* inſtituit. *Scegkius probat & retinet communem ac vulgatam lectionem.*

Expellebatur cupidine.] *Lipſ.* expallebat *vel* debellabatur. *Aldus* explebatur. *quod tamen poſteà improbauit.*

Quod arguebatur.] *Rhenan.* quo arg. *Scegkius nihil mutat.*

Vt primùm ad Remp. adgreſſus eſt.] *Alij*, Vt primùm Remp. adgreſ.

Pag. 37. Conuictibuſque.] *Aldus mauult* conuiuiiſque.

Ne ab huius quidem vſurâ gloriæ.] *Ita reſtituit Aldus, cùm anteà legeretur* vſuræ gloriâ.

In altiſſimo luminauit.] *Lipſ. aſſentitur Rhenano, qui legit* Altiſſimè illuminauit.

Vt ardore oris orationem omnium.] *Edit. vet.* & ardore oris, vt orationem. *Hinc Lipſ. pro* & *legit* eo. *Et poſteà* ardore oris, vt orationem.

Ita conſulis virtutem.] *Prior editio habet* conſilij. *Ex quâ lectione Lipſ. legendum diuinabat*, ita conſilij ſui rationem.

Quos prædiximus.] *Hîc non habet locum. ergo deletor.*

Non ſegniùs nota obiit.] *Aldus*, mortem obiit, *aut* vitâ abiit. *Vir doctus*, vota obiit. *Scegkius* voto obiit *ex Salluſt.*

Annos lxxxii.] xcii. *ſubſtituendum putat Aldus.*

Pag. 38. Perfectiſſimè in formâ operis ſui.] *Lipſ.* perfectiſſimi. *itaq; edidit Scegkius. Manutius*, perfectiſſimæ metamorphoſis. *Alius*, Metamorphoſi.

Sed diſcors patris.] *Lege* patri.

Societati commiſſurus.] *Manutius* poteſtati. *Scegkij editio habet* fidei.

Notauimus faciliùs, vt quæ partibus ſimul vniuerſa conſpici, *&c.*] *Quidam legunt*, notauimus, vt quæ faciliùs, quàm partibus, ſimul vniuerſa conſpici. *Aldus*, notauimus, faciliùs vt è partibus ſimul, *&c. Scegkius*, notabimus vt faciliùs partibus (*aut* è partib.) ſimul vn. *Notatq;* notabimus *abeſſe libris vett.*

Pag. 39. Abhinc annos ccl.] *Stricta computatio* ccxliix.

Primùm Domitio Fabio nepote.] *Manutius*: à Domitio & Fabio. *In lib. vet. eſt* nepoti. *Hinc Lipſius* Domitio & Fabio nepoti.

Ab eodem facta Numidicus Ciliciam perdomuit, viſa viciſſet poſt bellum Antiochinum Vulſo Manlius Gallogræciam.] *Aldus Manutius locum hunc ita legit*: Et eodem tractu Ciliciam perdomuit Iſauricus, & poſt bellum Antiochinum Vulſo, *&c. Vel*: Et eodem tractu P. Seruilius Ciliciam perdomuit; cùm deſciuiſſet poſt bellum Antioch. *Scegkius*: Ab eodem facta Numidia. Ciliciam perdomuit Iſauricus. & poſt bellum. *Liber enim Bonhom. habebat* facta Numidici. *Ex quo Sigonium ſecutus Scegkius, fecit* facta Numidia.

Confeſſionem extorſerat, parem Illyriis.] *Scegkius edidit* extorſerat, tam parem, *&c.*

Pag. 41. Nullo modo compelli potuit.] *Hoc probat Scegkius. Quidam malunt* nullo metu compelli.

Meritò iam infeſtis ſibi.] *Alij* tam.

Pag. 42. Qui ciuem R. damnatum.] *Scegkius Aldum ſecutus edidit* indemnatum.

Verùm & cupito interitu.] *Lipſ. nos docuerat emendandum*, verùm vt cœpit interrita. *Atque ita Scegkius.*

Pag. 43. B. Clodius in ſenatu, ſub honorificentiſſimo miniſterij titulo.] *Cuiacius cenſet voces* in ſenatu *delendas, quippe repetitas è ſuperioribus lineis. Lipſ. etiam* honorificentiſſimi.

Non antè is egreſſus eſt.] *Manutius*, non antè iis egreſſus eſt.

Inuictum par conſulum.] *Bonhomæi editio* victus par.

Pag. 44. Aſſentabatur.] *Lipſ.* aſſentiebatur.

Ante biennium.] *Ex fide hiſtoriæ Lipſius mallet* annum.

Pag. 45. Tantummodò contentus.] *Hæc vſque ad verbum* decreuerat *parentheſi ſeiungenda opinatur Aldus.*

Pag. 46. Dignationi partem in die.] *Malè Robertus*

bertus Titius , dilationi. *Scegkius rectè*, dignatione partium in dies.

Effusumque alterum Rom. imperij lumen.] *Dousa* effoslumque.

Pag. 47. Adhuc vbique Iubæ nomine.] *Manut.* vigens, *vel* viuens. *Scegkius vulgatam tolerat, aut si quid mutandum sit, legendum cum Rob. Titio,* vbique ibat.

Locorumque inopiâ.] *Quid si* aquarúmque?

Pag. 48. Gloriæ eius adstruxit.] *Scribendum cum Lipsio* adstruxerit.

Cuius cùm fortunam mutare constituit.] *Aldus abundarè voculam* cùm *existimat.*

Pag. 49. Etiamsi præuentis & pauca dicenda.] *Lipsf.* at pauca. *Aldus*, tamen pauca.

Hispaniensis militiæ aslecutum.] *Lipsf. ex Sueton. Aug. cap.* 8. *legendum censet*, Hispaniensi militiâ assec.

Et pacatis bellis ciuilibus.] *Alij* paratis, *alij* peractis. *Aldus* patratis *emendat*, *sicque editum à Scegkio.*

Saluidienus.] *Ita Rhen. Gryph. & Sueton. Aug. Liuij epitom. Quod Scegkio placet, præ illo* Saluidenus, *quod est in Aldi editione.*

Omnem ordinationem.] *Alij* ordinantem. *VVecheliana editio* ordinem.

Ciuitatibusque corruptis.] *Aldus* sublatisque, corruptis.

XIX. annum ingressus.] *Alij* XIIX.

Pag. 50. Bellum cum Antonio gerere iussit. Ab eo annum agente.] *Leg. cum Lipsio,* Id ab eo.

Vicesimum.] *Scegkius rescribi malit* vndevicesimum.

Quicumque his se exercitus tradidissent.] *Leg.* hisce. *vt Aldus emendauit.*

Dum resp. constaret concordiâ] *Lipsf.* dum reip. const. concordia.

Per auersa castrorum proruto vallo.] *Aldus putat leg.* auersam cast. partem. *non rectè.*

Nomine cameli.] *Ita Rhenanus. Scegkius edidit* Capeni.

Pag. 51. Cæsarem qui illa dederat perisse.] *Idem Sceg.* perire *vulgauit.*

Trib. Canutius.] *Aldus dubitat an leg.* Tib. Canutius, *id est*, Tiberius, *quia id illi prænomen. Scegkius nihil mutat.*

Facta mentio.] *Francofurt. editio non malè* iacta.

Annis DCCIX.] *Scrib.* DCCXI. *secundùm Aldum.*

Iungentem prætoriâ.] *Lipsf.* prætoriæ.

Aut ab illo Cicero.] *Legendum* ab vllo *cum Lipsio.*

Irritando necem.] *Lipsf.* inuitando.

Vitam inferiorem te principe.] *Scegkius edidit* miseriorem. *quod & Lipsio placebat.*

Pag. 52. Cùm in modicâ quidem seruari.] *Hen. Stephani editio rectiùs*, cùm ne à diis quidem seru. *Quod Lipsio non displicet. Scegkio non item: qui edidit*, cùm ne in modicâ quidem seruari posset. *Aldus*, cùm ne in modicâ quidem re seru. poss.

Quippe peior illi res familiaris, quàm mens, erat.] *Parenthesi hæc includenda censet Lipsius.*

Imperatoribusque, præualidis.] *Quibusdam lib. adest vocula* qui. *Bonhom.* Imperatoribusque validis. *quam lectionem probat Scegkius.*

Laodicea expugnat, ita tamen vt.] Expugnârat *mauult cum Aldo Scegkius. Libri vett.* Laodicea expugnata ea vrbe fecerat ita tamen. *Ex quo Rhenan. leg. censet*, Laodicea expugnata interfecerat; ita tamen.

Ita tamen vt ad dictum serui sui Dolabella non segniter ceruicem daret.] *Si hæc itidem parenthesi includantur, haud paullum ad periodi lucem factura indicat Lipsius.*

Pag. 53. Vatinius nulli nomini non esset postf.] *Aldus Manutius putat illud* nomini *natum ex glossemate* nemini: *in quo ei assentitur Scegkius. aut potiùs leg.* homini. *Puteanus* nulli minimo.

Et lege Pediâ.] *Lipsf.* At lege.

Aquâ ignique damnatis interdictum.] *Petrus Delbenius tollit illud* damnatis.

Pag. 54. Iuliæ Augustæ pater.] Liuiæ *mauult Aldus: sed vulgatam iam olim ad Tacitum firmauit Lipsius.*

Corrupto animo eius in diem.] *Probum hoc Scegkius videtur. At Aldus emendat* vnâ die.

Occupatus nauibus, tum magno sequentium consilia sua comitatu.] *Legendum*, occupatis nauibus cum magno seq. cons. sua com.

Pag. 55. Cuius bimum hunc Tib.] *Aldus & Scegkius, assentiente Lipsio, legunt* vix bim.

Bruti ac Tironis.] *Lipsio placet.* Tib. Neronis: *quo modo Aldus emendauit.*

Comes esse non posset.] *Aldius & Scegkius legunt*, cùm comes esse n.

Præparatusq; contra eum Cæsaris.] *Ita Rhenan. & Aldi editiones. Scegkius edidit* paratusque.

Summam accepisse.] *Lipsf. malit* summa.

Pag. 56. Inutilis in alienâ victoriâ comes.] *Vetus editio*, inutilis alienæ victoriæ comes.

Pag. 57. Quam tueri non poterat dignitas.] *Aldus* intueri.

Singulari exstructum munificentiâ est.] *Haud displiceat Lipsio* magnificentiâ.

Quâ æstate Cæsar eam prosperè Lepidum in Siciliâ, benè fortuna in Cæsare & rep. militauit ad Orientẽ.] *Locus manifestè corruptus. Ant. Bonhomæi editio habet*, quâ æstate C. Cæsar tam prosperè in Lepidum. *Scegkius, si nihil desit, tentauerit*, Q. æ. C. tam prosperè in Lep. in Siciliâ, pænè fortunâ in Cæsarem & Remp. (*aut* in Cæsare & Rep. *antiquè*) militauit ad Orient. *Mutatione leui vocis* benè *in* pænè. *Nihil tamen seriò adfirmat. Sunt quibus placitum.* Quâ æst. C. tam prosperè Lepidum in Siciliâ deuicit, benè fort. *&c.*

Egressus Armeniam.] *Lipsio leg. videtur* ingressus.

Hoc M. Antonio acto, illis leg.] *Aldus*, Hoc M. Antonij octo illis leg.

Calonum seruitiique desiderata est.] *Inserendam hîc voculam* tertia *opinatur Scegkius. Quod & Lipsio antè visum.*

Pag. 58. Mox autem hunc mox auunculum Titius.] *Duæ istæ voces* mox autem *desunt veteri editioni. & Scegkius deleuit. Aldus postremum* mox *abijciendum censet. Lipsius ante illud* Titius *ponendum existimat* M. *id est*, M. Titius.

Vir prætorius.] *Burrer. habet* vir eprætorius. *Hinc Scegkius*, vir è prætoriis.

Grauissimus pater, Silij socer.] *Ita Rhenanus. Sed Scegkius fecit* grauissimus, P. Silij soc.

Multa

Multa ac nefanda.] *Alij* miranda.

Nauium hæc magnitudo, modica ne celeritate.] *Aldus*, Nau. hinc (*vel* hîc) magnitudo modica, cum celeritate. *Vt eſt in editione VVech. Alij*, Nau. hinc magnitudo modica, ſed celerior.

Aduerſa illa ſpecie terribilior.] *Lipſ. putat legi hîc etiam poſſe* terribiliora. *Scegkius edidit*, ex aduerſo illa, ſpecie terribilior. *Alij*, ex aduerſa illa ſpecie terribilior. *Burrer.* aduerſa illa ſpecies terr.

Pag. 59. Ex quo in quem ſtatum.] *Aldus Manut. legit*, ex eoque in quem.

Facturus fuerit triumphum.] *Rhenanus plura hîc deeſſe arbitratur. Edit. vet.* fuerit modum.

Pag. 60. Vt dederat Trebonius.] *Inſerendam hîc vocem* primus, *& legendum*, vt dederat primus Treb. *exiſtimat Manutius, ex loco Ciceronis in Philip. & Latini ſermonis obſeruatione.*

Equeſtris, & ſplend.] *Aldus*, equeſtri & ſplend. *Vt etiam edidit Scegkius. Vir doctus apud Scegkium* equeſtri, ſed ſpl.

Repræſentauit.] *Lipſius malit* repræſentârit.

Pag. 61. Quem vſque in tertium conſ. *&c.* euexerat.] *Hæc omnia parentheſi comprehendenda cenſet Lipſius.*

Conſenſu vniuerſi.] *Benè, Lipſij iudicio, lib. vet.* conſenſus.

Pag. 62. Agrippam ſecurè ei poſſe.] *Vet. editio.* ſecuros. *Ex quo legendum conjecit Lipſius* ſecuro.

Quo primo.] *Leg. cum Aldo*, quo bimo. *Scegkius edidit*, quo priùs nato.

Maximamque difficultatum annonæ.] *Corrige* difficultatem ann. *quo modo & Scegkius edidit.*

Pag. 64. Vigore ac lenitate mixtiſſimos.] *Placet Puteano & Scegkio*, rigore ac len.

Pag. 65. Quidquid libêret pro licito iudicans.] *Editio VVecheliana habet* vindicans.

Iulus Antonius.] *Hoc melius, quàm quod alij habent*, Iulius Ant.

Prouinciis adſidendum obitis.] *Scegkij editio*, ad ſedandum.

M. Vinicio.] *Scegkius Aldum ſecutus edidit* M. Vinici.

Omnibus ad Orientem verſus prouinciis.] *Scegkius ex vet. edit. repoſuit* viſis. *Vir doctus*, vſus prouinciis. *male, vt cenſet Scegkius.*

Cæſaris ira euulgauit.] *Vide Lipſij Epiſtol. Quæſt. lib. 3. cap. 3. Rhenan.* Cæſaris iam auulgauit.

Pag. 66. Diu reluctatus.] *Ita Burrerius: aut*, de reditu luctatus. *A Scegkio editum*: Deinde reluctatus.

Eoque vehementer.] *Sceg. vet. edit. ſecutus, fecit* atque vehem.

Ælio Cato Sentio cos.] *Leg. cum Aldo*, Sex. Ælio, C. Sentio Coſſ. *Paullus Leopard. Miſcellan. lib. 8. cap. 8.* Ælio Cato & Sentio Coss. *emendauit.*

Annis DCCLIV.] *Leg.* DCCLVI. *cenſet Aldus.*

Abhinc annis XXVII.] *Scribe cum eodem Aldo*, XXVI.

Et ab eo quibuſdam in locis geſtum.] *Lipſ.* Id ab eo.

Pag. 67. Neque verbis exprimi, & fortaſſe vix mereri fidem poteſt. Intratâ protinus Germaniâ] *Hæc ita diſtinguit & legit Lipſius*: Neq. v. ex. & form. v. m. fidem poteſt, intratâ protinus Germaniâ.

Cheruſci gentes.] *Illud* gentes *tamquam gloſſema obijciendum cenſet Lipſius.*

Multiplicem in virtutibus.] *Lib. vet. abeſt vocula* in, *& benè.*

In menſem Decembrem perducta.] *Lipſ. malit* producta.

Senonum.] *Scegkius legit* Semnonum.

Pag. 68. Corpus ſuum cuſtoditum.] *Vet. edit. habet* cuſtodia tum. *ex quo Lipſ.* cuſtodiâ tutum.

Totumque ex malè diſſimulato.] *Scribe cum Lipſio*, tutumque.

Quem LXX. millium.] *Alij* LX.

Legiones Baiohæmum.] *Scegkius malit* Boyhaimum.

Pag. 69. Cuius immenſæ multitudinis parentis acerrimis ac peritiſſimis ducibus.] *In Rhenani editione eſt:* C. imm. mult. pars acerrimis & perit.

Pars petere Italiam decreuerat.] *Eadem editio*, properare in Italiam decreu. *eamq; veram lectionem cenſet Lipſius.*

Patonibus ac Pinneti.] *Petrus Delbenius legit* Batoni: *quia infrà* Batonem & Pinnetem *nominat.*

Quia tantus etiam huius belli metus] *Lipſ.* quin tan.

Vndique omnes veterani.] *Vetus editio*, vndique & omnes, *inſertâ voculâ.*

Specioſi miniſtri locum.] *Lipſ. malit* miniſterij. *Tolerat tamen vulgatam lectionem.*

Et iam deſignatis trib. pl.] *Vir doctus apud Scegkium. leg.* etiam deſignatus tribunus militum. *Scegkius edidit*, etiam deſignatus tribunus plebis. *Vulgatam probat Lipſius.*

Pag. 70. Magnâ Thracum manu.] *Scegkius ex ſententiâ Aldi edidit* Magnam Thracum manum.

Pag. 71. Suorum quiſque metu finium.] *Duæ iſtæ voces*, quiſque *&* finium, *deſunt editioni Scegkij.*

Cuius beneficium.] *Lipſ.* cuius vſum. *Vocem enim* beneficium *Rhenanus ſubſtituit.*

Agnoſceret protinus.] *Vet. edit.* agnoſcat.

Sed inſequenti æſtate.] *Scrib. Lipſio auctore*, & inſeq.

Pag. 72. Operâ diligenti.] *Lipſ.* Diligentâque.

Virorum mentione.] Mentioni *mauult. Lipſ.*

Velut in hoc ſaltem tantummodò indulgente.] *Scegkius diuinat* ſalutem. *Niſi mauis* tantum modo.

Et cauſſa perſona moram exigit.] *Pet. Delbenius* ſed cauſſa perſonæ moram exigit.

Vt corpore & animo.] *Lipſ.* & corp. & an.

Pro tribunali ordine.] *Duas iſtas voces coniungendas exiſtimat Lipſius, vt fuerit*, protribunali ordine.

Prouocantes] *Vet. edit.* prouocare.

Alter alterum iniuriâ.] *Lipſ.* iniuriis.

Vltra barbarum promptus.] *Lipſi & propoſitâ voculâ legit* & vltra barb.

Pag. 73. Et

PAG. 73. Et iam ciuitatis.] *Scribe cum Lipſio* etiam ciu.

L. Eggius.] *Alij* Igilius, *aut* Egilius. *Vulgatam retinet Aldus.*

At Volumnius.] *Scegkius ait hoc commentum Burrerij eſſe. Sed leg. vt ipſe edidit*, Vala Numonius, *cùm & vetus editio habeat* Val. Numonius. *quo modo & Ful. Vrſinus in libro de Familiis Rom. emendauit.*

PAG. 74. Cerebriq́ue profluuio exſpiraret.] *Vetus editio* influuio. *Hinc Lipſ. legendum videtur* effluuio.

Et ſenatus populuſq́ue Rom. poſtulante patre eius, vt æquum ei ius in omnibus prouinciis exercitibuſq́; eſſet, quàm erat ipſi, decreto complexus eſſet : (etenim abſurdum erat.] *Non hæc verba*, quàm erat ipſi, *à gloſſatoris manu imperitâ (quod Aldus exiſtimauit) ſi verba*, poſtulante patre eius, *cum Beato incluſeris parentheſi, imò tum neceſſaria cenſet Scegkius. Burrerius*, Senatus pop. q. R. p. p. eius, vt æquum ei i.i. o. prouinc. eſſet, quas erat ipſe decreto complex. Eſſet etenim abſurd. *Oſcitanter ad ſuperiora, vt idem Scegkius arbitratur.*

Hoſtium duces occiſos fama narrauit.] *Lipſ. addendam hîc voculam* non, *quæ eſt in lib. vet. exiſtimat. & legendum*, non occiſos fama.

Firmanda pace.] *Alij* formanda.

PAG. 75. Cuius vrbis ruinam timueramus, eam ne commotam quidem ſenſimus.] *Vet. editio*, Cuius orbis r. timueramus, eum ne commotum quidem.

In vltimum gladiatorum.] *Leg.* gladiorum, *vt edidit Scegkius.*

Celeberrimaq́. in Illyrico militiâ, vt prædiximus, cùm imperio obtineret, in ſummâ pace, quiete continuit.] *Legenda hæc vt emendat Lipſius:* cel. q́. i. I. m. vt præd. cum imperio obtineret, in ſummâ pace, quietè continuit. *Aut vt Rhenanus*, cel. q́. in Illyrico militiâ prædítum : *ac paullò pòſt*, pace & quiete.

In maximâ parte.] *Alij* maritimâ.

Cùm incerta ſint oculis.] *Reſcribe* inſerta. *Vt Scegkius edidit.*

PAG. 76. Seruat immunes.] *Lipſ.* immune.

Neque in paruo paucitas miniſterio defecit.] *Obſcura & corrupta.*

T. Coruntanium.] *Scegkius repoſuit* Ti. Coruncanium.

PAG. 77. Et cauſſas preſſiùs audit.] *Aldus particulam & abijcit.*

Dolere, indignari coactus eſt.] *Burrer. codex*, dolere, indignari, erubeſcere coactus eſt. *Anteà dixit:* Veniendum ad erubeſcenda.

Iuppiter Capitoline, & auctor ac ſtator Rom. nominis Gradiue Mars] *Puteanus legendum putat*, Iupp. Cap. & Stator ac auctor R. n. G. Mars.

INDEX

INDEX
RERVM ET VERBORVM
MEMORABILIVM.

A.

ACERRANIS data est ciuitas 20. a
Achæi ex Laconicâ pulsi 11. a
Achæi quas sedes occupauerint ibid.
Achæi à Q. Metello Macedonico fusi 17. c
Achaia in bellum instincta 18. b
Achaiam Mummius in prouinciam redegit 39. a
Actia victoria 58. a
Adulatio magnæ fortunæ comes 66. a
Ægisthus per annos VII. regni potitur 9. b
Ægisthum Orestes cum Electrâ sorore obtruncat. ibidem.
Ægyptus à D. Augusto facta stipendiaria 39. b
L. Æmilij Paulli laudes 16 b
Æmilius Sura de annis P. R. 14. a
Æmulatio alit ingenia 22. a
Æolij multos locos obtinent 12. a
Æschylus tragicus 21. b
Æsulum deducta colonia 20. b
Ætoliam Fuluius Nobilior stipendiariam fecit 39. a
Affinitas inter Cæsarem Pompeiumque contracta nuptijs 42. b
Affinitas inter Antonium & Cæsarem 51. a
Afranius 21. b. 44. b in Togatis clarus 26. b
Agamemnon, rex regum, ab Ægistho occiditur 9. b
Agrippa 49. b
M. Agrippæ virtus 56. b
M. Agrippa classem exornat ibid.
M. Agrippa insigni coronæ classicæ donatur 57. b
M. Agrippa Leucadem expugnat, Patras capit, Corinthum occupat 58. b
M. Agrippa Iuliam vxorem ducit 62. c
M. Agrippæ mors 63. a
M. Agrippa, Agrippæ filius, ab Augusto adoptatus 66. b
M. Agrippæ filij mira prauitas 70. a
Alba deducta colonia 20. a
Albis fl. Senonum Hermundorumque fines præterfluit 67. c
Alcmæon vltimus Archontum Athenienſium 15. a
Alcmana Lacones falsò sibi vindicant 22. b
Alexander Magnus à Carano septimus decimus 14. a
Alexander Hercule paterni generis auctore gloriabatur ibid.
Alexander Achille generis matetni auctore iure gloriatus est ibid.
Alexander Magnus à Lysippo impetrauit, vt eorum equitum, qui ex ipsius turmâ apud Granicum flumen ceciderant, expressâ similitudine figurarum, faceret statuas, & ipsius quoque ijs interponeret 18. a
Alexandria condita 20. a
Alexia 44. a
Alsium coloni deducti 20. b
Altinum 55. c
Amnestia decreta 49. a
T. Ampij & T. Labieni trib. pl. lex pro Pompeio 40. b
Amyntas rex 59. a
Andrum insulam Iones occupant 12. a
Anicius 17. a
Antiochus deuictus 14. a
Antiochus Epiphanes Athenis Olympicum inchoauit 17. a
Antisthius ædilitius occiditur 33. b
L. Antonius M. Antonij frater 54. c & seq.
L. Antonius consul Italiam tumultibus implet ibid.
Perusiam petit 53. a
M. Antonius orator 26. b
Marij Cinnæque iussu confossus 31. c
M. Antonius C. Cæsaris in consulatu collega 48. b
M. Antonij & Dolabellæ consulum furor 49. c
M. Antonius occupat H-S. septies millies ibid.
M. Antonius à M. Lepido per colloquia repulsus 50. c
M. Antonij priuigna desponsa Octauio 58. b
M. Antonius L. Cæsarem auunculum proscribit 52. a
M. Antonius in Italiam venit 55. c
M. Antonius Octauiam, sororem Cæsaris, ducit vxorem 56. a
M. Antonius exsecratione populi, spectaculo pellitur 56. c
M. Antonij apud Parthos gesta 57. b
M. Antonius Artauasden, Armeniæ regem, catenis aureis vincit 57. c
M. Antonij in Cleopatram amor ibid.
M. Antonius bellum patriæ inferre constituit ibid.
Liberum patrem se appellari iubet ibid.
M. Antonius militiæ classisque desertor 59. a
M. Antonius se ipse interimit 60. a
Antonianorum militum in pugnando constantia ibid. b
Apollinis Pythij oraculum 10. a
Apuleius Saturninus à Mario morte multatus 21. a
L. Apronij virtus 72. a
Aquileia colonia deducitur 20 b
Archilochus & Homerus soli perfectissimi in ijs operibus, quorum primi auctores fuerunt 13 a
Archontes eum honorem vsque ad Charopem vsurparunt 11. a
Archontes perpetui Athenis esse desierunt 15. a
Archontes in x. annos Athenis creari cœpti ibid. a
Argiuus nullus orator 22. a. b
Ancini in ciuitatem recepti 20. a
Atiminum deducuntur coloni ibid. b
Aristoteles 21. b
Aristodemus, vnus ex Heraclidis 10 a
Aristonicus Asiam occupat 24. b
Aristonicus Crassum Mucianum occidit ibid. b
Aristonicus à M. Perpernâ victus, ductusque in triumpho ibid. b
Aristonicus pœnas M/. Aquilio capite dat ibid. b

Aristonicus captus 39. a
Aristophanes comicus 21. b
Arminius 72. d
Arminius, Sigemeri filius, in Varum coniurat 73. a
Aruntius Actius reip. restituitur 56. a
Artauasdes, Armeniæ rex, catenis aureis ab Antonio vinctus 57. c
Artauasdi regnum restituitur 62. d
Artorius C. Octauij medicus 46. b
Asculani Seruium prætorem Fonteiumque legatum occiderunt 29. a
Asiaticum imperium ab Assyrijs ad Medos translatum 13. a
Asiam L. Scipio eripuit Antiocho 39. a
Asia ab Attalis possessa regibus ibid.
Asiam M. Perperna tributariam fecit ibid.
L. Asprenatis virtus 74. a
Assyrij, principes omnium gentium 14. a
Annius Pollio 38. a
Asinius Pollio Iulianis partibus fidus 50. d
Asinius Pollio speciosas res circa Altinum, aliasque Venetiæ vrbes edidit 55. b.c
Asinius Pollio Domitium iunxit Antonio ibid. c
Asinij Pollionis factum, & dictum memorabile 60. a
Asylum 16. a
Athenæ sub regibus esse desinunt 10. a
Athenæ à Sullâ oppugnatæ 32. b
Athenienses in Eubœâ 11. a
Atheniensium ingenia 22. a
Atheniensium in Romanos fides certa 32. b
Atheniensium decretum celeberrimum 49. a
Atia Augusti mater ibid. a. b
Atreus Olympicum sacrum quando instituerit 15. a
Attalus rex Asiam pop. Rom. hereditate reliquerat 24. b
Attica fides 32. b
Attius Tragœdus 21. b
Attius in Tragœdijs clarus 26. b
Attuari subacti 67. b
D. Augustus Cicerone consule natus 37. c
Augustus Cæsar in Campaniam Nolam petit ibid. exspirat 74. d 75. a
Aurunca deducta colonia 20. a
Auximum coloni missi ibid. c

B.

Balbi Cornelij facinora 46. b
Bathinus flumen 71. b
Batones Pannonum duces 69. a. 70. a. 71. b
Bella ciuilia finita vicesimo anno 60. c
Belli ciuilis initia 44. c
Belli ciuilis incendia 45. b
Bellorum ciuilium damna 60. c. 61. a. b
Bellum Africum 47. c. 77. b
Bellum Campanum 55. a
Bellum Delmaticum 72. b
Bellum Germanicum 66. b
Druso Claudio delegatum 63. b
Ti. Neroni 64. b
Bellum Italicum 29. a
Bellum Iugurthinum 27. a
Bellum Nolanum 30. b
Bellum Numantinum 23. b
Bellum Pannonicum per Neronem gestum 63. b
Bellum Pannonicum, maximum 69. a
Bellum seruile 35. b
Bellum Thracicum 64. a
Bellum Viriathinum 23. b
Beneuentum coloni deducti 20. b
Bibulus, collega Cæsaris 42. b
Bithyniam Nicomedes pop. R. legat. 39. b
Bocchus rex 27. b
Boiohæmum regio 68. d
Bononia deducta colonia 20. b
Britannia bis à Cæsare penetrata 44. a
Bructeri subacti 67. b
Brundisium colonia deducta 20. b
Brutus 37. c
A. Bruti Gallæci præclara in Hispaniâ militia 25. a
D. Bruto decretus triumphus 50. b
D. Brutus consul designatus 48. c. 49. c
D. Brutus iugulatur 50. d
Cæsaris interfector ibid.
M. Brutus prætor in Cæsarem coniuratus 48. c
M. Brutus & C. Cassius prouincias exercitusque occupant 50. b
M. Brutus 52. c Lycios deuincit 53. a
Cassio melior vir ibid.
M. Bruti morientis ætas 54. a
M. Brutus à Stratone Ægeate impetrat, vt sibi moriturо commodet manum 53. b
Buxentum coloni mittuntur 20. c

C.

CÆcilius Comœdus 21. b
Cæciliæ familiæ claritudo 27. a
A. Cæcina 70 a
L. Cæditij virtus laudanda 74. a
Cæpionis censoria seueritas 26. c
Cæsar 38. a
C. Cæsar Strabo 26. b
C. Cæsaris consulatus, & gesta 40. c
C. Cæsar Magno Alexandro simillimus 40. c. 41. a
C. Cæsaris lex de Campano agro plebi diuidundo 42. b
C. Cæsar & Pompeius oppressi Ciceronis suspicione non caruerunt 42. c
C. Cæsaris in Gallià gesta clarissima 43. b
C. Cæsar ad vrbem 45. b
C. Cæsar Thessaliam petit 46. b
Cæsar in Africam 47. c
C. Cæsaris in victos clementia 47. c. 48. a
C. Cæsar in Hispaniam 48. a
C. Cæsaris in Hispaniâ facinus, & virtus eximia ibidem a
C. Cæsaris in vrbem reditus ibid. a
triumphi ibid. b
C. Cæsar interemptus ibid.
C. Cæsaris obitus præmonitiones 49. b
C. Cæsaris testamentum 48. c
C. Cæsar cum rege Parthorum coit 65. a. b
C. Cæsar ab Adduo vulneratus 66. a
C. Cæsaris mors ibid. a
L. Cæsaris obitus ibid.
Ti. Cæsaris gesta 39. b. 40. a
Ti. Cæsar in Germaniam reuolat 73. d
Ti. Cæsar ex Pannonijs Delmatisque triumphum agit 74. c
Ti. Cæsar patri succedere renuit 75. a
Ti. Cæsaris laudum enumeratio 77. a
Caldus Cælius præclari facinoris auctor 74. b
Cales deducta colonia 20. a
Calidius 38. a
Calpurnia, vxor Antistij, iugulato viro, seipsam gladio transfixit 33. b
Calpurnia Cæsaris vxor 48. c
Caluus 38. a
Campanis data est ciuitas 20. a
Campanæ coloniæ supplementum adijcitur 57. a
Canidius ad Antonium præcipiti fugâ se rapit 59. b

Canidius moritur ibid. b
Canine fates subacti 67. b
Canutius continuâ rabie lacerat Antonium 51. a
Capito, Velleij patruus, Agrippæ subscribit in C. Cassium 53. a
Cappadocia facta stipendiaria 40. a
Capua conditur à Tuscis 14. b
Capua in formam præfecturæ redacta 42. b
Caranus, sextus decimus ab Hercule, regnum Macedoniæ occupat 14. a
Carbo Papirius orator 16. b
Carbo solus toto anno consul fuit 32. d
C. Carbo prætorius, consulis frater occiditur 34. a
Carnuntum locus Norici Regni proximus 68. d
Carseoli deducta colonia 20. a
Carthago annos 65. ante Romam conditur 13. b
Carthaginem senatus statuit excidere 18. b
Carthago à P. Scipione deleta 18. c
Carthago in Africâ prima extra Italiam colonia condita est 20. c. 29. d
Carthaginis remoto metu, cursu præcipiti à virtute descitum 23. b
Sp. Carnilius homo nouus 76. c
Cassij censoris theatrum 20. c
Cassio in demoliendo theatro eximia ciuitatis seueritas & consul Cæpio restitêre ibid.
C. Cassius M. Crassi quæstor 43. c
C. Cassius prætor in Cæsarem coniuratus 48. b. c
C. Cassius Dolabellam Laodiceâ inclusum expugnat 52. b. c
C. Cassius Rhodum capit 53. a
C. Cassius ceruicem liberto præbet 53. b. 60. b
C. Cassius melior Bruto dux 54. a
Cassius Longinus censor seuerus 26. c
Cassius Parmensis occiditur 60. b
Castrum colonis occupatum 20. b
Catilina vrbe pulsus 37. b
Catilina, fortissimè dimicans, obtruncatur ibid. c
Cato ibid. c
Cato historicus 21. c
Cato Portius consul Italico bello occisus 26. a
Catonis filij mors 53. c
M. Catonis sententia de Nolâ & Capuâ conditâ 14. b
M. Cato, perpetuus diruendæ Carthaginis auctor 19. a
Cato repetundarum ex Macedoniâ damnatus 26. a
M. Catonis virtus 37. b
M. Cato ad spoliandum regno Ptolomæum missus 43. a
M. Cato homo nouus 76. c
Catullus poëta 38. a
Q. Catuli mors 31. d. 45. a
Q. Catuli verecundia, & auctoritas 36 a
Ceionij exemplum turpe 73. b
Censorini obitus 65. b
Censura Paulli & Planci 63. a
Cethegus alijque in carcere necati 37. b
Chalcidenses orti Atticis 11. b
Charops primus Archon decennalis 15. a
Chios ab Ionibus occupata 12. a
M. Cicero, eloquentium princeps 21. c
M. Ciceronis laudes, & in coniuratos gesta 37. a
M. Cicero patriæ restitutus 43. a
M. Ciceronis domus 28. c à senatu restituta 43. a
M. Ciceronis acta 59. a. ibid. c. & seq.
M. Cicero continuis actionibus Antonij memoriæ inussit notas 51. a
M. Ciceronis mors ibid. b
Ciliciam perdomuit Numidicus 39. b
Cimbri Teutoniqué Rhenum transscendunt 26. b
Cimbrorum in Romanos gesta 28. a
Cinna neque Mario nec Sulpicio temperatior 31. a
Cinnæ consulatus à senatu abrogatus 31. a
Cinna ab exercitu, qui circa Nolam erat, receptus. ibid. Patriæ bellum infert ibid. b
Marium cum filio ab exsilio reuocat ibid.
Cinna, seditione ortâ, ab exercitu est interemptus 32. c
Circenses ludi 34. b
Ciuitas quo pacto Italiæ data 29. c
Claudius consul primus in Siciliam transiecit exercitum 39. a
Ti. Claudius Nero bellum Campanum ciet 55. a
Ti. Claudij Neronis laudes 62. c
Ti. Claudius Nero cum Druso Claudio fratre Rætos Vindelicosque adgreditur 63. a
Ti. Claud. Nero triumphat ibid. b
Ti. Claud. Nero Germanos domat 64 a
Clazomenæ, ab Ionibus conditæ 12. a
Cleopatræ fuga 59. a
Cleopatra, illatâ aspide, morsu eius spiritum reddit 60 a
P. Clodij lex 42. c
P. Clodij de M. Catone lex 43. a
P. Clodius à Milone iugulatus 44. b
Cremona deducta colonia 20. b
Codrus, Melanthi filius, vltimus rex Athenarum 20. a
Codrus interemptus ibid.
Cœlius orator 38. a
Cœlius historicus 26. c
M. Cœlij acta 52. a
Coloniarum enumeratio 19. c
Colophon, ab Ionibus condita 12. a
Compsa à Milone oppugnatur 52. a
Coniurati Capitolium occupant 48. c
Coponij dictum in Plancum 58. a
Corfinium 29. c
Corfinio Cæsar potitur 45. c
Corinthus ab Homero nominatur 11. b
Corinthus anteà Ephyre ab Halete, sexto ab Hercule, conditur ibid.
Corinthus euersa 19. a
Corinthus occupata 58. b
Cornelia, Africani filia, Gracchorum mater 25. c
L. Cornelius Merula, flamen Dialis, in locum Cinnæ consul suffectus 31. a. c
interficitur iussu Cinnæ ibid. c
Cornelius Rufinus, bello Pyrrhi dux celeberrimus 30. a.
L. Cornelius Sulla consul ibid.
Cornificius, Octauij legatus 56. c
Coruinus, orator 38. a
T. Coruncanius, pont. max. homo nouus 76. c
Cosam coloni missi 20 b
Cossi virtus 72. a
Cotta, iudicandi munus æqualiter inter senatum & equites partitus est 36. a
L. Crassus orator 26. b
M. Crassus seruile bellum repressit 35. c
M. Crasso Syria decreta 43. b
M. Crassus à Parthis interemptus ibid.
P. Crassus orator 21 b
Cratinus Comicus ibid. b
Creon primus Archon annuus 15. a
Creta in pop. Rom. potestatem redacta 37. a
Creta longissimæ libertatis fine multata 39. b
Cresphontes, vnus ex Heraclidis 10. a
Crispus Marcius 52. b
Cumæ in Italiâ à Chalcidensibus conditæ 11. b
Cumarum & Neapolis in Romanos eximia fides ibid.
Cumanos ritus Osca mutauit vicinia 12. a
C. Curio trib. pl. bello ciuili facem subiecit 44. c

Cymen Æolij condunt 22. a
Cyprus deuicta 39. a

D.

DAmasippus Domitium Scæuolam, C. Carbonem, & Antistium trucidat 33. b
Daorisi Delmatæ 71. c
Delos occupata ab Ionibus 22. a
Dertona 20. c
Desitiates Delmatæ 71. a
Diphilus comicus 21. b
Diuersitas morum & studiorum inter P. Scipionem, & L. Mummium 19. b
Dolabella Consul 49. a
Dolabella C. Trebonium occidit 52. b
Dolabella ad ictum serui ceruicem præbet ibid. c
Dolabella, vir simplicitatis generosissimæ 75. d
Domitiæ familiæ felicitas 26. c
Domitij ex Aruernis victoria ibid. c
Cn. Domitij lex de sacerdotum creatione 28. a
Cn. Domitius occupatis nauibus fugit 54. a
Domitius Caluinus Vibillium primipili centurionem, ob turpem ex acie fugam, fuste percutit 56. b
Domitius Scæuola trucidatur 33. b
Domus Ciceronis 28. c à senatu restituta 43. a
Drusi Claudij virtus 63. b mors 64. a
Drusus Liuius, Iuliæ Augustæ pater, se ipse interimit 54. a

E.

L. EGgij clarum exemplum 73. b
Egnatius Rufus interimere Augustum statuit 62. a. b
Elissa Tyria, quam quidam Dido autumant 13. a
Enumeratio eminentium ingeniorum 37. c
Ephesus ab Ionibus condita 12. a
Ephyram in Thesprotiâ Philippus occupat 9. b
Ephyre anteà Corinthus 11. b
Epirum Pyrrhus occupat 9. b
Eporædia colonia deducta 21. a
Erethria ab Athenienſibus in Euboeâ occupatur 11. b
Erythra ab Ionibus condita 12. a
Eryx vltimus Archon decennalis 15. a
Eumenes rex 16. b
Eupolis comicus 21. b
Euporus seruus C. Gracchum dominum priùs, se deinde interimit 25. c
Euripides Tragicus 21. b

F.

FAbius Æmilianus disciplinæ in Hispaniâ clarissimus 25. a
Fabij ex Allobrogibus victoria 26. c
Fabrateria deducta colonia 20. c
Fannius 21. c
C. Fannius orator 26. b
Firmum colonis occupatur 10. b
C. Flauius Fimbria seipsum interimit 32. b
Formiani in ciuitatem recepti 20. a
Fregellæ deducta colonia ibid. b
Fregellæ à L. Opimio excisæ 25. b
Fuluia, Antonij vxor, omnia armis miscet 55. a. b
Præneste capit ibid. a
Fuluia Italiâ excedit 55. b
Fuluij Flacci aspera censura ibid. b
Cn. Fuluius censoris frater, à fratre senatu motus ibid. b
Fuluius Flaccus cum filio à L. Opimio interemptus 25. b. c
Fuluij Flacci, qui Capuam ceperat, filiorum exemplum clarissimum 26. a
Fundani in ciuitatem recepti 20. a

G.

GAbinij trib. pl. lex, vt Pompeius ad Piratas compescendos proficisceretur 35. c
Gades à Tyriâ classe conditæ 11. a
Ser. Galba 21. c
Gallias Domitius Fabius primùm cum exercitu intrauit 39. b
Galliæ C. Cæsaris auspicijs infractæ ibid.
Galliæ Cæsari in quinquennium decretæ 42. b
Galliæ Cæsari prorogatæ 43. b
Gallogræciam perdomuit Vulso Manlius 39. b
Gentes multæ à Pompeio deuictæ 40. a. b
Gentius Illyriorum rex in triumpho ductus 17. a
Germania rebellat 64. c
Germanici virtus 72. a
Germanicus pleraque ignauè gesserat 75. e
Germani militis Ti. Cæsarem videndi cupido 68. a
Germanus seruus, ad interficiendum Marium missus, vt eum agnouit, profugit è carcere 30. c
Gracchi 21. c
Gracchi oratores 25. d. & seq.
C. Gracchi furor 25. a interficitur 25. c
eius corpus in Tiberim deiectum ibid.
Gracchus colonias extra Italiam posuerat 28. c
Ti. Gracchi laus, & vituperatio 13. c. & seq.
moritur 24. c
Græcia concussa maximis motibus 12. a
Grauisca colonia deducitur 20. b

H.

HAletes, Hippotis filius 11. b
Hercinia silua 68. d
Hercules in Olympicis victor 14. a. 15. a
Hermione Oresti pacta 9. b
Hesiodus 120. annos distinctus ab Homeri ætate 14. a
Hesiodus quando claruerit ibid.
Hispania vniuersa facta stipendiaria 39. a
Hispaniæ Cn. Pompeio decretæ 44. b
Homerus quando floruerit 13. a
Homerus solus appellari poëta meruit 12. b
Homeri laus ibid.
Homerus & Archilochus soli perfectissimi in ijs operibus, quorum primi auctores fuêre 13. a
Homerus non cæcus genitus ibid.
Q. Hortensius de Minatij Magij virtutibus in Annalibus retulit 29. b
Q. Hortensius orator 37. c
Q. Hortensij mors 45. a
Hortensius, Hortensij oratoris filius, obtruncatur 53. c

I.

IAnus Geminus quoties certæ pacis argumentum clausus dederit 39. a
Illyrium Dalmatiaque à Ti. Cæsare deuicta ibid. b
Initium in vrbe Româ ciuilis sanguinis, gladiorumque impunitatis 24. a. b
Interamna 20. a
Inuidia, eminentis fortunæ comes 17. a
Iones duce Ione, regionem occupant, Ioniamque appellant 12. a
Iones multas insulas occupant ibid.
Ionia ibid.

Iphitus Elius Olympiorum certamen, mercatumque instituit ante M. Vinicium consulem anno DCCCCIV. 13. a
Isocrates
Italicum bellum 21. b
Italici belli Imperatores clari 29. a. b
Italicorum duces ibid. b
Iuba Cn. Pompeio fauebat ibid.
Iugurtha sub Africano militauit 47. a
Iugurthinum bellum 26. c
Iulia, flumen 27. a
Iulia, Pompeij Magni vxor, decedit 67. b
Iulia M. Marcelli primùm, M. deinde Agrippæ vxor 44. a
62. b. c
Iulia Neroni nubit 63. b
Iuliæ luxuria 64. c
Iuliæ mœchi pœnas pendunt 63. a
Iulia in insulam relegata 65 a
Iulius Florus Galliarum princeps 77. b
Q. Iulij Postumi celebris opera 72. a
Iumj Blæsi laudes 75. c
Iurgia inter Pompeium & Lucullum 36. c
Iuuentius Lateranensis seipse gladio transfixit 50. c

L.

LAbienus transmarinas prouincias magnis momentis concutit 56. a
occiditur à Ventidio ibid.
Lacedæmonij in Asiâ 11. b
Lacedæmonius nullus orator 22. a.
Lælius 21. c
Lælius orator 26. b
P. Lænas trib. pl. Sex. Lucilium saxo Tarpeio deijcit 32. c
Larissa ab Æolis condita 12. a
Lasthenes, & Panares, duces Cretensium 37. c
Latinus, Romuli auus 16. a
Lebedus ab Ionibus condita 12. a
Lentulus & Marcellus consules 45. a. b
Lentulus necatus in carcere 37. b
Lepidus Ælius augur, quòd sex millibus ædes conduxisset, adesse iussus 26 b
M. Lepidus pont. max. 50. c
M. Lepidus à senatu hostis iudicatus ibid.
M. Lepidus Paullum fratrem proscribit 52. a
M. Lepidus, vanissimus omnium vir 56. a
Cæsari denunciat, vt Sicilià excedat ibid.
M. Lepidus Octauij genibus aduolutus 57. a
M. Lepidus, Lepidi triumuiri filius, Augusti interficiendi consilium capit 60. b
opprimitur à Mæcenate ibid. c
M. Lepidus à Ti. Nerone copijs omnibus præfectus 71. b
Lesbos insula 11. a
Leucas expugnata 58. b
Lex Licinia 25. b
Lex Pedia aduersus Cæsaris interfectores 53. a
Lex Valeria turpissima 32. a
Libo ingratus, à Ti. Cæsare oppressus 77. a
A. Licinius Nerua Silianus 72. b
Liuia, Drusi Claudiani filia, Augusti coniux 55. b
Liuia cum viro Nerone Siciliam peruehitur ibid.
Liuius historicus 21. b. 38. a
M. Liuius Drusus tribunus pl. non bonâ fortunâ vsus 28. a
interficitur ibid. c
M. Liuij Drusi nouissima vox 28. c
mores ibid.
M. Liuij Drusi domus, posteà Ciceronis, mox Censorini, deinde Statilij Sisennæ ibid.
M. Lollij legati exercitusque in Germaniâ clades 63. b
M. Lollius pecuniæ cupidior, quàm rectè faciendi ibidem.
M. Lollij crimen, & mors 65. b
Longobardi fracti 67. c
Luca colonia deducitur 20. b
Luceria deducta colonia ibid.
Lucilius poëta 26. b
Lucretius poëta 38. a
Lucretius Offella Prænestis ac Marij oppugnationi præfuerat 34. b
L. Lucullus 40. b
Lucullus, Luculli filius, occiditur 53. c
Lucullus Mithridatem multis locis fundit 36. b
Zyzicum liberat ibid.
Tigranem vincit ibid.
L. Lucullus profusæ in ædificijs conuictibusque & apparatibus luxuriæ primus auctor 37. a
L. Lucullus Xerxes togatus cur à Pompeio dictus. ibidem.
M. Lucullus circa Fidentiam hostes Sullæ fudit 34. b
Lucullorum duorum mors 45. a
Ludi Circenses 34. b
Ludi scenici à Circensibus differunt 40. b
Q. Lutatius Catulus proconsul 28. a
Lycia, seu Limyra vrbs 66. a
Lycurgus Lacedæmonius claret 13. a
Lydus & Tyrrhenus fratres regnant in Lydiâ 9. b
Lydus & Tyrrhenus fratres, sterilitate frugum compulsi, sortiuntur, vter cum parte multitudinis patriâ decedat ibid.
Lysippus statuarius præstantissimus 18. a

M.

MAcedones, orbis domitores 14. a
Macedoniam Paullus prouinciam fecit 39. a
Macedonia armis exteris occupatur 69. a
Q. Macedonici seuerum ad Contrebiam imperium 25. a
Macedonici in Perusiâ facinus 55. a
C. Mæcenas vrbis custodijs præpositus 60. b
M. Lepidum iuuenem opprimit ibid. c
Magius Celer Velleianus, Velleij frater 71. c
Magnesiam Lacedæmonij in Asiâ occupant 11. b
Mancinus Hostilius in Numantinos 23. c
Mancinum verecundia impunitum habuit ibid.
Mancini fœdus turpissimum ibid. & 61. b
Manilij trib. pl. lex, vt bellum Mithridaticum per Cn. Pompeium administraretur 36. c
Marcellus Siciliam fecit prouinciam 39. a
M. Marcelli mors 62. c
Marcomanni 68 b. d
C. Marius sub Africano miles factus 26. c
Q. Metelli legatus 27. a
Marius describitur ibid.
Marius primùm consul creatus ibid.
Marius iterùm consul Iugurtham in triumpho duxit ibidem.
Marius tertiùm consul in Cimbros missus 28. a
Marij, quartùm consulis, cum Teutonis conflictus. ibidem.
Marij, quintùm consulis, fortunatissimum prœlium. ibidem
Marius, sextùm consul, Seruilij Glauciæ Saturniníque Appulei furorem armis compescuit ibid.
Marius septimùm consul cum Cinnâ 32. a
eius mors ibid.
Marius vrbe à Sullâ pulsus 30. c
Marius in carcerem ductus ibid.
Marius à ciuibus impositus in nauem in Africam cursum dirigit ibid.

Marius vrbis mœnia ingreditur 31. c
Marius Marij filius consul anno ætatis 26. 33. a
à Sullâ acie pulsus ibid. interemptus 34. a
Maroboduus Marcomannorum dux 68. b
Maroboduus Vari caput ad Cæsarem mittit 73. c
Martia & Quarta legiones ad Octauium se conferunt 50. a
Marullus Epidius, Flauiusque Cæsetius trib. pl. in C. Octauio voluntatem regni arguebant 52. b
Massiliam Cæsar proficiscitur 46. a
Medi rerum potiuntur 13. a
Medon, Codri filius, primus Athenis Archon 11. a
Medontis posteri, Medontidæ dicti ibid.
Megara à Peloponesijs condita ibid.
Menandrus Comicus 21. b
Menas, classis Pompeianæ præfectus 54. c. 56. a
Menecrates, classis Pompeianæ præfectus ibid.
Messalla Coruinus seruatur Cæsaris beneficio ibid.
Messallini opus egregium 70. a
Metelli fratres vno die triumpharunt 26. a
Q. Metelli, qui Iugurthinum bellum gessit, laus 27. a
Q. Metellus Cretam in pop. R. potestatem redigit 37. a
Metellus Creticus 40. b
Q. Metellus Macedonicus Pseudophilippum vicit Achæosque fudit 17. c
Q. Metellus Macedonicus vel magnificentiæ Romanæ, vel luxuriæ princeps ibid. & seq.
Q. Metelli Macedonici singularis felicitas ibid.
Metellus Numidicus orator 26. b
Q. Metelli Numidici triumphus 27. a
Q. Metellus Numidicus à L. Saturnino ciuitate expulsus 29. b
Q. Metellus Pius Italici belli Imperator ibid. a
Metellus Pius apud Fauentiam Sullæ hostes vicit 34. b
Metellus & Pompeius ex Hispanis triumpharunt 35. b
Metelli mors 45. a
Miletus ab Ionibus condita 12. a
Milo Annius à Pompeio damnatus, absolutus à M. Catone 44. b
Milo lapide ictus perijt 52. b
Minatij Magij laudes, & gesta 29. b
Mineruium deducta colonia 20. c
Minturnas coloni missi ibid. a
Minucij triumphus 26. b
Mithridatis odium in Romanos 30. a
Mithridates Pharnacis filij insidijs oppressus 40. a
Mitylene ab Æolijs condita 12. a
Mitylenæorum perfidia 30. a
Mucius iuris scientiâ clarus 26. b
L. Mummius Achaico bello gerendo destinatus 18. b
L. Mummius Corinthum funditus eruit 19. a
L. Mummius Achaicus dictus ibid.
L. Mummius Achaicus homo nouus ibid. b
L. Mummius rudis ibid.
L. Murena & Fannius Cæpio occidendi Augusti consilia ineunt 61. c
Mycenas Agamemnon in Cretâ statuit 9. b
Myrinam condunt Æoli 12. a
Myuns ab Ionibus condita ibid.

N.

Narbo Marcius colonia in Galliâ deducta 21. a
Nauportum 69. a
Neapolis à Chalcidensibus condita 12. a
Neapolis, & Cumarum in Romanos fides eximia ibidem.
Naso, poëta 38. a
Neapolitani Cæsaris Augusti honori athletarum certamen sacrauerunt 74. d
Nepe colonia deducta 20. a
Neptunia colonia ibid. c
Nero Claudius patriæ redditur 56. a
Ti. Nero Rhodum proficiscitur, ibique septem annos moratur 64. c
Ti. Nero Romam reuertitur 66. a
Ti. Nero adoptatur à Cæsare Augusto 66. b. 67. a
Ti. Nero in Germaniam mittitur ibid.
Ti. Nero bello Pannonico designatus 69. b
Ti. Neronis mitus erga milites amor & cura 71. a
Nicomedes Bithyniam pop. Rom. legauit 24. b
Ninus rex Assyriorum 13. a. & seq. a
Nola condita à Tuscis 14. b
Nolanum bellum 30. b
Noricos Ti. Cæsar deuicit 40. a
Noui homines ad celsiores dignitatis gradus euecti 76. c
Numantia à Scipione deleta 24. c
Numantinum bellum 23. b

O.

Cn. Octauius Perseo, vt se Romanorum fidei committeret, persuasit 17. a
C. Octauius Macedoniam sortitur 49. a
C. Octauij laudes ibid.
C. Octauius à C. Cæsare adoptatus ibid. b
C. Octauius equestri familiâ genitus ibid. a
C. Octauij, Romam intrantis, Solis orbis super caput curuatus æqualiter, rotundatusque, in colorem arcus, veluti coronam tanti mox viri capiti imponens, conspectus est ibid. b
C. Octauio statua equestris à senatu posita 50. a
C. Octauij circa Mutinam virtus ibid.
C. Octauius Consul 51. b
C. Octauij dictum de proscriptis 52. b
C. Octauij in Illyrico Dalmatiaque expeditiones 56. b
C. Octauius Pompeio Siciliæque bellum infert ibidem. classis maiori parte vi ventorum priuatur ibid. c
C. Octauius cum Pompeio classe concurrit ibid.
C. Octauij fortissimum factum 57. a
C. Octauius ad vrbem reuertitur ibid. b
C. Octauius Antonium classe vincit 59. a
C. Octauij erga victos clementia ibid. b
C. Octauij ad vrbem reditus, ciuiumque erga eum fauor 60. c
C. Octauius & Antonius cum M. Bruto Cassioque acie concurrunt 53. a
Octauius consul iussu Cinnæ interfectus 31. c
Olympici certaminis initium 15. a
Opimianum vinum celeberrimum ab Opimio dictum 26. a
L. Opimius C. Gracchum & Fuluium Flaccum morte afficit 25. c
L. Opimius damnatus ibid. d
Oratorem Argos, Thebæ, Sparta, nullum habuêre 22. a
Oratores clari 26. b
Ordinatio comitiorum à D. Augusto relicta 75. b
Orestis & Electræ factum à dijs comprobatum 9. b
Orestes annis xc. vixit ibid.
Orestes Ægisthum obtruncat ibidem.
Orestes annis lxx. regnauit ibid.
Orestes se à Pyrrho virtute vindicauit ibid.
Orestes Pyrrhum Delphis interfecit ibid.
Orestis liberi ab Heraclidis exclusi 11. a.
Orestis liberi circa Lesbum sedem cepêre ibid.
Orodes Parthorum rex 43. b
Osci 12. a
Otho Roscius lege suâ equitibus in theatro loca restituit 36. b

P.

PAcorus Parthorum regis filius, interimitur 56. a
Pacuuius in Tragœdijs clarus 26. b
Pæstum coloni mittuntur 20. b
Panares & Lasthenes Cretensium duces 47. a
Pannoniam Ti. Cæsar imperio addidit 40. a
Pannonia Dalmatiaque arma in Romanos corripiunt 69. a
Pannonia pacem petit 71. b
Pansa Hirtiusque Cæsari prædixerant, vt principatum, armis quæsitum, armis teneret 48. c
Pansæ atque Hirtij mors 50. a
Parthi Armeniæ manum admouent 64. c
Parthorum legati ad Sullam 32. c
Parthorum rex Augusto Romana signa remittit 61. c
obsides filios mittit 63. a
Passieni virtus 72. a
Patræ captæ 58. b
Patres à Romulo electi 16. a
Patricij à Patribus dicti ibid.
Paullus ad Cannas cæsus ibid. b
Paulli triumphum impedire nonnulli obnitebantur 17. a
Paulli triumphus quantum priores excesserit ibid.
L. Paulli filij quattuor ibid. b
L. Paulli egregia vox ibid.
L. Paulli filij moriuntur ibid.
Pax circa Brundisium inter Antonium & Augustum 55. c
Pax circa Misenum cum Pompeio inita ibid.
Pedia lex aduersus Cæsaris interfectores 53. a
Q. Pedius C. Octauij in consulatu collega 51. b
Pelasgi Athenas commigrauêre 11. a
Pelopis progenies, pulsis Heraclidis, Peloponnesi imperium obtinebat 10. a
Pelopis progenies ab Herculis progenie expellitur ibidem.
Penthelus & Tisamenus, Orestis filij, post patrem regnauêre triennio ibid.
Pergamum Agamemnon in Cretâ statuit 9. b
M. Perperna Sertorium interimit 35. b
Persæ orbi terrarum imperant 14. a
Perseus à Paullo victus 17. a
Perseus in triumpho ductus à Paullo ibid.
Perseus in liberâ custodiâ Albæ decessit ibid. b
Perusia ab Octauio expugnatur 55. a
Petreius 44. b
Pharnaces Medus Sardanapalum interimit 13. a
Pharnaces à Cæsare victus 48. a
Pharsalica acies 46. b
Pharum insulam occupant Iones 12. a
Philemon Comicus 21. b
Philippus deuictus 14. a
Phocæa ab Ionibus condita 12. a
Phraates Parthorum rex 61. c
Picenum coloni missi 20. c
Pindari os Thebas illuminauit 22. b
Pinetes Pannonum dux 69. a. 71. b
Pisaurum coloni missi 20. b
L. Piso bellum in Thraciâ ortum comprimit 64. a
Placentiam coloni missi 20. b
Planci inconstantia 50. c
Plancus impetrat, vt Plancus Plotius frater eius proscriberetur 52. a
Plancus Fuluiam fugientem comitatur 55. b
Planci vitia, fugaque ad Octauium 57. c. & 58. a
Plato 21. d
Plautius Siluanus 70. a
Pompeiorum familiæ quot 31. c
Cn. Pompeij patris bello Marsico præclara opera ibid. b
Asculum capit ibid.
cum Cinnâ confligit ibid. obit ibid.
Cn. Pompeij iuuenis præclara gesta, & laudes 34. c
Cn. Pompeius prædonibus orbem liberat 36. b
Cn. Pompeius gloriæ cupidissimus ibid. c
Cn. Pempeij de Lucullo dictum 37. a
Cn. Pompeij aduersus Mithridatem victoriæ 38. a
Cn. Pompeij victoriæ ibid. b. & seq. b
Cn. Pompeius omnium gentium, quas adierat, victor 40. a
Cn. Pompeij insignes triumphi ibid.
Cn. Pompeius & M. Crassus consules 43. b
Cn. Pompeius tertiùm consul solus 44. a
à Cæsare maximè alienatus ibid.
Cn. Pompeius Dyrrachium transmisit 45. b
Cn. Pompeius in Pharsaliâ victus 46. b
Cn. Pompeius iugulatur 47. b
Cn. Pompeius, Cn. Pompeij filius, vulneribus confectus 48. a
Cn. Pompeij filius paruus, Iuliâ natus, obijt 44. a
Q. Pompeius consul 30. a
Q. Pompeij fœdus turpe 61. b
Sex. Pompeius describitur 54. b
Sex. Pompeius Siciliam occupat ibid.
Sex. Pompeij cum Cæsare & Antonio pax 55. c
Sex. Pompeij dictum ibid.
Sex. Pompeius omnibus, qui ad eum fugerant, reditum salutemque in pace paciscitur 56. a
Sex. Pompeius à Titio iugulatur iussu M. Antonij ibidem c. 60. a
Pompeium primum è Pompeijs consulem, magni nominis virum, ad turpissima fœdera Numantini deduxêre 23. b
Pompeium gratia impunitum habuit ibid. c
Pompeius Mitylenæis libertatem restituit, in vnius Theophanis gratiam 30. b
Pompeius collega Sullæ, seditione interfectus 31. a
Pompeius curru vrbem triumpho inuectus 35. b
Pompeius tribuniciam potestatem restituit ibid.
Pomponij singularis in Gracchum fides 25. c
Pomponij Comici laudes 26. c
Pomponius Flaccus, vir ad omnia recta natus 77. a
Pontius Telesinus, Samnitium dux 31. b
Pontus Syriaque Cn. Pompeij virtutis monumenta 39. b
Popillium Rutiliumque, qui consules asperrimè in Ti. Gracchi amicos sæuierant, posteà iudiciorum publicorum meritò oppressit inuidia 26. a
M. Popillius Lænas mittitur Legatus ad Antiochum Epiphanem 17. a
Postumij Albini aspera censura ibid. a
Potentia colonia deducta 20. b
Priene ab Ionibus condita 12. a
Princeps optimus, faciendo docet rectè facere ciues suos 76. b
Proscriptio triumuiralis 51. b
Proscripti ad Sex. Pompeium confluunt 54. b
Pseudophilippus à Q. Met. Macedonico superatus 17. c
Ptolemæus Syriæ rex ab Antiocho Alexandriæ obsessus ibid. a
Ptolemæus Cypri rex, sub aduentum Catonis, vitæ suæ vim intulit 43. a
Ptolemæi in Pompeium perfidia 47. b
in Cæsarem ibid.
Puteolos coloni missi 20. c
Pyrrhus Epirum occupat 9. b
Pyrrhus Hermiones nuptias occupauit ibid.
Pyrrhus regnat 20. a

Q.

Quadrigarius historicus 26. c
Quæ cuiusque ductu gens ac natio, redacta in formulam prouinciæ, stipendia pacta sit 38. b. & seqq.

R.

Rabirius poëta 38. a
Rætiam Ti. Cæsar R. imperio nouam subiunxit prouinciam 40. a
Regulus in Africam primus transiecit 39. a
Rhascupolis Cotym occidit 76. c
Rhodij à Romanis deficiunt 30. b
Rhodiorum in Romanos eximia fides ibid.
Rœmetalces Thraciæ rex 70. b
Roma à Romulo condita 16. a
Roma, libera, dominaque gentium 35. a
Romani rerum domini 14. a
Romanorum magnificentia in ædium structuris 23. b
Romanæ linguæ, & disciplinæ notitia in Pannonijs omnibus 69. a
Romana signa à Parthorum rege Augusto remissa 61. c
Rufi Saluidieni scelesta consilia 55. c
Rutilium consulem iudiciorum publicorum meritò oppressit inuidia 26. a
Rutilius historicus. ibid. b
P. Rutilius repetundarum ab equitibus damnatus 28. b
Rutilius consul Italico bello cæsus 29. c

S.

Sacrouir, Galliarum princeps 77. b
Sabinarum virginum raptus 16. a
Sabinis sine suffragio data ciuitas 20. a
Sabinis ius ferendi suffragij datum ibid. b
Salamina Teucer in Cypro constituit 9. b
Salernum missi coloni 20. c
Sallues à Sextio Caluino deuicti ibid. c
Sallustius Thucydidis æmulus 38. a
Saluidienus 49. b. 55. c
Samnitium parti ciuitas data 20. a
Samos ab Ionibus occupatur 12. a
Sardanapalus à Pharnace Medo imperio vitaque priuatur 13. a
Saticula deducta colonia 20 a
Scaurus, orator 26. b
P. Scipionis Æmiliani laudes 18. b
P. Scipio Æmilianus consul creatus ibid.
P. Scipio Carthagini bellum infert ibid.
P. Scipio Æmil. in Hispaniâ murali coronâ donatus est ibid. in Africâ obsidionali ibid. in Hispaniâ ex prouocatione hostem interemit ibidem c
P. Scipio liberalium studiorum & auctor, & admirator 19. b
P. Scipio Polybium Panætiumque domi militiæque secum habuit ibid. interualla negotiorum otio elegantissimè dispunxit ibid.
P. Scipio Africanus dictus ibid. a
P. Scipio Nasica Ti. Gracchum interficit 24. a
P. Scipio Numantiam solo æquat ibid. c
P. Scipio de T. Gracchi cæde à Carbone interrogatur ibid.
P. Scipionis Africani mors ibid.
P. Scipio Æmilianus Africam in formulam redegit prouinciæ 39. a
Scipio Romanorum potentiæ viam prior, luxuriæ posterior aperuit 23. b
Scipio orator 21. b
Scipio Æmilianus orator 26. b
Cn. & P. Scipiones primi omnium in Hispanias duxêre exercitus 39. a
Scordisci à Ti. Cæs. debellati 40. a
Scribonia Iuliæ mater 65. a
Scylacium colonia deducta 20. c
Segestes Varo coniuratos indicat 73. a
Seianus 72. b
Seiani Ælij virtus 76. a. b c. & seq.
Seianus Ælius Ti. Cæsaris principalium onerum adiutor ibid.
Sempronius Gracchus 65. a
Sentius Saturninus 67. b. 68. a
Sentius Saturninus reip. restitutus 56. a
C. Sentij Saturnini consulis factum præclarum 67. b
Sertorius Metellum laudabat, Pompeium timebat 35. a
Sertorius à Perpernâ interfectus ibid. b
Sertorianum bellum ibid.
Seruilia Lepidi vxor, viuo igni deuorato, diem suum obijt 60. c
Seruilij duo apud Clusium pro Sullâ victores 34. b
Seruilius Glaucia à Mario morte multatus 26. a
Setina colonia deducta 20. a
Sextiæ aquæ 40. c
Sextius Caluinus Sallues deuicit ibid.
M. Silanus reip. restitutus 56. a
Sinuessam missi coloni 20. a
Siscia 71. a
Sisenna historiarum auctor 26. c
Smyrna ab Æolijs condita 12. a
Societas potentiæ inita inter C. Cæsarem, Cn. Pompeium, & M. Crassum 42. a
Socrates 21. b
Sophocles tragicus ibid.
Sora deducta colonia 20. a
Spartacus fugitiuorum dux 35. b
Spoletium coloni deducti 20. b
Staius Murcus 62. b
Staius Murcus Sex. Pompeium petit 54. a. b
Staius Murcus à Pompeio interfectus 56. a
Statilius Taurus 76. a
Statuæ equestres ex Macedoniâ Romam delatæ 18. a
Statuæ equestres L. Sullæ, Cn. Pompeio, & C. Cæsari positæ 50. a
Suessa deducta colonia 20. a
L. Sulla C. Marij quæstor 27. b
Sulla vrbem armis occupat 30. c
Sullæ contra Mithridatem victoriæ 32. b
Sulla Mithridati victo leges imponit ibid.
Sullæ quid Magi ex corporis notis responderint ibidem c
Sulla iustis legibus tentat bellum componere 32. d
Sulla Scipionem Norbanumque consules superat 33. a
Sulla, dum vincit, iustissimo lenior, post victoriam audito fuit crudelior ibid.
Sulla Q. Sertorium exarmatum dimisit incolumem ibidem.
Sulla grates Dianæ soluit ibid.
Sulla, Mario iuuene occiso, Felicis nomen assumpsit 34. a
Sulla Dictator immodicè crudelis ibid. b
P. Sulpicius 26. b
P. Sulpicius Q. Pompeij consulis filium interfecit 30. c
exsul factus ibid.
P. Sulpicij contra Sullam pro Mario lex ibid. b
P. Sulpicius iugulatur ibid. c
Sulpicius orator 37. c

Sutrium colonia deducta 20. a
Syria facta stipendiaria 38. b
Syria Pontusque, Cn. Pompeij virtutis monumenta 39. b

T.

TArracina deducta colonia 20. a
Tarentum colonia deducta ibid. c
Tegeam Agamemnon in Cretâ statuit 9. b
Telamon ibid. a
Temenus, vnus ex Heraclidis 10. a
Tenos occupatur ab Ionibus 12. a
Terentius 21. b
Tergestes 69. a
Teucer Telamonis filius 9. a
Thebanus nullus orator 22. a
Theophanes 30. b
Thessalus Thesprotius Thessaliam armis occupat 11. a
Thessalia, priùs Myrmidonum ciuitas vocitata ibid.
Thessalos à Thessalo, filio Herculis, appellatos cur non dicendum ibid. b
Tibullus 38. a
Tigranes à L. Lucullo victus 36. b
Tigranis filius, deinde Tigranes, supplex ad Pompeium venit 38. a
Tigranes ingenti multatur pecuniâ 38. b
Tisamenus Orestis filius 10. a
Titius Sex. Pompeium iugulat 56. c
ad Octauium transfugit 58. a
Tullius eloquentium princeps 21. c
Tyrrhenus & Lydus, fratres 9. b
Tyrrhenum sors decedendi contigit ibid.
Tyrrhenus, peruectus in Italiam, loco, incolis, & mari nomen dedit ibid. c

V.

VAlentia colonia deducta 20. b
Valerius Antias historicus 20. c
Valerius Flaccus consul turpissimæ legis auctor 32. a
Valerius Flaccus consularis à Fimbriâ interfectus ibid. b
Varro 38. a
Varus Quinctilius 72. c
liberti manu iugulatur 54. a
Varus à Germanis cæsus 72. b
Varus se ipse transfigit 73. b
Vatinius 52. b
Vatinij deformitas corporis, ingenijque turpitudo ibid.
C. Velleius gladio se ipse transfixit 55. b
Velleius miles factus 67. a
Velleij votum de salute Ti. Cæsaris 77. c. d
Venetia diu in potestate Antonij ab Asinio retenta 55. c
Ventidius triumphat 51. b
Labienum Parthosque & Pacorum regis filium extinguit 59. a
Venusiam mittuntur coloni 20. a
Versus de Lepido & Planco, qui proscripserant fratres 52. a
Vibellius primipili centurio 56. b
Viennensium dissensiones 74. b
Vindelicos debellauit Ti. Cæsar 40. a
Viriathus, latronum in Hispaniâ dux, à Seruilio Cæpione interemptus 23. b
Virgilius, carminum princeps 38. a
Volumnij fuga 73. c
Vtica, à Tyriâ classe condita 11. a
Vxorum fides in proscriptos summa, libertorum media, seruorum aliqua, filiorum nulla 51. c

FINIS.

APPROBATIO.

HÆ J. Lipsij, clariss. in Academiâ Louaniensi Professoris, ad Velleium Paterculum Animaduersiones vt nihil habent quod vel Religioni vel honestati aduersetur; ita continent plurima, quæ rem literariam egregiè iuuent.

Guilielmus Fabricius Nouiomagus, Apostolicus ac Regius librorum Censor.

PRIVILEGIVM CÆSAREVM.

RVDOLPHVS SECVNDVS diuinâ fauente clementiâ electus Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, ac Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Sclauoniæ Rex, Archidux Auſtriæ, Dux Burgundiæ, Stiriæ, Carinthiæ, Carniolæ & VVirtembergæ, &c. Comes Tirolis, &c. Noſtro & Sacri Imperij fideli dilecto IVSTO LIPSIO gratiam noſtram Cæſaream. Poſtquam inter alia, quæ DEVS immortalis hominibus liberali manu dedit dona, illuſtria inprimis illa & quaſi diuina ſunt, quæ in litteris liberalibuſque diſciplinis conſiſtunt, quibus ſcilicet homines non tantùm ab animalibus ceteris rationis expertibus, ſed à rudi etiam & imperito hominum vulgo ita diſtinguuntur, vt tamquam Dij quidam ſplendeſcere in terris videantur: rem ſanè præclaram ſeque dignam illi præſtant, qui diligentem ijs ipſis in litteris ac diſciplinis operam ponunt; præclariſſimam verò & Reip. vtiliſſimam, qui eas ita excolunt, vt aliorum menti docendo, ſcribendo lumina præferant, eoſque ex ignorantiæ tenebris quaſi manu educant. Quos excitare, quos amare atque animare ad dignitatis noſtræ munus, ad quod Diuino vocati beneficio conceſſuque ſumus, inprimis pertinere exiſtimamus. Cùm itaque ab ijs, quorum nobis ſpectata fides, quique iudicare de Litteris poſſint, acceperimus, inſignes te animi ingenijque tui dotes tibi à naturâ inſitas à primis temporibus ætatis tuæ ita litterarum ac diſciplinarum ſtudijs excoluiſſe atque exornaſſe, vt olim iuuenilibus adhuc annis præclara floreſcentis minimeque vulgaris eruditionis ſpecimina præbueris, dum obſcura in antiquis ſcriptoribus loca, quæ quædam tamquam luſtra erant, illuſtraſti, quæque in ijs iniuriâ temporum deprauata & corrupta fuerunt, reſtituiſti, dum vetuſta Latinæ antiquitatis rudera in nouam ſubinde ſtructuram ſingulari artificio eleganter conuertiſti: ad exquiſitam adeò & raram doctrinam, quæ magnam de te apud doctos quoſque viros opinionem excitarit, peruenisſe, eamque varijs abs te libris acri & graui cum iudicio ſcriptis atque in lucem editis oſtendiſſe, vt in eo quod tam feliciter tractes ſcriptionis genere paucos tibi pares hodie reperire ſit: iam verò maturâ te ætate virum, viro magis magiſque digna, & viris doctis grata ac Reip. vtilia ſcribere, quæque à primis illis Romanis olim auctoribus ſcripta fuerunt, à mendis purgare, & lectiſſimos quoſque ex Muſarum hortis, in quibus aſſiduè verſeris, flores colligere, concinnare, quibus Lectores mirificè recrees, & eorum pectus ad prudentiam probitatemque informes: haudquaquam prætermittere voluimus, quin Reip. ad quam hæc abs te ornamenta conferuntur, causâ, Cæſareo te noſtro elogio decorandum, & quamuis per te ſatis ipſe animatus ſis, animandum magis patrocinioque noſtro defendendum pro benignâ noſtrâ in te ſuſciperemus voluntate. Quoniam verò lucubrationibus atque operibus tuis in lucem edendis, peculiarem te eligere velle Typographum, accepimus, Diplomate hoc noſtro priuilegioque te & Typographum tuum aduerſus quorumcumque fraudem, qui lucri causâ, quod fieri ſolet, eadem excu-

excudere aut typis imitari fortè velint, munitos cupimus. Quamobrem pro auctoritate noſtrâ Cæſareâ decernimus, ſtatuimus, vetamuſque, ne quis Typographorum, Bibliopolarum, aut aliorum, qui librariam negotiationem exercent, eos libros, quos tu editurus es, quocumque modo, charactere, aut formâ, ſiue integros, ſiue aliquam eorum partem typis imitari, edere, excudere, aut venundare intra ſacri Romani Imperij, regnorumque ac Dominiorum noſtrorum hæreditariorum fines, triginta annis proximis à primo editionis die computandis, abſque tuo tuorumve hæredum conſenſu audeat: Hac autem lege additâ, vti tria vt minimùm cuiuſque libri exemplaria, quemadmodum moris eſt, ad Imperialem noſtram Cancellariam mittantur. Si quis verò edictum hoc noſtrum tranſgredi, violare, aut contemnere deprehenſus fuerit, eum non ſolùm eiuſmodi libris, tibi, hæredibúſve tuis, auxilio Magiſtratus, vbicumque reperti fuerint, vendicandis, priuari, ſed triginta etiam Marcharum auri puri mulctâ, cuius ſemiſſis quidem Fiſci noſtri Procuratori, fraudis vindici; alter verò ſemiſſis, tibi hæredibúſve tuis pendatur, puniri volumus. Mandantes vniuerſis & ſingulis noſtris & ſacri Romani Imperij ſubditis & fidelibus dilectis, tam Eccleſiaſticis quàm Politicis, cuiuſcumque ſtatus, gradus aut ordinis exſtiterint, præſertim verò ijs, qui in Magiſtratu conſtituti, vel ſuo vel ſuperiorum ſuorum loco aut nomine, ius dicunt, iuſtitiámve exercent, ne quemquam hoc Priuilegium noſtrum impunè violare, ſpernere aut negligere patiantur: Sed, ſi quos contumaces compererint, conſtitutâ à nobis mulctâ, eos puniri & quibuſcumque modis coërceri curent, ni & ipſimet grauiſſimam noſtram in ſe conuertere indignationem velint. Id quod hoc Diplomate, manu noſtrâ ſubſcripto, & Cæſarei noſtri ſigilli impreſſione munito, confirmamus. Datum in arce noſtrâ Regiâ Pragæ, die primâ menſis Auguſti, anno Domini milleſimo quingenteſimo nonageſimo ſecundo: Regnorum noſtrorum Romani decimo ſeptimo, Hungarici vigeſimo, & Bohemici itidem decimo ſeptimo.

Subſign.

RVDOLPHVS

Iacobus Curtius à Senfftenaw.

Ad mandatum ſacræ Cæſareæ Mtis proprium

Io. Baruitius.

Additum ſigillum Cæſ. Mtis in cerâ rubrâ.

SVMMA

SVMMA PRIVILEGII REGIS CATHOLICI.

PHILIPPVS *Dei gratiâ Hiſpaniarum, &c. Rex Catholicus, Diplomate ſuo ſanxit, nequis, Iuſti Lipſij Hiſtoriarum in almâ Vniuerſitate Louanienſi Profeſſoris, & item Hiſtoriographi ſui libros quoſcumque, à Cenſoribus legitimis approbatos, præter ipſius, heredúmve eius, voluntatem, intra triginta annos à primâ ſingulorum librorum editione computandos imprimat, aut alibi terrarum impreſſos, in has inferioris Germaniæ ditiones importet, venaléſve habeat. Qui ſecùs faxit, præter librorum confiſcationem triginta marcharum auri puri illatione mulctabitur. Vti latiùs patet in litteris datis Bruxellæ* XIV. *Febr.* M. D. XCVII.

Signat. *Verreycken.*

SVMMA PRIVILEGII REGIS CHRISTIANISSIMI.

HENRICVS *Dei gratiâ Galliarum & Nauarræ Rex Chriſtianiſſimus, ſingulari priuilegio ſanxit, nequis per vniuerſos Regnorum ſuorum fines, Iuſti Lipſij quos vel hactenus edidit, vel in poſterum editurus eſt libros, excudere intra decennium præter voluntatem ipſius poſſit. Qui ſecùs faxit, præter librorum confiſcationem, ter mille florenorum illatione mulctabitur; vti latiùs patet in litteris datis Pariſijs* XIII. *Iulij,* M. DC. V.

Signat. *Perrochel.*

TIBI IOANNES MORETE, pro amicitiâ quæ mihi cum Plantino (heu, quondam meo!) & Plantinianis eſt ac fuit, tibi, inquam, permitto, vti C. CORNELIVM TACITVM, *quem poſtremùm recenſui, cum Commentarijs auctis emendatiſque ab vltimâ meâ manu*; itemque C. VELLEIVM PATERCVLVM *cum meis in eumdem Animaduerſionibus*, typis tuis excudas ac diuulges. Nequis alibi alius præter te, cupio ſiue iubeo, ex lege quam magnus Cæſar & Reges dixerunt.

Iuſtus Lipſius.

SVMMA PRIVILEGII REGIS CATHOLICI.

PHILIPPVS IV. *Hiſpaniarum & Indiarum Rex Catholicus, ac Potentiſſimus Belgarum & Burgundionum Princeps, Diplomate ſuo ſanxit, nequis* C. Cornelij Taciti Opera quæ extant, à Iuſto Lipſio poſtremùm recenſita, & auctis emendatiſque Commentarijs illuſtrata; item C. Velleium Paterculum, cum eiuſdem Lipſij Animaduerſionibus, *præter Balthaſaris Moreti voluntatem vllo modo intra nouennium imprimat, aut alibi terrarum impreſſa in Inferioris Germaniæ ditiones importet, venaliáve habeat. Qui ſecùs faxit, confiſcatione Librorum & aliâ graui pœnâ mulctabitur, vti latiùs patet in litteris datis Bruxellæ* XXIV. *Decembris* M. DC. XLVII.

Signat. *Steenhuyſe.*


Grauskala #13
C
Y
M
B.I.G.
A 1 2 3 4 5 6 M 8 9 10 11 12 13 14 15 B 17 18 19


Inches
1 2 3 4 5 6 7 8
Centimetres
1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19
Farbkarte #13
B.I.G.
Blue
Cyan
Green
Yellow
Red
Magenta
White
3/Color
Black